www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-62470

Octavus tomus [- nonus tomus]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Ex libris Bibliotecæ Universitatis Budapestinensis

F. M. III, 5.

OPERVM D. HIERONYMI

OCTAVVS TOMVS

COMMENTARIOS IN PSALTERIVM HABET:
accesſit his pſalterium triplici lingua, Hebraica,
Græca, & Latina.



BASILEAE APVD HIER. FROB.
& Nic. Epiſcopium. Anno M. D. XXXVII

BRVNO AMORBACHIVS
CANDIDO LECTORI.

HIC octauus Tomus optime lector, commentarios Dauidicorum psalmorum complectitur, qui tametsi non omnino uacant eruditione, diuo tamen Hieronymo hactenus sunt falso inscripti. Quod in præsentia certis argumentis ostendere, non duximus operæprecium, quando hoc in Hieronymianarũ lucubrationũ censura, quã in operis frontispicio locauimus, egit ERASMVS noster ROTERODAMVS, qui uir, ut ob incomparabilem eruditionem meretur cum priscis illis literarum heroibus conferri, ita in dijudicandis autorum scriptis, absit inuidia dicto, omniũ est quos ætas nostra habet, primus. Quin præter hos commentarios, alios quosdam offendimus in psalmos Hieronymi nomine, sed planè similis farinæ, quos quod ijsdem nonnunquã uerbis eadem complectebantur, adijcere non placuit, ne doctum lectorem alijs super alias nugis grauaremus, alioqui plus satis eiusmodi centonibus etiam præter uoluntatem nostram oneratum. Enarrationes quorundã psalmorum, quas esse Hieronymi certum est, in ultimo epistolarũ Tomo reperies. Denique psalterium quadruplex ad hunc Tomum accessit, Hebraicum, & huic oppósita ueritas Hebraica, cuius autor est Hieronymus, Græcum & huic è regione æditio, quæ uulgo legitur, respondet. Cuius à nobis ratio reddetur peculiari præfatione, nempe proxima. Bene uale candide lector, & nostram operam æqui bonique consule. Basileæ. Idibus Ianuarijs. Anno domini Millesimo quingentesimo decimosexto.

BIBL. PUBL. BASILIENSIS.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI

IN COMMENTARIOS PSALMORVM PROOEMIVM

PROXIME quum Origenis psalterium, quod enchiridion ille uocabat, strictis & necessarijs interpretationibus adnotatum, in commune legeremus: simul uterq; deprehēdimus nōnulla eum uel perstrinxisse leuiter, uel intacta penitus reliquisse: de quibus in alio opere latissime disputauit: quo scilicet non putaret rem magnam breui sermone concludere. Igitur pro familiaritate quæ inter nos est, studiose & sedule postulasti, ut quæcunq; mihi digna memoria uidebantur, signis quibusdam potius quàm interpretationibus adnotarem. Et quod solent hi facere qui in breui tabella, terrarum & urbium situs pingunt: & latissimas regiones in modico spatio conantur ostendere: ita in Psalterij opere latissimo quasi præteriens aliqua perstringerē: ut ex paucis quæ tetigissem, intelligantur & cætera quæ omissa sunt, quam uim habeant atq; rationē. Non quod putem à me posse dici quæ ille præterijt: sed quod ea quæ in tomis uel homilijs ipse disseruit, uel ego digna arbitror lectione, in hunc angustum commentariolum referam. Psalterium Græcum est, & Latine organum dicitur, quod Hebræi נבל nebel uocant. Psalmus dicitur, eo quod à psalterio nomē accepit, uel pro psallendo. Quāuis Dauid omnes psalmos cātasset, tamen omnes psalmi in persona Christi pertinēt: & qui prætitulati esse non uidētur apud Hebræos, pro uno psalmo habētur. Nam per titulū intelligitur uniuscuiusq; psalmi intellectus. Quid est titulus, nisi clauis? Vt ita dixerim, in domū nō ingreditur nisi per clauem: ita & uniuscuiusq; psalmi intellectus per clauē, hoc est, per titulū intelligitur, in cuius persona cantatur: aut in persona Christi, aut in persona ecclesiæ, aut in persona prophetæ.

LIBER COMMENTARIORVM DIVI Hieronymi presbyteri in Psalterium.

B Eatus uir qui non abijt in consilio impiorum.] Quidam dicunt hunc psalmū quasi præfationē esse spiritus sancti: & ideo titulum non habere. Alij in eo quod primus sit, ordinis sui habere principiū: & πλειονασμὸν esse uitium eum primum dicere, ante quem nullus sit. Aliter. Apud Hebræos & primus & secundus unus est psalmus: quod in apostolorū quoq; actibus cōprobatur. Deniq; quia à beatitudine cœperat, in beatitudine desiuit, dicēs: Beati omnes qui confidūt in eū. Aliter. Beatus qui non cogitauit, nō fecit, nō docuit mala. Aliter. Beatus q nō est Iudæus, gētilis, hæreticus. Aliter. Tertullianus in libro de spectaculis, asserit hunc psalmū & de Ioseph posse intelligi, qui corpus domini sepeliuit, & de his qui ad spectacula gentiū non cōueniūt.



Eatus uir qui non abijt in cōsilio impiorum. Et in uiab peccatorum non stetit. Et in cathedrā pestilentiæ nō sedit. Sed in lege domini uoluntas eius, Et in legē eius meditabitur die ac nocte. Et erit tāquam lignū quod plātatum est secus decursus aquarum. Quod fructū suum dabit in tempore suo. Et foliūb eius nō decidet. Et omniā quæcūq; fecerit prosperabuntur. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit uentus a facie terræ. Propterea non resurgent impij in iudicio: neq; peccatores in cōcilio iustorum. Quoniam nouit dominus uiam iustorum: & iter impiorum peribit.

b ¶ Et in uia peccatorū non stetit.] Nō dixit, & in uia peccatorū non ambulauit: Hoc quippe impossibile est: quia nullus absque peccato, nec si unius quidem horæ fuerit uita eius: nullum sine peccato dicit, sed in uia peccatorum non stetit, hoc est, qui non perseuerauit in delicto, sed per pœnitentiā ad meliora cōuersus est. c ¶ Et in cathedra pestilentiæ non sedit.] Pro pestilentibus in Hebræo delusores habet: quod scilicet omnes discipulos peruersus doctor illudat. Vnde Hieremias: Nō sedi, ait, in consilio ludentium. Hiere.15.d d ¶ Sed in lege domini uoluntas eius.] Tribus duo retulit, ut habeat uoluntatē: & uoluntati iungat & studium. e ¶ Et in lege eius meditabitur die ac nocte.] Meditatio legis est, non solū in legendis scripturis, sed etiam in his quæ scripta sunt faciendo. Iustus igitur siue manducat, siue bibit, siue dormit, in nomine domini omnia faciens, meditatur legem eius die ac nocte. D

f ¶ Et erit tanquā lignum quod plantatū est secus decursus aquarū.] Pro plantatum, transplantatū Aquila transtulit. Lignum autem cui uir beatus comparatur, sapiētiā puto: de qua & Salomō loquitur: Lignum uitæ est his qui sequūtur eā. Sapientia autē per Apostolū Christus Dei filius declaratur. Christum, ait, dei uirtutē & dei sapiētiam: hoc est, Christo filio dei, conformis utiq; factus, corpori gloriæ eius. Pro.3.e 1.Cor.1.d

g ¶ Quod fructum suum dabit in tempore suo.] Dabit enim fructum non quocunq; tempore, sed præscripto: illo scilicet cum deuictis potestatibus principatibusq; tradiderit regnum Deo patri, cōformatus claritati corporis sui. Quod autem se arborem dominus dici uoluit, ait: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum. Quod lignum, ita dixit: Si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Mat.12.c h ¶ Et folium eius non decidet.] Verba doctrinæ quæ ad salutem gentibus proficiunt: iuxta illud Apocalypsis: Et folia ligni huius ad sanitatem gentium. Luc.23.c Apocaly.22.d i ¶ Et omnia quæcunq; fecerit prosperabuntur.] Iudei hunc psalmum dictum esse existimāt de Iosia, quod solus inter prophanos reges nō abierit in consilio impiorum, sed sequutus sit legem dei. Verum hoc quod modo lectū est, & omnia quæcunq; faciet

A prosperabuntur: non solum de Iosia, sed de nullo sanctorum accipi potest: nisi forte in futuro seculo. Melius igitur de eo intelligimus homine qui à saluatore nostro assumptus est atq; saluatus: non quo aliũ assumpsisse, aliũ assumptum esse testemur: sed quo unus atq; idem filius dei & filius hominis qui ante secula uerbum semper fuit, ipse postea & carnem est dignatus assumere. *a* ¶ Non sic impĩj.] Id quod secundo dicitur, non sic, in Hebræis uoluminib. nõ habetur: sed ne in ipsis quidẽ Lxx. interpretibus. Nã in exẽplis Origenis in Cæsariẽsi bibliotheca legens, semel tantũ scriptũ reperi. Inter impium & peccatorem hoc interest: qui impius est, negat deum: qui peccator est, cõfitetur & peccat. Sicut iustus uir comparatur ligno, sic impius comparatur puluери. Qui iustus est, ligno paradisi cõparatur: qui autẽ impius est, puluери comparatur. *b* ¶ Quem proĩcit uẽtus à facie terræ.] Puluis licet de terra

B sit, tamẽ desiuit esse terra. Tam infelix erit impius, ut nec terrenus quidem sit puluis. Videtur quidem habere terræ substantiam, sed habet suam substãtiam: nihil habet solidum, sed quod habet, ad pœnam habet. Huc illucq; dispergitur, nunquam in uno loco est: quocunq; uentus traxerit, illuc eius impetus dirigitur. Sic & impius, qui semel deum negauerit: quocunq; illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducitur. *c* ¶ Ideo non resurgunt impĩj in iudicio.] Non quia non resurgant, sed quia in iudicio non resurgant: iam enim de his præiudicatum est. *d* ¶ Neq; peccatores in consilio iustorũ.] Si non resurgunt peccatores in consilio iustorũ, diuersa est peccatorum iustorumq; resurrectio. *e* ¶ Quia cognoscit dominus uiam iustorum.] Nihil aliud cognoscit dominus, nisi quod notitia eius dignum est. Cognoscit quippe dominus eos qui eius sunt: & si quis nescit, nescietur. 2. Tim. 2. c. Et ad peccatores dicitur: Discedite à me operarĩj iniquitatis, non noui uos. Mat. 13. d. Viam autem iustorũ illum puto esse qui loquitur: Ego sum uia, De quo & propheta dicit: Videte quæ sit uia bona. Ioan. 14. a Hier. 6. d *f* ¶ Et iter impiorum peribit.] Quàm clemẽter, non impĩj peribũt, sed impietas.

II

QVare fremuerũt gentes: & populi meditati sunt inania.] Audacis est hunc psalmum interpretari uelle post Petrum: imò de eo sentire aliud quàm in Actibus apostolorum dixerit Petrus. *b* ¶ Astiterũt reges terræ: et principes conuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius.] Non solum Herodes rex, sed etiam illi reges aduersus dominũ constiterunt: quorum regna ei in puncto temporis diabolus ostẽdit. *i* ¶ Dirumpamus uincula eorum.] Quatuor præcedentes uersus, uel angeli uel prophetæ sunt locuti, mirantes quare humana temeritas aduersus Dei filiũ consurrexerit. A quinto autẽ uersiculo dominus ipse respondit, cohortans populum gentilium & omnes qui sibi ex Iudæis crediturí sunt, ut legalia uincula dissoluãt & graue onus legis abĩjciant: quod non potuerũt portare patres eorum, sed sequantur eum cuius iugum suaue est & onus leue. *k* ¶ Qui habitat in cœlis irridebit eos.] Per humanæ sermocinationis exẽpla, affectus dei discimus, non quo ille quempiã derideat, sed quod nos derisu digna faciamus. *l* ¶ Et dominus subsãnabit eos.] Subsannatio proprie rugata fronte & cõtracto naso exprimitur. Absit itaque hoc nos de deo corporaliter existimare, quod etiã in grauib. uiris quidam reprehẽsione dignum arbitrantur. *m* ¶ Tunc loquetur ad eos in ira sua.] De ira dei & Lactantius librum pulcherrimũ scripsit: & ipse Origenes creberrime disputat, non tam irã esse quam necessariã correptionem, ut patris in filium, medici in ægrotum, magistri in discipulũ. Ira autem patiẽtibus uideri potest, non quod deus emẽdet iratus. *n* ¶ Et in furore suo conturbabit eos.] Sicut in epistola ad Romanos: Reuelatur, inquit ira dei: ut qui eam uenturam intelligunt, studeant deui

C

tare: ita & in præsenti loco benigne, nõ ait puniet, sed turbabit, ut absque pœnis qui turbatus est corrigatur. *o* ¶ Ego autem.] Vox Christi. *p* ¶ Constitutus sum rex.] Pro parte carnis dicitur. *q* ¶ Ab eo.] Deo patre. *r* ¶ Super Sion.] Id est super ecclesiam. Sion specula uitæ interpretatur. *s* ¶ Montem sanctum eius.] Mons est ecclesia uel ipse Christus, ut illud, Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus domini in uertice montium. Esa. 2. a *t* ¶ Prædicans præceptum domini.] Hoc est, doctrinã euãgelĩj. *u* ¶ Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.] Iesus Christus est heri & hodie, & in æternum. Recte autem ei qui natus est in tempore dicitur. *x* ¶ Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.] Ac si dicat, dum Iudæi te noluerunt recipere, omnes gentes tibi ueniẽt in hæreditatem. *y* ¶ Reges eos in uirga ferrea.] In dura disciplina Romanorũ. Vel per uirgã ferream, disciplina intolerabilis, quia corda illorũ tortuosa erant. *z* ¶ Tanquam uas figuli cõfringes eos.] Vas figuli antequã in testam fuerit obduratũ, si dissipetur reformabile est. Lege Hieremiã. Si autem semel testa fracta fuerit, nequaquã in integrum compingi potest. Verum quæ apud homines impossibilia sunt, apud deum possibilia. Figulus, Christus, uas, homo, ut est illud, Sicut uas in manu figuli, sic uos in manu mea dicit dominus. Aliter. Confringitur in pœnitentia hic, uel in die iudicĩj in ignem. *a* ¶ Nunc reges intelligite.] Reges seculi omnes, uel reges sancti apostoli, intelligite ista supradicta. *b* ¶ Erudimini,] hoc est, uosmetipsos uel alios. *c* ¶ Qui iudicatis terrã.] Sanctam ecclesiam. *d* ¶ Seruite domino in timore.] Timore dixit, ut elationem eis tolleret: quia reges eos appellarat. *e* ¶ Et exultate ei.] Vt eos iterũ confortaret, ut illud, Gaudete & exultate. *f* ¶ Cum tremore.] Vt cum tremore essent, id est, tremore corporis & timore animæ. *g* ¶ Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur dominus.] Pro eo quod in Græco dicitur προάξασθε παιδείαν, in Hebræo

Hier. 18. a Ibi. 18. a Mat. 5. b

ne quando iraſcatur dominus, & pereãtis de uia iuſta. Cum exarſerit in breuĕ ira eius, beãti omnes qui confi/dunt in eum.

Pſalmũs Dauid quando fugit à facie Abſalom filĳ ſui. III

DOminĕ quid multiplicati ſunt qui tribulant me, multi exurgunt aduerſus me. Multi dicũt animæ meæ,nõ eſt ſalus ipſi in deo eius. Tu autem domine ſuſceptor meus es,gloria mea & exaltans caput meũ. Voce mea ad dominum clamaui,& exaudiuĭt me de monte ſancto ſuo. Egŏ dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi,quia dominus ſuſcepit me. Nŏn timebo milia populi circundantis me, exurge domine ſaluum me fac deus meus. Quŏniã tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentĕs peccatorum cõtriuiſti. Dŏmini eſt ſalus,& ſuper populum tuum benedictiõ tua.

In finĕm in carminibus, Pſalmus Dauid. IIII

CVm inuocarĕm exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, in tribulationĕ dilataſti mihi. Miſerere mei,& exaudi orationem meam. Filĳ hominũ uſq; quo graui corde,ũt quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium. Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctũ ſuum, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Iraſcimini & nolite peccare,qũæ dicitis in cordibus ueſtris: & in cubilibus ueſtris compungimini. Sacrificatĕ ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in domino, multi dicunt quis oſtẽdit nobis bona. Signatũm eſt ſuper nos lumen uultus tui

A in Hebræo legitur נַשְּׁקוּ בַר naſkubar, quod interpretari poteſt, adorate filiũ. Apertiſſima itaq; de Chriſto prophetia, & ordo præcepti, adorate filiũ: ne forte iraſcatur dominus, hoc eſt, pater. *a* ¶ Et pereatis de uia iuſta.] Iudæis qui noluerũt adorare filium, iratus eſt dominus, & perierunt de uia recta. Via iuſta uel recta Chriſtus eſt. In uia ſumus, quando mandata Dei implemus. De uia perimus quando ab eis declinamus. *b* ¶ In breui ira eius.] Hoc eſt, in exitu uniuſcuiuſq; hominis. Vel breui ira in die iudicĳ, ut il
1.Theſſ.5.a lud: Cum enim dixerint homines, pax & ſecuritas: tunc ueniet eis repentinus interitus. *c* ¶ Beati omnes qui confidunt in eum.] Non in hominibus, neq; in ſemetipſis, ſed in Deũ. Iſte pſalmus, ut præfati ſumus, in beatitudinẽ terminatur, unde ſuperior incipit: & ideo apud Hebræos pro uno habentŭr. *d* ¶ Pſalmus Dauid quando fugit à facie Abſalom filĳ ſui.] Iſte pſalmus poſterior eſt ſe
B quentibus plurimis: qui ad Saulis uidentur hiſtoriam pertinere. Ante ſiquidẽ Dauid à Saul eſt paſſus inſidias, quàm Abſalom aduerſus eũ arma corriperet. Sed quia propoſitum ei erat, ut non tantum de ſe referret quæ paſſus eſt, quàm ut per exemplum ſui omnes homines inſtitueret: ideo primis ſecunda præpoſuit, ut tentationũ ordinem doceat. Siquidem ante propter peccata corripimur, & poſtea propter uirtutẽ probamur. In Dauid uero tentationum ordo mutatus eſt. Sub Saul perſecutione, innocens fuit: ſub Abſalom, manifeſtiſſime criminis reus tenetur Vria interfecto. Lege quinquageſimi pſalmi titulum: & intelliges eum iuxta ordinem priorem eſſe quàm tertium. III

DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulãt me: multi exurgunt aduerſus me.] Poteſt hic pſalmus & ad Dauid & ad Chriſtũ & per eum ad omnes ſanctos pertinere. *f* ¶ Exaudiuit me de monte ſancto ſuo.] Montẽ ſanctum puto unigenitum eſſe filiũ Dei, ad quem in no
Eſa.56.c uiſſimis diebus populi confluituri ſunt: Eſaia & Michea
Mich.4.d hoc ipſum uaticinantibus. Sed et de eccleſia intelligitur: quia non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. *g* ¶ Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi: quia dominus ſuſcepit me.] Quaſi ſomnus, inquit, & locus eius perſecutio fuit. *h* ¶ Non timebo milia populi circundãtis me.] Et Dauid poteſt hoc de Abſalom & exercitu eius dicere: & dominus de Iudæis frementib. aduerſum
Ioan.19.c ſe & clamantibus: Tolle, tolle crucifige eum. *i* ¶ Quoniã tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa.] Percutit dominus & uineas alienigenarum in grandine: & ſaluator qui pro nobis factus eſt omnia, percuſſus à patre ſcribitur. Percutiam paſtorem: & oues diſpergen/tur. Pro ſine cauſa autem, maxilla legitur in Hebræo, id eſt, לְחִי lehi. Et quia maxillam præmiſerat: conſequẽter infertur. *k* ¶ Dentes peccatorum cõtriuiſti.] Reſpondeant ergo amici ſolius hiſtoriæ: quomodo Deus maxillam percutiat, & cõfringat dentes peccatorum, pugilũ contra ſe more certantium. Dentes peccatorũ contriuiſti. Principes Iudæorũ: dentes: uel hæretici doctores uel uerba ipſorum. *l* ¶ Domini eſt ſalus.] Hoc eſt, non ab homine, ſed à deo. Ipſe ſolus poteſt, & per ipſum à morte in uitã tranſire. *m* ¶ Et ſuper populũ tuũ.] Hoc eſt populũ Chriſtianum. *n* ¶ Benedictio tua.] Populo credentiũ benedictionem infundit: tranſmittens eis ſpiritum ſanctum, uel in futuro quando dicturus erit: Venite benedicti Matth.25.c patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. *o* ¶ In finem in carminibus, pſalmus Dauid.] In
D finem, id eſt, in Chriſto. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. In carminibus, hoc eſt, in laudibus. Pſalmus Dauid, hoc eſt, laus Chriſti. IIII

CVm inuocarĕ exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.] Incõgruũ eſt hoc de Dauid accipere, ut qui in ſuperiori pſalmo propter occiſionẽ Vriæ penè eſt interfectus à filio, nũc audeat dicere: Exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ. Totus itaq; pſalmus ad Chriſtũ & per Chriſtum ad iuſtos referẽdus eſt. Horũ ſimile quid etiã Iacob loquutus eſt, dicẽs: Exaudiet me cras iuſtitia mea. *q* ¶ In Gene.30.c tribulatione mea dilataſti mihi. Miſerere mei, & exaudi orationem meam.] Licet mihi auxilium tuleris, & in tribulatione mea dilataſti mihi: tamen ego miſericordia tua ſemper indigeo. *r* ¶ Vt quid diligitis uanitatem & quæritis mẽdacium.] Diapſalma. Verbum סֶלָה ſela, Lxx. interpretes: Symmachus & Theodotio, diapſalma tranſtulerunt. Aquila uero, ſemper: & puto autmuſici cuiuſdam ſoni eſſe ſignaculum: aut certe perpetuitatem eorum quæ prædicta ſunt indicari, ut ubicunq; ſela, hoc eſt, diapſalma ſiue ſemper apponitur: ibi ſciamus non tantum ad præſens tempus, uerum ad æternum, uel quæ ſequũtur uel quæ præceſſerint pertinere. *s* ¶ Quæ dicitis in cordibus ueſtris, & in cubilibus ueſtris compungimini.] Quod in die cogitando peccatis, nocte expiate per lachrymas. *t* ¶ Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in domino.] Sacrificium Deo immolate iuſtitiam: & conſequenter ſperabitis in domino. *u* ¶ Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine.] In cuius facie lumen domini ſignatum eſt: iſte reuelata facie gloriam domini contemplatur. Tale ſignum

domine:dediſti lætitiã in corde meo. A fructũ frumenti & uini eorum repleti ſunt. In pace in idipſum: dormiã & requieſcam. Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe, conſtituiſti me.

In finẽm pro ea quæ hæreditatem conſequitur: pſalmus Dauid. V

VErbã mea auribus percipe domine, intelligẽ clamorem meum. Intende uoci orationis meæ, rẽx meus & deus meus. Quoniã ad te orabo domine, manẽ exaudies uocem meã. Manẽ aſtabo tibi & uidebõ, quoniã non deus uolens iniquitatem tu es. Nẽq; habitabit iuxta te malignus: nequè permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnẽs qui operantur iniquitatem, perdẽs omnes qui loquũtur mendaciũ. Virũm ſanguinũ & doloſum abominabitur dominus, egõ autẽ in

Ezech.9.b. E & in gementium frõtibus in libro Ezechielis prophetæ notari dominus præcepit. *a* ¶ A fructu frumenti & uini eorũ repleti ſunt.] Id quod in plurimis codicibus inuenitur, & olei eorum, cum uetuſtũ Origenis exemplũ pſalterij reuoluerem quod ipſius manu fuerat emendatum: nec in Hebræo, nec in cæteris æditionibus, nec apud ipſos Lxx. interpretes reperi. *b* ¶ In finem pro ea quæ hæreditatem cõſequitur: pſalmus Dauid: [De eccleſia quæ in fine & conſummatione mũdi hæreditatem cõſequuntura eſt uniuerſis nationibus Chriſto credentibus, pſalmus iſte contexitur. Denicq; & ex perſona eius oratio ad dominum dirigitur. V VErba mea auribus percipe domine.] Nullus habet hãc fiduciam niſi eccleſia. Qui peccator eſt, nõ eſt auſus dicere: uerba mea auribus percipe domine, qui iraſcitur & maledicit, nõ eſt auſus dicere, uerba mea auribus percipe domine: ſed optat ut deus claudat aures ſuas. *d* ¶ Intellige clamorẽ meũ.] Clamor in ſcripturis nõ uocis, ſed cordis

Exo.14.d eſt. Denicq; ad Moyſen dicitur: Quid clamas ad me, cum Moyſes ante non clamaſſet. Intellige clamorem meum. Et Apoſtolus: Clamantes in cordibus noſtris, abba pa-

F ter. Vtique qui clamat, non in corde clamat, ſed in lin-

Gal.4.b gua clamat. Et quomodo dicit apoſtolus, clamantes in cordibus noſtris? Quando igitur gemitus noſter & conſcientia deprecatur, iſtum clamorem intelligit deus. Vn-

Tren.2.f de dicit & Hieremias: Nõ ſileat pupilla oculi mei. Videte quid dicat, Nõ taceat pupilla oculi mei, & aliquãdo pupilla oculi clamat ad Deum. Vticq; ſi clamat, lingua clamat, non pupilla oculi. Sed quomodo clamamus in cordibus noſtris, quando cum gemitu dominum deprecamur: ſic quando lachrymas ad deum fundimus, eo tempore pupilla oculi noſtri clamat ad dominum. *e* ¶ Rex meus & deus meus.] Ille uere auſus eſt dicere, rex meus & deus meus: cui non regnat peccatũ in mortali corpore. Rex meus & deus meus, quia regnas in me, & non regnat peccatũ: propterea deus meus es. Tu es deus meus quia non eſt uenter deus meus, quia non eſt aurũ deus meus: quia non eſt libido deus meus. Quoniam tu uirtus es, & ego cupio habere uirtutes: propterea tu es deus meus, hoc eſt, uirtus mea. *f* ¶ Mane exaudies uocem meam.] Quidam ſimplicius interpretãtur, hoc eſt, exurgo diluculo ad orandum & deprecor te. Et quæ eſt iſta interpretatio, qua dicitur: mane nos exaudit, ueſpere nõ exaudit: media nocte nõ exaudit. Sed uidete quid dicat: Quandiu in tenebris erroris ſum, nõ me exaudit. Quando uero ſol iuſtitiæ uenerit in corde meo, tunc me exaudit. mane exaudies uocem meam: non dixit tertia hora, non dixit ſexta hora, non dixit plena luce, ſed uidete quid dicat: Mane, ſtatim ut tenebræ fugere cœperint exaudis, ſtatim in principio boni operis me exaudis, non quæris finem. Eſt enim meum uelle, tuum perficere. *g* ¶ Mane aſtabo tibi.] Videte ordinẽ: mane, non ueſpere, non in tenebris, ſed mane. Mane aſtabo tibi, ſtabo conſtãter & imitabor Moyſen. Mane aſtabo tibi, tibi aſtabo, nõ aliis. Cum autem mane fuerit & ſtetero, & tibi ſtetero, tunc merebor te uidere. *h* ¶ Et uidebo.] Subauditur, te uidebo. Multi male legunt, & dicunt: οὐκ ἐπάξω, ſed ſciamus errorem eſſe: ſic dicitur, οὐκ ἐπάξομαι, hoc eſt, G uidebo, ut ſit ordo quem diximus: incipiente luce uirtutum in anima mea, quando ſtare tibi cœpero: non ſedere, nõ iacere, ſed ſtare, & ſtatues ſupra petrã pedes meos: tũc per iſtos gradus merebor te uidere. *i* ¶ Quoniã tu es deus nõ uolẽs iniquitatẽ.] Propterea non me exaudies plena luce, ſed mane: quoniã non uis deus iniquitatẽ. Cũ enim recedere cœpero ab iniquitate, ſtatim merebor exauditionem tuam. *k* ¶ Neq; habitabit iuxta te malignus.] Quando aliquis recedit à nobis qui malus eſt, gratulemur, hoc in nobis fit quod factum eſt & in domino. Videte enim quid dicat ſpiritus ſanctus: Neq; habitabit iuxta te malignus. 2.Cor.6.a Quæ enim cõmunicatio luci & tenebris? Qui conſenſus Chriſto & Belialẽ? Quando ergo recedunt aliqui ex nobis, dicamus & nos: Exierunt ex nobis, ſed non fuerunt ex nobis. Si 1.Ioan.12.c enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum. Dicitur ad Deum: Non habitabit iuxta te malignus. Si Deute.4.d enim Deus ignis eſt & ignis conſumens, quicunque ſtipula eſt, quicunq; lignum eſt, fugit ab igne, ne conſumatur ab igne. *l* ¶ Neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.] Quando dicitur, neque permanebunt: oſtenH ditur quod aliquando manſerint. Manſerunt autem aliquando iniuſti ante oculos dei: manſerunt deo expectãte pœnitentiam ipſorum: ſed quoniã permanſerunt iniuſti, propterea nõ permãſerũt ante oculos dei. *m* ¶ Odiſti omnes qui operantur iniquitatem.] Infelix eſt, quem odit deus. Quis eſt ille quem odit Deus? Qui operatur iniquitatem. Si enim omnes peccamus, & quicũq; peccat, odio habet à deo: ergo odio habemur à domino. Si autẽ odio habemur à domino, quomodo gratia ſaluati ſumus? Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ. Non dixit, qui operati ſunt iniquitatẽ: ſed qui operãtur iniquitatem. Qui perſeuerant in peccato, illi odio habentur a domino: qui autem dimiſerunt, illi amantur à domino. *n* ¶ Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ.] Rem nouam uideo: Qui malũ operatur, odio habetur: qui mentitur perit. Videamus quid ſit plus, odio haberi à domino, an perire. Infelix quidẽ eſt qui odio habetur à domino: ſed adhuc uiuit. Qui autẽ loquitur mendaciũ & perit, iam eſſe deſiſtit. Ergo infelicior eſt qui mendaciũ loquitur, quàm ille qui operatur iniquitatẽ. Qui enim operatur iniquitatẽ, odio habetur: qui autẽ loquitur mẽdacium, perit. Os enim quod mentitur, occidit animã. Et Sap.1.c quomodo ſcriptũ eſt, ut ſit deus uerax, omnis autem homo mendax. Si autẽ quicunq; loquitur mendaciũ, iam perit & occidit animã ſuam, omnes autẽ mẽtimur: ergo omnes peribimus? Hoc autẽ quod dicit: Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ: & ex conſequentibus pſalmi, & ex ipſo ordine intelligere poſſumus, quia de hæreticis dicit: Qui enim operatur iniquitatẽ, ſuam tãtum animã occidit: qui autẽ hæreticus eſt & loquitur mendaciũ, tot occidit homines quot induxerit. *o* ¶ Virum ſanguinũ & doloſum abominabitur dominus.] Vir ſanguinũ, omnis hæreticus eſt: quotidie animarũ ſanguinẽ fundit. Recte dixit doloſum: & homicida eſt & doloſus. *p* ¶ Ego autẽ in multitudine miſericordie tuæ, introibo in domũ tuam.]

A tuã.] Illi in iniquitate ſua egrediuntur de domo tua: ego in tua miſericordia ingrediar in domũ tuã, introibo in domũ tuã quæ eſt eccleſia. *a* ¶ Adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuum in timore tuo.] Ipſa eſt domus quæ templum. *b* ¶ Domine deduc me in tua iuſtitia.] Ego aũt cupio intrare in domũ tuã, & uolo intrare per uiã tuã rectã: ſed quoniã cõtinuata ſemitis ſcãdala ponunt inimici mei, & mihi in domũ tuam ire cupienti, laqueos ponunt in itinere: propterea quæſo te, ut tu dirigas pedes meos uſq; ad finem. Meũ eſt pedes ponere in uia tua: tuum eſt corrigere greſſus meos. *c* ¶ Propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo uiam meã.] Hoc eſt, uiam tuam rectã fac propter inimicos meos qui inſidiantur mihi. Quæ eſt autem iſta uia? Lectio ſcripturarum, hoc eſt, ne in ſcripturis tuis per quas ingredi cupio in eccleſiam tuam, corruã. Omnis enim qui male intelligit ſcripturas, in uia dei corruit. *d* ¶ Quoniam non eſt in ore eorum ueritas.] Deſcribuntur hæretici: deſcribitur uir ſanguinarius & doloſus, quem abominabitur dominus. Non eſt in ore eorum ueritas. Non habent Chriſtum ueritatem in ore ſuo: quia nec in corde habent. *e* ¶ Cor eorum uanum eſt.] Melius habetur in Hebræo: קִרְבָּם cirbom. Vere enim inſidiatur cor hæreticorũ omnibus quos decipit. *f* ¶ Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ.] B Infelices ſunt hæretici, qui ſepulchra ſunt dealbata, plena oſſibus mortuorũ. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Arius, Eunomius, & cæteri hæretici linguas ſagittas habent, fauces ſuas ſepulchrum habent. Sepulchrũ patens eſt guttur eorum. Et recte dixit, patens: Quãdocunq; enim uult aliquis deceptus intrare, paratus eſt hæreticus, & ſuſcipit. Nunquam hæretici claudũt os ſuum, ſed ſemper aperiunt os ſuum. *g* ¶ Linguis ſuis doloſe agebant.] Aliud in corde tenebãt, aliud in ſermone pollicebantur. Pietatem loquebantur, & impietatem cælabant. Chriſtum loquuntur, & occultant antichriſtum. Sciunt enim quod nemo poſſit induci, ſi proferant antichriſtum. Lucem proferunt, ut cælent tenebras: ut per lucẽ ducant ad tenebras. *h* ¶ Iudica illos deus.] Sciũt te iudicem, ſciunt te reſpicere res humanas. Qui iudicaturus in fine es, etiam in præſenti iudica. Qui generaliter iudicaturus es, nunc ex parte iudica. Qui patrem ſentire nolunt, ſentiãt iudicẽ. Iudica illos Deus. Quare? Qua de cauſa? Sequitur. *i* ¶ Decidant à cogitationib. ſuis.] Si enim in præſenti reddideris illis quod merentur, incipiunt recedere à malis cogitationibus ſuis: quãdiu te iudicem non ſentiunt, non timent. Decidant à cogitationibus ſuis. Egregie dixit, à cogitationibus ſuis. Quotidie enim hæretici immutant dogmata ſua. Deniq; ſi uir eccleſiaſticus de ſcripturis eruditus cõtenderit contra eos, & ſcripturis ſanctis coarguerit eos, ſtatim requirũt, quomodo aliud nouũ dogma reperiant. Non quærunt quomodo ſaluẽtur, ſed quomodo ſuperent. Propterea nunc dixit: Decidant à cogitationib. ſuis: & te habeant unam cogitationem. *k* ¶ Secundum multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos.] Non dixit, unde eos expellat: de cœlo eos expellat: de terra eos expellat. Vnde eos expellat, ſcriptura non dicit: ſed ὑπερβατὸν eſt & ὕστερον πρότερον. Debemus ergo legere: Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Quod dicit, hoc eſt, ab impietatibus ſuis multis propter tuam miſericordiã expelle eos, hoc C eſt, non ſint in multis impietatibus ſuis. Poteſt & aliter interpretari: Quoniam plurimum impij fuerunt, & noluerunt decidere à cogitationibus ſuis: & impietates impietatibus augent, & quotidie congregant, & plures habent impietates: propterea expelle eos. Vnde? Ab ea quæ hæreditatẽ cõſequitur. Tu expelle eos inde: ut quoniã fidẽ nõ habẽt eccleſiæ, ne uerſẽtur in ea. *l* ¶ Quoniam iritauerũt te domine.] Tu domine per naturã dulcis es: ſed quicũq; peccatores ſunt & hæretici, naturam tuæ dulcedinis uitio ſuo uertũt in amaritudinem. *m* ¶ Et lætentur omnes qui ſperãt in te.] Illi pereãt, & eccleſiaſtici lætẽtur. *n* ¶ In æternũ exultabunt.] Hic in æternum, nõ de præſenti ſeculo debemus dicere, ſed de futuro. Denique non dixit, in ſeculo exultant, ſed exultabunt, de futuro dicitur. Hic enim triſtitia eſt, ibi uero lætitia. Hæretici de præſenti rident, ſed in futuro lugebunt. Nos uero in præſenti lugemus, ut in futuro rideamus. In æternum exultabunt. Quæ erit exultatio ſanctorum uirorũ? *o* ¶ Et inhabitabis in eis.] Felices erũt qui Chriſtum hoſpitem habere merebuntur, felices qui tabernaculum Chriſti erunt. *p* ¶ Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuũ.] Quicunq; diligit deũ, D gloriabitur in domino. Qui diligunt. Non dixit, qui timent, ſed qui diligunt. Vbicunq; enim timor eſt, ibi non eſt dilectio. Perfecta quippe dilectio foras mittit timorẽ. Quicunq; enim diligunt nomen domini, illi gloriabuntur. Gloriabuntur: Futura eſt beatitudo noſtra, totum quod promittitur, de futuro eſt. Alij regnent, alij poſſideant, alij glorientur. Nos hic ſumus miſeri, ut poſtea felices ſimus. Sequamur Chriſtum dominũ noſtrũ. Qui dicit ſe in Chriſto credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipſe ſic ambulare. Chriſtus Dei filius non uenit ut miniſtraretur, ſed ut miniſtraret. Non uenit ut imperaret, ſed ut ſeruiret. Non uenit ut lauarentur illi pedes, ſed ut lauaret pedes diſcipulorum. Non uenit ut cæderet, ſed ut cæderetur. Non dedit alapam, ſed accepit. Nõ crucifixit, ſed crucifixus eſt. Nõ alios occidit, ſed ipſe paſſus eſt. Pauper fuit, ut nos diuites faceret. Ille accepit pro nobis plagã, ut nos uerberati nõ doleremus. Quotiẽſcunq; cædimur, præbeamus maxillam, dorſum opponamus, imitemur Chriſtum. Qui cæditur, Chriſtum imitatur: qui cedit, antichriſtum. Hoc totũ quare dico? Vt in præſenti ſeculo quod ſuſtinemus, pro Chriſto glorificemus nomen domini. Dum loquimur, dum ambulamus, repente ſubtrahimur. Ego ipſe qui uobis hodie loquor, die craſtina quid de me futurum ſit, neſcio. Si uenerit leuis febricula, ubi eſt iſta uox? Vbi eſt ſuperbia? Repente uertitur in cinerem. Quid gloriatur terra & cinis? Secun Eccli. 10. b dum corporis naturam, terra & cinis ſumus. Terra es, & in terram ibis: & terra gloriatur contra factorem ſuum. *q* ¶ Quoniam tu benedices iuſto.] In futurum ergo differtur beatitudo. *r* ¶ Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos.] Apud ſeculum aliud eſt ſcutum, aliud corona: apud deum uero ipſe eſt ſcutum, ipſe eſt & corona, quaſi ſcutum protegit, quaſi deus coronat. Ipſe eſt ſcutum noſtrum, ipſe eſt & corona noſtra, & ob hoc dicit: Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Protexiſti nos ſcuto tuo, & protectio tua corona noſtra

multitudine miſericordiæ tuæ. Introibo in domũ tuam adorabo ad templũ ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos, dirige in cõſpectu tuo uiam meam. Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, cor eorũ uanum eſt. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatũ eorum expelle eos, quoniam iritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & inhabitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum, quoniam tu benedices iuſto. Domine ut ſcuto bone uoluntatis tuæ coronaſti nos.

Matth. 20. d

E ſtra fuit, hoc eſt, corona noſtra ſcutū tuum fuit, id eſt noſtra uictoria. Corona enim uictoria interpretatur. Gratias agamus Deo, & deprecemur illum, ut in bona uolū tate ſua ipſe ſit ſcutum & corona noſtra, ut nunquā recedamus ab eo, ut ſequamur illum, & dicamus cum Hieremia: Et poſt te ſubſequens non laborauī. Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Scuto protegimur: & cum perfecti fuerimus, coronamur. *a* ¶ In finem pro carminibus pro octaua pſalmus Dauid.] Iſte & undecimus pſalmus, pro octaua inſcriptionem habent, reſurrectionis & pœnitentiæ, ac per hoc ſalutis noſtræ myſterium continentes. In quo humanum genus poſtulat, ut corrigamur quidē & iudicemur à Deo, ſed non in ira & in furore eius. Lōgum eſt de ſacramento huius numeri plura exēpla reuocare. Octo animæ ingreſſæ ſunt in arcam Noe, quæ in diluuio ſaluatæ ſunt. Octauus filius Ieſſe Dauid fuit, qui & deTreno.1.c

In finēm pro carminibus pro octaua, pſalmus Dauid. VI

DOminē ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miſererē mei domine, quoniām infirmus ſum, ſana me domine, quoniām conturbata ſunt oſſa mea. Animā mea turbata eſt ualde, ēt tu domine uſquequo. Conuertere domine & eripe animam meam, ſaluū me fac propter miſericordiā tuam. Quoniām non eſt in morte qui memor ſit tui, in infernō autem quis confitebitur tibi. Laboraūi in gemitu meo, lauabō per ſingulas noctes lectum meū, lāchrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatūs eſt à furore oculus meus, inueteraūi inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniā exaudiuit dominus uocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meā, dominus orationē meā ſuſcepit. Erubeſcant & conturbētur uehementer omnes inimici mei, conuertantūr & erubeſcant ualde uelociter.

Pſalmūs Dauid, quem cantauit domino pro uerbis Chuſi filij Iemini. VII

F ſperatur à patre, & à Deo ſolus eligitur. Octauo die circuncidūtur primogenita, & immunda eſſe deſiſtunt. Zacharias quoq; pater Ioānis octaua die circunciſionis filij ſui loquitur. Et poſt dies octo ſiue ſex (utrunque enim in diuerſis euangeliſtis legitur) dominus tranſformatur in monte, ut ſic octonarius in ſexto numero conti neatur, quomodo nunc in ſexto pſalmo, inſcriptio ponitur ogdoadis. VI

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.] Pœnitentiæ pſalmus eſt, & non emendari refutat & corripi, ſed in furore & in ira, quia infirmus ſit: & turbata ſint oſſa eius. Et aliquādo prius furor eſt, & poſtea ira, ſed maxime unum eſt. Tamen furor in præſenti, ira in futuro. *c* ¶ Miſerere mei domine.] Vox eccleſiæ: Miſerere mei, quia miſer ſum. Et ipſe miſericordiam dei inuenit, qui ſe miſerum confitetur. *d* ¶ Quoniam infirmus ſum, ſana me domine.] Ac ſi dicat: Infirmus ſum pro peccato, ſana me, quia medicus es. Ego ſum ægrotus, tu es medicus. Ego habeo infirmitatem, tu habes ſanitatem. Ego ſum infirmus per peccatum, tu ſana per miſericordiam. *e* ¶ Quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.] Ac ſi dicat: omnes uirtutes quæ oſſa appellauit, in primo homine trangreſſæ ſunt ſiue perditæ. *f* ¶ Anima mea exinde turbata eſt.] Per pœnitentiam, ut emēdemur. *g* ¶ Et tu domine uſquequo.] Subauditur, uſquequo animam meam quæ eſt conturbata uehemēter, non eripis, nō corrigis, non emēdas? *h* ¶ Cōuertere domine & eripe animam meam.] Niſi animam noſtram ante conuerterit, non eam poteſt eruere de periculo. Vel illud: Domine qui auertiſti uultum tuum à nobis, conuertere & nos uidere dignare, & erue animā noſtram. *i* ¶ Quoniā nō eſt in morte qui memor ſit tui.] Non enim mortui laudabunt te domine, ſed nos qui uiuentes ſumus, quia non eſt deus mortuorum, ſed uiuorum. *k* ¶ In inferno autem quis cōfitebitur tibi?] Non pro impoſſibili, ſed pro raro poſuit. In omnib. enim deiPſal.113.d

iudicijs delectatur ſāctus, & laudat iudicia eius. *l* ¶ Laboraui in gemitu meo.] Miſerere mei, quia hæc & hæc quæ ſequuntur feci. *m* ¶ Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.] Qui quotidie lachrymis ſtratum rigat, non poteſt in cogitatione eius libidinum pompa ſurrepere. *n* ¶ In lachrymis meis ſtratū meū rigabo.] Quāta multitudo lachrymarū, ut ſtratum eius lachrymis rigatum ſit. *o* ¶ Turbatus eſt à furore oculus meus.] Vbi ſunt amici litteræ? Certe oculus iſte corporeus ab ira nō conturbatur, niſi forte in tantam rabiem extollimur, ut uultus quoque noſtri & ora mutentur. Ille itaque turbatur oculus, qui ſi ſcādalizatus fuerit, eruetur. Non autem ait: Ab ira mea turbatur oculus meus, ſed ab ira tua. O Deus, per quem ſupplicia mihi timeo præparata: turbata eſt mens mea, & totum cordis mei principale cōtremuit. *p* ¶ Inueteraui in omnibus inimicis meis.] Non noua aduerſum me inimici bella gerunt, meus hoſtis antiquus eſt. Aliter. Puber- H tatem eius hominis qui renouatur de die in diem, non poſſum conſequi: quia ueterem hominem cum uitijs & concupiſcentijs eius inimicis meis aduerſum me porto pugnantibus. *q* ¶ Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.] Poſtquàm ipſe miſericordiā conſequutus eſt, cæteros docet, uel cohortatur, ut à ſe abeant. Non enim uult iniquorum habere conſortium. Simul autem & illud notādum eſt, quod iam ſuperius diximus, quod non eos qui operati ſunt iniquitatem, ſed qui operātur, à ſe iubeat recedere. *r* ¶ Conuertantur & erubeſcant ualde uelociter.] Non contra inimicos, ſed pro inimicis orat, ut conuertantur & erubeſcant à peccatis ſuis, & erubeſcant non leuiter, ſed uehemēter, nec recraſtinato tempore, ſed cito. *s* ¶ Pſalmus Dauid quem cantauit domino pro uerbis Chuſi filij Iemini.] Plerique (& maxime hi qui Hebræi ſermonis ſciētiam non habent) hunc pſalmum arbitrantur eo tempore eſſe cantatum, quo Chuſi 2. Reg. 15. g
filius Arachi amicus Dauid deſtruxit conſilium Achitophel, & ad eum nuncios miſit, ne in eremo ultrà ſederet, ſed procul fugeret, ne opprimeretur à filio. Verum ſciendum eſt uehementer errare. Primū, quod nomen Chuſi per ס, ſamech literam ſcriptum eſt: hic uero per ש, ſin. Deinde quod nunquam Dauid qui Ioab & cæteris ducibus exercitus ſui præceperat, dicēs: Parcite puero Abeſ- 2. Reg. 18. b
ſalon, de morte filij loqueretur: Concepit dolorem & peperit iniquitatem: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit: maxime qui morte eius audita operuit caput ſuum, & eiulans clamaret: Filius meus Abeſſalon, filius meus Abeſſalon. Ad extremum quod illic Chuſi amicus Dauid, filius Arachi ſcriptum eſt, hic uero filius Iemini. Sciēdum itaq; Chuſi interpretari Aethiopem, & totum pſalmū contra Saul eſſe conſcriptū, qui perſequebatur eum, & in foueam quam foderat, ipſe incidit. Quem Aethiopem uocat propter ſanguinarios, & tetros, & crudeles mores. Iemini uero familia, quod adtribum

A tribũ pertineat Beniamin: de qua Saul ortus est, Regnorũ libri testimonio sunt, in quib. scriptura cõmemorat:
1.Reg.9.a Et erat uir de filijs Beniamin, & nomẽ eius Cis, filius Abihel, filij Sareth, filij Bechor, filij Aphi, filij uiri Iemini, uir
1.Reg.17.b potens, & huic filius, & nomen eius Saul. Semei quoque ille qui lapides & pulueré in Dauid iaciebat, de familia Saul, hoc est, Iemineus fuit sicut in eisdem libris scribitur: Egredieba/tur uir de propinquitate domus Saul, & nomẽ ei Semei, filius Gera, de quo postea Dauid loquens inducitur: Ecce filius meus qui egressus est de uẽtre meo, quærit animam meam: & quanto magis nunc filius Iemini? Aquila hunc locum ita interpretatus est: Pro ignoratione Dauid, qui cecinit domino pro uerbis Aethiopis. Symmachus in hunc modũ: Pro ignoratione Dauid, quod cecinit domino, p uerbis Chusi filij Iemini. Hæc omnia latius executus sum: quia eruditissimi uiri putauerunt hũc psalmũ, nõ cõtra
B Saul, sed cõtra Abessalon esse compositũ: quod pro parte non esse mõstraui. VII

DOminẽ deus meus in te speraui, saluũ me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Nẽ quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Dominẽ deus meus si feci istud, si est iniquitãs in manibus meis. Si rẽddidi retribuentibus mihi mala, decidãm merito ab inimicis meis inanis. Persequatũr inimicus animã meam & comprehendat, Et conculcẽt in terra uitam meã, & gloriãm meã in puluerem deducat. Exurgẽ domine in ira tua, & exaltarẽ. Et exurgẽ domine deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos. Iudicã me domine secundum iustitiã meam, & secundũ innocentiã meam super me. Consummetur nequitia peccatorum & diriges iustum, scrutans corda & renes deus. Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum uibrabit, arcũm suum tetendit, & parauit illum. Et in illũm parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacũm aperuit & effodit eum, & incidit in foueãm quam fecit.

DOmine deus meus in te speraui.] Nõ speraui in gladio meo, non speraui in uirtute mea, sed speraui in auxilio tuo. *b* ¶ Ne quando rapiat ut leo animã meã.] Hoc conuenit Sauli, Abessalon non conuenit. Quomodo enim poterat Abessalon leonẽ uocare, de quo dicit: Parcite puero meo Abessalon? Si ibi illum puerum uocat, & quasi infantulum & ignorantem, quomodo hic leonem uocat? Hoc interim secundum historiam, & multa sunt quæ dicantur, & totus psalmus in persona Saul interpretari potest. Cæterum quia nobis curæ est, nõ solum secundum historiam, sed & secundum spiritualẽ intelligentiam interpretari. Chusi istum Aethiopem non alium, nisi diabolũ interpretamur. Quæritur, iste Chusi quomodo filius sit Iemini, quomõ diabolus Aethiops filius est dextræ? Quod Aethiops uitio suo est: quod filius dextræ est creatus à Deo, recte de isto dicitur: Ne quando rapiat ut leo animã meam. Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens, quærẽs quem rapiat. *c* ¶ Do
Ioan.14.d mine deus meus si feci istud.] Ecce uenit princeps mundi istius, & in me non inuenit quicquam. *d* ¶ Si est iniEsa.53.c quitas in manibus meis.] Quia peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius. *e* ¶ Si reddidi retribuentibus mihi mala.] Saul bis in manus eius traditus est,
1.Reg.24.b quem noluit interficere, dicẽs: Non tangam Christũ domini. Hoc est ergo nõ restituere eis pro malis, mala, qui sibi pro bonis mala restituere. Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis, non resurgã: & si pro malis mala quæsiui, illi pro bonis mala restituãt. *f* ¶ Decidam merito ab inimicis meis inanis.] In Hebræo pro inani
Matth.5.c רֵיקָם recam scribitur. Vnde intelligimus id quod in euangelio continetur, Qui fratri suo dixerit raca & fatue, quam habeat interpretationẽ. *g* ¶ Persequatur inimicus animã meam & comprehendat.] Nouissima animæ 1.Cor.15.d
inimica destructa est mors. *b* ¶ Et cõculcet in terra uitam meam.] Non potest cõculcari: quia non fecit supra dicta. *i* ¶ Et gloriã meam in puluerem deducat.] Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis, non resurgam. *k* ¶ Exurge domine in ira tua.] Quoniam te non sentiunt per beneficia, sentiant per iracundiã. *l* ¶ Et exaltare in finibus inimicorũ meorum.] Pro inimicis rogat, ut in inimicorum finibus exaltetur. Cum inimici esse cessauerint, tunc tu domine exaltaberis in eis. *m* ¶ Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, &c.] Hoc nos dicimus: hoc credẽtes loquimur. Sẽper enim psonæ mutãtur in psalmis. Multum est nunc si uelimus dicere in quot, quantæ personæ mutãtur. Exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, hoc nos dicimus, pro nobis passus es, crucifixus es, exurge & salua nos. Propterea exurge, ut credat D
in te plurima multitudo. Cũ ergo exurrexeris, quid aliud deprecamur, nisi reuertere ad patrem. *n* ¶ Et propter hanc in altum regredere.] Pro qua? pro synagoga populorum. Quod mortuus es, pro nobis mortuus es, quod resurrexisti, nobis resurrexisti: quod ascẽdisti ad patrem nobis ascendisti. Et propter hanc in altum regredere. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit: fi-
Ioan.3.b lius hominis qui est in cœlis. *o* ¶ Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundũ innocentiã meam super me.] Hoc Dauid dicere non potest: hoc proprie saluatori conuenit, qui non peccauit. *p* ¶ Cõsummetur nequitia peccatorũ, & diriges iustum.] Non potest mea iustitia dirigi, nisi illorum iniquitas impleta fuerit: uidelicet Iudæorum. *q* ¶ Nisi cõuersi fueritis, gladiũ suum uibrabit.] Iste locus duplicem recipit intelligentiã. Multi enim putant de deo dictum, ut dicatur ad peccatores. Et quid dicit? Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum uibrabit, hoc est, nisi egeritis pœnitentiam, dominus uos gladio suo percutiet. Sed uideamus si consequẽtia aptari possint personæ domini. *r* ¶ Arcũ suum tetendit, & parauit illum.] Hoc potest dici de deo. *s* ¶ Et in illum parauit uasa mortis.] Hoc difficile est: Dominus enim non habet uasa mortis, sed uasa uitæ. Sed & hoc potest intelligi super persona saluatoris. Hoc uero quod sequitur: *t* ¶ Ecce parturit iniustitiã, concepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ.] Hoc est, ut hæretici in cõtemptũ dei cõcitarentur. *u* ¶ Lacũ aperuit, & effodit eũ.] Quo eos perderet. *x* ¶ Et incidit in foueã quã fecit.] In fouea enim mortis quam patefecerat, ipse prior perijt, sicut de Ario scriptũ est, hoc est, nisi cõuersi fueritis, nisi egeritis pœnitentiã, semper diabolus paratũ habet arcum, emittit sagittas, quibus nos percutiat. Quorũ enim corda ardent libidine, uitijs, & passionibus: Isti uicti sunt à diabolo.

Sagittas

A Sagittas ſuas ardentibus effecit. Pulchre dixit, ardentibus: non dixit, arſuris, hoc eſt, qui arſuri ſunt ſagittis ipſius, ſed quorumcunq; corda ardere uiderit, illos percutit. Dicit enim Apoſtolus ardentes habere diabolum ſagittas. Ecce parturit iniuſtitiã, concepit dolorẽ, & pepe/rit iniquitatẽ. Diabolus ſic concipit, ſic parturit, ſic nutrit, ſic exaltat. Lacũ aperuit, & effodit eum, & incidit in foueã quã fecit. Diabolus ipſe eſt lacus, ipſe eſt foſſa, ipſe eſt foſſa, ipſe eſt foſſa

In finẽm pro absconditis filij, psalmus Dauid. IX

COnfitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronũ, qui iudicas iusticiam. Increpasti gentes, & perijt impius, nomen eorũ delesti in æternum, & in seculũ seculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Perijt memoria eorum cũ sonitu, & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronũ suũ, & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Et factus est do

A a ¶ In finem pro absconditis filij, psalmus Dauid.] Licet Aquila pro absconditis filij adolescentiam filij posuerit: tamen sciendum in Hebræo haberi, pro morte filij. Denique & Symmachus in hunc modum trãstulit, pro uictoria de morte filij. Totus igitur psalmus per Tropologiã ad Christi pertinet sacramentũ. Vnde & Septuaginta interpretes, Christi passionem & resurrectionem, quæ ignota prius mundo fuit, per uerbum abscõsionis cælare uoluerunt: ne à gẽtibus illo tempore facile noscereturHic de isto filio, qd superius dixit, nõ de illo filio secũdum historiã Dauid, id est, Abessalõ dicit, cuius opera nõ occulta, sed manifesta & mala fuerunt contra patrem: sed hoc de unigenito dei patris intelligitur. Scimus duos aduentus, primum & secundum. In primo aduentu, & manifestus & occultus uenit. Manifestus carne, occultus diuinitate. Et in secundo aduentu, & occultus & manifestus ueniet. Occultus, quia nescimus diem nec horam. Manifestus, quia uidebit eum omnis oculus. Et alio modo occultus, quia nescimus occultũ iudiciũ dei: hoc est, quia repudiati sunt Iudæi: electæ sunt gẽtes. Aliter. Videmus sanctos tribulari, & nescimus an pro probatione, an pro emendatione, ut ad melius crescat eorũ gloria. Videmus alios tribulari, quorũ pœna hic incipit, & in futuro cum ipsis permanet. Videmus alios nec tribulari, nec iniuriã pati: sed sanos corpore, lætitia tẽporali omnibus abũdare. Isti tales periculosi sunt: quia credimus quod ipsos deus nõ uisitat: quia nõ sunt digni uisitari: ut postmodum sine fine puniantur. Iste psalmus totus in persona ecclesiæ per prophetam de antichristo cantatur. IX.

COnfitebor tibi domine.] Vox ecclesiæ. Trina confessio hic sonat, id est, peccatorum, martyrum, confessorum: gratiarum actio, siue laus: ut in euangelio: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: & hic trina dilectio intelligitur: id est, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis. c ¶ Narrabo omnia mirabilia tua.] Quomodo dicit, se omnia mirabilia dei narrare: quia nullus homo potest nec uidere, nec comprehendere deũ? Nam omnia mirabilia dei si narrare uelimus, impossibile est. Cur non possumus? quia alio loco dicit, Pronunciabo omnia iudicia. Nec ipsum potest facere homo. Quomodo non potest? quia dominus dicit, Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis. Sed quare nõ narrauit diem iudicij, sed dixit, non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Sed in hoc soluitur hæc quæstio, cum subiunxit, omnia iudicia, postea dixit, oris tui: ac si dicat propheta uel unusquisque sanctus, Quantum me docuisti, tantum narrabo, quia si tantum narras quantum intelligis, omnia mirabilia dei narras: quamuis in semetipsa plura sint. Vel narrabo omnia mirabilia tua, non illa tantum q̃ mortui resuscitãtur, cæci illuminantur, uel cætera: sed & quod per te animæ perditæ, saluti insperatæ redduntur. d ¶ Lætabor & exultabo in te.] Lætabor, in spe: & exultabo, in re: iuxta illud apostoli: Qui gloriatur, in domino glorietur. e ¶ Et psallam nomini tuo altissime.] Psallã, opere compleam. Nomini tuo. Nomen patris filius est, altissimus ipse est deus. Vel psallam nomini tuo: hic laus cum operе illos infirmos, ut dicit Apostolus: Quod infirmũ est dei fortius est hominibus. b ¶ Quoniam fecisti iudicium meum.] Vox ecclesiæ, ac si dicat. Aperte gentes elegisti, & Iudæos reprobasti. Quãdo dicit iudicium meum: hic apparet, quod ecclesia ex gẽtibus uenit. i ¶ Et causam meam.] Ac si dicat ecclesia: Causasti pro me contra aduersarios, & uindicasti me: & fecisti causam meam bonã. k ¶ Sedisti super thronũ.] Thronus Græcum est, Latine sedes, quia unusquisq; sanctus sedes dei est: ut ipse ait Cœlum mihi sedes est. Et alibi: Anima iusti, sedes est sapientiæ. Dicit unus thronus ex ipsis, id est, Paulus: An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus? l ¶ Qui iudicas æquitatem.] Hoc est iusticiam: iudicasti iuste tu pater causam meã, ut me resuscitares: quia iniuste me tradiderunt morti. m ¶ Increpasti gentes.] Per prædicatores, qui idola adorabant, ligna & lapides. n ¶ Et perijt impius.] Diabolus qui in ipsis lignis uel lapidibus adoratur: uel per prædicationẽ apostolicã increpatæ sunt gẽtes, & ab impio factus est pius. o ¶ Nomẽ eorum delesti in æternum.] Id est, memoriã eorũ. Non memorabitur in his ultra nomen impietatis: quia credentes in te, acceperunt nomen tuum nouum, quod benedicetur in terris. p ¶ Inimici defecerunt frameæ in finẽ.] Quasi dicat: arma diaboli, quæ erant peccatoribus mẽbra sua, per quos diabolus alios persequebatur defecerunt. Vel aliter: Inimici defecerunt framea, quasi dicat de framea, quod est uerbum dei, in futuro iudicio deficient, quando per ipsum uerbum iudicandi erunt. q ¶ Et ciuitates eorum destruxisti.] Id est, peccatores. Quot sunt uitia peccatorũ, tantæ & ciuitates, hoc est, munitiones, in quibus diabolus regnabat: ac si dicat: Defecerũt per tuos prædicatores. r ¶ Perijt memoria eorũ cum sonitu.] Sonus doctrinæ illorum, uel hæreticorũ mala cum ipsis perijt. Vel cum sonitu, id est, à prædicatione euangelij. s ¶ Et dominus in æternũ permanet.] Et ipse & sui sancti: cum tumultuatione sua peribunt in secula domino permanente ut diximus, & suis sanctis. t ¶ Parauit in iudicio sedem suam.] Omne enim iudicium dedit filio. Parauit in iudicio sedem suam, id est, ecclesiam: de qua ipse iudicabit orbem terræ: quod sunt omnes gentes. u ¶ In æquitate iudicabit populos cum iusticia.] Quod est æquitas, hoc est & iustitia, id est, Christus. Vel iterato scilicet aduentu cum iustis præmia, iniustis infernum & pœnam. x ¶ Et factus est dominus refugium pauperi.] Inter pauperem & aduersarium, hoc est, diabolum, iudex erit Christus: qui

C Mar.8.d

Gene.3.c

1.Cor.1.d

Esa.66.d
Sap.7.d
2.Cor.13.a
D

Matt.11.d

Psal.18.b

Ioan.15.b

2.Cor.10.d

A qui iudicabit inter eccleſiã & aduerſariũ, hoc eſt, diabo/
Apoc.12.c lũ. Vnde & in Apocalypſi dicitur: Qui eſt accuſator fra/
trum noſtrorum. Vel illi pauperes, qui propter eũ pau/
peres facti, diuitias ſuas in cibos diſtribuũt pauperum
a ¶ Adiutor in opportunitatibus.] Adiutor eſt eccle/
ſiæ ſuæ. *b* ¶ In tribu/
latione.] Quãdo op/
portunum eſt, ut ait
Apoſtolus: Fidelis
deus qui nõ patietur
uos tentari ſupra id
quod poteſtis: ſed fa/
ciet cum tentatione
etiam prouẽtum, ut
poſſitis ſuſtinere, ne
cum peccatoribus in
ſupplicio damnetur
æterno. *c* ¶ Sperẽt
in te.] Id eſt, nõ in ſe,
ſed in te: & non in cõ/
cupiſcentijs ſeculi.
d ¶ Qui nouerũt no
men tuum.] Siue po
tentiam, ſiue magni/
ficentiam tuam. Vel
nomen tuum, id eſt,
filium tuum. Quare:
propter hoc quod ſe
quitur. *e* ¶ Quoniã
nõ dereliquiſti quæ/
rentes te domine.] I/
deo ſperãt in te: ut il/
Matth.10.d lud: ſi corpus occi/
dũt, animam autem
non poſſunt occide/
B re. Tamen permittit
illos tentari: ſed non
uſq; quaq;. *f* ¶ Pſal
lite domino.] Id eſt,
cantate domino, præ
dicate opere implete. *g* ¶ Qui habitat in Sion.] Sion
ſpecula, id eſt, Hieruſalem, hoc eſt, uiſio pacis: modo ec/
cleſia hic ſpeculatio: quia ſpeculatur de futuro iudicio
dei. Sed cum uenerit ad Hieruſalem cœleſtem, non erit
1.Cor.13.d tunc ſpeculatio, ſed uiſio. Vnde dicit Paulus: Videmus
nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad fa
ciem. *h* ¶ Annunciate inter gentes ſtudia eius.] Vox
prophetæ admonet prædicatores ut prædicent. Annun/
ciate ſtudia eius: hoc eſt, prædicate mandata eius. Forſi
tan illi dicent: Moriemur ſi ad gentes ambulauerimus:
ſed adiũgit propheta. *i* ¶ Quoniam requirens ſangui
Matth.10.d nem eorũ.] Et dominus: Nolite timere: quia ſi occidunt
corpus, animam non poſſunt occidere. *k* ¶ Memora/
tus eſt dominus: & non eſt oblitus orationẽ pauperis.]
Ac ſi dicat propheta: Non eſt oblitus uindicare ſangui/
Luc.18.b nem ueſtrum. Vnde ipſe dominus dixit: Deus autẽ non
faciet uindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe
die ac nocte. *l* ¶ Miſerere mei domine &c.] Vox eccle/
ſiæ. *m* ¶ Vide humilitatẽ meam de inimicis meis: qui
exaltas me de portis mortis.] Portæ mortis ſunt ſtudia
parentum, qui colebant diuerſos deos dæmoniorum.
Ipſi erant portæ mortis, quorum doctrina ad mortẽ du
cebat. Aliter. Portæ mortis, hæreticorum doctrina: de
quibus portis exaltata eſt eccleſia, & miſſa eſt in portas
filiæ Sion, quæ ſunt portæ uitæ. Sicut per malam doctri
nam quaſi portas mortis intelligimus, quæ nos ad inte/
ritum ducunt: ita & portas uitæ intelligimus bonos præ
dicatores, qui nos per ſuam doctrinam ad uitam æternã
ducũt. *n* ¶ Exultabo in ſalutari tuo.] Exultabo, id eſt,
gaudebo: In ſalutari tuo, in Chriſto tuo. *o* ¶ Infixæ ſunt
gentes in interitu quem fecerunt.] Hoc eſt, in malis ope
ribus quæ fecerunt, ibi infixæ ſunt, de quibus iudicãdæ

minus refugium pauperi: ad iutor in opportunitatibus,
in tribulatione. Et ſperent in te qui nouerũt nomen tu/
um: quoniam non dereliquiſti quærentes te domine.
Pſallite domino qui habitat in Sion: annunciate inter
gentes ſtudia eius. Quoniam requirens ſanguinem eo/
rum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem paupe/
rum. Miſerere mei domine: uide humilitatẽ meam de
inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, ut annũ
ciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Exul
tabo in ſalutari tuo, infixæ ſunt gentes in interitu quem
fecerunt. In laqueo iſto quem abſconderunt, compre/
henſus eſt pes eorum. Cognoſcetur dominus iudicia
faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus
eſt peccator. Conuertantur peccatores in infernum,
omnes gentes quæ obliuiſcũtur deum. Quoniam non
in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non
peribit in finem. Exurge domine, non confortetur ho/
mo, iudicentur gẽtes in conſpectu tuo. Conſtitue domi
ne legislatorem ſuper eos, ut ſciant gẽtes quoniã homi
nes ſunt. Vt quid domine receſſiſti longe: despicis in op/
portunitatibus in tribulatione, dum ſuperbit impius, in
cenditur pauper, comprehenduntur in conſilijs quibus
cogitãt, Quoniã laudatur peccator in deſiderijs animę

p ¶ In laqueo iſto quem abſconderunt, compre/ C
henſus eſt pes eorum.] Quia unuſquiſq; laqueũ quem
alteri parat ad cadendũ, ipſe prius in eo cadet. *q* ¶ Co
gnoſcetur dominus iudicia faciens.] Cognoſcetur, hoc
eſt, ad iudicium. *r* ¶ In operibus manuũ ſuarum com
prehẽſus eſt pecca/
tor.] Quia unuſq;q;
peccator ipſe ſibi ſe/
cum portat & funes
& uincula & tormen/
ta, unde ſuſtineat ma
la. Nam ab alijs non
eſt neceſſe præpara/
ri unde torqueatur,
cum ipſe ſibi præpa/
ret quæ ad pœnã per
tinent. *s* ¶ Conuer
tantur peccatores in
infernũ.] Id eſt, qui
ultra finem ſeculi ui/
uere uolunt, conuer/
tantur in infernum.
t ¶ Omnes gentes
quæ obliuiſcũtur de/
um.] Hoc eſt, qui di/
cunt q; deus obliui/
ſcatur, & non habeat
curam de rebus ſuis,
ipſi obliuiſcantur à
domino: quia nõ di/
cunt uerum q; deus
obliuiſcatur creatu/
ras ſuas: quia dicit.
u ¶ Quoniam nõ in
finẽ obliuio erit pau/
peris, patientia pau/ D
perum nõ peribit in
finem.] Quã ſi dif/
fert, non aufert ſuum
auxiliũ à ſanctis ſuis.
x ¶ Exurge domine, non præualeat homo.] Vox eccle
ſiæ ſonat contra antichriſtum: Exurge, in iudicium, non
præualeat homo, id eſt, homo peccator antichriſtus.
y ¶ Iudicentur gentes in conſpectu tuo.] Duobus mo
dis. Primum iam in præſcientia dei iudicati ſunt. Qua/
re: quia ad eccleſiam non pertinẽt, ſed ad antichriſtum,
quia dictum eſt: Qui autem non credit, iam iudicatus
eſt. *z* ¶ Conſtitue domine legislatorem ſuper eos.] Id Ioan.3.e
eſt antichriſtũ: qui lator legis malæ doctrinæ eſt, ut ait
Paulus: Noluerunt recipere ueritatem, ſed conſenſerunt 2.Theſſ.2.e
iniquitati. *a* ¶ Sciant gẽtes quoniam homines ſunt.]
Cum condemnatæ fuerint, tunc cognoſcent quia ſpem
in homine poſuerunt, & non in deum: qui ſolus ſaluare
poteſt. *b* ¶ Vt quid domine receſſiſti longe] Quare e/
longas ſalutare tuum cum nos inflãmati ſumus ab ex/
pectatione aduentus tui: Vnde dominus dixit in euan/
gelio: Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua om/ Matth.24.b
nis caro. *c* ¶ Deſpicis in opportunitatibus in tribula/
tione.] Tunc uidetur deſpicere, quando opportunum
tempus eſt eccleſiæ ut adiuuet, & non ſtatim occurrit illi
in tribulatione. Quare: ut illam exerceat ſecundũ ſuam
uoluntatem: quia quanto magis differt, tanto magis ec
cleſia dilatatur in deſiderio ſuo. *d* ¶ Dum ſuperbit im
pius, incenditur pauper.] Dum ſuperbit impius, anti/
chriſtus: accẽditur pauper, eccleſia in tribulatione, à ſu/
perbia ipſius antichriſti. *e* ¶ Comprehenduntur in
conſilijs quibus cogitant.] Ab ipſis enim cogitationi/
bus ſuis alligantur, qui contra deum ſunt. *f* ¶ Quo/
niam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ: & i/
niquus benedicitur.] Ab adulatoribus & non à iuſtis
laudatur peccator, tunc quando peccator peccatorem
laudat, alius alium: dum ſe inuicem laudant, occidunt.

Exacerba/

A *a* ¶ Exacerbauit dominũ peccator.] Ipſe antichriſtus. *b* ¶ Secundum multitudinem iræ ſuæ.] Quia flagella correptionis non accepit. *c* ¶ Nõ quæret.] Vt ſe quaſi deum adorent: hoc eſt, non eſt dignus ut requiratur, ſed ut puniatur. *d* ¶ Non eſt deus in cõſpectu eius.] Quia nihil ei dignũ operatur. *e* ¶ Inquinatæ ſunt uiæ illius in omni tempore.] Non enim per uiã rectã graditur, quæ eſt Chriſtus. *f* ¶ Auferẽtur iudicia tua à facie eius.] Quia nõ credit in ſe futurum eſſe iudicium. *g* ¶ Omniũ inimicorum ſuorum dominabitur.] Chriſtianorum utique ad probandum, qui eũ ſequi contemnunt. *h* ¶ Dixit enim in corde ſuo: nõ mouebor à generatiõe in generationẽ ſine malo.] Semper enim ſeducã homines, ut in malis perſeuerantes, uoluntati dei reſiſtant. Dixit enim, hoc eſt antichriſtus, quid dixit? Nõ mouebor à generatione in generationem ſine malo: id eſt, tanta mala faciam in B una gente, ut anteq̃ ueniã ad alteram gẽtem, anima mea fama audiãt & timeãt. Aliter: Non mouebor à generatione carnali, in generationem ſpirituali: id eſt, de terra cum corpore in cœlũ conſcendã ſine malo: ac ſi dicat, ſine ulla iniuria. Cum uoluerit aſcẽdere ad montẽ Oliueti, dominus eum interficiet ſpiritu oris ſui. Voluit unus de mẽbris ſuis Simon magus cœlum cõſcendere, ſed interiit. *i* ¶ Cuius os maledictione & amaritudine plenum eſt.] Ac ſi dicat: Qui ſe ſua iuſticia iactat ut ſit deus, apud deum maledictus eſt. *k* ¶ Sub lingua eius.] Sub corde eius. *l* ¶ Labor & dolor.] Dolor ſibi eſt, & aliorum temperat laborẽ & dolorem. *m* ¶ Sedet in inſidijs cũ diuitibus.] id eſt. diabolus inſidiatur per mẽbra ſua in quibus præſidet, & alijs nocet. *n* ¶ Vt interficiat innocentem] Id eſt, ut de innocentibus faciat nocẽtes: & ſibi primum noceat. *o* ¶ Oculi eius.] Id eſt oculi antichriſti. *p* ¶ In pauperẽ reſpiciunt.] Hoc eſt, in eccleſiã: quæ eſt corpus Chriſti: ad nocendum reſpiciũt & non ad adiuuãdum. *q* ¶ Inſidiatur in occulto ſicut leo in cubili ſuo.] Diabolus, & leo & draco poteſt dici. Draco, quãdo occulte nocet: & leo, quando aperte perſequitur. *r* ¶ Vt rapiat pauperem.] Id eſt, Chriſtianũ. *s* ¶ Rapere pauperem, dum attrahit eũ. In laqueo ſuo humiliabit eũ: inclinabit ſe & cadet.] Videtur inclinare ſe quaſi ad humilitatẽ, ut uideatur quaſi mitis & ſanctus, & cũ ſe inclinauerit, tunc caſurus eſt: quadum ſperat longe ſe eſſe à morte, tunc repẽtinus ei ſuper ueniet interitus. *t* ¶ Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus: auertit faciem ſuam, ne uideat uſq; in finẽ.] Oblitus eſt: ac ſi dicat: Mea ſunt omnia quãdiu ſeculũ fuerit, & in obliuione tradidit illa deus: & nunc̃ uſus eſt illis: ſed mea ſunt, quia ego deus ſum. *u* ¶ Exurge domine.] Hoc eſt, ad iudicium. Eccleſia dicit cõtra antichriſtum. *x* ¶ Et exaltetur manus tua.] Id eſt, potentia tua: dum antichriſtus ſe taliter iactat omnia poſſidere ſine fine. *y* ¶ Ne obliuiſcaris pauperum in finem.] Dum ille ſe dicit regnare uſque in finẽ. Propter hoc ſuperius dicit. *z* ¶ Irritauit impius deũ.] Id eſt, antichriſtus. *a* ¶ Dixit enim in corde ſuo, non requiret deus.] Dicit antichriſtus: non curat deus de iſto præſenti. *b* ¶ Vides quoniam tu laborẽ & dolorẽ conſideras.] Propheta loqtur ad deũ Quia antichriſtꝰ mẽditatur ut noceat, tu conſideras. *c* ¶ Vt tradas eos in manus tuas.] Manus dei illi dicũtur, qui iuſtã uindictã dei exercẽt ſuper peccatores. Propter hoc manus: qa per illos uindicaẽ deus. Aliter: Vt tradas eos in manus tuas, id eſt in operibus ſuis, ut digni ſint tradi, q indigna geſſerũt: qa ipſi ſibi ſuis miſeriis tradiderũt: & dimiſit D illos in oẽs uoluntates ſuas. *d* ¶ Tibi enim derelictꝰ eſt pauper.] Id eſt, eccleſia, Ac ſi dicat: tua eſt ad ſaluandũ. *e* ¶ Pupillo tu eris adiutor.] Pupillus dicitur, qui non habet patrẽ: orphanus, qui nec patrẽ nec matrẽ habet. Pupillus dicit, qui patrẽ diabolum non habet: ut in euangelio. Nolite uocare uobis patrem ſuper terrã. Et qui non habet matrem, id eſt, gentilitatẽ. Ac ſi dicat: ad iſtũ eris adiutor. *f* ¶ Conterens brachiũ peccatoris.] Iſta ad antichriſtũ pertinẽt, qa cõfringet dominus fortitudinẽ eius. *g* ¶ Et maligni.] Ipſe eſt malignus. *h* ¶ Quæretur delictũ eius nec inuenietur.] Hoc eſt, ad emẽdationẽ non eſt dignus uenire. Et aliter: Non inuenietur, ut habeat peccatũ, ſed ſit ſicut deus qui peccatũ nõ habet, quãtũ apud ipſum. *i* ¶ Dominus regnabit in æternũ ſine fine.] Quia tunc erit regnũ cum trãquillitate, ut Paulus ait: Cũ tradiderit regnũ deo & patri, quãdo erit deus omnia in omnibus. 1.Cor.15.c *k* ¶ Peribitis gẽtes de terra illius.] Qui antichriſtũ receperunt, peribunt ab eccleſia: hoc eſt, de eccleſia, regnãte Chriſto gẽtes criminum à corpore humano depereunt. *l* ¶ Deſideriũ pauperũ exaudiuit dominus.] Id eſt, eccleſiã ſuã exaudiuit dominus ut uindicetur. Exaudiuit, ut eis tribueret regna cœlorũ. *m* ¶ Præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua.] Hoc eſt, clementia tua. Aures domini audire dicuntur, cum exaudire dignatur: id eſt, æternam uitam, quam eccleſia deſiderat, cũ eam ei dederit: ut quod quondã concupierat in ſpe, tandem fruatur in ſpecie. *n* ¶ Iudicare pupillo & humili.] Hic enim datiuo, nõ accuſatiuo caſu loquitur: hoc eſt, non ut pupillum iudicet, ſed ut iudicet pupillo & humili: ut accipiãt uitam æternam. *o* ¶ Vt non apponat ultra magnificare

ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ nõn quæret, Nõn eſt deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt uiæ illius in omni tempore. Auferentur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur. Dixit enim in corde ſuo: non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Cuius maledictione os plenũ eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor. Sedet in inſidijs cum diuitibus: in occultis ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dũ attrahit eũ. In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe & cadet, cũ dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt deus, auertit faciem ſuam, ne uideat in finẽ. Exurge domine deus & exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pauperum in finem. Propter quid irritauit impius deum: dixit enim in corde ſuo, non requiret. Vides quoniam tu laborem & dolorem conſideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Conteret brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius & non inuenietur. Dominus regnabit in æternum & in ſeculum ſeculi, peribitis gentes de terra illius. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationẽ cordis eorũ audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnifi-

Matth.23.a

A se homo super terram.] Vt ex hoc non erigatur antichristus super electos dei. neq; tentet illos: quia oppressus regno filij dei amplius non erit. Nos quoq; oremus dominum, ut nos ab eius operibus custodire dignetur illæsos: ut ab eo pupilli facti patrē Christū dominū cognoscentes, ipsum sequamur fide: ipsum retineamus corde: ipsum glorificemꝰ in ope: qa ipsi est cū æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorū. Amē. a ¶ In finē psalmus Dauid.] Decimus psalmus contra hæreticos & male credētes canitur. X

IN domino confido.] Vox ecclesiæ, cōtra hæreticos: siue Christi cōtra dæmones. c ¶ Trāsmigra in montem sicut passer.] Vult iustū ad desertā migrare, ut ibi eū facilius elidat. Vel quia hæretici dolosi sunt, de quibus ait ꝓpheta: Væ his qui

Esa.5.c dicunt dulce amarū, & amarū dulce: ideo uolunt ad se seducere iustum, dicentes: ad nos transmigra. Qui respōdit eis: In domino est spes mea. Quomodo, inquit, ad uestros montes, hoc est, ad uestram superbiam trāsmigrabo? Quod autem ait, sicut passer: sæpe passerē loco pru-

B dentiæ poni legimus. Ideo isti dicūt: Trahsi ad nos sicut prudens, cum eorum prudētia sit stulta. d ¶ Quoniā ecce peccatores intenderunt arcū.] Id est, hæretici orailorum contra ecclesiam intenderunt arcum, potentiam uerbositatis suæ. e ¶ Parauerunt sagittas suas.] Hoc est, uerba. f ¶ In pharetra.] In semetipsis. Quia ipsi sunt pharetræ: ubi uerba inania & sententias uenenosas quas de scripturis sanctis conficiunt, occultas retinent. g ¶ Vt sagittēt in obscuro rectos corde.] Nunquā enim in luce pugnant, sed semper in tenebris. Quapropter iu-

Psal.118.e stus aiebat: Lucerna pedibus meis, uerbum tuum domine. Vt sagittēt in obscuro rectos corde. Vt cum uiderint in ecclesia imperitos quosq; uel simplices, laqueis dolosis ac occultis illiceant. h ¶ Quoniam quæ tu perfeci-

Psal.8.c sti, destruxerunt.] Quid est quod fecisti? Ecclesiam tuā in unitate. Vnde dicit: Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem. Hæretici destruere uolunt hoc & in se, & in alijs: quia unitatē scindunt. Aliter: Quem tu perfecisti Christum de spiritu sancto cōceptum, Iudæi occiderūt. i ¶ Iustus aūt quid fecit? Cum calumniātur hæretici & discordant inter se, hoc respondet ecclesia in persona ec-

Ioan.14.d clesiæ. Inter uos discordamini, sed de uobis christus nòn tacet, quia dixit, Pacem meam do uobis: pacem meā relinquo uobis. Et aliter, Quid fecit iustus? Hoc est, redemit mundum: & seipsum dedit pro mūdo. k ¶ Dominus in templo sancto suo.] Ac si dicat prōpheta, Quàm uis uos hæretici auersemini ecclesiā, tamen dominus in templo sancto suo sedet, & in templo erit, hoc est, in eccle-

2.Cor.6.d sia. Dicit Apostolus: Vos estis templum dei uiui. Dominus in tēplo sancto suo: In ecclesia quā sibi exhibuit sanctam. l ¶ Dominus in cœlo sedes eius.] In cœlo, hoc

Esa.66.a est, in sancto prædicatore. Vnde dixit: Cœlū mihi sedes est: & anima iusti, sedes sapiētiæ: in anima iusti, quæ cœlestia meditatur. m ¶ Oculi eius in pauperē respiciūt.] Oculi Christi, aspectu diuinitatis ad populum Christianum respiciūt. Ad quid respiciūt? Hoc est ad adiuuādū. n ¶ Palpebræ eius interrogāt filios hominū.] Subtilitas diuinitatis, id est, iudicia dei occulta: in quibus nos in- C terrogat: quia per hoc cognoscit quid habet unusquisq; quia iudicia dei occulta sunt. Sicut scriptura aliquando obscuratur, ut nos infirmitatem nostram cognoscamus: Iterū alleuamur, ne desperemus. Et alio modo, Per prospera & aduersa interrogat: quia per hoc ꝓbat deus qualis quisq; fuerit. Alio modo. Videmus unā gentē flagellari, & scimus pro qua causa flagellatur: hic manifesta iudicia sunt. Et alio modo: Videmus flagellari, & nescimus pro qua causa, & hic occulta iudicia. Per hæc superius cōprehensa o ¶ Iustū & impiū interrogat dominus.] Id est, probat. p ¶ Qui aūt diligit iniquitatē, odit animā suā.] Hoc est, perdit illā. q ¶ Pluet super peccatores laqueos ignis.] Hoc secundū historiā factū fuit: quāndo dominus

Iude.b pluit sulphur & ignē super Sodomā. Vt ait apostolus Iudas, in exēplū ignis æterni factū fuit. Pluet super peccatores. Duobus modis & hæretici pluūt mala doctrina. Et sicut una pluuia irrigat terram fecundā & aridā, sic & una prædicatio est à deo, quæ infundit terrā bonā, id est, sanctos, & terram malam, peccatores: quibus pertinent D ista quæ sequuntur. Ignis, cupiditas: sulphur, putredo peccatorum: spiritus procellarum, spiritus tēpestatis. Spiritus procellarum, pœnam æterni iudicij, & uerbera indicat peccatorū, quos ignis exurit, tempestas examinat. Et propheta dicit, In circuitu eius tempestas ualida

Psal.49.a r ¶ Pars calicis eorum.] Quare dixit partem? Quia uni cuiq; pro parte sua, quasi de calice, id est, iustam uindictam recipiet prout gessit miseriā suam: ut ait prophēta, Reddet deus unicuiq; secundum operā sua. s ¶ Quo-

Psal.61.e Hiere.25.d niam iustus dominus, & iusticias dilexit, æquitatē uidit uultus eius.] Quia unusquisque quasi in speculo cū uenerit in cōspectu eius, uidebit iniquitatem suam, & ipse præuidet iniquitatē illorum. Vel præsentia dei uidet sanctos ad regendum. Diligit enim iusticiam; quia unumquemq; secundum opus proprium iudicat. Aequitatem uidit uultus eius: ut sanctis præmia: peccatoribus tribuat pœnam. Qui nos uocatione sua dignetur dignos effi cere: & non secundum peccata nostra, nobis supplicia inferat. sed secundum magnam misericordiam suam ue niam largiatur: quia ipsi est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

t ¶ In finem pro octaua, Psalmus Dauid.] Iste psalmus de passione Christi cantatur: Pro octaua, sicut superius diximus. ✠ XI.

SAluum me fac domine.] Vox Christi ad Patrem pro parte carnis in passione. x ¶ Quoniam defecit sanctus.] Præter te nō supereſt, qui possit saluare. y ¶ Quoniam diminutæ sunt ueritates à filijs hominum. Quare dixit ueritates, dum unum scimus qui est ueritas: ut ait, Ego sum uia & ueritas? Sicut multæ ecclesiæ & una ecclesia, sic multæ ueritates: quia multorum iustorum opera & multi iusti q faciūt bonū. Sed quare diminutæ? Quia ante aduentū Christi, siue prophetæ, siue patriarchæ, tā bonæ naturæ q̄ qui ex parte delecti uidebantur seruire, in multis modis diminuti erāt, quia caput, id est, ueritas qui est Christus, nondum uenerat. Membra diminuta

Ioan.14.a

erant

Vanâ locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labiâ dolosa in corde & corde locuti sunt. Disperdât dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquã. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labiâ nostra à nobis sunt, quis noster est dominus? Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Tu domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

In finem psalmus Dauid XII

VSquequo domine obliuiscéris me in finem, usquequo auertis faciem tuã à me. Quandiu ponam cõsilia in anima mea? dolorẽ in corde meo per diẽ. Vsquequo

A erant, usquequo caput eorũ quod est Christus, aduenit. *a* ¶ Vana locuti sunt &c.] Primũ Petrus, quãdo dixit: Et si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter Matt.26.d & omnes discipuli dixerunt, Sed hi omnes uana locuti sunt: dum adimplere quod proposuerũt, non potuerũt. Et hæretici, mali doctores, qui doctrinã peruersam docẽt, uana locuti sunt unusqs que ad proximũ suũ. Christus dominus q hæc loquitur, est omnium proximus: qui fecit misericordiam, ut morte sua alligaret uulnera nostra. Contra quem Iudæi in uaniloquio exercebãtur. *b* ¶ Labia dolosa in corde, &c.] Symmachꝰ ita trãstulit: Labia lubrica in corde aliud est, & aliud loqtur. Labia dolosa, bilingues dicuntur: quia duabus linguis loquuntur, quia aliud dicunt, & aliud retinent. Sic labia dolosa, qui de corde in corde loquuti sunt mala: scelus quod conceperunt corde, protulerunt ore: perfecerunt in ope. *c* ¶ Disperdat dominus uniuersa labia dolosa.] Nunquid maledicẽdo dicit: Non: quia nõ est mos sanctorũ maledicere, sed pronũciando quod futurũ est dixit: nõ optãdo sed prophetãdo. Qui sunt labia dolosa? Hæretici & mali prædicato
B res. *d* ¶ Et linguã magniloquã.] Id est, qui superba loquũtur. *e* ¶ Qui dixerũt linguã nostrã magnifi.] Hoc est, qui semetipsos inuicem laudant, & opera sua magnificãt. *f* ¶ Labia nostra à nobis sunt.] Ac si dicat: Do
Ioan.8.c ctores nostros ex nobis ipsis habemus, nõ aliũde. Plaudũt enim in uana uerbositate, dicẽtes, Nos filij Abrahæ sumus, & nemini unquã seruiuimus. *g* ¶ Quis noster est dominus.] Ac si dicant, Nullum habemus dominũ: quia omnia scimus. *h* ¶ Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum.] Vox patris est. Quis erat miser, nisi humanum genus in seculo, quod in istam miseriam uenit in qua gemebat in peccatis? Et gemitus erat in inferno, in illis qui in pœnis habitabant. *i* ¶ Nunc exurgam, dicit dominus.] Hoc est, mittam filium meum qui eos redimat & illos qui in miseria sunt in mũdo, uel eos qui in inferno commorãtur. Quod ita factũ est, Misit deus pater filium suum ad nos miseros, ut nos liberaret, & illius paupertate diuites essemus. *k* ¶ Ponam in salutari meo.] Dixit in salutari: & non dixit, quid ponam: sub auditur, salutem gentiũ. Et adhuc quid ponam? Contra gemitum, læticiam: & contra paupertatẽ, diuitias spirituales. *l* ¶ Fiducialiter agam in eo.] Vox patris de filio, Ac si dicat, Cum fiducia omnia facio per eum: quia diuinitas firmauit humanitatem: ut scriptum est, libere egit. *m* ¶ Eloquia domini, eloquia casta.] Vtriusque testamenti doctrinã insimul cõprehendit. Tunc casta sunt si à bonis prædicatoribus incorruptibiliter & sine corruptione prædicentur. Tunc erit istud: si quando prædicãt nõ parentũ prouocati amore, non potentum timore, nõ propter dona præsentia, non pro honore uano, Aliter: Qui nec audent addere aliquid amplius, nec minuere tã in ueteri quàm in nouo testamẽto, sed fideliter prædicant. *n* ¶ Argentum igne examinatum.] Hoc est, spiritu sancto probatum. Non illi eloquia diuina probant: sed spiritus sanctus illos illuminat, qui ipsa prædicant: sicut in Esaia ille angelus, quando accepit calculum ab altari & tetigit labia eius, dicẽs, Ecce tetigi hoc labia tua. C & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabi- Esa.6.b tur. Per argentum, uetus testamentum: per aurum nouum. Sic est litera & spiritualis intellectus: quasi ex argẽto producatur aurum. *o* ¶ Probatũ terræ.] Hoc est, ecclesia. Illa eloquia diuina probata sunt per spiritum sanctũ, quẽ accepit ecclesia. Aliter: Probatum terræ, id est, Christus dominus: qui uenit in humanitate illa pro parte carnis, quã ex Maria accepit, quasi terram dominus suscepit. *p* ¶ Purgatũ septuplum.] Septẽ dona quæ in Christo fuerunt: nõ ut ille purificaretur, sed qui ipsa dona accepturi erant, purificarentur. *q* ¶ Tu domine seruabis nos.] Hoc est, in fide: ecclesia rogat. *r* ¶ Et custodies nos à generatione hac.] Omniũ malorũ turbã simul comprehẽdit: hæreticorum, dialecticorũ, & reliquorũ. Ab istorum generatione dominus separauit ecclesiã suã. Vnde & in euangelio: Hæc omnia uenient uniuersæ generationi illi, à sanguine Abel qui effusus est: uel à sanguine Zachariæ Matt.23.d filij Barachiæ, quem occiderunt inter templum & altare *s* ¶ In circuitu impij ambulant.] Cum transtulerit nos D de præsenti seculo in futurum, tunc impij foris ambulãt, nec poterũt intrare cum sanctis, quos tu secundum magnitudinem tuam, tua solicitudine conseruasti. In circuitu impij ambulant: quia in æternam uitã nõ perueniẽt. Et aliter: Cum electi recepti fuerint, extra ianuam clamabunt: Domine, domine aperi nobis. Aliter: In circuitu erunt. & dicetur eis: Nescio uos. *t* ¶ Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.] Filios dei. Secundum multitudinem, iuxta abundantiam misericordiæ tuæ: qua multiplicatur ecclesia: hoc est, de pietate & misericordia ipsius: cum in retributione futuræ beatitudinis promissa tua percipiẽtes, conformes effecti fuerint corpori gloriæ tuæ: in quo tibi est cum æterno patre & spiritu sancto, honor & gloria in secula seculorũ. Amẽ. *u* ¶ In finem psalmus Dauid.] Duodecimus psalmus uocem continet animæ fidelis, requirentis deum. XII

VSquequo domine obliuiscéris me in finem?] Vox ecclesiæ. Ac si dicat, Quandiu? Quare in finem dicit? Quatuor elementis constat homo, igne, aere, aqua & terra. Terra inferior est ab his creaturis: quia finis creaturarum terra est: ideo dicit ecclesia: Et si uilior sum & uilissima quasi terra, usquequo obliuiscéris me? Non propterea quia infima sum, & finis aliarum creaturarũ: non propter hoc me obliuiscaris in finem. *y* ¶ Vsquo auertis faciem tuam à me.] Vt non habeam noticiã, nec illuminationem cognitionis tuæ ante terminum uitæ huius? *z* ¶ Quandiu ponam consilia in anima mea.] Patior hæc, inquit, quoadusq; per spirituale consiliũ te requiram. *a* ¶ Dolorem in corde meo per diem.] Per illud scilicet lumen noticiæ tuæ quod diu perdideram, apponam dolorem super tenebras peccatorum meorum, hoc est, agam pœnitentiam. *b* ¶ Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?] Quãdiu ad te cõuersus non fuero, erigitur aduersus me diabolus, qui est humani generis inimicus. Vsquo exaltabitur inimicus meus super me? Quasi dicat: Quamdiu habet aduersarius do-

A minationem eccleſiæ? Vſque in finem? *a* ¶ Reſpice & exaudi me domine deus meus.] Oratio eccleſiæ eſt. De tribus perſonis poteſt intelligi: Reſpice in tribulatione, uel in auxilio: & exaudi in hoc quod deprecor. *b* ¶ Illumina oculos meos.] Id eſt, oculos cordis. *c* ¶ Ne unquam obdormiã in morte.] Scimus quia nõ poteſt homo dormire qui in tormẽto eſt, ſed dormire pro nocte illa ponit. Vnde ſuperius ait: Mors ſine morte, & defectꝰ ſine defectu. Et dominus dormiuit in naui, cum ſuſcitatur à diſcipulis. Notandũ, ꝙ dominus dormiebat, quãdo fides apoſtolorum titubabat. Vnicuique dominus pro fide ſua uigilat, & per fidẽ excitatur. Et ſi non habetur fides, quaſi dormire uidetur. Vnde dicit: Excita fidem tuã: & tũc ſuſcitas Chriſtũ. Reſpice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne unquã obdormiam in morte. Tu es enim lux uera quæ illuminas omnẽ hominem uenientem in hũc mundum. Tu enim illuminas oculos cordis noſtri, ne nos æternæ mortis obrepat ſomnus. *d* ¶ Ne quando dicat inimicus meus prævalui aduerſus eum.]

exaltabitur inimicus meus ſuper me, reſpice& exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, nẽ unquam obdormiam in morte, nẽ quãdo dicat inimicus meus, prævalui aduerſus eum. Qui tribulant me exultabũt ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultábit cor meũ in ſalutari tuo, cátabõ dño qui bona tribuit mihi, & pſallã nõmini dñi altiſſimi. XIII

DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, nõn eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, nõn eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, uenenũ aſpidum ſub labijs eorum. Quorum os maledictione &

B Ne quãdo, hoc eſt, in futuro iudicio, dicat inimicus meus prævalui aduerſus eum: id eſt, ſeduxi eum ut deciperem. Ac ſi dicat: Si nos poteſt aduerſarius in ſomno infidelitatis inuenire, tunc prævalet ſuper nos. *e* ¶ Exultabunt ſi motus fuero.] Ipſi, quorum pedes moti: quia in ueritate dei non ſteterunt, ſi meos pedes, hoc eſt, ſenſus, de fide catholica potuerint elongare: tunc exultabunt, id eſt, gaudebũt: ut ait propheta: Mei autem penè moti ſunt pedes: ſed ego in tua miſericordia ſpero, ut ſtabiliar in fide. *f* ¶ Exultabit cor meum in ſalutari tuo.] In domino Ieſu Chriſto. *g* ¶ Cantabo domino.] Id eſt, laudabo, prædicabo. *h* ¶ Qui bona tribuit mihi.] Hoc eſt iſtius uitæ præſentis ſubſidia, quibus ſubſiſtimus: ut deſpectis pompis ſeculi, ſpiritualia mente cõſpicerem. Aliter: Bona tribuit, uirtutes eccleſiæ, id eſt, fidem, ſpem, & charitatem: & in futuro uitam æternam. *i* ¶ Pſallã nomini tuo altiſſime.] Hoc eſt, quod canto & prædico, opere impleam. Merito ergo domine Ieſu Chriſte, nomini tuo pſallitur: qui diues pietate, & iuſtis uictoriam præſtas, & peccatores ut ad te conuertãtur, inuitas: tibi gloria & honor cum æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Tertiuſdecimus pſalmus non habet inſcriptionẽ, ſed redemptionem noſtrã ex Sion proceſſuram eſſe pronunciat. Et primo quidẽ cõtra impios loquitur, qui cõfidentes in diuitijs ſeculi deum qui has largitur ignorant. XIII

DIxit inſipiens in corde ſuo.] Pro eo quod eſt inſipiẽs in Hebræo נָבָל, Nabal poſitũ eſt. Vnde & Abigail de uiro ſuo Nabal ait in monte Carmelo: Vere ſecundũ nomen ſuum inſipiens eſt. Non eſt qui faciat bonum nõ eſt uſque ad unum. Hunc pſalmum de paſſione Chriſti referunt, quando omnes dominum reliquerũt: intantũ ut Petrus quoq; qui apoſtolorum fuit princeps, negauerit. Qui dixerunt in corde ſuo non eſt deus. In corde dixerunt, non in ore. Quare? Quia non auſi ſunt: ne forte deorum ſuorum numina uiolarent. Dixit inſipiens, populus Iudaicus: qui dicunt in corde, non eſt deus: nõ eſt

C Chriſtus filius dei. Vnus ex eis non ſolum pro deo non habuit, ſed nec prophetam credidit, dum dixit: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utiq; quæ & qualis eſſet mulier quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. Et alter: Si filius dei eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. *l* ¶ Corrupti ſunt.] Ab illa integritate bonæ naturæ degeneres. *m* ¶ Abominabiles facti ſũt.] Id eſt, odibiles. *n* ¶ In uoluntatibus ſuis.] Id eſt, in factis ſuis. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in uoluntatibus ſuis. Si enim dei noticiã habuiſſent, corrupti & abominabiles non fuiſſent. *o* ¶ Nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt uſq; ad unũ.] Niſi qs cognouerit Chriſtum, qui eſt unicus patris, bonus, prſus eſſe non poterit. Non eſt qui faciat bonũ, nõ eſt uſque ad unũ. Hic appet ꝙ iſte pſalmus ad paſſionẽ pertinet: qnia nullus de diſcipulis, neq; Petrus qui caput eccleſiæ eſt: quia & ipſe negauit: nullus de hominibus: quia totus mũdus ad inferiorem partem declinauerat, præter unum hominem, qui eſt Chriſtus. *p* ¶ Dominus de cœlo proſpexit.] Salutem generi humano dare. Vel, de cœlo: id eſt, de ſanctis. *q* ¶ Super filios hominum.] Quos ſanctos ſuos D faciat. Vel, de ſancto ſuo. Super filios hominum, id eſt, ſuper genus humanum. *r* ¶ Vt uideat.] Hoc eſt, ut uidere ſanctos ſuos faciat: per quos reſpicit, & in quibus habitat. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens deũ.] Proſpicit per animas ſanctas, quas ſæpe cœlum diximus, ut uideat ſi ſit ſapiens qui deum mẽte requirat: nam apud diuinam potentiam nihil habetur obtectum. *s* ¶ Omnes declinauerunt ſimul.] Declinauerãt totũ genus humanum ad inferiorem partem. *t* ¶ Inutiles facti ſunt.] Et ſibi & alijs. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. *u* ¶ Non eſt qui faciat bonum, nõ eſt uſque ad unum.] Dicit enim hæc de gẽtibus. Sed quia interponit omnes, adiungit Iudæos intelligendos: qui ſæpe ſe in uolutabris atque idololatrijs gẽtium miſcuerunt. *x* ¶ Sepulchrum patens eſt guttur eorum.] Ab hoc uerſu uſq; ad eum: ubi dicit, Non eſt timor dei in conſpectu oculorum eorum, in Hebræis codicibus non habetur. Quæritur ergo quomodo apoſtolus hoc uſus ſit teſtimonio in epiſtola quam ad Romanos ſcripſit. Reſpõdemus Apoſtolũ de Deuteronomio ac Pſalterio & cæteris ſcripturarum locis hoc teſtimonium texuiſſe. Ibi timuerunt timore: hoc quod ſequitur, Vbi non erat timor: in Hebræis uoluminibus non habetur. Sepulchrum patens eſt gutur eorum. Per ſeductiones ſuas in ora, tanquam in ſepulchra homines congeſſerũt. Nam & alibi ſimile huic ponitur, Niſi dominus fuiſſet in nobis, forſitã uiuos deglutiſſent nos. *y* ¶ Linguis ſuis doloſe agebãt.] Corrũpẽtes mores bonos colloquijs malis. *z* ¶ Venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ.] Quia ſicut aſpides, ita obturãt aures ſuas, ne præcepta diuinæ legis exaudiant. Venenũ enim dolus iniquorũ colloquiorũ intelligitur. *a* ¶ Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.] Benedictio adulationis, maledictionem infert. Amaritudo enim ad id refertur: quia dulcia eloquia dei male ſentiẽdo, in ſuam perniciem amara fecerunt. Quorum os maledictio,

Luc. 7. f

Mar. 15. e

Rom. 3. b

Pſal. 123. a

A ledictione & amaritudine plenum est: quia & sibi & alijs nocet eorum doctrina, & in futuro condemnat. *a* ¶ Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.] Et corporaliter & spiritualiter occidunt, dum Christum (qui uita est animæ) ab ipsa effundere desiderant.

b ¶ Contritio & infelicitas in uijs eorum.] Contritio corporis, infelicitas animæ. In uijs eorum, in operibus eorũ. Semper peccatores in uia sua infeliciter cõterũtur. *c* ¶ Quia uiam pacis non cognouerunt.] Quæ est Christus dominꝰ: nec per fidem, nec per operationem. Quare nõ cognouerunt? Propter hoc quod sequitur. *d* ¶ Quia non est timor dei ante oculos eorũ.] Nõ proposuerunt deum ante sensus eorum, in memoria & sancto timore.

amaritudine plenũ est, uelocẽs pedes eorũ ad effundẽdum sanguinem. Contritiõ & infelicitas in uijs eorum, quoniãm uiam pacis non cognouerunt, non ẽst timor dei ante oculos eorum. Nonnẽ cognoscẽt omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis, dominũm non inuocauerunt. Illic trepidauerũnt timore, ubi non erat timor. Quoniãm dñs in generatione iusta est consiliũm inopis confudistis, quoniãm dominus spes eius est. Quis dabit ex Sion salutare Israel, cũm auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exũltabit Iacob & lætabitur Israel.

Psalmus Dauid, XIIII

DOminẽ quis habitabit in tabernaculo tuo, aũt quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã: qui immunis est ab omni labe peccati: & præcepta dei inuiolabiliter custodierit. Aliter: Aut quis requiescet in monte sancto tuo? Non prius in monte, & postea in tabernaculo: sed prius in tabernaculo, & ita in monte. Tabernaculum non est firma domus: tabernaculum nõ habet fundamẽtum, sed huc illuc que mutatur: & cum transmigrante migrat: quia tabernaculum non habet fundamentum, sed est domus incerta: domus autem firma habet fundamenta. Mons pro uita æterna ponitur. *s* ¶ Qui ingreditur sine macula.] Hoc est, sine mortalibus peccatis: quia sine minutis esse non possumus. Vnde dicitur: Si dicimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. 1.Ioan.1.b
Vel aliter: Qui ingreditur sine macula. Videte quid præcipitur. Non dixit: qui peruenit ad finem sine macula, sed qui adhuc in itinere est, & maculam non habet. Dicere aliquis potest, Non habeo maculam, non feci

e ¶ Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem,] Vẽturam ultionem? Ac si dicat: Si modo nõ cognoscunt, cognoscent in iudicio quando uẽturus est. *f* ¶ Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis.] Hæretici populum Christianum. Sicut panis in omnes cibos currit, & sine ipso satiari non potest, sed cum omnibus cibis sumitur: sic & hæretici nunquam satiantur
B iniquitatibus suis, nisi de plebe dei, uel de ecclesia: quos possunt rapere inde satiantur. Qui deuorant plebem meam, populum ecclesiasticũ: sicut cibum panis: quia non est panis uiuus, nisi qui de cœlo descendit. *g* ¶ Dominum non inuocauerunt.] Si enim inuocassent, salui utiq; fuissent. Aliter: Deũ nõ inuocauerũt. Quare? Quia multi inuocant, sed non deum, sed aliam rem quam desiderant habere pro deo, nõ ipsum deũ. *h* ¶ Illic trepidauerũt timore, ubi nõ erat timor.] Et gentes, suos timent deos: & ipsos potentes Iudæi, quãdo de Christo dixerunt: Si dimittimus eũ uiuere, uenient Romani & tollent nostrum regnum & gentem. Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor: In idolis utique & uanis simulacrorum ritibus. *i* ¶ Quoniam dominus in generatione iusta est.] In populo Christiano. Et in Iudæis fuit: quia ex ipsis carnem sumpsit. *k* ¶ Consilium inopis confudistis.] Christũ Iudæi credere noluerunt: hoc est, de aduẽtu mysterium incarnationis eius credere noluerunt. Inops dicitur Christus, ut ait Paulus: Quia cũ dives esset, inops factus est: ut illius inopia nos diuites faceret. Consilium inopis confudistis, id est, Christi, non intelligentes eum à deo processisse cum præberet consilium, dicens: Pœnitentiã agite. *l* ¶ Quia dominus spes eius est.] Pater utique propter assumptam carnem: quia humanitas confortata est à diuinitate. *m* ¶ Quis dabit ex Siõ salutare Israel.] Quis nisi deus qui est in Sion ille dedit salutem ipsum Christum in ecclesia sancta. Aliter: Quis dabit ex Sion salutare Israel? Christus dominus, quem habitatores illius terrenæ Sion non crediderunt. *n* ¶ Dum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ] Iam redempti sumus de illa captiuitate transgressionis, sed adhuc in captiuitate uitæ istius sumus. Et aliter: De parte Iudæorum, quod ipsa auertatur de ca-
Rom.11.c ptiuitate tempore Eliæ & Enoch, ut Paulus dixit: Cum plenitudo gentiũ subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Aliter: Dum auertet dominus captiuitatem plebis suæ per propriam passionem. *o* ¶ Lætetur Iacob & exultet Israel.] Ipse est Iacob qui & Israel: sed hic Iacob, & illic Israel. Hic supplantator uitiorum, & illic uidens deum facie ad faciem: quãdo erit deus omnia in omnibus: qui relictis secularibus, mente dominum cõtuetur. Qui nobis tribuere digne
C tur, ut nos actu Iacob effecti, supplantatis uitijs, & uere Israelitæ, ipsum mente uidere: ipsum corde tenere mereamur cui est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

p ¶ Psalmus Dauid.] Opportune quartusdecimus psalmus lectus est: & secũdum ordinem ita euenit, ut propemodum de industria lectus esse uideatur. Secundum ordinem lectus est psalmus. Ex dispensatione dei puto factum esse: ut quod uobis proderat, in ordine exponendi hodie recitaretur. Quartusdecimus psalmus lectus est, qui præscribitur, psalmus Dauid. Dauid autẽ noster, Christus est: ut sæpe diximus. Deinde legimus in Exodo: quia quartadecima die agnus immolatur. Quartadecima die immolatur, quando luna plena est, quãdo nihil deest de lumine. Videte ergo q̃ Christus nõ immolatur, nisi in perfecto & pleno lumine. Quoniam ergo quartadecima die immolãdus est uobis agnus, nũc D
pro pheta miratur & interrogat. XIIII

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo?] Vos qui uultis habitare in tabernaculo domini, audite quæ dicit dominus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum hic pro æternitate accipimus, quãquis in alijs locis operã intelligatur: quia hic in tabernaculo præsenti quod est ecclesia, multi habitant in corpore & non fide: quia hic dum inferiores sumus, quasi in tabernaculo consistimus: usquequo post uictoriam in domum perueniatur. Aliter: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis, inquit, terrenus poterit templũ dei effici, & habitare in ciuitate uiuentis dei? De qua A- Heb.12.f
postolus multa loquitur. *r* ¶ Aut quis requiescet in Rom.9.f
monte sancto tuo?] Quis, ait, dignus erit cõformis fieri Dan.2.g
imagini filij dei, qui sæpe mons dicitur? Hic est lapis excisus de monte sine manibus: hic factus est mons magnus: hic impleuit latitudinem orbis terræ: in hoc sanctorum animæ requiescũt. In hoc ergo nullus accipit requiem, nisi qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã: qui immunis est ab omni labe peccati: & præcepta dei inuiolabiliter custodierit. Aliter: Aut quis requiescet in monte sancto tuo? Non prius in monte, & postea in tabernaculo: sed prius in tabernaculo, & ita in monte. Tabernaculum non est firma domus: tabernaculum nõ habet fundamẽtum, sed huc illuc que mutatur: & cum transmigrante migrat: quia tabernaculum non habet fundamentum, sed est domus incerta: domus autem firma habet fundamenta. Mons pro uita æterna ponitur. *s* ¶ Qui ingreditur sine macula.] Hoc est, sine mortalibus peccatis: quia sine minutis esse non possumus. Vnde dicitur: Si dicimus quia peccatum non habe- 1.Ioan.1.b
mus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Vel aliter: Qui ingreditur sine macula. Videte quid præcipitur. Non dixit: qui peruenit ad finem sine macula, sed qui adhuc in itinere est, & maculam non habet. Dicere aliquis potest, Non habeo maculam, non feci

ditur sine macula, et operatur iusticiam. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nō accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum, glorificat. Qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suā non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc non commouebitur in æternum.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV

A malum. Non sufficit nobis malum non facere, nisi fecerimus & bonum. Denique sequitur. *a* ¶ Et operatur iusticiam.] Non dixit, operatur castitatem, operatur sapientiam, operatur fortitudinem. Et hæc quidem uirtutes optimæ sunt. Sapientia nobis prodest: fortitudo nobis prodest, ut persecutiōibus resistamus. Deinde temperantia & castitas nobis necessariæ sunt, ne perdamus animas nostras. Iusticia sola magna uirtus est, & mater omniū. Dicat aliquis: Quomodo iusticia maior est cæteris uirtutibus? Cæteræ uirtutes habētem delectant: iusticia nō delectat habentē, sed alios. Si sapiens sum, sapientia me delectat si fortis sum, fortitudo mea me delectat: si fuero castus, castitas mea lætitia mea est. Cæterū iusticia non prodest habētibus, sed cæteris miseris non habētibus. Vel aliter: Et operatur iusticiā, hoc est, custodit mādata. ut illud, si uis ad uitā uenire, serua mādata *b* ¶ Qui loquitur ueritatem in corde suo.] Multi loquūtur ueritatem in labijs sed non in corde: qui uidētur uera dicere, sed cor eum labijs nō consonat. Aliter: Qui loquitur ueritatē in corde suo: ut uera de ueritate cogitet, qui est Christus: nec se assertionibus hæreticis misceat, quæ falsæ semper inueniūtur ac uacuæ. Vnde Paulus dixit: Corde creditur ad iusticiā: ore autē confessio fit ad salutē. *c* ¶ Qui non egit dolū in lingua sua.] Nō protulit dolose doctrinā catholicam ad decipiendū: sed quæ loquutus est ore, cōpleuit B opere. Ille dolose agit, qui aliud cogitat & aliud dicit: sicut propheta ait: Prohibe linguam tuā à malo, & labia tua ne loquantur dolum. *d* ¶ Nec fecit proximo suo malum.] Qui facit misericordiam, ipse est proximus. Christus dominus fecit misericordiā, ut nos sua passione redimeret: cuius doctrinam nullus in malum uertat sicut hæretici faciunt. Proximus noster omnis homo Tob.4.b Christianus est. Quod tibi non uis fieri, alij ne facias. Et Matt.22.d alibi dicit: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Et Psal.36.c iterum dicit: Declina à malo, & fac bonū. Quidam putant proximum esse fratrem, aut uicinum, aut cognatū, aut consanguineum. Sed dominus noster docet in euangelio in ea parabola: ubi quidam descendit de Hierusa- Luc.10.b lem in Hiericho: sacerdos transiuit: leuita transiuit, & nō est misertus: Samaritanus transiuit, & misertus est. Et interrogat postea dominus & dicit, Quis horum proximus fuit? Statim dicitur, qui benefecit. Et infert dominus: Ite, & uos similiter facite. Omnes ergo homines nobis proximi sunt, & nulli debemus malū facere. *e* ¶ Et opprobriū non accepit aduersus proximos suos.] Nunquam à suis uicinis quasi noxius accusatur. Timentes autem dominum glorificat. Non diuites glorificat: non potentes, sed eos tantum qui dominum timent. Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Opprobrium detractionis de fratre tunc non accepit, si prius non credit illa antequam probet. Ac si dicat, Qui ista custodit quæ superius dixit, ille est sine macula & operatur iusticiam. Et iste habitat in tabernaculo, & requiescet in monte sancto tuo, hoc est, in uita æterna. *f* ¶ Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.] In illius iusti conspectu diabolus. Nam in ecclesia quicunque malus est, in conspectu sancti pro nihilo computatur. Ad nihilum deductus est: quia apud talem sanctum pro nihilo habetur: dum angelus fuit, & refugà factus est, & sicut fuit factus ex nihilo, postea quàm bona perdidit, redactus est ad nihilum. Et dum nihil est, formidat sine macula, et operatur iusticiam. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nō accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum, glorificat. Qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suā non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc non commouebitur in æternum.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV

tissimi sancti non eum timent. *g* ¶ Timentes autem dominum magnificat.] Vox ecclesiæ. Qui timent dominum timore sancto, dominus eos magnificat. Aliter ad sensum moralem: Timentes autem dominum magnificat, Scit enim in his habitare deum, sicut ait dominus: Qui uos diligit, me diligit. *h* ¶ Qui iurat proximo suo & nō decipit.] Iste iam minor est à perfectione, & si bona facit: quia & si pro iuramēto non decipit, tamē uituperatur pro illo præcepto quo dicitur: Non iurare omnino, neque per cœlum, neque per terram, Sit autem sermo uester, est, est: nō, non. Quia ista sententia perfectorum est, non iurare. Quia anima quando promittit dei præcepta custodire, si proximus corpus est: tunc illum decipit, si hoc quod promittit, non obseruat. *i* ¶ Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.] Et si non peccet quis eo ꝙ quantum dat, tantum recipit, tamen perfectio non est: quia dictum est, Frange esurienti panem tuum. Et beatius est magis dare, quàm accipere. Vsquequo ad ista peruenit, minor est à perfectione. Aliter: Pecunia, domini est prædicatio: Multi nolunt illam donare, si exinde precium non recipiunt. Tamen licet uictum & uestitum de ipsa prædicatione accipere, sicut sanctus Paulus dicit: amplius exinde nihil habere, sicut dicit: Qui euangelium prædicant, de euāgelio uiuere. Et dominus ait: Dignus est operarius cibo suo. Sed qui plus requirere uoluerit, in usuram reputatur. Vnde Paulus di- D cit: Si uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Ac si dicat: Non est magnum ad uersus illa spiritualia quæ uobis annunciamus. Habentes autem uictum & uestitum, his contenti simus. Sicut enim uisibilis pecunia prohibetur ad usuram dari: ne is qui commodat, magis spoliet: ita & uerbum dei, quod est magna pecunia: non tantum diuitibus qui pascūt & munerant, uerum etiā indigentibus & pauperibus gratis debet insinuari, domino sic dicente, Gratis accepi, Mat.10.d sitis, gratis date. *k* ¶ Et munera super innocentem non accepit.] Vt non cōturbent iudicium ueritatis, munera offerentes. Et aliter: Ne similis Iudæ efficiatur: qui accepto argenti pondere, uendidit innocentē. Sicut prophe- Esa.33.c ta dicit: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. *l* ¶ Qui facit hæc, non commouebitur in æternū.] Hæc omnia sicut allegoricè retinere, ita & secundum literā expositа custodirè debent in moribus. Quæ si quis irreprehensibiliter custodierit, non solum à cōmotione æterni iudicis securus erit, uerum etiā ipsum montem tabernaculumq; cœleste possidere merebitur in Christo Iesu domino nostro cui est honor & gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. *m* ¶ Tituli inscriptio ipsi Dauid.] Tituli inscriptio in tumulis & in sepulchris est, quæ mortuorum corpora tenent. Pro quo Aquila & Symmachus, humilē & simplicem immaculatumq; posuerūt: significantes psal- Mat.11.d mum ad Christum proprie pertinere dicētem, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & mansuetus. Psalmus, ut diximus, regis nostri uocem, quam in assumpto homine profert, sine diminutiōe retinet deitatis missam à patre. Dauid, id est, ipse Christus. Iste psalmus ad passionem pertinet. Tres sunt tituli, qui scribūtur: Vnus super tumulos mortuorū, alius in liminibus ciuitatis uel domorum, tertius in uictoria regis. Hic ergo de titulo uictoriæ regis dicit, sicut iste rex fuit, hoc est, Christus: & fuit

A & fuit ſcriptum ſuper caput eius in paſcha poſt uicto-
riam, id eſt, poſt uictum diabolum, redempto humano
genere, tribus linguis: id eſt, Græce, Hebraice & Latine.
Matth.27.d Vnde & Pilatus dixit: Quod ſcripſi, ſcripſi. Et poſuit
ſuper caput ipſius cauſam Chriſti: Hic eſt rex Iudæo-
rum.

XV

COnſerua me do-
mine, quoniam in
te ſpera.] Vox Chri-
ſti ad patrem in paſ-
ſione in perſona ho-
minis aſſumpti. Ac ſi
dicat: A patre, à quo
exiui, in paſſione cu-
ſtodiar: quia tu es
ſpes mea. *b* ¶ Dixi
domino, deus meus
es tu.] Oſtēdit ſe ho-
minem in humilitate
carnis, cum æqualis
ſit in omnipotentia
maieſtatis, quia ſi di-
xiſſet: dominus me-
us es tu, filium mino
rem demōſtraſſet, pa
trem maiorē. Propte
rea dixit: Dixi dño,
deus meus es tu: qa
in diuinitate æqualis
eſt patri. *c* ¶ Quia
bonorū meorum nō
indiges.] Eandem li-
neam & in Iob ſcriptā legimus. Quid prodeſt, ſi tu ſim-
plicem facias uiam tuā? Vniuerſa igitur bona quæ domi
nus ſecundū formam ſerui in carne monſtrauit, non pa-
tri proſunt, ſed generi humano. Quoniam bonorū meo
B rum nō eges. Vox Chriſti. Quæ ſunt bona Chriſti? Hoc
eſt, incarnatio, paſſio, reſurrectio & redēptio noſtra. Vel
aliter: Bona, ſunt cœli & quæ in eis ſunt, & terra bona, &
quæ in ea ſunt, quæ deus creauit. Hæc pater nec poſtquā
facta ſunt, indiguit: nec antea. Iſta patri non ſunt opus,
nec neceſſaria. Sed cui? *d* ¶ Sanctis qui in terra ſunt
eius.] Iſtis hæc omnia ſunt neceſſaria. In terra ſunt eius,
id eſt, in eccleſia. *e* ¶ Mirificauit omnes uolūtates ſuas
inter illos.] Chriſtus per ſanctos ſuos myſteria ſua miri
ficauit, hoc eſt, magnificauit. *f* ¶ Multiplicatæ ſunt in-
firmitates eorum, poſtea accelerauerūt.] Gentes de qui-
bus nunc eccleſiam cōgrego, antequā idola eorum mul
tiplicarentur, deum naturaliter nouerāt. Sed poſtquam
multiplicata ſunt idola, quod LXX. infirmitates interpre
tati ſunt, relinquentes ea, ad me celerrime ſunt reuerſi.
g ¶ Non congregabo conuenticula eorum de ſanguini-
bus.] Quia ſpiritualiſeit religio noui teſtamēti. *h* ¶ Nec
memor ero nominum eorum per labia mea.] Mutamur
quippe in lauacro, & ex filijs hominū uocamur filij dei.
Nec memor ero nominū eorū per labia mea. Vox Chri-
ſti. Nec memor ero iſtorum apoſtolorū nominum, quæ
prius ante fidem habuerunt, quando infidelitatē habue
runt. Illa non recordabor, quia creſcentibus meritis, no-
mina addita ſunt noua, ſicut Abrahā, ſicut & Sara, ſicut
Petro, & reliquis. qui antea ſerui peccati, ſed poſtea ami-
Ioan.15.b ci, ſicut dominus dixit: Iam non dicā uos ſeruos, ſed ami
Titum 3.a cos: Et ſanctus Paulus fuerat, quando dicebat: Fuimus
aliquando & nos ſtulti & increduli ſicut & cæteri: ſed mi
1.Corin.6.a ſericordiam dei conſequuti ſumus. Et iterū: Sed abluti
eſtis, ſed ſanctificati eſtis. *i* ¶ Dominus pars hæredita-
tis meæ.] Vox Chriſti ad patrē. Hæreditas Chriſti, eccle
ſia eſt: & dominus eſt pars corporis ſui. Pro parte homi
nis aſſumpti dicit, quia ille accepit de noſtro humanita-
tem, & nos de ſuo immortalitatē. *k* ¶ Et calicis mei.]
Quare dixit calicem? Quia per calicē accipit unuſquiſq;
iuxta menſurā, ſed Chriſtus pluſquā membra ſua, ut ait
Paulus. Qui eſt primogenitus in multis fratrib. *l* ¶ Tu Rom.8.f
es qui reſtitues hæreditatē meam mihi.] Hoc eſt quod C
in euangelio dicitur: Nemo uenit ad me, niſi pater meus Ioan.6.e
traxerit eum ad ſe. Secundū hiſtoriam, Chriſti hæredi-
tas Iudæi fuerunt, ad quos Chriſtus uenit. Sed tūc diſſi-

COnſeruā me domine, quoniam ſperaui in te, dixi
dominō, deus meus es tu, quoniām bonorū meo
rum non eges. Sānctis qui ſunt in terra eius, mirifica-
uit omnes uoluntates ſuas in eis. Multiplicātæ ſunt in-
firmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Nōn congre-
gabo conuenticula eorum de ſanguinibus, nēc memor
ero nominum eorum per labia mea. Dominus pars hæ
reditatis meæ, & cālicis mei, tu es qui reſtitues hæredi-
tatem meā mihi. Funēs ceciderunt mihi in præclaris, et-
enim hæreditas mea præclara eſt mihi. Benedicām do-
minū qui tribuit mihi intellectū, inſuper & uſq; ad no-
ctem increpuerunt me renes mei. Prouidebām domi-
num in conſpectu meo ſemper, quoniām à dextris eſt
mihi ne cōmouear. Propter hoc lætatū eſt cor meum,
& exultauit lingua mea, inſuper & carō mea requie-
ſcet in ſpe. Quoniām non derelinques animam meam
in inferno, nēc dabis ſanctū tuum uidere corruptionē.

pata eſt, quādo eum
crucifixerunt, ſed re-
ſtituetur in futuro, cū
plenitudo gentiū ſub
intrauerit. Aliter. Re-
ſtituet deus pater hæ
reditatē Chriſti, quā-
do electos ſuos, cor-
pus ſāctæ eccleſiæ ad
illā integritatē attra-
xerit, ut poſt reſurre-
ctionem acceptis cor
poribus ſuis, incorru
pti & immortales ui-
uant: quia illam im-
mortalitatē in Adam
perdiderūt. *m* ¶ Fu
nes ceciderūt mihi in
præclaris.] In opti-
mis.] Pro uno Iſrael,
uniuerſi orbis hære-
ditatē ſum cōſequu-
tus. Funes in hæredi-
tatē danē, quia quod
dixit ceciderūt mihi
in præclaris, tātundē
eſt, ac ſi dicat, in pa-
triarchis & prophetis atq; apoſtolis: uel quoſcūq; aduo-
cauerit pater, Chriſtus ſecum recipit. Propterea dixit in
præclaris, ſanctis uel apoſtolis. *n* ¶ Benedicam domi-
num qui tribuit mihi intellectū.] Vox capitis cum mē-
bris. Tribuit intellectū diſcernēdi inter bonum & malū,
inter ſenſum & literam, inter deum & proximū, inter lu- D
cem & tenebras. Benedicam dñm qui mihi tribuit intel-
lectum. Qui ſapiētia dei eſt, nō indiget ipſa ſapientia, ſed
ſecundū illud accipiēdū, quod in euāgelio dicitur: Ieſus
proficiebat ætate, ſapientia & gratia corā deo & homini- Luc.2.g
bus. *o* ¶ Inſuper & uſq; ad noctē increpuerūt me renes
mei.] Noctē, tempus ſignificat paſſionis, in quo interio
ri erudita eſt diuinitate humana fragilitas. Inſup & uſq;
ad noctē increpuerunt me renes mei. Delectationes car-
nales tunc me increpant, quādo mihi ſuggerūt ut peccē,
quando delectatur caro. Sed niſi tu fuiſſes à dextris, for
ſitan infirmarer. *p* ¶ Prouidebā dominū in conſpectu
meo ſemper.] Filius patrē, eccleſia Chriſtū. *q* ¶ Quo-
niam à dextris eſt mihi ne cōmouear.] Ac ſi dicat: Si tu
non fuiſſes à dextris, forſitan cōmotus eſſem de fide ad
infidelitatem, de bono ad malum. *r* ¶ Propter hoc læ-
tatum eſt cor meū.] Propter reſurrectionē lætatus ſum,
quia per eam liberatus eſt mundus. Aliter. Propter hoc
lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Propter
iſtud, quod me adiuuas, cor meum lætatur, lingua mea
prædicat. *s* ¶ Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.]
Vox Chriſti. Pro perſona corporis requieſcit in ſpe. Ac
ſi dicat: Eccleſia quæ eſt caro mea modo requieſcit in
ſpe, id eſt, in ſpe reſurrectionis: ut ubi caput præceſſit,
membra ſequantur. *t* ¶ Quoniam non derelinques
animam meam in inferno.] Nō derelinques: quia pro-
pterea illuc deſcendit, ut electos ſuos exinde eiiceret, &
diabolum ligaret. Diabolus antea ſe taliter iactabat, ut
omnia regna mundi haberet, ſed modo non ſolū illum
tenere non potuit, ſed potius à Chriſto ligatus perhibe-
tur. *u* ¶ Nec dabis ſanctū tuum uidere corruptionē.]
Quomodo dicit, non dabis uidere corruptionem, dum
alibi dicit: Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcende-
ro in corruptionē? Non de corruptione corporis Chri-
ſti, in ſepulchro dicit, ſed de cæterorum ſanctorum.

Notas mihi feciſti uias uitę, adimplebis me lætitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua uſq; in finem.

Oratio Dauid. XVI

EXaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam non in labijs doloſis. De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi mei uideant æquitatem. Probaſti cor meu, & uiſitaſti nocte, igne me examinaſti, et non eſt inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum, propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueatur ueſtigia mea. Ego clamaui quoniã exaudiſti me deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi uerba mea. Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me domine, ut pupillã oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me,

A

a ¶ Notas mihi feciſti uias uitæ.] Vox capitis pro corpore. Viæ uitæ, mãdata Chriſti ſunt, ut ſcriptũ eſt: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. b ¶ Adimplebis me lætitia cum uultu tuo.] Tunc erit plena lætitia, cum aduenatum fuerit corpus eccleſiæ in regnũ dei, hoc eſt, cum tradiderit regnũ deo patri ſuo, tũc erit deus omnia in omnib. c ¶ Delectationes in dextera tua uſq; in finẽ.] Dextera patris, filius eſt. Delectatio uitæ æternæ in dextera, id eſt, in proſperitate quæ filio datur, uſq; in finem: ac ſi dicat, ſine fine: quia finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiã omni credenti: quia plenitudo legis charitas, & finis præcepti charitas. Aliter. Delectationes in dextera tua uſque in finẽ. In illa delectabili potentia tua qua tecũ ſancti ſunt regnaturi, quæ nullo fine concludit. Vnde eos deprecamur, ut nequaquã diſiuncti, ſi nõ meremur ueſtiri gloria, nõ excludamur à uenia. Tibi eſt enim cũ æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Mat. 19. c

¶ Sextuſdecimus pſalmus orationem continet perſonæ dominicæ coniuncto ſibi corpore, quod eſt eccleſia.

B

d ¶ Oratio Dauid.] Ad tres perſonas intelligitur. Hæc oratio in quatuor pſalmis habetur. Iſte pſalmus cãtatur ex perſona Chriſti contra Iudæos, & ex perſona eccleſiæ cõtra hæreticos. Exponũt Hebræi quod quãdo pſalmũ Dauid cantauit, quia dixit: Exaudi domine iuſtitiã meã, pro ipſa præſumptione qua ſe exaudiri pro ſua iuſtitia iactabat, cecidiſſet in crimen. XVI

EXaudi domine iuſtitiã meam.] Iuxta Lxx. deus iuſtitiæ, uel deus iuſtus natura. Nam exaudi deus iuſtitiã meã, hic perſona Chriſti datur intelligi. Exaudi deus iuſtitiam meã: Vox Chriſti in paſſione: & uox eccleſiæ in tribulatione. Vel iuſtitiã dicit eccleſia ſuam, & nõ ſuam. Quid ſuam, ſi implet mandata dei in opere. Non ſuam, quia à deo datur, non à ſe. Exaudi deus iuſtitiã meam: quia tibi uſq; ad mortem obediens fui. f ¶ Intẽde deprecationẽ meam.] Differẽtia eſt inter orationem & deprecationem. Oratio, ſanctorũ eſt pro deuotis, ut perſeuerent in bono. Deprecatio, pro peccatis ſuis uel aliorũ. Totius eſt deprecatio. g ¶ Auribus percipe orationem meam.] Hoc eſt, in hoc quod rogo, auribus percipe orationem meam. Orat enim nõ diminutio deitatis, ſed infirmitas carnis. h ¶ Non in labijs doloſis.] Sed per puritatẽ quæ tibi eſt placita. i ¶ De uultu tuo iudicium meũ prodeat.] Non in labijs doloſis. Ac ſi dicat: Exaudi orationẽ meam, quia ex toto corde oro, nõ ſicut illi qui in labijs doloſis, quia aliud loquũtur, & aliud habent in corde, ſiue hæretici ſiue Iudæi. De uultu tuo iudicium meum prodeat, non in labijs doloſis. Vox Chriſti ad patrem. Quia qui labia habent doloſa, me iudicant: ſed illos tu iudica in futuro. Propheta non optando, ſed pronunciando dicit. Hoc oſtendit quod facturus eſt dominus in iudicio. k ¶ Oculi mei uideant æquitatem.] Oculi Chriſti, ſancti prædicatores: uideant, id eſt, intelligant: æquitatem, id eſt, æqualitatem, ut iuſtitiã quam prædicant, opere impleant. l ¶ Probaſti cor meum deus & uiſitaſti nocte.] Etiã in anguſtijs me probaſti, quia triſtis & uelut in quadã preſſura ſum noctis tenebroſæ. Probaſti cor meum deus. Vox Chriſti ad patrẽ. Probaſti Chriſtum in paſſione, & eccleſiam in tribulatione. m ¶ Igne me examinaſti.] Id eſt, per ipſam tribulationẽ peccata mea confudiſti. n ¶ Et non eſt inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominũ.] Qualia ſunt opera hominũ? Vanitates quas ipſi amant, uel diuerſa negotia, iſta ſunt hominũ opera, ſicut in euangelio dominus dicit. Quod ſi de uerbo ocioſo redditur ratio: quãto magis de operibus hominum, quæ ex ipſo ſenſu ſtudioſe loquũtur. o ¶ Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras.] Propter prædicationẽ, & propter ea quæ promittũtur in cœlis, cuſtodiui uias duras.] Quomodo dicit hic duras, dum in euangelio dicitur: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue? Suaue eſt uolentibus, durum eſt nolentibus. Quamuis durum uideatur eſſe ad ſanctos propter corporalẽ tribulationẽ, tamen ſuaue eſt quia habent ſpem uitæ æternæ. Vel aliter. Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Ac ſi dicat: timẽs futura ſupplicia, quæ legis trãſgreſſoribus cõminatus es, duris me laboribus exercui, & ſubieci corpus animæ poteſtati. p ¶ Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.] Senſus meos in mãdatis tuis perfice. Vox eccleſiæ. Quia à deo eſt incipere, & à deo eſt finire. Greſſus, ſenſus. q ¶ Vt non moueantur ueſtigia mea.] Ab his quorum moti ſunt pedes: id eſt, quicũque male fecerunt. r ¶ Ego clamaui quoniã exaudiſti me deus.] Quare dixit clamaui? Quia credidit per fidem, propterea dixit ego clamaui. s ¶ Inclina aurẽ tuã mihi & exaudi uerba mea.] Chriſtus aurem inclinat, quãdo exaudire dignatur. Per ſimilitudinẽ infirmi rogat qui in lecto eſt, ut ueniat medicus, & ſanet infirmitates ſuas. Sic & genus humanũ infirmũ erat: qñ iacebat in lecto: id eſt, in peccato. Rogabat ut ueniret uerus medicus, qui eſt Chriſtus in carne, & ſanaret lãguores ſuos. t ¶ Mirifica miſericordias tuas domine, qui ſaluos facis ſperantes in te.] Nunquid antea non fuerãt mirificatæ? Sed tunc mirificauit miſericordias ſuas: quando per ſanctos apoſtolos & ſanctos ſuos infirmitates curabat. u ¶ A reſiſtẽtibus dexteræ tuæ.] Saluos facis à reſiſtentibus dexteræ tuæ tripliciter: Dæmones deum, Iudæi Chriſtũ, hæretici eccleſiã. x ¶ Cuſtodi me domine ut pupillam oculi.] Vox eccleſiæ. Oculus intelligitur corpus eccleſiæ, & pupilla humilitas Chriſti, per cuius exemplum uiuimus & uidemus. Hoc ſupplicat eccleſia, ut poſſit illam humilitatẽ obſeruare quam Chriſtus docuit. Quia ſi per pupillam non cuſtoditur oculus, nequaquam uidet. Quia oculi prædicatores intelliguntur, per pupillam ſenſus ſpiritualis: Hoc rogat corpus Chriſti quæ eſt eccleſia, ut cuſtodiatur ſenſus prædicatorum qui eſt oculus, ne rapiatur in infidelitate hæreticorum. y ¶ Sub umbra alarum tuarũ protege me.] Vmbra duabus rebus conſtat, lumine & corpore. Per lumen, diuinitas: per corpus, humanitas intelligitur. Vnde & Mariæ dicitur: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Sub iſta umbra protege me, ut me non rapiat miluus. Et ſub duabus teſtamentorum alis: id eſt, ipſorum doctrinis

Matth. 11. d

Luc. 1. d

C

D

A doctrinis quibus uiuitur & cuſtoditur ac tegitur ſicut gallina: quia per gallinam intelligitur ſapientia dei patris. Quia ſicut gallina ſub alis pullos ſuos abſcõdit propter miluos, ſic & ſapientia diuina, & duæ alæ, quæ ſunt duo teſtamenta, protegunt eccleſiam à miluo, hoc eſt, à diabolo. *a* ¶ A facie impiorum qui me afflixerunt.] Iudæi Chriſtum in paſſione & hæretici eccleſiam. *b* ¶ Inimici mei animam meam circundederũt.] Iudæi Chriſtum in paſſione. Animã dixit non corpus: quia diabolus in anima intrinſecus neſcit quid cogitat homo, niſi per exteriores motus intelligat, & in quo unũquenq; delectari uidet, diuerſas ſuggeſtiones infert. Iſtud ad eccleſiã pertinet. *c* ¶ Adipem ſuum concluſerunt.] Quid per adipem, niſi malicia Iudæorum deſignatur? Quæ in ueteri teſtamento adipem manducare prohibetur: quia cor eorum incraſſatum erat. Vnde dixit in can-
Deute.32.b tico Deuteronomij: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit. Quare? Quia incraſſatus erat de malitia, & recalcitrauit: quia nolebat mandata dei obſeruare. Dilectus à Deo fuit populus Iudaicus: quia manna di-
B uinum pluit illis, quod ad nos pertinet, quia mandu camus Chriſtum. Sed Iudæi contempſerunt ſemetipſos, hoc eſt, obligauerunt ſe in malicia. *d* ¶ Os eorum locutum eſt ſuperbiam.] Os impiorum: quia contra Chriſtum & contra eccleſiam faciunt. *e* ¶ Proijcientes me nunc circundederunt me, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.] Quando Chriſtus paſſus eſt, omnis terra tremuit, & ſydera obſcurata ſunt, & petræ ſciſſæ ſunt. Sed Iudæi oculos in terram ſtatuerunt. quia hominem ſolum exiſtimauerunt, & diuinitatẽ non intellexerunt. Vel oculos ſuos in terram ſtatuerunt, quia de terrenis actibus cogitabant, ſed de cœleſtibus non meditabantur. *f* ¶ Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.] Sicut leo paratus eſt ad prædam, ſic ſuſceperunt Iudæi Chriſtum in paſſione. Et ſicut catulus leonis. Leo, diabolus. Catulus, filius eius antichriſtus. Vel aliud, Leo, diabolus: & filij eius, Iudæi. In abſconditis, in eorum cordibus quaſi in obſcuro. Diabolus uel membra illius in quibus diabolus habitat, appellantur loca abſcondita. *g* ¶ Exurge domine præueni eos & ſupplanta eos.] Vox Chriſti loquitur ad diuinitatem, ut præueniat animæ ſuæ, ne rapiatur à principe diabolo, quod ita & fecit. Præuenit eum & alligauit, & ad infernum deduxit. Veniebat diabolus aliquid de ſuo requirere in Chriſto, ſed in eo nihil inuenit: ut dixit in e-
Ioan.14.d uangelio: Venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam. Et ſancta eccleſia rogat antequam ſupplantetur à diabolo, & in eius inſidijs, qui ſunt hæretici, ut ueniat catholicus noſter, qui eſt Chriſtus, & ſubuertat aſtutias inimici, id eſt, ſupplantet. *h* ¶ Erue animam meam ab impio, gladium tuum ab inimicis manus tuæ.] Oro, gladium manus tuæ erue ab inimicis tuis. Inimicus enim accepit poteſtatem ut propter pecata nos puniat. Quos tradidi ſatanæ, ut diſcant non
1.Timo.1.d blaſphemare, ait Apoſtolus: Erue animam meam ab impio. Vox Chriſti ad Deum patrem loquitur, Hoc eſt, erue animam meam à diabolo. Et uox eccleſiæ ad Chriſtum hoc rogat, ut liberetur à diabolo uel ab hæreticis, & ab unoquoque homine malo. *i* ¶ Framea tuam ab inimicis manus tuæ.] Framea de Chriſto & de eccleſia intelligitur. Framea dei patris, anima Chriſti eſt, de qua facit iuſtam uindictam. Diabolus framea eius eſt, de qua framea uindictam facit in mũdo. *k* ¶ Domine à paucis à terra diuide eos.] Vox eccleſiæ. A paucis à terra. Vult eccleſia ſeparari à carnalibus & à zizania & à paleis ante diem iudicij, ſed ſine cauſa: quia à Deo accepit reſponſum, ſicut dominus dixit in euangelio: Sinite creſcere Matth.13.d uſq; ad meſſem, hoc eſt, uſque in diem iudicij. Quia hic eccleſia cõmixta eſt cum peccatoribus, rogat pro illis qui prædeſtinati ſunt, ut ueniant & ſeparentur ab illis qui non ſunt prædeſtinati, ut dicitur: Multi uocati, pau- Matth.22.b ci uero electi. Supplanta eos qui in impietate ſunt, ut hic emendari debeant, aut in futuro ſupplententur in uindicta. *l* ¶ De abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorum.] Tripliciter hic intelligitur uenter. Venter, caſtitas, intellectus, ut dicit Eucherius: Et angelorum uenter repletus fuit myſterijs dei antequã cecidiſſent, & Iudæorum uenter de myſterijs legis, & hæreticorum uenter de myſterijs eccleſiæ. *m* ¶ Saturati ſunt filijs.] Iudæi ſaturati ſunt: quia multiplicati ſunt in procreatione filiorum & in rebus ſeculi. Quando dicit ſaturati ſunt porcina, hoc Iudæorũ immundiciã deſignat. *n* ¶ Dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.] Hoc eſt illam iuſtam uindictam quæ illis debetur. Reliquerũt reliquias ſuas paruulis ſuis, hoc eſt, quando dixerũt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et hæreticorum filij ſimiliter condemnationem habebunt. Qui ſunt reliquiæ eorum? Ipſorum diſcipuli, qui de illa mala doctrina eorum regenerati ſunt. Saturati ſunt filijs, & reliquerunt reſidua paruulis ſuis. Propter ambiguitatẽ uerbi, quidam pro filijs, porcinam ſcriptum arbitrantur, quod Symmachus Hebræam exprimens ueritatem: tranſtulit, ſaturabuntur filijs, & relinquent reſidua paruulis ſuis. Saturati ſunt filijs, & dimiſerunt reliquias ſuas, immundiciã & iniquitatem conculcantes margaritas ſermonum tuorum. Et dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis, clamantes: Sanguis eius ſuper nos & filios noſtros. *o* ¶ Ego autem cum iuſtitia apparebo in cõſpectu tuo.] Vox eccleſiæ. Cum iuſtitia, hoc eſt, mandata tua adimplere. Apparebo in conſpectu tuo, hoc eſt, in præſentia tua in futuro. *p* ¶ Satiabor.] Cœleſti refectione. *q* ¶ Cũ apparuerit gloria tua.] Filius tuus, qui eſt ſalus & uita, & ſanctorum omnium gloria, quia Chriſtus & ſalus & gloria dicitur. Ego autem in iuſtitia apparebo, deuicta morte. In conſpectu tuo ſatiabor, cœlos aſcendens. Cum apparuerit gloria tua, ſanctis & electis tuis qui per me crediderunt: quia meũ eſt quod illis eſt præſtitũ. Nã ego in illis ſum, & ipſi in me tecũ. Nos uero à te redempti domine Ieſu, tantam potentiã pietatemq; cernentes, ſupplices exoramus, ut examinati diuino igne, nõ ſimus humanorum operũ detractores, ſed inteſtabiles fixiq; tuam gloriã iugiter extollamus in opere, proferamus in fide, laudemus in uoce. Amen. *r* ¶ In finem pro puero domini Dauid, quæ loquutus eſt domino uerba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimi-

à faciẽ impiorũ qui me afflixerũt. Inimici mẽi animam meam circundederunt, adipẽm ſuum concluſerunt. Os eorũm locutum eſt ſuperbiam. Proijcientẽs me nunc circundederunt me, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Suſceperũnt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis. Exurgẽ domine præueni eos & ſupplanta eos, eripẽ animam meam ab impio, frameã̃m tuã ab inimicis manus tuæ. Domine à paucis de terra diuide eos in uita eorum, dẽ abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorũ. Saturãti ſunt filijs, & dimiſerũnt reliquias ſuas paruulis ſuis. Egõ autem in iuſtitia apparebo in cõſpectu tuo, ſatiabor cũm apparuerit gloria tua.

In finẽm puero domini Dauid quæ locutus eſt

domino uerba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omniũ inimicorum eius, & de manu Saul & dixit. XVII

DIligãm te domine fortitudo mea, dominꝰ firmamentum meum & refugiũm meum & liberatꝰ meus. Deꝰs meus adiutꝰ meus, & ſperabꝺ in eum. Protectꝰ meus & cornũ ſalutis meæ, & ſuſceptꝰ meus. Laudãns inuocabo dominum, & ab inimicis mẽis ſaluus ero. Circundederũnt me dolores mortis, & torrentẽs iniquitatis conturbauerunt me. Dolorẽs inferni circundederunt me, præoccupauerũnt me laquei mortis. In tribulationẽ mea inuocaui dominũ, & ad deũm meum clamaui. Et exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam, & clamꝰ meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Commotã eſt & contremuit terra, fundamentã montiũ conturbata ſunt & cõmota ſunt, quõniã iratus eſt eis deus. Aſcẽndit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardeſcet, carbonẽs ſuccenſi ſunt ab eo.

A inimicorum eius, & de manu Saul.] Totus hic pſalmus ſub perſona Dauid ad Chriſtum pertinet. Dauid Chriſti typum tenet, qui eſt manu fortis, de cuius ſemine eſt noſter Dauid qui eſt Chriſtus. Puero domini, hoc eſt, dei patris, ſicut ait Propheta: Magnum eſt tibi uocari filium meum. Etenim ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Et propheta Eſaias: Puer datus eſt nobis, filius natus eſt nobis. Quæ locutus eſt domino uerba cantici huius. Et Dauid ſecundum hiſtoriã cantauit iſtud canticum, cũ perſequeretur ab inimicis, & Chriſtus qui eſt caput noſtrũ, ad patrẽ cantauit in paſſione: eccleſia in perſecutione. Eripuit eũ dominus, hoc eſt, & Dauid à perſecutione Saul, & Chriſtũ in paſſione deus pater eripuit de manu inimicorũ, hoc eſt de manu Iudæorũ & de manu Saul. Saul appetitio interpretatur, quia cõtra uoluntatem dei expetierũt eum regẽ. Iſte Saul typũ diaboli geſſit. Iſti inimici mẽbra diaboli ſunt, id eſt, Iudæi q perſecuti ſunt Chriſtũ, & dæmones uel mẽbra eorũ q perſequũtur eccleſiã. XVII

B DIligam te domine uirtus mea.] Alij dicunt fortitudo mea, ſed unũ eſt uirtus & fortitudo. Totus hic pſalmus ſub perſona Dauid ad Chriſtũ pertinet, qui eſt uera fortitudo. Diligam te uirtus mea. Vox Chriſti. Virtus mea, hoc eſt, diuinitas, uirtus hominis aſſumpti. Et eccleſiæ uirtus Chriſtus eſt, qui dicit: diligam te domine. Si uox Chriſti eſt, cum ſint unum & una ſubſtãtia diuinitatis, quia dictum eſt: Vna poteſtas, una uolũtas, una maieſtas patris & filij & ſpiritus ſancti: quomodo dicit diligam te domine: Pater dicitur eo quod habet filium, & filius dicitur eo quod habeat patrem. Spiritusſanctus nec pater eſt nec filius, ſed dilectio quam habet pater in filio & filius in patre. Vnde Paulus apoſtolus dixit: Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. *Rom.5.d*

b ¶ Dominus firmamentũ meũ.] Vox Chriſti & uox eccleſiæ. Firmamentũ, ſicut ait propheta: turris fortitudinis à facie inimici. *c* ¶ Et refugiũ meum.] Vox Chriſti & uox eccleſiæ. Refugiũ Chriſti in patre, & refugium eccleſiæ in Chriſto. *d* ¶ Et liberator meus.] In tribulatione. *e* ¶ Deus meus.] Qui me creaſti. *f* ¶ Adiutor meus.] De neceſſitatibus. *g* ¶ Sperabo in eum.] In ipſum totã ſpem ponam. *h* ¶ Protector meus.] Qui me protegis uel defendis. *i* ¶ Et cornu ſalutis meæ.] Cornu ſalutis: quia infirmitatẽ noſtrã cõfortauit. Quia ante aduentũ Chriſti eccleſia infirmata erat per peccatũ, ſed poſtea confortata per Chriſtũ, ſicut ait propheta: Erexit cornu nobis ſalutis noſtræ. Ac ſi dicat: Dedit nobis regnũ forte, ut illud: Et fecit nos regnũ deo patri ſuo. Non ergo in cornu illud ſuperbiæ, ſed in cornu ſalutis tuæ, adiutorium habere confido. *k* ¶ Suſceptor meus.] Suſceptus eſt Chriſtus à patre in humanitate, & eccleſia ſuſcipitur in fide. *l* ¶ Laudãs inuocabo dominum.] Iuſti laudant: quia de omnibus malis liberauit eos. Pro eo quod ſequitur: *m* ¶ Et ab inimicis meis ſaluus ero.] Inuocaui dominũ. Chriſtus inuocauit deum patrem: eccleſia Chriſtum. Et ab inimicis meis ſaluus ero. Chriſtus à Iudæis, & eccleſia ab hæreticis. *n* ¶ Circundederunt me gemitus mortis.] Vox Chriſti & uox eccleſiæ. Circundederũt Chriſtum illi qui in inferno gemebant, qui in inferno erant, & eccleſia ſimiliter. *o* ¶ Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.] Torrentes aquas dicit quæ pertranſeunt. Torrens dicitur qui non de fonte neq; de uiua aqua, ſed à pluuijs uel de mõtibus in ualles deſcendit, & in mare uadit. Quid per torrentes, niſi uniuerſas gentes ſignificat, quæ per mõtem carnis in mare iſtud deſcendunt? Vnde ſcriptũ eſt: Generatio uadit, & generatio uenit. Et aliter: Et torrentes iniquitatis cõturbauerũt me. Turbæ iniquorum, quæ ſicut torrẽtes in hyeme intumeſcunt, protinus defluentes. *p* ¶ Dolores inferni circundederũt me.] In die detrahentium, quæ mortẽ infernalẽ operantur. *q* ¶ Præuenerunt me laquei mortis.] Præuenerũt Chriſtum inimici in paſſione ante uindictam crucis. Laquei mortis, quos mihi aduerſarij intendebant. *r* ¶ Et in tribulatione mea inuocaui dominũ.] Humanitas in uocauit diuinitatem, & eccleſia Chriſtum, non oris uoce ſed cordis. *s* ¶ Et ad deum meum clamaui, & exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam.] Templũ corpus dominicum, ubi exaudita eſt humanitas à diuinitate, & eccleſia ſimiliter à Chriſto. In tẽplo, in ſancta eccleſia. Et aliud. In corde meo quod ſanctificauit: in quo templo ſancto inhabitat. *t* ¶ Et clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.] Aures eius: hoc eſt, uis auditionis. Vis fortitudo eſt, qua ſancti fortiter deprecantur, quia dictum eſt: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. *u* ¶ Cõmota eſt & contremuit terra.] Secundum hiſtoriam factum fuit, quando Moyſes accepit legẽ in monte Sina. Terra tremuit, quod præfigurauit paſſionem Chriſti: quia in paſſione Chriſti omnis terra tremuit, quãdo noua lex data eſt populo Chriſtiano. Aliter. Cõmota eſt terra, quãdo de infidelitate ad fidem uenerunt, & credentibus terrenis, factum eſt cœlum. *x* ¶ Fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt.] Hic montes ſuperbi intelliguntur. Fundamenta eorum, dæmones ſunt: ſicut & fundamẽta ſanctorũ, prophetæ & apoſtoli ſunt. Vnde dicit ſanctus Paulus: Aedificati ſup& fundamenta propheta- *Ephe.2.d*
rum & apoſtolorũ. Fundamenta montium conturbata ſunt, & cõmota ſunt, eorum ſuperbia qui in hoc mundo confidunt. *y* ¶ Quoniam iratus eſt eis deus.] Hoc eſt, eis mõtibus uel perſecutoribus, diſſipans ſpem mundialium uoluptatũ. *z* ¶ Aſcẽdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardeſcet.] Fumus ex duabus rebus fit, ex igne & aqua. Per fumum, lachrymæ excitantur, & per ignem cõpunctio cordis intelligitur, & per lachrymas, aqua. *a* ¶ Carbones ſuccenſi ſunt ab eo.] Quid per carbones, niſi bonæ naturæ genus humanum, extinctum per Adam, in aduentu Chriſti illuminatum per baptiſmum ſiue per pœnitentiam deſignatur? Extinguuntur carbones ab aqua, quæ eſt cupiditas, & illuminantur per gratiam, quæ eſt ſpiritus ſanctus.

¶ Inclinauit

Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubim & uolauit, uolauit super pennas uetorum. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præ fulgure in conspectu eius nubes transierunt, grando & carbones ignis. Et intonuit de cœlo dominus, & altissimus dedit uocem suam, grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas & dissipauit eos, & fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus.

A *a* ¶ Inclinauit cœlos & descendit.] Hoc est quod in alio psalmo ait: Descendit sicut pluuia in uellus: quia humilem se nobis & in forma serui occultum præbuit & latentem. Vel aliud. Cœli, angeli inclinati sunt, quando Gabriel ad Mariam uenit, & descendit Christus & uenit in carnem. Vel aliter. Cœli, sancti apostoli uel imitatores eorum. Inclinauerunt ab altitudine: hoc est, de contemplatione, ut doceant brutos & infirmos in ecclesia propter compassionem proximorum. Vel ad coniugatos, ut sanctus Paulus ait: Vir reddat debitum uxori, & uxor similiter uiro. *b* ¶ Et caligo sub pedibus eius.] Inuisibilem substantiam Dei, & iudiciorum occulta significat. Vel aliud. Et caligo sub pedibus eius. Caligo hoc est, profunditas scripturarum: quam dedit deus pedib. suis, qui sunt sancti sui: id est, ecclesiæ suæ, quia in sensu sanctorum ibi est profunditas scripturarum, & Christus super illos præsidet. *c* ¶ Et ascendit super cherubim.] Hoc est super plenitudinem scientiæ. Christus ascendit cum corpore suo super omnes angelos & archangelos. Cherubim, interpretatur plenitudo scientiæ, quæ est charitas, quia plenitudo legis est dilectio, hoc est charitas. Christus super hoc ascendit, sicut in euangelio ipse dominus dicit: Maiorem charitatem B nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod ita Christus fecit: qui animam suam pro amicis dedit. *d* ¶ Et uolauit, uolauit super pennas uentorum.] Secundum historiam quod prius est uolauit super pennas uentorum: quia uelocior est uetus omnibus creaturis, & dominus uelocior est uento, quia penetrat usque ad fines terræ, & omnia suauiter disponit: Quia ultra uentum ipse est, ideo uelocior. Et ad moralem sensum animam significare uoluit uento. Sicut uentus iste inuisibilis est, ita & anima. Ventus mouet corpus, & anima mouet corpus similiter. Sed cur uentum appellauit animam? Hoc est, quia deus insufflauit in Adam. Non quod corporalis sit deus pater, sed tunc insufflauit quando animam dedit, ut ait propheta: Tu domine creas omnem flatum. Per hæc intelligimus omnes animas à deo esse creatas. Et uolauit, uolauit super pennas uentorum: hoc est, uirtutes sanctarum animarum, quia Christus uelocior est uento, & leuior quàm anima, & præcelsior angelis & sanctis. *e* ¶ Posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius.] Latibulum seipsum dixit in scripturis. In circuitu eius tabernaculum eius. Christus in Maria quasi sponsus in thalamo, & corpus Mariæ quasi tabernaculum. Tenebras dicit, eo quod nobis obscura est incarnatio uel natiuitas eius. *f* ¶ Tenebrosa aqua in nubibus aeris.] Nubes prophetæ sunt, & aqua, doctrina eorum, quia obscuræ sunt scripturæ prophetarum. Quia sicut nubes pluuiam portant & terram aridam irrigat, sic & prophetæ per eorum doctrinam irrigant corda arida. *g* ¶ Præ fulgure in conspectu eius nubes transierunt.] Fulgura, illuminatio spiritus sancti. Ipsæ nubes scilicet prophetæ, transierunt de Iudæis ad gentes, spiritu sancto gubernante. Per fulgura ignis, compunctio cordis intelligitur. *h* ¶ Grando & carbo. ignis.] In grandine, uerbera: in igne, charitatis accensio ostenditur: quib. fideliu corda mouentur ad cognoscendum deum. *i* ¶ Et intonuit de C cœlo dns.] Per sanctos suos intonuit, quasi de cœlo per iustorum corda euangelizauit. *k* ¶ Et altissimus dedit uocem suam.] Per euangelistas malicia humana dispersidit. Altissimus uocem suam dedit, hoc est, prædicationem, ut ait propheta: Vox tonitrui tui in rota: id est, prædicatio eorum in toto mundo. Psal.76.d *l* ¶ Misit sagittas suas & dissipauit eos.] Misit uerba sua sancta quasi sagittas, quæ pleniter & malis & bonis prædicant. Bonos remunerat deus si faciunt, & malos conterit, si audiunt & non faciunt. Vnde sanctus Apostolus ait. Alijs quidem 2.Cor.2.d sumus odor uitæ in uitam, & alijs odor mortis in mortem. Odor uitæ sunt his, qui audiunt & faciunt: & odor mortis sunt his qui audiunt & non faciunt. Quia prædicatores nesciunt qui sunt prædestinati: tamen fiducialiter prædicant. *m* ¶ Et fulgura multiplicauit & conturbauit eos.] Fulgura, miracula, atque claritas uirtutis suæ. Conturbauit illos. Per illa miracula apostolorum compuncti sunt & illi qui dixerunt ad Petrum: Quid faciemus uiri fratres? Et ille: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque uestrum. *n* ¶ Et apparuerunt fontes aquarum.] Fontes apostoli, quasi aquis de uno fonte potati sunt. De uno fonte qui est Christus, satiati fuerunt apostoli, sicut in euangelio dominus dixit: D Qui biberit aquam quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Et aliter. Fontes aquarum illi, qui per baptismi sacramentum facti sunt peccatoribus fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam. *o* ¶ Et reuelata sunt fundamenta orbis terræ.] Prophetæ atque apostoli super quos omnium ecclesiarum fundamenta locantur. Reuelata sunt fundamenta orbis terræ, secundum historiam, quando in passione uelum templi scissum est desursum usque deorsum, & illa quæ in templo erant apparuerunt. Et ad sensum de litera sensus spiritualis: quia quod ibidem latebat in figura, omnibus patuit per mysteria. *p* ¶ Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.] Ab increpatione tua domine, cum diceres: Nisi uos filius liberauerit, moriemini Ioan.8.d in peccatis uestris. Ab inspiratione spiritus iræ tuæ: promittens in his appropinquare regnum Dei. *q* ¶ Misit de summo & accepit me.] Vocando me. *r* ¶ Et assumpsit me de multitudine aquarum.] Aduersantium populorum. Vel aliter. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de multitudine aquarum. Deus pater misit filium suum, sicut dictum est: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Misit sponsus ad sponsam: uerum sponsum iunxit sponsæ, hoc est, carnem in utero uirginis Mariæ. Assumpsit me de multitudine aquarum: id est, de multitudine populi, ecclesia collecta est. Aquæ multæ, populi multi. *s* ¶ Eripuit me de inimicis meis fortissimis.] Deus pater eripuit Christum à Iudæis, & ecclesiam ab hæreticis. *t* ¶ Et ab his qui oderunt me, quia confortati sunt super me.] Oderunt Iudæi dominum, & hæretici ecclesiam. Quia confortati sunt super me, quasi uincere potuissent. *n* ¶ Præuenerunt me.] Vt superius diximus ante uindictam crucis. *x* ¶ Et factus est dominus protector &c.] Deus pater filium suum protexit, & filius ecclesiam suam.

¶ Eduxit

Et ed̃uxit me in latitudinem, saluũm me fecit quoniam uoluit me. Et retribuẽt mihi dominus secundum iustitiam meam,& secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui uias domini,nec impie gessi à deo meo. Quoniam omniã iudicia eius in conspectu meo,& iustitiãs eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo,& obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cũm sancto sanctus eris, & cum uiro innocente, innocens eris. Et cũm electo electus eris, & cũm peruerso peruerteris. Quoniãm tu populum humilem saluum facies,& oculos superborum humiliabis. Quoniãm tu illuminas lucernam meam, domine deus meus illumina tenebras meas. Quoniãm in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murũ. Deus meus impolluta uia eius,eloquia dñi igne examinata, protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus præter dominum,aut quis deus præter deum nostrũ? Deus qui præcinxit me uirtute, & posuit

A a ¶ Eduxit me in latitudine.] Eduxit ecclesiam de tribulatione,quasi de angustia: In latitudine, quæ est spes futuri,uel remuneratio uitæ æternæ. b ¶ Saluũ me fecit, quoniã uoluit me.] Vox ecclesiæ. Qui me uoluit,ut exhiberet sibi ecclesiã. Quoniam uoluit me. Volũtate propria, & non ex meo merito me uocauit, dicẽte Apostolo: Gratia estis saluati per fidem,& hoc nõ ex uobis. Eph.2.a. c ¶ Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meã, & secũdum innocentiam manuum mearum retribuet mihi.] Quæ autem sit iustitia & innocentia manuũ eius, audi quid sequitur: Quia, inquit,custodiui,ut uiæ dei custodiantur, & nihil impie de eo cũ hæreticis sentiatur. d ¶ Quia custodiui uias domini:] id est, sua mãdata. e ¶ Nec impie gessi à deo meo.] Vt ad idolũ conuerterem laudem. f ¶ Quoniã omnia iudicia eius in conspectu meo sunt semper.] Quatuor sunt iudicia dei: duo de præsenti,& duo de futuro. In præsenti,prosperitas malorum, & tribulatio sanctorum. In futuro, remuneratio sanctorum & condemnatio peccatorum. Ecclesia adhæret Christo,quia Christus non fecit peccatum, nec inuentus est in ore eius dolus. Et ecclesia Christo adhæret, quoniam omnia iudicia eius in cõspectu meo sunt semper. g Et iustitias eius non repuli à me.] Sed amplexus sum eas. h ¶ Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.] Perseuerabo in illa innocẽtia,in qua uocatus sum. Et obseruabo me ab iniquitate mea, id est, non conuertar ad illam iniquitatem ubi prius fui in infidelitate. i ¶ Et retribuet mihi dominus secũdum iustitiã meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorũ eius.] Per oculos,aspectus diuinitatis intelligit, quia ipse aspicit quicquid operatur homo in mandatis dei. In retributione beatorũ, quia eã per altitudinẽ spei cõsidero. k ¶ Cũ sancto sanctus eris.] Cũ eo qui à te sanctificatur. l ¶ Et cũ uiro innocẽte,innocẽs eris.] Cũ eo q nõ corruperit uitijs uitã suã. m ¶ Et cũ electo, electus eris.] Cum illo quẽ præscitũ scis. n ¶ Et cũ peruerso,subuerteris.] Cũ hæretico, qui male intelligẽdo peruertit diuina eloquia, sicut alibi Iudæis ipse dominus loquitur: Si incesseritis peruerse coram me: incedã & ego peruersus uobis. Cũ sancto sanctus eris. Tu Christe sanctus natura es,quem tu sanctificaueris, ab illo cognosceris, quoniã tu sanctus es. Vox prophetæ ad Christum. Quem tu innocentem feceris, ab illo cognosceris quod tu innocens es: quia nulli noces, ideo innocẽs. Quem tu elegeris ut sit electus, ab illo cognosceris quod electus es,ut Paulus dixit: Comprehendã autem à quo comprehensus sum. Peruersi dicuntur, qui de rectitudine declinant ad peruersitatem: ut diabolus, & Iudas,& hæretici,& omnes superbi. Quoties deus facit iustam uindictam,reprehendũt illum, cum elegit pauperes & reprobat potentes, cum elegit piscatores,sicut Petrum:& reliquit nobiles. Hoc peruersum uidetur esse apud peruersos, ut Propheta ait: Viæ domini rectæ, sed uiæ uestræ peruersæ. Osee.14.d o ¶ Quoniam tu populũ humilem saluum facies.] Quod superius diximus. p ¶ Et oculos superborum humiliabis.] Quoniam tu populum humilem saluum facies,pœnitentiam agentem,& oculos superborũ humiliabis: quia elati superbia,pœnitentiam agere dedignantur. q ¶ Quoniam tu illuminas lucernam meã.] Quid est lucerna nisi intellectus animæ? Sicut oculi corporis si de lucerna exteriori non habent lumen in tenebris nõ uident: ita & intellectus animæ nisi illuminetur ab altero, hoc est à Christo nõ uidet, sicut in euangelio dicit: Erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hũc mundũ. r ¶ Domine deus meus illumina tenebras meas.] Hoc est ignorantiã cõfdis. Vnde scriptum est: Si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et apostolus ait: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Matth.6.c Ephe.5.c

B s ¶ Quoniam in te eripiar à tentatione.] Vox ecclesiæ. Nisi à Deo eripiar, per me nequaquam possum. t ¶ Et in deo meo transgrediar murum.] Murum dicit ecclesia peccata nostra: quem ædificamus, peccatis peccata augendo. Nisi à Deo destruantur illa peccata, non possumus per nos transire ad deum. u ¶ Deus meus impolluta uia eius.] Impolluta uia, hoc est, incarnatio eius: quia non est ex uirili semine, sed de spiritu sancto conceptus: Et aliter. Fides perfecta ecclesiæ, impolluta uia eius dicitur per quam Deus uenit ad nos. x ¶ Eloquia domini igne examinata.] Eloquia domini sua mandata,in hoc deo sunt placita: non quod ipsa sint examinata ab igne,aut quod fuissent inquinata, sed qui illa acceperit, faciant eum ut aurum mundum, purificatum per ignem. y ¶ Protector est omnium sperantium in se.] Qui in eum credunt. Deus illos protegit qui sancto timore illum timent. z ¶ Quoniam quis deus præter dominum, aut quis Deus præter deum nostrum?] Hic trinitas intelligitur. Præter dominum quod dixit, deus pater intelligitur. Præter Deum nostrum, filius: & tertia persona: id est, spiritus sanctus: quia Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus, unus est Deus. a ¶ Deus qui præcinxit me uirtute.] Per similitudinem, sicut homo precingit uestimenta sua, ut non noceant pedibus, qui sunt sensus: & manibus, quæ sunt opera. Præcinxit: hoc est, ut restringant sinus cupiditatis, ut supra dixi,ne impediantur per cupiditatem. Vel aliter. Deus qui præcinxit me uirtute: spiritus sanctus qui nos armat aduersus potestates iniquas, secundum Apostolum: Induite uos arma dei, & gladium spiritus sancti, ut possitis resistere diabolo. Conticescant nunc hæretici aspicientes hic trinitatem expressam, & cognoscant filium quem minorem patre dicunt, primum à prophetæ prænunciatum, non quasi priorem, sed nihil inferiorem. Ephe.6.b b ¶ Et posuit immaculatam uiam meam.] Hoc est,

A est, fidem meam, ne ab ea uiolarer. a ¶ Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.] Sicut cerui calcant pedibus spinas & transiliunt syluas: ita sancti calcant spinas, id est, peccata, transiliunt syluas, id est, infidelitatem: & subeunt usque ad deum, hoc est, usque ad altitudinem charitatis. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, ad transiliēda seculi huius impedimenta. b ¶ Et super excelsa statuit me.] Excelsa, sancta ecclesia est: & Christus super excelsa, & excelsa super excelsa: id est, super sublime ecclesiæ. Super excelsa statuit me, spē meam in cœlestibus collocauit. c ¶ Qui docet manus meas ad prælium.] Opera mea aduersus diabolum destructorē. Qui docet manus meas ad prælium, ad debellanda facinora. d ¶ Et posuit ut arcum æreum brachia mea.] Arcum æreum, id est, intentio: brachia fortitudo, hoc est, ut non deficiant bene agere. e ¶ Dedisti mihi protectionem salutis tuæ.] Vox ecclesiæ ad Christum. Salutis, quia ipse est salus nostra, ut dicit: Domini est salus. Dedisti mihi protectionē salutis tuæ, ne opprimar à malis. f ¶ Et dextera tua suscepit me.] Dextera patris Christus est. Suscepit me ecclesiam per incarnationem. g ¶ Disciplina tua correxit me in finē.] Quem enim diligit dominus corripit. Erigimur ergo qui prius corruerāmus, cum cæsi à domino fuerimus. h ¶ Et doctrina tua ipsa me docebit.] Necesse est dum sumus hic, sub doHebr.12.c ctrina esse. Vnde Paulus ait: Omnis, inquit, doctrina in præsenti nō uidetur esse gaudij sed mœroris, sed postea in futurū reddit fructum plurimū. i ¶ Dilatasti gressus meos subtus me.] Sensus ecclesiæ sub me, sub potestate ecclesiæ. Dilatasti gressus meos subtus me, in amplitudine charitatis tuæ. k ¶ Et nō sunt infirmata uestigia mea.] Vestigia, exemplo ecclesiæ, non sunt infirmata à successoribus: quia impressi sequentibus me. Hinc uox Christi post resurrectionem. l ¶ Persequar inimicos meos & comprehendā illos.] Iudæos utiq; qui ei iniuste inimici sunt facti. Vel aliter. Persequar inimicos meos, affectus carnales. Et comprehendam illos antequā ego cōprehendar ab illis. m ¶ Et non conuertar donec deficiant.] Non conuertar pugnare contra illos, uel non cōuertar ab hac intentione donec deficiant, siue à malicia, siue à cogitationibus prauis. Affligam illos in multismalis sicut iam factum tempore legimus Titi. n ¶ Nec potuerunt stare.] Quia iniqui & superbi erecti fuerant. o ¶ Cadent subtus pedes meos.] Siue ut adorēt siue ut conculcentur. p ¶ Præcinxisti me uirtute ad bellum.] Contra mortem siue ministros eius. Præcinxisti me uirtute, id est, fortitudine contra diabolum, uel contra ista supradicta uitia. q ¶ Supplātasti insurgētes in me subtus me.] Illos qui super caput meū erigebātur. r ¶ Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.] Noluerunt enim cōuertere faciē suam ad me. Et inimicorū meorū dedisti mihi dorsum. Inimici mei dorsum dant, quando confugiunt, & quando post me uadunt. s ¶ Et odientes me C
dispersidisti.] Omnes inimicos ecclesiæ, uel ipsa uitia & peccata dispersidit deus. Et odientes me dispersidisti. Vnusquisq; enim in malitia sua dispersus est. t ¶ Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret eos, ad dominum nec exaudiuit eos.] Quia indigni erant exauditiōe eius. Clamabunt. Qui clamabūt: Impij dæmones & Iudæi & hæretici clamabunt in futuro iudicio: nec erit qui saluos faciat eos: quia quādo clamauit deus ad illos per prophetas uel per reliquas scripturas, audire noluerunt: propterea illi clamabunt & nō erit qui exaudiat eos, ut Salomon ait: Vocaui, & renuistis: Prouerb.1.c extendi manū meam & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliū meū, & increpationes meas neglexistis. Propterea & ego in interitu uestro ridebo, cum uobis quod timebatis superuenerit. Subsannabo, cum irruerit super uos repentina calamitas. Tunc inuocabitis me, & non exaudiam. u ¶ Et cōminuam illos ut puluerem ante faciem uenti.] Cōminuam illos, id est, D
illos supradictos affectus carnales pro nihilo deducam. Et comminuā illos ut puluerem ante faciem uenti: quia aridi & sine imbre misericordiæ fuerunt proiecti, & comminuti sunt in superbia sua, & quasi puluis campi dispersi. x ¶ Vt lutum platearum delebo eos.] In modum turbidi luti. y ¶ Eripe me de contradictionibus populi: constitues me in caput gētium.] Vox Christi ad patrem. Eripies me de contradictionibus populi Iudaici utiq; quia cum aliqui dicerent, uerax est, illi contrario dicebant: non, sed seducit turbam. Erue me de illis populis infidelibus qui mihi contradicunt. Tu erue à Iudæis infidelibus, & eorum caput, id est gentium constitue. z ¶ Populus quem non cognoui seruiuit mihi.] Id est gentes quæ me non cognouerūt neque per fidem neque per legem, seruient mihi. Populus quem non cognoui seruiet mihi. Ignorabam enim eum cum idolis seruiret: nunc credens, cognitus ac seruiens factus est mihi. a ¶ In auditu auris obaudiuit mihi.] Obaudierūt mihi auribus quia non uiderunt mirabilia, neque meam præsentiam corporalem. Postea audierunt & crediderunt. Imbuentibus prædicatoribus accepit ecclesia aurem spiritualem, qua intelligens custodiat præcepta diuina. b ¶ Filij alieni.] Hoc idem & Esaias loquitur: Esa.1.a Væ genti peccatrici, filijs alienis, populo pleno peccatis. Antiquo uocabulo, Iudæi filij dei appellati sunt, sed alienati: quia filij diaboli effecti sunt. Et ijdem Iudæi, quorum pater diabolus est, c ¶ Mentiti sunt mihi.] Quia in ueritate non steterunt sicut & pater eorum. d ¶ Filij alieni inueterauerunt.] Hoc est, quia noui hominis non receperunt aduentum, in ueteri homine permanserunt. e ¶ Et claudicauerunt à semitis suis.] Claudicant: quia patrem credunt & filium non credunt. Vnum pedem habent & alium non habent: inde claudicant in legis litera. Vox ecclesiæ.

c ¶ Viuit

Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ. Deus qui das uindictas mihi, & subdidisti populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me, à uiro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo, Dauid & semini eius usque in seculum.

In finem psalmus Dauid. XVIII

Coeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendam uiam, à summo

A a ¶ Viuit dominus.] Quem in sepulchro sub signaculorum positione clauserant. b ¶ Et benedictus deus meus.] A deo patre. Viuit dominus, & benedictus deus meus. Nunquid antea non uiuebat? Sed hoc pro incarnatione dicit, sicut sanctus Paulus dicit: Qui mortuus est ad tempus ex infirmitate carnis, sed uiuit ex uirtute dei. Iam enim non moritur: mors illi ultra nō dominabitur. c ¶ Et exaltetur deus salutis meæ.] Vox ecclesiæ ad Christū: Quia Christus exaltatus est in ascensione. Vel aliter. Exaltetur deus salutis meæ. In me semper excelsus sit, cuius uocatio salus mea est: ne quicquā de eo uile sentiam. d ¶ Deus qui das uindictā mihi. Subuertēdo Iudæos, uel ipsum traditorem Iudā. Vel aliter. Deus qui das uindictā mihi. Vox ecclesiæ ad Christū. Dedit deus potestatē ecclesiæ ligandi & soluēdi, & disciplinam faciendi, ut habuit potestatem Petrus & Paulus per spiritū domini, sicut dixit: Ecce, dedi uobis potestatē calcare super serpentes & scorpiones, & super omnē uirtutem inimici. e ¶ Et subdidisti populos sub me.] Sub potestate ecclesiæ ad regendum gentes incredulas. f ¶ Liberator meus dominus
B de gentibus iracundis.] Christus in passione à Iudæis clamantibus: Crucifige, crucifige eum, & ecclesia ab hæreticis, & anima ab uniuersis uitijs, quæ appellauit gentes. g ¶ Et ab insurgētibus in me exaltabis me.] Id est, à persecutoribus. h ¶ A uiro iniquo eripies me.] Id est, à diabolo, ut dictū est, inimicus homo hoc fecit. i ¶ Propterea cōfitebor tibi in populis domine.] Ecclesia dicit: Laudabo te in credentibus. Psalmum dicam tibi inter gentes, id est, laudabo & operabor. Propterea cōfitebor tibi in populis domine. k ¶ Psalmum dicam nomini tuo.] Quia ego in his sum, ego confitebor tibi pater, & psallam. Vox prophetæ. l ¶ Magnificans salutem regis ipsius.] Christi domini quod resurrexit. Vel aliter. Propheta ad deum patrem loquitur: Quia sanitatem facit & salutem per singulos: quia animas attrahit per prædicationem, ut sit salus credentium qui credunt in salutem regis ipsius. m ¶ Et faciēs misericordiam Christo suo Dauid.] Hoc est, unigenito suo. Dauid manu fortis interpretatur quod est Christus. n ¶ Et semini eius usq; in finem.] Semen eius, hoc sunt sancti eius. Facit misericordiam dominus semper cum sanctis suis sine fine. Et faciens misericordiam Christo suo, Dauid & semini eius usque in seculum: Ipsi mediatori Iesu domino, & populo ecclesiastico, qui per uerbum eius credidit. Ipse fortissimus liberator nos ab hoc mundo dignetur eruere, & in fide stabilire per euangelium: quia ipsi gloria & imperium cum æterno patre & spiritusancto in cuncta secula seculorum. Amen. o ¶ In finem psalmus Dauid.] Psalmus uocē continet prophetæ de Christo loquentis. Iste psalmus in persona Christi cātatur per prophetam & in persona ecclesiæ. XVIII

Coeli enarrant gloriam dei.] Ex creaturis consequenter creator agnoscitur. Aliter. Cœli enarrāt gloriam dei: Terra nō potest enarrare. Secundū historiā cœlū & terra cum cæteris creaturis suis gloriam dei narrāt, ut ait Paulus: Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, id est, ab intelligētibus intellecta cōspiciuntur. Cœlum, hoc est firmamentum. Vnde dixit: Et posuit deus firmamentū inter mediū aquarū, id est, cœlum. Aliter secūdū sensum: Cœli, apostoli: & quod est gloria, hoc est opus: & quod est narrant, hoc est annunciāt: qa prædicāt gloriā dei. Et ut sciamus qa hoc est firmamētū quod & cœlū, dicit in Genesi: Et appellauit deus firmamentū cœlum. Annunciant. Vnde & dominus ad discipulos: Omnia quæcūq; audiui à patre meo, annunciaui uobis. q ¶ Dies diei eructat uerbū & nox, &c.] Paria paribus retulit, quod ex ordine temporum, ad dei magis notitiā perueniamus. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Dies hesternus, diem hodiernum annūciauit, & hodiernus dies, crastinum diem. Secundū sensum: dies, Christus. Et aliter. Dies, apostoli. Quomodo Christus dies est, sicut dicit: Ego sum lux mundi: sic & apostoli dies sunt, sicut ait: Vos estis lux mūdi. Et unus dies, duodecim horas habet. Vnde ipse dominus in euāgelio dixit: Nonne duodecim horæ sunt diei? ipsæ intelligūtur duodecim apostoli. Nox nocti. Nox Iudas: nocti Iudæis: indicat scientiā, id est, quando dixit: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Aliter. Nox profunditas scripturarū in prophetis, nunciat profunditatē ueteris testamēti. r ¶ Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur uerba eorum.] Non sunt loquelæ: ac si dicat, linguæ: neq; sermones, quia linguæ multi sermones sunt. Siue diuersitates uerborum intelligūtur per sermones, ac si dicat: Nō fuerūt ullæ locutiones quas apostoli in uarietate linguarū non acceperint, & ideo nō fuerunt ullæ linguæ quæ sermones apostolorum non audissent, dum dicit: In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū, Hoc est, in omnes insulas uel fines mundi. s ¶ In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū.] Apostolorū scilicet atq; euangeliorū. t ¶ In sole posuit tabernaculū suum.] In Hebræo ita habet: Soli posuit tabernaculū in eis, id est in cœlis. Deus in sole posuit tabernaculū suū, & ipse tanq; spōsus procedēs de thalamo suo. In sole, in utero sanctæ Mariæ uirginis. Maria interpretatur stella maris. Lumē solis magis lucet quàm stellarum. Sol iustitiæ dñs, ut ait propheta: Orietur uobis sol iustitiæ, quod est Christus. Illuminauit sol iste, stellā, id est, Mariā ut esset sicut sol. Ideo posuit tabernaculū suū in sole, quādo corpus assumpsit de utero suo. u ¶ Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.] Sponsus, uerbum patris: sponsa, caro humana, cum qua de thalamo processit: id est, de utero uirginis. x ¶ Exultauit ut gigas ad currendam uiam.] Per solem mystice Christus intelligitur. Exultauit ut gigas ad currendam uiam. Hic gigas pro fortitudine Christi ponitur, eo quod ipse alligauit fortem diabolum, & uasa eius (quæ nos fuimus) diripuit. Ad currendam uiam: quia non habuit hic moras. Quomodo? Hic natus uenit in passionem, resurrexit & ascendit. y ¶ A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius.] A summo cœlo

Rom.1.c C
Gene.1
Rom.6.b
Ioan.15.b
Ioan.8.b
Matth.5.b
Ioan.11.b D
Matth.26.c
Malach.4.a
Luc.10.c
Ioan.19.c

cœlo egreſſio eius & occurſus eius uſque ad ſummum eius, & non ēſt qui ſe abſcondat à calore eius. Lex̄ domini immaculata conuertēns animas, teſtimoniū̄ domini fidele, ſapientiā̄ præſtans paruulis. Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes corda, præceptū̄ domini lucidum illuminā̄ns oculos. Timor̄ domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi, iudiciā̄ domini uera iuſtificata in ſemetipſa. Deſiderabiliā̄ ſuper aurū̄ & lapidem precioſum multum, & dulciorā̄ ſuper mel & fauum. Etenim ſeruus̄ tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit, ab occūltis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si mēi non fuerint dominati tunc immaculatus ero, & emūndabor̄ à delicto maximo. Et erūnt ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio̅ cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Dominē adiutor meus, & redemptor meus.

In finēm pſalmus Dauid. XIX

EXaudiat tē dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittāt tibi auxilium de ſancto, & de Siō̅n ſuſcipiat te. Memor̄ ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtū̄m tuum pingue fiat. Tribuat

A mo cœlo, id eſt, à patre, quod eſt principale nomen: non ideo quod maior ſit filio ſecūdum diuinitatem: ſed pro nomine patris. A ſummo, id eſt, ab æternitate egreſſus eius. Et occurſus eius uſque ad ſummum eius. Occurſus eius, in coæqualitate æternitatis. Quia aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram patris, ubi antea & ſemper fuit cum ipſo. *a* ¶ Et non eſt qui ſe, &c.] Nullus quippe eſt, qui non habeat ſemina intellectus dei. Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Nullus eſt qui de calore ſuo non habeat aliquid quod ei non dediſſet ex multis diuiſionibus gratiarum actionum: ſicut dixit Paulus: Alij datur ſermo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ. Lex domini irreprehenſibilis. Lex ipſe eſt Chriſtus, qui non uenit legē ſoluere ſed adimplere. Irreprehenſibilis, quia non habuit peccatū. *b* ¶ Lex dñi immaculata.] Qui per creaturas deum ante laudauerat, nunc eum per donationem legis incipit prædicare. *c* ¶ Conuertens animas.] De captiuitate in libertatem. *d* ¶ Teſtimonium domini fidele.] Quale teſtimonium, Niſi quia dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris? Fidele: quia non mentitur. *e* ¶ Sapientiam præſtans paruulis.] Paruulis non ſenſu ſed humilitate. Vnde ſcriptum eſt: Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. *f* ¶ Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes corda.] Iuſtitiæ, id eſt, iudicia: Rectæ, quia recte iudicat deus, & à rectis recta habentur. Lætificantes corda, animas ſanctorum. *g* ¶ Præceptum domini lucidum, nouum teſtamentum. *h* ¶ Illuminans oculos.] Hoc eſt oculos cordis. *i* ¶ Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi.] Timor cum charitate: Vnde dixit: Perfecta charitas foras mittit timorem. Timeat non timore gehennæ aut timore pœnæ, ſed timore ſancto, ſic timeat, ut quem amat non perdat per negligentiam. *k* ¶ Iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa.] Non ab alio, ſed à ſemetipſis. Neminem enim fallit deus. *l* ¶ Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum.] Super omnes theſauros mundiales dilecta. *m* ¶ Et dulciora ſuper mel & fauum.] Quia nullum metallum precioſum, iudicijs aut ſapientiæ dei comparari poteſt, neque aurum aut lapis precioſus, neque quod ad ornamentum & ueſtitum pertinet, neque mel unde paſcitur. His duabus rebus homo ueſtitur & paſcitur, ut Paulus: Habentes uictum & ueſtitum, his contenti ſimus. Si fueris lapis precioſus, & probatus ſicut aurum: mereberis intelligere iudicia & ſapientiam dei. *n* ¶ Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.] Propter quid cuſtodit ea, niſi in cuſtodiendis illis retributio multa? Si cuſtodieritis, inquit, dominus, præcepta mea, manebitis in dilectione mea. Quæ maior retributio quàm ut quis diligatur à Deo? *o* ¶ Delicta quis intelligit?] Qui in delictis eſt, id eſt, in peccatis, iudicia dei nō intelligit, neq; ſua peccata: quam diu eſt in delictis. Delicta quis intelligit? Tertia laudis diuiſio, qua docet impoſſibile legis, quo per præuaricationem legis peccatū magis apparuerat in mundo, euangelij gratia fuiſſe completum, neque poſſe quenquam à cogitationum ſordibus liberari, niſi per aduentū ſpirituſſancti. Delicta qs intelligit: niſi ſcrutator cordium deus qui & poteſt ea dimittere? *p* ¶ Ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.] Ab occultis, id eſt præteritis peccatis: & ab alienis, hoc eſt quæ futura ſunt, & adhuc ad me non uenerunt. Vel aliter. Ab occultis, id eſt, omnibus quæ in me ſunt, & ab alienis, peccatis: quia diabolus habuit in occulto ſuperbiā, & proiectus eſt: poſtea alienus erat ab Adam, antequam ipſe Adā peccaſſet. Sed poſtquā conſenſit ei, ſuperbia & uoluntate cōiuncti ſunt, & de uno peccato fecit ſibi duo iudicia diabolus, ut dupliciter iudicaretur: quia & ſe & alium occidit. *q* ¶ Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero.] Si iſta peccata non fuerint mihi dominata, tunc ero immaculatus. *r* ¶ Et emundabor à delicto maximo.] Id eſt à ſuperbia: quia ſuperbia initiū eſt omnis peccati. *s* ¶ Et erunt ut complaceāt eloquia oris mei.] Tunc tibi placebūt eloquia mea. *t* ¶ Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.] Id eſt, de recordatione humilitatis. *u* ¶ Domine adiutor meus & redēptor meus.] Adiutor in tribulatione & in neceſſitatibus. Et redēptor meus: quia tu redemiſti me ſanguine tuo precioſo. Tu es adiutor humani generis, cum nos ad te accedere facis. Tu es redemptor: quia nos tua paſſione ac reſurrectione ab interitu redemiſti: qui nos iugiter in lege tua gradientes cuſtodire digneris: quia tibi eſt cum æterno patre & ſpirituſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. *x* ¶ In finem pſalmus Dauid.] Iſtum pſalmum propheta in perſona eccleſiæ canit de Chriſto. Præuidebat propheta Chriſtum ad redemptionem noſtram uenire in carne, & pro inimicis orare. Inde dixit: Exaudiat. XIX

EXaudiat te dominus in die tribulationis.] In die tribulationis pro parte carnis dixit. Quidā hunc pſalmum dictū̄ putant ex uoce populi ad Chriſtū̄ loquētis, ut ad regē pariter & ſacerdotē. *z* ¶ Mittat tibi auxiliū̄ de ſancto.] Qui formā ſerui acceperat, recte ei quaſi homini imprecatur auxilium. Mittat tibi auxilium de ſancto, hoc eſt, de ſemetipſo, quia illa diuinitas in ipſo corpore erat. *a* ¶ Et de Sion ſuſcipiat te.] Hoc eſt de eccleſia. ipſa Siō̅ quæ & eccleſia, & ipſe eſt in eccleſia. *b* ¶ Memor ſit dominus omnis ſacrificij tui.] Hoc eſt, ut rectificat per paſſionem ſuam. Quia Chriſtus ipſe eſt rex & ſacerdos, & hoſtia: qui ſemetipſum obtulit in paſſione quia pro nobis ſanguinem ſuum dedit. *c* ¶ Holocauſtum tuum pingue fiat.] Id eſt, acceptabile ſit deo. Holocauſtum eſt totum combuſtum: quia Chriſtus cum

A corpore & anima aſcendit in crucem. Omnes uictimæ tuæ, ſacrificiū Chriſti eſt, ſiue quod ei omnes offerimus deprecando, ſiue quod pro omnibus ſuum ipſe ſanguinem fudit. Et eſt ſenſus. Ne patiaris quenquam perire: cum pro omnibus mortuus ſis, & omnem uoluntatem tuam impleat pater.

Ioan.17.d Vnde ait: Volo ut quomodo ego & tu unum ſumus, ſic & iſti in nobis unū ſint. *a* ¶ Tribuat tibi dominus ſecūdum cor tuū.] Ideſt, ſiue pro humanitate carnis Chriſti, ſiue pro corpore ſuo, hoc eſt, eccleſia, ut exaudiatur optat. *b* ¶ Et omne conſilium tuum confirmet.] Id eſt, conſiliū trinitatis. *c* ¶ Lætabimur in ſalutari tuo.] Vox eccleſiæ. In ſalutem quā dediſti patiendo. *d* ¶ Et in nomine domini dei noſtri magnificabimur.] Non in nobis, ſed in illo: quia in eccleſia in tuo ſumus nomine congregati. *e* ¶ Impleat dñs omnes petitiones tuas.] Vſque huc de paſſione dixit: modo de reB ſurrectione & aſcenſione & remuneratione. Duæ ſunt petitiones Chriſti cum dicit: Exaudiat te dñs & impleat omnes petitiões tuas. Quādo dixit Chri
Ioan.17.a ſtus ad patrē: Clarifica me pater apud temetipſum clari tate quam habui priuſquā mundus fieret. Et alibi: Pater ſācte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut quomodo nos unū ſumus, ſic & illi unum ſint. *f* ¶ Nūc cognoui: quoniā ſaluum fecit dñs Chriſtū ſuum.] Nūc dicit propheta ad tempus quādo accepit ſpiritum ſanctū. Tunc cognouit, quod ſaluaret deus pater filium ſuum. *g* ¶ Et exaudiuit illum de cœlo ſancto ſuo.] Id eſt, de ſemetipſo, & de ſancta eccleſia. *h* ¶ In potētatibus ſalus dexteræ eius.] Potētatibus, ſanctæ eccleſiæ, quibus ſalus facta eſt per Chriſtum qui eſt dextera eius, id eſt, dei patris: quia habet eccleſia ligandi & ſoluendi poteſtatē, &
Luc. 10.c diſciplinā faciendi. Et dñs: Ecce dedi uobis poteſtatē cal
1.Cor.4.d care ſuper ſerpētes, & uirtutes omnes inimici. Vnde Paulus dicit: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate? In potentatibus ſalus dexteræ eius. In illa potētia qua uictor ab inferis reſurrexit. *i* ¶ Hi in curribus & hi in equis.] Currus & equus ſemper in Aegyptijs arguuntur. Alij credant idolis atq; dæmonijs, nos confidamus in Chriſto. Vel aliter. Hi in curribus & hi in equis. Per currus uoluptas mundi ſiue mūdanorum omniū cupiditas deſignatur, quia quaſi rotæ quæ inſtabiles ſunt, ſic ipſi in mente huc illucq; diſcurrunt. Per equos, ſuperbi, & ipſi ſunt cupidi. *k* ¶ Nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus.] Non in his ſupra dictis, ſed in nomine domini. *l* ¶ Ipſi obligati ſunt & ceciderunt. Qui uitiorū ſuorum funibus ligati ſunt, & in ſuperiora
Ioan.18.b non ualent aſcendere ſed cadent, ut illud: Et abierunt retrorſum & ceciderunt. *m* ¶ Nos uero reſurreximus & erecti ſumus. Reſurreximus ab infidelitate, erecti ſumus per fidem: quia tortuoſi fuimns in peccatis. *n* ¶ Domine ſaluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocaue rimus te.] Saluū fac regem, hoc eſt, Chriſtum, pro parte carnis. Et exaudi nos. Rogat eccleſia ut exaudiatur tempore opportuno. Domine ſaluū fac regē, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. In Hebræo ita ſcriptū eſt: Domine ſaluū fac regem, qui exaudiat nos in quacunq; die inuocauerimus eum. C

tibi dominus ſecundum cor tuum, & omnē conſilium tuum confirmet. Lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine domini dei noſtri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuum. Et exaudit illum de cœlo ſancto ſuo, in potentatibus ſalus dexteræ eius. Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine dñi dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt & ceciderūt, nos autē reſurreximus & erecti ſumus. Dominē ſaluū fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem pſalmus Dauid. XX

DOminē in uirtute tua lætabitur rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit uehemēter. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Quoniam præuenīſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capitē eius coronam de lapide precioſo. Vitam petijt à te & tribuiſti ei, longitudinē dierum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo, gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Quoniam dabis ei benedictionem in ſeculum ſeculi, lætificabis eum in gaudio

XX

DOmine in fortitudine tua lætabitur rex. Iſte eſt rex cui & in ſuperiori pſalmo ſecundum formā ſerui oratē ſalus. Chriſtus rex regum & dominus dominātium. *p* ¶ Et ſuper ſalutari tuo exultabit uehementer.] Id eſt, in eo quod ſaluaſti homines, filius tuus qui ſaluator eſt, exultabit. *q* ¶ Deſiderium cordis eius dediſti ei, & uoluntate labiorum eius nō fraudaſti eū.] Iam quippe non ſumus ſerui ſed amici. Quod petiuit expletum eſt. Quomodo ipſe & pater unum ſunt: ſic & nos in ipſo unum ſimus. Vel aliter. Deſideriū animæ eius tribuiſti ei. Deſiderauit filius Dei ut ueniret genus humanum redimere. Vnde D
dixit: Deſiderio deſi- Luc.22.b deraui hoc paſcha manducare uobiſcum, antequā moriar. Et uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Et hoc eſt, quando dñs Ioan.14.d dixit: pacem meā do uobis, pacem meā relinquo uobis. *r* ¶ Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.] Hoc eſt à longe, quādo Melchiſedek benedixit Gene.14.c Abraham. Et deinde quotquot benedictiones in patriarchis uſq; ad aduentū Chriſti fuerūt: Chriſtus in ipſe benedictus eſt. Quoniā præueniſti eum, hoc eſt ante præuenit eum in benedictionibus dulcedinis, quàm à Iudæis fel porrectum guſtaſſet: quia antea eum iſtæ benedictiones præuenerunt. Guſtauit & noluit bibere. Guſtauit: Matth.27.d quia de morte noſtra ſuſcepit. Noluit bibere: quia die tertia reſurrexit. Noluit bibere, hoc eſt, non permāſit in morte. *s* ¶ Poſuiſti ſuper caput eius coronā de lapide precioſo.] Corona dei, eccleſia ex uarijs gentibus cōgregatio eſt. De qua Paulus ſub perſona crēdentiū ait: Gaudium & corona mea. *t* ¶ Vitam petijt & dediſti ei.] Vt homo mortuus eſt, ut homo reſurrexit. Deus quippe uitam poſtulare non potuit. *u* ¶ Longitudinem dierū in ſeculum ſeculi.] Impia ſynagoga conticeat. Quis hominum uiuit in ſeculū, & in ſeculum ſeculi? Dauid & Salomon, non amplius quā quadragenis annis regnauerūt. *x* ¶ Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.] Impletum eſt quod ipſe in euangelio poſtulauit: Pater, glorifica me apud temetipſum. Magna gloria eius in ſalutari tuo: Ac ſi dicat: Magna eſt gloria eius, magnū eſt hominē aſſumptum eſſe ad dexteram dei patris. *y* ¶ Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.] Gloriam, reſurrectionis. Decorē, quando in monte reſplēduit facies eius ſicut ſol, & ueſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. *z* ¶ Quoniā dabis ei benedictionē in ſeculum ſeculi.] Quia omnis creatura benedicit eum. *a* ¶ Lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo.] Hoc eſt, erit tecum ſemper in cœlis. Lætificabis eū in gaudio cū uultu tuo. Tūc lætificabis filium in gaudio, cum adunata fuerit illa multitudo

A titudo ſanctorum, & numerus reſtitutus ei. Gaudebit Chriſtus pro acqſitis pro quibus paſſus eſt. a ¶ Quoniam rex ſperat in domino.] Secũdum corporis diſpenſationem, uel homo aſſumptus in diuinitate. b ¶ Et miſericordia altiſſimi non commouebitur.] Nec humanitas filij, nec eccleſia primitiua, in finẽ cõmouebitur. Vſq; huc propheta locutus eſt in ꝑſona eccleſiæ ad deum patrem de humanitate Chriſti, modo loquitur ad diuinitatem. Vnde dixit.

cum uultu tuo. Quoniã rex ſperat in domino, & in miſericordiã altiſſimi non commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dexterã tua inueniat omnes qui te oderunt. Ponẽs eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui, dominus in irã ſua conturbabit eos, & deuorãbit eos ignis. Fructũm eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire. Quoniam pones eos dorſum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum. Exaltarẽ domine in uirtute tua, cantabimus & pſallemus uirtutes tuas.

In finem pſalmus Dauid pro aſſumptione matutina. XXI

DEus deus meus reſpice in me, quare me dereliqui ſti, longe à ſalute mea uerba delictorũ meorum. Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & no-

c ¶ Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.] Inueniãt inimici tui poteſtatẽ tuam, ut reuertantur in bonũ. Inueniat poteſtas dei illos qui in humilitate noluerũt Chriſtũ credere, inueniat illos in uindicta. d ¶ Dextera tua inueniat omnes qui te oderũt.] Odiẽtes ſe, nimia clementia dei uult conuerti, cũ etiã inimicos ſuos inuenire deſiderat. e ¶ Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui.] In bonã partem, ut cõburantur illorũ peccata. Sicut clibanus intrinſecus ardet, ſic illorũ conſcientia intrinſecus ardebit, eo quod bona nõ fecerunt. f ¶ Dñe in ira tua conturbabis eos.] Et hic clemẽtia dei non punit, ſed turbat, ut ad pœnitentiam conuertantur.

B g ¶ Deuorabit eos ignis. A ſpiritu ſancto illorum peccata. Deuorabit ignis, in tempore uultus dei, cum uenerit iudicare mundũ. h ¶ Fructum eorũ de terra perdes.] Id eſt, ipſos perdes, uel opera ipſorũ de ſancta eccleſia. Et comedet eos ignis. Iſte ignis eſt de quo dominus in
Luc.12.f euangelio ait: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut ardeat? De hoc igne & duo quibus in itinere
Ibid.24.e ſcripturas ſaluator aperuit dicebant: Nonne cor noſtrũ ardens erat in uia, cum aperiret nobis ſcripturas? i ¶ Et ſemen eorũ à filijs hominũ.] Semen, id eſt, filios qui generati ſunt in mala doctrina: A filijs hominum, id eſt, à conſortio bonorum, perdes illos. k ¶ Quoniam declinauerunt in te mala.] Iudæi quod ſuper ſe per iuſtã uindictam recipere debuerant, in Chriſtum declinauerunt,
Ioan.11.f quando dixerũt, quod dignus erat morte, & expedit ut unus moriatur quàm ut tota gens pereat. l ¶ Cogitauerunt conſilium quod non potuerunt ſtabilire.] Quã-
Matth.27.g do dixerũt ad Pilatum: Domine recordati ſumus, quod ſeductor ille dixit adhuc uiuẽs, poſt diem tertium reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ uſque ad diem tertium. At ille: Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite ſicut ſcitis. Et poſtea poſuerunt ſigilla: ſed mortui tenere uiuentem non potuerunt. Reſurrexit, quod illi nec uoluerunt nec crediderunt. Tunc non potuerũt ſtabilire conſiliũ quod cogitauerunt. m ¶ Quoniã pones eos dorſum.] Duobus modis. Dorſum, quia ſemper terrena deſiderãt. Aliter: Dorſum, ut retro cadant, aut quando reſpiciunt retro. n ¶ In reliquijs tuis præparabis uultum eorum.] Pro reliquijs in Hebræo, in bonis habet. Senſus itaq; iſte contexitur. Ad ſimilitudinẽ ſanctorũ quos tibi de omni orbe ſeruaſti: etiam eos qui tormentis purgati ſunt, eſſe facias: ut iuxta uultum ſanctorũ, uultus quoq; eſſe incipiant peccatorũ: Hoc eſt ut tales ſint qui peccatores fuerunt, quales & hi qui ſancti ſunt. Vel aliter. In reliquijs tuis præparabis uultũ eorũ, id eſt, prophetas, quos patres eorũ occiderũt. Reliquiæ eorũ, filij Iudeorũ, qui occiderunt caput prophetarũ: Vt illa uindicta quæ cœpit C
à prophetis, ueniat ſuper illos qui dominũ occiderunt. Aliter. In reliquijs tuis præparabis uultum illorum, hoc eſt, per Eliã & Enoch credituri ſunt in finẽ. Præparabis uultum illorũ, ad te credentiũ, ut illud: Vt conuertat corda patrum in filios. o ¶ Exaltare domine in uirtute tua.] Vox eccleſiæ. Exaltare in uirtute tua: id eſt, demonſtra tuam poteſtatem & maieſtatem, quia prius ueniſti in humilitate, ſed modo ueni in maieſtate. p ¶ Cantabimus & pſallemus uirtutes tuas domine.] Cantabimus in corde, pſallemus in opere, uirtutes tuas annunciamus. q ¶ In finem pro aſſumptione matutina pſalmus Dauid.] Matutina aſſumptio, reſurrectionis dñicæ & aſcẽſionis ad patrẽ ſignificat ſacramentũ. Hãc inſcriptionẽ Hebræi aliter habent: Pro ceruo matutino, & interpretatiõe perueꝛſa putãt de Heſter totum uigeſimũ primũ pſalmum eſſe cõpoſitũ, quod uidelicet ipſius periculo & interceſſione apud regem, ſit de periculo Iſraeliticus populus liberatus. Sed nos ceruum qui interficiat ſerpentes, & uenena conſumat, nullum alium niſi Chriſtũ intelligimus, ſicut totius pſalmi contextus oſtendit. XXI D

DEus deus meus reſpice in me, quare me dereliqui-
ſti.] Hoc uerſiculo dñs in cruce pendẽs uſus eſt. Ex quo animaduertimus totum pſalmũ à dño in cruce poſito decantari. Quod autem habet in medio, intende mihi, in Hebræis codicibus non habetur, & appoſitum uox domini declarat, quæ etiam illud in euangelio præmiſit. Ac ſi dicat: Quare me dereliquiſti? Hic humanitas loquitur quomodo derelicta fuit in Adam, quando præceptũ trãſgreſſus eſt. Vel in paſſione derelictus Chriſtus pro parte carnis. s ¶ Lõge à ſalute mea uerba delictorum meorũ.] Longe: Hic diuinitas loquitur. Verba delictorũ meorum: quia noſtra peccata ſua reputat. Nam in ſalute ſua nullum eſt peccatum, ſed à peccatore longe eſt ſalus. Vel aliter. Longe à ſalute mea uerba delictorum meorum. Aquila hunc locum ſic interpretatus eſt: Lõge à ſalute mea uerba genitus mei: Symmachus, uerba gemituum meorũ: Quinta & ſexta æditio, uerba clamoris mei. Et eſt ſenſus iuxta cæteros interpretes: Gemitus mei atq; conatus quibus ſemper populum Iſrael ſaluare quæſiui, longe facti ſunt à ſalute mea, quam populo tribuere cupiebam, quia ipſi noluerunt recipere ſanitatem. Iuxta LXX. uero interpretes iſte ſenſus eſt: Hoc quod ſalutem deprecor, quod me conqueror derelictum, non ex propria perſona loquor, ſed ex populi, cuius peccata in meo corpore ipſe ſuſcepi. Vnde dico: Longe ſunt à ſalute mea, uerba iſta quæ fundo. Non enim tam mihi ſalutem poſtulo qui deus ſum, quàm populo qui ſalute indiget. t ¶ Clamabo per diem & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi.] In die pendens non exauditur à patre, nocte reſurgit ab inferis uictor. Aliter. Qui in gaudio non exauditur, exauditur in lachrymis. Vnde ait: Non in ſtultitiã mihi, id eſt, non fruſtra clamaui. Et Aquila tranſtulit ex Hebræo dicens: Et nocte & non tacebis: Id eſt, audies me, reſpondebis mihi, facies quod oraui. Deus meus clamabo per

A diem, nec exaudies & nocte. Clamauit Christus in cruce & orauit pro suis, exauditus & non exauditus. Exauditus pro prædestinatis, sicut in octo milibus, uel pro illis centum uiginti & quingentis fratribus. Et non exauditus, hoc est pro illis qui non erant prædestinati. Vnde dixit euãgelista: Sanguis eius super nos,
Matth.27.c & sup filios nostros. Ergo dies hic pro bonis, & nox pro malis intelligitur. Vel dies & nox, prosperitas & aduersitas in ecclesia. Ecclesia nõ exauditur in prosperitate, ut non se extollat, & non exauditur in aduersitate, ut amplius mundetur. Et nõ ad insipientiam mihi: id est filius coæternus patri, scit omnia, cur non sit exauditus in die passionis, id est, pro filijs mortis, & prosperitate & tribulatione ecclesiæ suæ.
a ¶ Tu autem in sancto habitas, laus Israel.] Vox prophetæ. In sancto habitas, hoc est in suo corpore, uel in cœlo, siue in ecclesia. *b* ¶ In te sperauerunt patres nostri dñe, sperauerũt & liberasti eos.

ste & non ad insipientiam mihi. Tũ autem in sancto habitas, laus Israel. In tẽ sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi. Egõ autem sum uermis & non homo, opprobriũm hominum & abiectio plebis. Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum, saluum faciat eum quoniam uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ in te proiectus sum ex utero. De uentre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. Circundederũnt me uituli multi, tauri pingues circundederunt me. Aperuerũnt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio uentris mei. Exaruit tanquam testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in pul-

B liberasti eos. Ad te clamauerũt & salui facti sunt, in te sperauerũt & nõ sunt cõfusi.] Sperauerũt patriarchæ & prophetæ, uel reliqui, & liberasti eos ideſt de Aegypto uel de Babylonia. Non sunt confusi: quia quod promisisti adimplesti, hoc est terrã repromissionis & uitã longam. Aliter. In te sperauerũt patres nostri, doctores ecclesiæ. Non sunt confusi: quia spes ipsorum semper es. *c* ¶ Ego autem sum uermis & non homo.] Hoc propter humilitatem assumpti corporis loquitur: Esaia quoque eadem concinente: Ne timeas uermis Iacob. *Esa.41.d*
d ¶ Opprobrium hominũ & abiectio plebis.] Quod maius opprobrium q̃ crucis? Et despectio plebis, id est Iudaici populi derisus. Cur uermis & non
Luc.19.b homo, dum dicit in euãgelio: Venit filius hominis redimere quod perierat? Christus & uermis dicitur & homo. Vermis, ut ait propheta: Noli timere uermis Iacob. Et homo, quia ex Maria natus. assimulatur sua natiuitas uermi: quia uermis qui in ligno nascitur non habet patrem, nisi matrem. Et Christus ex Maria est natus absq; coitu uiri. Duo habitacula fecit Deus, cœlum & terram. Cœlum habitatio angelorum, & terra habitatio uermium. Fecit deus uermem ascendere in cœlum, & angelum in terram. Christus per humilitatem super omnes angelos ascendit, & diabolus per superbiam proiectus est in terram. Opprobrium hominũ & abiectio plebis.
Ioan.9.f Opprobriũ, quando dixerũt Iudæi: Tu discipulus illius sis. Abiectio, quando eiecerunt eum extra ciuitatẽ & crucifixerunt eum. *e* ¶ Omnes uidentes me irridebunt me.] Pro parte malorum dicitur: sicut & ipsi Iudæi dixe-
Matth.27.c runt: Si filius dei es, descende de cruce: uel, Aue rex Iudæorum. *f* ¶ Locuti sunt labijs & mouerunt caput.] Locuti sunt labijs, quia quod habebant in corde, hoc loquebantur in uerbis. Mouerunt caput, id est, reliquerũt unum caput quod est Christus, & fecerũt multa sibi capita dæmoniorum. *g* ¶ Sperauit in domino, eripiat eum, saluũ faciat eum quoniã uult eum.] Vox prophetæ de humanitate loquitur. Sperauit in domino, hoc est humanitas in diuinitate. Eripiat eum, id est de Iudæis. C
Quoniã uult eum, id est deus pater uoluit talem filium habere sine peccato, per quem peccata mundi tolleret, ut ait propheta: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægri *Esa.53.b*
tudines nostras portauit. *h* ¶ Quoniã tu es qui eduxisti me de uẽtre.] Vox humanitatis: Eduxisti me de uẽtre, id est de utero sanctæ Mariæ, uel de synagoga, quia per uaticinium prophetarum conceptus est, & ad sensum spiritualem, quasi de uentre eductus est.
i ¶ Spes mea ab uberibus matris meæ.] Id est, ubera matris nõ dedignatus est sugere Christus: id est, ab uberibus Mariæ, Vel ubera matris, lex synagogæ. Duo ubera habere dicuntur, quia literã & sensum habent: Sed ipsi, id est Iudæi, una ubera susceperunt, hoc est quia literã legis tantummodo obseruãt.
k ¶ Deus meus es tu, ne discedas à me.] In die passionis.
l ¶ Quoniã tribulatio proxima est.] Vt
Ioan.14.d ipse dixit: Surgite eamus: ecce appropinquabit qui me D
traditurus est. *m* ¶ Non est qui adiuuet.] Neque angelus, neque homo nisi tu pater. *n* ¶ Circundederũt me uituli multi.] Vituli lasciuientes, id est, Iudæi qui lasciuientes & incontinẽtes erãt. *o* ¶ Tauri pingues circũdederũt me.] Pro pinguibus Symmachus altiles interpretatus est: In Hebræo uerbũ ponitur ישר, quod & igno minia transferri potest: quia circũdederunt me. Tauri dicuntur propter superbiam illorum: id est, principes illorum Anna & Caiphas, uel reliqui. Pingues, propter crassitudinem malitiæ. *p* ¶ Aperuerunt in me os suum.] Quando dixerunt, crucifigatur. *q* ¶ Sicut leo rapiens & rugiens.] Id est, quando de illo cogitabant quomodo eum interficerent. Rapiens, quando cum gladijs & fustibus eum cõprehenderunt. *r* ¶ Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.] Sic uoluerunt Iudæi Christum extinguere quasi aquam, quæ hauritur & dispergitur & nõ reuertitur. Dispersa sunt omnia ossa mea. Ossa Christi, apostoli dicuntur: quia sicut caro ab ossibus roboratur: ita & corpus Christi, quod est ecclesia, ab apostolis uel doctoribus firmatur. *s* ¶ Factum est cor meum.] Cor Christi, ecclesia intelligitur, antequam Christus ascẽderet in crucem, quæ dura uidebatur esse, quia pauci pro nomine illius patiebãtur. Vnde dicitur:
Pro iusto quis moritur? *t* ¶ Tanquam cera liquescẽs.] *Rom.5.c*
Quia postquam Christus ascẽdit in crucem: postea omnes sancti cœperunt tribulationẽ pro ipso sustinere propter spem retributionis futuri muneris. *u* ¶ In medio uentris mei.] Hoc est in medio ecclesiæ. Factum est cor meum tanquã cera liquescens in medio uentris mei. Sapientia mea quæ prius non intelligebatur, accensa igni passionis incaluit, & suscepta est ab ecclesia. *x* ¶ Exaruit tãquã testa, &c.] Testa antequã in igne ponatur, infirma est, postq̃ in igne ponitur, roboratur. Et Christus posteaquã in patibulũ crucis ascendit, suam ecclesiã roborauit. Ergo non aruit sicut fœnũ ut caderet: sed quasi testa ut firmaretur. *y* ¶ Lingua mea adhæsit, &c.] Id est

linguæ

A linguæ apostolorum obmutuerunt tempore passionis: licet unus locutus est: tamen negando non confitendo, id est Petrus. Nam discipuli seruantes præcepta mea: de me in posterum loquuntur. *a* ¶ Et in limum mortis deduxerunt me.] Hoc est in incarnationem uel in infernum, quãdo animas sanctorum exinde deduxit secum. Et in limũ mortis deduxerunt me. Sicut impios quos uẽtus proiecit: ita me existimauerunt in mortem decidere, tanquam si resurgere non ualerem *b* ¶ Quoniam circũdederuut me canes multi.] Canum propriũ est, ut domino suo congaudeant, & latronem allatrent. Canes hic Iudæi intelliguntur, qui allatrauerunt Christum, & latroni congauisi sunt: hoc est Barrabbæ, quando illum petierunt, & Christum occiderunt. Quoniã circundederũt me canes multi: nõ loquẽtes recta, sed latrãtes iniqua. *c* ¶ Concilium malignantium obsedit me.] Congregatio Iudæorum. Canes multi. Pro canibꝰ in Hebræo habet chelabim כְּלָבִים quod Aquila & Theodotio uenatores interpretati sunt. Concilium malignantium obsedit me. Iudæi obsederũt, id est circundederũt Christum. *d* ¶ Foderunt manus meas & pedes meos.] Præteritum pro futuro ponitur. Foderunt, clauos fixerunt, & fructum magnum inuenerunt: ideſt salutem gentium *e* ¶ Et dinumerauerũt omnia ossa mea.] In cruce distẽta conspexerunt membra sua. *f* ¶ Ipsi uero considera-
Mat.27.c uerunt &c.] Dicẽtes: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluũ facere. *g* ¶ Diuiserunt sibi uestimenta mea.] Facientes unicuiq; militi partem suã. *h* ¶ Et super uestẽ meam miserũt sortem.] Tractantes de tunica. Non scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Vel aliter. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestẽ meã miserũt sortem. Quod quatuor milites fecerũt quatuor partes, & tunicam non diuiserũt: significabat unitatem ecclesiæ quod nõ scinderetur. Volunt hæretici eam scindere, sed non possunt. *i* ¶ Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me.] Humanitas ad diuinitatem loquitur: ut auxilietur ei in tempore passionis. Tu autem dñe ne elongaueris auxilium tuũ à me, sed protinus me resuscita. *k* ¶ Ad defensionem meam conspice.] Ne quid mihi pars inferni illa uoracis prævaleat. *l* ¶ Erue à framea animam meam.] Erue à gladio uel malicia Iudæorum. Vel erue animam meam de illa potestate quæ seducendo iugulat. *m* ¶ Et de manu canis unicam meam.] Canes Iudæi. Vnica: id est anima Christi. Vnica dicitur, quia nõ habet peccatum illa anima, & aliæ animæ ab ipsa mundantur. Vel unica, ecclesia: & de manu canis, de ore inferni, qui more canino auide deuorat. *n* ¶ Saluum me fac de ore leonis.] Os leonis, populus Iudaicus: propter fortitudinem maliciæ suæ. *o* ¶ Et à cornibus unicornium humilitatem meam.] Vnicornis, ipse populus Iudaicus intelligitur: quia unũ cornu habet: id est unam legẽ: unde uentilabat omnes gentes ante prævaricationem illorum. Et à cornibus unicornium humilitatem meam. A satellibus satanæ: per quos homines singulariter in superbia exaltantur. Vsq; huc de passione dixit: iam de resurrectione loquitur cum dicit. *p* ¶ Narrabo nomen tuũ fratribus meis.] Vox Christi. Fratres apostoli, postquam resurrexit, ut ipse ait: Ite nũciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebũt. *q* ¶ In medio ecclesiæ laudabo te.] Hoc est in unitate ecclesiæ in medio, credẽtium populorum. Laudabo te, prædicabo te. *r* ¶ Qui timetis dominum laudate eũ.] Omnes sancti qui timore sancto illum timent, laudant eum. *s* ¶ Vniuersum semẽ Iacob magnificate eum.] Id est, populus minor, supplãtatores uitiorum magnificate illum: Christianorum utiq; semen: cui seruiet maior. *t* ¶ Timeat eũ omne semen Israel.] Hoc est omnes uidentes deum, qui renati per baptismum, uidetis mente deum. *u* ¶ Quoniam non spreuit neque despexit &c.] Meã pro uobis q factus sum pauper. Vel populos Christianos non spreuit deus sed exaudiuit *x* ¶ Neque auertit faciem suam.] Sed resuscitauit meà mortuis *y* ¶ Et cum clamarem ad eum exaudiuit me.] Respondens: Et clarificaui, & iterum clarificabo: Christus exauditus est in passione, & ecclesia in tribulatione. *z* ¶ A-
Ioan.10.c pud te laus mea.] Id est apud patrem: ut dixit: Ego & pater unum sumus. Apud te laus mea in ecclesia magna: quæ per omnem orbem terrarum credulitate diffusa est. *a* ¶ Vota mea domino reddam coram timentibus eum.] Vota Christi, natiuitas: uel passio: uota ecclesiæ, opera bona. Vel mysterium corporis ac sanguinis mei offerã, cum his qui in eius timore hæc celebrãt. *b* ¶ Edent pauperes & saturabuntur.] Pauperes, apostoli: edẽt, corpus Christi. *c* ¶ Laudabunt dominum qui requirunt eum.] Per fidem & opera cognoscentes, quod ipse est panis uiuus qui de cœlo descẽdit. *d* ¶ Viuent corda eorum in seculum seculi.] Cor, anima ipsorum. Sine fine, quia qui manducauerit ex hoc pane, uiuet in eo spiritualis sensus in sempiternum. *e* ¶ Reminiscentur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ.] Hoc est, fecit dominus deus populum Christianum, ut recordaretur in eum, & reuerteretur de uijs suis prauis. Omnis multitudo gentium recognoscunt se in tenebris inuolutos, ideo accedunt ut illuminentur. *f* ¶ Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium.] Et hic adorant & in futuro: Quia iuxta Apostolum ipsi flectentur omnia genua. *g* ¶ Quo-
Philip.2.b niam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.] Regnum diaboli cecidit, & regnum Christi aduenit. Ascendente eo in cœlis, omnia subiecta sunt ei.

Manducaũerunt & adorauerunt omnes pingues terræ,in conſpectũ eius cadent omnes qui deſcendunt in terram. Et animã mea illi uiuet,& ſemen meum ſeruiet ipſi. Annunciabitur domino generatio uentura,& annunciabunt cœli iuſticiam eius,populo qui naſcetur quẽm fecit dominus.

Pſalmus Dauid. XXII

DOminus regit me,& nihil mihi deerit,in loco paſcuæ ibi me collocauit, Super aquam refectionis educauit me,animam meam cõuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſticiæ,propter nomen ſuum. Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis,nõn timebo mala quoniam tu mecũ es. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum,& calix meus inebrians quàm præclarus eſt Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus uitæ meæ. Et ut inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

A a ¶ Manducauerunt & odorauerunt omnes diuites terræ.] Id eſt: apoſtoli uel cæteri ſancti, manducauerunt corpus Chriſti,ut dixit ſupius. Diuites terræ: hoc eſt in fide & opere uel uirtutibus: cognoſcẽtes, quia ſuauis eſt dominus. b ¶ In conſpectu eius cadẽt uniuerſi qui deſcendunt in terram.] Procident: id eſt, peccatores in die iudicij in conſpectu dei erũt Deſcẽdũt à ſuperbia ſeculi: ut adorent in ſenſu humilitatis puræ. c ¶ Anima mea illi uiuet.] Eccleſia, quæ iam non ſibi uiuit: uiuit autem Chriſtus in ea. Vel aliter. Anima mea illi uiuet & ſemen meum ſeruietipſi. Anima Chriſti uiuit deo patri, & mors ei ultrà non dominabitur. Vel eccleſia uiuet Chriſto. Semen meum,filij eccleſiæ: ſeruiet ipſi, populus credẽtiũ. d ¶ Annunciabitur domino generatio uentura.] Propheta dicit. Generatio uẽtura, hoc eſt, populus gentiũ: qui uenturi erant anteq̃ Chriſtus ueniret in mundũ ad credendũ ei. Vel generatio uentura, hoc eſt in diẽ iudicij tota intergra claritas. e ¶ Annũciabunt cœli iuſticiã eius.] Hoc eſt, apoſtoli uel doctores. Iuſticiam eius, hoc eſt mandata illius. f ¶ Populo qui naſcetur.] Hoc eſt per uerbũ prædicationis. g ¶ Quẽ fecit dominus.] Hoc eſt, prædeſtinauit ante ſecula. Populo qui naſcetur, quem fecit dominus. Qui per fidem accedens, per baptiſmum eſt renatus in Chriſto, Qui nobis præſtare dignetur in conſpectu noſtro habere uulnera eius,& cum Thoma palpantes fixuram clauorum illius: uel de omni humilitate paſſionis eius iugem memoriam facientes: cum ſuſpirio etiam eum pro peccatis noſtris inferna penetraſſe recolentes, ea ſemper agamus in hoc corpore terreno, ut ipſi copulari mereamur in regno. Amen. h ¶ Pſalmus iſte continet uocẽ eccleſiæ, collaudãtis Chriſtũ. XXII Dominus paſcit me,& nihil mihi deerit.] De iſto paſtore & Ezechiel loquitur: Suſcitabo paſtorẽ, & paſcet eos ſeruus meus Dauid, Vel aliter: Paſtor bonus, qui animam ſuam pro me poſuit: æquo me moderamine regit: ideo nullius egeo. Vel aliter: Regit me: Eccleſia fiducialiter loquitur per fidem: quia ante aduentum Chriſti, diabolus regebat mũdum ſed modo Chriſtus regit eccleſiam ſuam. Quod nos dicimus: Dominus regit me: Hebræi dicunt, ſicut ſuperius eſt ſcriptum: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. Qui deum habet: & qui deo adhæret, nihil boni deeſt ei: ut ait propheta: Nihil deeſt timentibus eum. k ¶ In loco paſcuæ ibi me collocauit.] Ac ſi dicat, In unitatem fidei, in unitatem eccleſiæ. In loco paſcuæ ibi me collocauit: In futura beatitudine compoſuit ſpem meam. Paſcua enim futura intelligitur beatitudo. l ¶ Super aquam refectionis educauit me.] Abluendo per baptiſmum me enutriuit, uel doctrina patriarcharum & prophetarnm, ſiue apoſtolorum. m ¶ Animam meam conuertit.] Ad ſe cognoſcẽdum: id eſt, animam eccleſiæ: quia antea ad infernum deſcẽderat per culpam primi hominis Adæ: ſed modo ad Chriſtum conuerſa eſt per fidem. n ¶ Deduxit me ſuper ſemitam iuſticiæ.] Id eſt. ſuper ſemitam mãdatorum per artam uiam. o ¶ Propter nomẽ ſuum.] Non propter meum meritum. p ¶ Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis.] Per huius ſeculi obſcuritates. q ¶ Nõ timebo mala, quoniam tu mecum es.] Domine, te corde retineo. Vel aliter: Vmbra duobus modis, id eſt, à corpore, & à lumine fit. Per corpus, mors intelligitur: per umbrã, peccata & ignorantia. Et tamen cũ quis eccleſia inter, hæc ſupradicta ambulet, non timet: quia dominũ apud ſe habet, ut ipſe dixit Ecce ego uobiſcum ſum oĩbus diebꝰ uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Propterea eccleſia nõ timet. r ¶ Virga tua & baculus tuus, ipſa me &c.] Quẽ enim diligit dominus, corripit. Per uirgã intelligitur tribulatio uel diſciplina patris, aut perſecutio eccleſiæ. Et baculus tuus quo filios caſtigas ſpirituales. Vel ꝑ baculum, ſuſtentatio & conſolatio futura. Ipſa me conſolata ſunt. Erudierunt me conſolando, non afflixerũt mortificando. s ¶ Paraſti in conſpectu meo menſam.] Vt iã non lacte quaſi paruulus alar, ſed ſolido cibo: id eſt, ut ſpirituali dente ruminãs ſcripturas ſanctas, poſſim peruerſis reſiſtere. Paraſti in cõſpectu meo mẽſam aduerſus eos qui tribulãt me. Mẽſa. id eſt ſcriptura diuina. Sicut poſt laborem, in menſa inuenitur cõſolatio & refectio: ſic & ſancti per menſam, id eſt per ſcripturam diuinã habent conſolationẽ & refectionem, id eſt, ſpem, fidem, & charitatẽ. Aduerſus eos qui tribulãt me, Perſecutores eccleſiæ: q ſunt dæmones, Iudæi, & hæretici. Cõtra iſtos omnes in ſcripturis ſacris inuenimus cõſolationẽ. t ¶ Impinguaſti in oleo caput meum.] Per caput, id eſt, principale mentis, eccleſia intelligitur, Mens etenim caput uocat: qa ſicut à capite regunt mẽbra: ita cogitatiões mẽte diſponũtur. Per oleũ intelligitur cõſolatio: qa ſicut per oleum cõſolatur corpus: ita & per conſolationẽ ſcripturarũ, mẽs eccleſiæ. Impinguaſti in oleo caput meũ, Lætificaſti ſpirituali lætitia mentẽ meã, quæ caput eſt totius corpis. u ¶ Et calix meus inebriãs &c.] Calix intelligitur uerbũ dei. Inebriãs, qa per prædicationẽ compũgitur homo in mente, quãdo ſeparat hominẽ, id eſt, patrẽ à filio, filiũ à patre ſuo, matrẽ à filia, & filiam à matre ſua: & nurũ aduerſus ſocrũ ſuam. Tũc nos inebriat, quãdo iſta facit. Per calicẽ, menſura intelligitur: quia unicuiq; iuxta quod meretur uel poteſt capere, ſic illi diuidit deus, id eſt, dat. Vel myſtico me calice inebriaſti, ut obliuioni traderẽ delectationes prioris uitæ. x ¶ Miſericordia tua dñe &c.] Vox eccleſiæ ad Chriſtũ. Miſericordia dei, & præuenit & ſubſeqtur. Præuenit, per fidẽ: ſubſequitur, in cuſtodiẽdo mãdata dei. y ¶ Oĩbus diebus uitæ meæ.] Quãdiu in hoc corpore dego. z ¶ Vt inhabitẽ in domo dñi.] Eccleſia hic quaſi in tabernaculo cõſiſtit. Quia ſicut tabernaculum mutat de loco in locum: ſic & eccleſia de iſto tabernaculo trãſferẽ in domũ hoc eſt, in uitam æternã ſiue perpetuã, ubi ſine fine habitabũt ſancti. a ¶ In longitudinẽ dierũ.] Diebus ſine

Matth. ulti.

Prouer. 3. b

Ioan. 20. f

Ezech. 34. f
Ioan. 10. b

Psalmus Dauid, in prima sabbati. XXIII

DOmini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animā suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiā à deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium dominū, quærentium faciem dei Iacob. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ, dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.

A fine. Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum, id est, cœlestem Hierusalem cōmuniter cum omnibus sanctis cōgregatis in me per fidē inhabitē. *a* ¶ Psalmus Dauid in prima sabbati.] Psalmus iste continet interdū uocem prophetæ de ecclesia loquentis. XXIII

DOmini est terra & plenitudo eius.] Cum cōuersi fuerint qui terrena sapiunt. Domini est terra, hoc est, totus mundus: & plenitudo eius, hoc est, habitatores mundi istius. Vel domini est terra, hoc est, ecclesia, & plenitudo eius, id est, omnes sancti. *c* ¶ Orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in ea.] Clarificato Iesu, omnium gentium fides fit una ecclesia. *d* ¶ Ipse super maria fundauit eā.] Per maria fluctuationes istius mūdi: quia calcant & superāt ecclesiam ab initio fluctuatiōes seculi. Sed fundauit, hoc est, corroborauit ecclesiam suā in fide. Super fluctus huius seculi stabiliuit eam ne ab his dilabatur. *e* ¶ Et super flumina præparauit illam.] Per flumina intelligūtur potentes seculi uel cupidi: ut ait Salomon, Omnia flumina intrant in mare. Sic & ipsi potētes licet magnum habeant censum, nunquā satiantur. Super ista flumina est ecclesia, ut illis prædicet, & conuertantur qui potestatem habent. Si audire noluerint: super flumina præparauit illam. Super cupiditatēs huius seculi constituit eam: ut ipsa supior esset, munda sine macula & ruga. *f* ¶ Quis ascendet in montem domini?] Vox prophetæ interrogantis: id est, in cœlestem Hierusalem? Quis, pro raritate ponitur. Vel mons hic pro alta iusticia: ut illud, Vade uende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlis. *g* ¶ Aut quis stabit in loco sancto eius.] Super altissimam iusticiā eius: ac si dicat: qui perseuerabit: Quia multi ascendunt, & non perseuerant. *h* ¶ Innocēs manibus & mūdo corde.] Purus in opere: quia per manus opera intelligūtur, & mundo corde, id est, mundis sermonibus. Vel mūdo corde, sanctus in cogitatione. *i* ¶ Qui non accepit in uanū animam suā.] Qui nullis eam fecibus peccaminum post baptismum maculauit. Ille in uanū non accepit animā suam, qui opera bona agit. *k* ¶ Nec iurauit in dolo proximo suo.] Ille in dolo non iurat proximo suo: qui quæ cogitat, hæc prædicat: & in opere implet. Multi sunt enim qui dolose iurant, ut decipiant proximum: quod abominatur pater luminū deus, dicente Petro: Non es hominibus mentitus, sed deo. Ergo qui se ab his custodierit maculis. *l* ¶ Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo.] A Christo æquali patre, cuius morte saluatus est. Vel aliter: Hic accipiet benedictionē à domino. De supradicto dicit, Qui nō iurat in dolo proximo suo, accipiet benedictionem à domino, quando dicturus erit: Venite benedicti patris mei, percipite paratum uobis regnum à constitutione mundi. Et misericordiam à deo salutari suo. Misericordiam à deo consequitur, qui se putat esse miserum. *m* ¶ Hæc est generatio quærentium dominum.] Superius singulariter dixit, hic accipiet benedictionem: modo pluraliter, quia ecclesia ex pluribus personis congregatur: & tamen una dicitur, propter unitatem fidei. Generatio hæc, id est popu-

Luc.18.d

Act.5.d

Mat.25.c

lus Christianorum: quæ in tenebris iacens, uerum dominum saluatorem quæsiuit. *n* ¶ Requirentium faciem dei Iacob.] Id est, populus Christianus requirit faciem dei Iacob. Vnde dictum est: Maior seruiet minori: quia posterius nato primatum dedit. Intercedit diapsalma, ut immutet personā. Ipse enim dominus nunc cœlestia regna repetens, nunciatur. Ascendēte ergo cum angelis, hi qui præcedebant siue comitabantur, alijs eorum principibus acclamabāt. *o* ¶ Tollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales.] Hoc est, reserate cœlestes aditus: pateat æternalis ingressus. Vel tollite portas principes uestras. Vox angelorū bonorū, ad angelos malos: quorum princeps diabolus est. Portas principes uestras, id est cupiditatem & timorē. Bene coniunxit cupiditatem & timorem: quia quicunque per cupiditatē congregat, per timorem & maliciam custodit, ut non perdat. Et qui timorem & cupiditatem & maliciam habet, spiritum malignū de se non deijcit. Et eleuamini portæ æternales, id est, fides & charitas. Aeternales dicuntur: quia ab Adam usque ad Christum in imo iacuerunt: & ideo eleuari dicuntur. *p* ¶ Et introibit rex gloriæ.] Hoc est, Christus, quia per fidem & charitatem introiuit Christus in ecclesiam. Et introibit rex gloriæ: Christus dominus immensæ claritatis retinens regnum. Hi quoque attoniti, & mentis stupore perculsi dicūt. *q* ¶ Quis est iste rex gloriæ?] Vox maiorum dæmonum. Ac si dicerent: Nos nostrum regem habemus diabolum: iste rex gloriæ quis est? Quis, inquit, est iste rex gloriæ? Respondet qui loquitur: *r* ¶ Dominus fortis & potens.] Vox angelorum bonorum. Fortis est, qui alligauit fortem principem uestrum. Fortis, cum suscepit mortem: potens, cum uicit infernum. *s* ¶ In prælio.] Cum spoliato Tartaro, reducit secum multitudinem captiuorum Clamat iterato, & dicit. *t* ¶ Tollite portas principes uestri, & eleuamini portæ æternales.] Eleuētur æthereæ ianuæ: aperiantur æternarum ædium ualuæ. *u* ¶ Et introibit rex gloriæ.] Quia non solū post resurrectionem, immensam possedit claritatem: uerumetiam & illam quam æqualem cum patre habuit priusquàm fieret mūdus. Adorantes igitur hi tantæ gloriæ unicam singularemq; potentiam, aiunt. *x* ¶ Quis est iste rex gloriæ?] Respondetur his. *y* ¶ Dominus uirtum ipse est rex gloriæ.] Pluraliter hic uirtutū, Christus intelligitur: quia super nouem uirtutes cœlorum sedet. Vel uirtutū dicit: quia super omnes uirtutes diaboli, dominus est. Vel uirtutū dicitur: quia diabolus nouē ordines angelorum sub sua habuit dominatione, siue bonos, siue malos. Tollite portas. Vox angelorum bonorum. Vel uox dominica ad angelos bonos. Tollite portas, hoc est: quia quando Adam peccauit, portæ paradisi clausæ fuerunt, & data est romphæa ignea angelo Seraphim, ut eum custodire deberet. Sed posquàm Christus uenit in mūdum, & luctauit cum diabolo, aperuit infernum: & animas sanctorum secum eduxit: & cum angelis bonis ad cœlestia remeauit. Tunc portæ paradisi quæ ante clausæ fuerant, apertæ sunt. Vel portæ æternales, angeli dicūn

Mat.2.d

A dicuntur, per quorum custodiam, ad cœlestia conscen/dimus. Eleuatæ dicũtur: quia antea omnes animæ san/ctorum ad infernum descendebãt. Sed postq̃ Christus ascendit unà cum corpore suo super omnes uirtutes cœ lorum, postea angeli lætati sunt: quia animas sanctorũ a/pud se illuc deduxit. Quis est iste rex glo/riæ? Vox angelorũ, qui apud patrẽ sem/per fuerant. Ac si di/cerent: Nos patrẽ & filiũ semper insimul esse uidemus: iste rex gloriæ quis est? Pro parte carnis dicebãt. Tollite portas. Vox prophetæ de iudæis. Tollite portas, id est, superbiam, & cupidi/tatem, & auariciam, quia per has tres, o/mnis homo ad infer/nũ descendebat. Vel eleuate portas princi/pes uestras: pro quo in Hebræo positum est, Leuate portæ ca/pita uestra: recto ferãtur itinere. Ad perfectũ mũdiciæ di/cit hominẽ uenire nõ posse, & quenquã ad perfectũ mũ/diciæ uenire nõ ualere. Portæ æternales quas dicit eleua/ri, fides, charitas, & castitas est: q̃a per has tres, Christus ecclesiam ingreditur. Quis est iste rex gloriæ? Humana fragilitas respõdit, Quis est iste? Ac si dicãt: Iste est quem nos crucifiximus & improperauimus, ac pro nihilo ha/buimus. Respondent: Dominus uirtutũ, id est, qui mor
B tuus est ad tempus ex infirmitate carnis: sed nunc uiuit
Ioan.20.g ex uirtute dei. Vel uirtus fuit, quando dixit Thomæ, in/fer digitum tuum in locum clauorum: & mitte manum tuam in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.
Rom.8.g Dñs uirtutũ dicitur, sicut Paulus ait: Quis nos separa/bit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an perse/cutio, & reliqua. Item: Tollite portas principes uestras. Vox angelorum, qui cum Christo ad infernum descen/derunt: ad subiectos diaboli dicunt. Ostendunt se prin/cipem illorum ligatum ducere. Tollite portas: quia fra/ctæ sunt portæ, id est, potestas illorum tũc abstracta est. Et eleuamini portæ æternales. Et tunc eleuatæ sunt æter/nales, id est, animæ sanctorum de inferno. Aeternales di/cũtur: quia semper sine fine apud deum regnaturi sunt. Dominus uirtutum, ipse est rex gloriæ. Pro domino uir tutũ: in Hebræo legitur, dominus sabaoth: quod in alio loco Septuaginta interpretes, omnipotentem transtule/runt. Merito uirtutum dominus, qui pro nobis homo factus est: morti traditus, infernalibus est tenebris addi/ctus: quod clementer suscepit, patienter tolerauit, forti/ter uicit, mirabiliter cõsummauit. Qui cum uirtute pro/pria calcans inferos: cum triumpho rediẽs ad supernos: cum gloria ascendit ad cœlos: sedet nunc ad dexteram dei patris omnipotentis, interpellans nostris iugiter pro delictis. Amẽ. *a* ¶ Vigesimus quartus psalmus media/toris nostri missam ad patrem continet uocem: interdũ habet ecclesiæ supplicantis clamorem. XXIIII

A D te domine leuaui animam meam,] Hic uox eccle/siæ intelligitur ad Christum. Leuaui dicit, id est, ele/ uaui: quia prius in ualle lachrymarum uel in imo iace/bat ecclesia, antequam Christus ueniret in mundum. In quid eleuauit? Hoc est, in spe, fide, & charitate per sancti ficationem: quia triticum si in imo iaceat, computrescit, si sursum eleuatur, custoditur. Sic & anima si in pecca/torum putredine, hoc est, si in imo iaceat, computrescit & perit. Nam si sursum eleuatur in his supradictis, spe, fide, & charitate, custoditur à deo. Vel ad te domine le/uaui animam meam, per crucem. *c* ¶ Deus meus in te confido.] Ecclesiæ confessio est. In te confido, non in me, sed in te. *d* ¶ Non erubescam.] Quia in homine non confido: de quibus dictum est: Maledictus homo qui spem suam ponit in homine. Et: Benedictus uir qui confidit in domino. Hier.17.a

Psalmus Dauid. XXIIII

AD tẽ domine leuaui animam meam, deus meus in te confido non erubescã. Nequẽ irrideant me inimici mei, etẽnim uniuersi qui sustinent te, nõ confundentur. Confundantur iniqua agentes, superua cue. Viãs tuas domine demõstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirigẽ me in ueritate tua & doce me, quiã tu es deus saluator meus, & te sustinũi tota die. Remi/niscerẽ miserationum tuarum, domine, & misericor/diarum tuarum quæ à seculo sunt. Delictã iuuen/tutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Secun dum misericordiãm tuam memento mei tu, propter bonitatẽm tuam domine. Dulcis & rectus domi/nus, propter hoc legem dabit delinquentibus in

C

D

uia. *e* ¶ Neq; irrideant me inimici mei.] Qui me irrise/rant prius cum dice/rem: Possum destrue re tẽplũ: & hoc in tri/duo reædificare. Ne/que irrideant me ini/mici mei: id est, illi q in homine tãtummo do confidunt, quia posteaquàm ille defe ctus fuerit, inimici i/psorum irrident ei: & inimici ecclesiæ, sunt dæmones, hære/tici, uitia & peccata. Matt.26.f *f* ¶ Etenim uniuersi qui te expectant.] Qui te sustinent. *g* ¶ Non confun/dentur.] Neque hic, neque in futuro: apostoli, uel hi qui credituri sunt per uerbũ eorũ in te. *h* ¶ Cõfundãtur ini qua agentes superuacue.] Propheta non optando, sed prophetando dicit: Confundantur in die iudicij illi, qui usque in finem in malicia ipsorum perseuerant: illi qui super perpetratum in me scelus illud addiderunt: ut si/gillis tumulum communirent. Vsque huc dominus de passione sua, hinc uox succedit ecclesiæ: quæ post resur/rectionem dominicam se supplicat edoceri. *i* ¶ Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.] Illas per quas uenitur in regnum tuum. Vel uias tuas, hoc est, mandata tua: nota fac, hoc est, demonstra mihi. Semitas tuas edoce me. Semita minor est q̃ uia: per semitam intelligitur arta & angusta uia quæ ducit ad uitã. *k* ¶ Dirige me in ueritate tua.] Vox ecclesiæ. Dirige me, quia ego tortuosus sum. In ueritate tua, hoc est, In Christo tuo: edoce me, ut nihil peruerse agam. *l* ¶ Quia tu es deus salutaris meus.] Tua enim resur/rectione, meum salutare mihi collatum est. *m* ¶ Te te sustinui tota die.] Hoc est, toto tempore. Videbant me pro te sustinere per omne uitæ huius tempus. Audie/ram enim per uoces prophetarũ te uenturũ esse in mun dum. Sustinui autem per lumen fidei, donec me uoca/res. *n* ¶ Reminiscere miserationum tuarum domi/ne.] In quibus ut nos redimeres, homo factus es. Vel populus Christianus loquitur: ut rectos eos faciat de sua miseratione: ut illud misericordiæ tuæ multæ sunt Psal.118.n domine. Et: Misericordiæ tuæ à seculo sunt. Et: misericor dias tuas ab initio seculi promisisti nobis. *o* ¶ De/licta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memine/ris domine.] Illa quæ in adolescentia gessi, priusquàm de domo patris iniqui procederem? Aut delicta iu/uentutis, ante baptismum: & ignorantiæ meæ, hoc est, post baptismum. *p* ¶ Secundum magnam mi/sericordiam tuam memor esto mei deus.] Id est, non secundum merita, sed secundum tuam misericordi/am. Immensa est enim misericordia tua: qui uocas ea quæ non sunt tanquam quæ sunt. *q* ¶ Propter boni/tatem tuam domine.] Qua prouocas peccatores ad pœnitentiam. *r* ¶ Quia dulcis & rectus dominus.] Dulcis, quia est panis uitæ. Dulcis, quia promittit præmia futura. Rectus, quia reddit unicuique secun/dum opera sua. *s* ¶ Propter hoc legem dabit de/linquentibus in uia.] Legem charitatis, per quam dimit-

A dimittentes offensas: reconciliamur deo. Delinquentibus in uia peccatoribus in ista uita. *a* ¶ Diriget mites in iudicio.] Mites & hūiles corde diriget in iudicio: hoc est, discretionē facit in præsenti inter corpus & animam: ut se inuicem corrigant in uijs mandatorum dei. Vel illud quod superius scriptum est: Peccata adolescētiæ meæ & ignorantiæ meæ ne memineris. Istum & ætas excusat & ignorantia. Vnde intelligimus eum qui peccat in adolescentia, & nō ignorat, ueniā nō habere. Seruus quippe qui nouit uoluntatē domini sui & non facit, uapulabit multū. Omnes uiæ domini, misericordia & ueritas: quia & ipsa misericordia, æquis est librata ponderibus. *b* ¶ Docebit mansuetos uias suas.] Misericordiā & ueritatē: & ut se ex toto corde diligant, quæ est uera uia. Sic enim sequitur. *c* ¶ Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas.] Misericordia, qa nos redemit: & ueritas, qa impios iudicabit. Dulcis & B rectus dñs: Quia qui se miserum confitetur, miseretur illi deus. *d* ¶ Requirētibus testamentū eius.] Illis facit misericordiam, qui requirūt nouum testamentū: quo nos sanguine suo reconciliauit deo patri. *e* ¶ Testimonium eius.] Prophetas & apostolos: quorum testimonijs est ecclesia congregata. *f* ¶ Propter nomen tuū domine propiciaberis peccato meo.] Non propter mea merita, sed propter tuam misericordiā. *g* ¶ Multū est enim.] Grande est peccatū meum. Grande est, inquit, generale peccatum, quod nisi deus per baptismum delere dignetur, aliter non abluetur. *h* ¶ Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in uia quam elegit.] Vt ad ea quæ elegit, deflectatur. Simile huic per Moysen ad populum dominus protestatur, dicēs: Deu.30.c Ecce hodie statui ante oculos tuos ignem & aquam, bonum & malum, uitam & mortem: elige uitam, & uiues. *i* ¶ Anima eius in bonis demorabitur.] Si elegerit uitam. *k* ¶ Et semen eius hæreditabit terrā.] Per opera iusticiæ, hæreditatem capiet in regione uiuorum. Vel anima eius in bonis demorabitur: id est, sperabit in præmijs futuris: & semen eius hæreditate possidebit terram. Semen eius, opera eius, possidebunt terram, id est uitam perpetuam. *l* ¶ Firmamentum est dominus timentibus eum.] Nos infirmi & imbecilles sumus: sed ab illo hortamur ne ab huius seculi fluctibus quatiamur. *m* Et testamentum ipsius ut manifestetur illis.] Hoc est nouum testamentum. Lex quæ eum annunciauit per literam uelata, in Christo manifestatur. *n* ¶ Oculi mei semper ad dominū.] Oculi cordis intenta mente ad deum, de quibus dicitur: Eccles.2.b Oculi sapientis in capite eius. *o* ¶ Quia ipse euellet de laqueo pedes meos.] Hoc est, de laqueo diaboli sensus meos, à quo prius per uoluptates seculi capiebar. *p* ¶ Respice in me & miserere mei.] Respice, in adiutoriū, & miserere, quia miser sum. *q* ¶ Quia unicus & pauper sum ego.] Ad Christū pertinet: quia Christus unicus sine peccato: ut ait propheta, Qui peccatum non fecit, Pauper pro nobis, ut Paulus dicit, Qui cum diues esset, pauper factus est: ut illius inopia, nos diuites essemus. Vel unicus, populus Christianus. Sed bene se unicum dicit, quia unigenitus est patris. Qui pauper natus in carne, factus est unicum prēciū mundi, Quia unicus & pauper sum ego. Sic & Elias solus remansit: & Hieremias solus sedit & fleuit, à malis omnibus separatus. Vnde & Dauid alibi dicit: Habitare facit unios moris in domo. *r* ¶ Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.] Per passionē. *s* ¶ De necessitatibus meis erue me.] Necessitates meæ sunt, ut homo *p* hoibus moriar & ideo à te eripiar, ut resurgā. *t* ¶ Vide humilitatē meam.] Per quā carnem suscepi. *u* ¶ Et laborē meū.] Quo morti subdor. Vel aliter, Vide humilitatem meam & laborem meum. Eccles, sia loquitur ad Christum. Humilitatem: quia humiliāt eā peccatores. Laborem, in tribulatiōe. *x* ¶ Et dimitte omnia delicta D mea.] Populi delicta quæ in me suscepi. *y* ¶ Respice inimicos meos.] Iudæos utiq; ut confundantur, Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt. Vox ecclesiæ de persecutoribus. *z* ¶ Odio iniquo oderūt me.] Iniquū odiū, ad distinctionē iusti dicit. Si enim nō odissent me, non utique condemnassent morte. *a* ¶ Custodi animam meam & eripe me.] Ecclesia supplicat ut cūstodiatur, & eripiatur omni malo. *b* ¶ Non confundar, quia inuocaui te.] In manus tuas commendo spiritum meum. Non cōfundar, neque hic, neque in futuro, quia inuocaui te. *c* ¶ Innocentes & recti adhæserunt mihi.] Innocentes, qui puritatem uitæ ab exordio nauitatis custodierunt. Sicut collo adhæret caput, & membra in eodem corpore continentur: sic & ecclesia per iusticiā adhæsit Christo: & membra eius in eodem corpore continentur. Innocentes, id est, successores apostolorum, uel cæteri sancti & recti: quorū cor non fuit peruersum post deos alienos. Adhæserunt mihi, reuertenti ex inferis. *d* ¶ Quoniam sustinui te domine.] Impleui pater uoluntatem tuam. *e* ¶ Libera me deus Israel, ex omnibus tribulationibus meis.] Vt mihi mors ultrà non dominetur: sicut Apostolus ait, Scitote, quia Christus re- Rom.6.d surgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultrà nō dominabit. Sciendum tamen quod humilitas orationis non ad diuinitatem, sed ad humilitatem assumptæ carnis est referēda. Nos uero deprecemur dominū, ut uiuentes immaculati, ab infernalibus angustijs liberari mereamur. Quia sustinui te dñe. Libera me deus Israel. Israel, id est, animarum uidētium deū. Ex omnibus anguſtijs, ex omnibus tribulatiōibus meis. *f* ¶ In finē Psalmus Dauid.] Psalmus iste de homine & Christo testat: & omnis ecclesiæ in Christo perfectæ, cōtinet uocē.

Psalmus Dauid, XXV

I Vdica me domine, quoniam ego in innocentia mea in- C
2.Cor.8.b
3.Reg.18.d
Hiere.15.b
Psal.67.4
gressus sum.] Vt sit mihi per iudicium tuū misericordia: quoniā per innocentiæ gradior uiā. Superius dictū est

A est: Iudica me domine. Vox ecclesiæ ad Christum. Iudica me, non quod iudicium futurum rogat à deo, sed discretionē: de qua in alio psalmo legimus: Iudica me deus & discerne causam meam: hoc est, ut non me iudices in futuro, sicut cæteri peccatores iudicandi sunt. Psal.42

Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Pro parte sua dicit ecclesia. Ac si dicat: Parata sum innocenter uiuere: quia nulli nocuit, nec nocere desiderat ecclesia. Ingressus sum, id est, inter peccatores: ubi usque in finem habitat. a ¶ Et in domino sperās nō infirmor.] Sed firmor in fide. Nō infirmor, id est, inter hos peccatores: propterea quia in te spero nō in me. b ¶ Proba me domine & tēta me.] Probari se rogat ecclesia, ut se noscat & ab aliis cognoscatur probata. Sicut Iob probatus est, ut se cognosceret, & alij eū cognoscerēt: sicut illi reges fecerūt qui eū uisitauerūt. Proba me domine, in tētationibus: & tēta me, ne aliqd in me delicti remaneat. c ¶ Vre renes meos & cor meū.] Quid renes sonent, in corde, significat: quia misericordia tua in cōspectu oculorū meorum est. Sic petit iudicium, ut misericordiæ recordetur Vre renes meos & cor meum. Spiritum sanctum adhibe delectationibus & cogitationibus meis: qui utraque exurens, me dignum efficiat. Vre, hoc est, igne spiritus sancti: de quo igne dicit: Ignem ueni mittere in terram. Luc.12.f d ¶ Quoniam misericordia tua ante oculos meos est,] Vt ab hoc igne arguar, & non exurar. e ¶ Et complacui in ueritate tua.] In Christo tuo: ut non in meo mendacio, sed in tua ueritate placerem. f ¶ Non sedi in cōsilio uanitatis.] Non sum coniunctus his qui contra te Christum meum uanum agebant concilium. Non sedi in concilio uanitatis: id est, qui de terrenis cogitant semper non sedit ecclesia in eorum concilio. g ¶ Et cū iniqua gerentibus non introibo.] Non posui cum his abscónditam conscientiam meam. h ¶ Odiui ecclesiam malignantium.] Iudæorum siue hæreticorum. i ¶ Et cum impijs non sedebo.] Pactū cum his non inibo. Et cum impijs non sedebo: id est non solum cogitauerunt in uerbo, sed perfecerunt in opere. k ¶ Lauabo inter innocentes manus meas.] In bonis operibus lauabo manus meas, quæ peccatis ante sordebant. Manus lauabo, id est opera. Lauat per lachrymas, per baptismū, & pœnitentiam. l ¶ Et circuibo altare tuum domine.] Amplectar sublimia tua, ut discam laudare te. Altare, id est, fides. Circundabo, id est, operibus bonis. Vnusquisque sanctus altare domini in se habet qd' est fides. m ¶ Vt audiam uocem laudis tuæ, & enarrem uniuersa mirabilia tua.] Vt cum didicero, exponam cæteris miraculum illud: qualiter pro nobis uel passus es, uel resurrexisti. Et enarrē uniuersa mirabilia tua, laudis tuæ: id est, quicquid boni agimus, à deo deputatur esse, & quicquid mali facimus, à nobis est. Laus dei perfecta est: & laus hominum imperfecta. u ¶ Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.] Pul-

mea ingressus sum, & in dominō sperans non infirmabor. Proba mē domine & tenta me, ure renēs meos & cor meum. Quoniām misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua. Non sedi cum consilio uanitatis, & cum iniquā gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs nō sedebo, Lauabō inter innocentes manus meas, & circundabō altare tuum domine. Vt audiām uocē laudis tuæ, & enarrem uniuersa mirabilia tua. Dominē dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdās cum impijs animam meā, & cum uiris sanguinum uitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dexterā eorum repleta est muneribus. Egō autem in innocentia mea ingressus sum, redimē me & miserērē mei. Pes enim meus stetit in directo, & in ecclesijs benedicam te domine.

In finem, psalmus Dauid antequām ungeretur. XXVI

DOminus illuminatio mea, & salus mea quem timebo. Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo? Quando appropiant super me nocentes ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me bellum, in hoc ego sperabo. Vnam petij a domino hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Vt uideam uoluptatem domini, & uisitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. In die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me. Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam uociferationis. Cantabo & psalmum dicam domino. Exaudi domine uocem meam qua clamauit ad te. Miserere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisierunt te facies mea. Faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me. Ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus es, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Legem pone mihi domine in uia tua, & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me. Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Expecta dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

munus ab obsequio. A lingua, laus: hoc est, fauor humanus. A manu, à rebus terrenis. Ab obsequio, seruitiū indebite impensum. Sed melius est, qd' ait propheta, Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat. s ¶ Ego autē in innocentia mea ingressus sum.] Ecclesia loquitur pro parte bonorum: Per studium sanctæ uitæ à prioribus delictis, Ingressus, inter peccatores. t ¶ Libera me.] De tribulatione. u ¶ Et miserere mei.] Quia miser sum. x ¶ Pes enim meus stetit in uia recta.] Sēsus meus in Christo: quia ipse est uia. Pes enim meus (ne mihi præualeāt) stetit in uia recta: ille scilicet, in quo ad te accedere cœpi per iustitiæ uiam. y ¶ In ecclesijs benedicam dominum.] De unitate congregationis dicit. In ecclesia, non in latebris, sed in conuenticulis populorum te benedicēs, prædicabo dilectionem illam, qua tuo me sanguine redemisti: baptismo abluisti, ac pane cœlesti & sacris dapibus adimpletum, innocentiæ melioris uitæ restituisti. z ¶ In finem psalmus Dauid antequā ungeretur.] Ter unctus est Dauid: Semel sub patre suo Iesse in Bethlehem, secundo, in Hebron: tertio, quando regnauit super omnē Israel in Hierusalē. Quære ergo cui potissimū hic psalmus cōueniat unctioni. Sciēdum aūt q̄ anteq̄ ungeretur, in Hebræis uoluminibus nō habet. Sed de istis tribus unctionibus, media ad istū ptinet psalmū. Dauid figurā Christi tenet, qa & ipse unctus est in baptismo, quando in specie columbæ spiritus sanctus super eū uenit. Dauid à prima unctione nō accepit regnū: sic nec Christus secundū carnē tēpore passionis accepit regnum, nisi posteaquā ascendit. XXVI

DOminus illūinatio mea, & salus mea quē timebo.] Nullis tenebris obtegi formidat, quē dns illuminat semper & saluat. Dns illuminatio mea, & salus mea quē timebo. Vox ecclesiæ ad Christū. In oibus psalmis uerba spiritus sancti sunt. Sicut oculi corporis illuminātur ab alia luce: sic & oculi cordis nostri à uirtute fidei hoc est, à Christo illuminantur. Vnde dictum est, Qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Esa.33.d Ioan.1.

¶ Domi-

C

mitem tradiderunt. p ¶ Et cum uiris sanguinū uitam meā.] Qui dolose insidiantes, effuderūt sanguinē tuū. q ¶ In quorū manibus iniqtates sunt.] Hoc est, in operibus eorū. r ¶ Dextera eorum repleta est muneribus.] Abstinendum à muneribus docet: culpans eos qui accipiunt munera: qui iniquitatē agentes, quæsitum huius impietatis lucrū aliqd' arbitrati sunt: sicut ipse proditor Iudas fecit. Dextera eorum repleta est muneribus. De sinistra fecerunt sibi dexterā qa uita futura, dextera dicitur: & sinistra, uita præsens. Illi pro dextera, habuerūt sinistrā: ut est illud: Est munus à lingua, & est munus à manu, & est

D

A *a* ¶ Dominus defensor uitæ meæ à quo trepidabo.] Ipse est enim fidelis animæ protectio: idcirco non metuit inimicum. Defensor est ipse qui & salus: sed tamen defensor adiutor dicitur. A quo trepidabo? Dicit ecclesia: A nullo, nec à diabolo, neque ab hæretico, neque à persecutore, dum ipsum habeo defensorem.

b ¶ Dum appropinquant super me nocẽtes: ut edant carnes meas.] Accedunt: ut excitatis in me prioribus delictis, corpus meum rabido dente dilacerent. Vel dum appropinquãt super me nocentes, ut edãt carnes meas: id est, dæmones uel persecutores. Carnes uero id est, affectus carnis quia hoc est cibus ipsorum. Et tamen dãtur illis carnes edere, id est, corpora sanctorũ ad persequẽdum. Sed habent sancti cõsolationẽ à domino: Mat.10.e ut ait in euãgelio, Nolite timere eos qui occidũt corpus: animã autem nõ possunt occidere. *c* ¶ Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.] Quia dominus illuminatio mea est: qui tribulant me inimici mei, dæmones: uel persecutores, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Tunc infirmati sunt B quando Christus nostram suscepit humanitatẽ. *d* ¶ Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meũ.] Dominus enim bellator fortis, ipse pugnabit pro me. Si consistant aduersum me castra, id est, fortitudo dæmoniorum, uel persecutorum. Castra dicit secundum illud Nume.33 Castrametati sunt. Non timebit cor meũ. Ecclesia dicit, Matth.ulti. propter illud quod dominus dixit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. *e* ¶ Si exurgat in me prælium, in hoc sperabo.] Et si moueantur aduersus me pugnæ, confidens sum in his: eo quod possit deus (qui est spes mea) iniqua tela in inimicorum ora detorquere. Si insurgat in me prælium. Ista supradicta prælia, pugna dæmoniorum. Ego (dicit ecclesia) in auxilium tuum & defensionem tuam sperabo. *f* ¶ Vnam petij à domino: hãc requiram.] Quidam putant unam charitatem siue gratiam, aut certe unam petitionem dici: cum אַחַת, ahat uerbum Hebræum, absolute unum neutrali genere sonet: & legatur: Vnum petij à domino, id est, ipsum dominũ. Hunc requiram, id est, ipsum dominum. *g* ¶ Vt inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.] In domo domini, in uita perpetua: quia quamuis ecclesia hic dicatur domus: tamen non proprie, sed nũcupatiue. Vnde dicit: Beati qui Psal.83.a habitant in domo tua domine. *h* ¶ Vt uideam uoluntatem domini.] Id est, dilectionem dei: ut illud, Videbi- 1.Ioan.3.c mus eum sicuti est: sed hic per speculum. Vnam petij à domino, hanc requiram. Videamus quæ est una petitio Vt inhabitem: inquit, in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: ut in hac uita mortali, templum sanctum efficiar: in quo deus inhabitare dignetur. *i* ¶ Et uisitem templum eius.] Eis qui in terris positi, cœlestem uitam agũt, particeps fiam. Et protegar in templo sancto eius: id est protectionẽ ab ipso supra dicto habeã. *k* ¶ Quoniam abscondit me in tabernaculo suo.] In quo per fidẽ inhabitet mecum: ne mihi tentationum obuiarent procellæ. Tabernaculum diuinitatis, humanitas Christi est

mebo. Dominus protector uitæ meæ: à quo trepidabo. Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo. Vnam petij à domino hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Vt uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui, In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam uociferationis, cantabo & psalmum dicam domino. Exaudi dómine uocem meam qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me

Abscondit ecclesiam in tabernaculo suo: quia caput nostrum Christus est: & nos membra illius. Abscondit ergo ecclesiam apud se, ut dictum est, Mortui enim estis: & uita uestra abscõdita est cũ Christo in deo. *l* ¶ In die malorũ.] Nũquid dies mali sunt? Nõ, sed in nostris operibus mali dicuntur, ut Paulus dicit, Quoniam dies mali sunt. Ephe.5.d De istis præsentibus diebus dicit. Quia cui caput surfum sit, mẽbra tamen adhuc deorsum sunt usque in finẽ. Quia & hoc puto significari, quãdo ipse solus in monte: nauicula in mari iactabatur fluctibus: & ideo ab ipso protectione indigent. In die malorum, in insidiantium felicitate. *m* ¶ Protexit me in abscondito tabernaculi.] In corde credẽti ad iusticiã. *n* ¶ In petra exaltauit me.] In Christo exaltauit per fidẽ. Petra, Christus: ut Paulus ait: Petra autem erat Chri- 1.Cor.10 stus, In petra exaltauit me: In se qui est stabilis petra, ac uerissimum fundamentum. *o* ¶ Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.] Nunc, in præsenti: super inimicos, id est, super istos supra dictos, exaltatum est caput nostrum. quod est Christus: super omnes inimicos ecclesiæ. Et D nũc exaltauit caput meum, super inimicos meos, super motus carnales, qui me sæpe humiliabãt, ne cœlestia cõtemplarer. *p* ¶ Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hostiam tribulatiõis.] Circuibo, id est, exercitabor in creaturis dei: considerans orbem in Christo credentem. Quia considerat creaturas dei: cum aliquis cœlum & terram, uel mare cum suis ornamentis conspexerit, inuenit quid immolet deo, hoc est, laudem. Circuibo, hoc est, per quatuor partes mundi exempla sanctorum inquiro: & ibi inuenitur laus dei. Et immolabo in tabernaculo eius hostiam uociferationis. Quod pro nobis ad tempus humilitatem sustinuit, gaudẽs prædicabo: quia talibus hostijs delectatur. Hostiam iubilationis, hoc est, prædicationis. Iubilus dicitur, qui nec per literas: nec per syllabas, nec uerbis potest comprehendere magnitudinem laudationis dei. Hostia dicitur, quæ per partes diuiditur, & sanguis circa altare effunditur, & ipsa hostia foris comburitur. Sacrificium dicitur uinum & oleum, & medium animal. Et holocaustum, totum combustum, & uictima, antequã occidatur. Vnde Paulus: Hostiam uiuam. *q* ¶ Cantabo & psalmum dicam domino.] Cantabo, prædicabo, psalmum dicam, opere compleam: uel laudes spirituales mente concinam dilatata. Rom.12.a *r* ¶ Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me.] Per interioris enim hominis clamorem deprecor ut exaudias me. *s* ¶ Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.] Merito cor iusti, uultum uiuentis dei requirit, quia eum uidere posse confidit. Beati enim mũdo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Quæsiuit facies mea faciem tuam, hoc est, ecclesia mea faciem tuam requisiuit: hoc est, præsentiam tuam. *t* ¶ Ne auertas faciem tuam à me.] Alibi dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et hoc orandum est. Sed hic dicit: Ne auer- Psal.50.b tas faciem tuam, id est ne dimittas me in propria uolun-

ne declinẽs in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto ne derelinquas me, neque deſpicias me deus ſalutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me, dominus autem aſſumpſit me. Legem pone mihi domine in uia tua, & dirige mẽ in ſemita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mẽtita eſt iniquitas ſibi. Credo uidere bona domini, in terra uiuentium, expecta dominum. Viriliter age, & confortetur cor tuum & expecta dominum.

Pſalmus ipſi Dauid. XXVII

AD te domine clamabo deus meus, ne ſileas à me. Ne quando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Exaudi domine, uocem orationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum. Ne ſimul tradas me cũ peccatoribus, & cum operãtibus iniquitatem ne perdas me.

A tate, ſicut dictum eſt: Tradidit illos deus in reprobum ſenſum: hoc eſt permiſit. *a* ¶ Ne declines in ira à ſeruo tuo.] Seruus ſi dominum terrenum offendit, cum pauore & metu eſt: quanto magis homo, ſi deum cœleſtem offendat? Ergo hoc rogat eccleſia, ut illam hic corripiat: & illam uideat Vt non ab illa cum ira diſcedat, ſed ut illa gerat ea à quibus nõ declinet: ſed facie propiciata reſpiciat. *b* ¶ Adiutor meus eſto domine, ne derelinquas me, neque deſpicias me deus ſalutaris meus.] Adiutor in præſenti. Eſto tam de præſenti, quàm de futuro ꝓtinet. Ne derelinquas me: neque hic, neque in futuro. Neque deſpicias me deus ſalutaris meus. Salutaris noſter Chriſtus eſt: & hoc rogat eccleſia, ut non deſpiciatur ab illo: id eſt, non committat illud peccatum per quod à deo deſpiciatur. Ne derelinquas me, cum crucifigo carnes meas cum uitijs & cõcupiſcentijs. Neq; deſpicias me deus ſalutaris meus, qa & ſi mortalis ſum, tamẽ cœleſtia quæro. *c* ¶ Quoniam pater meus & mater mea &c.] Pater
B diabolus: mater, Babylonia uel gẽtilitas antequàm Chriſtus ueniret in mundum, parentes nobis fuerunt, Modo pater noſter, deus eſt, & mater noſtra, Hieruſalem cœle-
Gal.4.d ſtis: ut ait Paulus: Hieruſalẽ quæ eſt mater noſtra. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit me. Regnum mũdi & ciuitates huius ſeculi quæ me genuerunt, & caduca promittebant, reliqui, & à te aſſumptus, ab his ſum derelictus. Quia pater meus & mater mea dereliquerunt me. Poteſt & de Dauid ſimpliciter accipi, quod minimus inter fratres, à parentibus contemptus, à deo electus eſt per Samuelẽ. In commune uero, parentum in filijs amor morte finitur: dei amor creſcit in tempore. *d* ¶ Legem mihi &c.] Legẽ, temetipſum, qa ipſe eſt lex. *e* ¶ In uia tua.] Id eſt, mãdatis tuis. Quæ ſunt illa mãdata? Vt non declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram: & non reſpicias retro, ut il-
Luc.9.g lud: Nemo ponens manum ſuam in aratro & aſpiciẽs re-
Luc.17.g tro, aptus eſt regno cœlorum. Et item: Memores eſtote uxoris Lot. Et ea quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. Legem pone mihi domine in uia tua. *f* ¶ Et dirige me in ſemita recta.] Vt non declinem à dextris & ſiniſtris, ſed tua ſequens mandata, uiam q; regiam gradiens, terram repromiſſionis ingrediar. *g* ¶ Propter inimicos meos.] Carnales motus, dæmones, hæreticos pſecutores. *h* ¶ Ne tradideris me in animas perſequentium me.] Vt non ſatietur anima eorum de aduerſitatibus quæ accidunt mihi. *i* ¶ Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.] Inſurrexerunt in me, dicentes mendacium: ſed cum in te confiderem, deſtructi ſunt in mendacio ſuo. Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Contra Chriſtum teſtes iniMatth.26.f qui ſurrexerunt, quando dixerunt Iudæi: Hic dixit: deſtruite templum hoc, & in triduo reædificabo illud. Vel contra eccleſiam dicunt aduerſarij. Mentita eſt iniquitas ſibi: id eſt, ſibimetipſis mẽtiti ſunt, & non mihi: quia uniuſcuiuſque uitium in ſuum recurrit autorem. Et mẽtita eſt iniquitas ſibi. Teſtes flagitioſi, in eo quod contra alios mentiuntur, ſibi mentiuntur: dum in ſe ſupplicia C
præparant, putantes deum non uindicare mendacia. *k* ¶ Credo uidere bona dñi, &c.] Vox eccleſiæ. In terra uiuentiũ, quia pignus noſtrũ illic ſurſum habemus, quod eſt Chriſtus. Ille accepit de noſtra terra mortale corpus, & nos ab ipſo accepimus ſpem & fidem, & per ſpem & fidem credentes, perueniemus in terrã uiuentiũ: in qua ſancti capient hæreditatem regni cœlorũ. *l* ¶ Expecta dominum.] Id eſt uſque in finẽ ſeculi quicquid tibi acceſſerit, pro Chriſto patiẽter ſuſtine. *m* ¶ Viriliter age,] Id eſt fortiter age: ut dixit angelus ad Ieſum: Con- Ioſue.1.b
fortare & eſto robuſtus. *n* ¶ Et cõfortetur cor tuum.] Hoc eſt, anima tua. *o* ¶ Et expecta dominum.] Hoc eſt, ſuſtine dominũ. Propheta hic hortatur fidelem illum, qui uſque nunc locutus eſt, dicens: Expecta primum, ut contra certamina mundi à deo conforteris. Expecta deinceps: ut uictor ab eodem domino coroneris: quia non
D coronabitur, niſi qui legitime certauit. Nos uero deprecemur dominum: ut ipſo confortante, ſuſtinendo uirilicemur dominum: ut ipſo confortante, ſuſtinendo uirili-
ter mundialium fluctuum procellas expectemus per fidem: quoaduſque ueniat reddere, quæ dignatus eſt polliceri. *p* ¶ Pſalmus ipſi Dauid] Pſalmus uocem habet ipſius mediatoris, paſſionis in conflictu loquentis ad patrem. Quæ autem inimicis optantur: non maliciæ eſt, ſed ratio prophetiæ prædicentis: quæ eis pro malis ſuis immineant. Vel uox hominis aſſumpti in diuinate, Cla- Mar.15.e
mauit Ieſus in cruce, & dixit: Eli, Eli. XXVII

AD te domine clamaui deus meus.] Vt me clarifices illa claritate quam habui apud te priusquam mundus fieret: quia nunc hominem aſſumpſi. *r* ¶ Ne ſileas à me.] Sed loquaris: quia æqualem tecum habeo æternitatem. Ne ſileas à me, hoc eſt: non me derelinquas. *s* ¶ Et ero ſimilis deſcendentibus in lacum.] Id eſt, in miſeriam iſtius uitæ, quia ſi diuinitas ab eo receſſiſſet, ſimilis nobis in miſeria fuiſſet. Si ſilueris, ero ſimilis pereuntibus: tamen ſi taceas, non cognoſceris. *t* ¶ Exaudi uocem deprecationis meæ dum oro ad te.] Orauit Chriſtus in cruce pro toto mundo, & pro Iudæis, & pro apoſtolis. *u* ¶ Dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum,] Extollo manus meas, id eſt extendi eas in cruce. Ad templum ſanctum, id eſt ad hoc extendi, ut templum tibi præparare, hoc eſt, corpus eccleſiæ. Et aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Lacus ſignificat infernum: locum uidelicet eorum qui ſub cuſtodia retinentur. Et alibi ſcribitur: Vſque ad captiuam quæ erat in lacu. Exaudi uocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum, in cruce ſcilicet pro credẽtibus, qui templum tuum futuri ſunt. *x* ¶ Ne ſimul tradas me cum peccatoribus.] Peccatores, latrones inter quos pendebat: ut ait propheta: Et inter iniquos deputatus eſt. *y* ¶ Cum operantibus iniquitatem ne perdas me.] Id eſt, in die iudicij cum his latronibus, aut cæteris malis. Tam ad Chriſtũ, quàm ad eccleſiam pertinet: ut non ſic pereã mortẽ ſuſcipiens, ſicut operarij iniquitatis

¶ Cum

A a ¶ Cum his qui loquũtur pacem cũ proximo suo: mala autem sunt in cordibus eorum.] Loquebantur Iudæi pacem cum Christo dicentes: Magister scimus quia uerax es, & quia à deo uenisti magister, & uiam dei in ueritate doces. Mala autem sunt in cordibus eorum, quando interrogabant eũ, Licet tributum dari Cæsari, an non? b ¶ Da illis secundũ opera eorum.] Quite non intelligũt per beneficia, intelligant per cruciatus: ut male agentes, bona tua inuenire nõ possint. Propheta nõ optãdo sed pronunciãdo, dicit. Ac si dixisset: Daturus es illis uindictam in die iudicij. c ¶ Et secundum nequitiam adinuentionũ ipsorum &c.] Studia eorũ sunt, ut mihi noceãt & laqueos tentationum intendãt: ideo iustum est, ut in his ipsi deficiãt. d ¶ Redde retributionẽ &c.] Ipsi enim reddiderũt mala pro bonis, te non intelligentes. e ¶ Quoniã nõ intellexerũt &c.] Machinæ eorum quæ cõtra ecclesiam meã eriguntur nihil prævaleant. f ¶ Benedictus dominus.] Pater. g ¶ Quoniam exaudiuit uocem deprecationis meæ.] Respondens ante passionem, Et clarificaui, & iterum clarificabo. h ¶ Dominus adiutor meus.] In passione. i ¶ Et protector meus.] In morte. k ¶ Et in ipso sperauit cor meũ.] Humanitas in diuinitate. l ¶ Et adiutus sum.] In tribulatione, ut resurgerem. m ¶ Et refloruit caro mea.] Caro Christi in resurrectione refloruit, Vel refloruit caro mea: refloruerunt apostoli: quia post negationem, ad fidem uenerunt. Refloruit caro mea, procedens è tumulo incorrupta. Et refloruit caro mea. Pro carne, Theodotio, cor interpretatus est. Aliter: Quippe resurreximus cum Christo. Et de resurrectione dicitur, Ossa uestra ut herba oriẽtur. n ¶ Et ex uoluntate mea confitebor illi.] Ipsi patri: ut illud: Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et ecclesia Christo: ut illud, prouidentes gregem: nõ coacte: sed uoluntarie. Et item, Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo. Et ex uoluntate mea confitebor ei, non ex necessitate. Confitebor tibi per baptismũ. o ¶ Dominus fortitudo plebi suæ.] Populo Christiano. p ¶ Et protector salutarium Christi sui est.] Quicunq; in Christo baptizatus est, & ipse Christus uocatur. Sciendum autem, quod & iste psalmus, excepta una litera, in Hebræis uoluminibus scriptus sit secundũ ordinem literarum. Protector, hoc est, defensor. Salutarium Christi sui est. Pluraliter dicit: quia omnes uirtutes Christi, diuinitas custodit. q ¶ Saluum fac populum tuum domine.] Hoc est, populum Christianum. Vel saluam fac plebem tuam domine, quam morte mea redemi. r ¶ Et benedic hæreditati tuæ.] Quam per corporis & sanguinis mei mysterium in ecclesia congregasti. Hæreditas christi sua ecclesia: de qua dixit: Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam. s ¶ Et rege eos & extolle illos usque in seculum.] Rege illos, ac si dicat: Tu rege, non diabolus, nec peccatum. Et extolle eos usq; in seculum, hoc est: defende eos usq; in seculũ, in uita æterna. Tu domine rege & eleua nos: qa populus tuus sumus: ut in hac uita quæ tibi sũt placita faciẽtibus ab hac mortalitate in immortalitatẽ te cõmutãte extollamur: id est, in cœlestibus eleuemur, regnaturi cũ sanctis tuis. t ¶ In finẽ psalmus Dauid, in cõsummatiõe tabernã.] Quãdo arca de captiuitate Philistinorum reducta est, pro qua multa mala habuerunt: dimissa est in Silo, & Dauid ædificauit ei tabernaculum: in quo hortatur populum, ut offerant sacrificia deo. Dauid apertissime figuram Christi tenet, & arca figuram ecclesiæ. Sicut Dauid reduxit arcam de captiuitate sic & Christus reduxit arcã, hoc est, sanctam ecclesiam de captiuitate, id est, de potestate diaboli. Psalmus ergo uocem continet prophetæ, loquentis de perfectione ecclesiæ in hoc seculo congregatæ.

Mat.22.b

b

Cũm his qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum operã eorum, & secundum nequitiãm adinuentionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis, reddẽ retributionem eorum ipsis. Quoniãm non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius destrues illos, & nõ ædificabis eos. Benedictus dominus quoniãm exaudiuit uocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. Et reflorũit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebi suæ, & protector saluationũ Christi sui est. Saluum fac populũm tuũ domine, & benedic hæreditati tuæ, & regẽ eos & extolle illos usq; in æternũ. Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII

Mat.11.d

1.Pet.5.a

Psal.53.b

B

Ioan.12.e

Psal.2.b

C

XXVIII.

AFfertẽ domino filij dei, affertẽ domino filios arietum. Affertẽ domino gloriam & honorem, affertẽ domino gloriam nomini eius, adoratẽ dominum in atrio sancto eius. Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas

A Fferte domino filij dei.] Qui per gratiã in adoptionem filiorum uocati estis. Vox Christi prædicatores admonet: Afferte prædicationem: & exemplum, uel fidem & opera. x ¶ Afferte domino filios arietum.] Quos per euangelium duces gregum apostoli genuerunt. Arietes apostoli dicũtur. Arietes in capite duo cornua habẽt. Et sancti apostoli duo cornua habuerunt, id est, duo testamenta prædicauerunt. Filij arietum, successores apostolorum sunt: quos generauerunt per uerbum prædicationis, Cõsummatio tabernaculi secundũ sensum, perfectio ecclesiæ est: coniuncta de Iudæis & gẽtibus hic in præsenti. y ¶ Afferte domino gloriam & honorem.] Vt per opera uestra glorificetur æternus deus per uerbum & exemplum. Vnde dicit: honorificabãt & glorificabant. Filios generant (ut diximus) per prædicationem, ut Paulus dixit: Per euangelium ego uos genui. Hoc est gloria & honor dei. z ¶ Afferte dño gloriã nomini eius.] Gloriosum per uos nomen eius in cunctis innotescat. Nomen patris, filius est: gloria christi, ecclesia est. a ¶ Adorate dominũ in atrio sancto eius.] Dilatate cor uestrũ in sanctificatione perfecta in qua deus habitet, id est, in ecclesia, uel in conscientia: ubi unusquisque ipsum adorare debet. b ¶ Vox domini.] Prædicatio domini. c ¶ Super aquas.] Super populos. Vt illud: Aquæ multæ, populi multi. Vel uox domini super aquas, id est, in baptismo super Christum, ut dicit, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Super aquas: quia populus qui ibidem aderat, uocem audiuit. Vel super aquas, ut apostolis ait: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. d ¶ Deus maiestatis.] Deus potestatis. e ¶ Intonuit dominus super aquas multas.] De tabernaculo corporis assumpti, terribiliter populis conuersionem prædicauit, dicens: Pœnitentiam agite, appropinqua/bit enim regnum cœlorum. Sicut tonitruum à nube procedit, ita & Christus intonuit à nube, hoc est,

1.Cor.4.d.

Apoca.17.d

Matth.3.d

Matt.ultio

Matt.3.d

D

A de corpore ſuo,qñ dixit: Pœnitentiam agite. *a* ¶ Vox domini in uirtute.] In credentibus potens facta, quãdo dixit: Lazare ueni foras. Vel in uirtute,qua in unoquoque ſancto loqtur. *b* ¶ Vox domini in magnificẽtia.] Quando magnificatur per opera ſanctorum. Magnificẽtia, eccleſijs dilata. *c* ¶ Vox domini cõfringentis cedros.] Cedri dicuntur omnes ſublimes,& excelſi,uel ſuperbi. Confringet illos: aut per pœnitentiam,aut in die iudicij in uidicta, Cedros,ſupbos quoſque. Ecce ſecuris ad radices arborũ poſita eſt. Confringentis cedros humiliãs ſupbos. Sciẽdum, quod Cedrus duas habet intelligentias,ſicut & unicornis: hoc eſt, ſi ad bonam partem iuſtos,ſi ad malã, peccatores ac ſuperbos oſtendit. *d* ¶ Et cõfringet dominus cedros Libani.] Cõteret per pœnitentiã elationes eius,ac collidet dũ ignobilia elegit: ut fortia conterat & cõfundat. *e* ¶ Et comminuet eos ut uitulos Libani.] Ramos earum & uirgulta calcibus uerberans. Pro hoc in Hebræo habet, & uitulus Libani. Exciſa ſuperbia ac petulantia, adducit eos ad imitationem humanitatis ſuæ: quia tanquam uitulus immolatus eſt. Iſte uitulus eſt ſaginatus qui occiſus eſt, hoc eſt,
B Chriſtus pro ſalute mundi. Sicut confringit uitulus de cornibus uirgulta tenera, ita Chriſtus confregit Iudæos. Vnde dixit: Iam ſecuris ad radices arborum
Matth.3.c poſita eſt. *f* ¶ Et dilectus quemadmodum filius unicornium.] Factus eſt dilectus filius dei per aſſumptionem corporis,filius Iudæorum:& contriuit eos qui per ſuperbiam ſingularem,ſuam erigere iuſticiam conabãtur. Chriſtus eſt filius Iudæorum: quia ex ſtirpe eorum ſecundum carnem fuit. Iudæi unicornes dicuntur, pro una lege quam habuerunt,per quã in ſuperbiã ſe extulerunt. *g* ¶ Vox domini intercidentis flammam ignis.] Pœnitentiam Ioannes in deſerto prædicans,omnem gehennæ reſtinguebat ardorem. Intercidentis,id eſt, diuidentis perſecutorum furentem iracundiam: cum alij di-
Ioan.7.b cerent,hic eſt Chriſtus: alij autem dicebant,non: ſed ſeducit turbam. Ille uero præcidens hunc furorem, credẽtes aſciuit charitati ſuæ: incredulos autem reliquit. Poſt flammam ſonus uenit,ita & poſt prædicationem perſecutio. Vox domini intercidentis,id eſt auxiliũ illius inter perſecutores: qa ſuis ſanctis ſubnenit. Intercidẽtis flãmã illam flammam idoli,ubi tres pueri fuerunt. Vel quotidie in unoquoque noſtrum,flammam libidinis per confeſſionem & gratiam ſancti ſpiritus intercidit,id eſt, per orationem ſacerdotis facit ceſſare: ſicut legimus per Aa-
Nume.16.g ron,deum feciſſe in deſerto. *h* ¶ Vox domini concutiẽtis deſertum.] Anima quæ deſerta fuerat occupantibus ante ſe uitijs,ad uerba pœnitentiæ commouebitur: ut ex eũtibus uitijs ab illa,habitabilis deo fiat. Vox domini concutientis deſertum. Ad fidem cõmouens Gentes deſertas: in quibus nullus ſulcus prædicationis impoſitus erat ad ſuſcipiendum uerbum dei. Vel gentes quæ deſertæ erant,conuerſæ ſunt de infidelitate ad fidem per uerbum prædicationis. *i* ¶ Et commouebit dominus deſertum Cades.] Tunc celebrabuntur hac mundi ſolitudine uerba ſancta legis, quæ prius à Iudæis non intelligebãtur: quia Cades,interpretatur ſancta. Vel aliter: Cõmotio tineæ. Bene illos tineæ cõparauit: quia ſicut tinea pannos comedit: ſic conſciẽtia eorũ eos comedebat. Cõ- C
motio tineæ dicitur, eo quod commouit illos de illorum conſcientia praua, ad fidem eccleſiæ. *k* ¶ Vox domini
Ioan.11.e præparãtis ceruos.] Ceruos uolunt quidam quaſi ſeparatores uenenoſarũ linguarũ in eccleſia. Cerui,prædicatores. Præparauit illos,quando miſit in-
Vox domini in uirtute,uox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros. & confringet dominus cedros Libani. Et comminuet eos tanquam uitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis, uox domini concutientis deſertum, & commouebit dominus deſertum Cades. Vox domini præparantis ceruos & reuelabit condenſa,& in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus diluuium inhabitare facit,& ſedebit dominus rex in æternum. Dominus uirtutem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.

Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX

EXaltabo te domine quoniã ſuſcepiſti me, nec de-

ſos prædicare,Cerui tranſeunt & calcãt ſpinas uel ſerpentes, ſic & prædicatoresue nena diaboli, & ſpinas peccatorũ tranſeunt,& ad altiora fugiunt,id eſt,ad theoricam uitã. *l* ¶ Et reuelabit cõdẽſa.] Obſcura diuinarum ſcripturarum ſiue myſteriorum cœleſtiũ, per ſpiritum ſanctũ patefecit. Vnde in euãgelio illi duo quibus ipſe appuit, dicebãt,
Luc.24.e Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cũ loqueretur in uia & aperiret nobis ſcripturas? *m* ¶ Et in templo eius.] Hoc eſt,in eccleſia. *n* ¶ Omnes dicent gloriam.] Collaudant claritatem dei. Vel gloria patri, & filio,& ſpiritui ſancto. *o* ¶ Dominus diluuium inhabitare facit.] Aridam terram deus non poſſidet. Simul attende uim uerbi: quod non dixerit aquas,ſed diluuium, ut abundantiam gratiæ ſpiritualis oſtenderet: tanquam in arca
D Noe ſanctos à fluctibus ſeculi huius protegẽs. Et modo inhabitat diluuium in conſcientia per abundantiam ſpirituſſancti per quem delentur peccata. *p* ¶ Et ſedebit dominus rex in æternum.] In eccleſijs,uel in ſanctis,qui ſedes eius effecti ſunt: uel humanitas Chriſti ad dexterã dei patris. Reges,ſancti dicũtur, qui ſe regunt. *q* ¶ Dominus uirtutem populo ſuo dabit.] Id eſt,uirtutem fidei. Populo ſuo, populo Chriſtiano: dimicanti contra huius mundi turbines ac procellas. *r* ¶ Et benedicet populo ſuo in pace.] Populo Chriſtiano benedicet & hic & in futuro,quando dicturus erit: Venite benedicti
Mat.25.e patris mei. In pace ſemetipſo: qa ipſe eſt pax noſtra,qui fecit utraque unũ. In ſeipſo nos benedicit pax uera Chriſtus dominus,qui ſumus eccleſiaſtica plebs. *s* ¶ Pſalmus cãtici in dedicatione domus Dauid.] Pſalmus cantici,laus cum opere: dedicatio domus Dauid, reſurrectio ſaluatoris intelligitur: in qua omnia uaſa corpora dedicantur. Dauid figuram Chriſti tenet. Domus Dauid, domus Chriſti,id eſt,humanitas, domus eſt diuinitatis. Tunc ædificauit domum quando humanitatem carnis aſſumpſit. Et tunc dedicauit, qnando à mortuis eum reſurgere fecit. Et modo ædificatur domus Dauid,id eſt, Chriſti: hoc eſt,eccleſia uſque in finem ædificatur: ſed in reſurrectione dedicatur,quando immortalitatem acceptura eſt. Vocẽ redemptoris noſtri continet, qui per reſurrectionem corporis ſui eccleſiam(quæ omnium mater eſt)acquiſitam,ſuo nomini dedicauit. XXIX

EXaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me.] Excelſe te glorificabo pater: quoniam ſuſcepiſti me de morte Exaltabo te domine. Vox Chriſti ad patrem,& uox eccleſiæ ad Chriſtũ. Exaltabo te. laudato te. Quoniã ſuſcepiſti me: id eſt, Chriſtũ ad dexterã patris. Et Chriſtus ſuſcepit eccleſiam,quãdo humanitatẽ carnis aſſumpſit. *u* ¶ Nec delectaſti inimicos meos ſuper me.] Vt meo iucundarentur interitu. Quomodo dicit: nec delectaſti inimicos, dum & Iudæi Chriſtum crucifixerunt,& cõſpuerunt,& flagellauerunt,& perſecutores delectantur ſuper eccleſiam,quando perſequuntur? Sed nec Iudæi delectati

lectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam? Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi,

A ctati super Christum fuerunt: quia non potuerunt eum extinguere sicut uoluerunt. Sed hic non intelligendū de hominibus, Sed de dæmonibus, qa delectari cœperūt, quando æstimauerunt eū cū latronibus ad infernū ducē dū: sicut in mōtem se permisit ab eodē duci, Sed nō fuerunt delectati dæmones: qa tūc & pricipē & suos subiectos liga uit: ita net super eccle siam erūt delectati in die iudicij, qñ dicturi erūt sancti, Vbi est mors aculeꝰ tuꝰ, ubi est mors uictoria tua
1.cor.15.g Absorpta est mors in uictoria, id est, in uictoria sanctorū disrupta est. *a* ¶ Dñe deus meus &c.] Dñe deꝰ meus. Oratio Christi siue ecclesiæ. Sanasti me, resurgere me fecisti: ut corpus mortalitati obnoxiū, non corrūperetur à morte. *b* ¶ Reuocasti ab inferis animā meā.] Id est, animā Christi cum alijs animabus sanctorum deus de inferno reuocauit. Ipse se resuscitatū
Rom.4.d à patre pronunciat, sicut ait Apostolus: Qui crediderit quod deus illum suscitauit à mortuis, saluus erit. *c* ¶ Saluasti me à descēdētibus in lacum.] Id est, de miseria istius uitæ præsentis. Vel de lacu inferni, ubi animæ
B peccatorum sunt: ne sicut illi, præceps caderem in mortem. Hinc tam immensum miraculum propheta cernēs, exultat & dicit. *d* ¶ Psallite domino sancti eius, & cōfitemini memoriæ sanctitatis eius.] Quod memoratus uestri sanctificauit uos, uocādo ad agnitionē nominis sui. Psallite domino sancti eius. Propheta hortatur sanctos, ut laudent illum à quo saluati sunt. Et cōfitemini memoriæ sanctitatis eius. Memoria, id est, ut memores sitis beneficiorū eius: qualiter uos de peccato redimere uenit. *e* ¶ Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate ipsius.] Non quod ira aut indignatio in deo sit, sed iusta uindicta. Indignatio dei fuit, quando Adam peccauit. Ira, iusta uindicta intelligitur: quando eum à paradiso deiecit. Et uita in uoluntate ipsius, id est sicut per deū iusta uindicta super ipsum Adā uenit: ita per ipsum, id est, deum uita restituta est: quando humanitatē carnis assumpsit. Quoniam ira in indignatione eius: cum se de impijs uindicat. Et uita in uoluntate ipsius: ut qui fecerit uoluntatem eius, maneat in æternum. *f* ¶ Ad uesperam demorabitur fletus.] Cum in passione eius tenebris obtecta omnia essent, apostoli in fletu & gemitu morabantur. *g* ¶ Et ad matutinum lætitia.] Futuram domini gloriam, quæ matutina eius resurrectione præfloruit, figurauit. Ad uesperū demorabitur fletus, & ad
Gene.3.b matutinum lætitia. Vesper post meridiem dicitur. Post meridiem Adam in paradiso uocem domini audiuit de ambulātis, & sub arboris folijs se contexit: tremefactus, eo quod pactum transgressus esset. Vespera, tota ista uita præsens intelligitur: quia per peccatū Adæ, omnes usque in finem seculi gemūt. Fletus, quia fletum habet homo, quando recordatur bona paradisi quæ perdidit in Adam. Et ad matutinum lætitia, id est: in resurrectione, quando simul iā ad libertatem restitues. Vel uesperū, quando flebat Maria & apostoli in passione domini. Et mane lætitia, quando resurrexit, ut dictum est mulieribus: Ite & nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam,
Ioan.20.f ibi me uidebunt. Et dixerunt mulieres ad apostolos, Vidimus dominum, & hæc dixit nobis. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Potest hoc & C
de tēpore passionis (sicut superius) & de resurrectione & cōsummatione seculi accipi. *h* ¶ Ego autē dixi in abūdantia mea, non mouebor in æternum.] Hæc redēptus populus dicit: Iam nullam à te satiatus patior egestatē: neque in te defixus. commoueor. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternū. Vox Adā in paradiso: qa sine fine ibidē se putabat esse. Et dum sic cogitasset, & tanta bona ei dedisset: cœpit cogitare qd esset causæ, cur præcepisset ei deus me contingeret de pomo uetito. Hoc uero, inquit, probare uolo. Et contigit, & probauit: quia proiectus est. *i* ¶ Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem.] Et ipsa est uox Adæ postquā proiectus est de paradiso pro sua culpa. Tunc cognouit quod sapientia lucis ab eo recessisset, & quod à deo in paradiso collocatus fuerat abundantiæ, non à semetipso. *k* ¶ Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.] Tunc auertit faciem suam deus ab Adam, quando peccauit. Et tunc cōturbatus est, quā do sub maledictione de paradiso proiectus est. Et unusquisque homo quando de suis cōturbatur peccatis. Vel D
aliter, Domine in uoluntate tua, & non ex mea præstitisti decori meo, corpori assumpto: uirtutē, ut te cognoscerem. Auertisti faciem tuam à me, cum peccarem, & factus sum conturbatus. Ignorabam enim adhuc lumen ueritatis tuæ. *l* ¶ Ad te domine clamabo, & ad deum meū deprecabor.] Christus dominus hoc dicit, qui pro redempto populo interpellat ad patrem. Christus clamauit in cruce: & ecclesia in persecutione. *m* ¶ Quæ utilitas in sanguine meo, dum descēdo in corruptionem.] Si non resurrexero: nam quia effusus est sanguis meus, surgam & sit utilitas: ut acquiram omnes gentes resurrectione mea. Humanitas Christi ad patrem loquitur: ac si dixisset. Nulla est utilitas quod sanguinem effudi, nisi resurrexero à mortuis. Vel quæ utilitas in sanguine meo, id est, in gente meaꝰ Iudæorum nulla est utilitas: quia non credunt, nisi hominem purum tantum. Non solum non crediderunt, sed etiam latus eius aperuerūt. *n* ¶ Nunquid confitebitur tibi puluis.] Non poterit turba impiorum, quæ adhuc uelut puluis omni uento doctrinæ mouetur, iustificari, si ego non resurgam. Si ego non resurrexero, non confitebitur tibi puluis. Puluis, id est, impij uel infructuosi. *o* ¶ Aut annuncia bit ueritatem tuam.] Id est, Christum tuum, ac si dicat, Si non resurrexero, non annunciant. *p* ¶ Audiuit dominus & misertus est mei.] Audiuit dominus, deus pater, & misertus est mei. Vox Christi, quia resurgere me fecit à mortuis. *q* ¶ Dominus factus est adiutor meus.] Defensor meus, qui me fecit primogenitum mortuorum. *r* ¶ Conuertisti planctum meum:] Cum dicerem: Tristis est anima mea usque ad mortem. *s* ¶ In gaudium mihi.] Cum resurgens dixi, Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæā, ibi me uidebunt. Sed hæc sicut à Christo, ita etiam ab ecclesia dicuntur: cuius planctus resurgente domino, in gaudium est conuersus, & quæ deinceps cum ipso domino, & ad ipsum dominum iam mundata agni sanguine dicit.

conscidisti saccum meum, & circũdedisti mẽ lætitia. Vt cantẽt tibi gloria mea & non compungãr, dominẽ deus meus in æternum confitebor tibi.

In finẽm psalmus Dauid pro ecstasi. xxx

IN te domine speraũi, non confundar in æternum: in iustitiã tua libera me, & eripe me. Inclinã ad me aurem tuam, accelera ut eruãs me. Estò mihi in deum protectorem, & in domũm refugij, ut saluum me facias. Quoniam fortitudo meã & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me & enutriẽs me. Educẽs me de laqueo hoc quem absconderũt mihi, quoniam tũ es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti mẽ domine deus ueritatis. Odisti obseruantẽs uanitates, superuacue. Ego aũtem

A a ¶ Conscidisti saccum meum.] Velamentum peccatorum meorum: quia saccus & ciliciũ ad peccatores pertinet. Dum ergo dicit: cõscidisti saccum meum. & alibi dicit: Induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam, & quidem Christus non est usus isto indumento: quid est saccus Christi, nisi mortalitas quam de nobis assumpsit? Tunc conscissus est iste saccus, quando resurrexit & immortalis effectus est. Et licet habuit saccum, sed non habuit opus sacci, id est, peccatũ: de quo
Esa.53.c scriptũ est: Qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Nobis ergo necesse est saccum & ciliciũ induere: quia opus sacci habuimus id est, peccatum
b ¶ Præcinxisti me lætitia.] Id est, lætitia resurrectionis. si ue Christum siue ecclesiam in futuro, induens me stola prima immortalitatis per resurrectionem tuam. c ¶ Vt cantet tibi gloria mea.] In his qui crediderunt gloriæ resurrectionis. d ¶ Et non compungar.] A stimulis peccatorum. Neque Christus: quia nullum habuit peccatum. e ¶ Domine deus meus in æternum confitebor tibi.] Id est, sine fine laudabo te. In his (ut iam dixi) tibi concinam atque confitear: qui in me cõgregati sunt per resurrectionem meã. Omnia enim quæ in hoc psalmo
B humiliter de Christo dicuntur: ad assumptionem corporis magis referenda sunt, quàm ad potentiam deitatis. Nos quoque supplices deprecamur: ut cõuertat dominus in gaudium planctum nostrum remissa mole facinorum: ac mysterio resurrectionis suæ lætificatos, attollere dignetur in cœlum: pro quibus descendere dignatus est in infernũ. f ¶ In finem psalmus Dauid.] Psalmus ipsius mediatoris initio continet uocem: deinde redempti sanguine eius populi, gratias agentis, ex ipsius interponitur persona prophetæ. Ait ergo redemptor ad patrem. xxx

IN te domine speraui, non confundar in æternum.] In te pater spes est corroborationis meæ, dum mihi tanquam cæteris hominibus insultant aduersarij, uel illudunt. Vel uox prophetæ ex persona ecclesiæ dicit, non confundar: quia recte confiteor fidem trinitatis. In te domine speraui: In te, non in me. Non confundar in æternum: quia qui illum integre confitentur, non confundentur neque hic, neque in futuro. h ¶ Et in tua iustitia libera me & eripe me.] De fouea quã statuerũt animæ meæ. Quia nisi à deo iustificemur, per nos non possumus iustificari. Vnde scriptum est. Qui se iustificat, ipse se condemnat. Vnde & Paulus de quibusdam dicit,
Iob.9.c Rom.10.c Suam quærentes statuere iusticiam, iusticiæ dei nõ sunt subiecti. i ¶ Inclina ad me aurem tuam.] Vox ecclesiæ ad Christum. Per aurem benignitas dei intelligitur. Inclinat Christus aurẽ, quando exaudire dignatur. Vel tunc inclinauit deus aurem suam, quando misit uerbũ suum, & nos exaudiuit in mundo: & intantum inclinauit, ut nostra peccata digito in terra scriberet. k ¶ Accelera ut eripias me.] Accelera, id est, festina: ut eripias me
Philip.1.c Vult sancta ecclesia liberari de corpore, ut ait Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. l ¶ Esto mihi in deum protectorem.] Vox ecclesiæ. In deum protectorem, in deum defensorem: quia multi sunt dij nociui
1.Cor.8.b qui non prosunt. Vnde Paulus dicit: Sunt quidem dij multi, & domini multi: nobis tamen unus deus, una fides, unum baptisma. Esto mihi in deum protectorem tanquam proximus. m ¶ Et in domum refugij ut saluum me facias.] Quia ecclesia tempestate persecutionis, ad deum habet refugiũ. Vt saluum me facias à peccatoribꝰ. Domus autem refugij ipse est in quo pater inhabitat. Multi uolũt fugere à præsentia dei: sed nõ possunt euadere, ut ait propheta, Et à facie tua quò fugiam? Sed nos (dicit ecclesia) insimul in domo habemus refugium, Psal.138.b hoc est, in ipso qui est deus. n ¶ Quoniam firmamentum meũ & refugiũ meũ es tu.] Ad sustinendos eos qui in me sæuiunt. Vel firmamentum fidei, & refugiũ meum es tu: refugiũ meum dicit: quia ecclesia in Christo habet refugium, ut ait propheta. Domine refugium factus Psal.89.a es nobis. o ¶ Propter nomen tuũ educes me.] Vt hoc notum faciam gentibus crediturus. Propter nomen tuũ dux mihi eris, Quando ego facio aliquid boni, nomen domini ex hoc glorificatur. p ¶ Et enutries me.] Aggregatis paulatim sanctis, educas ecclesiam tuam, quæ in me fundatur. Et enutries me. Tunc enutriuit ecclesiã, Ephes.5.f quando nostrã carnem suscepit. Vnde & Paulus: Nemo enim carnem suã odio habet, sed nutrit & fouet. Et enutriuit nos, ut fortes simus. q ¶ Et educes me de laqueo D quẽ absconderunt mihi.] Laqueus dicitur capio: quia quamdiu in uia es, hoc est, in Christo, non times in laqueum cadere: quia laquei secus uiam ponuntur. Via, Ioan.14.a Christus est: sicut ipse ait: Ego sum uia. Et tu si es in uia, hoc est, in Christo, non times cadere in laqueum diaboli: quia omnis laqueus ab ipso est. r ¶ Quoniam tu es protector meus: in manus tuas commendo spiritũ meum.] Vox Christi ad patrem in passione: quando cõ Luc.23.f. mendauit animam suam, & dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Quod commendatur, saIoan.20.d luum recipitur. Et ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Tu es protector meus. Vox ecclesiæ. In manus tuas commendo spiritum meum: hoc est, in potestatem tuã commendo animam meam. Hoc exemplum accepit ecclesia à Christo. Hoc & sanctus Stephanus fecit: hoc & Act.7.g sancti orant, quando exeunt de corpore, ut illud: Fideli creatori commendant animas suas in benefactis. Hoc in cruce positus dominus dixit, quod in patris manus spiritum commendauerit: cito eum ipso resuscitãte sumpturus. Dicat nunc populus redemptus sanguine agni.
s ¶ Redemisti me domine deus ueritatis.] Qui es ueritas & uita: quia quod promisit deus, non mentitur. Sicut promisit per seruos suos prophetas, ita & uenit, & I.Cor.6.d redemit nos sanguine suo. Vnde & Paulus dicit, Empti enim estis precio magno. t ¶ Odisti omnes obseruantes uanitatem superuacue.] Superuacue dicit: nõ quod deus odiat quenquàm. Absit hoc sentire. Sed qui istam tantummodo uitam præsentem amant, & cœlestia contemnunt sperantes inaniter in beatitudinem seculi seducentis, odit illos deus. Non quod odium (sicut dixi) in deum cadat, sed odire deus, qui sic faciunt, dicitur: id est repudiare: quia repudiat illos deus. u ¶ Ego autem in te domine speraui.] Vox ecclesiæ, Non in me, sed in te speraui & spero; expectans resurrectionem tuam.

¶ Exu

in domino ſperaui, exultabō & lætabor in miſericordia tua. Quoniām reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Nec concluſiſti mē in manibus inimici, ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Miſerere mei dominē quoniam tribulor, conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & uenter meus. Quoniam defecit in dolorē uita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata eſt in paupertate uirtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis. Qui uidebant me foras fugerunt à me, & obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde. Factus ſum tanquam uas perditum, quoniām audiui uituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt. Egō autem in te ſperaui domine, dixi deus meus es tu in

A a ¶ Exultabo & lætabor &c.] Pro quo exultabo, & pro quo lætabor: Pro hoc quod ſequitur: b ¶ Quia reſpexiſti humilitatē meā.] Exultabo corpore, lætabor mēte. Tunc reſpexit, quando carnem ſuſcepit: quia contemptibilis, & captiua, & deſpecta erat eccleſia. Exultabo & lætabor in miſericordia tua, pro tantæ pietatis commodo, ut me tua morte redimeres: quia reſpexiſti humilitatem meam, in ſpe illa poſitam, per quā ea quæ non uidentur deſiderātur. c ¶ Saluaſti de neceſſitatibus animam meā.] Neceſſitates corporis multæ ſunt, id eſt, manducare, bibere, dormire: uel aliud quod neceſſario eſt faciendum, ſed neceſſarium animæ, omnino unum eſt, id eſt, uita æterna. Saluauit deus animam de ſua neceſſitate: quia dedit ei uitam æternā, quod eſt ſua neceſſitas. Proinde ſaluaſti de neceſſitatibus mortis perpetuæ animam meam, quæ tibi erat charitate deuincta. d ¶ Nec concluſiſti me in manus inimici.] Illi concluduntur in manus inimici, qui perſeuerant in peccatis ſuis. Sed ego (dicit eccleſia) non concludar, quia non uolo perſeuerare in malis. e ¶ Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.] Dilataſti unitatem eccleſiæ in toto mundo. Quomodo dicit, in loco? Nunquid localis eſt deus? Et localis, & nō localis. Localis eſt ad ſe uenientibus, & non localis, quia ubique eſt, ſed inuenitur in loco pure quærentibus. Vt illud: Et motus eſt locus in quo erant ſedentes. In loco ſpacioſo pedes meos. Pedes, ſācti prædicatores, qui portant uerbum prædicationis in toto mundo, uel in eccleſiam, quam tua reſurrectione dilataſti in amplitudinem libertatis. f ¶ Miſerere mei domine quoniam tribulor.] Miſerere mei, ac ſi dicat: Fac in me miſericordiam, quoniam tribulor. Illorum uox, qui tribulantur à qualibet tribulatione. Miſerere mei domine, quoniam tribulor. Non iam mortem timens, ſed inſectationem metuēs uitiorum. g ¶ Conturbatus eſt in ira oculus meus.] Eccleſia conturbatur de uitijs & peccatis, tam de ſuis, quàm & de aliorum. Sed orandum eſt, ut ira non uertatur in odium, neque de feſtuca fiat trabs. Vel conturbatur oculus de futuro iudicio. Conturbatus eſt in ira oculus meus, quo te mente cernebam. h ¶ Anima mea.] qua te diligebam. i ¶ Et uenter meus.] Quo tui recordabar. Hæc omnia conturbata ſunt, propter priora delicta. k ¶ Quoniam defecit in dolore.] Ideo in dolore: quia eccleſia non poteſt emendare malos, nec ſegregare malos à ſanctis uſque in finem. Vnde dominus dixit: Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & colligate faſciculos ad comburendum. l ¶ Vita mea & anni mei in gemitibus.] Quandiu eſt hic in præſenti uita, habet gemitum & fletum unuſquiſque homo. Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus: Donec perſecutionem patior propter nomen tuum. Præſens uita deficit, quia mihi tempora ſunt, perpetuitatem confiteri. m ¶ Infirmata eſt in paupertate uirtus mea.] Vox eccleſiæ. Infirmata eſt eccleſia inter homines malos, inter quos habitat hic in præſenti uita: quia plures ſunt peccatores, & pauci ſunt ſancti. Vel aliter: Infirmata eſt in paupertate uirtus mea. Sanitas huius corporis, inter cruciatus paſſionum. n ¶ Et oſſa mea conturbata ſunt.] Fortitudo utique mea. Oſſa: fortes ſancti, uel oſſa, uirtutes eccleſiæ, uel ſanctorum. Conturbata ſunt, ab illo. Vnde ſuperius dicit ſecundum Apoſtolum: Scimus quia omnis creatura congemiſcit: non ſolum illa, ſed & nos intra nos gemimus. o ¶ Super omnes inimicos meos factus ſum opprobr.] Qui me propter tuum nomen perſequuntur. Factus ſum opprobrium uicinis meis. Vox Chriſti, & uox eccleſiæ. Domino Iudæi multa opprobria dixerunt, & hæretici, & perſecutores, dicunt eccleſiæ. p ¶ Et uicinis meis ualde.] Qui ad credendum appropinquabit. q ¶ Et timor notis meis.] Quia amici mei propter metum inimicorum, à me longe receſſerunt. Totus pſalmus, & ſuper Dauid iuxta hiſtoriam, & ſuper dominum iuxta prophetiam intelligi poteſt. Nimium & timor notis meis, id eſt, apoſtolis: qui timuerunt in paſſione. Vel noti, mali Chriſtiani, qui dicunt ſe credere in deum, & operibus negant, & deſpiciunt uitam ſanctorum. Vicini dicuntur per fidem, & noti, propter Chriſtianitatem. r ¶ Qui uidebant, foras fugiebant à me.] Id eſt, apoſtoli, qui uiderunt Chriſtum comprehendi in paſſione, & relicto eo, fugerunt. Vel Iudæi fugiunt ſacramēta myſterij eccleſiæ, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti. Omnes qui uidebant me, foras fugerūt à me, non intelligentes interiorem ſpem meam, pro qua patior, ad exteriora uiſibilia fugiebant. s ¶ Excidi tanquam mortuus à corde.] Obliti ſunt me corde, tanquam ſi fuerim iam defunctus. Excidi tanquā mortuus à corde: Id eſt, ſic habuerūt Iudæi Chriſtum, quaſi hominem mortuū pro nihilo. t ¶ Et factus ſum ſicut uas perditum.] Sic habuerunt Iudæi Chriſtum quaſi uas perditū, id eſt, hominē mortuum in ſuo peccato. Sic ſunt ſancti apud hæreticos, uelut homo perditus. u ¶ Quoniam audiui uituperationem multorū.] Id eſt, Chriſti à Iudæis, & eccleſiæ ab hæreticis. x ¶ In circuitu inhabitantiū.] Id eſt, in circuitu Chriſti, & in circuitu eccleſiæ, quos ipſi ſupradicti circundederūt. Quoniā audiui uituperationē multorū cōmorantium in circuitu. Erant uituperātes me, poſiti in peregrinatione huius terræ, ſequentes circuitū temporū, & ad patriam æternā redire nolentes. y ¶ Dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animā meam conſiliati ſunt.] Congregati ſunt perſecutores, & fecerunt conſilium, ut acciperent animā meam, ad cōſentiendū ſibi in ſceleribus mortis. Vt acciperēt animā meam, id eſt: Iudæi Chriſtū, & hæretici, eccleſiam. Conſiliati ſunt mala conſilia, & nō bona. Conſiliati ſunt, ut quærerent: & ut tollerent animā Chriſti, Iudæi, & hæretici animā eccleſiæ. z ¶ Ego autē in te ſperaui domine, &c.] Qui ſolus fortis es ad liberandū. Vel uox eccleſiæ. In te ſperaui: in te, non in me. Et peccatores dicunt: In te ſperaui. Sed ſancti & fidem & opera habēt. Peccatores ſperant in Deum, & non timent illum.

Rom. 8. e

Matth. 13. d

manibus tuis sortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum,& à persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluū mē fac in misericordia tua,domine non confundar quoniā inuocaui te. Erube scant impij & deducātur in infernum, mutá fiant labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & in abusione. Quàm magnā multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abscōdisti timentibus te. Perfeciſti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. Protegès eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum. Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam in ciuitate munita. Egō autem dixi in excessu mētis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti uocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Diligitē dominum omnes sancti eius,quoniam ueritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agitē & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in domino.

Intellectus Dauid. XXXI

A a ¶ In manibus tuis sortes meæ.] Id est, gratia spiritus sancti. Non per memetipsum, sed à te actio uitæ huius, quæ in hoc seculo geritur. b ¶ Eripe me de manu inimicorum meorū,& à persequentibus me.] Ne mihi prævaleant. c ¶ Illustra faciē tuam super seruum tuum.] Illustra, hoc est, cerne & discerne quicūq; sit melior de sanctis tuis. d ¶ Et saluum me fac in misericordia tua, domine non confundar quoniam inuocaui te.] Illuminatio respectus tui super me refulgeat, ut non confundar, sed saluer ab his persecutoribus. e ¶ Erubescant impij, & deducātur in infernum.] Erubescant impij,dæmones, hæretici, uel qui non credunt resurrectionem.Erubescant tunc, quando illos sanctos quos in despectionem habuerunt, uidebunt coronatos, & se condemnatos. Vel qui relinquentes uerū deum, ligna adorant, ac lapides uenerantur.

B f ¶ Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatē, in superbia & in abusione.] Crucifixum irridētes, & ignorantes resurgentem. Ista cernens propheta, exclamat exultans & dicit: g ¶ Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abscondisti timentibus te.] Quia multifarie copiosa dulcedo tua est, quam reseruasti timentibus nomen tuum. Nec eam in his tentationibus ostēdisti: ne accepta securitate,excederemus à uia iustitiæ. Vel quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine,id est,quantā gloriam,quanta præmia præparasti ecclesiæ tuæ,ut esset semper cum angelis sine fine in æternū mansura. Quam abscondisti timentibus te: id est, bona sanctorum in temetipso abscondisti. h ¶ Et perfeciſti eis qui sperant in te.] Perfeciſti,ac si dicat: perfecturus eris. i ¶ In conspectu filiorum hominum.] Qui non erubuerunt confiteri quod credunt,ante reges & potestates, ut ait propheta: Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Quā abscondisti timentibus te: Quia hic per tribulationem pleniter non accipiūt præmium, sed in futuro expectāt. Et perfeciſti eis qui sperant in te. Consummata spe, retribuisti expectata in specie.In conspectu filiorum hominum, qui humana,& non cœlestia quæsierunt. Vel cum ibunt in supplicium æternum: iusti autem in uitam æternam. k ¶ Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.] Illuminatio enim uultus tui teget eos, ne ab humana malitia conturbentur. In abscondito uultus tui, scilicet iustitiæ tuæ abditis,hoc est,in secreto tuo,sicut Iob:& ipse & omnia quæ habuit, absconsa fuerunt in Deum.A conturbatione hominum,à persecutione peccatorum. l ¶ Protege eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarū.] In tabernaculo fidei,à strepitu malarum linguarum uelantur, qui dicunt: Quis nouit hæc, aut quis rediuit ex inferis? m ¶ Benedictus dominus.] Cui benedicit omnis creatura. Quomō dicit: Benedictus dominus? Nunquid illi opus est nostra benedictio? Non, sed ut nos ab ipso benedictionē accipere mereamur. n ¶ Quoniam mirificauit misericordiā suam in ciuitate munita.] In ciuitate Hierusalem, in medio mundo. In ciuitate munita dicitur, eo quod firmata uel robusta sit, & in gyro omnes gentes illam circundant. In circuitu ecclesiæ, totius diffusæ, ibi mirificauit misericordiā suā dominus: quia ibi natus,ibi passus, ibi resurrexit, & inde ascendit ad cœlos, ut ait propheta: Operatus est salutem in medio terræ. Vel aliter: Hierusalem cœlestis munita de cōgregatione angelorum & hominum. o ¶ Ego autē dixi in excessu mētis meæ.] Ecclesia quando recordatur de paradiso, quomodo immortalis poterat esse, & cogitat qualiter ibi dem poterat esse, & meminit qualis est,& qualiter deus per angelum Adæ loquebatur,& quomodo oculis interioribusdeum uidebat, quando ista cogitat,tunc in excessu mentis est ecclesia. p ¶ Ego autē dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum.] C D

Psal.118.f

Psal.73.c

Populus hæc dicit ille conuersus ad Christum: Existimaui me, inquit, proiectum esse à cōtemplatione luminum tuorum:& expaui, cum me tanta propter nomen tuum pati permitteres. Vel proiectus sum à uultu oculorum tuorū. Adam,quando transgressus fuit mandatum dei, tunc proiectus est à facie dei,& ipse,& nos, & omnis posteritas sua post eum. q ¶ Ideo exaudisti uocem deprecationis meæ,dum clamarem ad te.] Ideo, dicit ecclesia, exaudisti uocem orationis meæ: quia cognoui,ubi poteram esse:& cognosco,ubi modo sum. Exaudisti uocē interioris hominis,te in mētis splendore precantis,& amo uisti horribiles tribulationes. r ¶ Diligite dominū omnes sancti eius,quoniam ueritatem requiret dñs,& retribuet abundanter facientibus superbiā.] Humiliatis his, statuet sanctos suos in magna constantia. Diligite dominum omnes sancti eius. Diligitē:id est,amate illū. Quoniam ueritatem requiret dominus,qui perseuerāt usque in finem in bonitate,ut dictū est: Qui perseuerauerit usq; in finem,hic saluus erit. s ¶ Viriliter agite.] Hoc est immobiliter. t ¶ Et confortetur cor uestrū,omnes qui speratis in domino.] Cor uestrum, hoc est, anima uestra, in domino semper. Viriliter agite & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in domino. Fortiter atq; constanter custodite propositū, ut fructum metatis in Christo. Quem supplices deprecamur ut insinuet mentibus nostris curam se diligēdi, pro nobis passum iugiter confiteri, ut mereamur contra iniquam superbiam, humilitatis armis uiriliter repugnare. u ¶ Intellectus Dauid.] Intellectus Christi. Duplex intellectus est in isto titulo, maxime de illo publicano & pharisæo qui in templo orabant: quia unus se iustificabat, & alius se condemnabat: id est, accusabat. Psalmus uocem continet prophetæ, ostendentis hominem non propriis meritis,sed Dei gratia posse saluari, si confiteatur admissa. XXXI

Matth.24.c

Beati

A BEati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata.] Beatus immortalis, laudabilis siue glorioſus. Sed tamen nullus poteſt apud ſe eſſe beatus,niſi ab illo accipiat qui iuſtificat impiũ,hoc eſt,deo. Rom.4.d Vnde & Paulus dicit: Credenti autem in eo qui iuſtificat impiũ, deputatur fides eius ad iuſtitiã. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates,quorum peccata per confeſſionẽ à domino diluuntur. Quibus modis remittuntur peccata? Tribus. Remittũtur per baptiſmũ, teguntur per charitatem , non imputantur per martyriũ . Et quorũ tecta ſunt peccata,per charitatẽ ſecundum illud: Charitas operit multitudinem peccatorũ . Vel quorũ tecta ſunt peccata,hoc eſt,ut hic uelentur per pœnitentiam,ne in iudicio reuelẽtur. *b* ¶ Beatus uir cui non , &c.] Qui ſe in hoc ſeculo diligẽter potuerit expurgare,uel per martyriũ Quod tegitur, non uidetur: quod non uidetur, non imputatur, quod non imputatur, nec punietur. *c* ¶ Nec eſt in ore eius dolus.] Hoc eſt in illius ore qui ſe confitetur eſſe peccatorem, ſicut Nathanael. Vnde dominus dixit: Ecce uere Iſrael ta, in quo dolus non eſt. Et de illo publicano, de quo ſupe-
B rius diximus, qui ſe confitebatur eſſe peccatorẽ dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Nec eſt in ore eius dolus,ſed in ueritate credens Deum. Hoc corde retinuit quod ore confitebatur? *d* ¶ Quoniã tacui inueterauerunt in me omnia oſſa mea.] Non protuli confeſſionem ad ſalutem,ideo omnis fortitudo mea in carnis infirmitate conſenuit. Quoniam tacui inueterauerũt in me omnia oſſa mea dum clamarem tota die. Tacui, uox malorum eſt. Tacui, id eſt,tacent illorum peccata,& in confeſſione nolunt dicere. Inueterauerunt oſſa , id eſt, uirtutes quas debuerant habere, inueterauerunt per peccatum. Dum clamarem: id eſt, clamant. Si aliquid boni habẽt, per uanitatem demonſtrant,ut ille phariſæus impius faciebat qui dicebat: Deus gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines,raptores,adulteri. Dum clamarem tota die, in iſtius uitæ momento. *e* ¶ Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.] Potentia tua. Cum eſſem impius & blaſphemus,grauata eſt ſuper me manus tua, id eſt,poteſtas tua : quia qui hic non emendant,grauatur ſuper illos manus dei,id eſt,poteſtas uindictæ in die iudicij. *f* ¶ Conuerſus ſum in ærumna.] In aſſidua tribulatione flagellorum tuorum. Dum configitur mihi ſpina.] Stimulus conſcientiæ peccatricis. Conuerſus ſum in ærumna dum configitur mihi ſpina, ærũna: id eſt, miſeria. Dum configitur mihi ſpina, id eſt, dum pungit me conſcientia peccati. *g* ¶ Delictũ meũ cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non abſcõdi.] Sed confeſſus ſum & patefeci omnia. Scio enim te cito remittere delicta cum tibi fuerint integre reſerata,& ideo dixi. *h* ¶ Confitebor aduerſus me iniuſtitias meas domino.] Non enim aduerſus dominum, ſed auerſus me has pronunciaui ut iuſtificarer. Dixi pronunciaui aduerſus me iniuſtitias meas domino , & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. In perſona illorum dicit propheta qui conuertuntur , ſicut ille filius qui peregre profectus eſt & dixit: Ibo ad patrem meum. Dixit in corde , ubi deus uidetur. *i* ¶ Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.] Quæ prius geſſeram,miſericorditer indulſiſti. *k* ¶ Pro hac impietate orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.] Tempus opportunum ad exorandum pro peccatis hæc uita eſt, in qua ideo ſancti orant: quia nemo eſt à peccatis immunis. Pro hac, iniquitate, uel pro hac remiſſione, quod ſuperius dixit , remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Omnis ſanctus, hoc eſt, per baptiſmum, & qui poſt baptiſmũ peccat, poſtea dimittitur illi per pœnitentiam aut per martyrium. *l* ¶ Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eũ nõ approximabũt.] Multi fluctus diluuiorũ in iudicio impios uallabunt , qui ſanctis nocituri non erunt . Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eum non appropinquabũt. Sine anguſtijs, ait: quæ quaſi aquis inundãtibus comparantur, ad deũ ſancti appropinquare non poterũt: quia qui ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Vel in diluuio aquarum: id eſt, uarietate doctrinarum hæreticorum: per hoc ipſi ad deum non approximabunt. *m* ¶ Tu mihi es refugium à tribulatione quæ circundedit me.] Vox eccleſiæ D ad Chriſtum . De huius ſeculi preſſuris hæc dicit: *n* ¶ Exultatio mea.] Quia in te gaudeo. *o* ¶ Erue me à circundantibus me.] Vel ab inimicis publicis uel à peccatis. Dum dicit exultatio mea, redime me à circundantibus me : quomodo dicit, redime me, cum ille qui redimitur in captiuitate eſt, & illi qui exultant , redemptione non indigent? Hoc ad ſenſum pertinet. Vox illorum eſt qui cum deo ſunt, & rogant pro illis qui in iſta captiuitate tribulantur. *p* ¶ Intellectum tibi dabo & inſtruam te in uia hac qua gradieris.] Qualem intellectum dat deus eccleſiæ ſuæ. Vt intelligat pro qua cauſa anxiatur ſanctus, & facit proſperare peccatores. Intellectum dabo tibi & inſtruam te in uia hac qua gradieris. In uia ſcilicet confeſſionis iſtius doceam te ſapientiam, ut non recedas ab ea. Intelligere te faciam, & docebo te in uia hac qua gradieris. Vox domini loquentis inducitur & docentis,quomõ homo ſuum mereatur auxiliũ,ſi dei uidelicet præcepta cuſtodiens recto feratur itinere. Itaque ad perfectum mundiciæ dicit hominẽ uenire nõ poſſe. Et quanquã ad perfectum mundiciæ uenire non ualeat, tamen in animaliũ modum pronus nõ feratur in uitia. *q* ¶ Firmabo ſuper te oculos meos.] Vox Chriſti ad eccleſiã. Firmabo ſuper te oculos meos, id eſt aſpectum diuinitatis. Firmabo ſuper te oculos meos, ut in dilectione luminis mei permaneas. *r* ¶ Nolite fieri ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus.] Qui non dei uoluntate, ſed proprio motu ſe regere uolunt, & effrenes in luxuriam decidunt, hos propheta coercet uerbis terribilibus dicens: *s* ¶ In camo & freno maxillas eorum conſtringe.] Freno & camo moderationis ſuæ,Deus coartat impiorum ſuperuacuas blaſphemias. Equus,indomitus,mulus,piger. Hoc rogat eccleſia deũ patrẽ,ut per frenũ,id eſt,prædicationẽ,populũ gentilẽ, quos equos nominauit,de lata uia & ſpacioſa ſeculi huius

faciat

A faciat ad se appropinquare,& populum Iudaicū, quos mulos nominauit,qui piger est ad deum credendū, per camū, id est contritionem cordis,faciat ad se uenire. a ¶ Qui non approximant ad te.] Sed per superbiam elongantur. b ¶ Multa flagella peccatorum.] Quia alios,& nouam ecclesiam per baptismum, Cantate ei canticum nouum, quia resurrexit, quia sedet ad dexteram patris. m ¶ Bene psallite ei.] Ille bene psallit, qui implet in opere quod cantat,id est, prædicat. n ¶ In iubilatione.] Iubilus dicitur,quod nec uerbis, nec syllabis, nec literis, nec uoce potest erumpere aut cōprehendere quantum homo deū debeat laudare. Bene psallite ei in uocifera tione. Per iubilationem quondam sacerdotum,Hiericho mūdi figuram retinens corruit,nunc per nostram orationē, eius cōcupiscentiæ elidun tur. o ¶ Quoniam rectus est sermo domini.] Nec in aliquo curuatur,sed prospe rabitur in his ad quæ dirigit illum. p ¶ Et omnia opera eius in fide.] Sicut ait in euā

qui peccatores sunt, quorū in ista uita iniiantur flagella, quæ postea in futuro habebūt sine fine. Multa flagella peccatorū: quia pœnitentiā agere noluerūt. c ¶ Sperantes autem in dño misericordia circundabit.] Illa misericordia,ut uitam mereantur æternam. Qui rectam spem & fidē in deo habent, ipsos misericordia dei circun-

eorum constringe,qui nō approximant ad te. Multa flagella peccatoris, sperantē autem in domino misericordia circundabit. Lætāmini in domino & exultate iusti,& gloriāmini omnes recti corde.

In finem psalmus Dauid. XXXII

EXultāte iusti in domino,rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in uociferatione. Quia rectum est uerbum domini, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudiciū dominus,misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Cōgregans sicut in

Psal.33.b dabit, ut illud: Misit angelum dominus in circuitu timentiū eū. Ibi.144.d Et alibi: Custodit dominus omnes diligētes se. d ¶ Lætamini in domino & exultate iusti.] Propheta hortatur ecclesiam lætari de spe uitæ æternæ & regenerationis: Tamen lætatur & hic ecclesia in tribulatione. e ¶ Et gloriamini omnes recti corde.] Vt Paulus: 2.Cor.1.d Qui gloriatur, in domino glorietur. Recti corde dicuntur, quibus omnia iudicia dei placent, & se accusant de suis peccatis,& Deum siue in prosperis siue in aduersis semper laudant. Lætamini in domino & exultate iusti,& gloriamini omnes recti corde. Vt gloria uestra ad eum referatur, sicut ait Apostolus: Qui gloriatur,in domino

B glorietur. Quem supplices deprecemur, ut obtectis per indulgentiā peccatis,nec reputatis ultra delictis, mereamur sanctorum exultationis perpetuæ esse participes. f ¶ In finē psalmus Dauid.] Psalmus iste uocem continet prophetæ ad deum hortātis populos, atq; monētis iustos in quem debeant exultare. XXXII

EXultate iusti in domino.] Propheta hortatur sanctos ut laudēt deum.Exultate iusti. Alibi dicit: Gaudete, sed unum est. Alij exultant in rebus huius seculi, alij in circo,alij in theatro: Sed tu, dicit propheta unicuiq; sancto,in domino exulta,& non in prosperitatibus mundi. b ¶ Rectos decet collaudatio.] Rectos dicit,qui in regulam ueritatis corda illorum dirigunt,nō iniquos, dicen

Esa.5.e te propheta: Væ his qui dicūt dulce amarū, & amarum dulce. i ¶ Confitemini domino in cithara.] Cithara deorsum habet cauamen, & sex chordas habet. Opera sanctorum intelliguntur per citharam, quæ sunt sex opera misericordiæ. Et de illis chordis aliæ bene cantāt,aliæ murmurant. Sic & sancti,alij sic,alij uero sic. Confitemini domino in cithara. In carne,uitijs & concupiscentijs mortificata per crucem dominicam. k ¶ In psalterio decem chordarum psallite ei.] In decalogo mandatorum: Psalterium desursum habet cauamen, prædicatio uel mandata intelligitur in sanctis, quæ de supernis ue-

1.Cor.1.c niunt. Vnde dixit: Omne datum optimum,& omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, uel uicissitudinis obumbratio. Decem chordarum: id est, decem uerba legis. Tria mandata in una tabula, quæ ad fidem trinitatis pertinent hæc sunt. Primum: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est. Secundum: Non habebis nomen dei tui in uanum. Tertium: Obserua diem sabbati. Septem in altera tabula, ad dilectionem proximi pertinent. l ¶ Cantate ei canticum nouum.] Id est, psallite ei nouum canticū: id est,nouam uitam,quia nouus homo uenit in mundum,nouam legem instituit no-

gelio: Si habueritis fidem integrā, & dixeritis huic monti transfer te & mitte te in mare, fiet. Et omnia quæcūque fideliter petieritis credite quia accipietis, & uenient uobis. Quia rectus est sermo domini, & omnia opera eius in fide. Rectus est in rectis. Opera eius in fide,in fide sanctorum: quia quod promittit deus sanctis suis,non mentitur. q ¶ Diligit misericordiam & iudiciū dominus.] Quomodo dicit, diligit misericordiam, cum in alio loco dicat: Ne miserearis pauperi in iudicio: id est,nō propter pauperē, nec propter diuitem,non propter proximum & longinquum, non propter cognitum & incognitum declines à recto iudicio,sed prius iudica rectum iudicium, & postea subueniat misericordia. Diligit misericordiam, qui nos assumpta carne redemit, & iudicium, qui inter impios iustos discernit. r ¶ Misericordia domini plena est terra.] Totus mundus. Vel terra, sancta ecclesia de misericordia dei plena est: quia sicut ille ubique est, & sua misericordia cum illo & ad illo inseparabilis est: quia nō tantum ut iustos custodiat descendit, sed ut peccatores redimeret uel saluos faceret. s ¶ Verbo domini cœli firmati sunt.] Verbum patris, filius est. Cœli firmati sunt, sancti apostoli per ipsum in fide. Verbo domini cœli firmati sunt. In ipso uerbo, quod erat in principio apud deū, siue uisibiles cœli, siue apostoli sunt creati. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Trinitatis maiestas manifestissime declaratur, dominus, uerbū, spiritus domini. t ¶ Et spiritu oris eius omnis uirtus eorum.] Paracleto scilicet cooperante, horum uirtutes cœlorum creatæ sunt. Nam in domino pater, in uerbo filius, in spiritu oris, spiritus sanctus declaratur. Et quia dicit, oris eius,non procedens quasi minor credatur,Nam sicut filius à patre & æqualis patri: ita & spiritus sanctus æqualis patri habetur ac filio. Vel spiritu oris eius omnis uirtus eorum: Id est, per spiritū sanctum uirtutes illorum. Quia per spiritum sanctum habuerunt diuersas gratias, id est,uirtutes. Nam per nos nihil boni habuimus nisi per ipsum. u ¶ Congregans sicut in,&c. Clausum littoribus mare ostendit. Cōgregans sicut in utre aquas maris. Per aquas, seculi tribulationem significat & persecutiones sanctorū: quia sicut homo in utre aquas stringit & quādo uult spargit,sic dominus tribulationes ecclesiæ, ut ait Paulus: Fidelis Deus qui non patietur 1.Cor.10.c uos tentari super id quod potestis ferre, sed faciet etiam prouentum ut possitis sustinere. Congregans sicut in utre, in nouo ecclesiæ homine, aquas maris, seculi

Matth.17.c

Exo.23.d

D

populos,

utre aquas maris, ponẽs in thesauris abyssos. Timeãt dominum omnis terra, ab eo autẽm commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniãm ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium, reprobãt autem cogitationes populorum, & reprobãt consilia principum. Consilium autẽm domini in æternum manet, & cogitationes cordis eius in generatione & generationẽ. Beatã gens cuius est dominus deus eius, populus quẽm elegit in hæreditatem sibi. Dẽ cœlo respexit dominus, uidit omnes filios hominum. De præparatõ habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam uirtutem, & gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suę. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem uirtutis suæ non saluabitur. Eccẽ oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Animã autem

A populos, ut sint uinum nouũ, sicut dominus ait, in utres Matth.9.b nouos: id est, euangelicum præceptum, reconditũ in cordibus credentium. a ¶ Ponens in thesauris abyssos.] O magna creatoris potentia, recõdens in thesauris abyssos, producens de thesauris uentos. Tamen hic abyssos, mysteriorum cœlestium altitudinẽ intelligimus, iuxta illud Rom.11.d Apostoli: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Vel in thesauris, id est, in absconditis dei. Thesaurus, id est, largitas: hoc est profundum scripturarum. Vnde alio loco dicit: Qui Psal.134.d producit uentum de thesauris suis. Nam quantum uoluit per seruos suos nobis demonstrare: tantũ per nos intelligere potuimus, ipsam profunditatem scripturarum nequaq̃ possumus. b ¶ Timeat dominũ omnis terra.] Qui terrena sapiũt, ipsum potius & non creaturam adorẽt. c ¶ Ab eo autẽ commouentur omnes inhabitantes orbẽ.] Hæc quidam de futuro arbi-

B trantur iudicio, sed ad sequentem expositionem magis respiciunt. Ab ipso autem commoueantur uniuersi, omnes qui inhabitant orbem. Ab ipso deo commoueantur uniuersi: id est, de infidelitate ad fidem. Vel uniuersi, omnes creaturæ ab ipso uersiunt, & non sicut peccatores dicunt, quod tempus illas adducit & nõ deus, quia & tempora & dies & annos uel etiam momenta deus cõstituit. d ¶ Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.] Ideo ipsum cuncta timeant, quia ab ipso uel facta sunt uel creata. Ipse dixit, hoc est per filium, qui uerbum est dixit: Mandauit per imperium, hoc est, inenarrabiliter. e ¶ Dominus dissipat consilia gentium.] Secun- Prouer.21.d dum illud: Non est consilium, non est prudentia, nõ est sapientia, non est fortitudo contra deum. Dominus dissipat consilia gentium: Iudæorum scilicet, qui tanquã increduli contra deum Christum susurrant. Vel dissipat, consilia eorum, qui turrim ædificare uoluerunt destru- Gene.11.b xit, ut illud: Venite confundamus ibidem linguas eorum. f ¶ Reprobat autem cogitationes populorum.] Hoc est Iudæorum consilia, quia non potuerunt illa facere nisi quantum à deo præfinitum fuit. Reprobat autẽ cogitationes populorum. Pharisæorum & Sadducæorum, uel reliquarum potestatum genera. g ¶ Et reprobat consilia principum.] Hoc est Annæ & Caiphæ, quia ipsi principes erant ipsorum sacerdotum qui primatum tenebant huius sceleris. Hos omnes cum suis cõsilijs, dominus resurgendo destruxit. h ¶ Consilium uero domini manet in æternũ.] Consiliũ domini fuit, ut resurgeret à mortuis, sicut & fecit. Istud consiliũ, Iudæi uel principes illorũ destruere non potuerunt. i ¶ Cogitationes cordis eius in generatione & generationẽ.] Nihil ex eis Matth 24.e diminuetur, iuxta illud: Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non præteribunt. k ¶ Beata gens cuius est dominus deus eius.] Hoc est qui credunt quod dñs creauit illas creaturas, unde superius mentionẽ fecit: nõ quod tempus illas adducat. Vel beata gens Christianorum, cuius dñs deus eius, Dñm enim elegit habere deũ, idolis derelictis. l ¶ Populus quem elegit dominus in C hæreditatem sibi.] Ipsum populum Christianũ in hereditatem sibi, ut dixit in alio psalmo: Dabo tibi gentes in Psal.2.b hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. ibi.15.b Et alibi: Dñs pars hæreditatis meæ. Et item: Portio mea ibi.118.b dominus. In hæreditatem sibi. Repulsis Iudæis nos sumus in hæreditatem asciti. m ¶ De cœlo respexit dñs, uidit omnes filios hominum.] Vt omnibus misereatur, quia nunquã respectus eius sine misericordia fuit. Vel dominus de cœlo prospexit, hoc est, misertus est nobis. Super filios hominũ. Filij homínum: filij Adam. Vel filij hominũ, successores apostolorũ. n ¶ De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui inhabitãt terrã. Qui finxit sigillatim corda eorũ.] Vt alij detur sermo sciẽtiæ, alij interpretatio sermonum, alij genera linguarum, & reliqua: quæ operatur unus atque idem spiritus.

D Vel qui finxit per singulos corda eorum. Quidam hũc locum mendaciter ad illud referunt, quod animã ex anima existiment esse generatam, & in Adam omnium animas cõtineri, quia id quod Græce dicitur καταμόνας, non unum, sed per multos quenq; significet. Qui finxit sigillatim corda eorũ. Qui finxit: id est, fecit. Sigillatim. Per singulos omnes intelligit, & insimul omnes recognoscit. Corda illorũ, opera illorum. o ¶ Qui intelligit omnia opera eorum.] Ipse est enim speculator prospiciens de die in diem actus humanos. Qui intelligit omnia opera eorum, hoc est, qualiter donũ dei unaquæq; anima habeat ipse dispensat. p ¶ Non saluabitur rex per multã uirtutem, & gigas, &c.] Sed per iustitiã & auxilium dei. Nam & Goliæ fortitudinẽ confudit deus per manũ Dauid pueri sui. Non fuit saluus rex per multitudinẽ uirtutis suæ. Quare? quia alibi dicit: Domini est salus. Nec gi- Psal.3.b gas saluus erit in multitudine fortitudinis suæ. Gigas, p sua fortitudine dicitur. Nec ipse saluus esse potest per fortitudinẽ suã, sicut superius de Golia & Dauid. q ¶ Fallax equus ad salutem, in abundantia, &c.] Nisi deus fuerit ascẽsor eius. Fallax equus ad salutem. Equus, corpus humanũ, iumentum est animæ, ideo fallax. In abundantia autem uirtutis suæ nõ erit saluus, id est, nec gigas nec rex. r ¶ Ecce oculi dñi super timentes eũ.] Oculi dei, aspectus diuinitatis. Super timentes eum, qui eũ timent timore sancto. Deus enim sperantes in se inspectione cœlesti protegit ac defendit. s ¶ Et in eis qui sperãt in misericordia eius. &c.] Id est, in hoc sperãt in misericordia eius, id est dei, ut à morte perpetua eruat animas eorũ. Vel à morte, hoc est, à diabolo. t ¶ Vt eruat à morte animas eorũ: Et alat eos in fame.] Cum alij uerbi dei penuriam patiuntur, isti ab eo uiuificantur. u ¶ Anima autem nostra sustinet dominũ.] Id est, patiens est in domino. Quicquid accesserit ei siue bonum siue malum, sustinet propter Deum ut ait Paulus: Omnia mihi placẽt. 1.Cor.10.g Vel alat eos in fame, id est, pascit eos. Vnde dixit: Et aluit Exo.16.g eos quadraginta annis in deserto. Quia quotiescunque Psal.36.d homines

homines habent famē, deus paſcit ſeruos ſuos, licet de cibo terreno, ſed tamen plus eſt, unde paſcit eos de cibo ſpirituali, id eſt, de ſua doctrina & ſuo uerbo. Anima autem noſtra ſuſtinet dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt. Et in ipſo lætabitur cor noſtrum & in nomine ſancto eius ſperauimus. Scimus enim quod nullus ſperauit in eum, & confuſus abſceſſit.

noſtra ſuſtinet dominum, quoniām adiutor & protector noſter eſt. Quia in eō lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos, quemadmodū ſperauimus in te.

Pſalmus Dauid cum immutauit uultū ſuū coram Abimelech, & dimiſit eum & abiit. XXXIII

BEnedicām dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. In dominō laudabitur anima mea, audiānt manſueti & lætentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Exquiſiui dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum & illuminamini, & facies ueſtræ non confundentur. Iſte pauper clamauit & dominus exaudiuit eum, & ex om/

a ¶ Quoniam adiutor & protector noſter eſt.] Hoc eſt, qa ipſe eſt & adiutor & defenſor eccleſiæ.

b ¶ Et in ipſo lætabitur cor noſtrum.] Id eſt, anima noſtra lætabitur de ſpe futuræ remunerationis, & lætabitur eccleſia in tribulatione. c ¶ Et in nomine ſācto eius ſperauimus.] Nomen patris filius eſt.

d ¶ Fiat miſericordia tua domine ſup nos, ſicut ſperauimus in te.] Oratio eccleſiæ eſt, tamē iſtum uerſiculum cogitare debet unuſquiſq; antequā legatur, ut fideliter dicat, ſicut ſperauimus in te, ne alibi uacet mens ſua. Fiat domine miſericordia tua ſuper nos, ſicut ſperauimus in te. Vt qui nos per baptiſmum abluiſti, ſpi
Act.2.a rituſſancti infuſione confirmes, ſicut in Actibus apoſtolorum cernimus eſſe factum. Qui nunc in nobis uenire
B dignetur, ut per eius lumē effici mereamur hæredes gloriæ ſempiternæ. Amen. e ¶ Pſalmus Dauid cum mutauit faciem ſuam coram Abimelech, & dimiſit eum &
1.Reg.21.d abiit.] Mutatio faciei, in uerborum mutatione monſtratur, quando à Saul ſe miſſum eſſe ſimulauit. Aut ſi uera mutationē uultus uolumus intelligere: Abimelech ſciamus dictum eſſe pro Achis. Nec in nomine error eſt, cum ex patre generatus, etiam Abimelech potuerit appellari: Abimelech qppe interpretatur pater meus rex. Quomodo dicit, cōmutauit uultum ſuum corā Abime/
1.Reg.18.b lech? Quia in Regum ſic legimus, quod in Geth ciuitatem ad regem Achis fugit in Philiſtijm. Vel quomodo auſus fuit ibidem ambulare, qui inimicus illorum erat, & ipſe interfecit antea Goliam principem illorum? Propterea illuc ambulauit pro hoc quod mulieres dixerūt: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia: & poſtea intrauit diabolus in Saul per inuidiam, & dixit: Quid ſupereſt ei, niſi tantum ut regnum habeat? Et peruenit Dauid ad regem Achis. Sed poſtea Achis miſit miſſos ſuos ut Dauid ad ſe ducerent, ut eum interficeret. Et cum inueniſſet eum ad portam ciuitatis, cognouit Dauid quod ipſum interficere uolebant, neceſſitate compulſus ad artem declinauit. Miſericordia dei prouidente, cecidit ſpirituſſanctus ſuper ipſum, & cœpit labi, & ſaliuam mittebat ſuper ſuam barbam. Et cum adduxiſſent eum ad regem, dixit illis rex: Pro qua cauſa adduxiſtis iſtum hominem arreptiuum & furibūdum ſuper me? Dauid pulcher homo erat, & quando eum apprehenderunt, tympanizabat ad portam ciuitatis, & in manibus ſuis ferebatur. Et cum eum dimiſiſſent & fugiſſet, iſtum pſalmū cantauit: qui totus circa pietatem, totus circa inſpectionem diuinam, totus circa compeſcendas ſanctorum tribulationes commemoratur. Dauid figuram Chriſti tenet, Saul figuram diaboli. Abimelech interpretatur regnum patris mei. Achis interpretatur, quomodo eſt, uel ignorantia, uel niger. Dauid uenit in Geth ad regem Achis, & dominus uenit in regnum patris ſui, hoc eſt, ad regnum Iudæorum. Mutauit uultum ſuum coram Abimelech, hoc eſt, corā regno patris ſui. Vnde ſanctus C
Phil.2.a Paulus dixit: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo, ſed formam ſerui accepit, in ſimilitudinem hominū factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum factus obediēs uſque ad mortem. Vel aliter: Mutauit uultum ſuum, id eſt, in ſacerdotium. Tunc cōmutauit, quando Melchiſe
Gene.14.e dek obtulit panem & uinū. Immutauit uultum: quia quantum aduentus Chriſti appropinquabat, tantum illæ figuræ apertæ erant, quia antea hoſtias offerebāt, ſed poſtea ſpiritualiter impletum fuit in nouo teſtamento ſecundum ordinē Melchiſedek: nō dixit, ſecundum ordinē Aaron, ſed ſecundū ordinē Melchiſedek. Tympanizabat ad portā ciuitatis. Tympanum de corio extēditur. Et dominus extēdit manus ſuas in cruce. Porta ciuitatis, initiū fidei noſtræ intelligitur, quādo credimus incarnationē Chriſti. Per ſaliuam, infirmitatē carnis quā dignatus eſt ſuſcipere. Illa barba, fortitudo diuinitatis. Dimiſit eum & abiit. Dimiſit Chriſtus Iudæos & uenit in gentibus. Vnde dictum eſt: Quia indignos uos iudicaſtis uitæ æternæ, nos
Act.13.g ex hoc ibimus ad gentes. XXXIII

D BEnedicam dominū in omni tempore, &c.] Cum ait, omni tempore & ſemper, docet nos nec in aduerſis ſuccumbere debere, nec in ſecundis extolli, ſed tam proſpera quàm contraria æquanimiter ferre, ac beatum ante oculos proponentes, in omnibus quæ accidere, dei benedicere nomen. Benedicam dominum in omni tempore. Benedicam, id eſt, laudabo dominum. In omni tempore, in proſperis & aduerſis. Fecit hoc Dauid, & modo eccleſia. Semper laus eius in ore meo. In ore & corde, intenta mente deum ſemper laudare. g ¶ In domino laudabitur anima mea.] Hoc eſt, uita mea. Cum huic ſtudio anima dedita, aſpera mūdi æquo animo ſuſtinuerit, ab his qui ſunt domini, collaudatur. h ¶ Audiāt manſueti.] Ideſt, ſancti. i ¶ Et lætentur.] Non de terrenis, ſed de cœleſtibus, qui non habent pugnam uitiorum in ſe, illi qui glebam corporis ſui tali tentamento cohercēt. Beati enim manſueti, quoniam ipſi poſſidebūt terram. k ¶ Magnificate dominum mecum.] Patrem dominū laudate. l ¶ Et exaltemus nomen eius in idipſum.] Ac ſi dicat propheta: Quomodo ego amo, & uos ſic facite, Vel, exaltemus nomen eius in idipſum. Filium cui pater dedit nomen, quod eſt ſuper omne nomē. m ¶ Inquiſiui dominū.] Spiritū ſanctum. n ¶ Et exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.] Conſumens corruptelam carnis, quæ mihi tribulationes peccaminū ingerebat, ne eum attentius deprecarer. o ¶ Accedite ad dñm.] Credite in eum. Accedite ad dominū, nō loco, ſed fide & opere. p ¶ Et illuminamini.] Id eſt, in mente intelligite: quia niſi crediderit, non intelligetis. q ¶ Et facies ueſtræ non cōfundentur.] In iudicio quo impij cōfundentur in condemnationem, in die iudicij. r ¶ Iſte pauper clamauit.] Chriſtus dñs qui pro nobis pauper factus eſt, ad patrē in paſſione clamauit. Vel, iſte pauper, id eſt, Dauid clamauit quando dixit: Domine
2.Reg.16.g deus, uanum fac conſiliū Achitophel. Et eccleſia clamat modo. s ¶ Et dñs exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius liberauit eū.] Reſuſcitans illū à mortuis.

¶ Emittue

nibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittet angelus domini in circumitu timentium eum, & eripiet eos. Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuetur omni bono. Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos. Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus.

A *a* ¶ Emittit angelum dominus in circuitu timentiū eum & eripiet eos.] Hoc est, angelum magni cōsilij dedit illis. Haud dubium est, timentes dñm ab angelis custodiri, Matth.18.b sicut ipse dominus per euangelium docet: Amen amen dico uobis: quia angeli eorum quotidie uident faciem patris mei qui est in cœlis. Vallātur ergo præsidio angelico, qui de cordis purita/te timuerint deum. *b* ¶ Gustate & uidete, quoniā suauis est dominus.] Gustus p fauces discitur, uisus per oculos: quia per oculos uidetur. Propheta dicit, gustaui. Et quomō gustaui: sic inueni per fidē, p spem, & per opera bona. *c* ¶ Beatus uir qui sperat in eum.] Quare beatus: Quia illum habet qui omnia habet: hoc est, deum. Ergo hic dicitur gustus, ut cum quis cognouerit Deum, timeat illū: quia tanq̄ de gustu ita alibi dixit: Initiū sapientiæ timor dñi. Cum autē timere cœperit, tunc præcepta custodit, & tunc sciet quia suauis est dominus: quia ipse est panis uiuus qui satietatem dat huic mūdo. B Beatus uir qui sperat in eum, & non in incerto diuitiarū. *d* ¶ Timete dominū omnes sancti eius.] Qui firmi stabitis in promissis eius: timete, ne accepta securitate decipiamini. *e* ¶ Quoniam nihil deest timētibus eum.] Quorum deus est Christus, nihil deest eis: id est, nihil boni deest eis. Quærite regnū Dei & iustitiā eius, & cætera apponūtur uobis. Iustitia enim dei omnia præstat. *f* ¶ Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominū non minuentur omni bono.] Multi sunt mundi locuples, & egent gloria Dei: de quibus fuit & diues ille, ante Luc.16.c cuius ianuā Lazarus decumbebat, qui sitiens in tormentis, quia non fecerat misericordiam, non meruit accipere guttam. Inquirens autē Lazarus non purpuras, sed cœlestia regna, meruit in sinu Abrahæ bonis omnib. adimpleri. *g* ¶ Venite filij audite me, timorem domini docebo uos.] Mos est propheticus, ut discipulos filios nun/Gal.4.c cupet, sicut Paulus: Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Hos docet, ut primo omniū sapientia: id est, timore domini imbuantur. Venite filij audite me. Vocat Christus ecclesiam ad se uenire: id est, per fidem. Sancti filij dei dicuntur: iuxta quod dictū est Ioan.1. in euangelio: Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et Ioānes dicit in epistola sua: 1.Ioan.3.a Nunc filij dei sumus. Timorem domini docebo uos. Vt Eccli.1.b illud: Initium sapientiæ timor domini. Et alibi dicit: De timore nascitur cōpunctio salutaris. Ad hoc debet unusquisq̄ uenire, ut timorē dñi debeat habere. *h* ¶ Quis est homo qui uult uitā.] Aeternam utiq̄. *i* ¶ Et cupit dies uidere bonos.] In quibus cum sanctis iocūdetur in regno dei. Vel uox prophetæ interrogādo, & alius dicit, ego uolo, & ille dicit: Si uis, fac ergo quod sequitur, & uidebis uitam, hoc est, habebis uitam æternam, & dies bonos, hoc est, dies æternos. *k* ¶ Prohibe linguam tuam, &c.] Prohibe linguā tuā, id est, à detractione uel ab amaritudine, quia dictū est. Mors & uita in manibus linguæ. Pro.18.d Quia qui custodit linguā suam, custodit animā suam. Et Esa.32.d alibi dicit: Custos iustitiæ, silentiū & pax. Si quis putat se esse religiosum non refrenās linguam suam, huius erit C uana religio. Et labia tua nō loquantur dolum, ne aliud ore assimiles, aliud corde retineas. *l* ¶ Diuerte à malo & fac bonum.] Hoc est, destrue uitia & ædifica uirtutes. Nihil prodest, si destruis & non ædificas, hoc est, si destruis uitia, & non ædificas uirtutes. Ac si dicat: Quis est homo qui sine his uelit uitam? Nullus. Quia in eo nullū bonum fuit, qui nullū malū destruit. Diuerte à malo & fac bonū. Mala omnia à diabolo instinctu procedunt, sicut bona à dei. Relinque ergo quæ instigat diabolus, & operare quæ præcipit Christus. *m* ¶ Inquire pacem & persequere eam.] Secūdū Apostolū pacē sequimini & sanctimoniā, Heb.12.d sine qua nemo uidet regnum dei. Vel Iudæi quæsierūt pacē, id est, Christū ad occidendum, nō ad imitandum: quia sequi, imitari dicitur. Inquire pacem, & sequere eam. id est, Christum: quia ipse est pax nostra. Vel sequere, imitare. Vnde in euangelio dictum est: Qui uult post Luc.9.c me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Inquire pacem & sequere eam. Non sufficit D malum fugere, nisi bonum quoq; feceris. *n* ¶ Oculi domini super iustos.] Pietatis enim inspectione eos iugiter contemplatur. *o* ¶ Et aures eius in preces eorum.] Quia quæ iusta sunt postulāt. Oculi domini: id est, aspectus diuinitatis, super iustos. Et aures eius ad preces eorum. Quicquid rogāt sancti de bono, exaudit illos: quia deus & audit & uidet nos: propterea nos faciamus uolūtatem illius. *p* ¶ Vultus autem domini super facientes mala.] Iste psalmus in persona bonorum & in persona malorum currit. Propter quid uultus dei super eos qui mala faciunt? *q* ¶ Vt disperdat de terra memoriam eorum.] Hoc est de terra uiuentium, ut ait propheta: Deleantur de libro uiuentiū. Vultum hic furorem intelligimus, qui minando iram, memoriā peccati à terra disperdit, ut radices benignitatis suæ (unde eā exciderat) plantet. Quæ de auribus, oculis, ac de uultu dicuntur: nō ad corporationem deitatis, sed ad maiestatis potentiā referenda sunt. *r* ¶ Clamauerūt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.] Quia de puritate cordis integra clamauerunt. Vel tres pueri inter flammas clamauerunt, & dñs exaudiuit eos. Filij Machabæorum, uel modo unusquisq̄ sanctus: & illos & modo unumquēq̄ ex omnib. tribulationibus liberat. *s* ¶ Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde.] Nunquā elongatur ab eis qui propter illū sustinēt. Cum ipsis est in tribulatione: nō loco, sed auxilio: quia deus non est localis. *t* ¶ Et humiles spiritu saluabit.] Vt eis regna cœlestia largiatur. Humiles spiritu: id est, mites, ut illud: Discite à me, quia mitis sum & humilis Matth.11.d corde. Vel illud: Beati enim pauperes spiritu, quoniam ibi.5.a ipsorū est regnum cœlorū. *u* ¶ Multæ tribulationes iustorū.] Ergo qui tribulationē nō patitur, iustus non est. Mors peccatorū pessima est. Iustorū tribulatio morte finitur, peccatorū uero supplicia post mortem incipiunt. Vel, multæ tribulationes iustorū, & de omnibus his libe-

A rauit eos dominus. Tentãtur enim, ut probati manifesti fiant. Sed in tempore erit respectus ipsorũ, cum iudicauerint nationes, & dominati fuerint populis. a ¶ Dominus custodit omnia ossa eorũ.] Id est, uirtutes eorũ. b ¶ Vnum ex his non conteretur.] De sanctis suis in futuro iudicio, quomodo dicit: unũ ex his non conteretur: quia multi habent ossa fracta, sicut legimus de sanctis martyribus? Sed hic ossa, firmamentum uel uirtutes animæ intelliguntur. Dñs custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Aeternitatem perpetuæ uitæ dicit, quam per spem fidei gerũt, siue fortitudinẽ quã in ipso habẽt deo custodire, ne in his tribulationib. tepescant aut conterãtur in aliquo. c ¶ Mors peccatorũ pessima est.] Quia & hic initiantur, & in futuro sine fine torquentẽ. d ¶ Et qui oderunt iustum, delinquent.] Christũ uel testamentum eius Iudæi oderunt. Oderunt iustũ, id est, Christũ, & sine causa. Delinquent, hoc est, peccabũt. Vel qui odit modo iustum, hoc est, unumquemq; sanctum, peccat.

Cũstodit dominus omnia ossa eorum, unũm ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustũm, delinquent. Redẽmit dominus animas seruorum suorum, & nõn derelinquet omnes qui sperant in eum.

In finẽm psalmus ipsi Dauid. XXXIIII

IVdicã domine nocentes me, expugna impugnãtes me. Apprehendẽ arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effundẽ frameam, & cõclude aduersus eos qui persequuntur me, dic ánimæ meæ, salus tua ego sum. Confundantũr & reuereantur quærentes animã meam. Auertantũr retrorsum, & confundãtur cogitantes mihi mala. Fiánt tãquam puluis ante faciem uenti, & angelus domini persequẽs eos. Fiánt uiæ illorũ tenebræ & lubricũ, & angelus domini persequẽs eos. Quoniãm gratis absconderunt mihi interitum laquei sui,

B e ¶ Redemit dominus animas seruorũ suorum.] Redemit nos Christus sanguine suo precioso, & modo per singulos dies redimit. Vel redemit dñs animas seruorũ suorum, de potestate secundæ mortis. f ¶ Et non derelinquet omnes qui sperant in eum.] Qui in deo sperãt, nõ derelinquet eos neque hic neq; in futuro, sed cum ipsis est secundum promissionẽ suam usq; ad cõsummationẽ seculi. Qui nobis præstare dignetur, ut sit iugiter laus eius in ore nostro, eius q; doctrina mediocriter utentes, nec extollere prospera, nec incõmoda ualeant inclinare.

g ¶ In finẽ psalmus ipsi Dauid.] In finẽ, id est, in Christum, ut illud: Finis legis ad iustitiã omni credẽti. Vel finis, perfectio Christi. Vnde & apostoli dixerũt: Domine, ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Et dñs: Qui me uidet, uidet & patrem meũ: quia ego in patre & pater in me est. In hoc est perfectio Christi. Dauid, fortis manu interpretatur siue desiderabilis. Et dñs manu fortis: quia tetigit loculũ, & surrexit iuuenis filius uiduæ. Vel fortis per quem facta sunt omnia. Desiderabilis, quia intantũ desiderant sancti uidere Christum: ut etiam corpora sua pro ipso tradant in martyrium. Vel passionis dominicæ psalmus continet sacramentũ. In quo notandũ est, quod ea quæ in humilitate, fletu ac lamentatione dicũtur, non diuinitati, sed assumptæ carni conueniunt. Orat ergo dominum patrem, dicens: XXXIIII

IVdica domine nocentes me, expugna impugnantes me.] Iudæos & principes sacerdotũ, qui in carne posi cum dominũ sæpe impugnantes, nocere uoluerunt, Iudica domine nocentes me. Vox Christi in passione, & uox ecclesiæ in tribulatione. Iudica, hoc est, iudicio discretionis. Vel iudica, id est, discerne inter me & Iudæos, inter ecclesiã & persecutores. Expugna impugnãtes me. Ac si dicat: Tu fac uindictam pro me, sicut dicitur per sanctũ Paulum: Mihi uindictã & ego retribuã. Et item: Si deus pro nobis, quis contra nos? i ¶ Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.] In armis, cœlestia adiutoria: in scuto, diuinam protectionem designat, quam secundum infirmitatem carnis sibi postulat minis trari. Sed & nos spiritualibus defendit armis ac munit, secundũ Apostolum: Induite uos arma dei. Arma domini, protectio diuinitatis. Quid fortius, quid pulchrius quam Christum armatũ stare pro suis sanctis, sicut sanctus Stephanus uidit quando dixit: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei patris. Stare, pugnantis uel aduersantis est. Tu non potes mutare tua arma: Dominus accedẽs de armis facit scutũ. Et nos debemus arma accipere, ut possimus resistere in die malo. & in omnibus perfecti stare. k ¶ Effunde frameam & cõclude aduersus eos qui persequũtur me.] Vt effusus iræ tuæ gladius super eos decidat, eosq; concludat, ne ad nocendum ualeãt euagari. Per frameã intelligitur anima dominica: per quam facit deus pater iustam uindictã. Vel framea intelligitur anima uniuscuiusq; sancti: quia deus per animas sanctas facit uindictã: sicut per Petrũ fecit de Ania & Sapphira, & per Eliam de quinquagenarijs uiris. l ¶ Domine dic animæ meæ, salus tua ego sum.] Vox ecclesiæ. Dic animæ meæ, ut te intelligat, quod tu es deus meus, tu es salus animæ meæ. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. A me erit, inquit, post mortem uiuificanda. m ¶ Confundantur & reuereantur quærentes animam meam ut auferant eam.] Cum me resuscitaueris, tunc hi confundantur. n ¶ Auertantur retrorsum & erubescãt qui uolunt mihi mala.] Non ut proficiãt in ante, sed retrorsum conuertãtur, ut pereant, id est, dæmones, Iudæi, uel persecutores ecclesiæ, auertantur in futuro iudicio. Confundantur & reuereantur gentiles de idolis: & fundantur de infidelitate ad fidem Christi. Vnde Paulus dicit: Qualem ergo fructũ habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis? Vel, reuertantur retrorsum, id est, illi qui malum cursum habuerunt, sicut dominus ait ad Petrum: Vade post me satana. o ¶ Fiant tanquam puluis ante faciem uenti, & angelus domini persequẽs eos.] Id, est, angelo persequente dispersantur, ut nihil prorsus ex his uel exiguũ relinquatur. Puluis, leues & infructuosi homines dicti sunt: quia sicut puluis ante uentũ, sic peccatores ante sententiã diuinam in die iudicij. Et angelus domini persequens eos. Angelus domini, id est, spiritus malus. Si malus, cur domini? Si dñi, cur malus? Domini: quia dominus illum creauit, & dñs illum habet in potestate. Malignus, non natura, sed sua adinuentione. Diabolus habet uoluntatẽ nocendi, sed non habet potestatem faciendi, ut ait propheta: Immissiones per angelos malos, id est, tantam habet potestatem, quantum dominus ei permittit. p ¶ Fiant uiæ eorum tenebræ & lubricum.] Tenebræ, ignorantiæ. Lubricum, id est, luxuria. Quia qui istis mente est deditus, diabolus illum persequitur. Vel aliter: Non cognoscant ueritatis lumen, nec firma statione consistant: sed lubrici fiant gressus eorum qui in hac passione grassantur, atque ab angelo claritatis dominicæ affligãtur. q ¶ Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.] Bene sui: quia quem putabant domini interitum, eorum effectus est laqueus. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum. Gratis, id est, sine causa: tam Iudæi Christũ quàm persecutores ecclesiam.

Rom. 10. d
Ioan. 14. d
Luc. 7. c
Rom. 12. d
ibi. 8. f
Ephe. 6. b
Act. 7. g
Act. 5. a
4. Reg. 1. b
Rom. 6. d
Matth. 16. d
Psal. 77. e

A ecclesiam. Ipsi semetipsos laqueauerunt in uindictam. a ¶ Superuacue exprobrauerunt animã meam.] Nihil enim utile habuit exprobratio eorum. b ¶ Veniat illis laqueus quem ignorãt.] Excidium illud minatur, quod tẽporibus Vespasiani super eos aduenit. Vel unusquisq; peccator funiculis ui tiorum suorum con stringitur in die iudi cij. c ¶ Et captio quã abscondit appre hẽdat eos, in laqueũ cadant in ipso.] In mortẽ utiq; repẽtinã, quã occulte ipsi dño nostro moliebantur, Psal.56.b ut illud: Foderunt an te faciem meã foueã, & ipsi inciderunt in Pro.26.d eam. Et item dicit: Fo ueam quã fratri tuo paraueras, in eam ca des. d ¶ Anima au tem mea exultabit in dño.] Et Christus in patre, & ecclesia in Christo. e ¶ Dele ctabitur super saluta ri eius.] Cũ ab eo re suscitatus fuerit. Vel delectabitur, hoc est, lætabitur super salu tari eius. Salutaris nos ster Christus est, quia in ipso delectatur ecclesia, ut ait Cant.3.c Salomon: Quæ est ista quæ ascendit dealbata & innixa super fratruelẽ suum? f ¶ Omnia ossa mea dicent: do B mine quis similis tibi?] In ossibus, æternitas siue fortitu do intelligitur, quod ad apostolos refertur, ut quibus ui sa fuerint primũ uerba resurrectionis quasi deliramẽta, nunc collaudent & dicãt: Quis similis tibi? hoc est, quis ut tu potuit de morte reuocare? Vel ossa, fortiores sancti uel uirtutes sanctorum. Quis similis tibi? Ac si dicat, ne Psal.70.d mo. Alio loco dicit: Deus quis similis tibi, id est, nullus. g ¶ Eripiens inopẽ de manu fortiorũ eius.] Inops Chri stus, p nobis, ut illius inopia nos diuites faceret. De ma nu fortiorũ, id est, de manu Iudæorũ liberauit eum deus pater. Inops Christus, ex persona membrorum suorum loquitur. h ¶ Egenũ & pauperẽ à diripientibus eum.] A potestatibus tenebrarũ. Quorũ maxima uirtus est ut possint diripere pauperes tuos. i ¶ Exurgentes testes, &c.] Euangeliũ falsos testes dicit: propheta iniquos. Et falsi quos euangeliũ uocat, interrogantur, de quibus ue ro propheta loquitur, interrogãt. Vnde intelligendũ est quod principes sacerdotũ sunt iniqui testes, qui interro Matth.26.f gauerunt quæ nesciebant, dicentes: Adiuramus te per Deum, ut dicas nobis si tu es filius dei. Dicẽte autẽ illo, ego sum, sciderunt uestimenta sua, & quasi in testimoniũ clamauerũt: Ipsi audistis blasphemiã, quid adhuc quæ rimus testes? Falsum enim erat testimonium, ut dicerent eum blasphemasse, qui dixerat ueritatem. k ¶ Et retri buebant mihi mala pro bonis, sterilitatẽ animæ meæ.] Exhibente me uitam, condemnauerunt me morti, & fœ cunditatem bonorũ cœlestium promittenti, uitæ penu riam intulerũt. Sic fecerũt Iudæi Christo, pro bonis ma la reddiderunt. Sterilitatẽ animæ meæ, id est, quomõ il lorum animæ steriles erãt de bono & plenæ de peccato: sic uoluerũt ut anima Christi fuisset. l ¶ Ego autẽ cum mihi molesti essent, induebar cilicio.] Hæc sunt arma san ctorum. Totus aũt psalmus ex persona Christi est, & per Christum ad omnes sanctos referri potest. m ¶ Indue bar cilicio. Et humiliabam in ieiunio animam meam.] Legimus illius ieiunium, non legimus cilicium. Sed per cilicium peccatores: quia uestitus pœnitentiæ est.

superuacuẽ exprobrauerunt animã meam. Veniãt illis laqueus quem ignorant, & captiõ quam abscondit ap prehendat eos, & in laqueum cadant in idipsum. Ani mã autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo. Omniã ossa mea dicent: Domine quis similis tibi. Eripiẽs inopem de manu fortiorum eius, egenũm & pauperem à diripientibus eum. Exur gentes testes iniqui, quæ ignorabant interrogabãt me. Retribuebãt mihi mala pro bonis, sterilitatem ani mæ meæ. Egõ autem cum mihi molesti essent, indue bãr cilicio. Et humiliabam in ieiunio animam meam, & oratiõ mea in sinu meo conuertetur. Quãsi proxi mum, quasi fratrem nostrum, sic complacebãm, quãsi lugens & contristatus, sic humiliabar. Et aduersum me lætati sunt & conueuerũt, congregatã sunt super me flagella & ignoraũi. Dissipãti sunt, nec compuncti tentauerũt me, subsannauerũt me subsannatione

Induebar cilicio. Ac si dicat: Induit se diuinitas car ne, & de peccato damnauit peccatum. Ego autem cum G mihi molesti essent, induebar cilicio, & humiliabã in ie iunio animã meam, & oratio mea in sinu meo conuerte tur. Induit enim dñs asperitatẽ passionis, & luctũ de du ricia populi non cre dentis: celebrauit ie iunium, usq; ad uespe ram, cum in uespera mũdi oblatus est pro mundi salute. Cõuer sa est oratio eius in si num patris, cum in nihilo est frustratus à patre, & pater non quasi minori præsti tit, sed ut assumptum hominem declararet. Christus non carna liter sed spiritualiter ieiunauit. Esuriẽs ue nit ad arborẽ fici, si tiens uenit ad fõtem. Esuriebat salutem hu mani generis, sitiebat fidem ecclesiæ. Esurie bat in passione, quã do oẽs, maxime apo stoli negauerunt, nisi tãtum latro in crucẽ confessus est. n ¶ Et oratio mea in sinu meo conuertetur.] Hoc est, in secreto dei patris agebat. Et sancti orant in secreto: id est, in corde, ubi deus uide tur, ut in euangelio: Cum oras, intra in cubiculũ tuum, Matth.6.d & ora patrem tuũ in abscõdito. Et Anna orabat in tem 1.Reg.1. plo. o ¶ Quasi proximũ, quasi fratrem nostrũ.] Si ex D persona Dauid psalmum accipimus, proximum accipi mus Saulem. Si ex Christi, Iudam proditorem proxi mum uocat. Vel proximus & frater Christus Iudæis: quia de ipsis humanitatem attraxit. p ¶ Ita complace bam.] Id est, deo patri, frater ac proximus erat propter generationẽ corpoream. q ¶ Quasi lugẽs & contrista tus, sic humiliabar.] Lugebat enim, cum cõfortante an gelo, guttæ sudoris eius tanquã sanguis defluebãt ad ter ram. Et cõtristatus est cum diceret: Tristis est anima mea usque ad mortẽ. Tanquam lugẽs & contristatus: Lugẽ bat Christus pro parte nostra, ut illud: Videns, inquit, Luc.19.f ciuitatẽ, fleuit super eam. Ita humiliabar: quia Christus humiliatus est in passione. Vel sic complacebã: quia cõ placebat patri per fidem & spem. r ¶ Aduersus me læ tati sunt.] Lætati sunt Iudæi, quando Christum appre henderunt, ut eum crucifigerent. s ¶ Et conuenerunt in unum.] Ad hoc conuenerunt, ut Christum crucifige rent, non ut crederent. Vel aduersus me congregati sunt & conuenerunt, cum traditionis meæ promissionẽ habe rent. t ¶ Congregata sunt in me flagella.] Flagellaue runt Christũ, sicut dixit: Cum gladijs & fustibus ad me Matth.26.c uenistis. Et Pilatus dixit: Dimittam eum emẽdatum: id Luc.23.e est, flagellatum dimittam. u ¶ Et nõ cognoui.] Quid non cognoueris, quæritur: Quidam putant dolorẽ uul nerum quæ patiebatur in cruce. Sed melius ad pecca ta refertur, quod non habuerit conscientiam peccato rum, quare crucifixus sit. Et ignoraui, non quod igno ret Christus aliquid: sed ignoraui, quia propter quod istud mihi accidit, non commisi. Vel ignorauerũt, quod deus sub carnis uelamẽto lateret. x ¶ Dissipati sunt.] A uinculo charitatis. y ¶ Nec compuncti.] Vt agerẽt pœnitentiam. z ¶ Tentauerunt me] Multis modis ten tauerunt Iudæi Christum, sicut dixit unus ex ipsis: Ma Matth.22.d gister, quod est primum mandatum? a ¶ Subsannaue runt me subsannatione.] Deludentes atq; dicentes: Aue

frenduerũt ſuper me dentibus ſuis. Dominẽ quando reſpicies, reſtituẽ animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam. Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te. Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebãtur: & in iracundia dolos cogitabãt. Et dilatauerũt ſuper me os ſuum, dixerũt, euge euge uiderũt oculi noſtri. Vidiſti dominẽ, nẽ ſileas, domine ne diſcedas à me. Exurge domine, & intende iudicio meo deus meus, & dominus meus in cauſa mea. Iudica me ſecundũ iuſtitiam tuam, domine deus meus, & nõn ſupergaudeant mihi. Non dicant in cordibus ſuis, euge euge animæ noſtræ, nec dicant, deuorabimus eum. Erubeſcant & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me. Exultent & lætentur qui uolunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper magnificetur dominus qui uolunt pacem ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

A rex Iudæorũ. *a* ¶ Frenduerũt ſuper me dẽtibus ſuis.] Clamãtes, crucifige eum. Per motus corporis, oſtẽditur motus animæ. Per dentes intelligitur malicia: quia per maliciã ipſum crucifixerũt, & in hunc dẽtibus ſtriderũt. *b* ¶ Domine quando reſpicies.] Propheta ex perſona eccleſiæ dicit. Ac ſi dicat: Reſpice malorũ iniquitatem, & meã iuſtitiam ab ipſis diſcerne. *c* ¶ Et reſtitues animã meam à malignitate eorum, à leonib. unicã meã.] Leones ipſos perſecutores dicit, qui animam eius deglutire ore nitebantur: ſed eius reſurrectione cõfuſi ſunt. Ecce cõuerſa eſt oratio eius in ſinum eius, cum unica id eſt, ipſa anima integra corpori reſtituta eſt. Et quis, inquis, eã reſtituit? Ipſe cum paterna uoluntate, qui
Ioan.10.d dixit: Poteſtatem habeo tollendi animam meã, & poteſtatẽ habeo iterũ ſumẽdi eã. Et à leonibus unicam meã. Leo ipſe populus Iudaicus, propter fortitudinẽ maliciæ ſuæ. Vnicã meã, quia unica fuit anima Chriſti ſine peccato ſecundũ prophetam. Qui pec-
Eſa.53.c B catũ non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius. *d* ¶ Cõfitebor tibi dñe in eccleſia magna.] Id eſt in toto mundo diffuſa. *e* ¶ In populo graui laudabo te.] Id eſt in populo Chriſtiano, ibi te laudabo. Grauis dicitur: quia nõ eſt leuis ad peccandum. Non leui, quem uentus ut puluerem à facie terræ proijciet, ſed in graui & ſupra petrã fundato, firmiterq; præcepta cuſtodiente. Hinc iterũ recordatur paſſionis ſuæ quo potius eis iudicium mortis adnunciet, dicens: *f* ¶ Non ſupergaudeãt mihi qui aduerſantur mihi inique.] Iudæi Chriſto, & perſecutores eccleſiæ. *g* ¶ Qui oderunt me gratis, &c.] Hæc dicit ut non ſit iterata paſſio: quia nec redemptio ueniet iterata. Et annuerũt oculis: quia nihil boni in opere oſtenderũt. *h* ¶ Quoniã mihi quidem pacifice loquebãtur.] Vt eſt
Matth.22.b illud: Magiſter, licet tributũ dari Cæſari an nõ? Vel quãdo dixerunt: Magiſter, ſcimus quia uerax es, & in ueritate uiam dei doces. Sed hæc pacifica, plena erant dolo & ira. *i* ¶ Et in iracũdia dolos cogitabant.] Sic loquebãtur, ſed cogitabant ut apprehenderent eum, & ligarent eum: ſicut poſtea fecerunt. In ira hoc fecerunt, ſicut Iaco-
Iaco.1.c bus ait: Ira uiri iuſtitiam dei non operatur. Et ſicut alibi
Pſal.4.a dicit: Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper
Ephe.4.f iracundiã ueſtram. *k* ¶ Dilatauerũt ſuper me os ſuũ.] Dilatauerunt, quando accuſauerunt in blaſphemijs. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: quia non ſolũ peccauerunt in me: ſed etiam inſultauerunt, dicẽtes: Si filius dei eſt, deſcendat de cruce & credimus ei. *l* ¶ Dixerũt eu-
Luc.19.c ge euge.] Sicut dicit in euangelio: Euge ſerue bone & fidelis. Vel uox Iudæorum eſt, ac ſi dicant: Bene, bene uidemus quod expectauimus, illæ uirtutes quas faciebas, quod nihil erant. Vel dixerunt bene, bene: ſed doloſe. *m* ¶ Viderunt oculi noſtri.] Quia non accipis perſonã hominis: nec eſt tibi cura de aliquo. *n* ¶ Vidiſti domine.] Pater, illuſiones eorum. Ac ſi dicat: Vidiſti illos ad iudicandum. *o* ¶ Ne ſileas domine.] Ne taceas. Tacet modo & non tacet, id eſt, non tacet mandatum, tacet C iudicium. Te in teſtimonium adduco, cum iudicauero mundum. *p* ¶ Ne diſcedas à me.] Quia pater à filio non diſceſſit in paſſione. Sed tuæ adhæream dexteræ, donec digna ultione puniantur. *q* ¶ Exurge domine exurge.] Hoc eſt, in adiutorium. *r* ¶ Intende iudicium meum.] Id eſt, diſcerne inter me & Iudæos. Intende iudiciũ meum: quia par eſt pœna, & diſpar eſt culpa. Id eſt, quando cũ illis latronibus pendebat: quia ipſe innocẽs pẽdebat. Exurge & intende iudicium meum, qualiter iudicantes condemnauerunt me morti. *s* ¶ Deus meus & dominꝰ meus in cauſa mea.] Vox humanitatis ad diuinitatem: pro parte carnis loquitur. Iudica me ſecundum magnam miſericordiam tuam. Vnde dixit, intẽdẽ iudicium meum, id eſt, fac diſcretionem inter me & illos. *t* ¶ Iudica me ſecundũm iuſtitiam tuam domine deus meus.] Iudicaui ego adulteram ut non cõdemnaretur: iudicauerunt & iſti me innocẽtem, dignum morte: ideo D unuſquiſque ſecundum opus proprium iudicium mereatur. *u* ¶ Non ſupergaudeant mihi inimici mei: ne dicant in cordibus ſuis, euge euge animæ noſtræ, nec dicant, deuorabimus eum.] Non pateſiat ultra os eorum ad me deuorandum: ne dicant, deuorauimus eum. Deuorat homo quod in os mittit. Sed in hoc dicit deuorare: quia peccatores uolunt illos ſanctos deuorare: id eſt, ut unum corpus efficiantur. *x* ¶ Erubeſcant & reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis.] Id eſt, dæmones, Iudæi, hæretici, & perſecutores, qui gratulantur malis meis: hoc eſt, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. *y* ¶ Induantur confuſione & reuerentia qui maligna loquũtur aduerſum me.] Iſti ſupra dicti confuſione æterna. Vnde dicit: Diſcedi-
Matth.25.d te à me maledicti in ignem æternum. Vt qui me quaſi hominem iudicauerunt, ut Deum uideant iudicantem. Hinc propheta ad patrem loquitur: *z* ¶ Exultent & lætentur qui uolunt iuſtitiam meam.] Chriſtum expectantes, qui eſt iuſtitia patris. Vel exultent & lætẽtur qui uolunt iuſtitiam meam: id eſt, ſancti qui uolũt iuſtitiam dei implere, ipſi exultent & lætentur de remuneratione uitæ æternæ. *a* ¶ Et dicant, ſemper magnificetur dominus, qui uolunt pacem ſerui eius. Ipſe dominus eſt
Ephe.2.e pax noſtra, iuxta Apoſtolum. Serui eius: id eſt, Chriſti,
Eſa.49.b qui eſt ſeruus dei patris. Vnde dicit: Magnum eſt tibi uocari ſeruum meum, pro parte carnis. *b* ¶ Sed & lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam.] Lingua mea ſancti ſunt, qui meditantur mandata Chriſti. *c* ¶ Tota die laudẽ tuam.] Tota die, toto tempore laudare deum. Sed & lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, quia pro uita populi mortuus, non es in tartaro derelictus. Tota die laudem tuam: quia deuicta triumphans morte in cœlis es ſuſceptus à patre, cum quo tibi & ſpirituſancto eſt honor & gloria. Amen.

¶ In

In finẽm ſeruo domini pſalmus Dauid. XXXV

DIxit iniuſtus ut delinquat ſibi, nõn eſt timor dei ante oculos eius. Quoniã dolose egit in conſpectu eius, ut inueniatur iniquitas eius & odium. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni uiæ nõ bonæ, malitiam autẽ non odiuit. Dominẽ in cœlo miſericordia tua, et ueritas tua uſq; ad nubes. Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa. Hominẽs & iumenta ſaluabis domine, quemadmodũ multiplicaſti miſericordiam tuam deus. Filij autẽm hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrentẽ uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniã apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Prætendẽ miſericordiam

A a ¶ In finem puero domini pſalmus Dauid.] Iſte pſalmus perſonam peccatoris deſignat, ſuperbiã notat, fontem æterni luminis monſtrat. XXXV

DIxit iniuſtus ut delinquat ſibi.] Id eſt ſibimetipſi. Iniuſtus, hoc eſt diabolus cũ ſuis ſatellitibus, id eſt populis Iudæorum, uel reliquis ſuis membris ſibi deliquit. Nec alius quiſquã per iniuſtitiam ſic loquitur ut peccet, ſicut ille q dixit: Ponam ſolium meum ſuper ſydera, & ero ſimilis altiſſimo. Sẽper enim iniquitas proprio ſe cõfodit iaculo, iuxta illud: Fili, ſi malus euaſeris, ſolus hauries mala. Vel aliter: Dixit iniquus ut delinqueret ſibi: id eſt, decreuit ſe peccare debere. c ¶ Non eſt timor dei ante oculos eius.] Si enim timorem dei ante oculos haberet, nunquã execrabilia & abominanda cõmitteret. Non eſt timor dei ante oculos eius: id eſt, ante populum Iudaicum: quia ſi timorem dñi habuiſſent ante oculos cordis, nunquam tanta mala feciſſent. d ¶ Quoniam doloſe egit in conſpectu eius.] Diabolus & Iudæi ante conſpectum dei. Vel, doloſe egit in conſpectu eius, iniquæ concupiſcentiæ flamma ſtimulatus. e ¶ Vt inueniatur iniquitas eius & odium.] Dum cõcupiſceret contra iuſtitiam iniquitatẽ, dum auferre non poteſt, odium poſſedit. Sed & ad Iudam proditorem hæc pertinere ſequentia docent. f ¶ Verba oris eius iniquitas & dolus.] Dixit autẽ: Aue rabbi, & oſculo magiſtrũ tradidit inimicis. Ecce uerba oris, plena dolo atque iniquitate. Verba oris eius iniquitas & dolus, & in diabolo & in populo Iudæorum. g ¶ Noluit intelligere ut bene ageret.] Id eſt, diabolus & ſui ſatellites, quia aliud eſt nõ poſſe, aliud eſt nolle. Et Iudas uidebat quotidie cũ apoſtolis Chriſtum multa mirabilia operantẽ, ſed non intelligebat. In maliuolã enim animã non ingreditur ſapientia. h ¶ Iniquitatẽ meditatus eſt in cubili ſuo.] In cordis ſecreto, in quo compungi debuit, iniquitatem meditatus eſt, unde iam ſuperius mentionem fecimus. In cubili, id eſt, in corde eorum. i ¶ Aſtitit omni uiæ nõ bonæ.] Quia ibi aſtitit, ideo ad nullum iuſtitiæ fructum potuit peruenire. k ¶ Maliciam autem non odiuit.] Sed dilexit, quia non ſolum non oderũt, ſed amplexati ſunt. l ¶ Domine in cœlo miſericordia tua.] Ideſt, in ſanctis angelis, qui ibidem firmati fuerunt & non ceciderũt. Vel in cœlo miſericordia tua: id eſt, in ſancta eccleſia. Domine in cœlo miſericordia tua. Chriſtus dñs qui humanos miſeratus labores deſcendit de cœlo, ut colligaret uulnera noſtra. m ¶ Et ueritas tua uſq; ad nubes.] Veritas, Chriſtus eſt, ut illud: Ego ſum uia & ueritas. Nubes, ſancti prædicatores. Vnde dicitur: Mandabo nubibus meis ut non pluant imbrem ſuper eam. Quia ſicut nubes pluuiam portant, & irrigant terram, ſic ſancti prædicatores pluuiam, id eſt, doctrinam euangelij portant, & irrigant corda arentia. Et ueritas tua uſq; ad nubes. Qui ſpiritualiter ſcripturas nolunt intelligere: quærendum eſt ab eis, quomõ ueritas dei ſit uſq; ad nubes. n ¶ Iuſtitia tua ſicut montes dei.] Mons dei ſapientia, mons dei iudiciũ, mons dei ſanctificatio eſt. Sunt & huiuſcemodi montes plurimi, in quibus reconduntur arcana dei, quæ difficile humanitas poteſt inueſtigare, iuxta Apoſtolũ: Quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Vel aliter. Iuſtitia tua ſicut montes dei. Iuſtitia tua, mandata tua. Montes dei, ſancti maioris meriti, ſicut ſanctus Ioannes uel cæteri apoſtoli. Montes prius à ſole illuminantur, & poſtea ualles. Sed montes, id eſt, ſancti non à ſemetipſis niſi à ſole, id eſt, à Chriſto. Vnde dixit: Orietur uobis ſol iuſtitiæ. o ¶ Et iudicia tua uelut abyſſus multa.] Abyſſus multa, iudicia dei occulta: quia unum reprobat & alium aſſumit, ſicut dixit: Iacob dilexi, Eſau odio habui. Vel iudicia ſunt, quibus uel iuſtis beatitudo, uel impijs pœna infertur. Quæ ideo abyſſo cõparantur: quia in noui ueteriſq; teſtamenti profunditatib. contemplantur. p ¶ Homines & iumenta ſaluos facies domine.] Rationabiles irrationabiles q; perſonas, iuxta illud Apoſtoli: Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. q ¶ Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus.] Ab initio quidem profluа fuit miſericordia tua, ſed tunc multiplicata eſt, cũ nos cruore proprio redemiſti. r ¶ Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabũt.] Non progenies uiperarum, ſed illi qui ad imaginem dei mente perfecti ſunt, ſperant ſub crucis tuæ defenſione muniri. Vel filij hominum, id eſt, filij Chriſti: quia ipſe hominis filius eſt, & ſancti filij hominum. In protectione alarum tuarum, uel in tegmine. Duæ alæ, duo teſtamenta: quia inde teguntur ſancti à Chriſto. s ¶ Et inebriabuntur.] Id eſt, ipſi filij, ineinebriabuntur quidem ab ubertate domus tuæ, à pinguedine gratiæ ſpiritus ſancti. Domus tuæ, ſanctæ eccleſiæ. Vel inebriabuntur, ut oblitis flagitijs, uirtutibus copulentur. t ¶ Ab ubertate domus tuæ.] Ab intellectu dogmatum eccleſiaſticorum. u ¶ Et torrente uoluptatis tuæ potabis eos.] Torrens uoluptatis dei, ſpiritus ſanctus eſt, qui irrigat omnem animam ſpiritualibus fluentis, ut fructum exhibeat ſanctitatis. x ¶ Quoniam apud te domine eſt fons uitæ.] Et tu es, & apud te eſt origo omnium bonorum: & tu præſtas baptiſmum, per quod ablutis facinoribus, uitam largiaris æternã. Vel fons uitæ: quia doctrina dei, animæ uita eſt. y ¶ In lumine tuo uidebimus lumẽ.] Lumẽ patris Chriſtus eſt. In Chriſto patris lumine, lumen ſpiritũ ſanctum uidebimus. Lumen tuum pater eſt: cuius uoluntatem faciens, ueniſti illuminare occulta tenebrarum, ut in te, qui es lux mundi, mereremur illud lumen cernere in gratia mentis puræ. Sic enim ait ad Philippũ: Qui uidet me, uidet & patrem meum. In lumine eius: id eſt, in Chriſto, ui debimus lumen, id eſt ſpiritum ſanctum, qui ſuper apoſtolos in ſpecie ignis illuminantis apparuit. Et in lumine tuo uidebimus lumẽ: id eſt à Chriſto illuminabimur, ut ait in euangelio: Erat lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. z ¶ Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te.] Qui te uenturum in mundum nouerunt. De quibus poſtmodum in euangelio dicis: Multi iuſti & prophetæ cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt. Non ſuperbis & ſubdolis, ſed mundis corde. Vel, oſtende miſericordiam tuam ſcientibus te, id eſt, qui te ſciunt & te intelligunt, ipſis oſtende miſericordiam tuam domine.

Eſa.14.e Pro.12.a Ioan.14.a Eſa.5.b Rom.11.d Malach.4.a Rom.1.a Ioan.14.b Ioan.1. Matth.13.b

tuam ſcientibus te, & iuſtitiã tuam his qui recto ſunt corde. Nõn ueniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatorisnon moueat me. Ibi ceciderũnt omnes qui operantur iniquitatem, expũlſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

Pſalmus Dauid. XXXVI

NOli æmulãri in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniã tanquam fœnum uelociter areſcent, & quemadmodum holera herbarum cito decident. Speră in domino, & fac bonitatem, & inhabitã terram, & paſcẽris in diuitijs eius. Delectarẽ in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuelă domino uiam tuam & ſperă in eo, & ipſe faciẽt. Et educẽt quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem, ſubditus eſto domino & oră eum. Noli æmulãri in eo qui proſperatur in uia ſua, in hominẽ faciente iniuſtitiam. Deſinẽ ab ira & derelinquẽ furorem, nõli æmulari ut maligneris. Quoniã qui malignantur, exterminabuntur, ſuſtinentẽs autem dominum ipſi hæreditabunt terram. Et adhũc puſillum & non erit peccator, & quærẽs locum eius & non inuenies, Manſuẽti autem hæreditabunt terram. Et delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccator iuſtum, & stridebit ſuper eum dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum, quoniã prouidet quod uenturus ſit dies eius. Gladium euaginauerunt impij, intenderunt arcum ſuum, ut deijciant pauperem & egenum, ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Melius eſt modicum iuſto, quam diuitiæ impiorum multæ. Quia brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iuſtos dominus. Nouit dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur. Quia peccatores peribunt, & inimici domini ſtatim ut honorificati fuerint & exaltati quaſi fumo deficient. Mutuabitur peccator & non ſoluet, iuſtus autem miſeretur & tribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt terram, maledicentes autem illi diuidentur. A domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Cum ceciderit non collidetur, quia dominus ponit manum eius. Puer fui etenim & enim ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedictione erit. Declina a malo & fac bonum, & habita in ſeculum ſeculi. Quia dominus diligit iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos. In æternum conſeruabuntur, iniuſti autem punientur, & ſemen impiorum peribit. Iuſti hereditabunt terram, & habitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur gressus eius. Obſeruabit peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicatur. Expectа dominum & cuſtodi uiam eius, & exaltabit te ut hereditet terram, cum perierint peccatores uidebis. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui & ecce non erat, & quæſiui locum eius & non inuentus eſt. Obſerua innocentem & uide rectum, quoniã ſequentibus eſt pax. Iniuſti autem diſperibunt ſimul, nouiſſima impiorum exterminabuntur. Salus autem iuſtorum a domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, & eripiet eos a peccatoribus, & ſaluos faciet eos, quoniã ſperauerunt in eo.

Pſalmus Dauid. XXXVII

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniã ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non eſt pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniã iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquabant & ſtabant, & qui iuxta me erant de longe ſtabant. Et uim faciebant qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi locuti ſunt, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo increpationes. Quoniã in te domine ſperaui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi ne quando gaudeant inimici mei mihi, & dum commouentur pedes mei in me magna loquebantur. Quoniã ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniã iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniã ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſcedas a me. Intende in adiutorium meum domine uirtus ſalutis meæ.

Pſalmus Dauid. XXXVIII

DIxi cuſtodiam uias meas ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui a bonis, & dolor meus renouatus eſt. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis

---

A a ¶ Et iuſtitiã tuam his qui recto ſunt corde.] Iuſtitiam tuam, mandata tua. Qui recto ſunt corde, id eſt, qui non habent duplicitatem cordis. b ¶ Non ueniat mihi pes ſuperbiæ.] Ne elatus uanitate, incidam in laqueum diaboli, & euadere non poſſim. c ¶ Et manus peccatorum non moueat me.] Id eſt opera malorum me non moueant de bono in malum. Non me moueat, ut à te diuellar. d ¶ Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem.] In hac ſuperbia atque uanitate cõtra quam ſtare debuerant, ceciderunt. e ¶ Expulſi ſunt.] A regno dei. f ¶ Nec potuerunt ſtare.] Expulſi ſunt dæmones de cœlo, nec potuerunt ſtare. Cœlũ eos non potuit tenere: quia in pedes ſuperbiæ iam corruerant. Nos uero oremus dominum, ut nobis nominis ſui timorẽ inſinuet, miſericordiam de cœlo ſolite largiatur, ſuperbiam à nobis bonis ſuis inimicam auferat, atque omnem dolum auer-

B tat, nosq; ſacro ſancti luminis ſui cognitione illuminatos, regno ſuo dignos efficiat. Amen. g ¶ Pſalmus Dauid.] Trigeſimusſextus pſalmus perſonam iuſti glorificat, iniuſti notat: mores inſtruit, bonitatem dei docet, prauitatem euellit. XXXVI

NOli æmulari in malignãtibus.] Multas habet æmulatio interpretationes, quæ loco ſuo debent uel intelligi uel exponi. Nam hic dicit: noli particeps eſſe malignis, neque ad zelum, neque ad inuidiam, quia zelus ira eſt, ſecundum illud quod per prophetam dominus ait: In indignatione magna zelatus ſum Sion. Inuidia autem liuor eſt, iuxta illud: Occidi adoleſcentulum in liuore meo. i ¶ Neque zelaueris facientes iniquitatem.] Non imiteris eos qui per iniquas fraudes diuitias congregant, honoremq; requirunt, ſed deum attendẽs, bonitatem apoſtolicam quære. k ¶ Quoniam tanquam fœnum uelociter areſcent: & quemadmodum holera herbarum cito decident.] Recte hæc carnalis gloria & mundana potentia, fœno (iuxta Eſaiam) comparatur. Omnis, inquit, caro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos fœni. Aruit enim fœnum, & flos eius decidit. Huic ſententiæ addidit Iacobus apoſtolus: Ita & diues in itineribus ſuis marceſcet. Simili ratione & de holeribus ſentiendum eſt: quia non omnia holera infirmis ſunt opportuna. l ¶ Spera in domino & fac bonitatẽ.] Tanquam ægro tibi loquitur ſermo diuinus, ut inter reliquas gratias quæ ſunt fructus ſpiritus exhibeas bonitatem. Spera in domino: ſpem habeas ſemper in domino. Et fac bonitatem, hoc eſt, adimple mandata. m ¶ Inhabita terram.] Sanctam eccleſiam, uel corpus tuum. Tu dominare carni, non caro tibi. n ¶ Et paſceris in diuitijs eius.] In ſacris uoluminibus. Si hæc terra fructum exhibeat ſanctitatis, tunc & tu iocundaberis in diuitijs dei. o ¶ Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.] Cor ſemper ſapiẽtiam petit. Ergo ſi admiſſis his iocunditatibus in domino delectaris, dabit tibi theſauros ſapientiæ ſuæ, uel quicquid petieris per fidem. Vnde dixit: Quia ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quam petierint à patre meo, fiet eis. p ¶ Reuela domino uiam tuam.] Quomodo dicit, reuela: nũquid aliquid neſcit deus? Non, ſed tu quod habes in corde, patefacere debes deo in ſermone per confeſſionem tuam. Confitere ei actiones tuas, & ſpera in eum ſemper, & ipſe tibi dimittet peccata tua. q ¶ Et ſpera in eum.] Quod poſſit remittere delinquenti. r ¶ Et ipſe faciet.] Et quid inquis, faciet. s ¶ Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam.] Ad claritatem qua eum credidiſti. Iuſtitiam tuam: id eſt, in claritate opera tua. t ¶ Et iudicium tuum.] Quo ea quæ bona ſunt elegiſti. u ¶ Tanquam meridiem.] In pleno ſplẽdore gratiæ ſuæ, cum reuelat coram angelis ſuis. Vel meridies, opera ſanctorum in

D telliguntur. x ¶ Subditus eſto domino.] Non peccato, ſed humilis eſto coram domino. y ¶ Et ora eum.] Pro delictis præſentibus & antiquis. Vnde Paulus dixit: Primo omniũ fieri orationes, obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt. 1. Timo. 2. z ¶ Noli æmulari in eo.] Ne inuidus ei ſis, ſicut ſuperius. Et iudicium tuum tãquam meridies. Tunc enim iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum: & erunt clara omnia quæ nunc abſcondita ſunt. Vel noli æmulari in eo qui proſpere agit in uia ſua. Non te terreat impij felicitas breuis. Quieſce ab ira & derelinque furorem. Noli æmulari ut malefacias. Depone iram, ne iniqua patiens, uicem reddere compellaris. a ¶ Qui proſperatur in uia ſua.] Qui feliciter agit in hoc ſeculo. b ¶ In homine faciente iniuſtitiam.] Ipſe enim ſe peccando præcipitat, ne cum illo eſſe deſideres qui iniquitatem facit. c ¶ Deſine ab ira.] Quæ dei iuſtitiam non operatur. d ¶ Et derelinque furorem.] Qui ſecundum Salomonem etiam ſapientes perdit. Vel deſine, ceſſa ab ira animi, & furore corporis. e ¶ Noli æmulari ut maligneris.] Ne alios prouocando ad nequitiam, ipſe nequam efficiarẽ. f ¶ Quoniam qui malignantur exterminabuntur.] Quia non habẽt radicem pietatis. Vel exterminabuntur de terra uiuentium. g ¶ Suſtinentes autem dominum, ipſi hæreditabũt terram.] Id eſt, terram repromiſſionis, quæ fluit mel & lac. h ¶ Adhuc puſillũ & non erit peccator.] Modice expecta, & nõ erit peccator, qui tolletur hinc, quia diuina opera, & nõ erit peccator, qui tolletur hinc, quia diuina opera, & nõ erit peccator, qui tolletur hinc, quia diuina opera

A ignis inflammat. Hæreditabunt terram illam uiuẽtium, quia mites & humiles possidebunt terram: hoc est, uitam æternam. *a* ¶ Et delectabuntur in multitudine pacis.] Delectabuntur, id est, lætabuntur, in multitudine pacis, id est in christo: cum in regno Christi coniũcti fuerint, qui est pax nostra. *b* ¶ Obseruabit peccator iustũ.] Vt inuento loco noceat ei: quia per illa opera sanctorũ ipsi cruciantur & torquẽtur in ista præsenti uita: id est, in mente intus malicia & inuidia quam habẽt. *c* ¶ Et stridebit super eũ dẽtibus suis.] Nequitiæ & maliciæ dentibus quibus eum nititur deuorare. Per motũ corporis, ut diximꝰ, ostendit motum animæ. *d* ¶ Dominus autem irridebit eum quia prospicit quod uenient dies eius.] Dies ultiõis iræ dei. Nunquid dominus aliquem irridet? Nõ, sed quia digni sunt ipsi ut irrideantur in uindicta. Quoniam prospicit ꝙ ueniant dies eius: hoc est, dominus scit quãdo ueniet perditio eius. *e* ¶ Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suũ.] Gladius siue sagittæ peccatorum, uerba seductiõis sunt. Arcus uero uel uagina, mens est eorum de quibus proferuntur. Vel gladiũ euaginauerunt peccatores, id est, gladium persecutorum in persecutione. Intenderunt arcum: id est, tendicula ipsorum contra sanctos. *f* ¶ Vt decipiant pauperem & inopem.] Non diuitem mundi, sed pauperem Christi. *g* ¶ Vt trucident rectos corde.] Vt eos qui bene credũt seducendo interimant. Quia tunc animæ sanguis funditur, cum quis blande seducitur, & cadit in peccatũ. Sed hæc ad hæreticos referenda sunt, contra quos debemus fortes stare: ut eis quod propheta adiecit, adueniat. *h* ¶ Gladius eorum intret corda ipsorum, & arcus eorũ confringatur.] Vnusquisque enim qui contra deum loquitur: aut cuius mens in stulta arrogantiæ uanitate superfluit: nec scripturis spiritualiter intendens, uitiosa eas interpretatiõe corrũpit, ipse se proprio interimit pugione. Et sicut ad apostolos pax eorum, si indigna sit domus, reuertitur: ita & in corda istorum gladius si contra insontẽ euaginetur, infigitur. Vel gladius eorum intret, in corda ipsorum: hoc est, uindicta in animas ipsorũ. Et arcus eorum confringatur: tendicula ipsorum. *i* ¶ Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.] Metuit enim illud quod dominus ait in euangelio, Mat.16.d Quid prodest homini si mũdũ uniuersum lucretur: animæ autem suæ detrimentũ patiatur? Modicũ autẽ quod dixit, fides est. Quæ quanquam grano synapis comparetur, magnam tamen habet uirtutem. Melius est modicũ iusto, super diuitias peccatorum multas. Quamuis parua sint, meliora sunt, quia dixit Salomon: Eccẽs.4.b Melior est exigua portio cum requie, quàm plena manus cum iniquitate. *k* ¶ Quoniam brachia peccatorum conterẽtur.] Brachia, id est, fortitudo illorum conteretur in uindicta, 2.Thim.1.c ne innocentibus noceant. *l* ¶ Confirmat autem iustos dominus.] In fide conuersantium infirma corroborat.

tabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustũ, & stridebit super eũ dentibus suis. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod ueniet dies eius. Gladium euaginarunt peccatores, intenderunt arcum suum. Vt decipiant paupere & inopem: ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos dominus. Nouit dominus uias immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Inimici uero domini mox ut honorificati fuerunt & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuabitur peccator & non soluet, iustus autem miseretur & retribuet. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt. A pud dominum gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Cum ciderit nõ collidetur, quia dominus

m ¶ Nouit dominus uias immaculatorum.] Id est, conuersationem illorum. Nouit dominus qui sunt eius: immundos autem & eos qui eum ignorant, nescit. Omnis enim ignorans ignorabitur. 1.Cor.14.g *n* ¶ Et hæreditas eorum in æternum erit.] In Christo, qui est perpetuus & æternus. Vel in æternum erit, hoc est, in uita æterna. *o* ¶ Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabũtur.] Tempus malum, iudicij tempus ostẽdit: in quo cum iusti non patiantur famem, de peccatoribus dicitur Væ uobis qui saturati estis: quoniam esurietis. Luc.6.d Non confundẽtur in tempore malo In tempore discussionis, quod impijs malum erit. Et in diebus famis saturabuntur, & si desinant esse ministratores uerbi dei, hi in Christo qui panis est uiuus, reficientur. Vel in diebus famis saturabũtur: hoc est, quando illi peccatores erunt uacui, tunc sancti saturabũtur de gratia dei. *p* ¶ Quia peccatores peribunt.] Quia non custodiunt mandata dei, si non emendauerint. D *q* ¶ Inimici uero domini mox ut honorificati fuerint.] In potestate terrena. *r* ¶ Et exaltati.] In uana gloria. *s* ¶ Deficientes quemadmodum fumus deficient.] Ad ueniente autem morte, omnis gloria eorum tanquam fumus aut nebula tabesceret, quia cito omnia transeunt. *t* ¶ Mutuabitur peccator & non retribuet.] Quia non restituet pecuniam dõmini cum usuris. Mutuum accepit à domino: id est, quinque sensus corporis, uel diuitias, & non gratias agit deo. Luc.19.d *u* ¶ Iustus autem miseretur & commodat.] Id est, & in se facit misericordiam & in alijs: hoc est, discernit ipsos quinque sensus corporis. Vel iustus miseretur & commodat. Accepit uerbum, & spiritualibus spiritualia subministrat: ut non solum se, sed alios lucrifaciat. In hoc uero uersiculo, etiã miseratio pauperum intelligenda est. *x* ¶ Quia benedicentes ei hæreditabunt terram.] In qua bona dei reposita sunt. Qui semper deum laudant, & ipsi possidebunt terram: id est, & istam terram solent possidere, & postea terrã uiuentium possidebunt. *y* ¶ Maledicentes autem ei disperibunt.] Promittente domino: Inimicus ero inimicis tuis, Exo.23.c & affligam affligentes te. *z* ¶ Apud dominum gressus hominis dirigentur.] Quibus ad eum transire conatur. Sic & Rebecca abiit interrogare, non de loco ad locum, sed de uita ad uitam, & Moyses solutis uinculis Gene.24 Exo.3.c pedum, transiit uidere rubum. Et tu si apponas animum ut transeas à morte ad uitam, non pedum gressibus, sed animi uirtute, diriguntur à domino gressus tui. Ad dominum gressus hominum dirigentur, sensus uniuscuiusq; ut ait Salomon: Hominis est præparare uiam suam sed dominus diriget gressus suos. *a* ¶ Et uiam eius uolet.] Vt ad se ueniat qui est uia, ueritas & uita. Vel mandata eius desiderat. *b* ¶ Cum ciderit non collidetur.] Quare? *c* ¶ Quia dominus firmat manum eius.] Id est, opera eius. Cũ ciderit propter infirmitatem carnis: quia septies cadit iustus & resurgit non

A collidetur: quia dominus supponit manum suam. Agẽ ti pœnitentiam statim miseretur. Sic & Dauid & Petrus cognitum lachrymis purgauerunt delictum,& à domino confirmati sunt. *a* ¶ Iunior fui,& senui:& non uidi iustum derelictum.] Nolite, inquit Apostolus, pueri efici sensibus uestris, sed malicia paruuli estote. Ergo iste abinitio ætatis suæ paruulus in malicia, sed senex in uirtute diuina: intellexit nunquã posse iustum à domino derelinqui: nec semen eius quærẽs panem doctrinæ cœlestis: de qua uerbũ insipientibus præbuit. *b* ¶ Nec semen eius quærens panem.] Semen eius, opera eius. Quærens panem, id est, uerbũ dei. *c* ¶ Tota die miseretur & cõmodat.] Dies est cũ unusquisq; bonũ exercet. Iste ergo omnibus diebus uitæ suæ fœnerat domini sui pecuniam, non ad lucra mundana, sed ad cœlestia conquirẽda Tota die, omni tẽpore. Miseretur à deo, id est, qui alijs ministrat doctrinã dei. *d* ¶ Et

1.Cor.14.

firmat manum suam. Iuniõr fui,& senui,& non uidi iustum derelictum, nẽc semen eius quærens panem. Tota diẽ miseretur & commodat,& semẽn illius in benedictione erit. Declinã à malo & fac bonũm, & inhabitã in seculum seculi. Quiã dominus amat iudicium,& nõn derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Iniũsti punientur,& semẽn impiorum peribit. Iũsti autem hæreditabunt terram,& inhabitabũnt in seculum seculi super eam. Os iũsti meditabitur sapientiam, & linguã eius loquetur iudicium. Lẽx dei eius in corde ipsius, & nõn supplantabuntur grẽssus eius. Considerãt peccator iustum,& quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nẽc damnabit eum cum iudicabitur illi. Expectã dominum & custodi uiam eius,& exaltãbit te ut hæreditate capias terram, cũm perierint peccatores uidebis. Vidi impiũm superexaltatum,& eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui & ecce non erat, & quæsiũi eum, & non est inuentus locus eius. Custõdi innocentiam, & uide æquitatem, quoniãm sunt reliquiæ homini pacifico.

B semen eius in benedictione erit.] Opera quæ gessit, uel doctrinam quam docuit: à domino benedicentur. Sed & semen ad Christianum refertur populũ: qui in ecclesia assidua benedictione ditatur. Et semen eius in benedictione erit, in abũdantia & gloria. *e* ¶ Declina à malo.] Opere. *f* ¶ Et fac bonum.] Quod deus præcepit. Declina à malo & fac bonum. Declina à malo: à diabolo, uel à peccato: & fac bonum, hoc est, imple mandata. *g* ¶ Et inhabita in seculum seculi.] In ecclesia in unitate fidei, esto cum eo perpetuus. *h* ¶ Quia dominus amat iudiciũ.] Quo iustos impios'que discernit. *i* ¶ Et non derelinquet sanctos suos.] Qui in eum totam spem locauerunt. In æternum conseruabuntur. Hoc est, in perpetuum: quia æterna concupierunt. *k* ¶ Iniusti puni-/entur.] In uindicta. *l* ¶ Et semen impiorum peribit.] Semen impiorum, hoc est, opera illorum cum ipsis punientur in tormentis, & omne opus eorum disperdetur: quia iniquum est. *m* ¶ Iusti autem hæreditate possidebunt terram.] Terram uiuentium. *n* ¶ Et inhabitabũt in seculum seculi super eam.] Super illam quæ est sine fine, de qua fugit dolor & gemitus. *o* ¶ Os iusti meditabitur sapientiam,] Id est, Christum, unde dicit. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Cum ait meditabitur futurum significat tempus, quod in regno dei intelligitur agendum: in quo non uino luxuriæ, neq; cibis uoluptuosis, sed sapientia dei, iustorum or& replebuntur. *p* ¶ Et lingua eius loquetur iudicium.] Cũ omnia ponderate & non fraudulenter: neq; cum ira, sed iusto iudicio, quæ de deo sentit, enarrat. In quo enim abundat gratia spiritualis, omnia perscrutatur etiã alta dei. *q* ¶ Lex dei eius in corde ipsius.] Hoc est in mente iusti. Non solum in ore ac lingua, sed etiam in alto cordis eius fructificabunt per legem dei, opera sanctitatis. *r* ¶ Et non supplantabuntur.] Ab aduersario. *s* ¶ Gressus eius.] Quibus ad deum peruenire nititur. Vel non supplantabuntur gressus eius. Sensus eius à diabolo, uel à peccato. *t* ¶ Considerat peccator iustum,& quærit mortificare eum.] Intuebatur enim populus Iudæorum iustũ filium dei,& stridebat in eum: quia grauis ei erat etiam ad uidendum. Sic & nunc inimicus considerat unumquemque nostrũ ut perdat. Sed uigilanter resistat, eueniet quod sequitur. *u* ¶ Dominus autem nõ derelinquet eum in manibus eius.] In potestate utique illius. *x* ¶ Nec dãnabit eum cum iudicabitur illi.] Dat iudicium impius ut pereat iustus: & dominus non damnat eũ: quia custodiuit legẽ eius. Sed illum iustũ non cõdemnat in die iudicij cum impium iudicat. *y* ¶ Expecta dominũ, & custodi uias eius.] Per spẽ firmam & indeficientem mandatorũ custodiam expectatur deus: ideo non debemus confundi in diuersis mundi tẽtationibus. Expecta dominum: Quicquid tibi accidat in prosperis & in aduersis, patienter expecta: id est, sustine. *z* ¶ Exaltabit te ut hæreditate capi-/as terram.] Illam utique æternæ beatitudinis tellurẽ: in qua iusti post terminatos labores exaltabũtur. *a* ¶ Cũ perierint peccatores uidebis.] Tunc iusti peccatores perire uidebũt, cum fructum mercedis domino tribuente percipient. *b* ¶ Vidi impium exaltatũ & eleuatũ super cedros Libani. Et transiui & ecce nõ erat.] Cum mundi huius pelagum transierimus, tunc uidebimus non esse diabolum, & locum eius nequaquam apparere peccatum. Cedrus duas habet interpretationes, sed in hoc loco eius explanatio hæc est. Sicut enim cedrus super excelsos montes apparet exaltata, & impulsu uentorũ sæpe delabitur: Ita & impius qui relicto deo in diuitijs mũdi confidit: quãlibet floreat, quamlibet extollatur & eleuetur, non inuenietur cum ab hoc mundo migrauerit. Sed & ad Iudam traditorẽ ista referuntur. Vel cedrus Libani, sancti propter altitudinẽ meritorũ ipsorũ, & sacerdotes, odore boni operis. Impij super ipsos sunt: qa calcãt & opprimũt illos. Transiui & ecce nõ erat. Dicat hoc apostolicus cœtus: quia transiui procellam passionis Iesu: & illo resurgente, hic non erat: quia abijt, & laqueo se suspendit. *c* ¶ Quæsiui eum & non est inuentus locus eius.] Quod autem non sit inuentus locus eius, & habitatio eius desolata remanserit, Petrus in actibus apostolicis prodidit, cum Matthiam in eius ordinem subrogauit. Vel, transiui & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius: id est, impij. Non est inuentus locus eius: pro tanta uelocitate qua deficiũt. *d* ¶ Custodi innocentiam, & uide æquitatem.] Si nulli noceas: si cum nullo litigiosus fis, uidebis Christum, quia sicut uia, ueritas & uita, ita & æquitas intelligitur. *e* ¶ Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.] Qui hic pacifice uixerit, ut filius dei uocetur: huius reliquiæ, hoc est, corpus mortale reseruatur ad gloriam resurrectionis, iuxta illud Apostoli: Oportet mortale hoc induere immortalitatem. Reliquiæ impiorum peribunt. Pro reliquijs in Hebræo, nouissima habet.

Act.1.d

1.Cor.15.g

¶ Iniu

Iniusti autem disperibunt simul, reliquiæ impiorũ peribunt.] Non reseruãtur eorum reliquiæ ex superbia ut in æternum uiuãt: sed ut in pœnam gehennæ ignis intereant. *b* ¶ Salus autem iustorum à domino.] Per quẽ & præsentem uitam capiunt, & adipisci præstolantur æternam. Salus autem iustorum à domino. Ipse est nostra salus. *c* ¶ Et protector eorum est in tẽpore tribulationis. Adiuuabit eos & liberabit eos à peccatoribꝰ. Saluos faciet eos, quoniam sperauerunt in eum.] Propterea saluos faciet eos, & protector eorum est in tẽpore tribulatiõis, cũ per artam uiam, quæ ad uitam ducit incedunt, plenam doloribus & ærũnis. Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos à peccatoribus: saluos faciet eos quia sperauerunt in eum: cum ad perfectionẽ puræ mẽtis pducit. Ad eũ uenire meruerunt: quoniam sperauerunt in eum. In omnibus enim angustijs in eum spem locauerunt, qui
B dixit: Ego sũ deus: & absq; me nõ est alius. Ego occidam & uiuere faciam: percutiam
Deut.32.f & ego sanabo. Qui sanet omnes infirmitates mẽtium nostrarũ: nobisq; præstet toto corde erigere spem nostram & in se tribuat collocari: ut à peccatis liberati, mereamur ipso distribuente etiam æternitatis præmium adipisci. *d* ¶ In finem psalmus Dauid in rememoratiõe diei sabbati.] Sabbatum, requies interpretatur, hoc est quando requiescunt sancti: id est, quando requiescit ecclesia in illa requie paradisi quam perdidit in Adam. Iste psalmus ostẽdit, ut si accidat infirmitas corporeæ fragilitati, non desistat requiri medicina cœlestis.

XXXVII

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.] Totus psalmus ex persona pœnitẽtis est: sed ad Christum referri potest: sicut & sexagesimusoctauus. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Ira est, ut sæpe diximus, commotio animi. Furor uero uindicta irrationabilis, cum fellis amaritudine. Ideo iste qui se peccatorẽ scit: non ira, sed per misericordiam, nec in furore, sed per patiẽtiam se argui postulat. *f* ¶ Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.] Verba doctrinæ quæ ut iaculũ transuerberarũt cor meũ, ut agerem pœnitentiã. *g* ¶ Et confirmasti super me &c.] Vt tãquam bonus magister uerberibus castigationis afflictum redderes emendatum. *h* ¶ Nõ est sanitas in carne mea à facie &c.] Vidi faciẽ iræ tuæ, & nõ ipsam iram: hoc est, intellexi per scripturas sanctas, quanta minaberis peccatoribus, & extabui, petens ne ipsa super me ira descenderet. *i* ¶ Non est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ.] Nullam quietem indulsi uel ossibus uel mẽbris meis donec ea pœnitẽdo purgarem. *k* ¶ Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ.] Invaluerunt enim mihi: ut sequitur. *l* ¶ Sicut onus graue grauatæ sunt super me.] Non est enim mihi leue peccatum meum, sed recognosco quia graue mihi iudicij pondus imposuit, & super uerticem capitis mei excreuit. Sicut pondus grande, sic peccata mea super me. C
m ¶ Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.] Porcorum mos est cœno, aut stercoribus pro bonis odoribus uti: nec intelligunt se in his sordidissime uolutari.

Iniũsti autem disperibunt simul, reliquiæ impiorum interibũt. Salũs autem iustorum à domino, & protector eorum est in tẽpore tribulatinis. Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Psalmus Dauid in rememoratione diei sabbati.

XXXVII

DOminẽ ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Nõn est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, nõn est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à faciẽ insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem, totã die cõtristatus ingrediebar. Quoniam lũbi mei impleti sunt illusionibus, & nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desideriũ meũ, & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatũ est, de reliquit me uirtus mea, & lumẽ oculorum meorum & ipsum non est mecũ. Amici mei & proximi mei, aduersum me appropiauerunt & steterunt: & qui iuxta me erant de longe steterunt: & uim faciebant qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus. Dixi enim nequando supergaudeant inimici mei mihi: & dum commouentur pedes mei in me magna loquebantur. Quia ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ.

Nam mihi fœtent & computrescunt uulnera peccatorum, desideranter q; expeto medicum. Et cur, inquis, computruerũt? *n* ¶ A facie insipientiæ meæ.] Quia nolebam agere pœnitentiam. A facie insipientiæ meæ. Per hoc putruerunt, scilicet per insipientiam meã: ut Paulus dicit: Quod infirmum est dei, fortius est hominibus. 1.Cor.1.d
o ¶ Miser factus sum & curuatus sum usq; in finẽ.] Vsque dum confitẽdo purgarer: quia sine confusione & mœstitia nõ dimittunt peccata. *p* ¶ Tota die cõtristatus ingrediebar.] Indignũ me esse iudicans: qui uel oculos ad cœlũ leuare auderẽ: sed percutiẽs pectꝰ meũ, aiebam: Deus propicius esto mihi peccatori. Luc.18.e D
q ¶ Quoniam lũbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.] Illis illusiõibus se profitetur esse infirmatum, atque repletũ: quibus diabolus humanũ genus allicit ut delinquat. Deus tu cognouisti insipientiam meam: quia lumbi mei impleti sunt illusionibus. Se unusquisque consideret, & titillãtem corporis intelligat uoluptatem, & tunc dicere potest cum Paulo apostolo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et illud: Neque enim quod uolo hoc facio, sed quod nolo. Rom.7.d
r ¶ Incuruatus sum & humiliatus sum nimis.] Ad pœnitẽtiam. *s* ¶ Rugiebam à gemitu cordis mei.] Petens cum luctu remissionem. Aliud est gemitus corporis, & aliud gemitus cordis. Gemitus corporis, est propter res terrenas: uel propter mortem gemere. Gemitus cordis propter sua peccata uel aliorum. Sed Christus non habuit quod gemeret: quia nõ fecit peccatum.
t ¶ Et gemitus meus non est absconditus à te.] Id est, quicquid habet homo, deus scit. Quicquid deliqui, quicquid mali gessi, omnia tibi cum gemitu referaui: sciens quia tibi non occultantur occulta. *u* ¶ Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me uirtus mea.] Quia iram quam superius memoraui, incurrere expauesco.
x ¶ Et lumen oculorum meorũ &c.] Quia postposito ueritatis lumine, in tenebras deciderã peccatorum. Sic enim prophetam omnem ordinem huius psalmi ex peccatoris persona prosecutum fuisse, anteriores nostri docuerunt. Sentiant illi quodlibet. Ego uero ab illo loco, ubi ait: Amici mei & proximi mei, usque ad finem psalmi, uideo dominum meum Iesum Christum à Iudæis circundari: in cruce suspendi: & ex inferno resurgere, Ait ergo ipse dominus de passione sua. *y* ¶ Amici mei & proximi mei aduersus me &c.] Amici dicuntur Iudæi propter Abraham. Proximi, eo ꝙ ab eorũ generatione assumpserit carnem, qui appropiauerũt ei, ut cõprehende/

A henderetur. Amici mei & noti mei contra me ſteterunt. Poteſt & de diſcipulis accipi: qui in paſſione metu territi, à domino receſſerunt: intantum ut etiam eũ Petrus denegaret. Vel ſteterunt, cauſantes cõtra eum. *a* ¶ Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt.] Apoſtoli uel reliqui diſcipuli, de quibus

Luc.23.f ait euangeliſta: Cum autem apprehendiſſent eum, ſtabant omnes noti eius à longe. *b* ¶ Et uim faciebant qui quærebant animam meam,] Faciebant uim, nõ noti, ſed Iudæi: uel Petro, cum dicerẽt: Nam & tu ex illis es: Vel Iacobo: qui cum traherẽ-

Luc.22.f Mat.14.e tur relicta ſyndone, nudus aufugit ab eis. Et uim faciebant qui quærebant animam meam: ſcilicet Iudæi, quaſi illorum fortitudo eſſet, & à deo ipſam poteſtatem non accepiſſent. *c* ¶ Et qui quærebant mala mihi locuti ſunt uanitates, & dolos tota die meditabantur.] Multos quidem dolos meditati ſunt: cũ interrogarẽt, ſi deberent dare cenſum Cæ-

B Matth.22.b Ioan.8.a ſari an non: aut ſi mulier deprehenſa lapidaretur. Sed tunc aperte dolum ingerũt cum falſos teſtes adducunt. Vel qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt uanitatem, quando dixerunt: In Beel-

Luc.11.b zebub eijcit dæmonia. *d* ¶ Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.] Semper quæ exprobrabant, ſuſtuli: & iugiter ſilui.

Ioan.19.b Hoc & Pilatus manifeſtat, cum dicit: Mihi non reſpondes? An neſcis quia poteſtatẽ habeo dimittere te? Ego autem tanquam mutus non aperiens os ſuum. Et apud Pilatum dominus non eſt locutus. Et Eſaias de eodem lo-

Eſa.53.c quitur: Tanquam agnus ad uictimam ductus, non aperiens os ſuum. *e* ¶ Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.] Nam cum me ſputis linirent: arundine uerberarent: illuderẽtq; genu flexo, nihil eis motus reſpondi. Et non habens in ore ſuo redargutiones. Sic tacui accuſatus, quaſi non habẽs quid pro me reſpõdere deberẽ. Chriſtus in omnibus exemplum dedit, ut homo flagella & correctionem patienter portare debeat. *f* ¶ Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus meus.] Vt me reſuſcites. Vel tu exaudies me, hoc eſt: uide illorum ſuperbiã, & meam humilitatem. *g* ¶ Quia dixi nequãdo ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei.] Pedes Chriſti in paſſione: Vel ſancti apoſtoli, qui pedes Chriſti eſſe debuerant: commoti ſunt de fide ad infidelitatem. Commoueri poſſunt pedes mei à ſtabilitate ſua, & inimici in me inſultare: ſi in hac crucis morte humiliatus, non reſurrexero. *h* ¶ In me magna locuti ſunt.] Dicentes: Si filius dei es, deſcende de cruce. *i* ¶ Ego autẽ in flagella paratus ſum.] Præparo me ad ſuſtinendam crucem, lanceam, fel, acetum, ut per hanc mortem meo ſanguine redimam populum pereuntem, quia Chriſtus ad hoc uenit, ut paſſionem ſuſtineret. *k* ¶ Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.] Donec

ſum me appropinquauerũt & ſteterũt. Et qui iuxtã me erãt de longe ſteterunt, & uim faciebãt qui quærebãt animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt uanitates, & dolos tota die meditabantur. Egõ autem tanquã ſurdus non audiebã, & ſicut mutus nõ aperiẽs os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & nõ habẽs in ore ſuo redargutiones. Quoniãm in te domine ſperaui, tu exaudies me domine deus meus. Quiã dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dũ commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt, Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in cõſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuũnt mala pro bonis, detrahebãt mihi, quoniãm ſequebar bonitatẽ. Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris à me. Intẽde in adiutoriũ meũ, domine deus ſalutis meæ. In finem prõ idithun canticum Dauid.

XXXVIII

DIxi cuſtodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me. C ¶ Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.] Sicut enim maledictioni ſubiacuit, ut nos à maledicto legis erueret, ita & peccatorẽ ſe profitetur, qui peccata noſtra portauit, ut pio cogitatu ac miſericordiæ cõſilio, nos ab eiſdẽ eruaret. Et ſolicitꝰ ero pro peccato meo. Peccatum Chriſti, humani delicta ſunt generis: propter quæ & patri dicitur nũc eſſe ſubiectus. *m* ¶ Inimici autẽ mei uiuũt.] Quia non ſunt ſtatim ultione diuina puniti. *n* ¶ Et cõfirmati ſũt.] in legis litera: in qua ſpiritualiter nunciatũ non intellexerunt. *o* ¶ Et multiplicati ſunt, q oderunt me inique.] Certe inique & non rationabiliter, quia in hac litera, ſemen ſuum, ceu aſtra cœli multiplicari credebant. *p* ¶ Qui retribuebant mihi mala pro bonis.] Dulcedinem æternæ uitæ afferẽtẽ, aceto potauerũt, ac felle. *q* ¶ Detrahebant mihi.] Dicentes, Alios ſaluos fecit: ſemetipſum non poteſt ſaluum facere. Luc.23.d D *r* ¶ Quoniam ſequebar bonitatem.] Vt implens uoluntatem patris, pro uita populi ſuſciperem mortem. *s* ¶ Nõ derelinquas me domine deus meus: ne diſceſſeris à me.] Cũ profunda inferni penetrauero. *t* ¶ Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meæ.] Manifeſtum eſt domine Ieſu, quia intendit in te pater ſuſcitans te à mortuis tertia die, & collocans ad dexteram ſuã in cœleſtibus ſuper omnẽ principatũ & poteſtatem: dans tibi nomen quod eſt ſupra omne nomẽ. Ergo quia graues ſunt pugnæ carnis, tu domine intende in adiutorium noſtrum, & eſto nobis ſalus in tempore tribulationis. *u* ¶ In finem pro idithun canticũ Dauid.] Idithun, tranſiliens eos interpretatur. Iſte pſalmus patientiã docet: ut refrenãs homo os ſuum, obſeruet ne per fatuitatem uerborum, inciat in peccatum: quia ſcit propheta etiam de uerbis ocioſis rationẽ eſſe reddendã. Docet etiam ut ea theſaurizemus in ſeculo, quæ ad profectum pertineant animarum.

XXXVIII

DIxi cuſtodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea.] Non aliter ſcio uitæ meæ cuſtodire uias: niſi ut non loquar fatua, ac diuerſa, ſiue ocioſa. Ex uerbis, inquit dominus, tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Dixi cuſtodiam uias meas: id eſt, diſpoſui cuſtodire opera mea: ſcilicet quinque ſenſus corporis. Vt non delinquam in lingua mea. Non delinquam, non peccem: quia qui cuſtodit linguam ſuam, cuſtodit animam ſuam, quia mors & uita in manibus linguæ. Et item: Cultus iuſticiæ, ſilentium & pax, *y* ¶ Poſui ori meo cuſtodiam.] Iuxta illud: Pecuniã & aurum tuũ alliga bene, & facito ori tuo oſtium & ſeram Beatum enim hominẽ, oris cuſtodia facit: cũ nõ profert inania, ſed quæ deo ſunt digna. *z* ¶ Cũ cõſiſteret peccator aduerſus me.] Id eſt, diabolus, qui iuſtis maledicit ac detrahit, & inſtigator eorũ eſt, qui ſanctis inſidianẽ

Prou.18.d Eſa.32.d Eccle.28.d

Obmutui

Obmutui & humiliatus sum & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis, Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquàm nihilum ante te, Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed frustra conturbatur. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea, nónne dominus, & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui & nō aperui os meum, quoniā tu fecisti, amoue à me plagas tuas à fortitudine manus tuæ ego defeci, in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius, uerunta men uane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam auribus percipe, lachrimas meas ne sileas. Quoniā aduena

A a ¶ Obmutui.] Ne obiurgantibus me obstreperē. Ob
Esa.53.c mutui, & nō aperui os meum: quia tu fecisti. Ideo patiēter fero: quia te scio ad probationē me tentationibus reliquisse. b ¶ Et humiliatus sum.] Ad sustinenda eorum improperia. c ¶ Et silui à bonis.] De bona conscientia procedebat mihi securitas: ideo me non iustificaui coram hominibus: neq; bona quæ in me erant, diuulgaui: qa scio qd pater qui uidet in abscōso, reddet mihi. d ¶ Et dolor meus renouatus est.] Non dum enim ueneram ad perfectum uirū. Nam & si sustinebam cum dolore improperia, non tamen sciebā maledicētibus benedicere. Vel dolor meus renouatus est. In hoc dicitur dolor Christi: quia illi non fuerunt digni audire uerba mysterij, ut ait propheta, Væ mihi
Esa.6.b quia tacui. Vel illud:
Ezech.3.g Adhærere faciam linguam tuā palato tuo quia domus exasperans est. e ¶ Concaluit cor meum intra me.] Dicit ecclesia: A recordatione delicto
B rum priorum. f ¶ Et in meditatione mea exardescet ignis.] Quid inquis meditabaris? Illud nempe, qualiter ignem illum reperire possim, qui peccata consumeret: mentē illuminaret: qui est spiritus sanctus, de quo Cleo
Luc.24 phas & qui cum eo erat dicebant: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis, cum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? g ¶ Locutus sum in lingua mea.] Hoc
Ezech.3 est, prædicaui omnibus hominibus, ut illud: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. h ¶ Notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est?] Non istius uitæ finem quærit sibi notum fieri propheta: sed illū in quo euacuatis potestatibus, ac destructa morte, Christo iungatur qui est finis legis. Neque istorū dierum numerum uult scire, sed illorum de quibus dicit do
Ioan.14.a minus, Apud patrem meum mansiones multæ sunt. Et numerū dierū meorū quis est: hoc est, numerus sine numero, dies sine die, tempora sine tēpore. Quis est? Qui semper est. i ¶ Vt sciam quid desit mihi.] Hoc est, ut me facias intelligere omnia bona: ut cum hæc nota habuero, sciam quid adhuc in seculo degenti desit ad palmam beatitudinis consequendam. Perfectus enim erat Paulus qui dicebat: Certamen bonum certaui: cursum cosummaui. Nūc autem decst mihi corona iustitiæ: quā dominus retribuet mihi. Quod autē non de suis diebus hæc loquatur, sequentia docent. k ¶ Ecce mensurabiles posuisti dies meos.] Secundum ueterem hominem usque nunc fuerunt: nunc nouum desidero, illum quem
Ioan.8.g Abraham uidit & gauisus est. In quo alibi hortamur lætari, in quo deus dominus illuxit nobis. Qui non à sole, neque à luna illuminabitur: sed ab ipso domino perpetua luce refulget. l ¶ Et substantia mea tanquàm nihilū ante te.] Suscipiens altiori mente claritatem tuam, pro nihilo iudicaui substantiam meam. m ¶ Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens.] Si peccator est & in delicijs fluxerit, uanitati substitit. Si iustus, & desiderat dissolui, & cum Christo esse: uana est C
ei nihilominus uita præsens. n ¶ Veruntamen in imagine dei pertransit homo, sed frustra conturbatur.] Omnis homo ad imaginem dei factus est. Si ergo in ea ambulare uideatur, & in rapinis uersetur atque cōcupiscentijs, cōturbatur in actione. o ¶ Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.] Sæpe enim plerique thesaurizant, & congregant multa, quæ aut desidia filiorum euertit, aut fiscus occupat aut diripiunt alieni. Beatus autem ille est Matth.6.d
qui ibi thesaurizat, ubi fures non effodiunt, nec furantur: ubi audire mereatur Quàm diu fecistis uni ex minimis istis, Mat.25.d
mihi fecistis. p ¶ Et nunc quæ est expectatio mea, nónne dominus? & substantia mea apud te est.] Relictis omnibus, te domine præstolabor: quia substantia uitæ istius non comparatur ad illam beatitudinem sempiternā. q ¶ Ab omnibus iniqtatibus meis erue me.] Præteri- D
tis, præsentibus, & futuris. r ¶ Opprobrium insipienti dedisti me.] Dum peccator fui, opprobrium factus sum insipienti diabolo, qui est omnium criminum & incentor & accusator. Ideo purgari cupio in hoc seculo, ne ille me accuset in iudicio tuo. s ¶ Obmutui & non aperui os meum: quoniam tu fecisti.] Cum me conuicijs, iracundijs, ac diuersis improperijs lacesseret: cogitans me à te factum: nihil ad ea quæ inferebantur, respondi, t ¶ Amoue à me plagas tuas.] Quia me sentio emendatum. u ¶ A fortitudine manus tuæ ego defeci.] Incumbente manu uindictæ, uirtus delicti defecit, sicut Paulus apostolus ait: Cum autem infir- 2.Cor.12.c
mor, tunc potens sum. x ¶ Ab increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.] Increpatur omnis homo propter iniquitatem, quem perdere non uult diuina maiestas. Flagellat autem omnem filium Heb.12.b
quem recipit. y ¶ Tabescere fecisti sicut araneam animam eius.] Tabescit anima, cum caro à luxurijs & concupiscentijs refrenatur. Hoc est tabescere, obstupescere de anterioribus delictis. Ille uero qui ea agit quæ mundanæ uanitati sunt apta, telas texit araneæ, iuxta Esaiam Esa.59.c
prophetam: hoc est, die noctuque in opere uano uacat, & non utilia, sed dissolubilia & corruptibilia operatur. Sed quia propheta animam ceu araneam tabescere dicit: hoc intelligendum est, ut ad tātam subtilitatem per abstinentiam decoquatur, ut ad instar filorum illorum deducatur: scilicet ut nihil crassum, durumue peccati contineat. z ¶ Veruntamen uane conturbatur omnis homo.] Viuens in uanitatibus huius seculi. Sed & qui in deo uiuit, uana est ei & inutilis hæc mundana conturbatio. a ¶ Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.] Pro eo quod à te peregrinor, & desiderium habeo dissolui & ad te transire. b ¶ Ne sileas, quoniam aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.] Incolam atque peregrinum

se dicit

A se dicit, sicut omnes sancti: quia sicut & illi dum erant in corpore, peregrinatur à domino. a ¶ Remitte mihi ut refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero.] Hic remitte domine si quid deliqui: quia in inferno nulla est remissio: quia nec confessio ualet. Qui nos ab huius seculi ereptos peregrinatione: facere digneris ciues sanctorum & domesticos dei patris, ut ædificati super firmissimum fundamẽtum in templum sanctum, effici mereamur cõformes corpori gloriæ tuæ. Amen. b ¶ In fine psalmus Dauid.] Hic psalm⁹ in exordio uocem habet populi ex gentibus in hæreditatẽ uocati, inde ipsius mediatoris ad patrem.

XXXIX

EXpectans expectaui dominum.] In promissionibus prophetarum, in quibus me illuminauit: quia præuidebat prophetа Christum per spiritum sanctum uenturum esse in carne. d ¶ Et intendit mihi.] Per splendorem euangeliorũ, in quibus me illuminauit. B e ¶ Et exaudiuit preces meas.] Quia prophetis & patriarchis se abdidit, sicut ipse postmodum dixit,

Luc.10.d Quia multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis & nõ uiderunt. Ipse mihi in nouo testamento refulget. f ¶ Et eduxit me de lacu miseriæ, &c.] In quibus immersus eram, cum simulacra muta adorarem. Vel de luto fecis: quia adhæseram terrenis desiderijs. g ¶ Statuit supra petram pedes meos.] Supra petram, hoc est,

1.Cor.10.d super Christum. Pedes meos, sensus meos, ut illud: Petra autem erat Christus. In se, qui est stabilis petra confirmauit me: ne ab huius seculi nutarem impulsibus. h ¶ Et direxit gressus meos.] Ne ad eum ueniens, post tergum respicerem. Et direxit gressus meos: id est, sensus bonorum operum Ecclesiæ dirigit, quia unusquisq; per se tortuosus est. i ¶ Et immisit in os meum canticũ nouum.] Laudem utique suam: quia nouus homo uenit in mundum, nouam legem dedit mundo. k ¶ Carmen deo nostro.] Laudem deo nostro, ut iam non sonos turpes & theatrales concinam, sed in dei uiuentis hymnis per harmoniam noui testamenti delecter. l ¶ Videbũt multi.] Annunciatum uenisse. m ¶ Et timebunt.] Qui se intelligunt peccatores. n ¶ Et sperabũt in domino.] Vt eis pristina remittantur delicta. o ¶ Beatus uir cuius est nomen domini spes ipsius.] In qua bonis omnibus impleatur. Felix illa anima, quæ habet fidẽ firmã & spem directam in Christo. p ¶ Et non respexit in ua

Eccles.1.d nitates & insanias falsas.] Omnia quæ in mundo sunt, iuxta Salomonem: uanitas est. Insaniæ autem falsæ sunt,

Gal.5.c iræ, rixæ, direptiones, & reliqua in quibus homines insaniunt ut peccent: quæ Apostolus opera carnis esse dicit. q ¶ Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.] Ostẽdisti patribus nostris mirabilia tua multa, quæ nõ crediderunt. Reuelasti eis te uenturum in lege, & nõ intellexerunt: nos uero credidimus. Vsque huc credẽtium populus, hinc ipse dominus ad patrem ita exorsus est. r ¶ Annunciaui & locutus sum.] Dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorũ. s ¶ Multiplicati sunt sup nu-

Matt.3.d merũ.] Iudæi in malicia sua. Vel supernumerum, hoc est, peccatores super numerum, & foris numerũ sunt: quia nõ sunt digni numerari in numero iustorũ. t ¶ Sacrificium & oblationes noluisti: aures autẽ perfecisti mihi. Holocausta & pro peccato non postulasti.]

Hebr.10.d Aperte hæc Apostolus declarat: quod adueniente domino, cessauerint sacrificia Iudæorum. Impossibile est, inquit, sanguine hircorum, aut taurorum auferri peccata. Ideo ingrediens mũdum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autẽ aptasti mihi. Holocaustũ & pro peccato nõ tibi placuit: nisi meipsum pro totius mundi delicto, tibi sacrificium exhiberes. D u ¶ Tũc dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est de me.] Quia sacrificia & ceremonias Iudæorum, & sabbata, & superstitiones legis ueteris, spiritualis euangelij religione mutasti: propter ea lætus in mundum uenio, & de me scribitur, In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Tunc dixi ecce uenio, ut assumam carnem in qua patiar. In capite libri scriptum est de me. Caput libri testamenti ueteris, tale sumit exordium, In principio fecit deus cœlum & terram: id est, in Christo domino. Hoc mysterium & Ioannes cernens, sic euangelium

Ioan.1 inchoauit. In principio, inquit, erat uerbum: & uerbum erat deus. Nam & ipse interrogantibus Iudæis quis esset, respondit: Principiũ. Caput ergo libri, intellige principium: quod est Christus Iesus, qui in hoc libri capite nunciatus est. x ¶ Vt faciam uoluntatem tuam deus meus uolui.] Descendi enim de cœlo: non ut faciam uoluntatem meam, sed tuam pater. Non uoluntas est carnis, sed patris, ut pro uita hominum moriar. y ¶ Et legem tuam in medio cordis mei.] Quam non ueni soluere, sed adimplere. z ¶ Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna.] Gratias tibi ago saluator mundi, quod magnam fecisti ecclesiam tuam, à quatuor mundi partibus euangelica prædicatione uocatam, tua passione collectam, tua resurrectione mundatam. In ecclesia magna in toto mundo diffusa. a ¶ Ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti &c.] Nõ silui, nihil clam locutus sum, sed omnem uirtutem tuam quod iustus, quod uerax, quòd misericors, quod salus omnium es, non solũ in ecclesijs populorum, sed etiam synagogis Iudæorum incessabiliter prædicaui. Ecce labia mea non prohibebo. Labia Christi sancti sunt. Non prohibet illos prædicare, sicut sanctus Paulus dicit: Verbum dei non est alligatum.

ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei Remittẽ mihi ut refrigerer, priusquàm abeam, & amplius non ero.

In finem psalmus Dauid. XXXIX

EXpectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit mẽ de lacu miseriæ, & de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates & insanias falsas. Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem nolui sti, aures autẽ perfeciſti mihi. Holocausta & pro peccato non postulasti, tũc dixi eccẽ uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatẽ tuam deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine tu sciſti. Iusticiam tuã non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & ueritatem tuam

A gatum. Tu cognouisti: tu scis quod non feci: id est, non prohibui. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, hoc est, mandata tua. Veritatem tuā & salutare tuum dixi. Veritas & salutare, Christus est: hoc prædicāt sancti. Non cælaui misericordiam tuam & ueritatem tuam synagogæ multæ: id est in tota plebe annunciaui. *a* ¶ Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me. Quoniã circundederunt me mala quorũ non est numerus, cõprehẽderũt me iniquitates meæ & nõ potui ut uiderem. Multiplicatæ sunt supercapillos capitis mei, &c.] Quod misericordiã patris postulat, ꝙ à Iudæis se circundatũ & iniquitates super se multiplicatas dicit ꝙ à corde derelictus, rursum patris præsidium deprecatur: omnia ad infirmitatẽ carnis sunt referẽda: ut sicut uerus deus, ita uerus homo creditur. Tu autem domine ne longe facias
B misericordias tuas à me. Non longe, sed prope. Misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me.

à consilio multo. Tu autẽm domine ne lõge facias miserationes tuas à me, misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me. Quoniam circũdederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Cõplaceat tibi domine ut eruas me, domine ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam. Auertantur retrorsum & reuereantur, qui uolunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge, euge. Exultent & lætentur super te omnes quærentes te, & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei. Adiutor meus, & protector meus tu es, deus meus ne tardaueris.

In finem psalmus Dauid. XL

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus cõseruet eum, & uiuificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectũ doloris eius, uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Egõ dixi, domine ne tardaueris. Et hæc ad trepidationem corporalem sunt referẽda. Nã diuinitas quæ fuit in assumpto homine, nulli est obnoxia passioni: sed in eadẽ potentia qua fuit, & permanet, & permanebit, & nunc, & tunc in secula seculorũ. Amẽ *l* ¶ In finem psalmus Dauid.] Istum psalmum propheta per spiritum sanctum in persona Christi cantauit. Psalmus uocẽ cõtinet prophetæ de Christo pronuncian
tis in initio: deinde ipsius mediatoris loquẽtis ad patrẽ, quæ maxime sunt in euangelijs impleta. XL

BEatus qui intelligit super egenũ & pauperem.] Qui cognoscit Christum in assumpta carne uenisse: in qua pro nobis pauper factus est & egenus, hic beatitudinem cœlestium opes capit. Ipse autem dominus factus est pauper: cum non haberet, ubi caput reclinaret. Egenus, cum se in egentibus refici demonstrauit. Beatus qui intelligit. Beatus & felix qui intelligit super egenum & pauperem. Christus egenus & pauper factus est pro nobis, ut illius inopia nos diuites faceret. Qui intelligit: id est, qui intelligit illum uerum deum, & uerum hominem esse. *n* ¶ In die mala liberabit eum dominus.] In die iudicij, in qua Iudæos non intelligentes damnabit Christus. Aderit tibi dies mala: si non intellexeris super egenum & pauperem. *o* ¶ Dominus conseruet eum.] Ne ab hoc intellectu recedat in præsenti. *p* ¶ Et uiuificet eum.] In hac sapientia perseuerantem, transferat à morte in uitam. *q* ¶ Et beatum faciat eum.] Cum sanctis suis in regno cœlorum. *r* ¶ In terra.] In sancta ecclesia, uel in die æternitatis. *s* ¶ Et non tradat eum in manus inimicorum eius.] Id est, in potestatem diaboli: qui credulitati nostræ semper inimicus existit. *t* ¶ Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.] Opem ferat illi, hoc est, adiutorium præstet illi. In lecto doloris, in infirmitate carnis. Vel de illo paralytico potest intelligi, quando dominus dixit: Surge tolle lectum tuum: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & inhabitatio terrena deprimit sensum multa cogitãtem. In huius corporis ægrotatione: in quo anima tãquam in lectulo requiescit, ope dominici præsidij consoletur. *u* ¶ Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.] Corpus, ut diximus, quod pro stratu accipitur: in diuersis tribulationibus inquietasti, ut probatum atque ab illecebris expurgatum, assumeres. Hic propheta immutat ordinem, & profert uocem dominici hominis dicentis. *x* ¶ Ego dixi, domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.] Quæ

Misericordia facit peccata dimittere. Veritas reddit unicuique quod fecit. Comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem: id est, genus humanum circundatur originalibus peccatis, & non potuit ut uiderem: quia abstracta fuerat illa lux ueritatis. Vnde dictum est: De terra excæcaberis, & de terra illuminaberis. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: id est ipsæ iniquitates super genus humanum. Cor meum dereliquit me.
3. Reg. 7. d Quando homo peccat, cor suum non habet. Vnde Dauid dixit: Inuenit seruus tuus cor suum. Ergo antea quãdo peccauit, non habuit illud. Complaceat tibi domine, libera me domine. Ecclesia rogat ad Christum: Hoc tibi complaceat ut me liberes. In auxilium meum respice. Infirmitas uoluntatem habet impetrandi, non potestatem habet. *b* ¶ Confundantur.] In cogitationibus prauis: ut ea quæ sunt recta, percipiant: Aut hic emendent, aut in futuro. *c* ¶ Et reuereantur.] Hoc est, ut reuerentiam habeãt. *d* ¶ Auertantur retrorsum.] Qui malum cursum habuerunt. *e* ¶ Ferant confestim cõfusionem suã: qui dicunt mihi euge, euge.] Misericorditer eos deprecatur confundi, ut confestim cognoscant iusticiam. Portent confusionem suam, qui se non emendauerint. Qui dicunt mihi euge, euge. Duos hostes habet ecclesia, adulationes, & blasphematione. *f* ¶ Exultent & lætentur qui uolunt iusticiam meam.] Hoc est, fidem & opera.
g ¶ Et dicant semper magnificetur dominus.] Magnificetur populus sanctorum. Vnde dixit: Videant uestra
Matth. 5. b bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. *h* ¶ Qui diligunt salutare tuum.] Id est, Christum tuum. Hæc propheta dicit de his, quibus ipse dominus
Ioan. 15. a per euangeliũ ait: Si dilexeritis me, & uerba mea in uobis manserint: omnia quæcunque petieritis fient uobis.

A mœsta usque ad mortem: non ab originali facinore, sed pro delictis populi contristatur. Vel miserere mei, ecclesia dicit: quia multi sunt qui peccata cõmittunt, sed uerba excusationis prætendũt. Vnde ecclesia dicit: Ego me accuso pro meis peccatis: quia ego peccaui. *a* ¶ Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius.] Quãdo uidebant cæcos illuminari: leprosos mũdari: sabbata dissolui: Lazarũ resuscitari, quãdo dicebãt: Ecce mũdus totus post eũ abijt: quid aliud poterant cogitare, nisi ut morte ei hæc uirtus eriperetur? Nam & unus ex illis Caiphas nomine, licet nesciẽs quæ diceret, aiebat: Expedit ut unus moriatur pro populo, ut non tota gens pereat. Quando morietur? Hoc est quod in euangelij parabola scribitur, colonis dicentibus, Iste est hæres, uenite interficiamus eum: & nostra erit hæreditas, & non memoretur nomẽ eius amplius. *b* ¶ Et

Ioan.12.c

Mat.12.a

B si ingrediebantur ut uiderent: uana loquebatur cor eorum.] Introeũtes prætorium, loquebantur de corde malo, dicentes: Omnis qui se facit regẽ contradicit Cæsari. Vel ad hoc ingrediebantur, ut extinguerent ecclesiam, & explorarent, sicut Paulus dicit: Falsi fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram. Vana locutũ est cor eorum: lingua ficta in dilectione, ut illud: Magister, scimus quia uerax es? & uiam dei in ueritate doces. Hoc uanũ est. *c* ¶ Cõgregauerunt iniquitatem sibi.] Clamãtes, quid ad nos? Tu uideris. Sãguis eius super nos, & super filios nostros *d* ¶ Egrediebantur foras.] Foras, cum Pilato. *e* ¶ Et loquebantur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabãt mala mihi.] Adhibentes testes iniquos & quærentes me interficere. Aduersum me susurrabant, id est, murmurabant. Omnes inimici mei cogitabãt mala mihi: supradicti Iudæi uel modo contra ecclesiam hæretici. *f* ¶ Verbum iniquum constituerunt aduersus me.] Aientes: Nobis non licet occidere quenquã: sed tu accipe & crucifige eũ. Vel quando dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia: & non solum super uiuum, sed etiam super mortuum falsos testes miserunt. *g* ¶ Nunquid qui dormit, nõ adijciet ut resurgat?] Sic me interficere festinabant, quasi post mortem resurgere non haberem. Hoc est dicere: Qui ab iniquis iniuste somno mortis opprimitur, non resurget? Sicut alius propheta dixit: Nunquid qui cadit, non resurget? Cecidit enim granum frumenti, & messis copiosa surrexit. *h* ¶ Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.] Manifestissime hic Iudam denũciat proditorem, sicut ipse dominus in euãgelio ait: Cui ego panem intinctũ dedero ipse est. Et alibi: Leuabit aduersum me calcaneum. Quod autem ait: qui edebat, hoc est, qui cœlestem cibum, uitam huic mundo dantẽ sumebat, & alijs distribuebat, cũ esset apostolus: ipse hanc uitã morti, propter cupiditatis precium destinauit. *i* ¶ Tu autẽ domine miserere mei, & resuscita me, & retribuã eis.] Resuscitatus est dominus noster uirtute paterna, ad cuius dexteram sedet. Antequàm resurgeret, anticipauit ultio Iudam, cum eum interitus debitus fugillauit. Quod autem ait: retribuam illi: futurũ ei iudicium comminatur.

Ioan.12.c

Mat.12.a

Hiere.8.b

Ioan.13.c

Iodit.19.c

Gal.2.a

Matt.22.b

ne miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerũt mala mihi, quãdo morietur & peribit nomen eius. Et si ingrediebantur ut uiderent, uana loquebatur cor eorum, congregauerũnt iniquitatem sibi. Egrediebantur foras, & loquebãtur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum cõstituerũnt aduersum me, nunquid qui dormit nõ adijciet ut resurgat. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiã suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternũ. Benedictus dominus deus Israel à seculo, & in seculum fiat fiat.

In finem intellectus filijs Core. XLI

QVemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortẽ uiuum, quando ueniam & apparebo

C

k ¶ In hoc cognoui quoniam uoluisti me.] Resuscitãs me. *l* ¶ Quoniã non gaudebit inimicus meus sup me.] Diabolus, cuius instinctu hæc Iudæi sunt operati: non est gauisus eum retinendo in inferis. *m* ¶ Me autem propter innocentiam suscepisti, & cõfirmasti me in conspectu tuo in æternum.] Maxima est hæc innocentia, cum iustus pro impijs moritur: qui nõ sua, sed nostra peccata portauit. Propter quam innocentiam, & à patre deiecta morte, cũ assumpta carne susceptus est in cœlestibus. *n* ¶ Benedictus dominus deus Israel à seculo, & usque in seculum fiat fiat.] Pro fiat, fiat, In Hebræo scribitur אמן אמן

D

amen, amen: quod Aquila, πιστωμένως, id est uere, siue fideliter transtulit. Et sciendum primũ libri psalterij hic esse finitum. Secundum uero esse à quadragesimoprimo, usq; ad septuagesimũ primum. Tertiũ à septuagesimosecundo, usque in octogesimumoctauũ. Quartum ab octogesimono, usque in centesimumquitum. Quintum uero à centesimosexto, usque ad finem. *o* ¶ In finem intellectus filijs Core, psalmus.] In finem intellectus: hoc est, intellectus spiritualis. Filijs Core, id est, filijs Christi: qui sunt credentes. Psalmus uocẽ continet ecclesiæ, siue fidelis uiri deum desiderantis. XLI

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus.] Primum enim intelligendum est, quare uel qualiter desiderat ceruus ad fontes aquarum. Mos est enim eius, ut inuentum serpentem naribus hauriat: & post hæc ardescens, extinguat sitim. Ergo homo ecclesiæ, qui diu in actu uenoso degebat: ubi se perspicit cœno fornicationis, idololatriæ fœtore repletum: desiderat uenire ad Christũ, in quo est fons luminis: ut ablutus baptismo, accipiat donum remissionis. Scit enim quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nõ habebit uitam æternam. Sed & si quis hodie nostrum extinctis uitijs ignescat in desiderium dominicæ contemplationis, potest & ipse dicere, quia desiderat anima mea ad te deus, hoc est relicto seculo, ad te desidero transire. *q* ¶ Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum.] Non ad mortua simulacra, sed ad illũ qui dixit: Viuo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne genu. Viuus, quia ipse dicit: sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui credit in me, & ipse uiuet propter me. *r* ¶ Quando ueniam & apparebo ante faciem dei mei?] Ac si diceret, Quando erit tempus: ut illa gloria qua efficiuntur sancti conformes gloriæ tuæ, ego in claritate cum illis appaream? Vel quando ueniam: id est, quando erit illud tempus, quo ecclesia uult dissolui à corpore & esse cum

Ioan.3.d

Numer.14.d

Philip.2.b

Ioan.6.d

Christo

ante faciem dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus. Hæc recordatus sum & effudi in me animam meã, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. In uoce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & deus meus. Ad me ipsum anima mea cõturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à monte modico. Abyssus abyssum inuocat, in uoce cataractarum tuarũ. Omnia excelsa tua, & fluctus tui, super me transierunt. In die mandauit dominus misericordiam suã, & nocte canticũ eius. Apud me oratio deo uitæ meæ, dicã deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est deus tuus, quare tristis es anima mea & quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus.

A Christo? Et parebo ante faciem dei mei, id est, ante conspectum diuinitatis, & tunc uidebimus eum sicuti est. *a* ¶ Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.] Quomodo potest de lachrymis panis fieri? Potest: quia sicut corpus satiatur de pane, ita anima de lachrymis; quia exinde sperat remissionẽ peccatorũ habere. Fletus ac gemitus erant mihi ac lamentatio, ob desiderium tui. *b* ¶ Dũ dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus.] Siquidem pagani deos suos digito ostendunt, & ob hoc ingerũt mihi improperia. Vnde sciant qa ego mente deũ meũ reconditũ teneo: & p interiorẽ hominẽ cũ ipso habito. *c* ¶ Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.] Dũ hoc improperium quotidie sustinens memorarẽ, liquefacta est in me anima mea, & tabui in tractatu: cum neq; in cœlo, neq; in terra deum meum cernere possim uisibiliter, sed inueniens eũ in mente mea gubernãtem
B me, ac dirigentem in illo tabernaculo sempiterno: de quo loquor. *d* ¶ Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei.] Tabernaculum dei, ecclesia est: quæ adhuc peregrinatur à domino: per quam ad æterna tabernacula, id est, ad cœlestem Hierusalem (quæ est mater omnium nostrum) uenitur. In qua sunt multi admirabiles, & uirtutibus sacris pollentes: quia ædificati super fundamentum apostolorum, tanquã una domus habentur. In quam iste mente ingrediens, qui relicta idololatria, iam cognouerat baptismi sacramenta admirans harmoniam cantici spiritualis, per suauitatem æternæ dulcedinis, accessit ad domum dei: quod est sanctasanctorum. Et quasi diceretur ei, Quis te huc adduxit: uel qualiter huc ueneris uel quo delectatus es, ut huc accederes? Respondit. *e* ¶ In uoce exultationis & confessionis, &c.] Exultatio, confessio, & epulatio hæc, non musicis artibus adimplentur, neq; inchoãt & prætereũt: sed iugiter angelicis uocibus & sanctorum concentibus celebrãtur. Quod dum iste adhuc in seculo positus, mẽte suspiceret: ingemiscens cur ab eo hæc differtur habitatio: mœstæ animæ ait. *f* ¶ Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.] Quia inquit, suauitatem hanc præsens nondum accepi, & insidiator meus adhuc contra me uigilat, adhuc mihi laqueos intendit. Et ille inquit. *g* ¶ Spera in domino.] Per patientiam sustine. Vel spera in deo. Anima semetipsam hortatur: uel interior homo hortatur exteriorem. *h* ¶ Quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei & deus meus.] Confessus sum iam delicta: confitebor deinde laudem eius, per quã me saluauit à morte perpetuã: uel illicit ad æterna. *i* ¶ Ad me ipsum anima mea conturbata est.] Ob recordationem delectorum priorum. *k* ¶ Propterea memor &c.] Iordanis pro baptismo accipitur, Hermõ, anathema interpretatur. Igitur iste qui erat peccator: qui sicut ceruus desiderabat fontes aquarum, memor fuit in humilitate pœnitentiæ: de baptismi ablutione abluit uetera delicta: anathematizauit peccata sua: & non se extulit magnum gloriando, sed effecit paruulum pœnitendo. *l* ¶ Abyssus abyssum inuocat.] Multæ sunt de abysso opiniones, quæ opportunis locis explanabũtur. Nam hic abyssus abyssum inuocat: cũ uel uetus testamentũ nouũ annunciat, uel nouum, uetus in testimonium uocat. Vetus annunciat nouũ, cũ dicit Moyses, Prophetam uobis suscitabit deus de fratribus uestris. Nouum uero uetus in testimonium uocat, cum dicit Paulus: bibebant de sequenti petra: petra autem erat Christus. Propter profunditatem enim intelligentiæ dicũtur abyssus. *m* ¶ In uoce cataractarum tuarũ.] In uoce prophetarũ, quæ aduentũ domini annunciauit. Ideo enim cataractæ dicũtur, quia obscurus in eorum prophetia aduentus domini fuit, nec à Iudæis est intellectus. Annunciat enim hæc uox iudiciũ
D futurum, uel de beatorum meritis uel de supplicijs impiorũ. *n* ¶ Omnia excelsa tua & fluctus tui super me trãsierunt.] Excelsæ sunt atque potẽtes hæminæ, per quas mortis iudiciũ minabaris, quia non statim decidunt propter immensam patientiã tuã. Fluctus autẽ sunt: dum ea adueniunt, quæ fuerunt comminata. Ideo iste dicit ea super se ingressa: cum in desiderijs mortalibus degens, uerberatus plagis, eruditus est, ut desideret dominũ uiuum. *o* ¶ In die mandauit dominus misericordiam suam.] Quia per lucem eam scripturarũ sanctarum promisit. *p* ¶ Et nocte canticũ eius.] In tribulationibus posito eam ostendit. *q* ¶ Apud me oratio.] Mea, & non extra me. *r* ¶ Deo uitæ meæ.] Vt ei merear liber ab hoc seculo quãdoq; cõiungi. *s* ¶ Dicã deo, susceptor meus es.] Licet in tribulationibus exercear: semp tamẽ à te peto protegi ac defendi. *t* ¶ Quare oblitus es mei?] Et quare me repulisti? Cur tam diu differs, ut non inducas me in illum locum tabernaculi admirabilis? *u* ¶ Quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?] Diabolus, qui multas mihi tetendit insidias, uel persecutores ecclesiã. *x* ¶ Dum confringuntur ossa mea.] Dũ fortiores ecclesiæ, scandalis ac diuersis iurgijs cedere uideo. Vel ossa, uirtutes ecclesiæ: quasi confringuntur: per illas tribulationes: quas sustinent sancti. *y* ¶ Exprobrauerunt me inimici mei.] Vel in martyribus, uel in alijs confessoribus. *z* ¶ Dum dicitur mihi per singulos dies: ubi est deus tuus?] Cũ ego te per pœnitentiam & afflictionem corporis animæq; placare desiderarem: inimici mei quasi incassum hæc facerem, dicebant: Vbi est deus tuus? nescientes illa occulta quæ parauit deus diligentibus se. *a* ¶ Quare tristis es anima mea, & conturbas me?] Quia meum desiderium prolongatur. *b* ¶ Spera in deo quoniam confitebor illi salutare uultus mei & deus meus.] In ipso nostra sit spes semper attẽta: ipse omnes fluctus mitiget: ipse nos in ten-

tationibus conſeruet: ipſe ſitim noſtram ſua contemplatione ſatiet: nosq; uultus ſui ſalutari uiuificet. *a* ¶ Pſalmus Dauid.] Iſte pſalmus licet in aliquibus uerſiculis paſſionem dominicam ſignet: tamen uocem habet animæ fidelis, lucem huius mundi, id eſt, Chriſtum deſiderantis. XLII

Pſalmus Dauid. XLII

IVdica mẽ deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me. Quiã tu es deus fortitudo mea, quarẽ me repuliſti & quarẽ triſtis incedo, dũ affligit me inimicus. Emittẽ lucem tuã & ueritatẽ tuã, ipſa mẽ deduxerunt & adduxerũt in montem ſanctum tuum, & in tabernaculã tua. Et introibo ad altare dei, ad deum qui lætificãt iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus, quarẽ triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Sperã in deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare uultus mei & deus meus.

In finẽm pro filijs Core, intellectus. XLIII

DEus auribus noſtris audiuimus, patrẽs noſtri annunciauerũt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Manus tua gentes diſperdidit, & plãtaſti eos, afflixiſti populos & expũliſti eos. Non enim in gladio ſuo poſſederunt terrã, & brachiũm eorum non ſaluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui. quoniam complacuiſti in eis. Tu es ipſe rex meus & deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. In tẽ inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgẽtes

A

B

C

D

q ¶ In finem pro filijs Core intellectus.] Core interpretatur, decaluatio, & dominus in mõte Caluariæ fuit crucifixus. Filij Core, filij Chriſti ſancti apoſtoli, uel martyres ſunt. Vnde dictum eſt: Non poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus. Intellectus, hoc eſt, ut intelligamus illum qui initium ſumpſit ſecundũ carnem ex tempore, & ante ſecula eſt genitus. Vel intellectus eſt: ut intelligamus de proſperitate præſenti peccatorum, & de tribulatione præſenti ſanctorum. Pſalmus non anteriora facta docet, ſed eccleſiam in Chriſto renaſci pronunciat: ac fideles in ea prouocat ad agonem: oſtendẽs neminem poſſe niſi qui legitime certauerit, coronari: in quo etiam plærunque uoces martyrum proferuntur. XLIII

DEus auribus noſtris audiuim⁹.] Per ſpiritualem ſenſum cognouimus iuxta illud domini, Qui habet aures audiendi, audiat. Luc.8.a

s ¶ Et patres noſtri.] Apoſtoli & prophetæ: quorum prædicatione renati ſumus ad uitam.

Leuit.20.b

Ioan.8.b.& 14.a

Pſal.83.a

Eſa.53.a

3.Reg.22.b

d ¶ Quia tu es deus fortitudo mea.] Scio me infirmum & fragilẽ: nec ſentio me aliquam habere fortitudinẽ in qua eruar, niſi tu ſaluaueris. *e* ¶ Quare me repuliſti?] Fortitudo noſtra, Chriſtus eſt: qui tũc nos repellit, cum peccauerimus. *f* ¶ Quare triſtis incedo dũ affligit me inimicus.] Triſtis ſum propter peccata mea, & ideo affligor in tentationibus uarijs ab ipſo inimico, qui ſuperius homo iniquus dictus eſt. Vnde quia me cõturbant tenebræ peccatorum: ad te qui lux es mundi, confugio ſupplex. *g* ¶ Emitte lucem tuam & ueritatẽ tuam.] Tu es lux, qui dixiſti, Ego ſum lux mundi. Tu es ueritas, qui dixiſti: Ego ſum uia, ueritas & uita: qui nos illuminare digneris: ut relinquentes mendacium diaboli, ſequamur ueritatem tuã. *h* ¶ Ipſa me deduxerunt.] Ab errore peccati. *i* ¶ Et adduxerunt in montem ſanctum tuum.] In eccleſiam tuam. *k* ¶ In tabernaculum tuum.] In illam cœleſtem Hieruſalem: de qua alius pſalmus ait: Quàm dilecta ſunt tabernacula tua domine. *l* ¶ Introibo ad altare dei.] Mei, ubi non iam uitulos & arietes, ſed meipſum exhibeã hoſtiam uiuã placentẽ illi. *m* ¶ Ad deum qui lætificat iuuentutem meam.] Cũ expurgato fermento ueteri in nouo me homine tanquã iuuenculum conſolatur. *n* ¶ Cõfitebor tibi in cithara deus meus.] Per mortificationem carnis: quia crucifixus eſt mihi mundus, & ego mundo. *o* ¶ Quare triſtis es anima &c.] Quia deſidero uidere, in quo ſpem poſui. *p* ¶ Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi, ſalutare uultus mei & deus meus.] Ipſum confitetur: ab ipſo peccata ſua dimitti poſtulat. Ipſum ſalutare uultus ſui dicit, ipſum inuocat & adorat. Quem & nos confitẽtes expoſcimus: ut mereamur eius luce illuminari uia dirigi, ueritate corrigi, uita locupletari. Vel ſalutare uultus mei deus meus. Saluatio animæ meæ deus meus eſt, & uultus, hoc eſt, aſpectus animæ meæ deus meus eſt.

t ¶ Annunciauerunt nobis.] Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.] Annunciauerunt prophetæ quæ ſunt geſta illorum tempore. Annunciauerunt apoſtoli, quæ te uiderunt operantem. *u* ¶ Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos.] Diſperdidiſti ab eccleſia onera ritiorum, & plantaſti ornamenta uirtutum, id eſt, homines iuſtos, qui fructum exhibeant ſanctitatis. *x* ¶ Afflixiſti populos & expuliſti eos.] Illos, qui te relicto ad idololatriam declinabant. *y* ¶ Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram.] Sed in manſuetudine mentis: quia beati manſueti, ipſi hæreditabunt uiuentium terram. *z* ¶ Et brachium eorum non ſaluabit eos: ſed dextera tua, & brachiũ tuum, & illuminatio faciei tuæ.] Dextera patris, Chriſtus eſt: ut illud: Dextera enim ſua exaltauit nos, id eſt, brachium: ſicut alibi: Et brachium domini cui reuelatũ eſt? Ipſe & illuminatio, ut ibi. In lumine tuo uidebimus lumen. Hic eſt igitur miſſus à patre, ut liberaret ſuos. Et cur eos liberauerit, adiecit. *a* ¶ Quoniam complacuiſti in eis.] Vult enim deus, ut ſicut ei beneplacitũ eſt in filio, ita & nos beneplacentes ſimus in ipſo, ſi uolumus liberari. *b* ¶ Tu es ipſe rex meus.] Qui in me regnas, & nõ peccatum. *c* ¶ Et deus meus.] A quo ſum acquiſitus. *d* ¶ Qui mandas ſalutes Iacob.] Hoc eſt, populo Chriſtiano: qui ſupplantato ſeniore, mandatum ſalutis per doctrinam propheticam atque apoſtolicam ſuſcepit. *e* ¶ In te enim inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus &c.] A cornibus aliquid uentilatur, ut Sedechias: qui factis duobus ferreis cornibus dicebat: Sic uentilabis totam Syriam. Cornu uero noſtrum, Chriſtus eſt. Idem & nomen patris, in quo aduerſarij noſtri uel uentilantur uel ſpernun-

in nobis. Nō enim in arcū meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Saluaſti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur tibi in ſeculū. Nunc autē repuliſti & confudiſti nos, & nō egredieris deus in uirtutibus noſtris. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderunt nos, diripiebant ſibi. Dediſti nos tanquam oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. Vendidiſti populum tuum ſine precio, & non fuit multitudo in commutationibus noſtris. Poſuiſti nos opprobrium uicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt. Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die uerecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me. A uoce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici, & perſequentis. Hæc omnia uenerunt ſuper nos nec obliti ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo. Et non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras à uia tua. Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis & cooperuit nos umbra mortis. Si obliti ſumus nomē dei noſtri, & ſi expādimus manus noſtras ad deū alienum. Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Exurge quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem.

A nuntur. *a* ¶ Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus nō ſaluabit me.] Sed uirtus tua. *b* ¶ Saluaſti enim nos à tribulantibus nos.] Quia in armis meis ſperare non debeam: hæc cauſa eſt, quod ſaluaſti nos ſemper à perſequentibus, & abſque noſtra uirtute, noſtroq; gladio cuſtodiſti. Saluaſti enim nos de affligentibus nos & odiētes nos confudiſti: a uerſæ ſunt poteſtates qbus cōfuſis, à Chriſto domino liberati ſumus. *c* ¶ In deo laudabi. tota die.] Quia ipſe eſt laus & gloria noſtra. *d* ¶ Et in nomine tuo confitebimur tibi in ſeculū.] Quod à te Chriſto, Chriſtiani uocamur. *e* ¶ Nunc autem repuliſti & confudiſti nos.] Cū ait nūc præſens tempus oſtendit. Ergo in præſenti tempore ad excitationē repellimur, ut in æternum glorificemur. Sæpe enim & martyres in tempore dicunt. *f* ¶ Et non egredieris deꝰ in uirtutibus noſtris.] Vt nos in poſterum perpetua uirtute corroborares. *g* ¶ Auerti
B ſti nos retrorſū poſt inimicos noſtros.] Sic & Petrum dominus retrorſum conuertit, ut in melius repararet. Ergo & nos debemus retrorſum conuerti, ne in uiꝭ prauis perduret iter noſtrum. Debemus & inimicos noſtros ante nos habere, ut ſciamus quid cauere debeamus. Quod & ſi poſt Chriſtum conuertimur ut Petrus, habentes eum ante nos, nihil ultra metuemus. *h* ¶ Et qui oderunt nos diripiebant ſibi.] Propter nomen enim tuū diripiebant nos: cū in carceribus in plagis in reliqs nos uexarent tormētis. Sed non nos ſeparauit à charitate tua illa tribulatio. *i* ¶ Dediſti nos tanquā oues eſcarū.] Sicut enim dominus tāquam ouis ad occiſionem ducꝰ, datus eſt eſca populis, cum
Ioan.6.f dicit: Niſi manducaueritis carnem filiꝭ hominis, non habebitis uitam in uobis: ita & ſancti (ſicut ſuperius diximus) in multis tribulationibus dati, facti ſunt pabulum gentibus: uel cum alimenta æternæ uitæ miniſtrant: uel dum rapacitatem eorum de ſuis erumnis exatiant. *k* ¶ Et in nationibus diſperſiſti nos.] Vt ad tempus dominarentur noſtri. *l* ¶ Vēdidiſti populum tuum ſine precio.] Vſq; nunc de ſe locuti ſunt martyres: nunc de
Eſa.50.a Iudæorum populo dicitur quibus dictum eſt: In peccatis ueſtris uenditi eſtis. Et ideo ſine precio: quia non eſt effuſus agni ſanguis pro eis. *m* ¶ Et nō fuit multitudo in commutationibus noſtris.] Vilior enim erat merces quæ fuit uendita: ideo non eſt commutatio facta. Nam dominus populum quem emit: non auro neque argento, ſed precioſo ac proprio eum ſanguine comparauit:
1.Pet.1 ſicut ait Petrus Apoſtolus. *n* ¶ Poſuiſti nos opprobrium uicinis noſtris: ſubſannationem & deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt.] Vicini dicti perſecutores, propter cohabitationem mundanam qui ſæpe exprobrant irridendo: dicentes: Veniat deus ueſter: & eruat uos de manibus noſtris. *o* ¶ Poſuiſti nos in ſimilitudinē gentibus.] In tuam utique ſimilitudinem: ut ſicut te mundus odio habuit prius, ita & nos deinceps odiret. *p* ¶ Commotionem capitis in populis.] Sicut enim in paſſione tua tranſeūtes mouebant capita ſua, ita & in martyribus tuis faciunt. Sed & ſi quis nunc in te pie uoluerit uiuere: protinus iniqui blaſphemant cum irriſione, uel capitis commotione. *q* ¶ Tota die uerecundia mea contra me eſt: & confuſio faciei meæ cooperuit me.] Dominus hæc in aſſumpta loquitur carne, q pro nobis uerecundiam patitur, maledicitur, atque confunditur, uſque ad ipſum etiā patibulum crucis. *r* ¶ A uoce exprobrantis & obloquentis.] Cum ei dicerētur, Si filius dei es, deſcende de cruce. *s* ¶ A facie inimici.] Iudæ. *t* ¶ Et perſequentis.] Populi Iudaici. *u* ¶ Hæc omnia uenerunt ſuper
D nos: nec obliti ſumus te.] Martyres iſta dicunt, qa omnia quæ tu domine Ieſu pertuliſti, & nos eadē pertulimus: ſed te ſemper confeſſi ſumus. Et inique non egimus in teſtamento tuo. Sed ueraciter te prædicauimus. *x* ¶ Et non receſſit retro cor noſtrum.] Vt errores phanaticos unde digreſſi fuimus, ſequeremur. *y* ¶ Et declinaſti ſemitas noſtras à uia tua.] Actio noſtra non eſt à tuis iuſtificationibus ſeparata. *z* ¶ Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis.] In corpore iſto, in quo uerſamur & affligimur propter te. *a* ¶ Et operuit nos umbra mortis.] Bene umbra mortis in hoc ſeculo opprimit, & non ipſa mors: quia martyres uel reliqui ſancti, & ſi affliguntur, & ſi morti deſtinantur, uiuunt tamen deo. & hæc mors, umbra eis eſt, & non ueritas mortis. *b* ¶ Si obliti ſumus nomen dei noſtri.] Id eſt, Chriſtum. *c* ¶ Et ſi expādimus manus noſtras ad deum alienum.] Ad idolū. *d* ¶ Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.] Quod cognoſcat deus cogitationes hominum ipſe in euangelio prodit ad phariſæos dicens: Quid cogitatis nequam in cordibus ueſtris? Sic & martyres dicunt: Si alicubi exceſſimus à uiꝭ dei: ipſe qui arcana cordis nouit, inquirat. *e* ¶ Quoniam propter te mortificamur tota die.] In diuerſis tribulationibus opprimimur propter te: ſed ſponte præbemus colla cædentibus. *f* ¶ Aeſtimati ſumus ut oues occiſionis.] Dixeras enim, quod miſſurus nos eſſes tanquam oues in medio luporum, Nunc autem quia ab his tentationibus elongatus es, & tanquam ſi in naui dormiens, non nos à tempeſtate defendis, excitamus te domine confeſſione ſupplici deprecantes. *g* ¶ Exurge quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem.] Vt qui mortuus es pro nobis &

C 2. Paral. 32.d

Luc.5.e

A bis & reſurrexiſti: exciteris in cordibus eorum, qui te mortuum confitentur & reſurrexiſſe non credũt: ut tandem deſinentes nos perſequi, non uſque in finem æternæ mortis intereãt. *a* ¶ Quare faciem tuam auertis.] Auertit enim deus faciem ad tempus, ut probet electos ſuos. *b* ¶ Obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulatiõis noſtræ.] Patimur inopiã, pro nihilo habẽtes huius mũdi diuitias regnũ cœleſte deſideramus. Tribulamur enim, cũ elõgatur deſiderium noſtrum. *c* ¶ Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra.] Vt ab illis inclinaremur, quos uentus ut puluerẽ à facie terræ, pſcit. *d* ¶ Cõglutinatus eſt in terra uenter noſter.] Ac ſi diceret: Caro infirmatur: ſed ſenſus in cœleſtibus eſt attentus. *e* ¶ Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.] Iam tuum in tribulationibus auxilium mereamur, ut liberemur ab his præſſuris: non propter meritum noſtrum, ſed propter nomen tuum. *f* ¶ In finem pro his qui commutabuntur filijs Core, ad intellectũ cãticũ pro dilecto. Pro quo in Hebræo ita habet:

B לַמְנַצֵּחַ עַל שֹׁשַׁנִּים לִבְנֵי קֹרַח מַשְׂכִּיל שִׁיר יְדִידוֹת Lamnazeah al ſoſannim libne corah maſkil ſir Ididoth: quod nos in Latinum uertimus. Victori pro filijs liliorum Core, eruditionis canticum amantiſſimum. Quod autem ait, pro dilecto, totus pſalmus refertur ad Chriſtũ: de quo pater loquitur in euangelio: Hic
Matt.17.d filius eſt meus dilectus in quo mihi complacui. Vel pſalmus ſpiritualium nuptiarum continet ſacramentum: id eſt, coniunctionem Chriſti cum eccleſia. Initiatur ergo à uoce paterna. XLIIII

ERuctauit cor meum uerbum bonum.] Non de coniunctione corporea, ſed de corde protulit æquale ſibi uerbum per quod facta ſunt omnia: Bonũ eſt enim hoc uerbum: quia quod factum eſt in eo, uita eſt. *b* ¶ Dico ego opera mea regi.] Loquor ipſi uerbo, regi filio, & cũcta perficiuntur. *i* ¶ Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis.] Sicut enim quæ ſcribuntur non ſunt leuia neque facilia, ſed utilia atque ſalubria, ſic & dei eloquium tanquam ſcribatur, ita perficitur. De uelocitate uero, hoc eſt, quod non tardantur quæ dixerit, ſed uelociter adimplentur: ideo calamus dicit. Et ad quid pertinet calamus? Aut quomodo comparatur calamus Chriſto? Quia ſicut pertinet petra ad Chriſtum, leo, dextera, mons, uel alia his ſimilia: ſic pertinet & calamus ſcilicet quia menſurator & ſcriptor eſt. Vnde dixit in propheta,
Ezech.40.c Surge & accipe calamum, & metire templum & ciuitatem. Calamus ſcribæ, Scriba ipſe eſt Chriſtus. Vnde di-
Matt.13.g xit in euangelio: Omnis ſcriba doctus in regno cœlorũ, ſimilis eſt patrifamilias. Velociter ſcribentis, Quia nullus tam ſcito ſcribit, ſicut ipſe dominus in cordibus ſanctorum ſcribit. Quid ſcribit, niſi fidem, ſpem, & charitatem ſuam, uerbum prædicationis tribuit? *k* ¶ Speciosus forma præ filijs hominum.] Vt non ex æquo ut alius homo, ſed cum homine dei filius intelligatur, & ideo pulchrior dicitur præ alijs filijs hominum. Forma autem de qua loquitur, non magnitudini deputanda eſt,
Eſa.53.d ſed decori. Vel quomodo ſpecioſus, cum Eſaias dicit: Vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem:

mis domine, exurge & ne repellas in finem. Quarẽ faciem tuam auertis, obliuiſcẽris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ. Quoniãm humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra uenter noſter. Exurgẽ dñe adiuua nos, & redime nos propter nomẽ tuũ.

In finẽm pro his qui commutabuntur filijs Core ad intellectum, canticum pro dilecto. XLIIII

ERuctauit cor meum uerbum bonum, dicõ ego opera mea regi, Linguã mea calamus ſcribæ, uelociter ſcribentis. Speciõſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratiã in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternũ. Accingerẽ gladio tuo ſuper fœmur tuũ, potentiſſime. Speciẽ tua & pulchritudine tua, intendẽ proſpere procede & regna. Propter ueritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Myrrha & gutta & caſſia à ueſtimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circũdata uarietate. Audi filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus, uultum tuum deprecabuntur diuites populi. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circũdata uarietatibus. Adducentur regi uirgines poſt eam, proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſeculum ſeculi.

fuſa eſt gratia ſpirituſſancti in baptiſmo, in ſpecie colũbæ, cum deſcendit in capite, uenit in barbam: deinde in oram ueſtimenti eius. Caput noſtrum, Chriſtus eſt: barba, ſancti apoſtoli: ora ueſtimenti eius, ſancti prædicatores: ſicut ait propheta: Sicut unguentum in capite
Pſal.132.e quod deſcendit in barbam Aaron: & quod deſcendit in oram ueſtimenti eius. Gratia in labijs tuis: quia lex D per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *m* ¶ Propterea benedixit te deus in æternum.] Ob hanc gratiam. Nam cum ſemper Chriſtus dominus in patre fuerit benedictus, in aſſumpta benedicitur carne: cum deſcendente ſpirituſancto ſuper eum in baptiſmo, dicit pater, Hic eſt filius meus
Matt.3.d dilectus in quo mihi complacui. Vel benedixit pater deus filium ſuum, & Chriſtus ſuam eccleſiam. *n* ¶ Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime.] Gladium circa fœmur. Per gladium uerbum: per fœmur, incarnatio. Accingit homo gladium ad pugnandum. Sed accingere gladium potentiſſime: Ac ſi dicat propheta: Tu Chriſte indue carnem, pugna contra diabolum, & libera genus humanum de inferno. Accingere gladio, uerbo prædicationis, qui diuiſit filium à patre: filiam à matre: nurum à ſocru. Circa fœmur tuum, ſuper carnem aſſumptam. Potentiſſime: non ſegniter neque leuiter, ſed uiriliter. *o* ¶ Specie tua & pulchritudine tua.] Sanctitate atque iuſticia: uel ad diuinitatem pertinet. *p* ¶ Intende proſpere procede & regna.] Si tibi intendis, ſemper tibi proſpera erunt. Procede, id eſt, de cœlo ueni. Et regna, quia regnum diaboli antea erat. Vnde dicimus in oratio-
Luc.11.d ne dominica: Veniat regnum tuum in nobis, & diſcedat regnum diaboli. Intende proſpere: uide feliciter. Procede, de thalamo uteri uirginalis & regna oppreſſo mortis imperio. *q* ¶ Propter ueritatem, & manſuetudinem.] Veritas, ipſe Chriſtus: quia ipſe eſt ueritas. Vnde de illa muliere dixit ad Iudæos: Qui ſine
Ioan.8.b peccato eſt ueſtrum, prior in illam lapidem mittat. Manſuetudo: quando dixit: Nec ego te condemnabo. Iuſticia, quando dixit: Vade mulier, & amplius noli peccare. Propter ueritatem: qua illa quæ per prophetas promiſeras adimpleſti. Et manſuetudinem, quia ſicut ouis pro uita populi immolaris. Et iuſticiam cum non poteſtate, ſed humilitate eripuiſti hominem.

¶ Et dedu-

A suetudinem, & iustitiam, & deducēt te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Mirrha & gutta & casia à uestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietate. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus. Et adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus, uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta uarietatibus. Adducētur regi uirgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.

a ¶ Et deducet te mirabiliter dextera tua.] Potētia siue uirtus. Vel potestas deducet te, scilicet in cœlū. *b* ¶ Sagittæ tuæ acutæ.] Prædicationes, corda hominū transfigentes. Acutæ: quia usque ad interiora cordis penetrāt. *c* ¶ Populi sub te cadent in corda inimicorum regis.] A compūctione prædicationis, in corde corruunt: ut non superbiant, sed humiliter credant. Qui fuerant non credēdo inimici regis, fiant credendo amici. Quia qui Christi inimici erāt postea amici effecti sunt. *d* ¶ Sedes tua deus in seculum seculi.] Nō temporalis, sed æterna. Vel sedes dei, sancta ecclesia est, aut anima: quia anima iusti, est sedes sapientiæ. *e* ¶ Virga directionis, uirga regni tui.] Per uirgā, correptio disciplinæ: quia per ipsam regulam ueritatis, corda illorum diriguntur, quæ tortuosa erant. *f* ¶ Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. Id est mādata dei patris impleuisti. Et odisti iniquitatem, non quod odium cadat in deum, sed odire deus dicitur, id est, repudiare. Iniquitas, ipse diabolus
B intelligitur. Vel uirga, disciplina cœlestis accipitur: per quam iniquam tortuositatem nostram quam odiuit, ad suam direxit iustitiā. *g* ¶ Propterea unxit te deus deus
Heb.1.c tuus.] Deum inquit Apostolus & Christum: deus illum fecit. *h* ¶ Oleo lætitiæ præ consortibus tuis.] Alij reges qui typum illius prætulerunt, & regnando consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt inuncti, hic uero filius dei à deo patre, oleo exultationis, hoc est, resurrectionis, ascensionis, dominationisq; est delibutus: quia Christus natura unctus, nos per gratiā: quia in illo pleniter fuit diuinitas: nam in sanctis per partes datur. *i* ¶ Mirrha & gutta & casia à uestimentis tuis.] Mirrha pro sepultura ponitur: gutta cōtra uenena accipitur. In casia, homo qui sæpe arbor dicitur demonstratur. Ergo defluxerunt hæc à uestimentis eius, id est, ab assumpta carne, qua uelat uestimentum se diuinitas circundedit. Stillauit odor mirrhæ, cum est traditus sepulturæ. Fluxit gutta, cum compressō serpentis ueneno, tartarea restrinxit incēdia. Prodiuit & casia, cum in eo homine per quem euicit inferos, ascendit in cœlos. *k* ¶ A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.] Domus eburneas, propter magnitudinem elephātorū, domus amplas accipimus. Ampla est enim uia quæ ducit ad perditionem. Sed ebur nisi radatur limis, diuidatur serris, ac subulis perforetur, obscurum & horribile est: sic & apostoli erant antequam uocarentur & inhabitarentur. Sed postquam uocati sunt, serris secti, ungulis rasi, scalpellis scalpti, flammis igniti, ac diuersis supplicijs elimati, facti sunt domus dei, in qua ipse Christus dignaretur inhabitare. Horum exempla sequentes martyres, effecti sunt suorum corporum reges. Istorum regum sunt filiæ, animæ sanctæ, quæ Christum delectatæ sunt, honorando nomen maiestatis eius, & præconando misericordiam eius. A domibus eburneis, de quibus lætificauerunt te. Multi per errorem pro domibus graues dicunt: quia apud Græcos, uerbum βάρεων utrunq; significat. *l* ¶ Astitit regina à dextris tuis.] Quia nihil est in regno tuo siniſtrum. *m* ¶ In uestitu deaurato.] Spiritualis credulitatis ornamēto. *n* ¶ Circundata uarietate.] Gentium ac populorum. Ipsi nūc ecclesiæ propheta loquitur: Regina ecclesia est. Vnde dicit in cantico canticorum: Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innixa Cant.3.e
C] super fratruelem suum? Regina dicitur: quia regit sua uitia & peccata. A dextris tuis. Vt illud: Statuet quidem oues à dextris suis, quando dicturus erit: Venite benedicti patris mei, Matth.25.e
percipite regnū quod uobis paratum est ab origine mundi. In uestitu, id est, nō nuda, sed uestita sensu spirituali. Circumamicta uarietate. De septuaginta & duabus linguis: id est, de diuersitate gentiū, uel gratiarūactione. *o* ¶ Audi filia & uide.] Crede ut munderis. Filia quia ab eo renata. Sponsa, quia ipsi est sociata. Vel Christus uocat ecclesiā suam per fidem filiam. Filia dicit, ut casta sit mente & corpore. *p* ¶ Et inclina aurem tuam.] Humiliter ac sapiēter ausculta uel desidera. Et audi, aure cordis, ut illud: Qui habet aures audiendi Luc.8.d
D audiat. Et uide, hoc est, oculis cordis unde deus uidetur, ut ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deū uidebunt. Matth.5.d
q ¶ Et obliuiscere populum tuum.] Consortia dæmoniorum, uel uitia & peccata & domum patris tui diaboli qui te prius genuerat: quia totus mūdus in maligno positus erat: ideo inclina aurem tuam. *r* ¶ Quoniam concupiuit rex decorem tuum.] Christus Iesus à quo regeris: quia nigra eras in domo patris, nunc autem ascendis post baptismum, uel uitijs abluta, uel gratia fidei candida. *s* ¶ Quia ipse est dominus.] A quo redempta es. *t* ¶ Deus tuus.] Quem nunc relictis simulacris, excolis, & adoras. Quomodo dicit speciem & pulchritudinē tuam: cum non tam pulchra, nec speciosa, quàm antea fœtida & deformis erat ecclesia? Sed postea pulchra & speciosa per lauacrum baptismi: quia iustus pro impijs mortuus est, id est, Christus, mundans eam per lauacrū sanguinis sui, ut ait Apostolus: Non habētem maculam Eph.5.f
aut rugam. *u* ¶ Et adorabūt eū, &c.] Tyrus interpretatur, angustia. Filiæ Tyri, filiæ angustiæ. Ipsi adorant Christum, qui sunt in angustia. Vel animæ credentes ex gentibus. *x* In muneribus uultū tuum deprecabūtur, &c.] Istæ recōdentes thesauros suos, de corde te mūdo requirunt, quia ubi sunt thesauri eorum, ibi erit & cor eorū. Fecerūt hoc magi, qui cum thure, & mirrha, & auro uenerunt: quia non tantū uerbis, sed etiam muneribus adorauerunt Christū. *y* ¶ Omnis gloria eius filiæ regis.] Animæ fidelis. *z* ¶ Ab intus in fimbrijs aureis circumamicta uarietatibus.] Superius diximus, uarietate gentium: hic, gratiarū. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: id est, seniores ecclesiæ, uel reges & potentes: qui habent modo, spem, fidem, & charitatem: ipsi obtulerunt ab intus, hoc est, in conscientia ecclesiæ. In fimbrijs aureis circumamicta uarietate. Non solum litera, sed etiam sensu spirituali, illi qui intrant, obtulerunt: uel uarietate uirtutū repleti sunt. *a* ¶ Adducentur regi uirgines post eam proximæ eius.] Per unam ecclesiam, apostolica institutione fundatam, multi conuertuntur ad Christum.

A *a* ¶ Afferentur tibi in lætitia & exultatione.] Non in tristitia peccati, neque in lachrymis pœnitentiæ, sed in lætitia uirtutum, & exultatione gratiarum. *b* ¶ Adducentur in templum regis.] Vidit enim Ioannes Hierusalem ciuitatem sanctam descendentem de cœlo, habentẽ claritatem dei: sed templum in ea nõ uidit, dominus, inquit, est templum eius. Inducentur ergo in hoc templũ uirgines istæ, hoc est, animæ sanctorum: ut cõformes effi ciãtur corpori gloriæ eius. *c* ¶ Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.] Fuerũt ò ecclesia apostoli patres tui: quia ipsi te genuerunt. Nunc autem quia illi recesserunt à mũdo, habes pro his episcopos filios, qui à te creati sunt. Sunt enim & hi patres tui: quia ab ipsis regeris. *d* ¶ Constitues eos principes super omnem terram.] Constituit Christus sanctos suos super omnes populos. In nomine eñ dei dilatatum est euã gelium in omnibus finibus mũdi, in quibus principes eccle-
B siæ, id est, episcopi cõstituti sunt. *e* ¶ Memores erũt nominis tui, in omni generatione & generatione.] Ideo memores erũt, quia nunquã obliuiscuntur, sed semper te prædicabunt, siue ædificabunt in generationibus sanctorum. *f* ¶ Propterea populi confitebũtur tibi in æternum, & in seculum seculi.] Ob eorum prædicationem semper tibi delicta populi confitentur, tuam gloriam enarrabunt, tuam laudẽ annunciabunt. *g* ¶ In finem pro filijs Core pro arcanis, psalmus.] Pro arcanis, id est, pro occultis de uocatione gentium, & de reprobatione Iudæorum. Psalmus docet nos spem nostram in illum debere ponere, qui solus potest de tribulationibus liberare. XLV

DEus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.] Plenus est enim mundus erumnis atque pressuris: ideoq; quia sunt alia adiutoria regum, uirtutes potentium, refugia ciuitatum, nostra munitio Christus est, qui nos ab his potenter eripere potest. *i* ¶ Propterea non timebimus.] Quia in ipso credulitatem habemus. *k* ¶ Dum turbabitur terra.] Generatio Iudæorum, qui terrena sapiunt. *l* ¶ Et transferentur montes in cor maris.] Prædicationes apostolicæ in corda gentilium huius mundi, sicut in euan-
Matth.17.c gelio: Si habueritis, inquit, fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi, & faciet. In corde maris, id est, in gentilitate. *m* ¶ Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum.] Aquæ, populi: motus, dæmones intelligũtur. Qui tunc turbati sonum dederunt, cum euersoribus simulacrorum, uel restiterunt, uel mortem parare uoluerunt. *n* ¶ Conturbati sunt montes in fortitudine eius.] Excelsiores seculi potestates. *o* ¶ Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.] Post euersos cultus dæmoniorum, ablutio baptismi uel irrigatio spiritus sancti lætificat animam ciuitatem dei, siue ecclesiam, quæ est ciuitas dei, quæ super montem posita, non absconditur. *p* ¶ Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.] Cõgregationem fidelium, in qua per fidem habitat. *q* ¶ Deus in medio eius non commouebitur.] Sed firmatur, ut ait, Ne timeas Maria: uel ecclesia in tribulatione. *r* ¶ Adiuuabit eam deus mane diluculo.] Inspectione sãcta, qua mũdum promerebitur cor. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi deum uidebunt. *s* ¶ Conturbatæ sunt gẽtes] . Vitiorum ac criminũ. *t* ¶ Et inclinata sunt regna.] Potestates dæmoniorum, sub potestate Christi. *u* ¶ Dederunt uocem suam.] In prædicationibus. *x* ¶ Mota est terra.] Obstupuerunt gẽtes in incredulitate sua, hoc est, gentilitas de infidelitate ad fidem Christi. *y* ¶ Dominus uirtutum nobiscũ.] Per assumptionẽ carnis, particeps factus est nobis. Ideo & Emanuel, hoc est, nobiscum deus. Dominus uirtutum, angelorum & hominũ. *z* ¶ Susceptor noster deus Iacob.] Ipse uirtutum dominus, qui uicit diabolum. Ipse susceptor noster, ut nos in æternum conseruet. Adiutor deus Iacob. Per Iacob supplantatio uitiorum. *a* ¶ Venite & uidete opera domini.] Christus uocat suam ecclesiã ad fidem, uel ad credulitatem. Videte, id est, intelligite: opera domini, uirtutes domini. Vel opera domini, quia iuxta Danielẽ, la- Dan.2.g
pis excisus de monte sine manibus, comminutis regnis mundi occupauit latitudinem omnis terræ. *b* ¶ Quæ posuit prodigia super terrã.] Multa enim signa uel ante aduentum corporeũ, uel post illum ostẽdit in populis. *c* ¶ Auferens bella usq; ad fines terræ.] Omnia bella in aduentu dñi quieuisse, multorum narrat hist oriæ. Sed & nunc in ecclesia sua quotidie bella coercet, ut non sæuiant uel hæretici, uel Iudæi. Vel auferens, tollens bella, hoc est, pugnam: quia semper est pugna uitiorum & peccatorum. Vsq; ad fines terræ, usque ad finem seculorum. Dominus aufert à nobis istã pugnam: nam per nos non possumus. *d* ¶ Arcum conteret.] Occultas malorũ infidias. *e* ¶ Et confringet arma.] Præsentes pugnas. *f* ¶ Et scuta cõburet igni.] Insanas diabolicæ protectionis phãtasias, quæ omnia illo igni spirituali cõsumit: de quo ait: Ignem ueni mittere in terrã, hoc est, in ecclesiã. Luc.12.f
g ¶ Vacate & uidete quoniã ego sum dñs.] Ego feci, & Esa.46.b
ego feram: ego creaui, & ego sustineam: redimã uos, & dimittã peccata uestra, ait dominus. Vacate ergo ut me cognoscatis, & non in aliud conturbemini. *h* ¶ Exaltabor in gentibus.] Quæ fuerint ad crudelitatẽ conuersæ. *i* ¶ Et exaltabor in terra.] Si ex Iudæorũ gente ad me reuersi fuerint: quos non terrena sapere manifestum est. *k* ¶ Dñs uirtutum nobiscũ, &c.] Sẽper enim cum credentibus dignanter inhabitat, sicut apostolis post resur- Matth.ultim.
rectionẽ polliceri dignatus est, dicens? Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi.

Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis. Pró patribus tuis nati sunt tibi filij, constituẽs eos principes super omnem terram. Memorẽs erunt nominis tui domine, in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

In finẽm pro filijs Core pro arcanis, psalmus XLV

DEus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Flũminis impetus lætificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non cõmouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbatæ sunt gentes, & inclinatæ sunt regna, dedit uocem suam, mota est terra. Dominus uirtutũ nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Venite & uidete opera domini quæ posuit prodigia super terrã, auferens bella usq; ad fines terræ. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Vacate & uidete quoniam ego sum deus, exaltabor in gẽtibus & exaltabor in terra. Dñs uirtutum nobiscũ, susceptor noster deus Iacob.

¶ In finem

A

In finem pro filijs Core psalmus. XLVI

OMnes gentes plaudite manibus, iubilatẽ deo in uoce exultationis. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ. Psallite deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnabit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham, quoniam dij fortes terræ uehementer eleuati sunt.

Psalmus uel laus cantici filijs Core secunda sabbati. XLVII

MAgnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate

a ¶ In finem pro filijs Core psalmus.] Filij Core, filij calui. Vox deridentis est. Hoc de illis quadraginta duobus pueris dicit, qui Heliseum deriserunt, & dixerunt: Ascende calue, ascende calue, & maledixit eos in nomine domini. Et egressi duo ursi, comederunt eos. Heliseus figuram Christi tenet: illi pueri figuram Iudæorum, qui dixerunt: Aue rex Iudæorum. Vnde Paulus dicit: Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote. Venit medicus sanare ægrotos, sed ægroti occiderunt medicum. Vrsi proprie dæmones intelliguntur: quia deuorauerunt corda illorum. Psalmus uocem continet apostolicam, admonentem, ut in ipso solo lætemur, cuius sumus sanguine liberati.

4.Reg.2.d

1.Cor.14.d

XLVI

OMnes gẽtes plaudite manibus.] Spiritus sanctus per prophetam uocat ad fidem omnes gentes uenire. Omnes gentes, id est, totus mundus, simul plaudite manibus. Plaudere, laudare. Plausus nanque laus dicitur. Gaudete, in bonis operibus. c ¶ Iubilate deo in uoce exultationis.] Voce sublimi dominum confitemini in ipso corde, & omni membrorum officio exultate. Propter magnitudinem lætitiæ dicit. Vox exultationis est, quod nec uerbis, nec literis, nec syllabis potest homo comprehendere, quantum deum laudare debeat. d ¶ Quoniam deus excelsus terribilis.] Ille qui quondam iritabatur à Iudæis, obtentis gentibus excelsus cœlos ascendens, terribilis factus est, residens ad dexteram patris. e ¶ Et rex magnus super omnem terram.] Non solum super Iudæorum gentem, sed super omnes nationes terræ. Vel super omnem terram, id est super omnẽ ecclesiam: quia ecclesia terra dicitur. Christus super eam: quia data est ei potestas in terra & in cœlo. Vel de quo nunc apostoli dicunt. f ¶ Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem suam.] Subiectas sibi à Christo gentes, & populos dicunt: quorum malitia conculcata, dignos in hæreditatem Christi fecerunt. Vel hæreditas Christi, sancta ecclesia est. Vnde dixit in alio loco: Dominus pars hæreditatis meæ. Et nos sua, & ille nostra secundum illud: Portio mea dominus. g ¶ Speciem Iacob quam dilexit.] De pulchritudine enim Iacob elegit apostolos, qui ab eius stirpe descẽdentes, hæc dicunt. Quod autem eum diligat, audi prophetam: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. h ¶ Ascendit deus in iubilo.] Clarescit enim ascensio eius, in qua multitudo angelorum cum magna iubilatione dicebat: Tollite portas principes uestras, iam redit uictor ex præliis. i ¶ Et dominus in uoce tubæ.] In qua duo angeli tanquam tuba, illo ascendente apostolis clamauerũt: Hic Iesus qui receptus est à uobis, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Vel post uictoriã, qua uicit diabolũ, sic ascẽdit. Vnde dicit in alio psalmo: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Vel sicut legimus in Actibus apostolorum, quando ascendit de monte oliueti: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

b ¶ Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.] Qui oppresso mortis dominatu, carnem cum qua iacuit in tumulo, euexit ad cœlum. l ¶ Quoniam rex omnis terræ deus.] Quia iam non solum in Iudæa & Hierusalem notus, sed in omni terra fidei lumine declaratus. m ¶ Psallite sapienter.] Vt quæ canitis per literam, intelligatis spiritualiter dicta. n ¶ Regnabit dominus super omnes gentes.] Quas in hæreditatẽ accepit à patre. Vnde & in alio psalmo dicit: Dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Vel excelsus dominus super omnes gentes, & super cœlos gloria eius. o ¶ Deus sedet super sedem sanctam suam.] Ad dexteram patris. Vel angeli, pro innocentia eorũ dicuntur sedes, quia non peccauerunt. Inde dixit: Cœlum mihi sedes est. Deus sedet super sedem sanctã suam, hoc est in ecclesia. Vnde dictum est: Anima iusti sedes est sapientiæ. p ¶ Principes populorum.] Apostoli. q ¶ Congregati sunt.] Ad iudicandum. Vel principes populorum, id est, seniores Christianorum: quorum figuram tenebat centurio: Vel modo illi qui tenent ipsam fidem, quam habuit Abraham. Vnde dictum est: Multi uenient ab oriente & occidente: & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. r ¶ Cum deo Abraham.] Deus Abrahæ, deus uerus est, qui est deus uiuentium, cum quo iusti iudicium facient. Sic enim & dominus in euangelio ait: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. s ¶ Quoniam dij fortes terræ uehementer eleuati sunt.] Dij, sancti sunt, sicut ait idem propheta: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Eleuati sunt uehementer. Eleuati sunt per fidem & prædicationem. Vel illi qui eleuati sunt in superbia, & relictis cœlestibus, terrena concupierunt, quibus dicitur: Sicut homines moriemini, isti à deo Abrahæ, uel apostolis eius sunt iudicandi. Nos uero oremus dominum, ut depositio omni tumore superbiæ, ita illi coniungamur in hoc seculo, ut in iudicio à sinistra parte diseiuncti, non inueniatur in nobis quod damnet in pœnã: sed quod pietate multiplici prouehat ad coronam.

C

Psal.2.b

ibi.112.a

Esa.66.d

Sap.7.d

D

Matth.8.b

Matth.19.d

Psal.81.d

t ¶ Psalmus cantici filijs Core secũda sabbati.] Per psalmum, opus uel prædicatio intelligitur. Per canticũ, scientia & laus. Filij Core, sancti apostoli uel martyres. Prima sabbati, fecit lucem: secunda sabbati, fecit firmamentum. Lucem, angelos: firmamentũ, homines. Habet inde aliquid in nouo testamento. Prima sabbati, resurrexit lux Christus. Vnde dicit in euãgelio: Erat lumen uerũ quod illuminat omnem hominem ueniẽtem in hunc mundũ. Secunda sabbati, firmata est ecclesia in fide, quando dixit dominus: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Psalmus totus circa sanctam plebem, totus circa ecclesiastica mysteria commoratur.

Ioan.1.

Matth.16.c

XLVII

MAgnus dñs & laudabilis nimis.] Vox ecclesiæ. Magnus dicitur, nõ pro comparatione, sed pro magnitudine gloriæ suæ: Quasi interrogaretur, ubi magnus, ubi laudabilis? Respõdet. x ¶ In ciuita. &c.] Anima sancta, cuius ciues atq; domestici, boni actus intelliguntur.

¶ In monte

dei noſtri in mont̃e ſancto eius. Fundat̃ur exultatio/ne uniuerſæ terræ mõns Sion, latera aquilonis, ciui/tas regis magni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam. Quoniãm ecce reges terræ congre/gati ſunt, conuenerũnt in unum. Ipſi uidentẽs ſic admi/rati ſunt, conturbãti ſunt, commoti ſunt, tremor appre/hendit eos. Ibi dolorẽs ut parturientis, in ſpiritu uehe/menti conterẽs naues Tharſis. Sicut audiuimus, ſic ui/dimus in ciuitate domini uirtutũ, in ciuitate dei noſtri, deus fundauit eam in æternum. Suſcepimus deus mi/ſericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum no/men tuum deus, ſic & laus tua in fines terræ, iuſtitiã ple/na eſt dextera tua. Lætet̃ur mons Sion & exultẽt filiæ Iudæ, propter iudicia tua dñe. Circũdate Sion & com/plectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda ueſtra in uirtute eius, & diſtribuite domos eius, ut enar/retis in progenie altera. Quoniãm hic eſt deus noſter in æternũ & in ſeculum ſeculi, & ipſe reget nos in ſecula.

In finem pro filijs Core pſalmus. XLVIII

AVdite hæc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis orbem. Quiq; terrigenæ & filij homi/

a ¶ In monte ſancto eius.] In aſſumpto dominici homi/nis corpore. b ¶ Fũdatur exultatione uniuerſæ terræ.] Terram quæ prius peccatis & maledictionibus ſubiace/bat, aſcẽſione ſua occupauit, atque in ea credulitatis ſuæ exultationem ac lætitiam dilatauit. Vel fundata fuit & eſt eccleſia, in toto mundo in fide.

c ¶ Mons Sion, la/tera aquilonis, ciui/tas regis magni.] Ad hunc montem, id eſt, ad Chriſtum domi/num, acceſſerũt duo populi ex Sion: unus de lateribus aquilo/nis qui eſt ex præpu/tio, alter ex circũciſio/ne. Chriſtus ergo do/minus qui eſt pax no/ſtra, abſtulit maceriã inimicitiæ de medio, & fecit utraq; unum, & collocauit in eccle/ſia ſua, quæ eſt ciui/tas regis magni, hos populos per fidem. Vel mons Sion, hoc eſt ſancta eccleſia. De latere aquilonis: quia de malis eſt cõgrega/ta. Vnde dictum eſt:

Hiere.1.c Ab aquilone exorien/tur mala quæ ſunt ſu/per terram. Hic aqui/

Cant.4.d lo diabolus, cui dici/

B tur: Veni aq̃lo perfla/ hortum meũ: hoc eſt

1.Cor.11.d eccleſiam tẽtationibus. Vnde Apoſtolus dicit: Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt manifeſti fiant in uobis. Vel ciuitas regis magni, hoc eſt ſãcta eccleſia. d ¶ Deus in domibus eius cognoſcetur cum ſuſcipiet eam.] Suſce/pit eam per gratiam. Cognoſcitur autẽ in gradibus eius, id eſt in apoſtolis uel reliquis prædicatoribus, per quos eccleſiæ fides annunciata eſt. Gratia enim ſumus ſaluati per fidem: & hoc non ex nobis. Dei donum eſt, ut nemo de ſe glorietur. Vel in domibus, id eſt in ſancta eccleſia. Cum ſuſcipiet eam in fide, quia antea inter malos erat.

e ¶ Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt.] Princi/pes ſeculi, quorum regnum in cultu idolorum atq; dæ/moniorum erat ex lateribus aquilonis: id eſt diaboli ac/cedentes. Vel congregati ſunt, & conuenerunt in unum, id eſt in unitatem eccleſiæ. f ¶ Conuenerunt in unũ.] Lapidem ſummum angularem in fundamento funda/tum. g ¶ Ipſi uidentes ſic admirati ſunt.] Gloriam ac potentiam redemptoris. Vel uirtutes apoſtolorum admirati ſunt, & commoti ſunt de infidelitate ad fidem. h ¶ Conturbati ſunt & commoti ſunt, tremor appre/hendit eos.] A conſcientia delictorum, quia dictum eſt:

Eſa.26.c A timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalu/tis. i ¶ Ibi dolores, ut parturientis, in ſpiritu uehemen/ti.] Cum corpora exercere per abſtinentiam cœperint: in ſpiritu fortiſſimo, id eſt, ſancto. k ¶ Conterens na/ues Tharſis.] Humilians ſuperbiam gentiũ, quia Thar/ſis in principio ſuo à nauigatione negociatorum ſuper/ba ac præcellens facta eſt. Ideo hic comparantur huic nauigio, qui in huius ſeculi fluctibus circũferuntur om/ni uento luxuriæ atque uanitatis: Ipſi nunc in ea creden/tes dicunt. l ¶ Sicut audiuimus.] Per prophetas. m ¶ Sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuita/te dei noſtri: deus fundauit eam in æternum.] Vidimus in euangelio, quæ eſt ciuitas uirtutum. Vidimus in eccle/ſia, quæ eſt ciuitas dei in illo regno magno fundata.

n ¶ Suſcepimus deus miſericordiã tuam in medio tem/pli tui.] In eccleſia tua ſuſcepimus ſanctum ſpiritum, ſi/cut & illi prius ſuper quos in Actibus apoſtolorum eſt effuſus. o ¶ Secundum nomen tuum deus, ſic & laus tua in fines terræ.] Cum accepto ſpiritu ſancto, cuncta/rum gentium locuti ſunt linguis. Sed & in amplitudine fidelis populi: ſemper tua laudatio cõmoratur. p ¶ Iuſtitia plena eſt dextera tua.] In his qui in iudicio in dex/tera parte ſunt collo/candi. q ¶ Lætetur mõs Sion.] Eccleſia in Chriſto. r ¶ Et exultent filiæ Iudæ.] Animæ cõfeſſorum, quia Iudas confeſſio interpretat̃. s ¶ Pro/pter iudicia tua do/mine.] Quia cuſto/dierunt ea ut pœni/tentiam agerent. Vel iudicia tua, iudicia dei occulta: quia re/probati ſunt Iudæi & electæ ſunt gentes in fide. t ¶ Circunda/te Sion.] Id eſt, defen/dite eccleſiã in credu/litate ueſtra. u ¶ Et complectimini eã.] In charitate. x ¶ Nar/rate in, &c.] Laudẽ & gloriã Chriſti. Narra/te, hoc eſt prædicate. Turres, hi ſunt principes eccleſiæ tuæ: quia turris fortis eſt, & undique ſpeculatur. Sic & ſãcti & fortes & ſpeculatores debẽt eſſe in gẽte humana. y ¶ Ponite corda ueſtra, &c.] Ne ſeparemini à charitate quam docuit. Ponite: hoc eſt intelligite. In uirtute eius, in charitate eius: quia non ſolum docere, ſed etiam quod prædicant, opere debẽt implere. z ¶ Et diſtribuite do/mos eius.] O uos doctores eccleſiarum, diſtribuite gra/dus ordinationũ canonice & ſancte, non præmijs corru/pti: non perſonarũ acceptione per adulationẽ decepti. a ¶ Vt enarretis in progenie altera.] Nõ ſolum his qui credunt, ſed & his qui credituri ſunt. Sed quid inquis enarremus? b ¶ Quoniam hic eſt deus noſter in æter/num & in ſeculũ ſeculi, & ipſe reget nos in ſecula.] Deus, quia per ipſum facti ſumus. Rex, quia ab ipſo regimur. Ipſe enim lubricos & tortuoſos greſſus noſtros direxit in ſe, qui eſt uia pacis & pax noſtræ ſalutis. c ¶ In finem pro filijs Core, pſalmus.] Filij Core, ſancti apoſtoli uel martyres ſunt. Iſtum pſalmum ſpiritus ſanctus per pro/phetam in perſona prædicatorum cantauit. Vel ideo iſte pſalmus, eo quod doceat mundi diuitias cum uanis ho/noribus ſpernendas, cauendaq; etiam ſerpentis aſtutias: & omnem orbem ad audiendum dei uerbum inſtanter admonet dicens: XLVIII

AVdite hæc omnes gẽtes, auribus percipite qui habi/tatis orbem.] Sapiẽter intelligite in ſpiritualibus au/ribus, quas dominus ad audiendum elegit. In euãgelio aurem cordis requirit, unde deus auditur. Qui habita/tis orbem: id eſt corpora ueſtra. c ¶ Quiq; terrigenæ & filij hominum, in unum, &c.] Intelligendum eſt quod omnes habitatores terræ ad audiendum dei uerbũ uo/cat, ſcilicet ut nulli hominum occultentur diuina uel iu/dicia uel mandata. Vel ſimul in unum diues & pauper, hoc eſt ſeruus & liber. Vel pauper, unde dixit: Beati pau/peres ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

¶ Os

num, simul in unum diues & pauper. Os meũm loquetur sapientiam, & meditatiõ cordis mei prudẽtiam. Inclinabõ in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Cũr timebo in die mala, iniquitãs calcanei mei circundabit me. Qũi confidunt in uirtute sua, & in multitudinẽ diuitiarum suarum gloriantur. Fratẽr non redemit, redimet homo, nõn dabit deo placationem suam. Et preciũm redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum & uiuẽt adhuc in finem. Non uidẽbit interitum cum uiderit sapientes morientes, simũl insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchrã eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerũnt nomina sua in terris suis. Et homõ cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hæc uiã illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum ueterascet in inferno à gloriã eorum. Verumtamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Quiã anima eius in uita ipsius benedicetur,

A *a* ¶ Os meum loquetur sapientiam.] Loquetur illam sapientiam quæ occulta est ab huius seculi sapientibus, & reuelata est paruulis: hoc est ut cognoscant paruuli ecclesiæ, quia Christus est sapientia patris, de quo omnes prophetæ loquuntur. Vel os meum loquetur sapientiam, id est, Christũ quem prædicat ecclesia. *b* ¶ Et meditatio cordis mei prudẽtiã.] Sẽper in corde meditabar, ut relinquentes homines stolidam uanitatẽ, Christi prudentiam sequerentur. *c* ¶ Inclinabo in parabolam aurem meam.] Quia scit propheta Christum dominum uenturum in mundum, qui in similitudine loquatur, ideo se ad audiendum præparat, id est, spiritualiter intelligẽdum. Vel inclinabo aurẽ cordis ad humilitatem. In parabola: id est, in similitudine intelligam. *d* ¶ Aperiam in psalterio propositionem meam.] Hoc propono, ut quod ille decalogus prædixit si custodiatur, cœlestia re-
B gna largiuntur. Vel quod ꝓposui in corde, prædicabo in sermone & intelligam. *e* ¶ Cur timebo in die mala?] In die iudicij. *f* ¶ Iniquitas calcanei mei circundabit me.] Quia in calcaneo ꝙsquis peccauerit, labitur. Sed & iniquitas calcanei, originale peccatũ accipitur ex Adam, ut dictũ est ad mulierẽ: Inimicitias ponam inter tẽ & serpentẽ, & semen tuum & semen illius. Tu obseruabis, id est conteres caput suum, & ipse calcaneum tuum. *g* ¶ Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur.] Isti labuntur in calcaneo, quia per illum non incedunt qui est uia ueritas & uita, uel qui confidunt in uirtute sua: qui ꝙq; in abundantia diuitiarũ suarum gloriãtur. *h* ¶ Frater nõ
Matth.12.d redemit, redimet homo.] Si Christus nõ redemit qui se fratrem dixit apostolorum, & resurgendo factus est primogenitus resurgentium, non redimet Adam, quia primus homo mortuus non resurrexit. Nam frater noster Christus est deus & homo, qui nos redemit. Vel quod non redemit Moyses, redemit Christus. *i* ¶ Non dabit deo placationem suam.] Qui nõ agit pœnitentiam, per quam placatur deus. *k* ¶ Et precium redemptionis animæ suæ.] Non fecit eleemosynam per quam peccata delentur. *l* ¶ Laborauit in æternum.] In tormẽtis perpetuis positus. *m* ¶ Et uiuet in finem.] Quia non interficitur, sed semper reparatur ad pœnam. *n* ¶ Non uidebit interitum.] Non intelligit imminere sibi mortem. *o* ¶ Cum uiderit sapientes morientes.] Si uiderit hominem sapientem in deo ab hoc mundo migrare, dicit: Quid huic ieiuniæ? Quid castitas? Quid eleemosynæ profuerũt? Nõne & ipse mortuus est? Tale quiddã &
Ioan.8 redẽptori nostro Iudæi insultãtes, dicebant: Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã qui mortuus est: & prophetæ mortui sunt? *p* ¶ Simul insipiẽs & stultus peribunt, & relinquẽt alienis diuitias suas.] Insipiẽs est, qui dei notitiã habere cõtemnit, de quo Apostolus ait: Omnis ignorãs ignorabitur. Stultus uero est qui in diuitijs & non in deũ sperat. Perdunt ergo ambo diuitias: quia ibi congregãt ubi fures effodiunt & furantur. *q* ¶ Sepulchra eorũ domus illorum in æternum. Tabernacula eorum, &c.] Hæc illis perpetua habitatio: quia nõ resurgẽt ut habeant æternam uitam: sed ut dãnentur in pœna. *r* ¶ Vocauerũt nomina sua in terris suis.] Sæpe enim pagani sup de functorum epulãtes sepulchra, atq; in nomine eorũ qui mortui sunt bibẽtes, inania cum quodã modulamine cantãt, sed nihil prodest in inferno dãnatis. *s* ¶ Homo cũ in honore esset nõ intellexit.] Esse se ad imaginem dei formatũ. *t* ¶ Cõparatus est iumentis insipiẽtibus, &c.] Deposita forma cœlesti, factus est in similitudi-
D nẽ insipientiũ iumentorum. *u* ¶ Hæc uia illorũ scãdalũ ipsis.] Quia de iudicio ad pœnam eos deducit. *x* ¶ Et postea in ore suo complacebunt.] Sed nihil proficit confessio in inferno. *y* ¶ Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.] Merito à morte depascũtur qui Christũ noluerunt habere pastorem. *z* ¶ Et dominabuntur eorũ iusti in matutino.] In resurrectione. *a* ¶ Et auxiliũ eorum ueterascet in inferno.] Habuerunt diuitias, sed cum descenderent in infernum euanuerunt. *b* ¶ A gloria sua.] Quia non quæsierunt gloriam Christi qui nunc de se loquitur. *c* ¶ Verũtamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me.] Homo deus non rapinam arbitratus est Philip.2.d esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam suscipiens serui. Suscepta etiam morte, resuscitatus paterna uirtute hominẽ qui corruerat reparauit. *d* ¶ Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.] Diues effectus est Iudas proditor uendendo magistrum, sed nihil precij quod assumpserat secum cum moritur deportauit. Sic ergo nunc unusquisque oppresso paupere diues efficitur & multiplicatur. Noli timere: cito præterit, & nihil secum de his quæ rapuerat tollit, domino in euangelijs sic dicente: Stulte hac nocte animam tuam repetant à te, quæ autem parasti cuius erunt? Luc.12.c *e* ¶ Quia anima eius in uita ipsius benedicetur.] Benedicitur à stultis propter potentiam: sed uictus affluentia ac potus, proferũt non de bene uiuente, sed de bene pascente sententiam. Sed nõ hæc excusant à pœna.

¶ Confi-

confitebitur tibi cum bene feceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorũ, usque in æternũ non uidebit lumen. Homo cum in honore esset non intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph. XLIX

DEus deorum dominus locutus est, & uocauit terram. A solis ortũ usque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifeste ueniet, deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamentũ eius, super sacrificia. Et annunciabunt cœli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Audi populus meus & loquar tibi, Israel & testificabor tibi, deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniã meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo

A *a* ¶ Confitebitur tibi cum benefeceris ei.] Tunc gratias agit, quando aliquid lucri conquirit. *b* ¶ Et introibit usq; ad progenies patrum suorum, in æternum non uidebit lumen.] Magis in diuitijs quàm in deo sperauit sicut parentes eius: ideoq; de eo dicitur: Ejcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletꝰ & stridor dẽtiũ. *c* ¶ Homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis.] Non cognouit, quia hæc omnia ei à deo fuerant attributa: idcirco insipientia eius iumentis insensibilibus comparatur. Nos uero deprecemur dñm: ut ipse nobis tribuat intellectũ ut dum ea quæ uidẽtur abijciamus, illa quæ non uidẽtur adipisci mereamur. *d* ¶ Psalmus Asaph.] Asaph interpretatur cõgregatio. Psalmus discernit iustos ab impijs, cœlestes à terrenis, sanctos à peccatoribus protestatur. In quo nõ ꝓpheta se locutũ, sed ipsum dñm pronunciat dicens.

Matth. 25.

B XLIX

DEus deorum dominus locutus est.] Deus in trinitate, pater & filius & spiritus sanctus, unus deus: Deorum deus, quia credentes deos uoluit nũcupari. Dedit enim eis potestatem filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Dominus autem est, eo quod omnium dominantiũ dominetur. Et utiq; ipse qui dudũ in patriarchis loquebatur atque prophetis, ipse nũc loquitur. Et quid inquis loquitur? *f* ¶ Et uocauit terram.] Non partem aliquam, sed audi quid adiecit. *g* ¶ A solis ortu usq; ad occasum.] Nihil reliquit, quod non sua uocatione faceret dignum. *h* ¶ Ex Sion species decoris eius.] Quæ est fides atque credulitas quæ ex Sion incipit. Vnde dominus in euangelijs: Oportebat enim hæc Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus ab Hierusalem, quæ est Sion. *i* ¶ Deus manifeste ueniet.] Nõ occultus. Vel deus manifeste ueniet, hoc est in die iudicij: quia omnis homo eũ uidebit, ut in Apocalypsi ait: Et uidebit eum omnis oculus. *k* ¶ Deus noster & non silebit.] Quia ad iudicandum ueniet, iuxta illud: Tacui, nunquid semper tacebo? Modo tacet. Tamen & si tacet iudicio, non tacet mandato. In primo aduentu tacuit, quia humilis apparuit. *l* ¶ Ignis in conspectu eius ardebit.] Duplicẽ hic ignis intelligitur habere uirtutem. Illuminat enim & exurit. Gaudeant iusti, quia illuminantur ex eo. Timeant peccatores: quia exurẽdi sunt ab eo. *m* ¶ Et in circuitu eius tempestas ualida.] Quæ flagellat & corrigit peccatores: triticumq; secernit à paleis. Et quos ignis exurit, tempestas inuoluit. Et in alio loco dicit: Purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *n* ¶ Et uocauit cœlum desursum.] Apostolos uel reliquos sanctos, qui despectis terrenis quæ sursum sunt sapiunt. *o* ¶ Et terram discernere populum suum.] Discernit autem & terrenos: ut cum cœlestes ponuntur ad dexteram, hi ad sinistrã collocentur. Vel discernet populum suum in futuro iudicio quando dicturus erit: Ite maledicti in ignem æternum. Et ad sanctos: Ite in uitam æternam. *p* ¶ Congregate illi sanctos eius.] O quàm mirabiliter hæc euangelio sancto conueniunt. Dominus enim post dispositionem finis: audi quid dicit: Mittet filius hominis angelos suos cum tuba & uirtute magna, & congregabunt electos eius à quatuor uẽtis, à summo cœlorum. Et hic dicit: Congregate illi omnes sanctos eius. Intelligite ergo ꝙ hæc unum ueteris nouiq; testamenti esse dispositorem. *q* ¶ Qui ordinant testamentum eius super sacrificia.] In quorum miserationibus deus super omnibus sacrificijs delectatur. Vel ordinant, prædicant & implẽt testamẽtum nouum super uetus: quia trãseunt uetera, & ecce facta sunt omnia noua. *r* ¶ Et annunciabunt cœli iustitiam eius.] Euãgelistæ uel lex Moysi. *s* ¶ Quoniã deus iudex est.] Qui separare facit bonos à malis. Vel cœli, sancti: annunciabunt, prædicabũt, ut illud: Cœli enarrant gloriam dei. Iustitiam eius, mandata eius. Quoniam deus iudex est: quia ipse est iudex uiuorum & mortuorũ. Et aduocatus noster est, & iudex est, & deus noster est. *t* ¶ Audi populus meus, & loquar tibi Israel.] Vox dei patris ad populũ Iudaicum loquitur: Audi populus meus. Aurem cordis requirit: Vnde ait Propheta: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et alibi: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est. Vel accipe aures audiendi, & intelligas Israel. *u* ¶ Et testificabor tibi.] Si mente spirituali perspexeris. Vel testificabor tibi, id est per patriarchas & prophetas, sicut dixit: Ego sum q sum. *x* ¶ Quoniã deus deus tuus ego sum.] Deus sum omnipotentia, sum autẽ deus per gratiam: nõ simulacra muta & surda quæ hactenus ueneratus es. Vel ego sum qui semper sum ipse. *y* ¶ Nõ in sacrificijs tuis arguam te.] Quia corde contrito delector. *z* ¶ Holocausta autem tua in cõspectu meo sunt semper.] Si odorem rectæ orationis tanquam suauitatis incensum ad me usque direxeris. *a* ¶ Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos.] Ista enim spreui: quia sanguis ueri agni effusus est pro peccatis populi mei. Vel non accipiã de domo tua uitulos: id est incontinẽtes & superbos. Neque de gregibus tuis hircos: Hircos qui fœtidi sunt in peccato. *b* ¶ Quoniã meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues.] Irrationabiles & diuersis motibus uacantes homines, quos oportet uocatione filij dei saluos fieri. *c* ¶ Cognoui omnia uolatilia cœli.] Siue hæreticos siue diuites huius mundi, qui per mundanam superbiam & irrationabilem scientiam extolluntur. *d* ¶ Et species agri mecum est.] Quia ubi uoluero, rerum omnium copia uel diffunditur uel negatur. Vel species agri mecum est: uirtus sãctæ ecclesiæ. Volatilia cœli quæ mihi offers, turtures & columbas, ego tibi dedi: & omnia antequam fiant apud deum uiuunt, & quali loco essent & quali

Luc. 24. g

Apoc. 1. b

Esa. 42. b

Luc. 5. d

C Matth. 35. d

Matth. 24. c

D Psal. 18. a

Psal. 84. b

Deute. 6. a

Exod. 3. d

tempore

A tempore uenerint,& in põdere et in mẽsura omnia apud deum sunt, ut ait in euangelio: Nam & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Vel uolatilia cœli, sancti angeli. a ¶ Si esuriero non dicam tibi.] Esurire dei est, non in escis corruptibilibus, sed ut faciat quis uoluntatem eius, sicut ipse ait in euãgelio: Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. Ergo tacet Christus esuriẽs quia expectat peccatores ad pœnitentiã. b ¶ Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.] Totus mũdus. Vel orbis terræ, sancta ecclesia. Ac si diceret, suo eã esse sanguine redemptã. c ¶ Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo.] Vetera hic sacrificia euacuanda esse declarat: Ideoq; in moribus bonis sacrificiũ requirit, dicens: d ¶ Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua.] Hoc est sacrificiũ acceptabile: hoc est holocaustũ pingue, ut laudetur deus ab B homine quem creauit, quẽ redemit, cui & regnum cœleste promittit. Vel uox prophetæ ammonet sãctos immolare spiritualiter, & uota reddere, ut ait: In me sunt deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. e ¶ Inuoca me in die tribulationis tuæ & eruam te & honorificabis me.] Tentamur ut probemur: perseueremus in fide: inuocemus in tribulatione: magnificemus eum cum fuerimus à periculis liberati. f ¶ Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?] Audiant hæc doctores uel episcopi ecclesiarum, qui peccata populorũ resecant prædicando. Vnde sanctus Paulus dicit: Manifesti sunt, qui præceptum Christi non sustinuerũt, id est non implent in opere quod prædicant. Vnde dominus dixit apostolis: Quæ dixerint uobis facite: secũdum opera uero illorum nolite facere. g ¶ Tu uero odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum.] Quæ prædicabas in ecclesia, non custodiebas in uita. h ¶ Si uidebas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas.] Cucurristi cum fure, participatus es adultero: quando eis uel in adulatorijs laudibus, uel in consentaneis uoluptatibus es adiunctus. Quod dixit superius, portionem tuam ponebas, id est portionem quam cum deo & angelis habere debueras, ponis illam in inferno. i ¶ Os tuum abundauit malicia & lingua tua concinnabat dolos.] Illo male agente: tu nequiter ac dolose bene agere collaudabas. Vel lingua tua concinnabat dolum, id est Iudas contra Christũ. Os suum abundauit nequitia, quando consilium fecit cum Iudæis, ut eum crucifigerent. k ¶ Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.] Filius dicitur Christus: quia de synagoga processit. Vel Iudas frater domini dicitur, ut ait propheta: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Vel aliter. Fratres fortiores sancti: filij, simpliciores. Vnde sanctus Paulus dixit: Nos qui firmiores sumus, debemus infirmiores fratres sustinere. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, qui tibi in baptismo est renatus. Et aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum, quem ecclesia dei sicut teipsum per fidem exhibuit Christo. l ¶ Hæc feciſti & tacui.] Quia examinanda ea in futuro iudicio reseruaui. Et tacui: quia non statim uindicaui, sed sustinui. m ¶ Existimasti inique quod ero tui similis.] Dũ non uindico in præsenti, arbitratus es ea mihi placere, sicut tibi placent tua mala & aliorum. n ¶ Arguam te.] Cum in sinistra parte sedis fueris collocatus, in futuro iudicio. o ¶ Et statuam illa contra faciem tuam.] Vt his cõfusus damneris in morte perpetua, hoc est, per illa mandata quæ non custodisti: uel tua peccata & aliorum, quæ post te reliquisti, ut illud: Quia si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Vtinam nos in hoc seculo poneremus ante D nos peccata nostra, & non deus ea in iudicio statueret ante faciem nostram, ubi iam non castigatio, sed iudicium mortis accedit. p ¶ Intelligite nunc hæc qui obliuiscimini deum.] Vox prophetæ ammonet unumquemq; ut non ponat dominum in obliuione, nec sua mandata. q ¶ Nequando rapiat & non sit qui eripiat.] Ne qñ rapiat ad mortẽ uel ad diem iudicij, unde dixit: Et non est qui de manu tua possit eruere. Vel rapit ille, hoc est in mortem præcipitat obliuiscentes dei: & nemo eripere potest. r ¶ Sacrificium laudis honorificabit me.] Quia de omni bono quod sancti faciunt deus honoratur. Vnde dixit Paulus: Omnia quæcunq; facitis in uerbo aut in opere, omnia in gloriam dei facite. ut & in euangelio: Vt uideant uestra opera bona, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Ob hoc me honorat ille coram angelis: quia ego eum honorificaui coram hominibus in sacrificijs laudis: impleuitq; quod in euangelijs est locutus: Qui me confessus fuerit coram hominibus, ego eum confitebor coram patre meo & angelis eius. s ¶ Et illic iter est.] Christi iter per operа sanctorum est. t ¶ In quo ostendam illi salutare dei.] Salutaris dei patris, filius est. In hoc sacrificio indicat uiam quæ ducit ad uitam, id est ad Christum. Qui nobis præstare dignetur, ut discreti à paleis, impleti fructu sanctificationis, offeramus ei sacrificium laudis, ut ipso illuminante intelligere mereamur uiam nostræ salutis. Amen. u ¶ In finẽ psalmus Dauid cum uenit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabeæ.] Iste quinquagesimus psalmus uocem continet pœnitentis personæ: ostendens, ut qui ceciderit in crimine, confiteri do mala sua redeat ad salutem. L

agri mecũ est. Si esurierõ non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid mãducabo carnes taurorum, aut sanguinẽ hircorum potabo. Immolã deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et inuocã me in die tribulationis tuæ, & eruam te & honorificabis me. Peccatõri autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tũ uero odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebãs furem currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Os tuũm abundauit malicia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedẽns aduersum fratrẽ tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalũ, hæc fẽciſti & tacui. Existimãsti inique quod ero tui similis, arguãm te & stãtuã cõtra faciem tuã. Intelligitẽ hæc qui obliuiscimini deũ, nequãdõ rapiat & non sit qui eripiat. Sacrificiũ laũdis honorificabit me, & illic itẽr qũo ostendã illi salutare dei.

Psalmũs in finem Dauid quando uenit ad eum Nathan propheta, quãdo intrauit ad Bethsabeæ. L

M Isererẽ mei deus, secundũ magnam misericordiã

Luc.12.a Matth.4.c Matth.24.c Matth.25.d 1.Timo.5.d Matth.23.a Psal.21.e Rom.15.a 1.Cor.10.g Matth.5.b Luc.12.a

A cum non esset,ex nihilo creauit illum deus ut esset,& regit & gubernat. Maior misericordia dicitur,quando ipsum hominē quē creauit, in futuro remunerat. a ¶ Et secundum multitudinē miserationū tuarum, &c.] Confugio ad miserationes tuas, ut grauibus uulneribus tyriacā remissionis infundas. Miserationū dicit: quia multa sūt peccata mea,& miserationes tuæ multæ. Vnde dicit propheta in alio loco: Miserationes tuæ multæ sunt domine. b ¶ Amplius laua me ab iniqtate mea,& à peccato meo munda me.] Expeto ut ea abluas fōte misericordiæ,qui non uis in æternum peccati uulnera reseruare. Ac si dicat: Tu potes plus mihi remittere quā ego intelligam rogare.

c ¶ Quoniā iniquitatem meam ego cognosco.] Ante faciē enim meā eas pono. Si tu pronuncias in confessione tua peccata,deus ignoscet tibi.

d ¶ Et peccatū meū contra me est semper.] Quia mea peccata à tuæ bonitatis diuitijs separant. Quia non trado illud in obliuionē, propono illud semper ante oculos meos. Quia si tu ponis illud ante te,deus illud non ponit ante se. e ¶ Tibi soli peccaui & malum corā te feci.] Tibi enim delinquit quisque cum peccauerit: quia tu solus sine peccato es,di-
Rom.3.a cente Apostolo: Est deus uerax,omnis homo autē mendax. Vel dicit Dauid: Ego peccaui,& tu solus sine pec-
Esa.53.c cato es,sicut dicit Esaias. Qui peccatū non fecit, nec in-
Ioan.8.f uentus est in ore eius dolus. Vel illud: Quis arguet me
Ioan.14.d de peccato? Et item dicit: Venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquā. f ¶ Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Quia tu rectum iudicium iudicas. Propter nos transgressores & peccatores ille fuit iudicatus & damnatus. Vnde dictum est: Iustus ab iniquis iudicatus est. Sed ille in futuro iudicio, erit alios iudicaturus & condemnaturus. Iustificatus es dñe Iesu in sermonibus tuis, cū ductus pro populi peccatis ad mortē,non est inuentus dolus in ore tuo. Vicisti iudicatus,cum in te nihil dignū morte princeps tenebrarum inuenit. Cōsuetudo prophetæ est,ut acta pro agendis loquatur. g ¶ Ecce enim in iniquitatib. conceptus sum,&c.] Hic uersiculus totius generis humani casum
Iob.15.b. & 25.b exponit,sicut in Iob: Nec si unius diei sit super terram, potest esse mundus à sorde peccati. Concipitur autem & nascitur in originali peccato,quod ex Adā trahitur, sed baptismo per gratiam Christi purificatur. Vel ut iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cum iudicaris. Hūc locum diligentius in epistola ad Romanos Paulus edisse-
Rom.3.a rit: quod deus cum possit de nobis iudicis autoritate discernere, non hoc facit: sed nobiscū uult iudicari, ut magis iustitia appareat iudicantis. In peccatis concepit me mater mea. Obscurus locus,& altius retractandus.

b ¶ Ecce enim ueritatem dilexisti.] Cum per prophetā peccantem famulum increpasti, ueritatem dilexisti. Veritas Christus est: quia pater diligit filium suum, uel diligit confessionem ex ore peccatoris. i ¶ Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.] Hoc est quod in alio loco ait: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia

tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me. Quoniā iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū meum cōtra me est semper. Tibi soli peccaui & malū coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim ueritatē dilexisti, incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me domine hyssopo & mūdabor, lauabis mē & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabūnt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proijcias me à facie tua,& spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas,& impij ad te conuertentur.

C de lege tua. Incertum & abditū mihi erit, si remittis tale facinus. Sed manifestum est, cum ignoscere dignatus es delinquēti. Sapientiæ enim tuæ est ut prius increpes, sic remittas. Nam & Niniuitis occulta erat sapientia pietatis tuæ,cum dicerent: Quis scit si conuertatur deus à furore Ionæ.3.d suo & nō peribimus? Vel deus per Nathan prophetam incerta & occulta manifestauit: id est narrauit Dauid quando dixit: Dimissum est peccatū tuū, 2.Reg.12.a sicut Niniuitæ conuersi sunt de malo in bonum, per prædicationē Ionæ. k ¶ Asperges me dñe hyssopo & mundabor.] Sicut enī hyssopus terrenus,curandis pulmonibus aptus est ut auertat inflationem: ita cœlesti quis respersus hyssopo,id est humilitate cordis,ab omni superbiæ malignitate purgatur.

l ¶ Lauabis me & super niuem dealbabor.] Vt quia peccata mea sunt phœniceo similia, quasi nix dealbentur. Tu, inquam, domine potens es peccatum piceum in lacteum candorem transferre, fuliginosum q̄ hebenum in crystalli fulgorem conuertere. Vel lauabis me, hoc est per pœnitentiam & baptismum. Et super niuem dealbabor, si- D
Esa.1.e cut dixit Esaias: Si fuerint peccata uestra sicut phœniceum, uelut niuem dealbabo. m ¶ Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.] Cum iacens in infirmitate peccati, audire meruero: Homo dimissa sunt tibi peccata tua. Vel auditui dicit, quādo dixit Nathan: dimissum est peccatum tuum. n ¶ Et exultabūt ossa humiliata.] Id est, uirtutes quæ prius fuerant peccatis humiliatæ. Vel æternitas spei meæ, quæ peccante me humiliata fuerat, te indulgente persultat. o ¶ Auerte faciem tuam à peccatis meis.] Nec ea sic aspicias ut reuertātur in cōmemorationem tuā. Auerte faciē tuam. Ac si dicat: ne uideas, nec recorderis illā. p ¶ Et omnes iniquitates meas dele.] Præteritas, præsentes atq; futuras. q ¶ Cor mundum crea in me deus.] Quo te uideam. Sicut rogabat Dauid: ita & unusquisq; debet facere. Cor mundū crea in me deus. Propterea rogabat ut mundus fieret à peccato. r ¶ Et spiritū rectum innoua in uisceribus meis.] Quo te recte confitear. Vel spiritū rectum ad uidendum & discernendum, sicut antea rectus fuit in me. s ¶ Ne proijcias me à facie tua.] Sicut Cain ut exul à te efficiar. A facie tua, id est à præsentia tua. t ¶ Spiritum sanctū tuum ne,&c.] Sed ab eo cōsumptis delictis, tuo statuas cōspectui Spiritum sanctū tuum ne auferas à me: Id est spiritū prophetiæ. u ¶ Redde mihi lætitiā salutaris tui.] Christi tui, illam exultationē quam in eo habui plus quam peccaurim. Salutaris dei patris, Christus est. Ac si dicat: sicut antea prævidebā per spiritum, Christum in carne uenturum,& modo sic faciā. x ¶ Spiritu principali cōfirma me.] Vt ipse in me,& nō uitia principentur. Tu uero qui legis sanctam scripturam, sanctam hic trinitatē intellige. Vel cōfirma me, in regno. Spiritū rectum: hoc est innouando spiritū sanctum: hoc est spiritū prophetiæ. Spiritum principalē, patrem. Spiritū rectum, filium: spiritū sanctum, spiritum sanctum. y ¶ Docebo iniquos uias tuas,& impij ad te conuertentur.] Vt declinantes à uijs prauis

A prauis, pœnitentiam agentes miſericordiã conſequãtur: ſicut & ego à te miſericordiã conſecutus ſum. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur, hoc eſt, ponam meipſum: ut meũ exemplũ alij imitẽtur. *a* ¶ Libera me de ſanguinib⁹ deus.] De peccatis multis: De quibus & Paulus ait: qa caro & ſanguis regnũ dei non poſſidebũt. *b* ¶ Deus ſalutis meæ.] A quo poſt peccatũ uiuificor. Quia alius nullus põt hoc facere. *c* ¶ Et exultabit lingua mea iuſtitias tuas.] Per quas punito in me peccato, miſericordiã præbuiſti. Vel prædicabit mea lingua mandata tua. *d* ¶ Domine labia mea aperies, & os meũ annũciabit laudem tuã.] Si aperias os meũ ſicut Moyſi quõdam, ego præconabo: quia ſanctus, quia pius, qa miſericors es. Vel clauſa erant per peccatũ: nec locus erat, nec tẽpus, nec perſona, nec exẽplum poterant dare: quia non

Liberá me de ſanguinibus deus deũs ſalutis meæ, & exultábit lingua mea iuſtitiam tuam. Dominẽ labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniám ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem utiq;, holocauſtis non delectaberis. Sacrificiũm deo, ſpiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus non deſpicit. Benignẽ fac domine in bona uoluntatẽ tua Sion, & ædificentũr muri Hieruſalem. Tũnc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta, tũnc imponent ſuper altare tuum uitulos.

In finẽm intellectus Dauid cũ uenit ad eũ Doec Idumæus & nunciauit Sauli, & dixit ei, uenit Dauid in domum Abimelech.

LI

QVid gloriãris in malitia, qũi potens es in iniquitate? Tota diẽ iniuſtitiam cogitaũit lingua tua, ſicut nouaculá acuta feciſti dolum. Dilẽxiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatẽ magis quàm loqui æquitatem. Dilẽxiſti omnia uerba præcipitationis lingua

Abimelech ſcriptum eſt: ſed quoniam beth ב & caph כ apud Hebræos literæ, modico apice diſtinguuntur: ideo error facilius obrepſit. Abimelech interpretatur regnũ patris mei. Dauid interpretatur fortis manu. Venit in domum Abimelech, & Chriſtus uenit in regnũ Iudæorum. Per Saul intelligitur mors, per Dauid uita. Quid eſt quod mors perſequitur uitam, niſi quod ab initio ſeculi ſemper mors perſequitur uitam noſtram? Quia qui iſta præſentia amant, perſequuntur ſanctam eccleſiã, id eſt illos qui cœleſtia diligũt. Pſalmus uocem continet prophetæ peccata Iudaici populi exprobrantis, ad ipſum enim hæc loquitur, dicens:

LI

QVid gloriaris in malitia.] Cur monitis diuinis obuiãs, prophetas interficis? *o* ¶ Qui potens es in iniquitate.] Nã cum ope dei creſcens, interficis ꝓphetas ei⁹, hoc ad cumulum auxiſti malitiæ, ut ipſum dominum traderes neci. Vel quid gloriaris in malitia: hoc eſt Adã & diabolus, quia quod deus ædificauit, illi deſtruxerunt in ſemetipſis, imaginẽ dei & angelorũ. Qui potens es in iniquitate. Non in bonitate, ſed in iniquitate. *p* ¶ Tota die.] Omne tempus uitæ tuæ in quo hæc malitia uſque ad effuſiõnem domini ſanguinis propagata eſt. *q* ¶ Iniuſtitiam cogitauit lingua tua.] Cogitatio ſapientium, corde concipitur, & ore profertur. Nam in ore ſtultorum, cor eorum. Ac ſi diceret, Non tractauit corde, quod uomit ex ore: ideo hæc ad cogitationem detulit linguæ. Vel hic lingua pro corde ponitur, ſecundum illud: Tu qui dixiſti in corde tuo, in cœlum aſcendã, ſuper aſtra cœli ponam ſedem meam in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. *r* ¶ Sicut nouacula acuta feciſti dolum.] Dolus eſt cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Et nouacula ſi aſſimulet agere uultus nitorem, & genas uulnere ſuo ſauciet, dolum faciet. Quia cum ait acutam, indicauit dolo uerſutam. Sic & Iudæi dominum, quem coluere debuerant, non ſolum non coluerunt, ſed diuerſis dolis ſuperare nitentes, interfecerunt. Vel aliter: Nouacula perſecutores intelliguntur: quia nouacula capillum incidit, ſed per capillum ſuperfluitas diuitiarum intelligitur. Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Ille facit dolum, qui in negotio circumuenit fratrem ſuum. Vnde Paulus ait: Nemo circumueniat aut ſupergrediatur in negotio fratrem ſuum, quia de his omnibus uindex eſt dominus. *s* ¶ Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem.] Dilexit populus ille malitiam, cum eum qui benignitate propria ad liberandum uenerat interemit. Sed & nunc ipſi Iudæi falſa de eo in quem non crediderunt proloquuntur. *t* ¶ Dilexiſti omnia uerba præcipitationis lingua doloſa.] In exceſſum enim iniquitatem loquentes, ipſi ſe præcipitant in laqueum damnationis. Verba præcipitationis dicit: quia ſemetipſos præcipitauerunt, ſicut diabolus de cœlo, ſicut & Adam de paradiſo. In lingua doloſa: quia aliud habuerunt in ſermone, aliud in corde.

psal.15.f

Eccli.15.f

Eccli.21.d

Eſa.14.d

1.Theſſ.4.d

dolosa. Propterea deus destruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt & dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in uanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum & in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia feci sti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

In finem intellectus Dauid pro Mahalath. LII

Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles

A a ¶ Propterea deus destruet te in finem, & euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium.] Omnia hæc in Iudaico impleta sunt populo: quia & à legis litera destructus, & euulsus de ciuitate, migratusq; est de tabernaculo dei. Sed & de his hæc intelliguntur, qui nō credūt dominici corporis tabernaculum, quia exterminabuntur à consortio claritatis eius, ac de beatæ sedis habitaculo: uel de uiuentium terra quam sancti hæreditabunt. Vel destruet te deus in finem, hoc est memoriam diabo
Psal.9.g li. Vt alibi: Vt nō apponat ultrà magnificare se homo super terrā. Vnde sanctus Paulus apostolus di-
1.Cor.15.c xit: In finem seculorum inimica destruetur mors, id est diabolus. Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Vt mors in Adam data est: ita omnibus eius filijs dominatur. Vnde dictum
Gene.3.d est: Terra es & in terram ibis. Diabolus & Adam eradicauerunt se, & unusquisq; sic facit quando peccat. b ¶ Videbunt iusti & timebunt.] Ne talia appetant. c ¶ Et super eum ridebunt.] De ultione calamitatis eius. Vide-
B bunt, hoc est intelligent eorum pœnam, & timebunt sicut sanctus Paulus dicit: Vide ne tu tēteris. Vel timebūt
Gal.6.a id est nescient exitum illorum. Vnde dictum est: Nescit
Eccles.9.c homo finem suum. Adhuc. Et super eum ridebunt. Duo tempora sunt: Tempus flendi, & tempus ridendi. Hic habent sancti tempus flendi, & in futuro tempus ridendi. d ¶ Et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in mul. &c.] Ideo super eum hæc uindicta descendit. Vel de illo diuite dicit, qui in inferno torquebatur: quia bona receperat in uita sua, & de
Luc.12.e illo alio, cui dicit: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum dives. Nunquid malum sit diuitias habere, tantum ut de iusto habeantur, & deo gratiæ referantur qui eas dedit? Non, sed malū est spem
Psal.61.c in diuitijs ponere, cum in alio psalmo dicat: Diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere. Diuitias licet habere ad necessitatem, & nō licet possidere ex amore. Nam & Abraham & reliqui boni diuitias habuerunt: sed spem in diuitias non miserunt. e ¶ Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei.] Comparat se propheta oliuæ fructiferæ per pinguedinem sapientiæ, ut in ecclesia dei collocatus, uiuens in legis allegoria, euangelica proferat poma. Vnus est enim Deus ueteris nouiq; testamenti prolator. Oliua fructifera, sancta ecclesia est, ut illud: Promptuaria eorum plena, eructantia. Hic in bonam partem. Item oliua non fructifera, sicut ait propheta: Vocauit dominus nomen tuum à uoce loquelæ grandis, exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Et
Hiere.11.c illud: Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, sed conuersa es in oleastrum. Item in bonam par-
Rom.11.c tem dicit: Tu autem cum oleaster esses, insertus es in bonam oliuam: id est in fidem patriarcharum.
f ¶ Speraui in misericordia dei in æternum & in seculum seculi.] Quia non est humanæ fragilitatis fa-
C cultas ut per se quis saluus fiat, sed per misericordiam dei. g ¶ Confitebor tibi in seculum, quia feci sti.] Deprecans ut in hoc seculo, quod uerbo creasti, confessionem merear, & illud clementia solita largiatur.
b ¶ Et expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.] Nomen illud ante cuncta secula benedictum, quod reddit sanctis debitum præmium. Quod propheta sitiens posulat, ut in conspectu eius æternæ beatitudinis accipiat sortem. Qui nobis præstare dignetur, ut ab omni dolo liberi, ab omni iniquitate mundati, filium dei æqualem patri spiritui q; sancto confessi, mereamur sicut oliua fructifera in Hierusalem cœlesti plantari. i ¶ In finem pro Amalech intellectus ipsi Dauid.] Amalech interpretatur dolens, siue parturiens, corpus Christi intelligitur. Et dominus doluit pro peccatis nostris, quia uerum corpus fuit & parturiuit filios. Et ecclesia corpus Christi, dolet pro peccatis suis & aliorū: & parturiuit filios per uer D
bum prædicationis, ut illud: Per euangelium ego uos ge- 1.Cor.4.d
nui. Et item: Filioli mei quos iterum parturio donec for- Gal.4.c
metur Christus in uobis. Hic psalmus uocem continet prophetæ, peccatores atq; impios increpantis. LII

Dixit insipiens in corde suo, non est deus.] Dixit insipiens, populus Iudaicus, siue diabolus, non est deus. Ac si dicat, non est Christus filius dei. l ¶ Corrupti sunt.] De lege bonæ naturæ. m ¶ Abominabiles facti sunt.] Hoc est odibiles facti sunt. n ¶ In iniquitatibus suis.] Hoc est in desiderijs suis. Deum stulti cum ore negare ausi non sint: corde tamen dicunt eum non esse, in quo malo horribiles & abominabiles deo fiunt. o ¶ Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.] Non de omnibus, sed de his omnibus tantum qui deum negant propheta dicit: quia aliquotiens bona loquūtur, nunquam tamen faciunt. p ¶ Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens dominum.] Id est, ut inueniret quos eligeret, sicut quōdam in prophetis patriarchis q; fecit, inuentumq; tanquam proprium manciparet alumnum. Prospicere & uidere, ignorantis & quærentis est. Nunquid deus aliquid ignorat? Non, sed cœli sancti sui
Psal.18.a sunt, ut ait propheta: Cœli enarrant gloriam dei. Et alibi
Philip.3.d iuxta Apostolum: Nostra autem cōuersatio in cœlis est: quia spiritus sanctus facit sanctos amare & diligere deū, & ipse spiritus sanctus deus est. Prospicit deus per suos sanctos, quia ille prædicat & loquitur per illos, ut domi
Matth.10.c nus ait: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. q ¶ Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.] Hi insipientes, quia non requirebant deum, omnes declinauerunt in passiones, simul inutiles facti sunt. Inutilis dicitur qui nō operatur aliquid boni. Vnde dicit in euangelio: Tollite talen
ibid.25.c tum ab eo, & inutilem seruum proijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dētium. Sibimetipsis sunt inutiles, qui mandata dei adimplere non uolunt.

¶ Non

facti sunt, nō est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Nonnē scient omnes qui operātur iniquitatem, qui deuorant plebem meā ut cibum panis. Deum non inuocauerūt, illic trepidauerūnt timore ubi non erat timor. Quōniā deus dissipauit ossa eorū qui hominibus placent, cōfusi sunt quoniā deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israel, cum auertērit deus captiuitatem plebis suæ, exultābit Iacob & lætabitur Israel.

In finēm in carminibus uel hymnis intellectus Dauid cum ueniissent Ziphæi & nūciassent Sauli, nónne Dauid abscōditus est apud nos? LIII

DEus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei. Quoniām alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierūt animā meā, & nōn proposuerunt deum ante conspectum suum. Eccē enim deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ. Auertē mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos. Voluntariē sacrificabo tibi,

A a ¶ Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum.] Nullus enim ex his implet uoluntatem patris cœlestis. b ¶ Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorāt plebem meā sicut escam panis. Deum non inuocauerunt.] Cognoscunt enim se impie agere, & non solum non emendāt, sed etiam dei populum deuorāt dentibus malitiæ suæ, deumq; inuocare contemnunt. c ¶ Illic trepidauerūt timore ubi non erat timor.] Idola ac simulacra mortua timuerunt, qui deum timere debuerant. d ¶ Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.] Conteret enim spem æternitatis eorū deus qui in eius contumeliam magis sibi quàm illi placuerunt. Sibi placentes confusi sunt, id est, qui hominibus placent & non deo. e ¶ Cōfusi sunt quoniā deo spreuit eos.] Merito sperniēs à deo qui reliquerit deum: & qui eum relinquit, digne tanquam ignotus ab eo confunditur, dicente apostolo: Omnis ignorās ignorabitur. f ¶ Quis dabit ex Sion salutare Israel.] De Sion ut ait propheta exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Quis dabit? Deus pater dedit filium suū in Sion, hoc est in sanctam ecclesiam. Salutare Israel. Salutaris noster Christus est. Quis dabit nisi dominus in aduētu suo, per quem gloriam æternitatis speculamur? g ¶ Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ.] Ipse quoq; auersa captiuitate uitiorū erexit nos in libertatem uirtutum. De qua captiuitate dicit: Iam redempti sunt de peccato Adæ: sed tamē adhuc in captiuitate detinemur: quia nondum est integra libertas: quia dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Et item dicit: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sed in die iudicij quando inimica destruetur mors, tunc erit uera redemptio. h ¶ Exultabit Iacob & lætabitur Israel.] Vtrūq; Christianus populus audit: qui est Iacob dū supplantat Iudaicum populū, benedictionemq; eius accipit, & Israel, cum deum fidei oculis intuetur. Igitur & nos supplices deprecemur deum, ut declinantes à loquacitate superflua, ipso instruente intelligamus omnia in eius dominatione consistere, qui dignetur ablata captiuitate uitiorum, erigere nos in libertatem uirtutum. i ¶ In finem in carminibus intellectus Dauid cum ueniunt Ziphæi, & dicūt Saul: Dauid abscōditus est apud nos in spelunca.] Ziph uicus est, & inde Ziphæi dicuntur. Ziphæi interpretantur florentes, id est, peccatores, qui quasi florentes & uirides sunt in præsenti uita, ut ait propheta: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri: quia quod siccum est, igni reseruatur. Isti deputantur in pœnam, sancti ad regnum. Sicut herba hodie quasi uiridis uidetur esse usquequo fuerit æstus, sic peccatores qui uidentur florere, in die iudicij arescēt, & sancti qui hic uidentur quasi aridi & sicci, tunc erunt florētes & uirides. Vnde dictum est: Iustus ut palma florebit. Dauid fuit abscōditus in inferiori parte terræ, & dominus in utero sanctæ Mariæ, & in una gente Iudæorum, & diuinitas in carne Christi. Iste psalmus oratione dominici hominis cōtinere dinoscit, formā serui accipiētis, accedentisq; ad passionem in forma serui. LIII

DEus in nomine tuo saluū me fac.] Postulat hæc à patre, ut ostendat carnis infirmitatem. In nomine tuo, hoc est in illo nomine humilitatis quod est saluatio. l ¶ Et in uirtute tua iudica me.] Vult se iudicari, ut illud honorabile maiestatis nomē diuinitate conscendat. Humilitas fuit, quando uenit de cœlo in uterum, de utero in præsepe, & sustinuit multa, id est, alapas, sputa & reliqua. Virtus fuit, quādo resurrexit & ascendit in cœlos quadragesimo die, & quinquagesimo die uenit spiritus sanctus super apostolos, & prædicauerūt doctrinam euangelij in toto mūdo. Vnde dictum est: Et dedit illi nomē quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Et qui mortuus est ad tempus ex infirmitate carnis, uiuit ex uirtute dei. Et item dicit Apostolus: Nihil existimaui me scire inter uos nisi Christum Iesum, & hūc crucifixum. Vel iudica me. Vox ecclesiæ, discretionē rogat. m ¶ Deus exaudi orationem meam.] Et hoc rogat ut mereatur à deo exaudiri. Nouerat enim ille solus orare constanter, nec ignorare ut homo quid peteret, iuxta illud Apostoli: Nam quid oremus sicut oportet nescimus. n ¶ Auribus percipe uerba oris mei.] Vox ecclesiæ. Aures domini dicuntur, quando exaudire dignatur. o ¶ Quoniam alieni insurrexerunt aduersus me.] Hoc est Iudæi, qui cum peculiares dei essent, alienos se per transgressionem ab eo fecerunt, non cognitione, sed uita & operibus. Vnde dicit: Filij alieni mentiti sunt mihi. Et si filij, quomodo alieni? De una tribu erant, sed alieni erant, quia eius uitam qui illos uenerat uiuificare uolebant tollere. p ¶ Et fortes quæsierunt animam meam.] Herodes principes q; sacerdotum mundanam habentes fortitudinem. Et dominus dicit: Non haberes in me ullam potestatem, nisi tibi desuper datum fuisset. Sic & hæretici persecutores super sanctam ecclesiam. q ¶ Non proposuerunt deum ante conspectum suum.] Non intellexerunt sub persona corporea latere diuinitatem. Diapsalma interpositum, orationem immutat, ut eum qui prius precabatur quasi homo, ostendat effectum orationis obtinuisse. Ideoq; subiecit. r ¶ Ecce enim deus adiuuat me.] Quia dominus descendit in mortem. s ¶ Et dñs susceptor est animæ meæ.] Cito eam redditurus. Vel deus pater suscepit filium suum, & Christus suam ecclesiā in fide. t ¶ Auerte mala inimicis meis, & in, &c.] Qui me non intellexerunt per malitiā suam, dispergātur in ueritate tua, sicut nunc cernimus factū. Dispersi sunt enim in regionibus. Veritatē dicit, quia uerus est, id est, reddet unicuiq; secūdum opera sua. Disperde illos in die iudicij & in tua iusta uindicta: hoc est, diabolū & mēbra sua. u ¶ Voluntarie sacrificabo tibi.] Bene uolūtarie: quia propria uoluntate

A luntate ipſe ſacerdos & hoſtia pro delictis populi ſe obtulit patri, ut hoc ſacrificium uitam tribueret mūdo. Voluntarie ſacrificabo tibi. Vox eccleſiæ. Voluntarie dicit, id eſt, non neceſſitate aut coacte, ſed uoluntarie, ſecundū illud: Prouidentes gregem non coacte ſed ſpontanee. 1.Pet.5.a

a ¶ Et confitebor nomini tuo quoniã bonum eſt.] Confeſſus ſum in mundo: quia deſcendi de cœlo, nō ut faciam uolūtatem meam, ſed tuã: quia bona eſt. Cōfitebor, hoc eſt laudabo nomen tuum, hoc bonū eſt. b ¶ Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.] Quia orationem mundã fudit in principio pſalmi: ideo ut deus omnia præuidēs, ereptū ſe à tribulationibus, & inimicos deſpectos inſpectione paterna pronūciat: ſcilicet ut illa eum intelligas regnare potentia, qua poſt reſurrectionem uictor remeauit ad aſtra. Quem nos ſupplices deprecamur, ut eius adiutorio ab inimicis ſaluati, à tribulationibus mundanis erepti, ipſum caput noſtrum dominū Ieſum

B Chriſtū quem in cœlis ſuſpicimus, mente & opere proſequamur. c ¶ In finem in carminibus intellectus Dauid.] In finem, in Chriſto, ut illud: Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credēti. In finem, ſemper de Chriſto intelligitur. Vnde & ſancti apoſtoli dixerunt: Domine, oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Non potes legem implere, niſi ab ipſo impleatur. Omnis ſcriptura ſancta de illo eſt. In carminibus, id eſt, in laudibus: Sicut carmina ſeculi ſunt, ſic & carmina eccleſiæ, unde laus dei cantatur, & conſolatio ſanctorum eſt, quia dictū eſt: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum, æquales angelis. Pſalmus uocem continet mediatoris, qui cum deus eſſet, formam ſeruilem pro noſtra liberate ſuſcepit. LIIII

Rom.10.a Ioan.14.d Matth.13.f

& confitebor nomini tuo domine, quoniã bonum eſt. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

In finem in carminibus intellectus Dauid. LIIII

EXaudi deus orationem meam & ne deſpexeris deprecationē meam, intende mihi & exaudi me. Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in irā moleſti erant mihi. Cor meum cōturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me. Timor & tremor uenerunt ſuper me, & cōtexerūt me tenebræ. Et dixi, quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcam? Eccē elongaui fugiens, & mānſi in ſolitudine. Expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Præcipita dominē, diuide linguas eorum, quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas & labor in medio eius & iniuſtitia.

EXaudi deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me.] Triplex hæc deprecatio, ideo oſtenditur, quod primam homo deus in ſtatu ſeruili manens, à conſciētia ſanctitatis emittit. Secundam: quia ſe ſcit iuſtum, obedientiam non deſpici poſtulat. Tertiam, propter infirmitatem carnis, ut ſibi intendatur exorat. Qua ratione intellige ò homo, quia niſi pura conſcientia deprecēris à deo prorſus non exaudieris. e ¶ Cōtriſtatus ſum in exercitatione mea] Quam pro mundi uita ſuſcepi: quia ſemper exercitatio ad res utiles ac neceſſarias agitur. f ¶ Conturbatus ſum à uoce inimici.] Qui me Samaritanum & dæmoniū habentem, cum deus eſſem ante ſecula, increpabāt. Vel uox eccleſiæ. Duos inimicos habet eccleſia. Vnū aperte, & unum occulte. Vnum debet diligere, & alium odire. Luc.6.d Diligere proximum, ut illud: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos. Et alium contemnere & odire, id eſt, diabolum qui occulte uenit per ſuggeſtiones & delectationes. g ¶ Et à tribulatione peccatoris.] Qui mihi ſemper tribulationū inſidias intendebat. Propter hoc tribulat deus peccatores, aut ut emendentur, aut ut per illos corrigat bonos. h ¶ Quoniam declinauerunt in me iniquitates.] Populus utiq; declinat ad iniquitatem, qui mendacium profert ſuper proximum. Vel Iudæi ſuper dominum, ſicut dixerūt: In beelzebub principe damoniorū eſſicit damonia. i ¶ Et in ira moleſti erant mihi.] Perſequētes me in inuidia ſua. Et in ira moleſti erant. Moleſtus, id eſt ſæuus. In ira, feſtuca, trabs, odium. Ira conturbat: trabs excæcat, ut illud: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Pſal.6.b k ¶ Cor meum conturbatum eſt.] Secūdum hominem, ſed uirtute diuina cōfortatum eſt. Nam & angelus, inquit euangeliſta, accedens confortabat eum. Luc.22.e l ¶ Et formido mortis cecidit ſuper me.] Timor animæ & tremor corporis. m ¶ Timor & tremor uenit, &c.] Si quidem ipſe dixit. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Matth.26.d n ¶ Contexerūt me tenebræ.] Tenebræ dicuntur mali homines qui perſequūtur eccleſiam, & qui tegunt ipſam in odio, quia qui odit fratrem ſuū, in tenebris eſt. Et contexerunt me tenebræ: ſed quia lux eram, nō me comprehēderunt.

C

D

o ¶ Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & uolabo & requieſcam.] Non ab alio ſumam euolationem euadendæ mortis, niſi à me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatē habeo iterum ſumendi eam, ut de tenebris ad cœleſtia reuertar. In columba autem ſpiritualem naturam deſignat, ſicut in baptiſmo oſtenſum eſt. Columba ſimplex animal eſt abſque felle, & à malicia fellis alienum: quia oſculum charitatis animæ ſignificat: quia eccleſia duas pennas habet, hoc eſt duo præcepta charitatis, dilectionē dei uidelicet & proximi. Ioan.10.d p ¶ Ecce elongaui fugiens.] A Iudæis. Longe eſt enim à peccatoribus ſalus. q ¶ Et mānſi in ſolitudine.] Cum gentibus incredulis, quas aduentu meo florere feci. De quibus alius ait propheta: Lætetur & floreat deſertum. Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Esa.35.a Columba fugit à conuerſatione humana, & ſancti fugiunt à conſortio hominum, non corporaliter ſed ſpiritualiter, hoc eſt in conſcientia, quia cogitant quomodo ſe contra ſuggeſtiones diaboli uel hæreticorum defendere debeant. r ¶ Expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.] Expectat in corpore poſitus, non ſolum ſaluationem patris, ut à diuerſis tempeſtatibus eruatur: ſed etiam ultionem de inimicis accipiat. Sequitur. s ¶ Præcipita domine & diuide linguas eorum.] In aqua aliquis ſæpe præcipitatur. Ergo hi ita demergantur ſicut in diluuio, & diſpergantur diuiſis linguis, ceu factum eſt in ædificatione turris. Sed cur iſta fiant adiecit. t ¶ Quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.] Iniquitatem, cum non crediderunt. Contradictionem cum exprobrant, contradicentes: Nonne hic eſt filius Ioſeph fabri? Et alia multa. Marc.6.d u ¶ Die ac nocte.] Id eſt omni tempore. Die, cum doceret turbas, & illi non crediderunt. Nocte, cum pateretur, & illi blaſphemarent. Ergo taliter circundata repletaq; eſt eorum ciuitas, id eſt, Hieroſolyma, ut ſupra muros redūdaret iniquitas eius.

¶ Et non

Et nõn defecit de plateis eius usura & dolus. Quoniãm si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tũ uero homo unanimis, dux meus & notus meus. Qui simul mecũ dulces capiebas cibos, in domõ dei ambulauimus cum cõsensu. Veniãt mors super illos, & descendant in infernum uiuentes Quoniãm nequitia in habitaculis eorũ, in medio eorum. Egõ autem ad deum clamaui, & dominus saluauit me. Vespere & mane & meridie narrabõ & annunciabo & exaudiet uocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi, quoniam interr multos erant mecum. Exaudiẽt deus & humiliãbit illos, qui est ante seculã. Nõn enim est illis commutatio & non timuerũt deum, extẽndit manum suam in retribuendo. Contaminauerũt testamentum eius, diuisi sunt ab ira uultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleũm, & ipsi sunt iacula. Iactã super dominum curã tuam, & ipse te enutriet, non dãbit in æternum fluctuationem iustum.

A *a* ¶ Et nõ defecit de plateis eiº usura & dolus.] Omnia enim quæ in lege prohibita sunt, ad augendi peccati cumulum excreuerunt. In lege enim usuræ accipi prohibẽ
Hiere.15.e tur. Vsura est plus accipere quàm dare. Vnde propheta dicit, Non fœneraui neque fœnerauit mihi quisquam. Et si uis quod tibi dimittatur, dimitte. *b* ¶ Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.] Non hic tantum de passione dominº queritur: sed & de discipulo proditore. Nam legimus in euãgelijs: quia absconderit se à Iudæis.
Ioan.8.g A Iuda autem non se abscondit: sed eum etiam conuiuio sancto asciuit. sicut sequitur *c* ¶ Tu uero homo unanimus.] Qui cũ alijs coniunctus eras apostolis. *d* ¶ Dux meus.] Ad prædicandum cũ cæteris missus. *e* ¶ Et notº meus.] Quia me per legis mysteriũ cognoueras esse uenturum Dux meus & notus
B meus. Vox Christi de Iuda. Vnanimis dicit: quia uidebat ab alijs quasi bonº. Dux dicit, propter quod Christum tradidit, dux mortis fuit Notus, quando misit eos
Luc.10.a binos ante faciem suam in prædicatione. *f* ¶ Qui simul mecum dulces capiebas cibos.] Cum mandatis uitæ & uoluntate patris pascitur refectus es. Cibus enim
Matth.26.b dulcis est, patris facere uoluntatem: ut illud: Qui intingit mecum manum in paropside, leuabit contra me calcaneum suum. Vel cibus dulcis, id est, corpus & sanguis Christi quod ipse accepit indignus. *g* ¶ In domo dei ambulauimus cum consensu.] Sæpe enim cum ipso domino in templo Salomonis cum prædicationis consensu abijt. *h* ¶ Veniat mors super illos & descendant ad infernum uiuentes.] Vt maiorem sui cordis dolorem secundum hominem ostenderet: ideo quasi in maledictione quæ eis erant uentura prædixit. Veniat mors super illos, & descendant ad infernum uiuentes. Factũ fuit hoc
Numer.16.c de Dathã & Core, & Abiron, & simul uenit ignis & mortui fuerunt, & terra absorbuit eos uiuos. *i* ¶ Quoniam nequitia in habitaculis eorũ in medio ipsorũ.] Etenim tam opere quàm cogitatione, neqtia pleni sunt. *k* ¶ Ego ad dominũ clamaui, & dominus saluabit me. Vespere & mane & meridie.] Vespere, cum passionem suscepit mane cũ resurrexit, meridie cum omni claritate uirtutis suæ adimpleta cœlos ascendit, sedet ad dexteram patris. *l* ¶ Narrabo & annunciabo, & exaudiet uocem meam. Redimet in pace animam meam ab his &c.] Narrat scilicet quod eum uelociter pater exaudiuit: quod eũ de tribulationibus mortis eripuit: quod in pace animã eius ab inimicis, qui ei ob inferendam mortem propinquauerunt, liberauit. Vel narrabo, quasi minora, & annunciabo, quasi maiora. Liberauit in pace animam me
Ephes.2.c am, In pace: hoc est in semetipso, ut Paulus dixit. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Ab his qui appropinquant mihi. Appropinquant corpore, non uita nec merito. *m* ¶ Quoniam inter multos erant mecum.] Inter multos, sed non in paucis. In multis uero, id est, in baptismo & in fide non ficta, In paucis non sunt: hoc est in fide firma & spe & charitate. Inter multos credentes erant mecum, & non credebant. *n* ¶ Exaudiet deus.] Me benedicentem, non illos maledicentes. Exaudiet deus: sanctos suos. *o* ¶ Et humiliabit eos.] Hoc est superbos. *p* ¶ Qui est ante secula.] Pater utique, quem in me manere non cognouerunt, qui est ante secula & manet in æternum. Ille qui initiũ sumpsit ex Maria, ante secula genitus est. *q* ¶ Nõ est enim illis commutatio.] De malo in bonum, non commutantur, non transferũtur secundum euangelium de morte in uitam. *r* ¶ Et non timuerunt deum.] Ideo causa ad ultionem descendit, sicut sequitur. *s* ¶ Expãdit manum in retribuendo.] Quia cum eis ad auxilium porrecta fuisset: nõ eam receperunt. Non timuerunt deum: propterea non declina-
C uerunt de malo in bonum: quia non cognouerunt. Et
D extendit manum suam in retribuendo illis. Extendit
Esa.65.a manum suam, ut ait propheta, Tota die expandi manus meas ad populum, non credentem & contradicentem mihi, ideo quia non credit opera mea & potentiam meam. In retribuendo illis: hoc est in uindicta in die iudicij: præsertim cum Abrahæ dixit, In semine tuo
Genn.22.d benedicentur omnes gentes terræ, id est, in Christo &
Psal.2.b in alio loco: Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Christus per nouum testamentum acquisiuit hæreditatẽ suam. *t* ¶ Cõtaminauerunt testamentum eius.] Quia non intellexerunt dominum Iesum sanctorum uirorum preconio repromissum. *u* ¶ Et diuisi sunt ab ira uultus eius.] Ab spirituali prouidentia, diuisa est contemplatio eorum: ideo pars eorum cum infidelibus posita est. Post eorum exprobrationem ad Iudam sermo refertur dicens: Et appropinquauit cor illius, ut impletum à diabolo traderet Christum. Contaminauerunt testamentum eius, & diuisi sunt ab ira uultus eius, id est, hæretici qui uoluerunt contaminare testamentum dei, diuisi erunt in die iudicij quando accipient sententiam damnationis, Ite maledicti in ignem æternum. *x* ¶ Et appropinquauit cor illius.] Volũtas eius: quia quod intelligunt de scripturis in malum uertũt: quia dei fide trinitatis non recte credunt. Vnde dictum est, Oportet esse
1.Cor.11.d hæreses, ut qui probati sunt manifesti fiant in uobis. *y* ¶ Molliti sunt sermones eius super oleum.&c.] Cum ait molliti sunt: de pluribus dicit cũ prius de uno locutº fuisset. Ergo intellige diabolum nuncupatũ & Iudã qui leniores oleo fecit sermones suos cum ait, Aue rabbi, & osculatus est eum. Tale oleum renuentes, ut in tribulationibus positi, dei petamus auxilium, ipse nos deus suo exemplo docuit dicens. *z* ¶ Iacta in dominum curam tuã, &c.] Vt ab eo educatus inimicis fortis resistas. *a* ¶ Nõ dabit in æternũ fluctuationẽ iusto] Si em iustus

fueris, non te patitur ab iniquis fluctibus fatigari. Qui fluctuat, in mari est. Per mare, mundus iste intelligitur: in quo sancti fluctuant. *a* ¶ Tu uero deus deduces illos in puteũ interitus.] Vt qui noluerũt bibere de fonte aquæ uiuæ, in puteũ interitus demergãtur. In puteũ interit⁹: hoc est, infernũ iusta uindicta sup illos. *b* ¶ Viri sanguinum & dolosi.] Qui sunt effusores sanguinis redẽptoris nostri. *c* ¶ Non dimidiabũt dies suos.] Non solũ non impleuerunt æternitatis dies, sed nec ad dimidium temporis eius uenire meruerũt. In modico enim spacio in ultione dñi ca ab hostibus trucidati sunt. *d* ¶ Ego autem sperabo in te domine.] Vt pleni in ueniantur dies mei. Et nos supplices deprecamur, ut à te domine exauditi: nec pecati oleo delibuti, à te enutriti: à te ab huiusseculi fluctibus liberati, à te mereamur longitudinẽ dierum pro bonis actibus adipisci. Amen. *e* ¶ In finem pro populo qui à sanctis

B longe factus est: Dauid in tituli inscriptionem quando tenuerunt eum alienigenæ in Geth.] In hebræo ita habet. Pro columba muta longitudinum Dauid humilis atque perfecti, cũ tenuissent eum Philistiim in Geth. Columba muta, & Dauid humilis atq; perfectus, Christus in passione monstratur. L V

MIserere mei deus quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.] In homine atque bellante, diaboli uel reliquarum nequitiarum spiritualium ostendit immissionem: quorum instinctu dominus passus est. In die autem corporalem ætatem monstrat. Miserere mei domine. Ac si dicat, Fac in me misericordiam. Quoniam conculcauit me homo, id est, Christus à Iudæis in passione conculcatus est, & ecclesia à persecutoribus. Homo unus pro multis dicitur: & plures pro uno dicuntur. Vnus hoc est pro unitate maliciæ. Duæ ciuitates sunt in mundo: Babylon, & Hierusalem. Per Babyloniam intelligũtur mali qui persequuntur sanctos: Sic & Hierusalem, id est, anima electa, non cessat orare pro inimicis. Tota die impugnans tribulauit me. Tota die, toto tẽpore pugnæ. *g* ¶ Conculcauerũt me inimici mei.] Iudæi utique: *h* ¶ Tota die.] A tempore carnis assumptæ. *i* ¶ Ab altitudine diei timebo.] Duos sensus habet hic. Vnum quasi dicat ecclesia in rogando: nõ timebo altitudinem superborũ. Alium affirmando, timebo altitudinem. hoc est altitudinem diuinitatis: quia qui non timet, præsumptuose agit. *k* ¶ Quoniam multi bellantes aduersum me.] Ab altitudine diei timebunt quia non in deũ sed in rebus transitorijs posuerunt spes suas. *l* ¶ Ego uero in te sperabo: in deo laudabo sermones meos.] Quia eius ope præsidioq; confido, sicut dominus dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit patris. Quanto magis nos qui omnia ab illo accepimus & illum accepimus: ipsum semper laudare debemus. *m* ¶ In deo sperabo non timebo quid faciat mihi homo.] In ipso confirmatus, nõ timebo bella quæ mihi aduersarius mouet: quia dictũ est: Si corpus occidunt: animam autẽ non possunt occidere. *n* ¶ Tota die uerba mea execrabantur aduersum me.] Cum dicerent: nõ est hic propheta, sed seducit turbam. *o* ¶ Omnia consilia eorum in malũ.] In malũ enim eis cõuersa sunt cũ eos diuina ultio post dominicæ passionis scelera uerberauit. Omnia consilia eorum in malum. Iudæi contra Christum: & peccatores cõtra sanctos. *p* ¶ Inhabitabunt.] Vnanimiter. *q* ¶ Et abscõdẽt.] Laqueos nequitiæ suæ. *r* ¶ Ipsi calcaneũ meũ obseruabunt.] Vt me supplantare possint, sicut uoluerunt: uel in numismate cẽsus: uel in muliere deprehensa. Ipsi calcaneũ meum obseruabunt. Iudæi finem Christi, & peccatores finem ecclesiæ: quia septies in die cadit iustus & resurgit. Vel calcaneum meũ obseruabũt sicut dictũ est de illa muliere & serpente. Per caput initiũ suggestionis malæ, & per calcaneum finẽ uitæ: Vel hæretici in quali-

D cunque sermone, finẽ obseruare quærunt. *s* ¶ Sicut sustinuerunt animã meam.] Vt captum in uerbis accusarẽt apud principes. *t* ¶ Pro nihilo saluos facies illos.] saluantur enim pro nihilo, cum non commutantur ad gloriam: sed ad supplicia transferuntur. Pro nihilo saluos facies illos quia non fecit Christus propter quod sustinuit, sed expetiuerunt Iudæi ut illum interficerent. *u* ¶ In ira populos cõfringes.] Quia impacti sunt in petrã offensionis & lapidẽ scandali. Post hanc ultionẽ propheta gaudẽs præuidens futura decantat. *x* ¶ Deus uitã meam annunciaui tibi.] Tu enim uita mea, omnisque populi: qui ad redemptionem uẽtus es mundi. Vnusquisque debet nunciare per confessionem: sicut Paulus fecit: quando dicebat: Qui prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Et item dicebat: Viuo autem iam non ego: uiuit uero in me Christus. *y* ¶ Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo sicut & in promissione tua, &c.] Promissiones tuæ erant, ut uteres lachrymas conuersis post tergum inimicis in gaudia nouella trãsferres: meq; cum sanctis cæteris tua gloria munerares. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo: hoc est audisti & uidisti. Sicut in promissione tua. Deus promisit sanctis suis bona: sed tamen dicit: Confitere tu prius iniquitates tuas, ut iustificeris, Tũc conuertentur inimici mei retrorsum. Optando dicit ecclesia, ut qui currunt ad infernum, conuertantur ad deũ. *z* ¶ In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui &c.] In omni enim necessitate tu deus assistis, misericordiam præstans tuis. In quacunque die inuocauero te, id est, aut in prosperis aut in aduersis. Ego cognoui quoniam deus meus es tu. Vox ecclesiæ. Aliqui cognoscunt per creaturã cœli & terræ, sicut sanctus Paulus dicit: Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et alij per deum, qui inspirat in animas illorum: sicut Thomæ dixit: Infer digitum tuum huc, & mitte manum tuam in latus meũ, &

C Matt. 10. d

Prouer. 24. c

I. Timo. 1. c

Gal. 2. d

Esa. 43. d secundũ Lxx

Rom. 1. c

cogno

A cognosce loca clauorum: & noli esse incredulus sed fide/
Ioan.20.g lis. Et ipse recordatus dicit: Dominus meus. *a* ¶ In deo laudabo uerbum & in domino laudabo sermonem: in deo sperabo, non timebo quid faciat mihi homo.] Laudat iterum propheta uerbum illud siue sermonem qui erat in principio apud patrem: quia sperans in eum nō metuit ad uersarij minas, dicēs. *b* ¶ In me sunt deus uota tua: quæ reddā laudatiões tibi.] Hæc sunt uota prophetæ ut laudem dominicā celebret: sicut alibi dicit: Immola deo sacrificium laudis. Et cur hæc faciat adiecit.
Psal.49.c *c* ¶ Quoniā eripuisti animam meam de morte.] Secunda utique. *d* ¶ Oculos meos à lachrymis.] Ne iam necesse esset peccata deflere: ut iudicij: Absterget deus
Apoc.21.d omnem lachrymam ab oculis eorū in die
Matt.5 est: Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. *e* ¶ Pedes meos à lapsu.] Ne ultra laberentur in peccata. Pedes meos hoc est sensus: à lapsu
B quia non erit tūc sug gestio mala nec tribulatio. *f* ¶ Vt placeam coram deo in lumine uiuentium.] Lumen uiuentium Christus est,
Ioan.8.b secundum illud: Ego sum lux mundi. Et item: Erat lumē
Ibidem.1.a uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in
Apoc.21.g hunc mundum: sicut in Apocalypsi de illa sancta ciuitate: Lucerna non erat ibi: quia dominus deus omnipotēs illuminauit eam, & lucerna eius est agnus, quo sancti ab huius mundi tenebris eruti clarificantur. Hæc prophe/ta non pro se tantum, sed & pro nobis orat. Vnde nos deprecemur: ut compressis bellis corporeis, superatis seculi tentamentis, mereamur Iesu Christo in ipso lumine complacere. Amen. *g* ¶ In finem ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptione cum fugeret à facie Saul regis Israel in speluncam.] Ipsi Dauid in tituli inscriptione ne disperdas: hoc est, ne corrumpas tituli inscriptionem: quando scripsit Pilatus super domini crucem linguis tribus: Iesus rex Iudæorum. Et illi: Noli scribere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum. Et Pilatus dixit: Quod scripsi, scripsi. Dauid in spelunca absconditus, hoc est in inferiore parte terræ: præfigurabat corpus humanū, ubi illa maiestas fuit abscondita in cor/
Psal.87.b pore Christi: ut illud: Traditus sum & non egrediebar.
1.Cor.2.b Et Paulus dicit: Si enim intellexissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. LVI

Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarū spe/rabo, donec transeat iniquitas clamabo ad deum altissimum, deum qui benefecit mihi. Misit dē cœlo & liberauit me, dedit in opprobriū conculcātes me, Misit deus misericordiam suam & ueritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. Filij hominum dentes eorū armā & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Exaltarē super cœlos deus, & super omnē terrā gloria tua. Laqueum parauerūt pedibus meis, & incuruauerūt animā meam. Foderūt antē faciem meam foueā, & inciderūt in eam.

In deo laudabō uerbum, in domino laudabo sermonē, in deo sperauī: non timebo quid faciat mihi homo. In mē sunt deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapsu, ut placeam coram deo in lumine uiuentium.

In finem ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptione cum fugeret à facie Saul regis Israel in speluncam. LVI

Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarū sperabo, donec transeat iniquitas clamabo ad deum altissimum, deum qui benefecit mihi. Misit dē cœlo & liberauit me, dedit in opprobriū conculcātes me, Misit deus misericordiam suam & ueritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. Filij hominum dentes eorū armā & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Exaltarē super cœlos deus, & super omnē terrā gloria tua. Laqueum parauerūt pedibus meis, & incuruauerūt animā meam. Foderūt antē faciem meam foueā, & inciderūt in eam.

C

D

Luc.10.c

dit apostolis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. *o* ¶ Misit deus &c.] Misericordia & ueritas Christus est. In uno continentur: nec una sine altera. Si sola misericordia fuisset, licentia fuisset peccare, & si sola ueritas, non potuisset homo sustinere. *p* ¶ Animam meam eripuit de medio catulorum leonum.] Leones, principes Iudæorum: catuli, plebs subiecta qui clamabant, crucifige eum. Leo
1.Pet.5.b diabolus iuxta epistolam Petri. Aduersarius uester diabolus circuit quasi leo, quærens quem deuoret. Propter ea ipse dominus misericordia ac ueritas intelligitur, qui missus à patre, animas nostras eripuit de dæmonum potestate: qui nos ceu seculi leones deuorare nitebantur. Qui & nunc loquitur, dicens. *q* ¶ Dormiui conturbatus.] Dormiuit enim in somno passionis cum diceret:
Psal.3.b Nunc anima mea turbata est: quia dictum est, Ego dor
Ioan.10.e miui & soporatus sum: & exurrexi: quoniam dominus suscitauit me: secundum illud: Potestatem habeo ponendi animā meam, & potestatē iterū sumendi eam. *r* ¶ Filij hominū &c.] Inimicorum dentes quasi arma impugnantium esse dicit quos dominus sua resurrectione cōfregit. *s* ¶ Exaltare &c.] Nullus est modus exaltationis diuinæ. Nos uero nihil aliud de cœlis quàm quæ uidimus nouimus. Nam cū ait, super cœlos, noticiam excedit humanam. De gloria autem quæ super terram est,
Mat.ult. illud intelligitur quod alibi ipse dominus ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Hinc iterum dominus. *t* ¶ Laqueum parauerunt pedibus meis.] Cum mihi interrogationes inferebant dolosas. *u* ¶ Et incurauauerūt animam meam.] In morte, sed non fuit perpetualiter subdita morti. Sic uoluerunt Iudæi Christum incuruare: ut non nominaretur nomē eius. *x* ¶ Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam.] Cū post resurrectionē inimicis traditi: capti, interfecti atq; dispersi sunt.

¶ Paratum

Paratũm cor meum deus, paratum cor meum: cantabo & psalmum dicam domino. Exurgẽ gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo, Confitebór tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniãm magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, & usquẽ ad nubes ueritas tua. Exaltarẽ super cœlos deus, & superẽ omnẽ terrã gloria tua.

In finem nẽ disperdas Dauid in tituli inscriptione. LVII

SIueréutique iusticiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Etẽnim in corde iniquitates operamini in terra, iniusticiãm manus uestræ cõcinnãt. Alienãti sunt peccatores à uulua, errauerũnt ab utero, locuti sunt falsa. Furór illis secũdum similitudinẽ serpentis, sicut ãspidis surdæ & obturãtis aures suas. Quæ nõ exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapienter. Deũs conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dñs. Ad nihilum deueniẽnt tanq̃ aqua decurrens, intẽdit arcũm suũ donec infirmẽtur. Sicũt cera quæ fluit auferentur, supercẽcidit ignis,

A 4 ¶ Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam domino.] Exultat & concinit de triumpho mortis illius liber. Cantabo, prædicabo: psalmum dicam, opere complebo. b ¶ Exurge gloria mea, exurge psalterium &c.] Diluculo enim resurrexit, mane cum adhuc tenebræ essent super terram. Sic enim dictio Dauidica cecinerat: exurge psalteriũ & cithara. Quid significant ista organa? Vnum de supernis, aliud de terrenis. Quid intelligiẽ psalteriũ. Christus intelligiẽ, ut illud: Ite dicite Ioãni quæ uidistis & audistis: Ad lumẽ redeunt cæci, mortui resurgunt: pauperes euangelizãtur, & beatus qui in me nõ fuerit scãdalizatus: hoc est diuinitas opata p carnem. Cithara de terrenis: hoc est lassescere, dormire, egere, esurire, sitire uel cætera. Aliter, Psalterium ad nos pertinet: spes, fides, charitas, longanimitas, bonitas, uel alia his similia. Per citharam, sex opera misericordiæ intelligun

Matth.11.4

B tur, quæ debemus implere: id est esuriui, sitiui, hospes eram, nudus, infirmus, in carcere. Item psalteriũ, id est, in tribulatione gratias agere deo, de supernis uenit per quem sustines. Cithara, persecutio & tribulatio quæ in corpe sustines. Exurgã diluculo. Respondit Christus ad patrẽ. Vnde superius dixit resurge gloria mea. c ¶ Cõfitebor tibi in populis domine, & psalmũ dicam tibi in gentibus.] Quas per prophetas uel per apostolos uocaui. Confitebor tibi in populis domine, hoc est postquã resurrexero. Psalmum dicam tibi inter gentes: id est, prædicare, opere implere. d ¶ Quoniã magnificata est usque ad cœlos misericordia tua.] Mea enim resurrectione pacificata sunt omnia tibi: quæ in cœlo & quæ in terra sunt. e ¶ Et usque ad nubes ueritas.] Complens per prophetas quæ nobis prædixeras. Cœli sunt sancti quãdo de supernis contemplantur, nubes quando irrigant corda humana de prædicatione. f ¶ Exaltare super cœlos deus.] Propheta hæc dicit de glorioſa Christi ascensione. g ¶ Et super omnem terram gloria tua.] Cũ effuderis donum spiritus sancti in omnem carnẽ. Quod & nunc nobis præstare digneris, ut in cunctis pressuris ac tribulationibus uniuersis mittas spiritum tuum sanctum: cuius ope ac præsidio siue munitiõe protecti, ad æterna gaudia præparari & ad cœlestia transferri præmia mereamur. Amẽ. h ¶ In finẽ ne disperdas Dauid in tituli inscriptiõe.] Vos suggeritis falsitatẽ, ego nõ corrumpã ueritatẽ, quod scripsi, scripsi. Psalmus uocẽ cõtinẽt prophetæ de iudicijs atq̃ iusticia cõmonẽtis. LVII SIuere utique iusticiam loquimini &c.] Edocet ut quisquis mortalium iudicio usus fuerit publico, si uerum loquitur, & uerum iudicet: nec ponat blandicijs sermonum, muscipulam deceptionis per quam occulte interimat innocentes. Si uere utique iusticiam loquimini: iusta iudicate filij hominum. Iudæi iusta loquebantur ad Christum, quando dicebant: Magister scimus quia uerax es, & in ueritate uiam dei doces. Non iudicabant iu-

Matt.22.b

sta, quando petierunt Barrabbam filium mortis, & interfecerunt Christum filium uitæ. Vel aliter. Iusta iudicate: uos qui iudicatis iusticiam esse bonam, recta iudicate: hoc est, quod tibi nõ uis, alteri ne facias. k ¶ Etenim in corde iniqtates operamini in terra.] In hac terra quã habitatis, cogitationes mala, dum bona uidemini loqui. l ¶ Iniquitatem manus uestræ concinnant.] Opera enim uestra quæ secũdum Allegoriã manus accipiuntur iniquitate repleta sunt. m ¶ Alienati sunt peccatores.] Quidam de descensu animæ in corpus alij uero de Iudæis intelligũt quod ab alienati sunt à deo: ex quo Maria genuit saluatorem. n ¶ Alienati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa.] Præscius futurorum deus: iniquitatem ipsam, prius quàm nascerẽtur extermi-nat. Ideo peccatores falsa loqui dicit, eosque errare atque alienari prophetat, sicut quondam de Esau qui prius quàm gigneretur ab hæreditate dei est repul-

C

D

sus. o ¶ Furor illis secundum similitudinem serpentis.] Illis qui obiter per iram deuorare ueneficis morsibus dei famulos uolunt, & per pœnitentiam negligunt. p ¶ Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapiẽter.] Diabolum uel satellites eius dicit: qui cum quotidie noceant & eis utique qui canticum per inuocationem dominici nominis indicamus: illi obturato aurium aditu, sæuire non desinũt. Aspis genus serpẽtis. Ille homo qui incantat, Marsus dicitur, & trahit illas de tenebris ad lumen. q ¶ Deus conteret dentes eorũ in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus.] In dentibus, aperta persecutio: in molaribus significatur abscondita. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: ne lacerare ualeant iniquis morsibus seruos eius. Molas leonum confringet dominus. Malarum nequitiarum insidias, qui quasi molares leonum dentes ad ualidiorem morsum habentur. r ¶ Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens.] Sicut enim aqua decurrens, aut absorbetur à terra, aut in mari deficit, ita & isti ad hoc deducuntur ut pereant: Sicut aqua quæ ab initio seculi in gyro uadit: ita ipsorũ est doctrina. Aqua decurrẽs, quod est torrẽs: hoc est, aqua quæ de mõtibus decurrit in ualles. Vel sicut aquæ hyemales cũ ueniunt, statim siccantur: sic isti cito transeũt. Vnde dictum est: De torrente in uia bibit. Dominus de torrente in uia bibit: quia de nostro accepit. s ¶ Intẽdit arcum suum &c.] Per arcum. iræ, & comminationes dei intelligũtur. Vnde dixit: Nisi conuersi fueritis: id est, de superbia ad humilitatem: arcum suum uibrauit, sicut Paulus audiuit: Saule, Saule quid me persequeris? Intendit arcũ suum, futurum iudicium: donec infirmẽtur, hoc est, usq̃ dum euanescant insidiæ eorũ. t ¶ Sicut cera quæ fluit, auferentur.] Sicut enim cera igne dissoluitur, ita & isti futuro iudicij igne perdẽtur. u ¶ Supercecidit ignis.] Iudicium mortis.

Psal.109.a

Matt.18.a

Act.9.a

¶ Et

LVIII

ERipe me de inimicis meis &c.] Per hos inimicitiarū gradus usque ad effusionem ascenditur sanguinis. Inimici etenim fuerunt Iudæi Iesu Christo domino nostro, cū ei inuidebant occulte. Insurrexerunt cōtra eum, cum præceptis eius obuiauerunt. Operarij iniquitatis effecti sunt, cum manus armauerunt ad interfectionē Viri sunt facti cruoris, cum sanguinē iusti super se suosq; filios futurum esse dixerunt. *k* ¶ Quia ecce ceperunt animam meā &c.] Vt me traderēt morti. *l* ¶ Neque iniqtas mea, neque peccatum &c.] Nō hæc Dauid de se dicere potuit, qui se in alio psalmo plenū peccatis esse cognouit: sed de eo qui peccata nostra portans, sine ullo iniquitatis pōdere usque ad exitum corporeæ mortis cucurrit. Sine iniquitate cucurri & direxi. Et iste psalmus ex persona domini intelligi potest. Ait quippe: Venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil. Vel certe cucurrit, id est, de cœlo uenit in uterum: de utero in præsepe: de præsepi in crucem de cruce in sepulchrum: de sepulchro ad inferos: de inferis uictor remeauit ad cœlos. Et direxit, non sensus suos, sed nostros: quia praui erant & tortuosi. Vnde propheta dixit: erunt praua, in directa, & aspera in uias planas. *m* ¶ Exurge in occursum meū.] Ad patrē hæc loquitur à quo se in euāgelijs clarificari precatur. Qui & tanquā occurrens, manumq; porrigens, respōdit dicens: Et clarificari, & iterum clarificabo. Quem occursum usq; ad uisitationem gentium extendi expostulat, dicēs, Sed exurge in occursum mihi, id est, fac illos intelligere de illo cursu quem habui, quod ego æqualis tibi. Vnde ait: A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summum eius, hoc est, deus pater super omnes creaturas spirituales. *n* ¶ Et uide.] Ac si dicat: ut facias tu eos uidere, id est, ut credāt me æqualem tibi. *o* ¶ Et tu domine deus uirtutum deus Israel: intende ad uisitandas omnes gentes, &c.] Vt cū iustos uisitatio diuina respicit, illos peccati pœna cōstringat. Et tu domine deus uirtutum, id est, angelorum & hominum. Deus Israel, hoc est, deus animarum uidentium deum. Christus ad patrem: Intende ad uisitandas omnes gentes: non solum in Iudæa, sed etiam & in gentibus. *p* ¶ Conuertātur ad uesperā, & famem patientur ut canes.] Vsq; exitum uitæ suæ, famē uerbi dei patientur: nec arguuntur in diuersis malis, ut pœnitentiam agerent. *q* ¶ Et circuibunt ciuitatem.] Sed nullam solennitatum iocunditatem ac sacrificiorū in ea reperiunt. Vel de his loquitur, qui in fine ex Iudæis crediturī sunt. Cum enim subintroierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. *r* ¶ Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorū.] Blasphemiæ & infidelitates eorū, gladio comparatæ sunt. *s* ¶ Quoniam quis audiuit.] Nemo enim hominum audit, cū hi à domino irridentur, sicut sequitur. *t* ¶ Et tu domine deridebis eos.] Qui te in risu & despectu habent.

¶ Pro

Ioan.14.d

Esa.40.d

Psal.18.b

Rom.11.e

A *a* ¶ Et nō uiderunt solem.] Non intellexerunt Christū dominum, qui est sol iusticiæ, de quo in iudicio dicturi sunt impij: Et sol iusticiæ non luxit nobis. Cecidit ignis, & non uiderunt solem. Peccatores Christum ignem uident, iusti solem iusticiæ. Aliter: Qui comminationibus scripturarū territus agit pœnitentiā: huic per ignem supplicium, sol uerus ostenditur. *b* ¶ Antequā intelligant spinæ uestræ rhamnū.] Qua si uiuos, quasi in ira absorbet eos: Anteq; peccata uestra ad finē usq; perueniāt, & cogitationum spinæ in arborem ebulliant peccatorū: deus uos corripiet non iratus, sed quasi iratus. Non est quippe dei ira, sed emendatio, & corripiet uos nō ut uiuos, sed quasi uiuos, Qui enim spinas habent delictorum, uiui non merētur uocari. Priusq; intelligerent spinæ uestræ rhamnū. Hæc ad populū peccantē loquitur. Rhāmnus, sentiū genus est asperrimum aculeis, & flore gratissimum. Vnde intelligitur du-

5ap.5.b

& non uiderūt solem. Priusquàm intelligerent spinæ uestræ rhamnum, sicut uiuentes sic in ira absorbet eos. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicēt homo si utiq; est fructus iusto, utiq; est deus iudicans eos in terra.

In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul & custodiuit domum eius, ut interficeret eum. LVIII

ERipè me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me. Quiā ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine, sine iniquitate cucurri & direxi. Exurgē in occursum meum & uidē, & tū domine deus uirtutum deus Israel. Intende ad uisitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertān-tur ad uesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in orē suo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit, Et tū domine

B plam habere uirtutem ultionis & honorum retributionis: Id est, iustis floret ad ornatum, peccatoribus præbet spinas ad cōfringendum. *c* ¶ Sicut uiuentes, sicut in ira absorbet eos.] Velociter eos absorbet pœna: quia qui non crediderit, iam iudicatus est. Viuētes, id est, sapientes mūdi: qui per illorum sapiētiam putant se quasi uiuentes sint. Sed sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Sed ira dei quam dicit, iusta uindicta est. 2.Cor.1.c *d* ¶ Lætabitur iustus cum uiderit uindictam.] Impiorū quia quando illi damnātur in pœnis, isti lætificantur in præmijs. *e* ¶ Manus suas lauabit in sanguine peccatorum.] Quia difficilis est hic uersiculus ad intelligendum: ipsa uerba quæ anteriores tractauerunt, educam. Hilarius beatus antistes, & ut ita dicam, inter procellas mundi magnus sustētator ecclesiæ, ita de eo dicit: Iustus manus suas, non peccatorum sanguine abluit, sed cum peccatores in sanguine sint, quia rei sunt sanguinū: manus suas ille ab omni reatu sanguinis cōtinebit ablutas. Tunc lauat iustus manus in sanguine peccatorum, cum uindictam de ipsis uiderit non procurātibus sanctis: & tunc lætabitur, cū post exitum eorū, eius opera glorioſe refulgent. *f* ¶ Et dicet homo si utique est fructus iusto.] Tunc enim erit eius fructus, cum ei Christus dominus cœlorum regna participauerit. *g* ¶ Vtique est deus iudicans eos in terra.] Illi ante iudicium finis in hac terra iudicantur, de quibus superius diximus, Qui non crediderit, iam iudicatus est. Et nos si in præceptis dei, aures non obturamus: si sanctorum monita, cum innocentia exequamur: si nostrorum spinis facinorum nō affligamur: si manus ab omni sanguine immunes cum innocentibus abluamus: honorabit nos Iesus dominus dignis præmijs, quibus sancti cū ipso perpetualiter collætantur. Amen. *h* ¶ In finem ne disperdas Dauid in scriptione tituli, quando misit Saul custodire domum eius, ut interficeret eum.] Iste psalmus quia Dauid docet per titulum custodire, dominicæ passionis declarat mysterium dicens.

deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia eius praeueniet me. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira consummationis & non erunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terrae, Conuertentur ad uesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi disperguntur ad manducandum: si uero non fuerint saturati & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuam, Quia factus es susceptor meus & refugium meum, in die tribulationis meae. Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea.

In finem pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam cum succendit Mesopotamiam Syriae & Syriam Sobal, & conuertit Ioab & percussit Edom in ualle Salinarum duodecim milia. LIX

DEus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis. Commouisti terram & cōturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est.

A a ¶ Pro nihilo deduces omnes gentes.] Illas quae te resurrexisse non credunt. Nam sunt in his multi credentes, qui non irridentur à deo. Vel omnes gentes, qui ligna & lapides adorabant: nullis meritis praecedentibus, adducit illos deus ad cognoscendam ueritatem. b ¶ Fortitudinem meam ad te custodiam.] Id est, omnes uirtutes meas ad te custodiam: non ad me, sed ad te: quia semp in ipsis tibi laudes refero, non meis uiribus. Vnde Paulo dicit: Si enim accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? c ¶ Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es.] Fortitudinem illam custodiā dicit: quia animam eius nemo auferre potuit, ipso dicente: Nemo eam auferat à me sed ego potestate habeo tollendi, resumendi eam. d ¶ Deus meus misericordia eius praeueniet me.] Praeuenit illum misericordia patris, cum prius centurio eum deum confessus est, quam uideret ab inferis resurrexisse. Sed B & multi percutientes pectora sua, reuertebantur dicentes: Vere filius dei erat iste. e ¶ Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos ne quando obliuiscātur populi mei.] Vt & si non credant, tamen intelligant eum esse deum, iuxta illud: Et uidebit omnis caro salutare dei nostri. Et non occidas illos, ne forte obliuiscantur nominis tui. f ¶ Disperge eos in uirtute tua.] Noli penitus delere Iudaeos, quia populus tuus semper est appellatus, sed in toto eos orbe disperge, ut saltem sic emendati, superbire desistant, ut uel in hac dispersione scelus suum poenitēdo deplorēt. g ¶ Et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermones labiorum ipsorū.] Destruantur in malicia sua, propter uerba, quibus Christum tuum negauerunt, & tamen filios Abrahae se esse iactitant. h ¶ Comprehendantur in superbia sua.] Hoc est: humiles fiant. i ¶ Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione.] Execrabantur enim dominum: cum eum filium Ioseph fabri dicebant. Innectebant mendaciumt cum cum dæmonium habere aiebant. k ¶ In ira cōsummationis & nō erūt.] Vt non possint perseuerare in malicia sua, sed in ea consummantur. l ¶ Et scient quia deus dominabitur Iacob & finium terrae.] Nam sunt nonnulli qui se descendere ab Iacob genere gloriantur. Et finium terrae, id est, omnium gentium. m ¶ Conuertentur ad uesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si uero non fuerint saturati, & murmurabunt.] Post diapsalma, iterat sententiam, qua inimici famem patientur ut canes: dum legis literam cum circūcisione carnali, & sacrificia de nece pecudum prosequuntur. Sed quia in peregrinatione haec celebrant, nec ab his reficiuntur spiritualiter murmurāt contra deum. Hinc propheta dominicae mysterium resurrectionis contuens exultat & dicit. n ¶ Ego autem cantabo fortitudinē tuā domine.] Quia uicisti mortē. Vel fortitudinem diuinitatis: quomodo uicit diabolum, hoc praedicabo. o ¶ Et exultabo mane misericordiā tuam.] Quia diluculo surrexisti. Mane, hoc est, quando conuertit in iuuentute. Vel mane, initium fidei catholicae: uel mane, ut dixi resurrectionem. p ¶ Quia factus es susceptor meus & refugium meum in die tribulationis meae.] Suscepisti me protectiōe praesidij tui, ne cum his coniungeretur conscientia mea. q ¶ Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea.] Ipsi se domino propheta polliceturiugiter psallere: cuius ope adiutus atque susceptus est. D Qui & nobis praestare dignetur, ut adiutorio eius muniti, misericordia adiuti resurrectiōe glorificati, mereamur in ecclesia sancta, laudes eius immaculatis sensibus exaltare. Amē. r ¶ In finem pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiā Syriae & Syriam Sobal, & conuertit Ioab & percussit Edom in ualle Salinarum duodecim milia.] Quaeritē ubi haec historia scripta sit. In Regnorum libris quae hic manifestissime legitur. Sed ibi pro ualle Salinarū. Lxx. interpretes ipsa Hebraea uerba uerba posuerūt גיא מלח ge melah. Sed quia interpretatum non est, ab his qui Hebraei sermonis non habent noticiam quid significet ignoratur. LIX

DEus repulisti nos & destruxisti nos.] Pertinet ad populum Iudaicū. Quādo illum permittebat deus tribulari: quasi tunc uidebatur repellere. Et modo ecclesiā uidetur repellere, quando illam permittit tentari per tribulationem. Nam aliter non repellit, quia dixit sanctus Paulus: Non repellit deus plebem suam, quam praesciuit. Vnde & uox ad Hieremiam prophetam ait, Vade, & destrue, & dissipa, & euelle, & ædifica. Ac si dixisset: Destrue uitia & peccata, & ædifica uirtutes. Repellit nos ac destruit, cum peccamus. Miseretur & ædificat, cum ad eum poenitendo reuertimur. t Iratus es & misertus es nobis.] Ira dei, iusta uindicta dicitur. u ¶ Commouisti terram.] Corporis utique nostri. x ¶ Et conturbasti eam.] Cum tribulos produceret & spinas. y ¶ Sana contritiones eius quia commota est.] Mota est enim

a malicijs

Mar.15.a
Luc.3.b
1.Cor.4.b
Ioan.10.d
Mar.15.d
Mar.6.a
2.Reg.8.d
Rom.11.a
Hiere.1.b

Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Vt liberetur dilecti tui, saluum fac dextera tua & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partibor Sicemã, & conuallē tabernaculorū metibor. Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus, & Moab olla spei meæ. In Idumæã extendam calciamentū meū, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, aut quis deducet me usque in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos, & non egredieris deus in uirtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, & uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In finem in hymnis, psalmus Dauid. LX

EXaudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, dum anA à malicijs: ut fructum exhibeat sanctitatis. *a* ¶ Ostendisti populo tuo dura.] Vt te attentius quæreret. Castigas enim omnem filium quem recipis. Ostendisti populo tuo dura, hoc est, tribulationem. Vnde sanctus Paulus dicit: Qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionē patiūtur. *b* ¶ Potasti nos uino cōpunctionis.] Vt confusi in facinoribus, cōpūctio sit ad te reuertēdi. Per uinum, lex populi dei intelligitur, & ipsa compunctio gratia dei est. *c* ¶ Dedisti metuentibus te significationē, ut fugiant à facie arcus, ut liberētur dilecti tui.] Præbuisti baptismū: quo abluti, fugeremus à futura ira: per quod non solum peccatores, sed etiam dilecti tui liberantur. *d* ¶ Saluum fac dextera tua.] Christo tuo, qui est salus nostra. *e* ¶ Et exaudi me.] Cū te inuocauero. Dextera patris filius est. Saluum fac De illis dicit qui saluandi erunt: quando filius tuus mittet me in dexteram tuam in die iudicij. Vnde in alio loco dicit, Dextera domini fecit uirtutē. *f* ¶ Deus locutus est in sancto suo.] Pater in deo homine, de quo Gabriel ad Mariam ait, Quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Vel ut sanctus Paulus dicit, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. *g* ¶ Lætabor & diuidam Sicemam, & conuallem tabernaculorum metibor.] Quidam Sicemam Samariam putant: conuallem uero tabernaculorum, hanc habitationem terrenã. Ergo cum uenerit dominus in lætitia splendoris æterni iudicare mundum, diuidet Samariam: ac conuallem tabernaculorum dimetietur. Tunc aliam partem ad beatitudinem transferet: aliam uero quam iniustam reperiet, cum infidelibus puniet. *h* ¶ Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.] In Galaad atque Manasse totum sibi subiectum indicat mundum. In Ephraim uero populi futuri: id est, ecclesiæ congregandæ speciem signat: propter benedictionem Iacob, quam in eum effudit. Fortitudinem autem ipsam, ecclesiam dicit: cuius factus est caput. Meus est Galaad, meus est Manasses. Vniuersa hæc de gentium uocatione dicuntur: quarum diuersæ uirtutes, sub singulorum nominum interpretatione referendæ erunt. *i* ¶ Iuda rex meus.] Quia ex tribu Iuda ortus est Christus. Quia non deficiet princeps de stirpe eius donec ueniat dominus, ut dixit Iacob: Iuda te laudabūt fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorū. Tu dominaberis super fratres tuos. Christus intelligitur per Iudam, ut illud: Vicit leo de tribu Iuda. *k* ¶ Moab olla spei meæ.] Moab in Genesi male dictionis suscepit opprobrium: qui post decem generationes recipitur in ecclesia dei. Ideoq; & olla spei, quasi post conuersionem urens crudelitate peccati. Spes enim dei de peccatoribus hæc est, ut decoctis peccatis, conuertātur & uiuant. Inde dicit Hieremias propheta: Vidi ollã succensam, & facies eius à facie aquilonis. Et alibi dicit: Ab aquilone exardescent mala: quæ sunt super terrã: id est, tribulatiões ueniunt à diabolo super terram, quæ est ecclesia, sicut Paulus dicit: Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio uero spem: spes uero non confunditur: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. *l* ¶ In Idumæam extendam calciamentum.] Vsque in regionem Esau, a postolorum pedes dirigendos esse pronunciat: quia in calciamentis, pedes: in pedibus uero gressus apostolici intelliguntur, iuxta illud: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Idumea interpretatur, sanguinea, siue terrena: Ac si dicat: In istos tales ostendam calciamentum meū, id est, mea exempla. *m* ¶ Mihi alienigenæ subditi sunt.] Alienigenæ, id est, gentes: subditæ sunt ecclesiæ. In Allophylis, alienarum gentium prauitates ostendit: qui usque ad aduentum Christi, in ignorātiæ tenebris rendebant. Nunc autem subditæ: id est, humiliter auscultātes prophetiam, quæ Christum annunciat: per fidem suam, lucem uident magnã. *n* ¶ Quis deducet me in ciuitatem munitam.] Christus dominus qui auertit impietatem ab Iacob: ipse deducet nos in ciuitatem Hierusalem, in qua sancti diuinam circunstant maiestatem. Vel in ciuitatem munitam hoc est, in ecclesiã: quæ munita est per fidem. *o* ¶ Aut quis deducet me usq; in Idumæam.] Ille qui se superius calciamenta extendere repromisit. Ipse enim prophetam: id est, prædicationem propheticam dirigi iubet in eam. *p* ¶ Nonne tu deus qui repulisti nos?] Vt probatos agnosceres. Repulisti propter transgressionem nostram: uel peccatum Adæ, hoc est, destruxit idololatriam: uel nostra uitia & peccata. *q* ¶ Et nō egredieris deus in uirtutibus nostris.] Quia peccatis infirmi sumus. *r* ¶ Da nobis auxilium de tribulatione: quia uana salus hominis.] Audiant hæc qui spes suas in potentatibus hominum, uel in terrenarum diuitiarum splendoribus ponunt: quia uana est salus hominis: & deus solus, opportunum tribulationibus nostris præstat auxilium. *s* ¶ In deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.] In ipso sit uirtus nostra: in ipso omnis gloria, & ipse ad nihilum rediget tam uitia, quæ nos tribulant: quàm inimicos, qui nos impugnant, & à spe æternitatis reuocare conantur. *t* ¶ In finem in hymnis psalmus Dauid.] Vocem continet gratulantis, prophetæ de æternitatis beatitudine. LX

EXaudi deus deprecationem meam.] Fiducialiter se audiri postulat: quia scit se sanctum. *x* ¶ Intende orationi meæ.] Ac si diceret: Vide eam si iusta uel pura sit, ubi tu solus audis & uides, in corde sicut ad Moysen dictum est: Quid clamas ad me? Nunquid uoce clamoris dicit? Non: sed uoce cordis clamat. *y* ¶ A finibus terræ ad te clamaui: dū anxiaretur cor meū.] Nō de extremis terræ terminis, sed de huius corporis habitaculo quod superindui cupit, & ex intimi cordis dolore clamauit: ut absorbeatur hoc quod mortale est à uita. A finibus, id est, à quatuor partibus mundi: quasi unus homo clamet. Vel unus homo, est una ecclesia. Propter unitatem dicitur una. Vnde & in Canticocanticorum dicitur: Vna est columba mea: id est, ecclesia in toto mūdo

xiaretur cor meum, in petrá exaltasti me, quia factus es spes mea, tũrris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabŏ in tabernaculo tuo in secula, protegar in uelamentŏ alarum tuarum. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatẽm timentibus nomen tuum. Dies supẽr dies regis, adijcies annŏs eius usque in diem generationis & generationis. Permanẽt in æternum in conspectu dei, misericordiam & ueritatẽ eius quis requiret? Sic psalmũm dico nomini tuo in seculum seculi, ut reddam uota mea de die in diem.

In finẽm pro Idithun, psalmus Dauid. LXI

NOnnẽ deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse deus meus & salutaris meus, susceptŏr meus non mouebor amplius. Quousquẽ irruitis in hominem, interficitis uniuersi uos, tanquã parieti inclinato & maceriæ depulsæ. Veruntamẽn precium meum cogitauerunt repellere, cu-

A diffusa. Dum anxiaretur: id est, propter trãsgressionem aliorum. Vel finem meum: dum nescit homo exitũ suũ. a ¶ In petra exaltasti me: deduxisti me quia factus es spes mea.] In Christo se exaltatum dicit, qui secundum Apostolum, & petra stabilis, & credentium spes nominatur. In petra exaltasti me, hoc est, in temetipso, ut illud: Petra autem erat Christus. Petrus de petra. 1.Cor.10.d Vnde dominus dixit Tu es Petrus: & super Matt.16.c hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et alibi: Venerũt flumina & flauerũt uenti, & irruerunt in domum illam & nõ cecidit: fundata enim erat supra firmam petram, quæ est Christus. Deduxisti me: id est, in temetipso: quia tu es dux meus. Quia factus es spes mea. Vox ecclesiæ ad Christũ. Ac si dicat: Quomodo tu resurrexisti immortalis, & nos sic credimus resurgere. b ¶ Turris fortitudinis à facie inimici.] Hæc enim spes, Christus dominus: turris nobis factus est à facie diaboli, uel nequitiarum eius, ut nos ab eius insidijs muniat ac defendat. Sed & deus pater factus est no-
B bis turris fortitudinis: exaltans nos in petra, id est, in Christo suo. Tu Christe turris fortitudinis, q̃ uicisti diabolum, & dignatus es pati propter nos. Sunt ergo turres infirmitatis: id est, illi qui cõfidunt in uirtute sua, sicut in euangelio dicitur, Si quis uult turrem ædificare, Luc.14.f & non computat sumptus eius, & reliqua: postea qui uiderint, illudent ei dicentes: Hic homo cœpit ædificare. & non potuit consummare. c ¶ Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula.] In illo utique, ubi sine fine mansuri deum iugiter contemplabimur. d ¶ Protegar in uelamento alarum tuarum &c.] Dum adhuc commoror in hoc corpore, tua muniar protectione. Protegar, id est, defendar. In uelamento alarum. Alæ duæ, duo testamenta sunt: quibus protegitur ecclesia. Vel sub protectione diuinitatis. e ¶ Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.] Id est, in regno cœlorum præstitisti eis, ut uitam æternã hæreditent. f ¶ Dies super dies regis.] Regi æterno: id est, Christo domino, dies æterni sunt, qui quotidie super dies augentur: eo quod claritatem eius nulla discriminet nox. g ¶ Adijcies annos eius usque in diem generatiõis & generationis.] Generatio igitur huius regis prima est: qua de deo patre ineffabiliter nascitur. Secunda, qua factus est primogenitus mortuorum quæ extenditur usque ad illam generationem futuri iudicij, de qua dominus ait: Vos qui secuti estis me in Matth.19.d regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Ergo adijcientur inter istas generationes regis huius: & dies & anni: cum congregatis electis, supplantatisq; inimicis sub pedibus: tradiderit regnum deo patri, ipsis simul congregatis sanctis, sicut sequitur. h ¶ Permanet in æternum in conspectu dei.] Manebit enim æternus in his, quos tradidit deo patri in regnum cœlorum, & fecit cohæredes & conformes ac participes sibi nullo iam in his mortis dominio dominante. In conspectu dei, id est, ubi non erit mutabi-

litas. i ¶ Misericordiam & ueritatem eius quis requiret.] Misericordia est: quia indulget nostra peccata. Veritas, ut amplius non peccemus, ut peccatum super peccatum non inducamus. Quis, propter quid hic dicit? Quia pauci sunt qui aliquid boni habeant, & deum requirant, sed plus dicunt eorũ uirtute uel suis uiribus, q̃s dei donum. Misericordiam & ueritatem quis reqret eius? Nõ eius requiritur misericordia ac ueritas ab eis, q in plenitudine dei consistunt, Sed nec his quicquam deest, iuxta illud oraculum saluatoris: in die illa Ioan.16.e nihil rogabitis patrẽ. In hac ergo plenitudine ppheta spẽ ponẽs, subiecit. k ¶ Sic psallam nomini tuo deus in seculum seculi.] Vox ecclesiæ. Psallam, prædicabo: & opere cõplebo. l ¶ Vt reddam uota mea de die in diem.] Vt reddam uota mea: id est, quicquid spopondimus deo custodire. De die in diem, hoc est, & hic te semper laudare, & in futuro sine fine. Psallet assidue: & uota iugiter reddet, cum corruptio corporis huius induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, & refulserit. Quod & nobis præstare dignetur, ut conformes facti gloriæ suæ: eruti à corruptione mortis secundæ, psallere mereamur nomini eius in spiritualium oblatione uotorum. m ¶ In finem pro Idithum psalmus Dauid.] Iste psalmus plenum in deo affectum prophetæ edocet, dicens. LXI

NOnne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum.] Potest hoc & homo ille dicere: qui delictis uanæ deliramentis philosophiæ, ac erroris idolatriæ cœno, mundo se corde domino subdidit. o ¶ Nã & ipse deus meus & salutaris meus.] Scit enim salutare mũdi, Iesum Christum hominis formam suscepisse? qui se transferat à morte in uitã. Ab ipso enim deo, salutare meum: sicut dixit Symeon: Quia uiderunt oculi mei sa- Luc.2.e lutare tuũ. Et in alio loco dicit: Salutare uultus mei deus Psal.41.b meus. p ¶ Adiutor meus non mouebor amplius.] Firmiter enim se in eo staturum confidit. Adiutor meus in præsenti, susceptor in æternitate. Ipse postea non timet cadere, Non habet ubi currat amplius, nisi usq; ad deũ. Ioan.14.d Apostoli dixerũt ad Christum: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. q ¶ Quousq; irruitis in hominem, interficitis uniuersi uos: tanquã parieti inclinato, & maceriæ depulsæ.] Non uult acquiescere iniquis, qui tenues hominum ac uitiosas mentes, in noua facinora inclinare compellunt. Interficietis uos omnes. Qui uolũtatem habet occidendi: etiam si non percutiat, occidit. Quasi parieti inclinato & maceriæ depulsæ. Cum ego passionem pati aduenerim, uos quasi inuitum mori cogitis. Aliter (iuxta Symmachi tamen interpretationem) Naturalis in uobis inuersus est sensus: & cum recti sitis creati, proni ad ruinam ferimini. r ¶ Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in siti.] Declinat à talibus, qui non solum peccatores impugnant, sed etiam iustis honorem auferre nituntur. Ideo currit in sancta siti: quia beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustiD ciam. Cucurri in siti. Cucurrit Christus de cœlo, uenit

in

curri in siti, orẽ suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Veruntamẽ deo subiecta erit anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus, adiutor meus nõ emigrabo. In deo salutare meum & gloria mea, deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Speratẽ in eo omnis congregatio populi, effunditẽ coram illo corda uestra, deus adiutor noster in æternum. Veruntamẽn uani filij hominum, mendaces filij hominum in statheris ut decipiant, ipsi de uanitate in idipsum. Nolitẽ sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Semẽl loquutus est deus duo hæc audiuĩ, quia potestas dei est & tibi dominẽ misericordia, quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ. LXII

DEus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sanctõ apparui tibi, ut uidere uirtutẽ tuã & gloriam tuã. Quoniam melior est misericordia tua super uitas, labia mea laudabũt te.

A in uterum: de utero in præsepium, uel cætera his similia. Cucurrit sitiens, uenit ad fontem: esuriens uenit ad arborem. Vel sitiuit, id est, in cruce salutẽ humani generis sitiuit. Vnde dictũ est: De torrente in uia bibit. Et sancti currunt & sitiunt. Currunt, ut Paulus dicit: Cursum cõsum maui, fidem seruaui Sitiũt, ut dictum est: Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. a ¶ Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.] Proferebant ad seducẽdum ore uenefico bona, cum mala cordibus retinerent. b ¶ Veruntamẽ deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meũ. Nam & ipse deus meus, & salutaris meus, adiutor meus non emigrabo In deo salutare meũ, gloria mea deus auxilij mei, & spes mea in deo est.] Post interiectionem diapsalmatis profitetur se siue adiutorium, siue gloriam ab ipso habere: qui nobis de his omnibus à passionis suæ contumelia reliquit exẽpla. c ¶ Speratẽ in eo omnis cõgregatio populi.] Ipse est & auxiliũ & spes: in quo omnis cœtus ecclesiasticus sperare debet ac deprecari, sicut sequitur d ¶ Effunditẽ coram illo corda uestra: deus adiutor noster in æternum.] Si cum fletu ei occulta cordium referamus, ut oẽs faciunt sancti: adiutoria eius adipiscemur. Nã quia hæc peccatores omittunt, adiecit e ¶ Veruntamẽ uani filij hominum mendaces filij hominum in statheris ut decipiant, ipsi in uanitate in idipsum.] Qui sub iustitiæ ponderatione atque eloquentiæ uanitate, decipiũt innocentes. Filij hominis, filij Adam, filij transgressoris. Vnde dicit: Filij hominum usquequo graui corde. Mendaces filij hominum in statheris. Salomon dicit, Põdus & pondus, mensura & mensura: utrumq; abominabile apud deum. Et alio loco dicit, Stathera dolosa abominabilis dño: & pondus æquum uoluntas eius. f ¶ Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.] Quia qui in his sperauerit, regnum capere cœleste non potest. Vnde dicit Apostolus ad Timotheum: Præcipe diuitibus huius seculi non sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo: qui præstat nobis omnia abũdãter ad fruendũ. g ¶ Semel loquutus est deus duo.] Quòd ait semel, firmitatẽ dictorum ostendit: q̃ duo, noui ueterisq; testamenti, unum demonstrat autorẽ. Semel loquutus est deus duo, hæc audiui. Semel non ad numerũ referendũ est, sed ad sententiæ firmitatem. Quæ sunt autem quæ duo pariter audiuit? Et posse deũ omnia, & in sui iudicij ueritate misereri. Quidam ita dicunt: Semel deus loquutus est in lege, & eadem rursus in euangelio præcipit. h ¶ Hæc audiui, quia potestas dei est.] Per hæc duo testamenta, potestatem, misericordiam, iustitiamq; dei cognouit: sicut sequitur. i ¶ Et tibi domine misericordia, quia tu reddes unicuiq; iuxta opera sua.] Ipse enim omne iudiciũ accepit à patre: ut negligentibus damnationem, pœnitẽtibus misericordiam, iustis præmia præparet: qui nos à iudicio mortis eripiat, nosq; sibi alumnos proprios subdat: cõformesq; corpori suo factos, æternitati perpetuæ dignanter asciscat. Quia potestas dei est. Potestas fuit, quia omnes creaturas ex nihilo creauit. Misericordia in regẽdo & gubernando. Potestas fuit in diluuio: misericordia liberauit Noe. Quia tu reddes unicuiq; iuxta opera sua, bona bonis, mala malis. Dãnas peccatores, remuneras iustos. k ¶ Psalmus Dauid cũ esset in deserto Idumææ.] Dauid figurã tenet Christi. Dauid interpretatur fortis manu, siue desiderabilis. Idumæa interpretatur sanguinea siue terrena. Desertum, hoc est, derelictũ: id est, ipse populus Iudaicus, uel gentilis, qui in sanguine uel terrenis uidentur commorari. Psalmus aduentus domini clarat mysterium: de quo sẽpheta quasi illuminatũ cernens exultat & dicit. LXII

DEus deus meus, ad te de luce uigilo.] Licet omnes sancti in deo die noctuq; uigilent, hic tamen in D oratiõe sua, pleno diuinæ lucis splẽdore refulget. m ¶ Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deserta &c.] Sitit in deo, & animæ & cordis affectu: nihil dubium, nihil aduersum in se retinens, sed inter ariditates ac solitudines istius seculi, eum tota mente desiderat: illum habens ardorem, quo iustitia dei sititur Sitiuit in te anima mea, q̃ multipliciter tibi caro mea. Anima quidem desiderat deum, sed ad desideratũ finem carnis laboribus peruenitur. Ideo multipliciter caro deum quærit, quia multis afficitur iniurijs. Describit iusti uiri egestatem, tormenta, uigilias, ægrotationem. Sitiuit dominus fidem ecclesiæ, & eluriuit salutem humani generis. Sic & ecclesia quotidie sitit Christum Vnde dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Multipliciter caro, quia plus sustinet caro quàm anima. Quamuis anima per cogitationem crucietur in corpore, corpus tamen sustinet à foris tribulationem. Vult liberari, id est, deponere mortalitatem. In terra deserta, in inuio & inaquoso. In deserto, ubi nõ est uia neque aqua, mũdus intelligitur. Desertum, propter peccatores dicitur. n ¶ Sic in sancto apparui tibi.] In hac siti degẽs, sanctus apparebo tibi. Hic prophetа propter spem suam, futurũ pro præterito posuit. o ¶ Vt uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam.] Christum utique qui (iuxta Apostolum) patris & uirtus & claritas est. Virtutem, quia uicit diabolum, & liberauit genus humanũ. Virtutem dicit, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Sic in sancto apparui tibi, id est, in sancto desiderio. Et gloriam tuam, id est gloriã resurgentis à mortuis, sedẽtis ad dexterã patris. p ¶ Quia melior est misericordia tua super uitas.] Misericordia tua uitam præstat æternam. Vita præsens sæpe mortem operatur. Misericordia tua, qua liberasti nos de potestate diaboli. q ¶ Labia mea laudabunt te domine. Sic benedicam te in uita mea.] Beñe in uita sua labijs deum laudat, qui in

A eo uiuit: quia scit alibi dictum: Non mortui laudabunt te domine. Post misericordiam, laus: hic orãdo, illic laudãdo. a ¶ Et in nomine tuo leuabo manus meas.] Perfecti operis bono à te sublimabor. Christus tota die expandit manus in cruce ad populum non credentem, & contradicentem sibi.

Velut Paulus in persona sanctorũ leuans manus puras sine ira & disceptatione. Per manus, opera intelliguntur. b ¶ Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea & labijs exultationis laudabit os meum.] Non in adipe ac pinguedine hircorũ uel agnorũ: sicut prisco-rum holocaustomatum mos est: sed corde puro, & ore mũdo concinã nomini tuo. Sicut illud holocaustum in anterioribus acceptum tibi fuit, sic repleatur anima mea de pinguedine gratiæ spiritus sancti. Labijs exultationis laudabit os meum. Hic orationes, & illic laudatiões & lætitia sempiterna. c ¶ Sic memor fui tui super stra-
B tum meum.] In lectu lo pudicitiæ atq; sanctitatis memor sum tui: quia immemor sum delectatiõis mũdanæ. Sic memor fui tui. Dicit hæc ecclesia & in requie, & in tribulatione non tui fui oblitus. d ¶ In matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.] Merito confitetur adiutorem: quia per integritatẽ fidei, matutina eius delectatur resurrectione. Vtinam & nos per splẽdorem puri pectoris mereremur in eo spirituali lætitia delectari. e ¶ Et in uelamento alarum tuarum exultabo.] Cœlestis auxilij protectione se tutandũ putat: ideo in eo exultat. f ¶ Adhæsit anima mea post te, me susceptit dextera tua.] Relicto seculo dei dextera, id est, ab eius salutari se susceptum testatur. g ¶ Ipsi uero.] Hoc est, inimici. h ¶ In uanum quæsierunt animam meam.] Quia incassum ei nocere uoluerunt. i ¶ Introibunt in inferiora terræ.] In inferno damnabuntur. k ¶ Tradentur in manus gladij.] In perpetuitatem tormentorum quibus detruncandi sunt. l ¶ Partes uulpium erunt.] Luc.13.d Sortem Herodis, qui à domino uulpes dictus est, suscepturi. m ¶ Rex uero lætabitur in domino.] Christus in patre post resurrectionem. n ¶ Et laudabuntur omnes qui sperant in eo.] Qui susceptа sacramenta eius inuiolabiliter seruauerunt. o ¶ Quia obstructũ est os loquentium iniqua.] Iudæorum & principum sacerdotum os resurgente domino oppilatum est, crescente testimonio ueritatis. Et nos deprecemur dominũ: ut in eius lucem uigilantes, ipsum iugiter sitientes: mereamur eo largiẽte, bonis operibus adimpleri. p ¶ In finem psalmus Dauid.] Psalmus uocem continet prophetæ deum iugiter deprecantis: ut non solum sua peccata, sed & alia malorum uenena ipso protegente possit euadere. Sed & nos intelligere debemus id quod in eo canitur, in credẽtibus posse impleri.

Sic benedicam te in uita mea, & in nominẽ tuo leuabo manus meas. Sicut adipẽ & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultatiõis laudabit os meum. Si memór fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et in uelamentõ alarum tuarum exultabo, ádhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi uerõ in uanũm quæsierunt animam meam, introibũnt in inferiora terræ, tradentũr in manus gladij, partes uulpium erunt. Rex uero lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quiá obstructum est os loquentium iniqua.

In finem psalmus Dauid. LXIII

EXaudi deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatẽ. Qui exacuerũt ut gladium linguas suas, intenderũnt arcum suum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Subitõ sagittabunt eum, & non timebunt, firmauerũnt sibi sermonem nequam. Narrauerunt ut absconderent laqueos: dixerunt, quis uidebit eos? Scrutáti sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Sagittæ paruulorũm factæ sunt plagæ eorum, & infirmátæ sunt contra eos linguæ eorum. Conturbáti sunt omnes qui uidebunt eos, & timũit omnis homo

LXII C

EXaudi deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.] Credenti deũ, multa sunt tentamenta, secundum Apostolum: Omnes, inquit, qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionẽ patiuntur. 2.Tim.3.c Vnde intẽte nos in orationibus uigilare oportet, ut repugnare possimus uitijs. A timore inimici, id est, diabolj persecutoris: ut illud: Nolite timere eos qui occidũt corpus: animã autem nõ possunt occidere: sed potius eũ timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Mat.10.e r ¶ Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem: quia exacuerũt ut gladium linguas suas.] Malignantur iniqui & acuunt linguas suas ut blasphement: sed sanctus hic non conturbat, quia à deo protegitur. A conuentu malignantium, id est, Iudæorũ, uel persecutorũ. Exa- D
cuerunt ut gladium linguas suas. Alio loco dicit: Lingua eorum gladius acutus. Psal.56.d s ¶ Intenderunt arcum suum.] Doctrinam suam. t ¶ Rẽ amaram.] Vt doctrinis dolosis decipiant paruulos Christi, siue neophytum in baptismo: siue illũ qui adhuc ignorat mysteriũ doctrinæ cœlestis. u ¶ Subito sagittabunt eũ & non timebunt.] Cum eum dolose uenenosi sagittant. Subito, quasi ex improuiso, id est, in excessu. Et non timebunt, hoc est, deum & iudiciũ eius. x ¶ Firmauerunt sibi sermonem nequam, &c.] Cum se in hac malicia firmant, ut hos deceptionis laqueos huic rudi intendant: non putant hoc deum posse cognoscere: cui nihil occultum latet: qui & nostras quoque animas potens est à sagittis eorum largis pietatis suæ armis defendere. y ¶ Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.] Hæretici quoque scrutãtur scripturas sanctas: & non spiritualiter tractantes, uanas exinde proferunt quæsiones: quibus nos per iniquitatẽ & dolum cupiũt illaqueare. Sed nil prævalentes, ipsi potius à deo scrutati atq; exinaniti, relicti sunt uacui. z ¶ Accedet homo ad cor altũ: &c.] Si cum sapientia dei ad altioris intellectum quis accedens ista discriminet: id est, ueritatem ac falsitatẽ discernat, tunc deus exaltabitur. Qui cũ sit altissimus, tamen de eo qñ recte sentimus, sublimatur in nobis. a ¶ Sagittæ paruulorũ factæ &c.] Intelligentes enim iusti cum uiderint hunc paruulũ quem superius exposuimus, ab hoc persuasionis ueneno inficiẽ eleuauerint uocem suã ut eũ corrigant, protinus erũt iniquis uerba eorũ quasi plagæ. b ¶ Et infirmata est cõtra eos &c.] Nullã capit stabilitatẽ elocutio eorũ: sed dolus eorũ reddet eos infirmos. c ¶ Conturbati sunt omnes qui uidebant eos.] Confusi & cõturbati sunt, qui se simili errore implicitos recognoscunt. d ¶ Et timuit

omnis

Et annunciauerũnt opera dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in domino & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

In finem psalmus Dauid canticum Hieremiæ, & Ezechielis & populi peregrinationis, uel transmigrationis cum inciperet proficisci. LXIIII

TE decẽt hymnus deus in Sion, & tibi reddetur uotum in Hierusalem. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro ueniet. Verba iniquorũ prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est tẽplum tuum mirabile in æquitate. Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terræ & in mari longe. Præparans montes in uirtute tua accinctus potentia, qui conturbas profundum maris sonum fluctuũ eius. Turbabuntur gentes & timebunt qui habitãt terminos à signis tuis, exitus matutini & uespere delectabis. Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum quoniam ita est præparatio eius. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius in stillicidijs eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni

A omnis homo.] Iudicium sibi imminere diuinũ. *a* ¶ Et annunciauerunt opera dei: & facta eius intellexerunt.] Compuncti enim corde, intelligunt, annunciantq; mirabilia dei. *b* ¶ Lætabitur iustus in domino & sperabit in eo.] Sicut impius pro infidelitate sua formidat: ita iustus per spem æterniratis suæ exultat in domino. *c* ¶ Et laudabũtur omnes recti corde.] Quia deum uisuri sũt. Beati enim mũdo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Qui nobis præstare digneturut à sagittis inimicorũ liberi, ab arcu falsitatis erepti, mereamur ab eo protegi: qui sanctis omnibus pro spe salutis, gloriam tribuit immortalitatis. *d* ¶ In finem psalmus Dauid, canticum Hieremiæ & Ezechiel & populi de captiuitate.] Iste psalmus in persona Christi cantatur, & de reuersione Babyloniæ in Hierusalẽ & de nostra ad cœlestem Hierusalem.

LXIIII

B TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur uotũ in Hierusalẽ.] Non theatralibus neq; simulacrorum tẽplis, sed tibi omnipotẽs, laus ac uotum iugiter est reddendum in Sion, id est, in ecclesia, tuam gloriam speculante, uel in cœlesti Hierusalẽ dignus commemoraris inhabitator. Reddetur ergo tibi laus, quia deus es: uotum, quia redemptor es. *f* ¶ Exaudi orationem meam.] Per spiritũ sanctum: qui gemitibus inenarrabilibus interpellat pro nobis. *g* ¶ Ad te omnis caro ueniet.] Ac si diceret: Ad te conuertetur omnis homo. *h* ¶ Verba iniquorũ.] Dogmata philosophorũ, fatuitatesq; gentilium. *i* ¶ Præualuerunt super nos.] Cum te nesciremus, quomodo Hieremias dixit: Vere mendaciũ & uanitatẽ loquuti sunt patres nostri, & nõ profuit eis. *k* ¶ Et impietatibus nostris tu propiciaberis.] Vsquequo in finem nos fuissemus in errore, nisi tu propicius fuisses nostri, qui nos sanguine proprio mercatus es. Sic & Paulus apostolus ait: Qui nos reconciliauit deo patri per crucẽ. *l* ¶ Beatus quem elegisti &c.] Vocat deus omnes: nec ullũ spernit: sed pauci sequuntur. Ergo qui se dignũ eius electioni præbuerit, cohabitat ei cũ apostolis sanctis in tabernaculis sempiternis. *m* ¶ Replebimur in bonis domus tuæ.] Id est, ecclesiæ, quæ diuersis munerũ spiritualiũ exuberat bonis. *n* ¶ Sanctũ est templũ tuũ.] Homo ille in quo plenitudo diuinitatis inhabitat: de quo dicitur ad Mariam: Et quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei, cũ in ea dominus carnẽ assumpturus inhabitabit. *o* ¶ Mirabile in æquitate.] Quia nõ credentibus Iudæis, mirabiliter ipse dominus ueritatẽ apuit. *p* ¶ Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniũ finiũ terræ & in mari lõge.] Prouidens propheta, terræ, maris, ac finiũ omniũ, spem Christum esse annunciauit. Quod autem se ab eo exaudiri postulat, sic intelligitur: ac si diceret: Iã ueni, ut per te saluari merear. *q* ¶ Præparãs montes in uirtute tua accinctus potentia.] Ipse dominus uerbum caro factũ est in assumpto homine. Accinctus potentia, celsitudinem montium diabolicæ dominationis oppressit: & sempiternis ignibus præparauit. Accinctus dei contrahit uestimentum. Nõ enim possumus expansam fortitudinis suæ uestẽ cognoscere. *r* ¶ Qui conturbas profundũ maris.] Seculi huius profundam iactantiam, prædicatiõe apostolica commouens. *s* ¶ Sonum fluctuũ eius.] Quis sustinebit? In euersiõe enim simulacrorum dant dæmonia sonũ: illicientes paganos ut interimant sanctos dei. Sed hic sonus dei potẽtia oppilat. *t* ¶ Turbabũtur gentes.] Cũ sanctis prævalere nõ potuerint. *u* ¶ Et timebunt termini terræ à signis tuis.] A uirtute crucis, quæ eis prius stultitia erat: uel ab his mirabilibus compunguntur. *x* ¶ Exitus matutini & uespe delectabis.] Matutinis uespertinisq; hymnis ecclesiæ delectatur deus, per animã fidelẽ, quæ relicto inaniũ superstitionũ ritu, eum deuote laudauerit. Permane, lætitia: per uesperum, tristitia. *y* ¶ Visitasti terram.] Visitauit utiq; terrã nostri corporis, assumẽdo materiã carnis. *z* ¶ Et inebriasti eã.] Non uino luxuriæ, sed infusione spiritus sancti. *a* ¶ Multiplicasti locupletare eã.] Diuersarum opibus gratiarũ. *b* ¶ Flumen dei repletũ &c.] Denicq; dicit dominus in euangelio. Qui crediderit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Attẽde de euangelistã: hoc enim dicebat de spirituſancto, quem accepturi erãt credentes in eum. Nos ergo qui credidimus iam flumẽ dei sumus. Replebimur aqua, cum baptismo abluimur & si digni sumus, ut spiritu sancto impleamur. Locupletamur ab eodem spiritualis infusionis imbre, cum uitæ perennis fonte repleti, donis spiritualibus irrigamur. *c* ¶ Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.] Præparasti, inquam, domine cibum nostrũ in communione beati corporis ac sanguinis tui: q; si digne hauriamus, iudiciũ mortis effugimus. Tu es enim panis uitæ descendens de cœlo, & uitam retribuens mũdo. *d* ¶ Riuos eius inebrians, &c.] Riui enim in nobis à fluminе illo: id est, à spiritu sancto emanant, qui nos diuersis gratiarũ donis inebriant, ut alij detur sermo sapientiæ, alij prophetia, alij curatio, alij interpretatio: uel reliquæ donationes: quas operatur unus atque idem spiritus: diuidens unicuiq; prout uult. Per quæ donationũ genera, multiplicantur ecclesiæ. Quæ primum quidem quasi stillicidia in nobis defluunt dehinc riui fiunt. Post hæc multiplicantur in generatiõibus: ut afferant fructũ, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimũ. *e* ¶ Lætabitur germinãs.] Terra scilicet lætabitur: cum in ea hic fructus spiritualis exorietur. *f* ¶ Benedices

Hier.16.d

2.Cor.5.d

Luc.2.d

Ioan.7.f

A coronam anni benignitatis tuæ.] Qua sanctos præmijs, & temetipsum eorũ agminibus coronabis. Annũ uero acceptabilem, ipsum esse dominum alius propheta cõmemorat. Benedices coronam anni eius. Circulũ & semper in se currentia anni tempora, coronam uocauit. Aut certe quia in passione dñi uictoria de toto orbe susceptа est. *a* ¶ Et campi tui replebũtur ubertate.] Campi legis, qui nullum iocunditatis, fructum in litera protulerunt: nunc spiritualiter intellecti, fructũ euangelici dogmatis ubertate complẽtur. *b* ¶ Pinguescent speciosa deserti.] Ecclesia scilicet, quæ diuina dei gratia fluit. *c* ¶ Et exultatiõe colles accingẽtur.] Martyres siue reliqui sancti: q immensis à deo præmijs honorati, perpetuis gaudijs accingentur. *d* ¶ Induti sunt arietes ouium.] patriarchæ, prophetæ, siue apostoli: qui duces fuerũt ouium gregis ecclesiastici, trãslati à morte in uitam, induuntur immortalitate perpetua.

benignitatis tuæ, & cãmpi tui replebuntur ubertate. Pinguescẽt speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Indũti sunt arietes ouium, & uallẽs abundabũt frumento: clamabũt, etenim hymnum dicent.

In finẽm canticum psalmi resurrectionis. LXV

IVbilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo, quàm terribilis sunt opera tua domine, in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terrã adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Venite & uidete opera dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso, Qui dominatur in uirtute sua in æternũ, oculi eius super gẽtes respiciãt: qui exasperant, non exaltẽtur in semetipsis. Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite uocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad uitam, & non dedit in commotionẽ pedes meos. Quoniã probasti nos deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum.

B *e* ¶ Et ualles abũdabunt frumẽto.] Clamabunt sancti minoris meriti, & coronã nõ capient, fructibus tamen æternæ uitæ alẽtur. *f* ¶ Clamabunt, etenim hymnũ dicent.] Omnes promiscue electi pro diuersorũ munerũ donis, deo perpetuas cõcinunt laudes. Quorũ ut cõgregemur meritis, deprecantes oramus, ut iungamur præmijs: ut si non meremur honorari præmijs, uel ornari coronis: saltẽ ueniã consecuti, pœna careamus æterni iudicij. Amẽ. *g* ¶ In finẽ canticum psalmi resurrectionis.] Per canticũ, intelligentia spiritualis intelligitur. Per psalmũ, opus resurrectiõis: quia iste psalmus ad resurrectionẽ Christi pertinet. LXV

IVbilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius.] Quod ait, omnis terra: omne humanum genus terrenorum esse demonstrat. Cui iugiter iubilationem ad deum oportet emittere, ut à nequitijs spiritualibus eruatur Psalmum dicite nomini eius. Multi laudant, sed non implent opere. *i* ¶ Date gloriã laudi eius.] Vt sicut ei uocibus iubilatis, ita in eũ pro bonis actibus gloriemini, ut uidẽtes hoies opera uestra bona, glorificent patrẽ uestrũ
Psal.113.a q est in cœlis. Vel illud, Non nobis dñe, nõ nobis sed nomini tuo da gloriã. *k* ¶ Dicite deo, q̃ terribilia &c.] Scilicet ut nõ creaturam colant, sed creatoris uirtutẽ in his quæ contemplantur, intelligant. Quàm terribila sunt opera tua. Terribile est q̃ potestis mirari, & non potestis comprehendere: id est, de populo Iudaico electo, & post ea reprobato, & gentes primitus condemnatas, & postea electas. Vel qui uidentur quasi sancti & reprobati: & de peccatoribus qui uidentur quasi reprobati & electi. Occulta sunt iudicia dei terribilia, id est, timẽda *l* ¶ In multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.] Quãdo uiderũt in Aegypto uirtutes, & signa, & in mari
Exo.14.b rubro. Mentiti sunt quando dixerũt omnia quæcunque
Psal.26.d præceperit nobis dominus, faciemus. Vnde dicit: Iniquitas mentita est sibi: & inimici domini mentiti sunt ei. *m* ¶ Omnis terra adoret te deus & psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo.] Te adoret, te ueneretur: tibi concinat non creaturæ, quã eius usibus subiecisti. Hic interponit C diapsalma, ut ad nos uerba cõuertat, dicens. *n* ¶ Venite & uidete opera domini, &c.] Gentes quæ diu in errore phanatico uixerũt: sicut quondã patres nostri ad deũ agnoscendum inuitat. Qui terribilibus consilijs humano generi consuluit: ut cognoscentes creatoris opera, scirẽt operum conditorem. Venite & uidete opera domini. Venite, credite, uidete, intelligite. Vox prædicatorum. Quàm terribilis in cõsilijs sup filios hominum. Terribilis, hoc est, quomodo unus reprobat, & alter eligitur. Reprobãtur Iudæi, & eliguntur gentes: sicut dixit in euãgelio: Duo in agro: unus assumetur, & unus relinquet, Duæ molẽtes: una assumetur & alia relinquetur. Terribile est, dũ de una massa fuerũt creati: & alij eliguntur, & alij reprobantur. *o* ¶ Qui cõuertit mare in aridam: &c.] Ipsum adorare docet qui ad transitũ Israelis, & mare siccauit, & Iordanis undas appẽdit. Sed & ipse dñs dux, hæc D quasi pede præterijt, populo prosequẽte. Ergo sicut tũc hæ aquæ ipso duce diuisæ, populo uiam in terrã repromissionis aperuerunt: ita nunc nobis si baptismũ nõ polluamus per ipsum abluti præeunte eo in quo renati sumus, in regionem uiuorũ ingredimur. Vel pertransi bũt pede, sancti prædicatores fortiter ambulauerunt prædicando: quia deus præparat illis uiam. Vnde dictum est, Calciate pedes uestros in præparatione euangelij pacis Ephe.6.a
p ¶ Ibi lætabimur in idipsum: qui dominatur in uirtute sua in æternum.] In idipsum, hoc est, in Christo: quia qui hic fuit humiliatus, ipse dominatur in æternitate. Sicut enim eius uirtutis dominatio, nullo claudit fine, ita nostra lætitia qua ei conformes efficiemur perpetuo permanebit. *q* ¶ Oculi eius super gentes respiciunt.] Vt reprobentur Iudæi, & eligãtur gentiles: ut illud. Qui finxit oculum, non considerat. Contemplatione sancta, in- Psal.93.a
spicit populos credituros, nam nullis pœnitus distingui tur membris. *r* ¶ Qui exasperant, &c.] Iudæi scilicet, dum per fellis amaritudinẽ in Abrahæ natiuitate carnali, dei gloriam collocant, semper humiliantur. Interiectio diapsalmatis ordinem dictorum immutat. ut à prophetica uaticinatione, ad apostolicam transeat exhortationẽ *s* ¶ Benedicite gentes dominũ deum nostrũ, &c.] Apostoli hæc prædicant, ut ipsum benedicant gentes deum: quem ijdem apostoli dicunt suum, obaudiantq̃ ipsum in quem sunt renati per baptismum. Hinc iterũ prophe- ta loquitur. *t* ¶ Qui posuit animã meam ad uitam.] Ne eam perpetua consumeret mors. Mors occidit mortem, id est, mors Christi occidit mortem nostrã. *u* ¶ Et non dedit in commotionẽ pedes.] Sed stabiliuit me in prædicationibus quas gentibus intuli. Hinc succedit uox martyrũ. *x* ¶ Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argẽtum, & induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulatiões in dorso nostro, &c.] Id est, diabolũ: ut sup nos erigeret ad probandũ. Vel aliter, Nõ dixit de angelis neq; sanctis, sed de peccatorib⁹, id est

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi uota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum, in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi, cum incenso & arietibus, offeram tibi boues cum hircis. Venite & audite, & narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit me deus, & attendit uoci deprecationis meæ. Benedictus deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

In finem in hymnis psalmus cantici Dauid. LXVI

DEus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus

A id est, peccatores fecisti esse super nos, ut nos sustineamus per patientiam. Vt illud: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. *a* ¶ Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.] Martyrum hic ostendit uictorias quas in diuersis passionibus meruerunt, & ad unum eos dicit refrigerium, id est, Christum dominum, per laqueos, per cruces, per uerbera, per ignes, æstusq́, & alia diuersa supplicia (per quæ & holocaustum acceptum effecti sunt) peruenisse. Ignis uorat, aqua absorbet. Ignis, tentatio: aqua, prosperitas. Vel ignem spiritus sancti. Induxisti nos in refrigerium, hoc est, in beatitudinem æternam. *b* ¶ Introibo in domum tuam in holocaustis.] Hic prophe ta non de se tantum loquitur, sed & de his quos superius memorauit qui introierunt in domum dei: ut non solum se exhiberet deo hostiam uiuam, sed & illos qui eorum exemplo pro nomine domini passi sunt. *c* ¶ Vt reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea.] Quæ uota distinxerunt, nisi ut alios sibi in martyrium copularent? Vel promissum, ut deum laudemus, & confiteamur illum creatorem. *d* ¶ Locutum est os meum in tribulatione mea.] Locuti sunt enim, ut nunquam eos separaret à charitate Christi ulla persecutio. *e* ¶ Holocausta medullata offeram tibi.] Fidem animæ, ut corporis affectum uel corpus Christi. Ossa, inferiora carni: & medulla, inferior ossibus. Medullata, hoc est, uiscerata cum corpore & anima. *f* ¶ Cum incenso.] Cum acceptabili orationis odore. *g* ¶ Et arietes,] Apostoli, uel doctores ecclesiarum. *h* ¶ Offeram tibi boues.] Qui reiecta contumacia legis, iugo domini ceruices suas, quod suaue est subdiderunt. *i* ¶ Cum hircis.] Qui post peccatum conuersi, fideliter in martyrio perstiterunt. Hic autem omnes domino per holocaustum pacificum offerũtur: ad quos nunc propheta post diapsalma conuertit sermonem, dicens: *k* ¶ Venite & audite, & narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea.] Vos qui dominum metuitis, accedite & cõsiderate qualiter animam meam in beatitudinem constituerit sempiternam: pro eo quod non solum ore postulo, sed etiam in arcanis cordis puri clamaui ad dominum. Ad ipsum ore meo clamaui. Manifestissime declaratur in hoc loco clamorem in scripturis non uocis accipiendum esse, sed cordis. *l* ¶ Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit me deus meus, & intendit uoci deprecationis meæ.] Vidi enim puritatem mẽtis meæ: ideo petere præsumpsi. *m* ¶ Benedictus dominus, qui non amouit orationẽ meã & misericordiã suam à me.] Plenus misericordia nõ amouit deprecationem meã à se: quia quæ iusta erant, postulabã. Nam semper piæ aures eius iustorũ precibus patent. Sed nos suppliciter dñm deprecemur, ut aperiat aures suas ad preces nostras: & ipse nos data peccatorũ remissione, de præsentibus ærumnis eripiat, sibiq́ holocaustũ purum effectos, mactatis uitijs, sanctorũ agminibus iũgat. Amen. *n* ¶ In finẽ in hymnis psalmus cantici Dauid.] Iste psalmus licet paruus sit, tamen apostolorũ prophetarumq́ continet uocem, qui aut uenisse, aut uenturũ dominum gentibus nunciauerunt.

LXVI

DEus misereat nostri & benedicat nobis.] Prima deprecatio est, ut misericordiam præbeat deus: deinde benedictionẽ. Benedictio ergo quæ succedit misericordiæ talis sit: ut compressa dominatione carnali, spiritũ faciat triumphare. Nõ nostri iudex sit, sed misericors. Deus misereat nostri. Vox apostolorũ est, loquẽtium ad plebẽ de gẽtibus congregatã. Credidistis quidẽ ad uocem nostrã. Ecce hæc ecclesia congregata est in nomine dñi: propterea nos dicimus: Deus misereat nostri & benedicat nobis. Maledictionẽ primam in homine, sua benedictione dissoluat. *p* ¶ Illuminet uultum suũ super nos.] Nõ illũ tristem uideamus in peccatis nostris, sed gaudẽtem in uirtutibus. Nõ eum sentiamus iudicem, sed patrem. Illuminet uultũ suum super nos. Dei facies quæ est? Vtiq; imago eius. Dicit enim & Apostolus, imaginẽ patris esse filiũ. Ergo imagine sua nos illuminet, hoc est, imaginẽ suam filiũ: illuminet super nos, ut ipse nos illuminet. Lux enim patris, lux filij est. Qui uidet patrem, uidet & filium. Vbi nulla est distãtia inter gloriam & gloriã, uterq; est gloria. Precãtur hæc apostoli & prophetæ: ut uultu dei illuminati, fiat prædicatio eorũ lumen omniũ gentiũ. *q* ¶ Vt cognoscamus in terra uiam tuã, & in omnibus gentibus salutare tuũ.] Sic enim inualescat prædicatio nostra, ut uia siue salutare tuum, id est, Christus dominus in his qui nũc terrena sapiũt, & in gentilitatis uersantur errore, cernatur. Vt cognoscamus in terra uiam tuam. Hoc autẽ petimus, ut illumines uultũ tuum, hoc est, imaginẽ tuam super nos: quæ apud te semper abscõdita fuit, & quasi in secreto & tenebris erat mysteriorũ tuorum, secundum illud quod scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum. Hoc petimus, ut illumines super nos: ut mysterium quod à generationibus absconditum fuit, iuxta Apostolum, reueletur in nobis. Hoc autem totum quare poscimus, quare desideramus? Nisi illuminaueris imaginem tuam super nos, uiam tuam & sciẽtiam tuam nosse non possumus, ut maiestatẽ tuam quæ in cœlis nota est, notam habeamus & in terra. Vt cognoscamus in terra uiam tuã. Ego sum, inquit, uia, uita & ueritas. Vt cognoscamus in terra uiã tuam. In terra cognoscamus: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: ut quem angeli adorant in cœlis, homines quoque adorent in terra. Sed dicet aliquis: quia nota erat uia dei: Notus enim in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Notus erat deus, sed dei uia non erat nota in Iudæa. Quoniam ergo uia dei patris non erat nota in Iudæis, propterea nunc dicit: In omnibus gentibus salutare tuum. Non in uno populo, sed in cunctis gentibus. In omnibus gentibus salutare tuum. Vbi nos habemus in Latino, salutare: in Hebræo, Iesus dicitur. Denique & angelus hoc loquitur: Et uocabis

Rom. 8. f

Psal. 17. b

1. Cor. 2. b

Ioan. 14. a

Matth. 6. a

Psal. 75. a

Luc. 1. c

A nomẽ eius Iesum. Hic enim saluabit populum suum. In omnibus gentibus salutare tuum. Ecce completum est, quod apostoli deprecati sunt: In omnibus gentibus notum est salutare eius. Quocũq; humanus sermo esse potest, ibi Iesus resonat. a ¶ Confiteãtur tibi populi deus, cõfiteãtur tibi populi omnes.] Cõfiteantur tibi populi, Iudæorum? Nõ: sed populi omnes cõfiteantur. Quomõ omnes gentes, sic & omnes populi. Cõfiteantur tibi populi deus. Quid confiteantur? Vtique peccata sua: uel certe cõfiteantur imaginẽ tuam esse in te. In filio te cõfiteantur, in illo te uideant, in illo te adorent. b ¶ Lætentur & exultent gẽtes.] Quoniam de captiuitate diaboli liberatæ sunt, quoniam quæ ante incuruabãtur ad adoranda idola, ligna & lapides, nunc erecto uultu cœlos respiciũt. c ¶ Quoniam iudicas populos in æquitate.] Vbicũque æquitas est atq; iudicium: ibi non lætitia, sed formido est peccatorum. Et quomõ dixit: Deus misereatur nostri & benedicat nos, & nunc dicit: Lætẽtur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate? Videtur sibi esse contrarius. Si enim misericordia indigent, quomodo letantur & exultant, quoniam iudicas populos in æquitate. Vbicũque enim misericordia est, ibi non est iudicium: ubi autẽ iudicium est & æquitas iudicij, ibi procul est misericordia. Sed iste sensus est: Lætentur & exultẽt gentes. Quare lætentur? Quoniam iudicas populos in æquitate, quoniã nequaquã accipis personam unius gẽtis, sed omniũ deus es. Non tibi soli Iudæi placent: sed omnis mundus tuus
B est. Dicat aliquis: Vim facis scripturæ, non hoc sensu dixit. Interpretatur seipsa scriptura, quæ loquitur: Quoniã iudicas populos in æquitate. Quos populos & gẽtes in terra dirigis? Gentes quæ ante non recto pede gradiebãtur, feciſti eas ut ambularẽt in uiam tuam. Vt cognoscere mus in terra uiam tuam, ut ambularemus in uia, non in inuijs, & per unã uiam ueniremus ad te, de quo nascitur uia. Nõ enim imus ad patrẽ, nisi per filiũ. Dicat aliquis: Arianorum dogma est. Ergo per filiũ uenitur ad patrẽ. Ego hoc dico: quoniam per imaginẽ imus ad faciem, & in lumine uidemus lumen, in filio uidemus patrem. Mysterium & dispẽsatio est quæ loquitur. Cæterũ si quis putat esse blasphemũ, quoniã uiam diximus esse filium: & per uiam imus quasi ad deum: uideamus hæc ipsa uia
Ioan.6.e quid dicat: Nemo uenit ad me, nisi pater meus adduxerit eum ad me. Quomodo ergo filius ducit ad patrẽ: sic & pater ducit ad filiũ. Hæc humana uerba sunt. Cæterũ & filius ducit ad patrem, & pater ducit ad filium: & una natura, & una substãtia est. d ¶ Cõfiteantur tibi populi deus.] Iam supra dixerat: & in isto paruulo psalmo, hos duos uersiculos iterũ repetit. Dixerat enim supra: Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: Lætentur & exultẽt gentes, & cætera: & nunc rursus repetit hos uersiculos, quasi apostoli præcinãt cunctis gentibus, Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea,
Psal.128 dicat nunc Israel: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Videte quomodo illi præcinunt, & omniũ gentium turba respõdet. Sic & nunc dicentibus illis in principio: Cõfiteantur tibi populi omnes, & præcipientibus apostolis, & dicentibus: Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: quoniam illos uident reticescere, propterea idipsum iterant & dicunt: Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Semel diximus, non audistis: iterum dicimus, ut canatis. Hoc autem totum, quare diximus & semel & secundo ut confiteantur populi deo. Quare hoc dicimus: quare hoc præcipimus? Quoniã iudicas populos in æquita-

salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus, cõfiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gẽtes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terrá dedit fructũ suum. Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

te. Iudæos, qui præ nimietate malitiæ, populi accipiuntur: C
iuxta illud: Populi meditati sunt inania. Et gentes in terra dirigis. Diriget eas in uia uitæ, data peccatorum remissione. Cum dicitur, omnes: non solum pro gentium populo, sed etiam pro Iudæorum orat, ut & ipsi cõuersi confiteantur Christũ filium dei. e ¶ Terra dedit fructum suum.] Terra, sãcta Maria: de nostra terra, de nostro semine: de hoc luto, de hoc limo, de Adam. Terra es, & in Gene.3.d
terrã ibis. Terra ista dedit fructum suum. Quod perdidit in paradiso, inuenit in filio. Terra dedit fructum suum. Primum dedit florem. Dicit & in Canticocanticorũ: Ego flos campi, & lilium con Canti.2.c
uallium: Iste igitur flos, fructus factus est, ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnes eius. Vultis scire quis sit iste fructus? Virgo de uirgine, dominus de ancilla: deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quid dicat ipse fructus: Nisi granum frumen- Ioan.12.d
ti ceciderit in terram & mortuum fuerit, non potest facere fructus multos. Terra dedit fructum suum, dedit granum frumẽti. Quod granum frumenti cecidit in terram & mortuum est: & ideo multos fructus affert. Multiplicatum est in spica, quod unum ceciderat, in multis resurrexit. Cecidit enim granum tritici in terram, & seges copiosa surrexit. Terra dedit fructum suum. Propterea confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Terra dedit fructum suum. Quis est iste fructus? f ¶ Benedicat nos deus deus noster, bñdicat nos deus.] Deus, pater: deus noster, filius. Ipse enim deus noster. Et D
uocabis, inquit, nomen eius emanuel, id est, nobiscum deus. Deus noster benedicat nos: deus spiritus sanctus. Videte mysteriũ trinitatis in uno uersiculo comprehensum. Terra dedit fructum suum. In isto fructu, trinitatis mysterium continetur. Benedicat nos deus deus noster. Qui deus est omnium per naturam, noster proprie factus est deus. Benedicat nos deus. Expellat ueterem maledictionem. Maledictio nos eiecit de paradiso, reducat benedictio. g ¶ Et metuant eum omnes fines terræ.] Non dixit: Diligãt eum omnes fines terræ. Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem. Timere incipientium est, diligere: perfectorum. Qui adhuc timet, in initio est positus, non habet perfectam & plenam fidem. Qui autem diligit deum, omnia ei prouenient in bonum. Videtur breuis & simplex esse sententiola. Sed uentilemus eam: & in istis simplicibus uerbis, ingentia mysteria reperiemus. Inueniemus intrinsecus, quod forinsecus latet. Diligentibus autem dominum, omnia cooperantur in bonum. Iob uir sanctus tentatus est: perdidit filios & filias, domus ipsius corruit, uniuersa perdidit, omnia repẽnte perdidit: nec pater, nec dominus: nihil enim illi remansit in corpore sanitatis, nisi sola lingua per quam blasphemare posset. Videte tentatorem diabolum. A planta, inquit, pedis usque ad uerticem percussit eum uulnere pessimo, hoc est, elephantia. Inde toto corpore uermes fluebant, & sanies & putredo. Solam linguam integram ei reseruauit, ut posset dominum suum blasphemare. In omnibus his non peccauit Iob labijs Iob.1.d
suis. Videte magnitudinem tentationis: uidete magnitudinem uirtutis. Videte & considerate sententiam Apostoli esse completam: Diligentibus autẽ dominũ, omnia Rom.8.c
cooperantur in bonum. Eo tempore quo perdebat res suas, quo filios amittebat uidebãtur quidẽ ei esse cõtraria quæ accidissent: sed quoniã diligebat dñm, illa mala quæ ei infert, cooperanẽ illi bona. Illi uero uermes corporis, præparabãt ei cœli coronã. Antequã tentaretur, deus ei nunquã loquutus fuerat: postquam autẽ tentatus est,

uenit

A uenit ad eum deus, & familiariter loquitur, quasi amicus cum amico suo. Veniant plagæ, omnia pœnarũ genera: dũ post plagas Christus aduenìat. Egressi sumus de psalmo, sed non inutiliter, quia dixeramus: Et metuãt eum omnes fines terræ, & dixeramus: quoniam metuere paruulorum est: cæterum diligere, perfectorũ, & dixeramus ad hoc comprobandũ de Apostolo: Diligentibus autem deum, omnia cooperantur in bonum. Et timeant eũ omnes fines terræ. Nequaq̃ sola Iudæa, sed omnes fines terræ. Secũdum Tropologiã autem, omnes fines terræ, non medietas terræ: Non illi qui in terra sunt media, sed q in fine terræ sunt, qui relinquunt terram, & ad cœlos ire festinãt. Hoc igitur quod apostoli dixerũt in principio, nos dicamus in fine. Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultũ suũ super nos & misereatur nostri, & notam faciet in terra uiam suam. Cum manifestus in claritate uenerit Christus, tunc omnibus notum faciet: cur tãta carnis humilitate descenderit. Terra dedit fructum suum: Maria genuit saluatorem. a ¶ In finem psalmus cantici Dauid.] Psalmus, opera: B canticũ, intelligentia mentis spiritualis. Sexagesimus septimus psalmus si intelligatur spiritualiter, refertus legis euangeliorumq; reperitur sacramentis, qui sic inchoat ex uoce prophetica. LXVII

E Xurgat deus & dissipentur inimici eius.] Et specialiter intelligitur iste psalmus, & generaliter. Specialiter de ipso domino, ut resurgat à mortuis, & disperdat inimicos suos, hoc est, diabolum & exercitũ eius, aut Iudæos. Generaliter autem, quãdo in tribulatione sumus & an- Psal.43.a gustia, & dicimus: Exurge, ut quid dormitas domine? Exurge & adiuua nos. Quomodo & apostoli in nauicu- Matth.8.c la excitãt dominum dormiẽtem, dicentes: Magister, salua nos, perimus. c ¶ Et fugiant qui oderũt eum à facie eius.] Non dixit, pereant, sed fugiant: quia peccatores in conspectu dei nõ possunt stare. Præuidẽs propheta orat, ut eo exurgente, diabolicæ dominationes effugiãt: quia & nunc indubitãter credendum est, quod ad inuocationem eius nominis stare non possint. d ¶ Sicut deficit fumus, deficiant.] Non ut in nihilum reducãtur, sed ut quiescant à peccatis suis. e ¶ Sicut fluit cera à facie ignis.] Sicut cera soluitur & non perdit naturam suam, sed mollescit, sic & isti non pereant, sed deponant maliciam suam, & sic conuertantur ad pœnitentiam & saluẽtur. f ¶ Sic pereant peccatores à facie dei.] Quia peccatores non sunt digni uidere deum. g ¶ Et iusti epulentur.] Qui permanent in sua iustitia, qui uitia non habent, delectẽtur in domino. Vel aliter: Pœna eos iudicij prosequatur, ut quasi fumi tenuitas deficiant: & ut cera ante ignis faciem dissoluãtur, epulantibus sanctis in cœlestibus bonis. h ¶ Exultẽt in conspectu dei.] Grandis fiducia est, exultare in cõspectu domini. Sicut dispensator creditam sibi à domino substantiã si male tractauerit & perdiderit, timet dñi præsentiam: ita & qui bene dispẽsauerit, exultat in dñi præsentia. Exultẽt in cõspectu dei, & delectentur in lætitia, nõ solum de uindicta, sed etiã de beatitudine sempiterna. i ¶ Cantate deo, psalmum dicite nomini eius.] Cantare in theoria semper significat

In finẽm psalmus cantici Dauid. LXVII

E Xurgãt deus & dissipentur inimici eius, & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie dei. Et iusti epulẽtur & exultẽt in cõspectu dei, & delectentur in letitia. Cantatẽ deo, psalmũ dicite nomini eius, iterũ facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. Exultatẽ in conspectu eius, turbabuntur à facie eius patris orphanorũ, & iudicis uiduarum. Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit uinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto terrà mota est, etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel.

scriptura: hoc est, cõsiderare mysteria, & sensum diuinæ C scripturæ. Psallere autẽ in bono opere significat scriptura: uerbi gratia ut auditus suum opus præstet. Similiter & os, & oculi, & manus, & omnia membra, si cõsentiunt, & ita percutiũr psalterium in uirtutibus. Largitori lætitiæ sempiternæ canite, eumq; uocibꝰ honorate. k ¶ Iter facite ei qui ascẽdit super occasum, dominus nomẽ est illi.] Docet ut compressis peccati tumoribus, planã ei in cordibus nostris uiam per iustitiã præparemus, qui super occasum mortis ascẽdens, uictor remeauit ex inferis. Si non nobis occidat sol iniquitatis, non potest nobis oriri sol iustitiæ, cuiꝰ sanitas in cœlis est. l ¶ Exultate in cõspectu eius.] In eius enim nos conspectibus gaudere oportet, & non in huius sæculi illecebris delectari. m ¶ Turbabuntur à facie eius patres orphanorũ & iudices uiduarum.] Illi qui se nunc tutores & iudices dicunt: & hac occasione decipiũt res inopum, confunden- tur, cum respicere cœperit altissimus. n ¶ Deus in loco sancto suo.] In anima fideli. Semper deus in sanctis suis habitat. Vbicunq; sanctitas est, ibi habitaculum dei est. o ¶ Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.] In D ecclesia, in qua fideliter consistentibus spiritum charitatis infundit, qui unius moris sunt & non mutãtur. Siquidem iustus non mutatur: quia semel iudicauit in iustitia permanere. Peccator autẽ mutatur. Insipiens enim sicut Eccli.27.b luna mutatur. In Hebræo autem habet: Dominus inhabitare facit monachos in domo, id est, in quibus non cohabitat peccatum. p ¶ Qui educit uinctos in fortitudine.] Ipse deus sua uirtute educit eos, qui ligati sunt à diabolo in peccatis: sicut illa mulier in euãgelio, quæ ligata Luc.13.b fuerat decem & octo annis à diabolo. q ¶ Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.] Deus natura dulcis est. Qui autem ad amaritudinẽ eum adducũt, peccatores sunt, & faciunt sibi amarum deum Nõ naturam suam mutant, sed ipsi sibi peccatores faciunt amarũ deum. Qui habitant in sepulchris. Alligatum intra domum suam fortem, id est, diabolum: qui peccatis uincti tenebantur, absoluit: & illos qui idolis dediti, deum iritauerant: & tanquam in sepulchris iacebant mortui, liberauit, sicut illud in euangelio: Væ uobis scribæ & phari- Matth.23.c sæi: quoniam similes estis sepulchris dealbatis. Sicut sanctus, templum dei est: sic sepulchrum sibi efficitur peccator. r ¶ Deus cum egredereris in conspectu populi tui.] Hoc secundum historiam, quando deus antecedebat populum suum egrediẽtem de Aegypto. s ¶ Cum pertransires in deserto.] Deus non immoratur in deserto, sed pertransit. t ¶ Terra mota est: etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai.] Cœli distillauerunt, hoc est, manna. Sinai interpretatur, tentatio. Ergo deus in eis habitat, qui tentantur & superant. In eis autem qui in delitijs sunt, non inhabitat. Etenim cœli distillauerũt à facie dei Sinai, à facie dei Israel. Vnum noui ueteriscꝫ testamenti hic designat autorem. Nam qui coram Israelitico populo in deserto præcessit, ipse in euangelijs deserta gentium uisitauit. Et per quem tunc in Sina huic generationi manna defluxit: ipse Christianæ genti corporis sanguinisq; sui manna in ecclesia subministrat.

¶ Pluuiam

A a ¶ Pluuiam uoluntariam ſegregabis deus hæreditati tuæ.] Prædicationē ſanctā, quæ per apoſtolos in corda hominum profluа irrigatione deſcēdit. Vel de lege dicit, quæ data eſt per Moyſen. b ¶ Etenim infirmata eſt.] Vel cum Paulus iudiciū mortis in ſe habuit, uel cum Petrus dominū ter negauit, ſiue cū reliqui apoſtoli, relicto in paſſione domino fugerunt. Infirmata eſt lex, quoniā nemo potuit implere eam, niſi Matth.5.b dñs qui dixit: Nō uenі ſoluere legem, ſed adimplere. Et ſecun- Gal.4.a dum Apoſtolum: impoſſibilitatē enim legis in quo infirmabatur, deus filiū ſuū miſit, factū ex muliere, factū ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. c ¶ Tu uero perfeciſti eam: animalia tua habitabūt in ea.] Reſurrectio enim tua quod titubabat auertens, ita hanc prædicationē ad perfectum duxit, ut in ea gentes quæ prius tanquam irrationabilia habebātur animalia, commorarētur. Animalia tua habitabūt in ea, hoc eſt, in hæreditate. Animalia autem dixit eos, qui in deo uiuūt, hoc eſt, ſanctos. Vel aliter: Pluuiam uoluntariam ſegregabis. Pluuiam uolūtariam aut præcepta, aut manna debemus accipere. Et infirmata eſt: tu uero perfeciſti eam. Lex quæ per tranſgreſſionem Iudæorum fuerat infirmata, euangelij gratia

Pluuiā uoluntariam ſegregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tū uero perfeciſti eam. Animalia tua habitabunt in ea, paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus, uirtute multa. Rex uirtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eā, niue dealbabūtur in Selmon, mons dei mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid ſuſpicamini montes coagulatos. Mons in quo beneplacitū eſt deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex miliā lætantium,

B ueniēte completa eſt. d ¶ Paraſti in dulcedine tua pauperi deus, dominus dabit uerbum cuāgelizantibus uirtute multa.] In Hebræo habet: Quæ euāgelizantur, hoc eſt, mulieribus: quæ euangelizabant apoſtolis, ubi dicitur: Euntes dicite fratribus meis, & cætera. Matth.28.c Aut animas ſignificat, quæ crediderūt in Chriſto. Secūdum ſeptuaginta autem interpretes, ad apoſtolos dicitur: quia dominus dedit eis uirtutem prædicādi euangeliū. Hæc dulcēdo pluuiæ, quæ mellis ac faui ſaporem uincit: in pauperibus, id eſt, in ſanctis dei defluxit, quæ ab ore apoſtolorum iubēte deo, cum multa uirtute proceſſit. e ¶ Rex uirtutū dilecti dilecti.] Virtutes dilecti dei, id eſt, Chriſti, apoſtoli ſunt. Dominus ergo qui eſt rex uirtutum dilecti, dabit euangelizātibus uirtutem multam in prædicando, ut eccleſiæ deuictis hoſtibus, Iudæis, ſiue dæmonibus, ſpolia partiantur. Pulchritudo domus, eccleſia eſt, cuius diuiſa referūtur ſpolia: id eſt, cum credentes diuiſi ab idolis, diuerſos miniſteriorum gradus in ea ſortiti ſunt, diſtribuente ipſo dilecto patris, & cooperante paracleto. Rex uirtutum dilecti. Rex, pater: uirtutum, hoc eſt, ſanctorum. Dilecti, filij. Ecce filius meus dilectus, ipſum audite. Dilecti. Si quis aliquem diligit, ſemper in ore eū habet. Ergo ſpiritus ſanctus propter amorem quem habet in filium, frequenter eius meminit. f ¶ Et ſpeciei domus diuidere ſpolia.] Ipſi apoſtoli diuidūt in eccleſijs ſpolia, quæ acceperūt de idolis. g ¶ Si dormiatis inter medios cleros, pēnæ columbæ deargētatæ: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.] Cū duobus crediderіs teſtamētis, inuenies in utroque ſpiritum ſanctum. Et licet ſit pulchritudo etiam iuxta literā ſcire quæ legas: tamē uis decoris omnis in ſenſu eſt. Exterior itaq; uerborum ornatus in argēti nomine demōſtratur, occultiora uero myſteria in recōditis auri muneribus cōtinentur. Si dormiatis inter medios cleros, hoc eſt, ſi quieſcatis inter nouū & uetus teſtamentū: inuenietis in duobus teſtamētis gratiā ſpiritus ſancti. Cleri dicūtur ſinguli libri, hoc eſt, Geneſis, Exodus, Iudicum, Euāgelia, Apoſto-

lus. Pennæ columbæ deargentatæ. Deargentatæ, clarum C uerbum ſignificat diuinæ ſcripturæ. Et poſteriora dorſi eius in pallore auri, hoc eſt, in interioribus, ſpiritualiter myſteria intelligūtur. Si uſque ad conſummationē uitæ præſentis, quæ ſæpe ſomnus accipitur, inter duo teſtamēta, id eſt, nouum uetuſq; teſtamētū quieſcatis: inuenietis in his ſpiritū ſanctū, cuius pēnæ in prædicatoribus deargētatæ, pro eloquij pulchritudine reſplendēt. In poſteriora uero, quæ ſcapulæ dicuntur, eo quod pectus operiāt bonæ cōſcientiæ fructus oſtēditur, quæ poſt peractū euāgelium in auri ſpecie, id eſt, in honore regio cōmutātur. h ¶ Dū diſcernit cœleſtis reges ſuper eā niue dealbabuntur, &c.] Reges dixit ſanctos, qui repugnāt ſuis paſſionibus. Iſti ergo ſancti diuiduntur in eccleſijs: ſicut Paulus in gētibus, Petrus in circūciſione. Cœleſtis dñs, ſeparatos hos ab idololatrijs quos ſuperius diximus, cōſtituit in illius domus pulchritudine reges. Sed prius niue dealbabunt in Selmō. Hoc eſt quod dicit, licet ſancti ſint: ſed tamen in iſto ſeculo ſunt quaſi umbra, ex parte cognoſcētes. Selmon, umbra interpretatur. Cum igitur rex cœleſtis Chriſtus in eccleſia ſua coperit apoſtolos & principes conſtituere atque diuidere: non habebūt plenam lucem, ſed partem aliquā ſciētiæ, D quia nūc ex parte uidemus, & ex parte prophetamus. i ¶ Mons dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.] Iſte eſt mōs ad quem & in Eſaia & in Michea, Eſa.2.d ut aſcendētes pergant, ſe inuicem cohortātur. Quod autem ait, coagulatus: apoſtoli cōgruit uerbis, qui ait: Lac uobis potum dedi, nō eſcam. Vel mons, qui in Ezechiele uulnerat principem Tyri. Montem autem dicit ipſum dominum. k ¶ Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos.] Hoc ad Iudæos dicit, qui exiſtimant Moyſen & prophetas ſimiles eſſe ſaluatori. l ¶ Mons in quo complacuit deo habitare in eo.] Senſus iſte eſt: Non debetis exiſtimare plures eſſe eccleſias, quæ habeant uberа doctrinarum: & poſſint credentes ſcientiæ lacte nutrire. Vna eſt eccleſia, & unus Chriſtus ſponſus eccleſiæ. In nullo enim alio inhabitauit iugiter ſpiritus ſanctus, niſi in ſaluatore, Ioanne dicente: In quem uideris ſpiritū Ioan.1.c deſcendētem & manentem in eo, ipſe eſt qui exciſus ſine manibus, impleuit latitudinem omnis terræ: id eſt, dominicū hominem. m ¶ Etenim dominus habitabit in finem.] In corpore, quod accepit de ſancta Maria: quia cum eo eſt cuectus in cœlum. n ¶ Currus dei decē milibus multiplex.] Hyperbolice dicit adminiſtratorias poteſtates & ſanctos, quia innumerabiles ſunt, ſicut dixit in Daniele: Mille milia miniſtrabāt illi, & decies centena milia aſſiſtebant ei. Et in Ezechiele deſcribitur, Cherubim quatuor pennarum, in quatuor angulis habere quatuor perſonas, cuius auriga deus eſt. Cherubim autem interpretatur, ſcientiæ plenitudo. Significat autem perſona leonis, regalē, hoc eſt, regnare paſſionibus: perſona hominis, rationabilē: perſona uituli, in opere: perſona aquilæ, in contemplatione, hoc eſt, in theoria: quæ nos exaltat in uirtutibus. Simul autē ut dicamus: Throno dei in ſanctis eſt. Decem milibus multiplex. Multa enim milia curruum ſecularium, deuicerūt euangelizantes Chriſtum in uniuerſo mundo. o ¶ Milia lætantium dominus in illis.] Miniſteria diuina hic eſſe indicat.

Dan.7.c Ezec.1.& 10

¶ In

dominus in eis in Sinai in sancto. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatẽ, accepisti dona in hominib. Etenim non credentes, inhabitare dominũ deum. Benedictus dominus die quotidie, prosperũ iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis. Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus ex Basan, conuertã, conuertã in profundũ maris. Vt intinga tur pes tuus in sanguine, linguã canũ tuorũ ex inimicis ab ipso. Viderũt ingressus tuos deus, ingressus dei mei, regis mei qui est in sancto. Præuenerũt principes cõiuncti psallentibus, in medio iuuencularũ tympanistriarũ.

A a ¶ In Sinai in sancto.] Hoc est, in sanctis est deus quãdo tentantur, & post tentationem sequitur sanctitas. Impossibile est enim aliquem (licet sanctus sit) sine tentatione transire in hoc seculo, secũdum Iob: Tentatio est uita hominis super terram. Iob.7.d b ¶ Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem.] Ascendisti in cœlos, captiuasti nos, qui captiui tenebamur à diabolo. Qui quondam in Sinai descendens, populo legẽ distribuit. ipse nũc in sancto, id est, in assumpto homine (de quo angelus ad Mariã: Quod Luc.1.d nascetur ex te, sanctũ uocabitur) cœlorum excelsa conscendens, eos qui in captiuitate diaboli tenebantur, absoluit: ac post se tã quã captiuos deductos æternæ uitæ restituit. Sic & carnem assumptam, quasi captiuam euexit ad sydera. c ¶ Accepisti dona in hominibus.] Bene dixit, accepisti. A patre accepit, accepit ut homo, dat ut deus, & quod accepit, hominibus accepit ut det. Ipse enim plenus est, & nihil indiget. Dedit dona spiritualium gratiarum hominibus, qui per fidẽ ad eum deinceps accesserunt. d ¶ Etenim non credentes, inhabitare dominũ deum.] Et his hominibus, id est, ex gentibus populo largitus est Christus, qui non credebant deum inhabitare posse, mortalibus: & hos saluasti, qui non credebant quod possibile est deum habitare in ho-
B minibus, hoc est, saluatorem accipere carnem. Vel etiam eis ministrauit bona, qui erant sine spe, quod in ecclesia eius inhabitare possint. e ¶ Benedictus dominus die quotidie.] Qui proficit, quotidie potest benedicere deũ. Quid enim mihi prodest, si heri benedixi, & hodie non possum benedicere? Et pro superioribus beneficijs: & quod nunc nobis ad se ueniendi planum præparat iter, assidue est benedicendus. f ¶ Prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorũ.] Quia ab ipso saluamur. Prosperum iter faciet nobis deus salutariũ nostrorum. Securus esto peccator, noli dubitare quod quotidie possis benedicere deum. Ecce enim dicit: Prosperum iter faciet nobis deus. Ergo deus adiuuat nos, & cooperatur nobis. Salutarium nostrorum. Bene dixit pluraliter, salutarium, quod quanta peccata commisimus, tot & salutes habemus. Diapsalma in Hebræo habet סֶלָה sela, hoc est, semper & sugiter. Ergo deus semper nos adiuuat. g ¶ Deus noster.] Quia præter ipsum alium nescimus. h ¶ Deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis.] Præsto est enim ut saluos faciat pereuntes: quia pro redemptione nostra natus. Et domini dominus est exitus mortis, quia prior mortis exitum patefecit, dicente Apostolo: Factus est, inquit, primogenitus Coloss.1.c mortuorum: quoniam ipse resurrexit à mortuis, & nos Apoca.1.b simul fecit resurgere. Aliter. Diabolus introitus est mortis, dominus uero educit. i ¶ Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum.] Ab exitibus mortis egressus confregit capita diaboli & omnes uirtutes eius. Tu confregisti capita draconis in aqua. Quot peccata sunt, tot capita habet diabolus: Principatus & potestates quæ tanquam caput cunctis eminebant, hoc est, diabolicas dominationes. k ¶ Verticem capilli perambulantium in delictis suis.] Summitatem extollentiæ eorum qui pœnitentiam negligentes, perdurant in peccatis. Intantum enim confringitur caput eius ut non remaneat in eo aliqua uirtus qua stimulet peccantes. Summum capitis, capillus est: & capilli, uertex. Ergo C hoc dicit quod nec minimũ remaneat in diabolo, quod non frangatur. l ¶ Dixit dominus ex Basan, conuertam, conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.] Basan, confusio interpretatur. De cõfusione igitur nos conuertit deus. Hoc autem ideo, quia crucem sustinuit, & pes eius proprio cruore perfusus est, clamantibus contra eum Iudæis atq; dicentibus: Crucifige, crucifige eum. Qui Iudæi stimulati fuerũt ab inimicis Christi, hoc est, à dæmonibus. Vt autem hoc totum fieret, ipsius saluatoris uolũtas fuit qui hæc passus est fieri. Vel de confusione huius seculi cõuertam humanum genus: hoc est per passionem meam & crucem, quæ isti putant stultitiam & confusionem. Cõuertam Basan, populum meum. Conuertam in profundum maris, id est, de profundis uitijs & peccatis seculi istius, de cõmotione & fluctibus conuertam populum meum. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Quoniã pes ipsius intinctus est in sanguine suo. Torcular calcaui solus, & de gẽtibus Esa.65.a uir non fuit mecum. Et iterum: Quis est iste qui ascendit ibi.63.a ex Edom, fuluida uestimẽta eius ex Bosor. Edom interpretatur sanguis: Bosor caro. Ipsum dominũ nostrum significat crucifixum. m ¶ Lingua canum tuorum ex D inimicis ab ipso.] Canes dicit ipsos Iudæos, ut superius. qui clamauerũt, crucifige, crucifige talem: non habemus Iohn.19. regem nisi Cæsarem. Ex inimicis autem submissi à dæmonibus negare saluatorẽ & blasphemare eum. Aliter. Quoniam ipse tua uoluntate uenisti & passus es, & tua uolũtate crucifixus es à Iudæis. Tinctus est enim pes domini in sanguine, cum caro assumpta in qua diuinitas latebat, lancea uerberatur. Ab ipso igitur sanguine & eorũ lingua tincta est, qui dixerunt: En sanguis eius super nos Matth.27.e & super filios nostros. Sed post glorioſum dñicæ ascensionis triumphum, ultione dominica, & hostium pes in eorum sanguine tinctus est, & canina scilicet inimicorum rabies ab eo est satiata. n ¶ Viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei, regis mei qui est in sancto.] O quàm admirabiliter in hoc psalmo uetus testamentum cum euangeliorum dictis concordat. Visa sunt enim itinera Christi in ingressu maris rubri: uisa sunt & in euangelijs ipsius regis nostri, cum in sancto homine eleuatus, cœlis inuectus est. o ¶ Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.] Et quidem in illo maris transitu præuenerunt principes, id est, prius egressi sunt uel Moyses uel reliqui seniores, & coniuncti sunt iuuenculis cœlesti itinere. Præuenerũt principes angelorum sanctorum animas, qui laudes domini mortificato corpore concinebant, dicentes: Tollite portas principes uestras; quia iam redit triumphator inferni. Ideo autem tympanistriarum, quoniam mortuum est corpus ipsorum peccato. Et Maria soror Moysi & Aaron tenens tympanum in Exodo, antecedebat psallentes & dicebat: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus est. Ali- Exo.15.a ter. Præuenerunt principes iuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Apostoli cum ecclesijs, iuncto pariter præcesserunt gradu. Bene eos præuenisse testatur, quia principes fidei de Iudæis sunt.

¶ In eccle-

In eccleſijs benedicite deo, dominō de fontibus Iſrael. Ibi Beniamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon & principes Neptalim. Manda deus uirtuti tuæ, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hieruſalem, tibi offerunt reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati ſunt argento. Diſſipa gentes quæ bella uolunt, uenient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, pſallite domino. Pſallite deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli ad orientem. Ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis, date gloriam deo, ſuper Iſrael magnificentia eius, & uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in ſanctis ſuis, deus Iſrael, ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus deus.

In finem pro his qui cōmutabuntur pſalmus ipſi Dauid. LXVIII

A a ¶ In eccleſijs benedicite dominum.] Manifeſtius eſt loquutus, quas ſupra dixerit tympaniſtrias. b ¶ Domi/num de fontibus Iſrael.] Quia ſalus ex Iudæis eſt, & inde prima eccleſia. Ex adumbratione enim legis, eccleſiæ doctrina proceſſit, in qua nunc dominus, qui ex Iſraeliticæ ſtirpis propagine carnē ſuſcepit benedicitur. c ¶ Ibi beniamin.] Paulus apoſtolus qui ex tribu Beniamin deſcendit. Ibi in eccleſia. d ¶ Adoleſcētulus.] Nouiſſimus omnium apoſtolorum. e ¶ In mentis exceſſu.] Quem pertulit in Damaſcum cum iret. f ¶ Principes Iuda duces eorum.] Apoſtoli ſunt principes Iuda, hoc eſt domini, quemadmodū
Gene.49.b dicit Iacob: Iuda te laudabūt fratres tui. g ¶ Principes Zabulon & principes Neptalim.] Zabulon interpretatur fluxus noctis. Neptalim latitudo. Quando liberati fuerimus de paſſione libidinis, hoc eſt illius fluxus, tunc incipimus latitudines uirtutū. Vel aliter. Principes Zabulon & principes Neptalim. Petrum & Andream apoſtolorum principes monſtrat, qui
B in craſſitudine tenebrarum illius lucem magnam annūciantes, doctores ſunt euangelij conſtituti, iuxta illud: Terra Zabulon & terra Neptalim: uia maris trans Iordanem Galileæ gentium, populus qui ſedebat in tenebris, uidit lucem magnam. b ¶ Manda deus uirtuti tuæ.] Chriſto tuo. i ¶ Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.] Vt donum baptiſmi quod contulit: ſpiritus ſancti infuſione confirmet. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis, hoc eſt, ſalutare quod donaſti nobis per tuam paſſionem confirma, & da auxilium, quoniam homines ſumus, & non poſſumus incedere in uirtutibus ſi non adepti fuerimus auxilium tuum. k ¶ A templo tuo quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera.] Reges dicit qui regnant ſibimetipſis, ſecundum quod ſcriptum eſt: Cor regis in manu dei. Ipſi offerent deo munera. Virtutes ſanctorum munera ſunt dei. Vel à templo illo corporali, quod bene uiuendo ſanctum fecerunt. Reges in quibus peccatum ultra non regnat, offerent in cœleſti Hieruſalem quæ eſt primitiuorum eccleſia, munera regi æterno: ſcilicet ſeipſos offerentes hoſtiam uiuam, placentem deo in conſpectu omnium angelorum. l ¶ Increpa beſtias calami.] Beſtiæ calami, dæmones ſunt, fragilis infirmæq; uirtutis. Vel hæretici ſunt, qui tractant & ſcribunt contra te ut decipiant nos. Oportet enim & hæreſes eſſe in nobis. Feræ enim dicuntur ab eo quod capiunt animas & interficiunt. Vel increpa feras arundinis, Iudæorum beluinam ſuperbiam. m ¶ Congregatio taurorum in uaccis populorum.] Ipſos hæreticos ſignificat, quia neminem poſſunt decipere niſi ſimpliciores & paruos, hoc eſt, uaccas minores. Tauros enim non poſſunt decipere, hoc eſt, magnos. n ¶ Vt excludant eos q̄i probati ſunt argento.] Et propterea ſimpliciores decipiunt, hoc eſt, multitudinem, ut ueniant uſque ad ſanctos, & excludāt eos de regno cœlorum. Vel in tauris, duces Iudæorum, qui perſecutionem in dominum uel in ſanctos eius intulerunt, indicat, ut illud: Tauri pingues obſederunt me. In uaccis uero ſtultas populi ſequentis animas demonſtrat. Quod oſtenditur, cum uaccas aureas in Samaria ſub Hieroboam adorauit. Ergo conſilium eorum quod habent ut ſanctos de uia iuſtitiæ retrahant, in eorum animabus requieſcat, iuxta illud: Gladius eorum intret in cor ipſorū: ut hi non excludantur à regno dei, qui per multas tribulationes tanquam argentum probati, inuenti ſunt iuſti. Tale conſilium præuidebat Iacob cum diceret: In cōſilio eorum non introeat anima mea. o ¶ Diſſipa gentes quæ bella uolunt.] Hæreticos uel Iudæos, qui plerunq; contra eccleſiam certamina parāt. p ¶ Venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius deo.] In tribulationibus ac erroribus idololatriæ poſiti, uel q̄ peccatis nigri ſiue tenebroſi ſunt, credentes quod Chriſtus dominus ipſe eſt deus filius dei, offerunt ei munera, id eſt, mentes puras, auro argentoq; lucidiores: Quia ubi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia. q ¶ Regna terræ cantate deo, pſallite domino.] Vos utique qui prius terrenum regnum diligentes ignorabatis deum, nunc euicto carnali liuore, cœleſtia regna penetratis. r ¶ Pſallite deo qui aſcendit ſuper cœlos cœli ad orientem.] Illi utique qui quondam mortis occaſu aſcenderat in crucem, inuectus eſt nunc ſuper ſydera, uictorq; mortis reſidet glorioſus. Ad orientem autem uſque, ſiue quia ipſe oriens ſit dictus, ſiue quia per eum omnes oriantur ad uitam. s ¶ Ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis ſuæ.] Voci domini tunc dabitur uox uirtutis, cum quod præcipit efficitur, quam mortui cum audierint reſurgent. t ¶ Date gloriam deo ſuper Iſrael.] Magis deū quàm carnalē Iſrael honorate. Aliter. Non labijs ut Iſrael, ſed corde honorate deum. u ¶ Magnificētia eius & uirtus, &c.] In apoſtolis & prophetis. Vnde dicit: Mandaui nubibus meis, ne pluant ſuper Iſrael imbrem. x ¶ Mirabilis deus in ſanctis ſuis.] In hoc mirabilis eſt Deus, quoniam ita dilexit humanū genus ut ſigna faciat in ſanctis ſuis. In iſtis magis mirabilis eſt deus quàm in cæteris creaturis, quod eos poſt multas tribulationes euexit in ſublimitatem cœlorum. y ¶ Deus Iſrael ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ.] Ad tolerandas paſſiones mundanas uel ſpirituales nequitias. z ¶ Benedictus deus.] Qui nos à morte in uitam, à corruptione in incorruptionem demutare dignetur, ut ſanctis eius participes facti, ſempiternis in eum gaudijs exultemus.

a ¶ In finem pro his qui commutabuntur pſalmus Dauid.] Iſte pſalmus de paſſione Chriſti ſonat, & ex perſona membrorum ſuorum: licet quidam in eo putent ei minime conuenire. Pro his qui commutabuntur. Commutauit ſe Chriſtus, dum æqualis patri erat, formam ſerui accipiens. Vel nos commutamur de infidelitate ad fidem, quia ut diximus iſte pſalmus uocem continet dominici hominis uenientis ad paſſionem. LXVIII

C
Pſal.21.e
Pſal.36.e
Gene.49.a
Rom.5.d
D
Pſa.5.b

SAluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ usq; ad animã meam.] Saluare eam patrẽ, secundũ infirmitatis conditionem postulat, quoniam quidem motus populi sæuientis irruerunt in eum. *b* ¶ Infixus sum in limo profundi.] In ueteribus peccatis huius populi. *c* ¶ Et non est substãtia.] Per quã exindeuadã, nisi tu salues. *d* ¶ Veni in altitudinẽ maris.] In profundum seculi istius. *e* ¶ Et tempestas demersit me.] Procella Iudæorum. *f* ¶ Laboraui clamãs, raucæ factæ sunt fau. meæ.] Licet à peccatoribus urgeatur: clamare tamen salutaria præcepta non desinit. *g* ¶ Defecerũt oculi mei dũ spero in deũ meũ.] Secũdum imbecillitatẽ carnis spe rauit, ut ab eo calix iste trãsiret, sed secundum diuinitatem impleuit uolũtatem patris. *h* ¶ Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sũt, &c.] Ideo super capillos capitis mei, multiplicant̃ atque cõfortãtur: quia B semper maior est iniquorum numerus q̃ iustorum. *i* ¶ Quæ non rapui tunc exoluebam.] Non enim erat debitor mortis atq; peccati, sed in passione hostiam utranq; cõpleuit. *k* ¶ Deus tu scis insipientiã meam: & delicta mea, &c.] Scit pater quòd nõ ea de cœlis attulit, sed de nobis assumpsit, ut ait propheta: Ipse iniquitates nostras accepit, & ægritudines nostras portauit. Et Pau- 1.cor.1.d lus dicit: Quia quod stultũ est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. Deli- Psal.39.b cta mea à te nõ sunt abscondita, ut illud: Delictum meũ cognitum tibi feci. *l* ¶ Non erubescãt in me qui expectant te domine, dñe uirtutũ. Non cõfundãtur, &c.] Nõ euacuetur spes credentiũ de passione mea: sed cognoscãt quia uoluntatẽ tuã facere ueni, sicut sequitur: *m* ¶ Quoniam propter te sustinui opprobriũ operuit, &c.] Propter uoluntatẽ patris, malorũ improperia supportauit, & uerecũdia tectus est, cum in assumpta carne collidit̃: quia una uolũtas fuit patris & filij quod sustinuit passionem. Vel operuit cõfusio, quãdo negauerunt apostoli. *n* ¶ Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus &c.] Filius enim synagogæ sicut & illi, secundũ ordinem corporationis terrenæ, à quibus exter & hospes habitus est, quia illi sceleribus erant pleni: hic uero expers peccati. Extraneus factus sum fratribus meis. Fratres domini, Psal.21.c apostoli. Vnde dixit: Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Peregrinus filijs matris meæ. Christus peregrinus, Luc.24.c ut ait Cleophas: Tu solus peregrinus es in Hierusalẽ. Solus, quia solus & primus resurrexit immortalis. Et mater synagoga. *o* ¶ Quoniã zelus domus tuæ comedit me.] Quia fecerũt eam speluncam latronum. *p* ¶ Et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me.] Exprobrationum enim iurgium super eum proiecerũt, cum eum & Samaritanum & dæmonium habẽtem uocarẽt. Vnde Iudæi cõtra Christum dicebãt: Si filius dei es, descende de cruce & credimus tibi. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Qui exprobrãt filiũ, & patrem exprobrant: quia qui non credit filium, nec patrem habet. *q* ¶ Operui in ieiunio animã meam, & factum est in opprobriũ mihi, &c.] Opprobriũ enim ei inferre conabatur, cũ tentans eum satanas ait: Dic ut lapides isti panes fiant. Vel quãdo dixerũt discipuli: Rabbi manduca. Ille dixit: Ego cibum habeo mãducare quem uos nescitis. Et in alio loco: Operamini cibũ nõ qui perit, sed q permanet in uitã æternã. Sed esuriebat Christus salutem humani generis. Vel esuriebat fidẽ ecclesiæ, quia nullũ cibum à Iudæis inueniebat. *r* ¶ Posui uestimẽtũ meũ cilicium & factus sum illis in parabolam.] In sacco luctus ostenditur uel fletus: quo in morte Lazari usus, in parabolã factus est Iudæis, cum eo flente dicerẽt: Ecce quomõ amabat eũ. Alij uero: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, ut & hic nõ morẽretur? *s* ¶ Aduersus me exercebantur qui sedebant in porta.] Illi scilicet qui habentes clauem sciẽtiæ, neq; introibant, neq; alios introire permittebãt scribæ & pharisæi qui discernebant causas, cum sederent in publico iudicio. *t* ¶ Et in me psallebant qui bibebant uinũ.] Repleti enim uino iniquitatis, qualiter eũ interficerent concinebãt. Stulte enim psallit qui in deum molitur insidias. Sciens enim propheta stultum in aliquibus esse psallere: audi qualiter doceat quosdam: Psallite, inquit, sapiẽter. Vel ebrij erant de uino, quando operiebãt caput eius & dicebãt: Prophetiza nobis Christe quis est Luc.22.g qui te percussit? *u* ¶ Ego uero orationẽ meam ad te domine.] Nõ enim uincor his passionibus, quia tecũ sum in oratione. Ego uero orationẽ meam ad te deus. Iudæis mihi maledicentibus atque dicentibus: Crucifige, cruci Luc.23.c fige eum: ego pro eis orans loquebar: Pater ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt. *x* ¶ Tempus placendi deus.] Tempus placendi, tempus est passionis, in quo pater aiebat: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Tempus beneplaciti deus in multitudine misericordiæ tuæ. Omnia enim tẽpora tua beneplacita sunt: sed præsertim hoc tempus quo mea passione genus humanum redimis, quodãmodo plus beneplacitum facis. *y* ¶ Exaudi me dñe in ueritate salutis tuæ.] Vt post ueram mortẽ, resurrectionis ueritas approbetur. *z* ¶ Eripe me de luto ut nõ infigar,] Quære iuxta quosdam nẽ forsitan lutum carnis quam susceperit significet uilitatẽ. Orat ut non in luto & puluere sicut omne humanũ genus dissoluitur, corrũpatur. *a* ¶ Libera me ab his qui oderunt me.] Aperte hæc de Iudæis qui eum nunquam dilexerunt dicit. *b* ¶ Et de profundis aquarũ. Non me demergat, &c.] Hæc passionis tẽpestas non eũ in profun-

A ditate abyſſi retineat infernalis. *a* ¶ Neq; abſorbeat me profundum.] In quo dum per mortē deſcendit, non deuoretur ab eo. *b* ¶ Neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.] Aditus inferni ſiue diabolus. *c* ¶ Exaudi me dñe quoniā benigna eſt miſericordia tua, ſecundū multitudinem miſeratiōnum tuarum reſpice me.] Hæc ſecundum infirmitatē humanā poſtulat dicens: Qui alios mea paſſione redimis, me præcurrente miſericordia contē plare. *d* ¶ Nō auertas faciē tuam à puero tuo.] Vox Chriſti ad patrē, qui formā ſerui accepit, ut ait pheta: Magnū eſt tibi uocari puerū meū. *e* ¶ Quoniā tribulor uelociter exau. me.] Vt reſumā ſpiritum, quē tuis manibus cōmendaui. *f* ¶ Intende animæ meæ & libera eā, propter inimicos meos eripe me.] Vt me reſurgente ab inferis confundātur, unde Chriſtus dixit: Poteſtatē habeo ponendi animā meam. *g* ¶ Tu ſcis improperium meum & confu

B ſionē meā, &c.] Quā in aſſumpta ſuſtineo carne. *b* ¶ In cōſpectu tuo ſunt omnes q tribulant me.] Tu uides quales mihi tribulationes inferāt, & oſtēdant illuſiones. *i* ¶ Improperiū expectauit cor meū & miſeriam.] Improperiū paſſionis, & miſeriā: id eſt, cōtumeliā crucis. *k* ¶ Suſtinui q ſimul cōtriſtaretur, &c.] Nullus de tanta multitudine iniquorū, aut cōpaſſus eſt doloribus meis, aut extitit cōſolator. *l* ¶ Dederūt in eſcā meā fel, & in ſiti mea, &c.] Hoc iam completū eſſe, in euangelijs legimus: cum ſitiente dño in cruce, acetū cum felle mixtū bibere porrexerūt. Et ex hoc & ex alio teſtimonio intelligitur, quod ad Chriſtū pſalmus referri debeat. *m* ¶ Fiat menſa eorū coram ipſis.] Dicta legis & prophetarū, ad quam ſæpe cōuenientes reficiebātur. *n* ¶ In laqueū & in retributiones & in ſcandalum.] Vt nō intelligāt inibi dñm nunciatum. Nam & dñs in euangelijs dixit: Moyſes uos accuſat in quem ſperatis. De me enim ille ſcripſit. *o* ¶ Obſcurētur oculi eorum ne uideant.] Diuinitatem ſub fragilitate latentem. Vt non uideant. Hoc erat quod precabatur, mēſam eorum fieri in laqueum, ne legis ſcilicet ſacramēta cognoſcerent. *p* ¶ Et dorſum eorū ſemper incurua.] Vt Romanis ſeruiant ſemper. Vel ſub onere legis, quod ſecundū literā ferre potuit nemo. *q* ¶ Effunde ſuper eos iram tuā, & furor iræ tuæ cōprehendat eos. Fiat habitatio eorū deſerta, &c.] Hæc omnia in euerſione Hieroſolymæ ſub Tito & Veſpaſiano cōpleta ſunt. Vel hoc eſt quod ait: Dimittetur uobis domus ueſtra deſerta. Recedēte de Iudæa Chriſto, omnes pariter cum illo receſſerūt uirtutes. *r* ¶ Quoniam quem tu percuſſiſti ipſi perſecuti ſunt.] De ſe hæc Chriſtus ad patrem loquitur, ſicut in alio propheta ex perſona patris legimus dictum: Propter peccata populi percuſſi eum. Et iterum: Percutiam paſtorem & diſpergētur oues gregis. Percuſſus eſt enim ut nos reſurgeremus, uulneratus eſt, ut nos ſanaret. Sed & ſanguis & aqua quæ de uulnere lateris eius exijt, martyrij baptiſmiſq; prætulit typum per quod itur ad cœlum. *s* ¶ Et ſuper dolorē uulnerū meorum addiderūt.] Cū uel eccleſiam uel apoſtolos perſecuti ſunt. *t* ¶ Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.] Sicut enim quod me non crediderunt, ad iniquitatem eis eſt reputatum: ita quod me perſecuti ſunt, iniquitati huic adijciatur. *u* ¶ Et non intrent in iuſtitia tua.] Cœlorum cum iuſtis nō capiant regna. *x* ¶ Deleantur de libro uiuētium & cum iuſtis nō ſcribātur.] Duos hic libros indicat ſcriptos, uiuentiū ac iuſtorū. Vnde animaduertendum eſt quod D ille ſit uiuentium, in quo ante aduentum dei prophetæ ac patriarchæ ſcripti ſunt. De quo Moyſes peccante populo ait: Si non dimittis eis noxam, dele me de libro quem ſcripſiſti. Iuſtorum uero dicit illum, de quo dominus ad eos qui per fidem ſecuti ſunt ait: Gaudete & exultate, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo. Perſecutores ergo iſti & à primo libro deleti ſunt, & in ſecundo nō ſunt ſcripti. *y* ¶ Ego ſum pauper & dolens.] In paſſione. *z* ¶ Et ſalus tua deus ſuſcepit me.] Reſurgentem. Hinc iam propheta loquitur: Ego ſum pauper & dolēs. Cum enim eſſet diues, pro nobis pauper factus eſt, & compeditos ſuos nō deſpexit. Poſſumus hoc uerſiculo uti, ſi quando in laudes martyrum peroramus. Quidam & de animabus hoc intelligi putāt, quod clauſæ corporibus nō deſpectæ ſint à deo. *a* ¶ Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eum in laude.] Quod uel de diabolo triūphauerit, uel uicerit mundū. *b* ¶ Placebit deo.] Id eſt, patri. *c* ¶ Super uitulum nouellū.] Qui ſeipſum obtulit genitori. *d* ¶ Cornua producentem.] Fortitudinem eccleſiæ dantem. *e* ¶ Et ungulas.] Quibus ſacrilegia cōculcet gentium ac diuellat. *f* ¶ Videant pauperes & lætentur.] Quod humiliata ſuperſtitione gētiliū eccleſiæ dñi extollitur regnū. *g* ¶ Quærite dñm & uiuet anima ueſtra.] Quæ nūc mortua eſt peccatis. *h* ¶ Quoniā exaudiuit pauperes dñs.] Vt eos reſuſcitaret. *i* ¶ Et uinctos ſuos nō deſpexit.] Quia diſruptis diaboli nexib⁹ eos regno ſuo aſciuit. *k* ¶ Laudēt illum cœli & terra: mare & omnia reptilia in eis.] Ipſi omnia genu flectāt, cœleſtiū, terreſtrium

C

Eſa.53.c
Zach.13.e

Exo.32.g

Luc.10.d

aquarum. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeāt me profundum, neque urgeāt ſuper me puteus os ſuum. Exaūdi me domine quoniā benigna eſt miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſeratiōnum tuarum reſpice me. Nōn auertas faciem tuam à puero tuo, quoniām tribulor uelociter exaudi me. Intendē animæ meæ & libera eā, propter inimicos meos eripe me. Tu ſcis improperiūm meum & confuſionem meam, & reuerentiā meam. In conſpectū tuo ſunt omnes qui tribulāt me, improperiūm expectauit cor meū & miſeriam. Et ſuſtinūi qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, qui cōſolaretur, & non inueni. Et dederūnt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Fiat mēſa eorum coram ipſis in laqueūm, & in retributiones & in ſcandalum. Obſcurentūr oculi eorum ne uideant, & dorſum eorūm ſemper incurua. Effunde ſupēr eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Quoniām quem tu percuſſiſti ipſi perſecuti ſunt, & ſupēr dolorem uulnerum meorum addiderūt. Apponē iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & nōn intrent in iuſtitiam tuam. Deleantūr de libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Egō ſum pauper & dolēs, ſalūs tua deus ſuſcepit me. Laudabō nomē dei mei cū cātico, magnificabo eū in laude. Et placēbit deo ſupēr uitulū nouellum, cornuā producentē & ungulās. Videant pauperēs & lætentur, quæritē deum & uiuet anima ueſtra. Quoniām exaudiuit pauperes dominus, & uinctōs ſuos non deſpexit. Laudēnt illum cœli &

terra, mare & omnia reptilia in eis. Quoniam deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

In finem psalmus Dauid in rememoratione, eo quod saluum fecit eum dominus. LXIX

DEus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Confundantur & reuerean tur, qui quærunt animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant, qui uolunt mihi mala. Auertatur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego uero egenus & pauper sum, deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu, domine ne moreris.

Psalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum. LXX

IN te domine speraui non confundar in æternum, & in iustitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine, domine spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ex utero, de uentre matris meæ tu es protector meus. In te cantatio mea semper, tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.

A terrestrium & infernorum. *a* ¶ Quoniam deus saluã faciet Sion.] Cœlestem Hierusalẽ, in qua electos suos promeritis adunabit in uno corpore illius matris cœlestis. *b* ¶ Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.] Animæ sanctorũ, quæ per cõfessionem in templum sanctum tãquam uiui lapides deferuntur. *c* ¶ Et inhabitabunt ibi & hæreditate acquirent eam & semen seruorum eius possidebit eam, &c.] Sancti utiq; qui in eam trãsferuntur. Vel semen eorum, id est, qui per eos cõuersi sunt. Sed quia titulus psalmi, p his qui commutabũtur inscribit̃: oremus dominũ ut nos à gentilitate conuersos, in Iudæ ciuitates ædificet, & à iugo diaboli absolutos, ut soboles diligat proprias: Vt quos redemit per felis amaritudinẽ, per aceti asperitatem, per crucis supplicia, per clauorũ uulnera, per mortis cõtumeliam, per gloriam resurrectionis: sic custodire digneť in seculo, ut faciat participes sãctis
B suis in regno. Amen. *d* ¶ In finẽ psalmus Dauid in rememoratione eo quod saluũ fecit eum dñs.] Iste psalmus ex persona dñi incorporati canitur, deprecãtis præsidiũ patris. LXIX

DEus in adiutoriũ meum intende, domine, &c.] Nostrũ adiutorium Christus est, qui nũc patris auxilium postulat ad cõfutandos eos qui sibi aduersantur. *f* ¶ Confundãtur & reuereantur qui quærunt, &c.] In hoc enim confunduntur, cum eum cuius animã auferre uoluerũt, resurrexisse cognoscunt. *g* ¶ Auertanẽ retrorsum & erubescãt qui uolunt mihi mala.] Non immutentur in resurrectione cum sanctis, sed retrorsum conuersi erubescẽtes, quia quem ut hominẽ iudicauerũt, iudicare ut deum cernũt. *h* ¶ Auertãtur statim erubescẽtes, qui dicunt mihi euge euge.] Irridentiũ hæc uox est, quæ ad
Matth.27.e eos refertur qui dicebant: Si filius dei es, descẽde de cruce. Et iterum: Cõfidit in deum, liberet eum si uult. Post impiorũ uero pœnam, ad gloriã conuertitur beatorum. *i* ¶ Exultẽt & lætentur in te omnes qui quærũt te.] Qui per lachrymas pœnitẽtiæ te qui misericors es, requirũt. *k* ¶ Et dicant semper magnificetur dñs.] Accepta indulgẽtia peccatorũ. *l* ¶ Qui diligũt salutare tuum.] Diligentes te, eo quod sis omniũ uita. *m* ¶ Ego uero egenus sum & pauper, dominus, &c.] Christus dominus se crebro egenum & pauperem uocat: cuius cura in paternæ pietatis amore cõsistit. *n* ¶ Adiutor meus & protector meus es tu deus meus ne tardaue.] Hinc enim passionis
Ioan.13.c tempore discipulo dixit: Quod facis, fac celerius: scilicet ut passionem corporis uelox resurrectionis adiutorium præueniret. Qui uulneratus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, ipse nobis C nunc auxilium in tempore tribulationis miseratione solita largiatur, ut cũ sanctis eius exultantes, eum magnificare atq; extollere ualeamus. Amen. *o* ¶ Psalmus Dauid filiorum Ionathan & priorum captiuorũ.] Iste psalmus uocem continet prophetæ, de illa redemptoris humilitate corporea conquerẽtis, ac de eius resurrectione gloriosa canentis. LXX

IN te domine spera ut non cõfundar in æternum.] Orat ergo mediator noster, ut hæc confusio mortis non sit, ut cæterorũ omniũ diuturna. *q* ¶ Et in tua iustitia libera me & eripe me. Inclina, &c.] Iustitia enim tua est ut qui fecerit uolũtatẽ tuam, transeat à morte in uitam: per quam & ego nunc eripi deprecor. Vel aliter. Inclina ad me aurem tuam & salua me. Aures dñi dicũtur quãdo exaudire dignatur: quia formam serui accipiens, factus est obediẽs patri usque ad mortem, D
mortem autẽ crucis. Philip.2.b Propter quod & deus illum exaltauit, & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. *r* ¶ Esto mihi in deũ protectorẽ & in locũ munitũ, ut saluũ me facias.] Quia absq; te neq; refugiũ, neq; munitio, neq; protectio à quoquã præstari potest. Nũquid deus localis est? Licet localis sit ad se uenientibus, sed non est localis, quia ubiq; est. *s* ¶ Quia firmamentũ meũ & refugium meum es tu.] Firmamentũ, cum æqualis in eo cõsistit substantia. Refugiũ, iuxta imbecillitatẽ corporeã. *t* ¶ Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu, &c.] De potestate populi Iudaici, qui me uenturum in lege nõ intellexit. *u* ¶ Et iniqui.] Semper malignantis. Non omnes peccatores etiam iniqui. Peccatores sunt transgressores, id est, Iudæi & mali Christiani, qui uetus & nouum testamentum transgrediuntur. Iniqui qui non credunt, ut Paulus ait: Qui sine lege peccauerunt, sine le Rom.2.b ge & peribunt. *x* ¶ Quoniã tu es patientia mea domine.] Quia pro tua patior uoluntate. *y* ¶ Spes mea à iuuentute mea.] Ab initio ætatis corporeæ. Ideo spes nõ cõfunditur, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ sanctum qui datus est nobis. *z* ¶ In te confirmatus sum ex utero.] Legis utique, ex quo initiari credere. *a* ¶ De uentre matris meæ.] Synagogæ de qua processi. *b* ¶ Tu es protector meus domine. In te, &c.] A te protegar in passione, & tuum in gẽtibus nomẽ concinam. *c* ¶ Tanquã prodigiũ factus sum multis.] Dicebant enim illi: Samaritanus es tu, & dæmonium ha Ioan.8.f bes. *d* ¶ Et tu dñe adiutor fortis.] Dixisti mihi: Hic est Matth.17.d filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum

audite. *a* ¶ Repleatur os meū laude tua, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinē tuā.] Vnus dies est sanctis tuis in hoc mūdo, quem nulla obscurat nox, in quo & cum quibus, laudē, gloriam, magnificentiamq; concno tuam, quia ego in his sum. Ego cano tibi. Sed & nunc ipse dñs aperit os nostrū, ut possimus eius gloriā nunciare, atq; laudē eius disserere. *b* ¶ Ne proijcias me in tēpore senectutis, cum deficiet, &c.] In consummatione utiq; ætatis isti⁹. *c* ¶ Quia dixerunt inimici mei mihi.] Dicentes, hic nō est de deo, qui sabbatum non custodit. *d* ¶ Et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum dicētes: Deus dereliquit eum, &c.] Hæc dixerunt impij, & errauerūt: obcæcatum enim est malitia cor eorum. Sed & in ipsa passiōe quasi derelicto à deo dicebāt: Sine ueniat Elias & liberet eū. *e* ¶ Deus ne elongaueris à me, deus meus, &c.] Vt alligato forte uictor redeam ex inferno. *f* ¶ Confundātur & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur confu. &c.] Cum ego resuscitatus fuero. *g* ¶ Ego aūt semper sperabo in te dñe & adijciam, &c.] Vt quæ tibi lex offerre præcepit in sacrificijs suis uisibilibus redēptus populus deportet in moribus. *h* ¶ Os meū annunciabit iustitiā tuā tota die salutare tuum.] Resurgens enim congregabo ecclesiam in qua tuas concinam laudes. *i* ¶ Quia non cognoui literaturam, introibo in potentias dñi.] Cognouit ille negotiationem qui magistrū uendidit. Nam ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem. *k* ¶ Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.] Paternæ eum iustitiæ memorem propheta dicit, sicut & ipse in euangelio ait: Ego quæ audiui à patre meo, hæc loquor. *l* ¶ Deus docuisti me à iuuentute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua, & usque in senectam & senium deus ne derelinquas me.] Nunquā enim est derelictus à patre, sed semper testimonium perhibuit quia uerax est. *m* ¶ Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ uentura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam usque in altissima.] Hæc omnia Christianæ generationi annunciauit, quam suo sanguine acquisiuit, & pro qua passus est quæ sequuntur. *n* ¶ Quæ fecisti magnalia deus quis similis tibi.] Qui me misericordi consilio ad redemptionē humanam misisti. *o* ¶ Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me.] Multæ quidem ei tribulationes in carnis infirmitate ostensæ sunt ob salutem humani generis, sed omnia uiuaciter tolerauit. *p* ¶ Et de abyssis terræ iterū reduxisti me.] Hoc est de profunditate inferni. Dicant nunc Iudæi qui hunc psalmū in solum Dauid canere uolunt, quando de profūdo abyssi est eductus. *q* ¶ Multiplicasti magnificentiam tuam deus, & cōuersus consolatus es me.] Cū hi qui in inferno tenebātur mecū redierūt. *r* ¶ Nā & ego confitebor tibi in uasis psalmi.] Qui de illo uino nouo euangelicæ & apostolicæ prædicationis repleti, in psalmis me intelligunt præconatum. *s* ¶ Veritatem tuam deus psallā tibi in cithara deus sanctus Israel.] In his q te mente retinent. *t* ¶ Exultabūt labia mea cū, &c.] Hæc ad clausulā psalmi propheta dicit. *u* ¶ Et anima mea quā redemisti.] Ne ei mors secunda dominaretur. *x* ¶ Sed & lingua mea meditabitur iustitiā tuam cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt, &c.] Si uelitia, siue potestates aereæ, quæ mihi iniquas inferunt immissiones. Nos uero deprecemur dñm, ut repleto laudib⁹ eius ore humano, ea semp meditemur in cordibus, quæ ei placitis uocib⁹ proferamus. *y* ¶ In Salomonē.] Et hic psalmus proprie ad Christum refertur. Salomō quippe pacificus: & pacificus est Christus & pmanet cū sole & ante lunā generationis generationū. Si super Salomone iste psalmus intelligitur: hoc penitus stare non potest. Salomon qppe nec cū sole, nec cū luna permānsit. Si uero uolumus intellegere de Christo, quærendū quomō Christus nō habeat finem, cum sol & luna, & cœlū, & omnia ueterascere & trānsire dicantur. Sed iste. lxxi. psalmus quem propheta cecinit, filium dei in mundū uenturū ostēdit: eumq; post assumptæ carnis iniurias, liberatos & pauperes de manu potētis, cœlis redditū, à patre omne sumpsisse iudicium. Tale igitur sumit exordium. LXXI

Repleatur os meum laudē ut cantem gloriam tuam, & tota die magnitudinem tuam. Ne proijciās me in tempore senectutis, cum defecerit uirtus mea ne derelinquas me. Quiā dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum. Dicentes, deus dereliquit eum, persequimini & cōprehendite eum, quia non est qui eripiat eum. Deus ne elongaueris à me, deus meus in auxilium meum respice. Confundantūr & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur confusione & pudore qui quærūt mala mihi. Ego autēm semper sperabo in te, & adijciam super omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. Quoniām non cognoui literaturam, introibo in potentias domini, dominē memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus docuisti me à iuuentute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua. Et usque in senectam & senium deus ne derelinquas me. Donēc annunciem brachium tuum, generationi omni quæ uentura est. Potentiā tuam & iustitiā tuam deus usq; in altissima, quæ fecisti magnalia, deus quis similis tibi. Quantās ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & cōuersus uiuificasti me, & de abyssis tērræ iterum reduxisti me. Multiplicāsti magnificentiā tuam, & conuersus consolatus es me. Nam & ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatēm tuam deus, psallā tibi in cithara sanctus Israel. Exultābūt labia mea cum cātauero tibi & animā mea quam redemisti. Sed & linguā mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

In Salomonēm. LXXI

DEus iudicium tuum regi da, & iustitiām tuam filio regis. Iudicarē populum tuum in iustitia, per

& pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacē populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole & antē lunam generationis generationū. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidēt Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerēt, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabūt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperē à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Et uiuet & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, totā die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanū fructus eius, & florebūt de ciuitate sicut fœnū terræ. Erit nomen eius benedictū in secula, antē solem permanet nomē eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabūt eum. Benedictus dns deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternū, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.

A per passionem ac resurrectionē illius acquisisti. *a* ¶ Et pauperes tuos in iudicio.] Vt post præsentes ærumnas, consolationē capiant sempiternā. *b* ¶ Suscipiant montes pacem populo & colles iustitiā tuā.] Mōtes collesq; duplam habere intelligentiā, sæpe monuimus, id est, partis deificæ & aduersæ. Ergo hi qui seducēte aduersario, fauētibus diuitijs, in modū collium montiumq; eleuati sunt: subditi nūc deo, illam pacem iustitiāq; suscipiāt quā populus quem superius adoptiuum dixi mus tenet, id est, Christum, qui pax est nostra & iustitia. *c* ¶ Iudicabit paupe. &c.] Vt pro eō pauperes facti, cœlestib⁹ regnis locupletētur. *d* ¶ Et saluos faciet fil. &c.] Qui per eos cōuersi sunt. *e* ¶ Et humiliabit calūniatorē.] Largito iustis præmio, humiliat diabolum, qui nūc eis calumniator existit. *f* ¶ Et permanebit cū sole.] Cum claritate paterna. Nam huic soli aB tari ista non possunt: quia cum hoc mūdo dissoluetur. *g* ¶ Et ante lunā generatiōis generationū.] Prior enim stabit ante omnem cōgregationem ecclesiæ, manebitq; in sempiternū. *h* ¶ Et descēdet sicut pluuia in uellus.] Sicut eīn uellus Gedeonis pluuia descendens cum terra arida Iudic.6.g defecit: ita & hic illapsus est in uterum uirginalē per infusionem spiritus sancti. *i* ¶ Et sicut stillicidia stillātia super terrā.] Arida enim erat terra humani corporis cum aduenit, nec ullum fructū exhibere poterat sanctitatis, sed ipse eam prædicationis suæ stillicidijs fœcundatam, fructibus repleuit æternis. *k* ¶ Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.] Quod in diebus Augusti Cæsaris est impletum, cum dominus de thalamo uirginali processit. Nam ita his diebus omnia bella quieuerunt, ut etiam illud impleretur, quod alius propheta ce-Esa.2.d cinit, dicens: Conuerterunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Dies autem eius sunt cum concipitur, cum nascitur cum nutritur. Dies eius sunt, cum opera patris operatur: cum patitur, cum ad inferna descendit, cum resurgit, cum se discipulis præbet, cum cœlos ascendit. *l* ¶ Donec auferatur luna.] Eleuetur ecclesia. *m* ¶ Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad terminos orbis terrarū.] Totum hunc mundum sua passione acquisitū atq; subiectum Christo domino propheta testatur. *n* ¶ Coram illo procidēt Aethiopes.] Peccatis tenebrosi. *o* ¶ Et inimici eius terramEsa.49.g lingent.] Iuxta illud: Te adorabūt, & puluerem pedum tuorum lingent. *p* ¶ Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducēt. Et adorabūt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruiēt ei.] Omne hic mundiale imperium, honores & ordines, ad Christum dominum accedere eiq; colla submittere, bonorumq; morum dona deferre, propheta pronunciat, quod ex magorum muneribus intelligimus inchoatū. Ipsi enim gētium regumq; typum tenuisse mōstrantur. *q* ¶ Quia liberauit pauperem à potente.] Populum fidelem à potestate diaboli. *r* ¶ Et pauperē cui nō erat adiutor.] Parcet pauperi & inopi, & animas pauperū saluas faciet. Qui abiectis mundi diuitijs pœnitentiam egerunt, parcitur his & saluabuntur. *s* ¶ Ex usuris & iniquitatib⁹ redimet animas eorum.] Ne de pereūtibus usuris in terra cōstituāt thesauros, sed in cœlo collocēt sacculos qui non ueterascant. Sed & usuræ peccata sunt, cum malitia à satana accepta multiplicat. *t* ¶ Et honorabile nomen eorum coram illo.] Corā deo patre. *u* ¶ Et uiuet.] In sanctis suis, sicut & Paulus dicebat: Iam non Gala.2.d uiuo ego: uiuit autem in me Christus. *x* ¶ Et dabitur ei de auro Arabiæ.] Offerrent ei mentis puritatem: tāquam aurum Arabicum splendore pulcherrimo rutilās. *y* ¶ Et adorabūt de ipso semp.] Eo quod ab iniquitatibus liberati sunt. *z* ¶ Tota die benedicēt ei.] In uno ecclesiæ corpore congregati. *a* ¶ Et erit firmamentum in terra.] Magnum enim terræ labenti attulit eius aduentus, passio ac resurrectio firmamentum. *b* ¶ In summis montiū superextolletur super Libanum fructus eius.] Super omnes enim altitudines seculi eleuata est gratia baptismi, per quam peccata tolluntur. *c* ¶ Et florebunt de ciuitate.] Id est de cœlesti Hierusalem. *d* ¶ Sicut fœnum terræ.] Fœnum duplam habet rationē. Est fœnum quod aresc̄s decidit, & est fœnū floridum & uiridi coma perdurans, de quo ornantur coronæ sanctorū. Sancti ergo per baptismum renati, florebunt de cœlesti Hierusalem bonorū operum ornamēto splendidi. Sicut fœnū terræ. Non illius terræ maledictioni subditæ, sed illius melle ac lacte manātis. *e* ¶ Et erit nomen eius benedictū in secula.] Ab his quos inibi trāstulit perpetualiter benedicetur. *f* ¶ Ante solē permanet nomen eius.] Potestas scilicet nominis eius, iuxta illud: Ante luciferū genui te. *g* ¶ Et benedicētur in ipso omnes tribus terræ, &c.] Hoc enim euāgelista cōmemorat, domino sic dicēte: Prædicabitur hoc euangelium in Matth.24.b uniuerso mūdo. Sed & omnes gentes ueniēt & adorabūt corā te domine. *h* ¶ Benedictus dominus deus Israel qui facit mirabilia solus.] Fecit enim in ueteri testamento: facit & in nouo: cum dignanter uocat ea quæ nō sunt, tanquam ea quæ sunt. *i* ¶ Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum.] Iuxta illud: Et erit credentibus in me nomen nouum quod benedicetur in terris, id est, Ioan.7.f Christianū. *k* ¶ Et replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.] Cum effuderit spiritū suum sanctum super Ioan.2.g Act.2.c

Defecerũt hymni Dauid filij Ieſſe, pſalmus Aſaph. LXXII

QVàm bonus Iſrael deus, his qui recto ſunt corde. Mei autẽm penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſuper iniquis pacem peccatorum uidens. Quiã non eſt reſpectus morti eorum & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Prõdijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierũt in affectum cordis. Cogitauerũt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatẽ in excelſo locuti ſunt. Poſuerũt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. Ideò conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerũt, quomodo ſcit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo. Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergò ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die, & caſtigatiõ mea in matutinis. Si dicebam, narrabò ſic, ecce generationem filiorum tuorum reprobaui. Exiſtimabam ut cognoſcerẽm, hoc labor eſt ante me. Dõnec intrem in ſanctuariũ dei, & intelligã in nouiſſimis eorũ. Verumtamẽn propter dolos poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuiarentur. Quomodò facti ſunt in deſolationem ſubitò, defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium, dominẽ in ciuitate tua imaginem

a ¶ Defecerũt hymni Dauid filij Ieſſe. Pſalmus Aſaph.] Sciendum quod ſeptua geſimus primus pſalmus ſecundi libri finis ſit: unde & in extremo habet, fiat fiat: pro quo nos in ſuperioribns demõſtrauimus, amen amen in Hebræo dici. Etiam hoc diligẽtius obſeruandũ, quod defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe, ad finẽ ſeptua geſimi primi Pſalmi ptineat: id uero quòd ſequitẽ pſalmꝰ Aſaph initium ſit ſequentis.

LXXII

QVàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde.] Bonus enim eſt his qui eum uiſuri ſunt, ſicut
Matth.5.a dñs inquit: Beati mũdo corde, quoniam ipſi deum uidebunt.
c ¶ Mei autem penè
B moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia, &c.] Stabilitas ſanctitatis eius atq; inceſſio ad deum labebatur, eo quod æmulus impiorũ paciis, felicitatisq; fuiſſet.
d ¶ Quia non eſt reſpectus morti eorũ & firmamentum in plaga eorum. Et in labore hominum non, &c.] Ab infirmitate & plagis uelociter conualeſcũt, nec ſicut homines iuſti, tribulationũ quatiũtur flagellis.
e ¶ Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua.] Per arrogantiã enim felicitatis multiplicata iniquitate premuntur. f ¶ Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum.] In pinguedine quoq; diuitiarũ, oblita iuſtitia iniquitas proceſſit ab eis. De hac enim pinguedine
Deute.32.b & Moyſes ait: Impinguatus eſt Iacob & recalcitrauit.
g ¶ Tranſierunt in affectum cordis.] Vt ſuam & nõ dei facerent uoluntatẽ. h ¶ Cogitauerũt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti, &c.] Siue Iudæi, qui deum in carne poſitum blaſphemantes, nequitiæ laqueos tendebant in cogitationibus peruerſis, ſiue hæretici, qui per interpretationes iniquas deo detrahunt.
i ¶ Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.] Per ſuperbiam ſcientiæ locuti ſunt contra habitatorem cœli, ſed humiliatũ eſt uſque in terram iniquum eloquiũ eorum, & pertranſijt: quia firmam nõ habuit ſtationem. Idcirco his prophetijs dominus de ſuis loquitur dicẽs. k ¶ Ideo cõuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis.] Videntes hæc iuſti qui prius in peccatoribus zelati fuerant, cernẽtes pacem eorum, reuertuntur ad deum: ut plenitudinem dierum capiant æternorũ, ſcientes quia iniqui nec ad dimidiũ accedunt. l ¶ Et dixerũt: Quomõ ſcit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo. Ignorãt enim peccatores deũ omnia poſſe C cognoſcere: neſciẽtes miſeri quia nihil ab oculis eius abſconditur. m ¶ Ecce ipſi peccatores & abundãtes in ſeculo obtinuerunt diuitias.] Abundantes diuitijs ſeculi, perdiderunt dona paradiſi. n ¶ Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ & laui inter innocentes manꝰ meas.] Nũquid hæc uidens iuſtus fruſtra ſe iuſtificauit, aut in cõtrario innocens opus fecit? Sed hæc ex perſona iuſti dominus ipſe dicit, ſicut ſequentia docent. o ¶ Et fui flagellatus tota die.] Flagellabatur enim dominus ſæpe dolis eorum: ſed in die paſſionis certis cõtumelijs & ueris ictibus uerberatus eſt. p ¶ Et caſtigatio mea in matutino.] Iudas utique qui dixit: Quid uultis mihi dare, & ego indicabo eum uobis, ut apprehendat? Ipſe autem in matutino fuit flagellatus, cum ſequenti die de traditione dominica abijt, & laqueo ſe ſuſpẽdit. Matth.26.b
q ¶ Si dicebam narrabo ſic, ecce generationem filiorũ tuorũ D præuaricatus ſum.] Ordo lectionis & ſenſus iſte eſt. Dum ipſe me accuſo in orationibus matutinis, hoc reperi ut dicerẽ: Ego ſi ſic fuero locutus, ego ſi uoluero dei occulta rimari: incipio à filijs tuis alienus fieri, uelut non iuſtificetur quis neque iuſtũ faciat opus. Hi qui me prædicant & per me tui effecti ſunt filij in me conſurgunt. Hinc propheta loquitur.
r ¶ Exiſtimabã ut cognoſcerem, hoc labor eſt ante me.] Perſcrutatus ſum cuncta & ſi laborioſe; exiſtimaui tamẽ cum apoſtolo, quia non ſunt condignæ paſſiones huius Roma.8.d temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in ſanctis.
s ¶ Donec intrem in ſanctuarium dei, & intelligam in nouiſſimis eorum.] Intellexi etiam de his ſanctis ingrediens mente in eorum cœtum, quia & ſi in prima uita in paucis uexati: in nouiſſima tamen bene diſponentur in multis. Hinc ad illos qui in diuitiarum dolo confidebãt uerba uertuntur. t ¶ Verũntamen propter dolos poſuiſti eos.] Quia tribulauerũt iniquis fraudibus iuſtos.
u ¶ Deieciſti eos dum alleuiarentur.] In diuitijs alleuiati à te ſunt deiecti. x ¶ Quomodo facti ſunt in deſolationem.] Interrogãtis uocis hic modus eſt, & ſequitur reſpondentis. y ¶ Subito defecerũt perierunt propter iniquitatem ſuam.] Expoſuit enim ordinem rei, iuxta illud quod Apoſtolus ait: Cum dixerint pax & ſecuritas, 1.Theſſ.5.d tũc repẽtinus illis apparebit interitus. z ¶ Velut ſomnium exurgentium.] Sicut quis dormiens uidet in uiſu theſauros magnos auri argentiq;, & ſurgens omnia perdit: ita & hi diuitias ſuas poſt huius ſeculi uitam in qua uelut in ſomno uerſati ſunt. a ¶ Domine in ciuitate.] In cœleſti utiq; Hieruſalem. Imaginẽ ipſorũ ad nihilum rediges:

ipſorum ad nihilum rediges. Quiâ inflammatum eſt cor meum & renẽs mei commutati ſunt,& egõ ad nihilum redactus ſum & neſciui, Vt iumentũm factus ſum apud te,& ego ſemper tecũm. Tenuiſti manum dexteram meam,& in uoluntatẽ tua deduxiſti me, & cum gloriâ ſuſcepiſti me. Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid uolui ſuper terram? Defecit carõ mea & cor meũ deus cordis mei,& pars mea deus in æternum. Quiâ ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autẽm adhærere deo bonum eſt, ponerẽ in domino deo ſpem meam. Vt annunciẽm omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

Intellectus Aſaph. LXXIII

VT quid deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. Redẽmiſti uirgam hæreditatis tuæ, Mons Sion in quo habitaſti in eo. Leuâ manus tuas in ſuperbias eorum in finem, quantâ malignatus eſt inimicus in ſancto. Et gloriãti ſunt qui oderunt te, in medio ſolennitatis tuæ. Poſuerunt ſigna ſua ſigna,& non cognouerunt, ſicut in exitu ſuper ſummum. Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum, in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. Incenderũt igni ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul, quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei à terra. Signa noſtra non uidimus, iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius. Vſquequo deus improperabit inimicus, iritat aduerſarius nomen tuum in finem?

A rediges: Cum pulſantibus his cœleſtem regiam dices: Diſcedite à me operarij iniquitatis: quia non noui uos. *a* ¶ Quia inflammatum eſt cor meum.] Vt patris faciã uoluntatẽ. Chriſtus dominus hæc loquitur. *b* ¶ Et renes mei cõmutati ſunt.] Ne mihi prævaleret luxuria cogitationis humanæ. *c* ¶ Et ego ad nihilum &c.] Et humiliatum & ignorãtem ſe dicit ut uerũ hominẽ mõſtret. Nulla enim deus ignoratione fallitur: ſed tantum peccatores neſcit. *d* ¶ Vt iumẽtum factus ſum apud te. Portans in carne peccata populi tui. *e* ¶ Et ego ſemper tecũ.] Ego in te & tu in me. *f* ¶ Tenuiſti manum dexteram meam.] Deſcendẽre me in infernum: quia ſiniſtra diaboli aduerſabatur mihi. *g* ¶ Et in uoluntate tua deduxiſti me.] Reſurgentẽ. *b* ¶ Et cum gloria ſuſcepiſti me.] Cœlis redeuntẽ *i* ¶ Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te qd uolui ſuper terram.] Cum emphaſi legendum: tã grandia mihi in cœlis præparaſti,& ego infelix in terris à te parua quærebam? Aliter. Neq; in cœlo neq; in terra alium præter te quæſiui. A te enim impleta eſt uoluntas mea: ut mihi flectatur omne genũ, cœleſtium, terreſtrium & infernorũ Vox ſuccedit eccleſiæ dicentis. *k* ¶ Defecit cor meum & caro mea: deus cordis mei,& pars mea deus in æternũ.] Poſt deũ cordis ſui, id eſt, Chriſtũ dominũ, cuius pars facta eſt: tã corde quàm corpore toto deſiderat. Nam defectio quam ſe dicit habere: non pro diminutione: ſed pro deſiderio accipienda eſt. *l* ¶ Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.] Omnes qui fornicantur, ſine deo peccant. Qui autem peccat, longe eſt à deo: ideoq; perditioni eſt proximus. *m* ¶ Mihi autẽ adhærere deo bonũ eſt,] Cuius ſanguine ſum redemptus. *n* ¶ Ponere in domino deo ſpem meam.] Quia uanum eſt in ſeculi confidere bonis. *o* ¶ Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.] Per cõtẽplationem enim ſpei quam in deum habet: ſperat ſe induci in cœleſtis Hieruſalem portis: ad capeſſendam futurã beatitudinem cum electis eius, In quorum nos conſortium nõ meritorũ inſpector, ſed ueniæ largitor admittat Chriſtus dominus. Amẽ. *p* ¶ Intellectus Aſaph.] Ideo intellectus in titulo prænotatur: quia duplex captiuitas ſequitur, carnalis uidelicet & ſpiritualis. LXXIII VT quid deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.] Immenſum dominicæ pietatis donum eſt: qui ſic repellit ut reuocet: iraſcitur ut emẽdet. *r* ¶ Memor eſto congregationis tuæ quam poſſediſti ab initio.] Eccleſiaſticæ utique congregationis quam patriarcharum ſiue prophetarum uel uocationibus, uel ſacrificijs figuraſti. *s* ¶ Redemiſti uirgam hæreditatis tuæ.] Virga hæreditatis dei, Chriſtus eſt, ſicut Hieremiæ uidenti uigilã tem uirgam dicitur: bene uides: quia uigilo ego ſuper populum meum. Et iterum, Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet & ipſum gentes deprecabuntur. Hæc ergo uirga liberata eſt à perſequentibus inimicis. *t* ¶ Mons Sion in quo habitaſti in eo.] Siue in aſſumpto corpore, ſiue in eccleſia Vtrunque enim ad montem pertinet ſanctum. *u* ¶ Leua manus tuas in ſuperbias corum in finem.] Qui eccleſiam tuam impugnare conãtur. *x* ¶ Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.] Vt hos malis conſilijs homines perſecutores eorũ efficeret. *y* ¶ Et gloriati ſunt qui oderunt te.] Inſtinctu enim diaboli gloriantur: cum in odium dei, ſanctos martyres pœnis affligunt. *z* ¶ Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra: poſuerunt tabernaculum nominis tui.] Facta ſunt quidem hæc ſecundum hiſtoriam: uel cum Nabuchodonoſor eos abduxit in Babyloniam: uel cum Titus Veſpaſianus ſuccenſa ciuitate cum templo, multitudine gladio proſtrata, reliquum uulgus captiuum abduxit. Sed & modo cauendum eſt, ne quod tunc contigit Hieroſolymæ, Chriſtianæ nunc eueniat plebi: ſicut ſuperius iſto uerſiculo quem prætermiſimus quomodo dixit, Poſuerunt ſigna ſua, & ſigna non cognouerunt ſicut in exitu deſuper. Sic Babylonij in arrogantiam uictoriæ tumore ſublati, in templo tuo ſigna ſua poſuerunt, quomodo ſolent ſuper portarum fornices de hoſtibus trophæa conſtitui. Quod Symmachus planius interpretatus eſt, dicens: Poſuerunt ſigna ſua manifeſte in ædito in introitu portarum. Ergo habeat unuſquiſque noſtrum in corde ſuo uexillum crucis: non aduerſarij ſignum, ne eius ſecuri ſuccidatur à gratia, ſed falce euangelica purgetur ad gloriam. Non ſuccendatur in concupiſcentijs, ſed accendatur à ſpiritualibus ſacramentis. Non polluatur uitijs, ſed uirtutibus repleatur. Nec exiſtimet deum aliquid non poſſe cognoſcere, ſed confiteatur nihil oculis eius abſcondi. Poſtremo non præbeat conſenſum in improperijs diaboli, ſed glorificet nomen dei ſui.

Luc.13.c Ioan.6.d Rom.14.b Hier.1.g. Eſa.11.a 4.Reg.25.a

Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem. Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutē in medio terræ. Tu cōfirmasti in uirtute tua mare, tu contribulasti capita draconū in aquis. Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & uer tu plasmasti ea, Memor esto huius, inimicus improperauit domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam, memor esto improperiorū tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum, superbia eorū qui te oderunt ascendit, semper.

In finem ne corrumpas psalmus cantici Asaph. LXXIIII

COnfitebimur tibi deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua, cū acceperō tempus ego iusticias iudicabo. Liquefactæ

A a ¶ Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuā de medio sinu tuo in finē.] Sinus dei est sanctuarium eius sicut per alium ait prophetam. Sicut enim pastor gregē suum fouet & fœtus in sinu portat: sic dominus plebem
Esa.40.c suam uegetat. Tunc ergo ab hoc sinu uel inspectionem uel potentiam suam auertit, cum peccauerimus in eū. b ¶ Deus autem rex noster ante secula.] Sicut p Salomonem ex sapiē
Eccle.24.b tia quæ est Christus dicit, Condidit me in initio uiarum suarū, ante secula fundauit me. c ¶ Operatus est salutem in medio terræ.] Siue in Iudæa quæ mediū terræ dicit, siue in utero uirginali. d ¶ Tu cōfirmasti in uirtute tua mare.] Seculū uel quæ in eo sunt. e ¶ Tu cōfregisti capita draconis in aquis.] Potentiam dæmoniorū in baptismo subiecisti. Tu confregisti capita draconis in aquis: id est, diaboli. f ¶ Et dedisti eum escā populis Aethiopum.] Vt uersa uice ab his deuoraretur,
B siue comminueretur per signum crucis, quos prius deuorauerat in persuasionibus uanis. g ¶ Tu dirupisti fontes & torrētes, &c.] Apostolos uel reliquos prædicatores. h ¶ Tuus est dies & tua est nox.] Claritas euangelij uel obscuritas legis: quia te utraque pronunciant. i ¶ Tu fecisti solē.] Hominem illum per quē sedentes in tenebris lucem uiderunt magnam. k ¶ Et lunam.] Ecclesiam quæ in obscuritatibus seculi lucet. l ¶ Tu fecisti omnes terminos terræ.] Iussu enim tuo cuncta creata sunt. m ¶ Aestatem & uer tu plasmasti ea.] Quāquā & tempora anni & omnia elementa mundi deus fecerit tamen secundum Allegoriam uer dicimus, cum iusti in hoc seculo bonis operibus florent. Aestatem cum fructū laboris sui percipiunt. n ¶ Memor esto huius, inimicus improperauit domino, & populus insipiēs incitauit nomen tuum.] Stant tui martyres in agone: improperat diabolus. exacerbat gentilis populus. Tu domine memor esto eorum qui ob amorem nominis tui talia patiūtur. o ¶ Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.] O diabole, o ministri diaboli qui non uultis corpora deuorare sed animas. Tūc enim anima deuoratur ore bestiæ, cum conniuentiā præbet diabolicæ uoluntati. p ¶ Animas pauperū tuorū &c.] Et si ad horam subduntur tribulationibus, non pereant: sed probati manifesti fiant.
Philip.2.a q ¶ Respice in testamentum tuum &c.] Dumi interpretantur spinæ. Hi ergo qui obscurauerūt persecutionibus suis terrā tuā: repleti sunt sentibus iniquitatis. Tu uero dñe qui per testamentū tuum siue uetus siue nouū, quia utrunq; à te processit, & quasi unum habetur, promisisti protegere tuos, succisis nunc spinis erue nos. r ¶ Ne auertatur humilis factus cōfusus.] Nō obliuiscaē à te, qui in tribulatiōibus multis atteritur. s ¶ Pauper & inops laudabunt nomen tuū.] Cū promissia tua perceperint. t ¶ Exurge deus iudica causam tuā.] Pro his improperijs quæ uel tu sustinuisti pro nobis: uel nūc ecclesia sustinet. u ¶ Memor esto improperiorū tuorū, &c.] Vt in iudicio confundantur. x ¶ Ne obliuiscaris &c.] Qui te utiq; in præsentibus pressuris inuocāt cōsolētur à te. y ¶ Superbia eorū &c.] Nisi enim eorū superbia ascendat: hi nō humiliātur. Sic enim & dominus in Apocalypsi Apoc.22.c dicit: Impius impie agat, & iniquus amplius faciat iniqtatē. Ecce ego uenio cito, & merces mea mecū. Nos quoq; supplices deprecamur dñe, ut ereptos nos ab spinis iniqtatū, à superbiæ ruinosæ coturno, post mūdi cōtēptū attollere digneris in cœlum z ¶ In finē ne corrumpas &c.] Asaph interpretaē synagoga. In Hebræo nō habet in finē, sed habetur uictoria. Et Lxx. interpretes nō ualde errauerūt: si quidē uictoria pfecta est. Bene dixit in finē ne corrumpas. Hoc uerbū multis modis interpretaē D
Dicit & Dauid ad aliquem de amicis suis: ne corrūpas eū: hoc est Saul Videte qd dicat. Et in alio loco legimus. qm̄ benedixit Dauid dñm, quia custoditæ sunt manus eius, id est, ne interficiat Saul. Et nos ergo qñ non interficimus aliquē, custodiunt manus nostræ. Alij dicūt Quoniam iste Psalmus à Dauid cōpositus est, & ab Asaph cātatus est. Alij autē qm̄ ipse Asaph & cōposuit & cātauit. Ergo secundū Lxx. hoc dicit. O dñe q me custodisti ut nō mitterē manum meā sup Christū tuū Saul: usq; ad finē custodi me.

COnfitebimur tibi deus.] Hic confitebimur nō pœnitentiā significat, sed gloriā. LXXIIII b ¶ Et inuocabimus nomē tuū.] Nomē dei, pater est, Antea enim ignorabaē. Dicit enim dñs: Pater, reuelaui nomen Ioan.17.d tuū hoibus. Omnis enim filius nomē est patris. c ¶ Narrabim⁹ mirabilia tua.] Hoc dicit ecclesia: hoc dicit multitudo credentiū. Narrabimus mirabilia tua. Iste uersus cū prioribus iūgitur: iste autē qui seqtur: ex persona dñi dicitur. Sic enim interpretati sunt ueteres. d ¶ Cū accepero tēpus &c.] Nūc enim nō est iudex, sed erit. Si enim esset nūc iudex, peccatores nō erigerent, & in seculo nō obtinerēt diuitias. Hoc uos scādalizat, qm̄ iusti fugiunt, & peccatores persequunt: Hoc uos scādalizat: qm̄ iniquitas regnat in mūdo: Audite dñm dicentē, Cū accepero tēpus ego iusticias iudicabo. Tēpus enim iudicij reseruatū est. In præsenti nō est iudiciū, sed certamē. Nō enim iudicat pater quēq;, sed oē iudiciū dedit filio. Audiens aūt hoc ne scādalizeris & dicas: qa minor est iste qui Ioan.5.d accipit ab eo q dat, sed uide quid dicat in euāgelio: Neq; enim iudicat pater quēq; sed oē iudiciū dedit filio: qm̄ filius hoīs est. Reddit causam quare accepit iudiciū: qm̄ filius hoīs est. Audis filiū hoīs & dubitas quare accepit?

In finem

A ¶ In finem in carminibus psalmus Asaph, canticum ad Assyrios. LXXV

NOtus in Iudæa deus: in Israel magnū nomen eius.] Antequam illuminaret crux mundum,& antequam uideretur dominus in terra,notus erat in Iudæa deus,in Israel autem magnū nomen eius. Qñ aūt uenit saluator: in omnē terrā exijt sonꝰ eiꝰ, & in fines orbis terræ uerba eius. b ¶ Et factus est in pace locus eius.] Quod Hebraice dicitur in salē שלם. Videtur ergo secundum literam dicere Hierusalem,quæ ante uocabatur Salē & postea Iebus,& deinde dicta est Hierusalem in qua fuit rex Melchisedeck. Legimus,Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedeck. Non dixit secūdum ordinē Aaron: sed Melchisedeck. Quid uoluit dicere: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedeck: Manifestū est quod in illo loco de Christo dicitur. Sed quid ait, secundum ordinem Melchisedeck? B Aaron uictimas obtulit, Aaron hostiarū sanguinē fudit. Melchisedeck nihil horū fecit,sed tantummodo panem & uinum obtulit. Hoc ergo fecit Melchisedek & propterea dicitur, secundum ordinem Melchisedek. In Hebraico habet: Et factum est in salem umbraculum eius. Videte quid dicat secundum Tropologiam: nō est umbraculum domini nisi ubi pax est. Vbi zelus atque discordia: ibi non est protector deus. Dicamus & secundum Lxx. Locus dei non est, nisi in anima quæ pacē habet. Quæ ergo anima non habet pacem,sciat se non esse locum dei. Pacem meam do uobis: pacem meam relinquo uobis. Hæc est saluatoris hæreditas. c ¶ Et habitatio eius in Sion.] Secundū literā possumus dicere Hierusalem & Sion: quoniam ibi fuit templum. Secundum Tropologiam uerō & Anagogen dicimus: quia in Sion habitatio dei sit. Sion interpretatur specula. In quacūq; ergo anima noticia scripturarum est atque doctrina: ibi inhabitat deus. d ¶ Ibi confregit fortitudines arcuum Vbi? In Hierusalem & Sion. Hierusalem interpretatur pax, Siō specula. Videamus ergo quæ sit pax & quid sit specula. Dupliciter interpretemur: Aut humana anima in qua sit pax dei & contemplatio, aut certe ecclesia aut certe scriptura sancta. Ibi enim pax est & ibi habitatio & specula dei. Ibi confregit fortitudines arcuum: Illas sagittas ardentes quas mittebat diabolus. e ¶ Scutum, gladium & bellum.] Bellum illud de quo dicitur in alio loco: Dissipa gentes quæ bella uolunt. Et quid sequitur? Sela, quod interpretātur Lxx. diapsalma & Hebraice dicit semper. Videte ergo quia semper cōfringit dominus scutum & gladium & bellum. f ¶ Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.] Dupliciter interpretamur montes. In ueteri testamento prophetas: in nouo testamento apostolos. De istis montibus dicit: Leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxiliū meū. In istis mōtibus & ciuitas dei posita est. Non potest ciuitas abscōdi super mōtē posita. Nos oēs sedebamus in tenebris & in umbra mortis,& illuxit nobis dñs de mōtibus æternis, hoc est de prophetis & apostolis. g ¶ Cōturbati sūt omnes insipiētes corde.] Hūc uersum de infidelibꝰ possumus dicere. h ¶ Dormierūt somnum suum & nihil inuenerunt.] Vere hæc uita somnus est & diuitiæ. Quando enim uidemur eas tenere: statim amittimus: sicut illud quod scriptum est in prophetā. Sicut cum aliquis dormit sitiens, si inuenerit aquam bibit: postea cum uigilauerit, ipsa sitis manet: ita sunt & diuitiæ in hoc mundo: dum tenemus amittimus. i ¶ Dormitauerunt qui ascēderūt equos. Secundum Tropologiam dicamus. Denique Pharao ascendit equos, & dormitauit & perijt. Aegyptij habebant equos, sed D perierūt. Inde & præceptum est in lege: ut non Hebræus habeat equos. Denicq; Salomon non habebat equum de Hierusalē aut de Iudea: sed emebat sibi de Aegypto. Semper equi in Aegypto uendūtur. Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Illi ergo qui ascenderūt equos dormitauerunt ac perierunt. Habet & dominus noster equos: habet & mōtes lucidos Econtrario & diabolus habet montes tenebrosos. Sicut ergo sunt montes lucidi & montes tenebrosi, ita sunt & equi boni & equi mali. Diximus de equis malis, dicamus & de equis, bonis. Illo tempore quando ad Elisæum uenerunt ut eum comprehenderent, exijt puer & uidit exercitū in circuitu Assyriorū,& dixit Elisæus, Noli timere, quoniam plures nobiscū sunt qꝫ cum illis. Et ibi scriptū est. Dñe aperi oculos pueri tui ut uideat. Et apertis oculis uidit puer currus & equos: Hi erant auxiliatores. Videte ergo quid dicat, currus & equos. Nemo hominum erat super ipsos, sed erāt soli currus & equi. Hoc est quod uult dicere. Multitudo angelorū, ipsi & currus erant,& ipsi & equi: ascensor autē erat dñs. Propterea dicit in cātico Habacuc: Et equitatio tua salus. Hoc ad deū dicitur. O si nos essemus equi dei,& super nos dignaretur deus ascendere. Illi ergo contrarij equi dormitauerunt,& ascensores eorum. k ¶ Extunc ira tua.] Ex quo tempore ira dei? Quando populus clamabat ad Aaron in eremo dicens, Fac nobis deos quos sequamur. Hic enim Moyses qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid ei acciderit. Eduxisti eos de terra Aegypti,& continuo te negauerunt. l ¶ De cœlo auditum fecisti iudicium.] Locutus es de cœlo audiuit omnis populus,& contremuit,& tamen in te non crediderunt. m ¶ Terra tremuit & quieuit.] Israel autem nec timuit nec quieuit.

C pſal.120.a Matt.5.b

Apoc.22.c

pſal.119

Gen.14.c

B

D

Deu.17.d 3.Reg.10.d

4.Reg.6.c

Abacuc.3.b

Ioan.14.d

pſal.67.a

¶ Quo-

exurgeret in iudicium deus, ut ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. Quoniã cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Vouete & reddite domino deo ueſtro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ.

In finẽm pro Idithun pſalmus Aſaph. LXXVI

VOcẽ mea ad dominũ clamaui, uoce mea ad deũ & intendit mihi. In die tribulationis meæ deum exquiſiui, manibus meis nocte cõtra eũ, & nõ ſum deceptus. Renuit cõſolari anima mea, memor fui dei & delectatus ſum, & exercitatus ſum & defecit ſpiritus meus.

A a ¶ Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi.] Hoc eſt quod dicit in alio loco: Ab occultis meis mũda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Alienis à te quos ſubmittit diabolus. Et quid ſequitur? Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero. Si me non uicerint malæ cogitationes, tũc ero mundus in cõſpectu tuo. Et quid ſtatim ſequit? Et emũdabor à delicto maximo. Vide qd dicat. Si me cogitatio non uicerit, & ad opus non perduxerit, magno peccato liberatus ſum. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.
Iob.15.b & 25.b Nullus eſt enim mũdus in cõſpectu dei, ne ſi unius quidẽ diei fuerit uita eius. Aſtra non ſunt munda in cõſpectu dei, & ad uerſus angelos ſuos peruerſum quid excogitauit. Hoc totum quare? Quoniam ſi aſtra non ſunt munda, ſi in angelis peruerſum inuenitur: quanto magis in cogitatione hominum? Vbi ſunt illi qui dicunt, recede à me quia mundus ſum? Quotidie quid patimur, quid ſit in cogitationibus noſtris nouimus: & erubeſcimus dicere. Multi ſunt qui opera mala non fecerunt: alij ſunt qui nec locuti ſunt: cæterum qui in cogitatione non peccauerit, nullus hominum reperitur. Propterea nunc dicit: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. b ¶ Terribili.] Cui? Deo. c ¶ Et ei qui aufert ſpiritum principum.] Quãdo uidemus aliquos potentes, uerbi cauſa, imperatores, præfectos, & in ſeculo iſto nimium potentes, dicamus & nos, ad deum, Qui aufers ſpiritum principum. Spiritum poſſumus & de anima dicere, poſſumus & de ſuperbia dicere. Intelligamus & aliter: qui aufert ſpiritum principum. Principes hic intelligimus ſanctos. Ac ſi dicat, Princeps fuit Salomon, principes fuerunt cæteri ſancti, princeps fuit etiam & apoſtolus Iudas: & quoniam peccauerunt, deus tulit ab eis ſpiritum ſanctum. Nemo ergo dicat: ego epiſcopus ſum, ego preſbyter ſum, aut diaconꝰ, aut monachus: ego princeps ſum in iſto ſeculo, potens eſt deus tollere ſpiritum principum. Denique ut ſciatis quia tollit deus ſpiritum:
1.Reg.16.c receſſit ſpiritus dei à Saul bonus, & ſuffocabat eũ ſpiritus malignus. Sequitur: Et ſuffocabat eum ſpiritus dei malus. Ergo malum habet ſpiritum deus? Nequaq; ſed ideo receſſerat ſpiritus dei, ut poſtea ſuffocaret eũ ſpiritus malus: Propterea ſpiritꝰ dei dicitur malus. Denicq; ſanctus Dauid ſciens quia ſpiritus tolleret principũ: rogat deum & dicit: Spiritũ ſanctũ ne auferas à me. Terribili apud reges terræ. Et ſecundũ literã intelligitur. Cæterũ præſtet deus nobis, ut reges terræ ſimus, Reges terræ, ut imperemus carni noſtræ. Vnde dicit & Apoſtolus, Nõ
Rom.6.b regnet peccatũ in mortali ueſtro corpore. Et in alio loco
Prou.21.a ſcriptum eſt: Cor regis in manu dei. Iuliani perſecutoris cor in manu dei fuit. Saul cor in manu dei fuit. Manaſſe cor in manu dei fuit. Achab cor in manu dei fuit, & oĩm impiorũ regũ Iuda corda in manu dñi fuerunt. Videtis qm̃ ſecũdũ literã ſtare nõ poteſt: Reges ergo ſancti ſunt & iſtorũ cor in manu dñi eſt. Et nos ergo petamus deũ, ut reges ſimus, ut imperemus carni noſtræ, ut ſubiecta ſit nobis. Vnde dicit & Apoſtolus, Ideo caſtigo corpus
1.Cor.9.d meũ & in ſeruitutẽ redigo, ne forte aliis prædicãs ipſe reprobus efficiar. Imperet anima noſtra, ſeruiat corpus, & ſtatim ueniet Chriſtus & habitabit in nobis. Denicq; qd dicit ipſe in euangelio? Veniam, inquit, & ſtabo ante oſtium & pulſabo: & ſi quis mihi aperuerit: intrabo & cœnabo cum eo. Quotidie ſtat ante oſtium pectoris noſtri Chriſtus, intrare deſiderat. Aperiamus ei, ingredietur in nos, & hoſpes noſter erit & conuiua, hoc eſt & nobiſcum comedet, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. C

d ¶ In finem pro Idithun pſalmus Aſaph.] In Hebræo per Idithun: ut ſignificet non pro eo ſed per eum pſalmũ fuiſſe cantatũ. Quod autem ſequit, Aſaph pſalmus, in ueteribꝰ exemplaribus nõ habetur. LXXVI

VOce mea ad dñm clamaui, &c.] Videte quomodo in tribulatione eſt, & dñm & deum deprecatur, & tamẽ unus deus eſt Voce mea ad dominũ clamaui. Clamare eo tpe neceſſarium eſt, qñ longe eſt ille q̃ clamat. Ergo iſte qđ dicit, hoc eſt: quoniã propter peccata mea lõge ſum à te, propterea clamo ut me exaudias. Voce mea ad dominũ & intendit mihi. Ipſum eſt quod dicit & in alio loco, Ad dominũ cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me. In die tribulationis meæ Pſal.119. deum eqxuiſiui. Difficilem rem dicit. Nos quãdo tribulamur, in terram deiicimur, nihil aliud niſi de tribulatione cogitamus. Iſte uero in tribulatione cõmouetur ut deum deprecetur. Ac ſi aperte dicat, Filium perdidi, in cenſa eſt domus mea, ad mendicitatem ueni, non quæro illud quod perdidi, ſed dominũ quæro. Si enim iſtũ D inuenero, in iſto inuenio omnia. Quærite primũ regnũ Matt.6.d dei, & hæc omnia apponẽtur uobis. f ¶ Manibus meis nocte contra eum, &c.] In Hebræo aliter habet. Manus mea nocte extenditur, & non quieſcit. Manibus meis nocte contra eũ. Subauditur clamaui. Videte ergo quod & opera noſtra nobis tacẽtibus clamant ad dñm, propter ea dicitur, Factũ eſt uerbum dñi in manu Aggei prophetæ. Aggei 1.d Non ei fit in ore: hoc eſt in ſermone, ſed in manu: hoc eſt in opere. Manibus meis nocte: hoc eſt, clamaui, manibus clamaui, Propterea dicit & ad Moyſen. Quid clamas ad me? Exo.14.d Et certe non eſt ſcriptũ ibi qa clamaret Moyſes ad deũ, ſed quoniã cor ipſius clamabat, Abba pater. Inde eſt quod dicit in Hieremia, Non ſiluit pupilla oculi mei. Videte ergo quod & pupilla oculi noſtri nõ taceat, Threu.2.f ſed quotiẽſcũq; lachrymas proferimus, totiẽs clamamus ad deũ. Manibus meis nocte cõtra deũ. Id eſt quod dicitur, In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta, & benedicite dominũ. In nocte iſtius ſeculi & in tenebris cum alij ad uitia properarent, ego opera mea ad te ſolũ leuabã. Et non ſum deceptus, Quoniã ſic clamaui & opere clamaui. Nõ ſum deceptus. Dupliciter intelligitur, Aut cõſecutus ſum quod uolebã, aut certe nõ ſum deceptus ab inſidijs diaboli qui me circunuenire cupiebat. In Hebræo autẽ ſcriptũ eſt, Manus mea in nocte extenditur & non quieſcit. Semper extẽditur manus uirtutibus, nonnunquã peccatis cõtrahitur. g ¶ Renuit conſolari anima mea.] Quantum in peccatis meis eſt, ſpe me nulla poteram conſolari. h ¶ Memor fui dei &c.] Quãtum in peccatis meis fuit, nullã inuenire potui cõſolationem Rurſum cogitaui de deo, & in miſericordia ipſius delectatus ſum. In Hebraico aliter habet: Memor fui dei & conturbatus ſum, Conſideraui manſuetudinem ipſius, conſideraui pietatem, conſideraui mundiciam, & uidẽs meipſum immundum uehemẽter conturbabar. i ¶ Exercitatus ſum & defecit ſpiritus meus.] In Hebræo melius habet. Loquebar in memetipſo, & defecit ſpiritus meus, ſiue deſperatione ſiue deſiderio dei.

¶ Antici-

Anticipauerũt uigilias oculi mei, turbatus sum & nõ sum locutus. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, excitabar & scopebam spiritum meum. Nunquid in æternum proiiciet deus, & nõn apponet ut complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscidet, à generatione in generationem. Aut obliuiscetur misereri deus, aũt continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto uia tua, quis deus magnus sicut deus noster, tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis uirtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum, uocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transierunt, uox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ,

A *a* ¶ Anticipauerunt uigilias oculi mei.] In Hebræo aliter habet, Prohibebam suspectum oculorum meorum, constupebam & non loquebar. Quod dicit hoc est: Cõsiderans peccata mea, oculos ad cœlum erigere non audebam: Peccatori enim dicit deus: ut quid tu enarras iustitias meas? Propter ea stupebam, timebã loqui non poteram. Hoc iuxta Hebræos. Anticipauerunt uigilias oculi mei. Anteq̃ aliquis uigilaret, ego uigilabam. Legimus & in Daniele: Et ecce, inquit, ir: id est, uigil. Nõ dormitauit neq̃ dormiet, qui custodit Israel. Ergo monachus qui non uigilat hunc uersum non potest dicere. *b* ¶ Turbatus sum & nõ sum locutus.] Hoc est qd̃ dicit Apostolus: Sol nõ occidat super iracundiam uestrã. Turbatus sum, quasi homo: nõ sum locutus, quasi Christianus. Iracũdia cœpit in corde meo: sed iracũdiã in uerba nõ protuli. *c* ¶ Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui.] Quantum pro peccatis meis est, desperabã, & renuerat consolari anima mea. Cœpi cogitare ab initio mundi, quando hominem fecit deus usque ad annum meum: ab Adam usque ad tempus meum. *d* ¶ Meditatus sum nocte cum corde meo & scopebam spiritum meum.] Non cogitabam de iracũdia: non cogitabam de inimico meo: sed tota mea cogitatio de deo erat. Nox quæ solet esse ad quietem, uel ad libidinem: mihi erat cogitatio de uirtutibus Meditatus sum nocte cum corde meo, & scopebam spiritum meũ: hoc est fodiebam quasi agrum, ut ibi mitterẽ semen doctrinarum domini. *e* ¶ Nunquid in æternum proiiciet deus?] Hæc erat tota cogitatio mea. Deus hominem fecit de terra, & promisit ei uitam æternam: quomodo ergo de paradiso electus est? *f* ¶ Et non adiiciet ei ut placeat adhuc. Aut in finem misericordiã suam abscideat à generatione in generationem?] Hoc est utranq̃ generationem proficiet, & prioris populi & sequentis? Et si proiecerat Iudæorũ populum: nunquid & gentium proficiet? *g* ¶ Aut continebit in ira misericordias suas.] Non potuit pulchrius dicere: quamuis se teneat ut non misereatur: tamen uincit illum misericordia sua. *h* ¶ Et dixi nunc cœpi.] In Hebræo aliter habet: Et dixi, imbecillitas mea: id est hoc quod patior: nõ est de crudelitate dei sed de peccatis meis. *i* ¶ Hæc mutatio dexteræ excelsi.] Vt dominus misereatur: ut det gratiã suam uniuerso mundo, ut non retineat in ira sua misericordias suas. Hæc mutatio dexteræ excelsi, Nisi dextera eius: hoc est, filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit: nos misericordiam accipere non possumus. Et dixi nũc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Qui cum in forma dei esset constitutus, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem deo, sed exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs *k* ¶ Memor fui operum domini.] Quæ fecerat Moysi, quæ fecerat sanctis. *l* ¶ Quia memor ero ab initio mirabilium tuorũ, &c.] Tota mea cogitatio de uirtutibus tuis est. Consideró quomodo illis misertus es, & de me non despero. *m* ¶ Deus in sancto uia tua.] Quicunq̃ ergo sanctus nõ est: uia dei in eo nõ est. Via dei quæ est? Ego sum uia & ueritas. Hoc saluator dicit. Via ergo dei filius est, uia autẽ dei nõ est nisi in sancto. Volumus ut Christus habitet in nobis? simus sancti. Dei enim uia in sancto est. *n* ¶ Quis deus magnus sicut deus noster.] Sicut enim sunt dij multi: & domini multi. Hoc loquitur Apostolus, Deus steterit in synagoga deorum: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: Et ad Moysen, Dedi te deũ Pharaonis. Sancti dij dicuntur. Illi secũdum gratiã dij: tu autẽ natura deus es. *o* ¶ Tu es deus q facis mirabilia.] Nõ dixit qui fecisti, sed qui facis mirabilia. Quotidie facit deus mirabilia, & operatur & filius & spiritus sanctus. Tu es deus qui facis mirabilia. Heri latro: hodie Christianus. Heri fornicator, hodie continens. Heri rapiebas aliena, nunc tua porrigis. *p* ¶ Notã fecisti in populis uirtutem.] Christus dei uirtus & dei sapientia: mysterium quod à seculis fuerat absconditum, nunc notum fecit in populis. *q* ¶ Redemisti in brachio tuo populum tuũ.] Domine quis credidit auditui uestro, & brachium domini cui reuelatum est? Redemisti in brachio tuo populũ tuũ, id est, in Christo. *r* ¶ Filios Iacob & Ioseph.] Vtrũq̃ populũ, & Iudæorum & Christianorũ. Iacob in populo Iudæorũ, & Ioseph in populo gentiũ. Deniq̃ Ioseph interpretaẽ lingua Hebræa augmentũ. Illi ergo præcesserũt, & nos adiũcti sumus: propterea dicit filios Iacob & Ioseph. *s* ¶ Viderunt te aquæ deus, &c.] Interim dicamus secundum literam, hæreamus terræ propter simpliciores. Quando populus trãsiuit per mare rubrum & per Iordanẽ, creatorem suum intellexerunt aquæ, & populus non intellexit. *t* ¶ Et turbatæ sunt abyssi.] Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. *u* ¶ Multitudo sonitus aquarum discusserunt nubes.] Pro nubibus aquas habet in Hebræo. Quod ait: *x* ¶ Vocẽ dederunt nubes.] Hoc interpretantur quando uisus est deus in Sina monte. *y* ¶ Etenim sagittæ tuæ perambulant: uox tonitrui tui in rota.] Et hoc interpretantur de fulgoribus, & dicunt: Qnãdo tonitruat deus, similem uocem facit rotæ. Videtis quomodo adhuc in terra hæream, & loquar secundum literam occidentem. *z* ¶ Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.] Hic quid facis tu Iudæe? In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Et hoc fac, aut de mari dici aut de Iordane. Et uestigia tua non cognoscentur. Hoc secundum literam, quomodo intelligis? Propter simpliciores secũdũ literam diximus, reuertamur ergo ad intelligentiam spiritualem. Viderunt te aquæ deus. Loquamur de reuelatione Ioannis. Aquæ, inquit, multæ, populi multi sunt. Viderunt te aquæ deus. Quæ aquæ? Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Viderunt te aquæ deus. Mentes & animæ puræ. Viderunt te aquæ & timuerunt. Timor non fuit de odio, sed de fide. Et turbatæ sunt abyssi.

Dicamus

Psal.49.c — Dan.10.d — Psal.120.d — Ephes.4.f — Psal.118. — Aggei 1.d — Exo.14.f — Thren.2.f — Psal.134.d — Matth.6.d — Philip.2.d — C — Ioan.14.f — I.Cor.8.b — Psal.81.d — Exo.7.d — D — Esa.55.d — Psal.13.d — Apoc.17.d — Psal.148.d

commotâ eſt & contremuit terra. In mâri uia tua & ſemitæ tuæ in aqûis multis, & ueſtigia tua non cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manû Moyſi & Aaron.

Intellectûs Aſaph. LXXVII

A Dicamus aliquid ſecundum intelligentiam ſpiritualem In principio Geneſeos ſcriptum eſt. Et ſuper aquas, inquit, ferebatur ſpiritus. Et deinde ſcriptum eſt: Super abyſſos, inquit, ferebantur tenebræ. Videte ergo quid dicitur in principio Geneſeos, hoc eſt ſecundum intelligẽtiam ſpiritualem, Super aquas, inquit, ferebatur ſpiritus. Iam eo tẽpore baptiſmũ ſignificabatur. Non enim poterat eſſe baptiſmum ſine ſpiritu Super abyſſos uero tenebræ. Iſta eſt abyſſus ad quam dæmones poſtulant, ne mittantur à Ieſu. Super abyſſos ergo tenebræ. In aquis erat mũdicia: in abyſſis, tenebræ. Quæ ſint abyſſi, me tacente intelligitis, quoniã dæmones formidant ire in abyſſum. Vocem dederunt nubes. Nubes, prophetæ: quæ Iudæis tacuerũt, nobis locuti ſunt. Vocẽ dederunt nubes, etenim ſagittæ tuæ tranſierunt. Prædicatio ſermonis Chriſti in uniuerſum orbẽ cucurrit. Vox tonitrui tui in rota. Tonitruus proprie, grandis uox eſt. Denique eo tempore quando deus locutus eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: facta eſt uox tonitrui rotæ ſimilis. Denique propterea ſcribitur. Abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarũ tuarũ, Hoc eſt, duo teſtamenta, nouũ & uetus. Vox tonitrui tui in rota. Vox prædicatiõis tuæ in rota. Propterea grandis uox dicitur, qa grãdis eſt prædicatio. Vox tonitrui tui in rota: toto orbe per circuitũ. Non ſolũ auditur in Iudæa quod tu loqueris, ſed & auditur in ſeculo. Hoc diximus generaliter. Dicamus aũt ſpecialiter de interiori homine, Rota modico quodã ueſtigio ſtat in terra, & nõ ſolũ ſtat, ſed quaſi percurrit: non ſtat, ſed tangit & præterit, Denique cum uoluitur, ad altiora tranſcendit. Ita & ſanctus uir,

B quoniam in corpore eſt, neceſſitatẽ habet aliqua de terrenis cogitare, & quando uenerit ad uictum & ueſtitum & cætera huiuſmodi: habens uictum & ueſtitum, his cõtentus eſt: & tangens terrã, ad altiora feſtinat. Ille qui curit, & ad altiora feſtinat, in illo eſt ſermo tuus. Legimus &

Zach.9.d in propheta: Sancti lapides uoluuntur ſuper terram. Videte quid dixit: ſancti lapides uoluuntur ſuper terram. Quoniam enim rotæ ſunt, propterea uoluuntur ſuper terram: & ad altiora feſtinant. Vultis ſcire rotas plures?

Ezech.1 Legimus & rotam in rota. Legimus & in Ezechiel: Inuicem ſibi hærent rotæ. Duæ rotæ, ſunt nouum & uetus teſtamẽtum. Iſta rota in illa hæret: & illa in iſta. Tamen uidete quid dicitur & in Ezechiel: Et quocũq; inquit, ducebat ſpiritus, illuc ſequebantur & rotæ. Hoc & in Eccleſia

Eccẽs.12.e ſte dicitur: quod in conſummatione mundi reuoluetur rota ſuper lacum. Multa ſunt quæ dicantur de rotis: ſed ad reliqua feſtinat oratio. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ. Apoſtolica prædicatio. a ¶ Commota eſt & contremuit terra.] Niſi terra noſtra commota eſſet & conturbata, nos Chriſtiani non eſſemus. Commota eſt & contremuit terra. Super nullum enim requieſcit ſpiri-

Eſa.66.a tus domini, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementẽ uerba eius. b ¶ In mari uia tua.] Vbi fluctus, ubi amara aqua, ubi draco habitat: ubi piſciculi minuti hærent. In mari uia tua. Qui eras in cœlo deſcendiſti in terram Secundum literam poſſumus dicere. Eo tempore quo eduxit Moyſes Iſrael, tu eras qui educebas. In mari uia tua. Deinde poſſumus & ſecundum hiſtoriam aliter dicere, maria tibi fuerunt uia. Sed illud ſemel fecit. Cæterũ quotidie loquitur ad mare: Tace, obmutesce. Dominus te mitigat, ut nos per iſtud ſeculum tranſire poſſimus. In mari uia tua. Ille uenit fons uitæ, ut dulcoraret mare.

Ezech.47 Mare amarum, mare mortuũ. Propterea iuxta Ezechielem: egreditur de templo domini fons aquæ uiuæ & uadit ad mare mortuum, quod nihil habebat uiuens. Nulli enim piſciculi eſſe poterant in mari mortuo, nihil uiue-

bat in mari mortuo. De templo domini, hoc eſt, de ſinu C eius egreſſus eſt ſaluator, & dulcorauit mare mortuũ & amaras aquas. In mari uia tua: & ſemitæ tuæ in aqs multis. Propterea in mari uia tua: ut tu faceres uiã, & ſequerentur te apoſtoli tui. c ¶ Et ſemitæ tuæ in aquis multis: & ueſtigia tua nõ cognoſcentur: deduxiſti ſicut oues populum tuum.] Bonus paſtor deduxit quaſi oues populum ſuũ. d ¶ In manu Moyſi & Aaron.] Hoc fecit ſecundũ literã: Cæterum quotidie facit in nobis. In manu Moyſi, id eſt, in lege. Scimus aũt quoniã Rom.7.d lex ſpiritualis eſt. In lege tua ſpirituali & Aaron, hoc eſt, in ſacerdotio. In lege tua ſpirituali & in ſacerdotio tuo ſpirituali, nos deduxiſti populum tuum. Hoc ſecundum literam intelligamus de Moyſe & Aaron. Eductus quidẽ eſt Moyſes & Aaron, ſed non introductus in terram repromiſſionis. Succeſſit ei Ieſus. Videte quod ſcriptũ eſt: Moyſes in deſerto mortuus eſt: Aaron mortuus eſt: Maria mortua eſt: & hoc eſt quod ſcriptum eſt in propheta Zach.11.b Et percutiã, inquit, tres paſtores in mẽſe uno. Illi mortui ſunt: neq; enim potuerãt intrare in terrã repromiſſionis. Viderunt tantũmodo contra terrã repromiſſionis, & intrare non potuerunt. Iudæi uiderunt terram repromiſſionis, & intrare non potuerunt. Mortui enim in deſerto ſunt, & cadauera eorum ſunt in ſolitudine: eorum qui mortui ſunt in deſerto. Nos filij ſub Ieſu duce uenimus ad Iordanem, & intrauimus terrã repromiſſionis, & uenimus ad Galgala: & ſecundo circunciſi ſumus ſpiritùali circunciſione: & ablatum eſt à nobis opprobrium Aegypti. Nunc ipſe Ieſus dux noſter gladium tenet: & ſemper nos præcedit: & pugnat pro nobis & uincit aduerſarios: & ſeptem diebus circuimus Iericho, hoc eſt, iſtum D mundum. Canimus ſacerdotalibus tubis, & circuimus Hiericho, hoc eſt, iſtum mundũ, & cadunt muri eius, & nos ingredimur, & uictores exiſtimẽ. Deinde uincimus ciuitatẽ Ahi: uenimus poſtea ad Iebus: uenimus ad Azor, uenimus ad alias ciuitates. uincimus aduerſarios, quos ſub Moyſe uincere non potuimus. Gratias ergo agamus duci noſtro Ieſu: Illo enim duce, illo pugnante, nos uincimus. Ille imperauit ſoli ut ſtaret, & ſteterit: & iſtius typo ille magnus erat: ille imperabat, ſed dominus efficiebat. Ille uictor extitit: ille in ſpelunca quinque reges interfecit, ille nos induxit in terram repro- Ioan.10.d miſſionis. Illi agamus gratias: ille eſt filius Nun, quod nos legimus Naue. Ille eſt qui dicebatur Oſee, quod nos Auſe legimus. Non enim dicitur ſecundum Hebraicam ueritatem Auſe, ſed Oſee, id eſt ſaluator. Vere ſaluator: Saluat enim nos & eduxit de deſerto, & induxit in terrã repromiſſionis: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Septuageſimuſſeptimus pſalmus. Præcipit ſcriptura diuina: quando ad diuitis prandium inuitati fuerimus, cum intelligentia mittamus manum noſtram ad epulas Igitur & nobis diues prandium præpoſitum ſcripturarum eſt. Venimus in pratum, ubi herbæ florent: hinc roſa rubet, inde candẽt lilia, diuerſi flores ſunt. Anima noſtra huc illucq; trahitur: unde flores pulchriores capiat. Si roſam colligimus, lilium relinquimus: ſi lilium tuleri mus, uiolæ nobis ſuperſunt. Ita & in ſeptuageſimoſeptimo pſalmo, qui myſticus eſt, & ſacramentis plurimis inuolutus: quancunq; aſpexeris literam, flores ſunt. Flores diuerſi, & non poſſumus totos colligere. Eligamus autẽ omne quod poſſumus, è paucis poteſt & cætera florum dignitas contemplari. e ¶ Intellectus Aſaph.] Hoc titulo prænotatur. Ipſe nos titulus ad intelligentiam prouocat. Aſaph unus fuit de chorodidaſcalis: ſicut fuerũt & filij Core, & Idithun, & cæteri. Ergo de cæteris ex chorodidaſcalis & iſte unus eſt propheta. Quia ergo intel-

lectus

A lectus est simplex,& in psalmo narratur historia,necessi tate compellimur omne quod scriptū est,secūdū intelligentiam intelligere. Scriptum est, In terra Aegypti in campo Taneos: Interrupit mare: & eduxit eos in nube diei,& tota nocte in illuminatione ignis,& cætera. Videmus qa simplex narratur historia. Si ergo sic intellexerimꝰ ut scriptum est, sine causa titulus prænotatus est, Intellectus Asaph. Sin autem intellexerimus ut titulus prænotatur: necessitate compellimur, aliud in litera habere aliud in spiritu reperire. LXXVII

ATtendite populus meus legē meā, inclinate aurē uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio.] Videtis quia bene supra scriptum est, Intellectus Asaph. Denique & ipsa prophetia sic incipit: Attendite populus meus legem meā, Non Moysi legē sed legē meam, inclinate aurem uestrā in uerba oris mei. Hoc est quod dicit in euāgelio: Qui habet aures audiendi, audiat. Luc.8.a
Aperiā in parabolis os meū. Aperiā uobis quod Iudæis elausum est. Aperiā in parabolis os meū. Et sine parabolis, Mar.4.d
inquit, nō loquebatur eis: discipulis autē suis secreto solebat parabolas. Aperiam in parabolis os meū. Quod illis in parabolis loquor foris, uobis intrinsecus aperiā.
B Et loquar propositiōes ab initio. Pro propositionibus, in Hebræo habet, in ænigmate. Ergo omne quod dicitur ænigma est. Aenigma nō est hoc quod dicitur, sed aliud quid significatur. Dicat mihi aliquis: Vim facis scripturæ, Cum enim titulus habet: Intellectus Asaph, tu mihi ex persona Christi interpretaris hoc dictū. Ex persona Christi interpretemur hoc dictum, si Christiani sumus. Sumus autem Christiani, qui Christi baptismū accepimus, & nō solū confitemur, sed & profitemur quia Chri Matt.13.c
stiani sumus. Debemus ergo credere euangelistis. Scriptum est in euangelio secundum Matthæum: Cum, inquit, locutus fuisset in parabolis dominus noster atque saluator, & illi non intelligerēt: & cætera quæ scripta sunt in euangelio. Et postea euangelista quid intulit? Hæc omnia, inquit, facta sunt, ut impleretur illud quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meū, & loquar propositiones ab initio. Vides ergo quod euangelista Matthæus hoc ex persona Christi intellexit. Cum enim induxisset dominum dicentem in parabolis, & illi non intelligerent: hoc inquit, factum est, ut impleretur quod scriptum est, Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio. Videtur nobis nihil remanisse quæstionis: sed diligenter attendite: Studij enim mei est non declamare more rhetorico, sed scripturarum sensus aperire. Denique & dominus atq; saluator quid dixit: Scru Ioan.5.f
tamini scripturas & ibi inuenietis quomodo de me scri- Marc.12.c
ptum est. Et alibi dixit Iudæis. Erratis, nescientes scripturas neque uirtutem dei. Videte quid dicat: Erratis. Quare? Nescientes scripturas. Quoniam autem nescitis scripturas: propterea nescitis Christum, qui est dei uirtus, & dei sapientia. Dicitur ergo in Matthæo: Hæc, inquit, facta sunt, ut impleretur quod scriptū est in Asaph prophetā. Sic inuenitur in omnibus ueteribus codicibus: sed homines ignorantes tulerunt illud. Denique multa euangelia usque hodie ita habent: Vt impleretur quod scriptum est per Esaiam prophetam. Aperiam in parabolis os meum: & loquar propositiones ab initio. Hoc Esaias non loquitur, sed Asaph. Denique & impius ille C
Porphyrius proponit aduersum nos hoc ipsum & dicit Euangelista uester Matthæus tam imperitus fuit, ut diceret: quod scriptum est per Esaiam prophetam: Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio: ergo simpliciter dicamus, quomodo illud in euangelio scriptum est, sic scriptum est in Matthæo & Ioanne, quod dominus noster hora sexta crucifixus sit Rursum scriptum est in Marco: quia hora tertia crucifixus sit. Hoc uidetur esse diuersum, sed nō est diuersum. Error scriptorum fuit: Et in Marco hora sexta scriptum fuit: sed multi episemum Græcum τ, putauerunt esse τ: sicut & ibi error fuit scriptorū, ut pro Asaph, Esaiā scriberent. Scimus enim quia prima ecclesia de imperitis cōgregata fuit gētibus. Ergo cum legerēt in euangelio: Vt impleretur quod scriptum est in Asaph propheta: ille qui primus scribebat euangelium, cœpit dicere: Quis est iste Asaph propheta Non erat notus in populo, & hoc fecit: ut dum errorem emendaret, faceret errorem. Dicamus aliquid simile, & Matt.27.d
in alio loco in euangelio secūdum Matthæum: quando Iudas retulit triginta argenteos, & noluerunt accipere sacerdotes, nec mittere in corbonā: quoniam erat preciū D
sanguinis, & emerunt inde agrum figuli in sepulturam peregrinorum, Precium Christi, sepultura nostra est, & uocatur ager ille Acheldemach, quod est ager sanguinis. Sanguinis ager non Iudæorum, sed nostra sepultura est. Nos enim peregrini fuimus & aduenæ, & non habebamus ubi requiescerēmus. Ille crucifixus est & mortuus, & nos cum illo consepulti sumus. Vt impleretur, inquit, quod scriptum est in Hieremia propheta: Retulit, inquit, triginta argenteos, precium quod appreciatum est, &c. Sicut scriptum est, inquit, in Hieremia propheta: Hoc in Matthæo scriptū est. Requisiuimus in Hieremia propheta: & hoc penitus inuenire non potuimus, sed in Zach.11.e
uenimus illud in Zacharia. Videtis ergo: qa & hic error fuit, sicut ibi. b ¶ Quāta audiuimus &c.] Hi uersiculi ab: Attendite populus meus legem meam: usque in istū uersiculum: Loquar propositiones ab initio: ex persona Christi dicuntur. & ipse saluator loquitur. Iam cæteros uersiculos usq; ad finem psalmi, ex persona apostolorum debemus accipere. Dicēte ergo domino: Inclinate Matth.10.c
aurem uestram ad uerba oris mei. O apostoli, quod, inquit, audistis in secreto, prædicate super tecta. Quid dicunt apostoli? Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patriarchæ & prophetæ locuti sunt nobis. c ¶ Et patres nostri narrauerunt nobis, &c.] Propterea illi locuti sunt, ut nos filij eorum sciremus. d ¶ Et legem posuit in Israel, quanta mandauit patribus nostris.] Illis carnaliter locuti sunt, sed nos ea spiritualiter intelligimus. e ¶ Vt nota facerent ea filijs suis.] Hoc est, nobis. Propterea illis locutus est, ut nobis proderēt. f ¶ Filij qui Psal.44.d
nascentur & exurgent, & narrabunt filijs suis.] Pro patribus, inquit, tuis nati sunt tibi filij. Nos filij sumus illorum. Illi nobis narrauerunt, & nos narrauimus filijs nostris: filij eorū nos sumus. g ¶ Vt ponant in deo spem suam.] Vt iam non credant in idolis, sed in deo credant. h ¶ Vt non obliuiscantur opera dei.] Vt uideant ordinem creaturæ, & ex creatura intelligant creatorem. i ¶ Et mandata eius exquirant.] Non contem-

ATtendite populus meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei, Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera. Narrātes laudes domini & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et suscitauit testimonium in Iacob, & legē posuit in Israel. Quanta mādauit patribus nostris notā facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur & exurgēt, & narrabūt filijs suis. Vt ponant in deo spem suā, & nō obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant.

A nant ſicut Iudæi,ſed exquirãt ſicut Chriſtiani. *a* ¶ Nec fiãt ſicut patres eorum.] Ne murmurent ſicut murmu-
1.Cor.10.b rauerunt quidam in deſerto,& perierunt. *b* ¶ Genera
Matth.16.a tio praua & exaſperans.] Non ego hoc loquor: prophe-
ta tuus hoc loquitur de te. Generatio praua & exaſpe-
rans. Generatio adul
tera & peſſima ſignũ
quærit:& ſignum nõ
dabitur ei,niſi ſignũ
Ionæ. Quare dixit,
praua? Quia facti ſũt
in arcum peruerſum
Arcus enim nunquã
extenditur in eũ qui
ſe mittit,ſed cõtra ad
uerſarios. Iſta autem
generatio cum eſſet
recta à deo condita:
&haberetur in manu
dei quaſi arcus, ut
mitteret per eam ſa-
gitas,uerſa eſt quaſi
arcus peruerſus,blaſphemans in creatorẽ ſuũ. *c* ¶ Ge-
neratio quæ non direxit cor ſuum.] Vſque hodie peruer
ſus eſt Iſrael. *d* ¶ Et non eſt creditus cum deo ſpiritus
eius.] Quoniã non recepit filium:propterea nõ recepit
ſpiritum ſanctum Denique ſpiritus ſanctus, quãdo de-
ſcendit in ſpecie columbæ,nõ deſcendit ſuper turbas Iu
dæorum,ſed ſuper unum Ieſum. Si uis ergo Iudæ ſpiri
tum accipere,crede in Ieſum, quoniam ſpiritus ſanctus
ſedet in Ieſu. *e* ¶ Filij Ephraim intendentes & mitten-
tes arcum.] O quanta myſteria,o quanti flores. Non di-
co dies,ſed & totus menſis ad intelligentiam iſtius pſal
mi nõ poteſt ſufficere. In ſingulis uerbis ſenſus ſunt. Ha-
bemus & theſaurũ in uaſis iſtis fictilibus. Multi hoc in-
terpretantur de corpore,& de ſpiritu ſancto, hoc eſt, ha-
B bemus theſaurum in uaſis fictilibus. Eſt quidem & i-
ſta intelligentia,ſed iſta multo melior eſt: quoniam habe
mus theſaurum precioſiſſimum in uaſis fictilibus, hoc
eſt,in uerbis ruſticis ſcripturarum. Filij Ephraim inten-
dentes & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli, &
cætera. Legimus in Regum libris: quoniam ſub Ro-
boam filio Salomonis, Ieroboam filius Nabath ſcidit
populum à reliquo populo, & decem tribus duxit in
Samariam. Iudæ uero tribus & Beniamin remanſerunt
ſubimperio Roboam:& multi de tribu Leui, qui habi-
tabant in Hieruſalem ſacerdotes & leuitæ(ſicut ſcriptum
2.Parali.11.c eſt in Paralipomenon)reuerſi ſunt ad templum dei, hoc
eſt,in Hieruſalem. Tres ergo tribus fuerunt,hoc eſt, Iu-
da,Iuda ipſa regalis tribus,& Beniamin,& poſtea Leui-
tæ ibi uenerant de diuerſis tribubus ad templum. Qui
erant ergo in Samaria,de tribu Ephraim habebant re-
gem. Quomodo enim qui regnabãt in Iudæa, habebãt
regem de tribu Iuda & genere Dauid: ſic qui regnabant
Oſee.7.a in Samaria,habebant regem de tribu Ephraim. & re-
ges ipſorum uocabantur Ephraim. Legamus Oſee pro
phetam,& omnem prophetiam eius contra Ephraim re
periemus. Et dicitur ibi: Ephraim, inquit,factus eſt qua
ſi columba inſipiens. Vide quid dicat. Columba enim
inſipiens relinquit templum,& habitat in ſyluis. Colũ-
ba ſemper in domibus habitat. Ephraim uero columba
mea reliquit templum: reliquit domum,& habitat in ſyl
uis: habitat in deſertis. Hoc interim ſecundum literam,
debemus enim & hiſtoriã ponere. Nunc uero poſt literã,
quaſi per quoſdam gradus debemus ad maiora conſcẽ
dere. Dicamus ergo, filios Ephraim, omnes eſſe hæreti-
cos. Et iſti enim receſſerunt de domo dei, & iſti dimi-
ſerunt Dauid: & habitant in deſertis. Et dicuntur qui
dem columbæ: quia legunt ipſi ſcripturas, ſed inſipien-
ter intelligunt. Multi ſunt qui dicuntur filij Ephra-
im, intendentes & mittẽtes arcũ. Vide omnes hæreticos,
qui dereliquerunt Hieruſalem: qui dereliquerunt tem-

Nc fiãnt ſicut patres eorum,generatiõ praua & exaſpe
rans. Generatiõ quæ non direxit cor ſuum, & nõn eſt
creditus cum deo ſpiritus eius. Filij Ephrãim intenden
tes & mittentes arcum,cõuerſi ſunt in die belli. Nõn cu-
ſtodierunt teſtamentum dei,& in lege eius noluerunt
ambulare. Et obliti ſunt benefactorum eius, & mi-
rabiliũm eius quæ oſtendit eis. Cõram patribus eo-
rum quæ fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo
Taneos. Interrupit mare & perduxit eos, & ſtatu-
it aquas quaſi in utre. Et deduxit eos in nube diei,

plum dei: qui habitant in Samaria. Vbi fecerunt uitu- G
los aureos? In Bethel & Dan. Et uide quid dicat: Fece-
runt uitulos aureos in Bethel,in domo dei, idololatræ
facti ſunt. Et fecerunt illud in Dan: hoc eſt, in iudicium
ſuũ & in condẽnationẽ. Dereliquerunt domũ domini,&
nihil aliud niſi de au
ro cogitant. Dicat ali
quis: Quare fecerunt
uitulos aureos? No-
ſter theſaurus repoſi-
tus eſt inuaſis fictili-
bus. Eccleſiaſtici em̃
ruſtici ſunt & ſimpli
ces,omnes uero hæ-
retici, Ariſtotelici &
Platonici ſunt. De- Hiere.51.c
nique ut ſciatis quo-
niam omnis eloquen
tia ſecularis, aurum
dicitur: hoc eſt, quo-
niam lingua eorum
quaſi propter ſplen
dorem auri dicitur: Calix aureus Babylon in manu
domini. Videte quid dicat Babylon confuſionis. Ergo
mũdus iſte,calix aureus eſt. De hoc calice aureo omnib?
gentibus propinatur. Filij Ephraim intendentes & mit-
tentes arcum. Quamcunq; uideris ſcripturam hæretico
rum, omnes ſuperſtitiones habent. Reuerſi ſunt in die
belli. Neſciũt eum qui dixit: Pacem meam do uobis,pa- Ioan.14.d
cem meam relinquo uobis: ſed ad uerba ſunt præpara-
ti. Habent uerba,ſed audient illud quod ſcriptum eſt, Pſal.67.a
Diſſipa gentes quæ bella uolunt. Dicat aliquis,noſtram
eſſe ſententiam, Videamus conſequentia. *f* ¶ Non cu-
ſtodierunt teſtamentum dei:& in lege eius noluerũt am
bulare,& obliti ſunt benefactorum eius.] Conſurrexe-
runt contra eum, qui eos regenerauit in baptiſmate.
g ¶ Et mirabilium eius quæ oſtẽdit eis.] Videte ſenſum D
ſcripturarum,quomodo de filijs Ephraim uenit ad hi-
ſtorias præteritas: ut illud quod ſcriptum eſt, Aperiam
in parabolis os meum,loquar propoſitiones ab initio,
parabolice dictum oſtendat. *h* ¶ Coram patribus
eorum quæ fecit mirabilia in terra Aegypti in campo Ta
neos: interrupit mare & perduxit eos: ſtatuit aquas qua
ſi in utre,& deduxit eos in nube diei.] Dicat aliqs: Vim
facis ſcripturæ, Simpliciter enim dicitur de populo Iſ-
rael, quãdo eductus eſt de terra Aegypti,& propterea ſe
cundum hiſtoriam dicitur. Et legimus decẽ tribus quo-
niam dereliquerunt deum,& idololatræ effecti ſunt, &
quaſi ſecuti ſunt uitulos aureos. Videamus Aſaph pro-
pheta quo tempore fuerit. Vtique illo tempore, quando
fuit Dauid quadraginta annis. Rurſum Salomon aliis
quadraginta annis. Poſt octoginta annos ſub Roboam,
poſtea ſciſſæ ſunt decẽ tribus. Vides ergo quod dicitur:
non dicitur de decem tribubus,ſed de hæreticis prophe
tatur. Coram patribus eorum fecit mirabilia. Obliti er-
go ſunt hæretici patris ſui,qui fecit mirabilia in terra Ae
gypti, in tenebris iſtius ſeculi, quomodo illos liberauit.
In eccleſia renati ſunt,& poſtea ubi nati ſunt, diſplicet
eis eccleſia. In terra Aegypti,in campo Taneos: ubi ido-
lolatria. ubi rex Aegypti,ubi equitatus Aegypti, ubi Iã-
nes & Mambres aduerſarij Moyſi,ubi idololatria. Nos
omnes eramus in Aegypto,& à domino liberati ſumus.
Interrupit mare & eduxit eos. Ambulabat dominus ſu-
per mare,& fluctus maris mitigauit,& nos perduxit. In
terrupit mare & eduxit eos. Vſque hodie o monache fi-
delis,quando educeris de Aegypto, interrumpitur ma-
re,& ſic educeris. Statuit aquas quaſi in utre. In Hebræo
non habet utrem,ſed ſicut aceruum. Et deduxit eos in
nube diei. Ecce dominus uenit in Aegyptum in nube le
ui. Nubem leuem,aut proprie ſaluatoris corpus debe-
mus accipere, quia leue fuit,& nullo peccato grauatum
eſt. Aut certe nubem leuem debemus ſanctam Mariam

accipere

accipere nullo semine humano prægrauatam. Ecce dominus uenit in Aegyptum, seculi istius, super nubem leuem, uirginem. Et deduxit eos in nube diei. Pulchre dixit, diei: Nubes enim illa nō fuit in tenebris, sed semper in luce. *a* ¶ Et tota nocte in illuminatione ignis.] Et tenebræ nō sunt abscōsæ à te. Sicut lux tibi: ita & nox tibi. Et tota nocte in illumina-
Deut.4.d tiōe ignis. Dominus noster, ignis cōsumēs est, Ignis consumēs. Non dixit quid cōsumens, nobis intelligētiam dereliquit. Qui super fundamentum Christi ædificauerūt lignum, fœnū, stipula: dominus illis ignis consumens est. Ignis duplicē habet naturam: & lucet & urit, Si peccatores sumus, incēdit: si iusti, lucet nobis. *b* ¶ Interrupit petrā in deserto.] Interrupta nobis est petra in eremo. Percussa est, petra, & fluxerūt aquæ. Illa petra quæ dicit: Qui sitit, ueniat & bibat: de cuius uentre fluxerunt flumina.
Ioan.7.c *c* ¶ Et adaquauit eos
B uelut in abyssō multa.] In deserto, ubi aqua nō erat, abundātia nobis aquarū facta est. *d* ¶ Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquā flumina aquas, &c.] O peruersitas cordis prauā, in deum male loquitur: & qui iusti
Num.20.b ciam esurire debuerat, carnes requirit & holera. Nam sicut Moyses percussit in eremo petrā & produxit popu-
Rom.4.d lo aquas: ita & dominus quē Paulus percussum ait propter peccata nostra, immēsos nobis protulit fontes, apostolos scilicet, quos petra monstrauit: & per quos fluxerunt torrentes. Torrētes autem doctores accipimus: per quos torrentes: id est, subsequentes ecclesiarum doctores repleti sunt. Ex quorū nos prædicatione, sitim uerbi dei restinguimus. Sed & fontē baptismi nobis atq; martyrij, eadē petra ostēdit. De latere enim eius cum percussus est, sanguis & aqua processit: quod baptismū & martyrium figurauit. Torrentes autem doctores dicti: quia priusquam crederent, ab imbribus & uolutabris huius seculi erant repleti. Nunc autem baptismo abluti, à fonte uitæ perennis inundauerunt. Addit murmuratio Iudaica, dicens. *e* ¶ Nunquid & panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?] Difficilem putat uirtutē dei: ut qui eduxerit aquā de saxo, quasi nō possit manna dare de cœlo. *f* ¶ Ideo audiuit dominus & distulit.] Vtique se ab eis, ne in terram repromissionis intrarent. *g* ¶ Et ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.] Iacob non semper supplantator uitiorum intelligitur, nec Israel in omnibus uidēs deum, accipitur.
1.Cor.10.d Apostolus autem docet esse Israelem secundū carnē: de
Iudicū.8.f quo dicitur. Et fornicatus est Israel. Si enim uidisset mēte deum, fornicatus utique nō fuisset. Sic de Iacob, cum

& totā nocte in illuminatione ignis. Interrūpit petram in eremo, & adaquauit eos uelut in abyssō multa. Et eduxit aquam de petra, & eduxit tāquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei, in ira concitauerunt excelsum in inaquoso. Et tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo, & dixerunt, nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petrā & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob & ira ascendit in Israel. Quiā nō crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius. Et mā dauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducādum, & panem cœli dedit eis. Panem angelorum māducauit homo, cibariā misit eis in abundantia. Transtulit austrum de cœlo, & induxit in uirtute sua aphricum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris uolatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc, & nō crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in uanitate dies eorū, & anni eorū cū festinatione.

Esau pollutum idolis adorabat, dicens: Videō faciē tuā tanquam faciem angeli dei. Vel cum impinguatus recalcitrauit, non erat supplantator uitiorum. Ideo & hic ita intelligendum est: quia accēsus est in Iacob, terrenus ignis concupiscentiæ, & ira in ultione diuina, super Israēl carnalem ascendit. C
Gen.33.b *b* ¶ Quia non crediderunt in deum, nec sperauerunt in salutari eius.] Nec patrem, nec filium, qui salus mūdi est crediderūt. *i* ¶ Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandū.] Præstita hæc sunt Hebræis: sed & modo in ecclesia prophetis & apostolis præcipitur: ut nobis uerbū prædicationis, quo anima spiritualiter pascatur, annuncient. *k* ¶ Panem cœli dedit eis: panē angelorum manducauit homo.] Ipse homini cibum præbuit, qui dixit: Ego sum panis uitæ, qui de cœlo descēdi, qui māducauerit ex eo, uiuet in æternū. Ex hoc enim pane, cœli, sancti reficiuntur & angeli. *l* ¶ Cibaria misit eis in abūdantia.] Vt iam non literæ hordeo, sed spiritualis tritici dogmate satientur. *m* ¶ Et trāstulit austrum de cœlo, & induxit in uirtute sua Aphricū, & pluit super eos sicut puluerē carnes, &c.] In uētis, flatū spiritus sancti demonstrat. Collatio autem multitudinis, quæ puluери uel arenæ maris assimilatur, terrenum & durum eorum arguit sensum. *n* ¶ Et ceciderūt in medio castrorum eorum, &c.] Castra, synagogas dicit. Tabernacula uero, corda eorum in quibus hæc defluxerunt. Quod autem eos nimis indicat saturatos: ingluuiem eorum carnalem increpat: quod hi qui de dei præceptis refici debuerant de puluere is se carnibus sentiunt satiatos. *o* ¶ Et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.] Immensa pietas domini, ut terreno uictu esurientes pascit: sic & qui eū desiderauerit, cœlesti (quē superius diximus) pane replet. Ergo hi qui carnes tantū & non deū desiderauerunt, quid in sequenti pertulerint, uideamus *p* ¶ Adhuc esca eorum erat in ore ipsorū, & ira dei ascēdit super eos: &c.] Hæc de his qui deū post acceptū māna dereliquerūt. Nam & nūc in ecclesia si quis carne & sanguine Christi reficitur, & declinat ad uitia, nouerit sibi dei iudiciū imminere, sicut Paulus apostolus ait. Qui
1.Cor.11.f acceperit corp⁹ & sanguinē Christi indigne, iudiciū sibi sumit & bibit. *q* ¶ Et electos Israel impediuit.] Impediūtur & nūc electi ecclesiæ, si ne ipsi quoque sacerdotes innocenter hæc sacramenta percipiāt. *r* ¶ In omnibus his peccauerunt adhuc, &c.] Peccant quotidie iniqui, quoadusque deficiant: & cum festinatione deficiūt, quia sacerdotibus dei obaudire cōtemnunt: sicut & populus

A ille qui contrā famulum dei Moyſen murmurabat. a ¶ Cum occideret eos quærebant eum & reuertebantur,& diluculo ueniebant ad eum.] Flagellati in peccatis reuertebantur,excuſſoq; infidelitatis ſomno,maturabant ut audirent uerbum dei. b ¶ Et rememorabantur quia deꝰ adiutor eſt eorum,& deus excelſus redemptor eorū eſt.] Nullum poſſe intellexerunt adiutorium ferre, niſi illū qui eos de ſeruitute Aegypti liberauit. c ¶ Et dilexerunt eū in ore ſuo.] Cum dicerent: Omnia quæcūq; præceperit Moyſes,faciemus. d ¶ Et lingua ſua mētiti ſunt ei.] Dicentes Moyſi: Omnia quæcunque dixerit dominus faciemus. e ¶ Cor autem ipſorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſūt in teſtamento eius.] Nam & dominus teſtimonio utens Eſaiæ prophetæ, dicebat, Populus hic labiis me honorat: cor autem eius longe eſt à me. f ¶ Ipſe autem eſt miſericors, & propicius fiet peccatis eorum, & non diſperdet eos, & abundauit ut auerteret iram ſuam,& non accendit omnem iram ſuam.] Multitudo enim miſericordiarum continet eum: ut dum expectat pœnitentiam,nō puniat delinquentē: quia non uult mortem peccatoris,ſed ut conuertatur & uiuat, g ¶ Et rememoratus eſt quia caro ſunt.] Scit enim quia caro ſemper reſiſtit legi dei. h ¶ Spiritus uadens & non rediens.] Nouit enim quia homo amiſſo ſpiritu in puluerem reuertitur. Nam & ſpiritus ſanctus cum recedit à peccatoribus,quādiu in uolutabris peccaminum ſunt,non reuertitur ad eos. i ¶ Quotiēs exacerbauerunt eum in deſerto: in iram concitauerunt eum in inaquoſo.] In incredulitate utique atque aridi-tate cordis ſui. k ¶ Et conuerſi ſunt & tentauerunt deum,&c.] Erat tunc Moyſes ſanctus Iſrael, qui deum & mente uidebat & oculis,quem ſæpius exacerbabāt. Sed & nunc exacerbant,cum audiunt,quod Chriſtū dñm in carne naſciturum annunciat. l ¶ Non ſunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.] Pharaōis utiq;,qui figuraliter diabolus dicitur. m ¶ Sicut poſuit in Aegypto ſigna ſua:& prodigia ſua in campo Taneos.] Sicut enim tunc in decem ſignis,id eſt plagis,Moyſes populū ex Aegypto liberauit,ita & Paulus apoſtolus,decem epiſtolis præſentis mundi tenebras oppreſſit. n ¶ Et conuertit in ſanguinē flumina eorum,& imbres eorum ne biberent.] Vana philoſophorum uerba,quæ in doctrinis Platonicis eccleſiæ paruulos interimebant:in ultionem diuinam illis cōuerſa eſt & in cruorem:ut qui ſanguinem fundebant,id eſt,animas iugula uerant ſeducēdo,ſanguine deinceps potarētur. o ¶ Mittit in eos cynomyiam & comedit eos.] In cynomyia Cynicorum ſectam indicauit:quæ libidinē atq; luxuriam, ſummum prædicat bonū. p ¶ Et ranam & diſperdidit eos.] In ranarū uocibus,poetarum carmina deſignantur:quæ per inflationem uerboſitatis,exterminationum fabulas intulerūt. q ¶ Et dedit eruginī fructus eorum.] In erugine ſiue canicula,fornicationis forma mōſtratur.Nā ſicut hæc lento repens conamine, crudeliſſime arborū fructibus inſidiatur: ita & hæc blande illiciens homines, iniqs eos atq; occultis morſibus ſæuiſſime uorat. r ¶ Et labores eorū locuſtæ.] In locuſta, humani generis diſcordiæ confutātur.Quæ cum ſine rege ordinatū ducat exercitum, humanum tamen genus ſemper diſſidet ac diſcordat. s ¶ Occidit in grandine uineas eorū & moros eorū in pruina.Et tradidit grādini &c.] In grandine caſtigatio diuina mō ſtratur:in qua uel uineæ, uel arbores flagellantur: hæ ſcilicet quæ pro bonis fructibus,tribulos protulerūt. Ab hac enim grā dine & iumenta occiduntur,ut eorum inſipientia arguatur: q diuinum nomen beſtijs indiderūt. Ignis quoque ad depaſcenda uitia & illuminanda credētium corda mittitur,ſicut dominus ait:Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut accēdatur. t ¶ Miſit in eos iram indignationis ſuæ:indignationem & iram & tribulationem immiſſionem per angelos malos.] Vt qui diuinis plagis non arguebantur,diabolicis inſidijs tunderētur. Qui autem ſint angeli,ipſe dominus in euāgelio declarauit:Ite,inquit,in ignē:quē præparauit pater meus diabolo & angelis eius. u ¶ Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ: & non pepercit à morte animabus eorum,& iumenta eorum in morte cōcluſit.] Habet uiam diuina ira: cum in peccati ultione quis traditus,non liberat animam ſuam à ſupplicio gehennæ. Vel cum inſipientia,quæ iumentis eſt ſimilis,in morte ſempiterna cōcluditur. x ¶ Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum,primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.] Sicut hæc geſta in Aegypto referūtur:ita & dominus, principatus & poteſtates, ſiue dæmoniorum, ſiue uitiorum in hoc mundo ſacroſancto aduentu ſuo deleuit, ac triumphauit in ligno crucis ſuæ,& ab eorū corde depulit,qui calliditati diabolicæ dediti fuerant: quia Cham, calliditas interpretatur. y ¶ Et abſtulit ſicut oues populū ſuum & perduxit eos tāquam gregem in deſerto.] His plagis uerberata dominus Aegypto, eduxit populum ſuū de ſupraſcripta ſeruitute,quem ſanguine ſuo redemerat: &

collocauit

Cum occiderēt eos quærebant eum & reuertebātur,& diluculo ueniebāt ad eum.Et rememorabānt,quia deus adiutor eſt eorum,& deus excelſus redemptor eorū eſt.Et dilexerūnt eum in ore ſuo,& linguā ſua mentiti ſunt ei.Cor autēm eorum non erat rectum cū eo,nec fideles habiti ſunt in teſtamēto eius.Ipſe autēm eſt miſericors, & propicius fiet peccatis eorū & non diſperdet eos.Et abundauit ut auerteret iram ſuam,& non accendit omnē iram ſuam.Et recordatūs eſt,quia caro ſunt, ſpiritus uadēns & non rediens. Quotiēns exacerbauerunt eum in deſerto,in irā concitauerūt eum in inaquoſo.Et conuerſi ſunt & tentauerunt deum,& ſanctum Iſrael exacerbauerunt,Non ſunt recordāti manus eius, die qua redemit eos de manu tribulātis.Sicūt poſuit in Aegypto ſigna ſua,& prodigia ſua in cāpo Taneos.Et conuertit in ſanguinē flumina eorū, & imbres eorū ne biberent.Miſit in eos cynomyiam & comedit eos,& ranam & diſperdidit eos.Et dedit erugini fructus eorū,& laborēs eorum locuſtæ.Et occidit in grandinē uineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum, & poſſeſſiones eorum igni. Miſit in eos iram indignationis ſuæ,indignationem & iram & tribulationem, immiſſionem per angelos malos. Viām fecit ſemitæ iræ ſuæ,& non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte concluſit.Et percuſſit omnē primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.Et abſtūlit ſicut oues populū ſuum,& perduxit

Exo.24.a

Eſa.29.d

B

C

D

Luc.12.f

Matt.25.d

eos tanquam gregem in deserto. Et deduxit eos in spe & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie eorũ gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. Et tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. In iram concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit, & ad nihilum redegit ualde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus. Et trãdidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit, Iuuenes eorum comedit ignis, & uirgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & uiduæ eorum non plorabuntur. Et excitatus est tanquam dormiens dominus: tãquam potens crapulatus à uino. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim nõ elegit Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Et ædificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in secula. Et elegit Dauid seruum suum & sustulit eum de gregibus ouium, deposit fœtantes accepit eum. Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Psalmus Asaph. LXXVIII

collocauit eum in ecclesia, quæ prius sterilis fuerat ac deserta: de qua ait, Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. *a* ¶ Et eduxit eos in spe & non timuerũt & inimicos eorum operuit mare.] Collocatis his in spe æternitatis, operuit mare inimicos eorum, scilicet ut cũ hi abluebantur baptismo, diabolus cũ suis exercitibus mergeretur. *b* ¶ Et induxit eos in mõtem sanctificationis suæ: in montem quem acquisiuit dextera eius] In ipsam ecclesiam quam uirtute gloriosæ resurrectionis suæ acquisiuit. *c* ¶ Et eiecit à facie eorum gẽtes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis, & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.] Eiectis peccati gentibus à cordibus humanis, data est eis possessio terræ uiuentium: factumq; est, ut ubi quondam sortilegus hariolusq; habitauerat, nunc mente uidens deum inhabitet. *d* ¶ Et tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsum & testimonia eius nõ custodierunt. Et auerterunt se & non seruauerũt pactum, &c.] Ad Iudæos nunc sermo cõuertitur: quos nec uirtus, nec beneficia mollierunt diuina: sed sicut patres eorũ occiderant prophetas, ita & isti in suũ dominum persequũtur. *e* ¶ Conuersi sunt in arcũ prauũ.] Arcus enim peruersus est: qui dum contra inimicos sagittas putatur iacere, nauci at tenentem, Sic & Iudæi, qui in deum liberatorem suũ iniquas iaculantur uerborum sagittas. *f* ¶ In iram cõcitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerũt.] Relicto enim eo, seruierunt idolis ac simulacris, adorantes etiã in mõtibus. *g* ¶ Audiuit dominus & spreuit: & ad nihilum redegit ualde Israel.] Illum qui tantum nomine, & non uisione Israel erat. *h* ¶ Et repulit tabernaculum Silo: tabernaculum suum, in quo habitauit inter homines.] Vel in tabernaculis Silo sub Eli, uel in Hierusalem sub Salomone. Sed his repulsis, elegit potius templum regis uirginis incorruptæ, siue ecclesiæ sanctæ ex gentibus euocatæ. *i* ¶ Tradidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, & conclusit in gladio populum suum & hæreditatem suam, &c.] Manifeste hic excidium illud quod in Hierosolymis sub Tito, Vespasianoq; actum est, præconauit. Et quia tanquam acta agenda prædixit, nouerit qui legit: quia apud deũ futura iam facta sunt, Sed utinam & in nobis hæc domino cooperãte fiant: ut cõcupiscentia decidat, erecta potestate uirtutum. Forma iniqui amoris corruat erecta ecclesiæ pulchritudine. Interimat populus uitiorum, uiuificata numerositate uirtutum. Respuatur terrena hæreditas, acquiratur regnum dei. Iuuenculus, id est, incipiens peccatum, à uirtute sancti spiritus exuratur: & uirgo anima collætetur. Incẽtores uitiorum, gladio, id est, uerbo dei trucidentur, ut exultent mentes ab his uiduatæ cum Christo. *k* ¶ Et excitatus est tanquam dormiens dñs tanquam potens crapulatus à uino, & percussit inimicos suos in posteriora: opprobriũ sempiternum dedit eis.] Vt dormiens & quasi ebrius, habetur dominus in cordibus iniquorum. Cum autem pœnitẽtiam agere cœperint, excitatur. Et percussis uitijs usq; in posteriora tẽporum, traditisq; in opprobrium sempiternum, uigilat in eis *l* ¶ Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim nõ elegit, sed elegit tribũ Iuda, montem Sion quem dilexit.] Non ad hoc repulit tribũ Ioseph uel Ephraim, ut in æternum sperneret: sed noluit de ea susципere carnem, eligens tribum Iuda, de qua beata Maria procederet, ex qua nasceretur ipse: ut dilectionis suæ montem, id est, ecclesiã eleuaret. *m* ¶ Et ædificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula.] Ipsam ecclesiam suam singulari uirtute firmauit, ut immobilis in secula sempiterna persisteret. *n* ¶ Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, & de post fœtantes accepit eum. Pascere Iacob seruũ suũ, & Israel hæreditatem suã, Et pauit eos in innocentia cordis sui, &c.] Omnia hæc ad Christum dominum referenda sunt, qui à paterno consilio ad redemptionem nostram electus est, de grege mortalium carnem assumens, pascens Christianum populum, siue supplantatorem uitiorum, siue mẽte uidentem deum. Qui nunc ecclesiam suam suis uoluntatibus inhærentẽ, in bonitate cordis sui pascere, & in cœlesti Hierusalem collocare dignetur. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto, in secula seculorum. Amen. *o* ¶ Psalmus Asaph.] Iste psalmus uocem continet prophetæ, captiuitatem terrenæ Hierusalem deplorantis, quæ captiuitas non tantum ad illam ciuitatem, quantum ad animam, quæ sæpe ciuitas scribitur, referenda est.

A DEus uenerunt gentes in hæreditatem tuam: pollue/
rũt templum ſanctum tuum.] Apoſtolus dicit: Vos
eſtis templum dei, & ſpiritus dei habitat in uobis: Si
1.Cor.3.c quis templum dei uiolauerit, diſperdet illum deus. Er/
go ſi increſcentibus uitijs ſuccumbit anima Chriſtiana:
tunc hæreditas quæ dei eſſe debuerat, ad/
uerſario ſubditur, & tunc templum ſpiri/
tui ſancto dedicatũ, coinquinatum à gen/
tium criminibus diſ/
perditur. *b* ¶ Poſue
runt Hieruſalẽ in po/
morũ cuſtodiã.] Si/
cut enim poma cum
matureſcere cœpe/
rint, à ſuis cuſtodiun
tur, maturaque faci/
lius deuorantur: ita
& aduerſarius noſter
irruentibus uitijs cu/
ſtodit ſibi conſentien
tem animã: donec eã
ad plenum uolunta/
tis ſuæ conſenſum ad
ducens, ualeat deuo/
rare. Quandiu enim
in ea ſcintilla lucet fi/
dei, acerba eſt denti/
bus inimici. *c* ¶ Po
ſuerũt morticina ſer/
uorũ tuorũ eſcas uo/
latilibus cœli: carnes
ſanctorũ tuorum be/
B ſtijs terræ. &c.] Hæc
quidem in Hieruſalẽ
ante aduẽtũ acta ſunt
ſaluatoris: ſed paſſio
nem infantum figura
uerũt: ubi carnes eo/
rum beſtijs atque uo
lucribus, id eſt, perſe
cutoribus expoſitæ
ſunt: & tanta multitu
do ſãguinis eſt effuſa,
ut uix omnium ſepe/
liri corpuſcula poſ/
ſent. Circuitus autẽ
in Hieroſolymis: plo/
rantis eccleſiæ intelli
gitur luctus: iuxta il/
lud: Rachel plorãs fi/
lios ſuos & noluit cõſolari quia non ſunt. *d* ¶ Facti ſu/
mus opprobriũ uicinis &c.] Opprobriũ ſunt ſancti his
qui prius fratres fuerant, & tunc ſeparati ab eccleſia, ti/
mentes deũ perſequuntur. Quod ad hæreticos refertur.
e ¶ Vſquequo dñe iraſceris &c.] Ne nobis iraſcaris quæ
ſumus dñe, qui te nouimus: ſed in illos potius retorque
furorẽ tuum, qui Chriſtum tuum ignorant. *f* ¶ Quia
comederunt Iacob, &c.] Illum carnalẽ, qui ſeductus eſt
aſtu inimici. *g* ¶ Ne memineris iniquitatũ noſtrarũ an
tiquarum, cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ dñe, &c.]
Præueniat nos quæſumus domine miſericordia, quæ eſt
unigenitus tuus: ut ueniẽs propicietur iniquitatibus no
ſtris, & eruat nos à peccatis. Pauperes enim facti ſumus
in mundo propter illum *h* ¶ Adiuua nos deus ſaluta/
ris noſter, &c.] Tunc nobis uel adiuuas, uel propiciaris:
ſi claritas nominis tui, quæ in gentibus benedicitur: nos
morte ſua à morte eripiat. *i* ¶ Nequando dicant gen/
tes ubi eſt deus eorum, & innoteſcat in nationibus corã
oculis noſtris.] Gentes, ſiue nationes, poteſtates aduer/
ſæ ſunt: quæ inualeſcũt aduerſum nos dicẽtes: Vbi eſt de C
us uerax ueſter? Sicut pagani martyribus ſæpe dicebãt.
k ¶ Vltio ſanguinis ſeruorũ tuorũ qui effuſus eſt.] Iudi
ciũ hic inuocat: quo ſanguis martyrũ exquiratur à dño
qui in Apocalypſi ait: Quieſcite modicũ: donec impleatur numerus conſer/
uorum ueſtrorum.
l ¶ Introeat in cõſpe
ctu tuo gemitus cõ/
peditorum.] Qui te
per lõgas lachrymas
requirentes, abſolui
& tecum eſſe deſide/
rant. *m* ¶ Secundũ
magnitudinem bra/
chij tui, poſſide filios
mortificatorũ.] Eos
ſcilicet qui per marty
rum exempla curren
tes, crucifixerũt ſe ui/
tijs & cõcupiſcentijs.
n ¶ Redde uicinis no
ſtris ſeptuplũ in ſinu
eorũ.] Vt non iudicij
pœna dãnẽtur ſed in
hoc ſeculo ſeptuplã
cõpoſitionẽ pœniten
do diſſoluant. Sinus
autẽ ſæpe pectus ho/
minis intelligitur, in
quo anima reqeſcit.
o ¶ Improperium i/
pſorum quod expro
brauerunt tibi domi
ne.] Tibi enim expro
brant: quia martyres D
tuos in quibus habi/
tas, contumelijs affli/
gunt. *p* ¶ Nos autẽ
populus tuus & o/
ues paſcuæ tuæ.] Pro
pter innocentiam au
tem quam gerunt, o/
ues uocant: uel quia
Chriſtum paſtorem
habent. *q* ¶ Confi/
tebimur tibi in ſecu/
lum in generatione &
generationem.] Hoc
eſt, à prophetis uſq;
in euãgelia. *r* ¶ An
nũciabimus laudem
tuam.] Quia tibi eſt
cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria, in ſe/
cula ſeculorum, Amen. *s* ¶ In finem pro his qui com
mutabuntur, teſtimonium Aſaph.] Iſte pſalmus uo/
cem continet prophetæ deprecantis, narrantis'que ma
gnalia dei. LXXIX

DEus uenerũnt gentes in hæreditatem tuam, pol/
luerunt templum ſanctum tuum, poſuerũnt Hie/
ruſalem in pomorum cuſtodiã. Poſuerũnt morticina
ſeruorum tuorũ eſcas uolatilibus cœli, carnes ſanctorũ
tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem ipſorũ tan
quam aquam in circuitu Hieruſalem, & nõ erat qui ſe/
peliret. Facti ſumũs opprobrium uicinis noſtris, ſubſan
natio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Vſq; quo
domine iraſceris in finem, accendetur uelut ignis zelus
tuus. Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerũt
& in regna quæ nomen tuum non inuocauerũt. Quia
comederũt Iacob, & locum eius deſolauerunt. Ne me
mineris iniquitatũm noſtrarum antiquarum, cito anti/
cipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſu/
mus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & pro/
pter gloriam nominis tui domine libera nos, & propi/
cius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum, Ne for
te dicant in gentibus ubi eſt deus eorũ, & innoteſcat in
nationibus coram oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſer/
uorum tuorum qui effuſus eſt, introeat in conſpectu
tuo gemitus compeditorum. Secundũm magnitudi/
nem brachij tui, poſſide filios mortificatorum. Et redde
uicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum, improperiũm
ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos au/
tem populus tuus & oues paſcuæ tuæ, confitebimur ti/
bi in ſecula. In generatione & generationem, annun/
ciabimus laudem tuam.

In finem pro his qui commutabuntur teſtimo/
nium Aſaph, pſalmus pro Aſſyrijs. LXXIX

QVi regis Iſrael intende, qui deducis uelut ouem
Ioſeph. Qui ſedes ſuper Cherubim, manife/
ſtare coram Ephraim, & Beniamin, & Manaſſe. Excita

t ¶ Qui educis tanquam oues Ioſeph.] Non illũ
Ioſeph cuius typum in alio pſalmo repulit: ſed illum
qui triginta argenteis à diſcipulo uenditus, paterna uir
tute ex inferno eductus eſt cũ grege iuſtorũ. *x* ¶ Qui
ſedes ſuper Cherubim.] Super plenitudinem omnis
ſcientiæ. *y* ¶ Appare.] Huic mundo te uidendũ præ/
be. *z* ¶ Coram Ephraim, & Beniamin & Manaſ/
ſe.] Illum Ephraim Manaſſen'que commemorat,
quos alibi fortitudinem ſui capitis dicit, id eſt, eccle/
ſiam uel Apoſtolos. Quod autem Beniamin in me/
dio poſuit: ſignificat Paulum apoſtolum, qui de tri/
bu Beniamin deſcendit, cæteris apoſtolis ſociandum.

¶ Excita

potentiám tuam & uẽni,ut ſaluos facias nos.Deũs con uerte nos,& oſtendẽ faciem tuam,& ſalui erimus. Do mine deus uirtutum,quouſq; iraſcéris ſuper orationem ſerui tui.Cibábis nos pane lachrymarum,& potum da bis nobis in lachrymis in menſura. Poſuiſti nos in con tradictionẽm uicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſanna uerunt nos. Dominẽ deus uirtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Vineám de Ae gypto tranſtuliſti,eieciſti gentes & plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius & impleuit terram. Operuit montes umbrá eius, & ar buſta eius cedros dei. Extẽndit palmites ſuos uſque ad marẽ,& uſque ad flumen propagines eius. Vt quid de ſtrũxiſti maceriam eius,& uindemiánt eam omnes qui prætergrediuntur uiam.Exterminaũit eam aper de ſyl ua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam.Deus uirtutum conuerterẽ,reſpicẽ de cœlo & uide & uiſita uineã iſtam. Et perfice eám quam plantauit dextera tua,& ſuper fi liũm hominis quem confirmáſti tibi. Incẽnſa igni & ſuffoſſa, ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat ma nũs tua ſuper uirum dexteræ tuæ,& ſuper filium homi nis quem confirmaſti tibi. Et non diſcedimũs à te, ui uificabis nos, & nomẽn tuum inuocabimus. Dominẽ deus uirtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus.

In finẽm pro torcularibus pſalmus ipſi Aſaph,quinta ſabbati. LXXX

A *a* ¶ Excita potentiam.] Quam Aegyptijs ac filijs Iſrael oſtendiſti. *b* ¶ Et ueni ut ſaluos facias nos.] Vt ſicut illos eruiſti de Aegypto: ita nos ſalues à poteſtate dæmo num. *c* ¶ Deus conuerte nos.] Ad te cognoſcẽdum. *d* ¶ Et oſtende faciem tuam & ſalui erimus.] Oſtende filium tuum, ut ſalue mur. *e* ¶ Domine deus uirtutum quo uſque iraſceris ſuper orationẽ ſerui tui?] Non enim iraſcitur,ſi iuſtitiã petamus ſed conſciẽtia delicti,pu tat etiam ab oratione iraſci. *f* ¶ Cibabis nos pane lachryma rum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.] Sæpe ob deſiderium dei ſiue recordationem pec cati: lachrymæ nobis panes,potuſq; fiunt. Quod autem ait: in menſura, illud indi cat: ut in hac oratio ne, in qua peccatis abſolui cupimus, uel deum uidere deſide ramus, uictus tenuis accipiatur,ſi imprecatione non in multiloquio proferatur.

g ¶ Poſuiſti nos in cõtradictionem uici nis noſtris, &c.] Iu
B dæis atque hæreticis, qui in circuitu eccleſiæ obſtrepũt, nosq; impugnãt. *b* ¶ Do mine deus uirtutum conuerte nos ad te, &c.] Illum qui dixit: Qui me uidet, uidet & patrem. *i* ¶ Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam,&c.] Licet hæc ſynagogam figurauerint,ad eccleſiã referenda ſunt, quæ à tenebris ſeculi ad cœleſtem digni tatem,electis uitiorũ gentibus,fide fauente,translata eſt. Cui etiam uia,id eſt,mandata per quæ graderetur largi ta ſunt,plantatis in ea doctoribus, per quos in omnem terram euãgeliorum ſonus nunciaretur.Ipſa quoq; à do mino ſuper Cherubim reſidente cuſtoditur, dirigitur ac nutritur. *k* ¶ Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros dei.] Cum patriarchis atq; apoſtolis clarita tis ſuæ. *l* ¶ Extendit palmites ſuos.] Nos ſumus uites, qui ex uinea illa fronduimus. *m* ¶ Vſque ad mare.] Id eſt,uſque ad baptiſmum acceſſimus: qui prius in uani tate ſeculi huius fluctuabamur.Mare enim Apocalypſis baptiſmũ ſignat. *n* ¶ Et ad flumen propagines eius.] Vt qui in ea renaſcebantur,baptiſmo abluerentur. Hinc ad ſynagogam reuertitur. *o* ¶ Vt quid deſtruxiſti ma ceriam eius.] Tunc enim munitio ſynagogæ depoſita eſt cum ei cecitas contigit,donec plenitudo gentium ſubin traret. *p* ¶ Et uindemiant eam omnes tranſeũtes uiã.] Spoliatur ab his, qui per huius ſeculi uiam, ad deũ tran ſeunt,dum Iudæos cõuerti faciunt prædicãdo. *q* ¶ Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.] In apro atque ſingulari fero immanitas diaboli intelligitur,à quo exterminata eſt propter incredulitatem. *r* ¶ Domine deus uirtutũ conuerte nos.] Synagogam ad eccleſiam. *s* ¶ Reſpice de cœlo & uide & uiſita uineam iſtam.] De qua ſuperius ſum locutus. C
t ¶ Et perfice eam quam plantauit dextera tua.] Quam uirtus, id eſt, filius tuus reſurrectione ſua fundauit. *u* ¶ Et ſuper filium hominis.] Filiũ uirginis. *x* ¶ Quẽ confirmaſti tibi.] Quem deuicta morte, ad tuam dexterã collocaſti. *y* ¶ Incenſa igni & ſuffoſſa, ab increpatione uultus tui peribũt.] Synagoga utiq; cum Iudæis non credẽtibus. *z* ¶ Fiat manus tua ſuper uirum dexteræ tuæ.] Super populũ, quem dextera,id eſt, Chriſtus tuus ſaluabit. *a* ¶ Et ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.] Ipſum mediatorem ſaluatoremq; noſtrum. *b* ¶ Non diſcedimus à te uiuificabis nos.] Si tibi fide adhæreamus,tũc pane illo uitæ quẽ de cœlo miſiſti,reficimur. *c* ¶ Et nomen tuum inuocabimus.] Ipſum cui dediſti nomen ſuper omne nomẽ. *d* ¶ Domine deus uirtutum cõuerte nos,&c.] Ipſum q eſt imago tua, ipſum qui eſt facies tua: qui eſt illumina tio uultus tui: in quo D
manes & qui manet in te. Qui purificatis mentibus noſtris dignetur illabi:ſeq; nobis mundi ſaluatorẽ oſtẽdere,nosq; inſpectione ſancta ſaluare. Ipſi gloria & imperiũ tecũ,& cum ſpirituſancto, & nunc & in ſecula ſeculorũ. Amen. *e* ¶ In finem pro torcularibus pſalmus ipſi Aſaph.] In lege ſcriptum eſt, tres eſſe ſolennitates, Paſchæ,Pentecoſtes,& Scenopegiæ.Ante Scenopegias,ante dies decem ieiunium erat,& ieiuniũ erat uſque ad ueſperum. Eo tempore tubis canebant,hoc eſt,ieiunabant & in ieiunio tubis canebant,& poſt dies decem,Scenopegiæ erant. Diligenter attendite: Tres ſolennitates in lege ſcriptæ habentur. Primum Paſcha, deinde Pentecoſtes, deinde Scenopegiæ.Ante Scenopegias, ieiunium: in ieiunio autem tubis canebant. Animaduertite ſcriptura quid ſignificet.Tollite uelamen, quod poſitum eſt ante oculos Moyſi, & uidete quoniam tabernacula non poſſumus fieri, niſi ante ieiunemus. Ipſum autem ieiunium niſi habuerit ſignum uictoriæ,quod noſtros aduerſarios deterreat,non uincitur Amalech.Quoniã ergo tres ſunt ſolennitates:Paſcha,Pentecoſte,Scenopegiæ:ideo & tres pſalmi habent titulos pro torcularibus: Octauus pſalmus, & octogeſimus, & octogeſimustertius.Videtis ergo quomodo tres pſalmi ſcripti ſint in pſalterio,qui pro torcularibus prænotantur. Videte quid dicat octauus pſalmus, & octogeſimus, & octogeſimustertius,& antequam de numero diſputemus, dicamus quid ſibi ſignificare uelint torcularia. Pro torcularibus.Torcularia non ſunt alibi, niſi ubi uineæ & infinita uindemia. Pro torcularibus.Propterea dicit dominus atq; ſaluator: Tor Iſa.63.a
cular calcaui ſolus: & de gentibus uir non erat mecum.

A Propterea uineam de Aegypto transtulit & plantauit. Et
Hier.2.d dicit in Hieremia: Ego te plantaui uineam ueram totam,
electam: quomodo conuersa es mihi in amaritudinem
Gene.9.d uitis alienæ? Et Noe uinum bibit, & inebriatus est. Dici-
Canti.5.a tur & à Solomone, dicitur etiam in mysterio: Bibite ami
ci & inebriamini. Le-
Gene.43.g gimus & in alio loco: quoniam Ioseph ille uir sanctus qui in ty-
po præcessit saluato-
ris, qui uenditus est à fratribus suis, quem uendiderunt fratres
sui, & regnauit in Ae-
gypto. Sic dominus & saluator noster uē-
ditus est à Iudæis, & regnauit in Aegypto istius seculi. Ille ergo Ioseph uir sanctus, il-
le præcipuus qui cru
delitatem pietate superauit: qui ideo uenditus est in Ae-
gyptum, ut Aegyptum pasceret, & fratres suos qui cum uendiderunt. Ille igitur Ioseph inuitauit fratres suos. Sed uidete: Et inebriatus esse in meridie, dicitur. Hoc uero secundum literam stare non potest, ut uir sanctus inebriatus fuerit: Inebriatus est & Noe, sed uere fuerat inebriatus. Ioseph inebriatus fuit & Noe, & inebriatus est in domo sua. Videte mysteriū: Videamus ante quid significet in mysterio, & postea disputemus quid signi-
ficet in sensu. Post diluuium mundi istius bibit Noe &
inebriatus est in domo sua, & denudata sunt fœmora
eius, & eius apparuit turpitudo, & uenit frater maior &
irrisit: frater autem minor texit. Hoc totum dicitur de
saluatore, quoniam dicebat in cruce passionis: Pater, si
possibile est, transeat à me calix iste. Bibit & inebriatus
B est, & denudata sunt fœmora eius, & apparuit ignomi-
nia crucis. Venit frater maior, populus Iudæorum & ir-
risit, & minor populus de gentibus texit ignominiam.
Propterea maledictus Chanaan, seruus erit fratris sui.
Ecce maledictio illa usque hodie perseuerat. Nos minor
populus, imperamus maiori populo Iudæorum. Sicut
ergo dominus in passione inebriatus est, sic & sancti in
ardore fidei, quotidie inebriantur in spiritusancto. Tu
qui die hesterna aurum colligebas, hodie proijcis: nón-
ne apud ignotos uideris insanus? Denique & apostoli
quando spiritussanctus descenderat super eos & imple-
Act.2.b uerat eos, & loquebantur linguis uarijs, propterea dice-
bantur musto pleni. Multa sunt quæ dicātur de uini my
sterio, & de ebrietate. In finem pro torcularibus Asaph:
Octauus psalmus, & octogesimus & octogesimuster-
tius. Nullus alius habere poterat torcularis numeros,
nisi octauus, & octogesimus, & octogesimustertius. O-
ctauus dies resurrectionis in singulari numero. Rursum
in octo decadibus, octogesimus alius maior numerus.
Videtis ergo quoniam hæc torcularia non præscribun-
tur, nisi in die resurrectionis, octaua, & octogesima.
Dicat aliquis: Quare postea dicitur in octogesimoter-
tio, torcularia. Hæc torcularia ad trinitatis mysterium
pertinent. Propterea & tres sunt chorodidascali. In octa-
uo psalmo, Dauid: in octogesimo, Asaph: in octogesimo
tertio, filij Core. Octauus est Dauid: qui interpretatur,
fortis manu. Prima enim nostra uictoria, pugnam habet
atque luctam. Propterea dicitur fortis manu Dauid. Se-
cunda uero, hoc est, in octogesimo Asaph. Asaph autem
interpretatur, synagoga. In octauo ergo uincimus, & in
octogesimo cum domino congregamur. In octogesimo
uero tertio filiorum Core. Core interpretatur, caluaria.
4.Reg.2.b Ascende calue, ascende calue. Hæc dicebant etiam pueri
Eliseo, quoniam passus fuerat in loco caluariæ. Multa
sunt quæ dicantur: quomodo Eliseus in Bethel irri-
Ibid.1.b sus sit à quadragintaduobus pueris. Ista sunt torcu-

E Xultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. Sumite psalmum & date tympanum, psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis nostræ. Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. Testimoniū in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti, linguam quā non nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione inuocasti me & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

laria, de quibus dicit & saluator: Facite uobis amicos C
de iniquo mammona: ut uos recipiāt in æterna taber- Luc.16.b
nacula. LXXX

E Xultate deo adiutori nostro.] Qui nos de tenebris Aegypti liberauit. b ¶ Iubilate deo Iacob.] Supplātatori inimicorū. c ¶ Sumite psalmū & date tympanū, psalterium iocundum cum cithara.] Hymnum de corde puro, uel mente, ac attenuatione peccatorum mundi. d ¶ Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis nostræ.] Illi canebant tuba in pascha, pentecoste, & Sceno-
pegia. Nos modo in ecclesia licet omni tē-
pore deo canere debeamus, sed præcipue in resurrectione, in remissione, & in domus innouatione, hoc est, cum resurgimus in Christo: cum remissionem accipimus: cum domus pectoris nostri innouata fuerit post ruinam. e ¶ Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob.] Ipsius enim præceptum est atque iudicium, ut gratia saluemur & non ex nobis. f ¶ Testimoniū in Ioseph.] In Christo qui pro nobis uēditus est. g ¶ Posuit illud cum exiret de terra Aegypti.] Vel in rubo, uel in igne, uel in alijs mysterijs. h ¶ Linguam quam non nouerat, audiuit.] Populus ille gentium, in ecclesia mandata quæ prius ignorabat, accepit. i ¶ Diuertit ab oneribus dorsum eius.] Quando in Aegypto eramus extruebamus ciuitates Pharaonis, lutum & laterem portabamus, & tota anima nostra quærebat paleas. Non habebamus frumentum, non habebamus cœlestem panem qui de cœlo uenit: necdum acceperamus manna de cœlo: necdum nobis serpens fuerat in eremo suspensus: necdum petra aquam nobis miserat: necdū extendebamus manus & cadebat Amalech. Sedebamus in luto, & faciebamus opera Aegypti, ciuitates Pharaonis extruebamus. Diuertit ab oneribus dorsum eius. Quàm grandia ante habebamus onera: Propterea Moyses noster dicit: Venite ad me omnes qui o- Matth.11.d
nerati estis peccatis, & ego reficiam uos. k ¶ Manus eius in cophino seruierunt.] Cuius? Israelis. Alij sunt cophini Aegypti, & alij Iesu. Habet & Iesus cophinos suos, & duodecim cophinos de fragmentis impleuit saluator noster. O rem miram, & ingentia mysteria significantem. Quinque milia populi uescebantur in eremo, sine paruulis & mulieribus, in loco deserto, non inueniuntur nisi tantum quinque panes: Locus enim desertus erat. Requiro te qui tantum literam sequeris. In deserto loco non inueniuntur nisi quinq; panes, & duodecim cophini quomodo inueniuntur? Si desertus erat locus, utique duodecim cophinos habere nō poterat. Sed hoc totum significatur, quod populum suum dominus in deserto istius seculi eduxit de Aegypto: pauit panibus suis, & quod cūque supererat, in duodecim cophinis condidit, hoc est, in duodecim apostolis: ut quod perierat in duodecim tribubus, saluaret in duodecim apostolis. l ¶ In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.] Prophetæ & psalmi ideo obscuri sunt, quoniā subito cum nescis, persona mutatur. Deniq; hucusq; locutus est propheta: nūc subito inducitur persona dei loquētis ad populū. In tribulatione inuocasti me & liberaui te. Quicūq; in tribulatione es, securus esto, inuoca me, & exaudieris. m ¶ Exaudiui te in, &c.] Tēpestas illa qñ te premebat, & quasi fluctib. huc illucq; trahebat: ego erā in media tēpestate. n ¶ Probaui te, &c.] Secundū literā de Moyse & Aaron dicitur, quod ad aquā contradictiōnis offenderint deū: D

Denique

Audi populus meus & conteſtabor te, Iſrael ſi audieris me non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Ego enim ſum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum & implebo illud. Et non exaudiuit populus meus uocem meã, & Iſrael non intendit mihi. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Si populus meus audiſſet me, Iſrael ſi in uijs meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manũ meam. Inimici dñi mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.

Pſalmus Aſaph. LXXXI

DEus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio

A Denique ideo non ſunt ingreſſi terram repromiſſionis. Nobis autem dicit deus: Probaui te apud aquam contradictionis. Simon probatus eſt ad aquam contradictionis: quia in hypocriſi accepit baptiſmum. Quicunque ergo in hypocriſi accipit baptiſmum, iſte probatur ad aquam contradictionis. *a* ¶ Audi populus meus & teſtificabor tibi.] Nobis loquitur deus. Quodcunque populo dixit, etiam nobis loquitur. *b* ¶ Iſrael ſi audieris me.] Quid quæris ut audiam? Videamus quid præcipiat. *c* ¶ Non erit in te deus recẽs.] Cui deus uenter eſt, deus ei recens eſt. Quotcunq; uitia habemus, quotcunque peccata, tot recentes habemus deos. Iratus ſum, ira mihi deo eſt. Vidi mulierem & cõcupiui, libido mihi deus eſt. Vnuſquiſq; enim quod cupit & ueneratur, hoc illi deus eſt. Auarus aurum deum habet. *d* ¶ Nec adorabis deum alienum.] Noſter deus uirtus eſt, aliorum uitia. *e* ¶ Ego ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.] Nos ſumus qui educti ſumus de terra Aegypti: ſi tamen exiuimus, ſi in eremo ſumus, ſi terram repromiſſionis cupimus uidere. Si reliquimus Sodomam, non reſpiciamus ad Sodomam. Saluati ſumus
B in monte: non deſideremus Aegyptias carnes, non dica
Num.11.b mus: Quàm bene nobis erat in Aegypto, cum manducabamus carnes in ollis, & allia, & cucumeres. Vis accipere domini cibos? Vis comedere ipſum dominũ deum tuum & ſaluatorem? Audi quid dicat: *f* ¶ Dilata os tuum & implebo illud. Dilatate ora ueſtra, ipſe eſt & dominus & panis. Ipſe hortatur nos ut comedamus, & ipſe noſter cibus eſt. Quantumcunque dilataueris, tantũ accipies. Nõ eſt igitur in mea poteſtate, ſed in tua eſt. Si uolueris, totum me accipies: ſi nolueris accipe ſaltem partem. *g* ¶ Et non audiuit populus meus uocem meã.] Ego ſto ante oſtiũ & pulſo. Volo ut aperias & ingrediar, & non uis aperire. *h* ¶ Et Iſrael non intẽdit mihi, & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, &c.] Infelix eſt qui à deo non corripitur. Si quis peccans non percutitur, iſte miſer eſt. Ideo dicit: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum. Ideo eos dimiſi, quoniam ſæpe percuſſi, & diſciplinã non receperũt. Rogaui, non audierũt: percuſſi, non ſenſerunt dolorem. Dimitto eos in uoluntatibus ſuis, ut ſaturati uitijs ſuis, uel ſic agant pœnitentiã. *i* ¶ Si populus meus audiſſet me.] O clementiſſime pater, ò miſericors deus. Rogauit, & non eſt auditus: quaſi iratus dimittit filium laſciuientem. Iterum uidet perire, & dolet, quia perit. Et quid dicit? *k* ¶ Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in uijs meis ambulaſſet, &c.] Nunquid grande mihi erat liberare te de tribulatione? Nunquid non poteram maieſtatem meam mittere, & eruere te de periculo? Sed quia dimiſi te libero arbitrio, & ſtadium tibi propoſui: & non coronatur, niſi qui pugnauerit: propterea uictoriã tuo arbitrio derelinquo. *l* ¶ Inimici domini mentiti ſunt ei.] In Hebraico melius habet: Inimici domini negabunt eum, hoc eſt, Iudæi. Inimici enim ipſius negauerũt eum. Sed iſti inimici qui negaturi ſunt eum, ergo periẽt? ergo reliquiæ non erũt? Et quomodo iuraſti Abrahæ, Iſaac, & Iacob: quoniam ſemẽ iporum ſit quaſi ſtellæ cœli & ſicut arena maris? Quare promiſiſti patribus, & non reddis filijs? Inimici domini negabunt eum. Sed quid dicit? *m* ¶ Et erit tempus eorum in ſeculum.] Cum introierit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. In futuro credent, modo nõ crediderũt. Nunc dicam ad Iudæos. Solent ſibi applaudere, & dicere: Et erit tempus eorum in æternum. Nos dicamus, uerum eſt: credituri enim ſũt de Iudæis. Denique legimus in Apocalypſi Ioannis duodecim milia de ſingulis tribubus, hoc eſt, centum quadraginta quatuor milia creditura, & hoc dicitur uirginũ eſſe. Vbi autem uirginũ tantus numerus erit: non uirginum quantus erit? Ergo & nos dicamus Iudæis, & erit tempus ueſtrũ in æternum, hoc eſt, in futuro ſeculo. Sed ad te qui hodie non credis, quid pertinet? Et erit tempus eorum in ſeculum. Inimicorũ dei quale tempus erit? *n* ¶ Et cibauit eos de adipe frumenti.] Induxit eos in terrã repromiſſionis: cibauit non manna ut in deſerto, ſed frumento quod cecidit, quod reſurrexit. Et cibauit illos ex adipe frumenti. Videte myſterium ſcripturarum. Ex adipe frumenti. Frumentum adipes habet: nunquid & inteſtina habuit? Sed uoluit largitatem & pinguedinẽ gratiæ ſpiritualis oſtendere: & ideo adipes nominauit. *o* ¶ Et de petra melle ſaturauit eos.] Ipſe frumentum eſt: ipſe petra eſt, qui populum Iſrael ſa D
tiauit aqua in deſerto. Spiritualiter melle & non aqua ſaturauit eum: ut quicunque crediderunt & acceperunt cibum, mel ſentiãt in ore ſuo. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Denique & dominus noſter poſt reſurrectionem propterea fauum comedit, & de petra melle ſaturatus eſt. Ergo rem dico nouam: Ipſa petra mel comedit, ut nobis mel tribueret & dulcedinem, ut qui in lege biberant mirrham, hoc eſt, amaritudinem: poſtea in euangelio comedant mel euangelij: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

p ¶ Pſalmus Aſaph.] Iſte pſalmus hortatur, ut ſi uolumus dominũ habitare nobiſcum, ea ſemper quæ illi ſunt placita, faciamus. LXXXI

DEus ſtetit in ſynagoga deorum.] Multa ſunt ſchemata. Frequenter enim ſedemus, interdum ſtamus, interdum iacemus, interdum currimus, interdum ambulamus: ita & deus deſcribitur pro uarietate hominũ: & ſtatus ipſius diuerſus inducitur. Si ſancti ſumus & ſumus ſimiles Moyſi, dicitur ad nos: Tu uero hic ſta mecum. Hoc enim dixit Deus ad Moyſen. Stabat enim Moyſes ſuper petram, propterea & dominus ſtabat illi. Si uero prius ſancti fuerimus, & poſtea peccatores: iam non nobis ſtat deus, ſed ambulat, hoc eſt, mouetur de loco ſuo, qui nobis ante ſteterat. Poſtquàm nos moti fuerimus, & ipſe nobiſcum pariter mouetur. Denique & Adam quàmdiu in paradiſo fuit & mandatum ſeruauit, ſtabat ei deus. Poſtquàm uero tranſgreſſus eſt: audiuit uocem dei ambulantis in paradiſo. Vis ſcire, quia ambulabat ei deus? Quid ei dixit? Adam ubi es? Exod.17. Gene.3.b
Qui ante ſtantem deum non fugerat, poſtea ambulantem fugit. Diximus de ſtante, diximus de ambulante, dicamus de ſedente. Quandocunque ſedens inducitur deus, dupliciter inducitur. Aut quaſi rex: aut quaſi iudex. Si quaſi rex, uidetur ſicut Eſaias: Vidi dominum ſedẽtem ſuper thronum excelſum & eleuatum. Ibi quaſi rex regnans inducitur. Quando uero quaſi iudex Eſa.6.a

inducitur

A inducitur, throni positi sunt & libri aperti sunt, ut in Da
Dan.7.c niele scriptum est. Quid dicitur? Throni positi sunt, & libri aperti sunt: Hoc est, dominus quasi iudex sessurus, & omnium opera relecturus. Libri qui modo complicati sunt, tunc aperiẽtur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam deocioso uerbo reddituri sumus rationem. Scriptum est in libris dei. Putat aliquis libros esse in cœlo, ubi scribuntur peccata nostra? Ego libros puto conscientias nostras, quæ tunc aperientur, & uidebit unusquisque quod fecit. Nil occultũ quod nõ reuelabitur. Propterea throni positi sunt, & libri aperti sunt. Quãta scripta sunt in libro meo, & ne fratri quidẽ meo, neque amico meo audeo confiteri. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt throni, sciunt Seraphim: scit pater & filius & spiritussanctus. Diximus de deo, quod alijs stet, alijs ambulet, alijs uero sedeat, aut quasi rex, aut quasi iudex, alijs uero dormit. Si quando nos derelinquit tentationibus, licet simus sancti: tamen relinquimur tentationibus ut probemur: eo tempore nobis dormit dominus. Denique quid dicit psalmista: Exurge, ut quid dor-
Marc.4.d mitas domine? Et apostoli, quando erant in naui, & nauis fluctibus tundebatur, dormiebat eis dominus: Propterea enim nauis fluctibus tundebatur. Denique excitant eum, & euigilat, & statim tempestas quiescit. Diximus de quatuor schematibus dei: quia alijs stet, alijs ambulet, alijs sedeat, & alijs quasi dormiat, alijs uero euigi-
B lat & consurgit. Deus stetit in synagoga deorum. Quia dij erant, propterea stabat eis deus. In qua synagoga nostra, diuersa deus habet schemata: Alijs stat, alijs sedet, alijs ambulat, aliis dormit. Cum ipse sit immutabilis, pro nostra uarietate mutatur. Vide hominis dignitatem. Deus stetit in synagoga deorum. Largitur nobis nomen, ut largiatur & meritum. a ¶ In medio autem deos dijudicat.] Quasi imperator in medio exercitus dijudicat. Deus deos dijudicat. Res formidabilis, res terroris plena. Si deos dijudicat: de peccatore quid facit? Duos istos uersiculos quasi propheta dixit: hoc uero quod sequitur: b ¶ Vsquequo iudicatis iniquitatem.] Ipse deus loquitur ad iudices, hoc est, ad principes populi. Specialiter isti uersiculi qui sequuntur, ad iudices dicuntur. Si seculi iudices, manifestum est. Si uero ecclesiæ iudices, de episcopis intelligamus atque presbyteris. Vsquequo iudicatis iniquitatem? Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis est. Ille erat iudex iniquitatis, de quo dicitur in euangelio: qui dominum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vsquequo iudicatis iniquitatem? Dedi uobis potestatem in gregem meum, & in populum dei: debetis iudices esse, non lupi. c ¶ Et facies peccatorum sumitis.] Quando uenerit ad uos iudicium: non consideratis causam, non consideratis iudicium, sed personas eorum qui habent causas. Ac si dicat: Si uenerit pauper, habens iustum negotium, & uenerit diues, habens malum negotium: uos personam aspicitis, non negotium. Hoc interim secundum unam interpretationem. Cæterum est & alia interpretatio sacratior: Solet in theatris unus homo frequenter diuersas habere personas: nunc ingreditur in mulierem, nunc in uirum, nunc in regem: & qui in regem processerat, rursum in seruo procedit. Dixi exemplum, ut de carnali uenire possimus ad spirituale. Et nos diuersas personas accipimus. Quando enim irascor, personam leonis assumo. Quãdo res alienas rapio, lupi personam assumo. Quando uero crudelis sum & interficio, assumo personam crudelis. Sed quomodo qui sunt peccatores, in peccatis habent diuersas personas: sic econtrario qui sancti sunt, habent & ipsi diuersas personas, sed in bono. Quando eleemosynam facio, habeo personam quasi clementis. Quando uero bene iudico, habeo personam boni iudicis. Quando uero iniuriam patior, & humilis sum, habeo personam humilis. Infelix est qui plures in malo habet personas. Felix est qui diuersas personas habet in bono.

autẽm deos dijudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatẽm & faciẽs peccatorum sumitis. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate. Nescierũt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntũr omnia fundamenta terræ. Egõ dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Võs autem sicut homines moriemini, & sicũt unus de principibus cadetis.

d ¶ Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.] Qui? Mali iudices. Quos ego deos uocabam uitio suo mali iudices appellati sunt. Nescierunt me neq; intellexerũt iudicium meum, in tenebris ambulant. Quia dereliquerunt lucem: propterea in tenebris ambulant. Ego dixi: uos estis lux mundi, & uos declinastis a luce, & facti estis tenebræ. Quia ergo hoc fecerunt, uideamus quid sequitur. e ¶ Mouebuntur omnia fundamenta terræ.] Videte, principes mali qualem habent retributionem. Propter malos iudices, terræ fundamenta quatiuntur. Hoc interim diximus primum, secundum literam, quoniam totius orbis concussio propter malos principes uenit. Dicamus autem & aliter: Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego malos iudices, qui fundamenta posuerunt in terram & non in cœlum, subuertam, qui debuerunt fundamentum habere Christum, quem posuit architectus Paulus, & noluerunt, sed in terram posuerunt fundamenta sua. 1.Cor.3.b

D

f ¶ Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.] Audiat Eunomius, audiat Arius, qui dicunt filium dei similiter esse filium, ut nos sumus. Quod dij sumus: non est naturæ, sed gratiæ. Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Propterea feci hominem, ut de hominibus dij fiant. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Videte quanta sit dignitas, & dij uocamur & filij. Ego feci uos deos, sicut feci Moysen Pharaonis deum, ut postquam dij fueritis, digni efficiamini filij mei. Considerate scripturam diuinam: Non est personarum acceptio apud deum. Non dixit: ego dixi dij estis reges & principes, sed omnes quibus æqualiter corpus dedi & animam & spiritum, æqualiter donaui & deitatem & adoptionem. Aequaliter omnes nascimur & imperatores & pauperes, æqualiter & morimur. Aequalis enim conditio est. g ¶ Vos autem sicut homines moriemini.] Videtis ergo quoniam qui homo est, moritur. Deus enim non moritur. Et Adam quàmdiu seruabat præceptum, & deus fuit, non mortuus est. Postquam uero gustauit de arbore illicita, statim mortuus est. Denique dicit ei deus: In quacunq; die gustaueris, morte morieris. Melius habet in Hebræo: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut ille eiectus est de paradiso, sic & nos eiecti sumus. h ¶ Et sicut unus de principibus cadetis.] Quoniam dixerat, filij excelsi omnes: non potest filius esse excelsi, nisi & ipse excelsus fuerit. Ego dixi ut omnes uos excelsi sitis, ut ego excelsus sum. Vos uero sicut unus de principibus cadetis. Quoniam excelsi eramus, propterea cecidisse dicimur. Vbi sunt qui dicũt diabolum, diabolũ esse factum? Vbi sunt qui dicũt malam naturã à deo creatam? Secundum Hebræum hic duo dicuntur: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut pater uester noluit audire præceptum domini & cecidit: ita & uos moriemini. Ergo illud de Adã dictũ est. Hoc uero quod sequitur: Et sicut unus de principibus cadetis: quis est iste unus de principibus qui cecidit? Si uolueris dicere Adam, iam in superioribus

uersiculis

A uersiculis dictum est: Vos autem sicut Adam moriemini. Simulq; uidete significantiam uerbi. Vos autem sicut Adam moriemini. Quoniam Adam mortuus est, & nos morimur. Diabolus uero qui princeps fuit & cecidit, nō mortuus est. Neque enim potest angelica dignitas mortem recipere, sed tantum ruinam. Idcirco dixit: Sicut unus de principibus cadetis. Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur: Et ecce & hic cecidit, & ibi cecidit. Propterea cecidit: qa semper in cœlestibus uersabatur. Iste est

Surgē deus iudica terram, quoniām tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Canticū psalmi Asaph. LXXXII

DEus qūis similis erit tibi, nē taceas neque compescaris deus. Quoniām ecce inimici tui sonuerunt, & qūi oderunt te extulerunt caput. Super populum

Ezech.28.c cui dicitur in Ezechiel: Tu es resignaculum similitudinis. Videte quid dicat: Resignaculum similitudinis. Non dixti: tu es signaculum similitudinis, sed resignaculum similitudinis. Signauerat te deus, & similem sibi fecerat. Tu uero postea resignasti te ad similitudinem & imaginem dei, & tu cōditus es. Denique dicitur in ipsa prophetia: In medio Cherubim nutritus es, inter lapides iaspidis & carbūculi fuisti in paradiso dei, & cecidisti (inquit) & à monte dei uulneratus es. Iste est princeps Tyri ex eo tempore quo cecidit: siquidem Tyrus lingua Hebræa dicitur צור Zor, hoc est, tribulatio. Ergo & ipse princeps qui primo erat in cœlo, nunc factus est princeps Tyri, hoc est tribulationis istius seculi. Sicut unus de principibus cadetis. Quando dicit

Apoc.12.a sicut unus, ostendit esse & alios. Legite Apocalypsim Ioannis: Draco quando de cœlo cecidit, tertiam partem stellarum secum duxit. Hucusque deus locutus est ad homines, & rursum per prophetam loquitur.

a ¶ Surge deus iudica terram.] Surge: quia nauis nostra fluctibus tunditur. Surge deus, iudica: quoniam

B mali iudices non iudicant, sed euertunt legem tuam, & pecora tua lacerant. Tu surge qui uerus iudex es. Quia ergo mali iudices mortui sunt, sicut Adam, & ceciderunt sicut unus de principibus: propterea tu surge, tu iudica, tu salua creaturam tuam. Mercenarius enim cum lupum uiderit, fugit, relinquit oues: non potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri & matri. Dicamus & aliter: Surge qui pro nobis passus es, pro nobis mortuus es: surge & salua nos. Dicamus aliter: Qui uenisti humilis & contemptus: ueni quasi iudex & uindica nos. Surge deus iudica terram. Videte significantiam proprietatesq; sermonum. Non dixit, iudica cœlum, sed terram. Ergo terra iudicatur, non cœlum. Si ergo terra iudicatur, & non cœlum: ergo in cœlo peccata non fiunt: si autem fierent in cœlo peccata, diceret: Surge deus iudica terram & cœlum. Et uidete clementiam prophetiæ. Non dixit, interfice terram, sed iudica & salua. Non dixit iudica per angelos, iudica per ministros tuos. Illi enim si iudicauerint, non possunt misereri: quia executores sunt sententiæ tuæ. Tu uero si iudicaueris, poteris ipse misereri. Surge deus iudica terram. Imperator potest suam mutare sententiam, præfectus non potest. Propterea te iudicem deprecamur: non contemnentes, sed precantes. Homines etenim & angeli ad comparationem tui crudeles sunt. Tu solus mitissimus iudex es. Vultis scire quoniam deus clemens est iudex, & omnis homo

Matth.13.b crudelis est? Dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminauit. Serui uolunt euellere, & dicit paterfamilias: Dimittite ut simul crescant, ne cum zizania de frumento euellitis, eradicetis simul & triticum.

b ¶ Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.] Propterea te iudicem deprecamur: quia omnibus gentibus misertus es. Quare non dixit: tu possidebis omnes gentes, sed tu hæreditabis? Vbicunque hæreditas ponitur, ibi mors ante præcessit. Propterea hæredes & cohæredes dicimur. Hæredes dixit Christi: quia pro nobis mortuus est. Cohæredes: quia nobiscum regnaturus est. Tu hæreditabis: Misisti enim seruos tuos, reuertamur ad apostolos, alium in circuncisionem, alium in gentes. Quàmdiu Moysen miseras, quàmdiu Esaiam, quàmdiu Hieremiam, quàmdiu alios prophetas: notus erat in Iudæa deus: in Israel magnum nomen eius. In modica terra nominis dei notitia ferebatur. Misisti Petrum piscatorem, qui dimiserat rete, qui ab opere callosam habebat manum. Non misisti oratorem, non misisti philosophum: Misisti hominem rusticanum, hominem piscatorem. Iste piscator, iste rusticanus de Hierosolyma perrexit Romam, & rusticanus cepit Romam quam eloquentes capere non potuerunt. Rursum iuit Paulus apostolus, & de Hierosolyma prædicauit usque in Illyricum: & prædicauit, ubi non erat prædicatum euangelium: ne super alienum fundamentum poneret ædificium. Deinde dicit, quod de urbe Roma iret ad Hispaniam. Videte Paulum persecutorem, qui in Iudæa fuerat persecutor, prædicat gentibus. Vbi sunt qui prædicant Alexandrum Magnum Macedonum imperatorem, quod in breui spatio uicerit tantas gentes? Habuit exercitum, habuit & ingentes turbas, & non tale aliquid potuit, sed modicum quiddam. Iste uero Paulus quondam persecutor fuit, qui dicebat: Et si 2.Cor.11.b imperitus sum sermone, non tamen scientia. Qui solœcismos facit in loquendo, crucem Christi portat, & quasi triumphans omnes capit. Totum orbem subegit ab Oceano usque in mare rubrum. Dicat aliquis: Hoc totum lucri causa fecerunt. Hoc enim dicit Porphyrius: Homines rusticani & pauperes, quoniam nihil habe- D bant, magicis artibus operati sunt quædam signa. Non est autem grande facere signa. Nam fecere signa in Aegypto magi contra Moysen. Fecit & Apollonius, fe- Exo.7.b cit & Apuleius. Infiniti signa fecerunt. Concedo tibi Porphyri, magicis artibus signa fecerunt, ut diuitias acciperent à diuitibus mulierculis, quas induxerant: hoc enim tu dicis, quare mortui sunt? quare crucifixi? Fecerunt & alij signa magicis artibus, sed pro homine mortuo non sunt mortui: pro homine crucifixo nō sunt crucifixi. Sciunt isti hominem esse mortuum & moriuntur sine causa? Felix ergo nostra uictoria, quæ in sanguine apostolorum dedicata est. Fides nostra nō probatur, nisi per illorum sanguinem. Benedicamus ergo deum, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

c ¶ Canticū psalmi Asaph.] Iste psalmus uocē prophetæ cōtinet collaudantis deum. Ait ergo. LXXXII

DEus quis similis erit tibi?] Quia nullus est similis tui: nullum alium autorem, nisi te quærimus.

e ¶ Ne taceas neque compescaris deus.] Nos tacemus, tu pro nobis loquere. Iusti uox est quæ dicit: Neq; compescaris deus. De iustitia sua securus est. f ¶ Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.] Possumus secundum Tropologiam de ecclesia interpretari & hæresibus. Possumus autē secūdū literā interpretari de populo Iudæorum, & de cæteris gentibus, quæ in circuitu expugnant Iudæam. Quoniā ecce inimici tui sonuerunt. Vocem & detractionem aduersariorum sonitum uoluit appellare. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Videte quid dicat: Sonuerunt, hoc est, quasi cymbalum tinniens, sic sonuerunt auribus meis. Sonus proprie dicitur, cum auditur tantummodo sonus, & uox non intelligitur. Ergo quod dicit hoc est. Illi quidem loquebantur, & quasi uolebant me arguere: cæterum ego non quasi uocem, sed quasi sonum audiebam. g ¶ Et qui oderunt te, extulerunt caput.] Videte quid dicat: Ergo qui eleuat caput, odit

deum

A deum. Superbis enim dominus resistit: humilibus autē dat gratiam. Et qui oderunt te, extulerunt caput. Si cau/sam habes contra aliquem: si tibi detrahit frater tuus, & tu es humilis pro Christo, & ille superbus propter dia/bolum, tu imitaris eum qui dicit: Discite à me, quia mi/tis sum & humilis cor/de. Ille autem qui eri/gitur, illum imitatur qui dicit: In cœlum ascendam, super syde/ra cœli ponam thro/num meum, ero simi/lis altissimo. Et q ode/runt te, extulerunt ca/put. a ¶ Super po/pulum tuū maligna/uerunt consiliū.] Suf/ficit alicui, si populus dei sit. b ¶ Cogita/uerunt aduersus san/ctos tuos.] Hoc in/terpretatione non in/diget. Legisse, intelle/xisse est. c ¶ Dixe/runt, uenite & disperdamus eos de gēte.] Et nō sit gens: quia populus dei est. d ¶ Et non memoretur nomē Is/rael ultra.] Non memoretur hic, qui sensu uideat deum. e ¶ Quoniam cogitauerunt unanimiter simul.] Infeli/ces nos: Infelix populus dei, non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. f ¶ Aduersus te testamentum dispositum tabernacu/la Idumæorum.] Videte nominum sacramenta. g ¶ Ta/bernacula Idumæorum & Ismaelitæ: Moab, Agareni, Ge/bal, & Amalek, alienigenæ cum habitantibus Tyrum: et/enim Assur uenit cum illis, facti sunt, &c.] Vndecim sunt

B qui pugnant aduersus sanctum. Quoniam ergo pugna/uerunt cōtra sanctos, ad perfectum numerū, id est duo/decimum, uenire non potuerunt. Tabernacula Idumæo/rum. Non habent domus fundamentum, sed tabernacu/la quæ cito pertranseunt. Idumæa dupliciter interpreta/tur, aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnant aduersus sanctos. Tabernacula Idumæorum terreni & Ismaelitæ. Ismaelitæ interpretantur, obedientes sibi. Hoc est, quodcunq; cor habuerit & mala cogitatio, statim fa/

Ezech.13.a ciūt. Propterea dicitur in Ezechiele: Fili hominis loque/re aduersus prophetas, qui sequūtur cor suum, & quod/cunq; impellit cogitatio faciunt. Nos autem non debe/mus sequi cogitationem nostram, nec dici Ismaelitæ, hoc est, obedientes sibi: sed Ismael, hoc est, obedientes deo. Moab ex patre, hoc est recedentes à deo patre. Agareni, Proselyti. Qui cum deberent esse habitatores dei, Prose/lyti facti sunt. Gebal interpretatur, uallis uana. Ge, dici/tur uallis. Bal uero interpretatur, uana. Isti ergo qui cō/tra dei populum sunt, non sunt de monte, sed de valle uana. Et Ammon interpretatur, populus turbidus, hoc est, qui confidunt in multitudine & non in simplicitate. Amalek interpretatur, lingens terrā. Quicunq; enim pu/gnant aduersus populum dei, non comedunt cœlestem panem, sed lingunt terram sicut serpēs. Alienigenæ. Vbi dicit, alienigenæ: in Hebræo habet Philistijm. Philistijm uero interpretantur, cadentes potione, hoc est, qui ine/briati sunt de calice diaboli, & inebriati ceciderūt. Cum habitantibus Tyrum. Tyrus lingua Hebræa dicitur צור zor, quod interpretatur, tribulatio & angustia. Qui de/buerant esse peregrini in isto seculo, facti sunt habitato/res. Isti ergo qui expugnant populum dei, habitant in Zor, hoc est, in angustia & tribulatione animæ suæ. Istæ ergo tantæ gentes quæ pugnant aduersus sanctum, ui/deamus quem habent principem: saluatorem, an diabo/lum. Quid sequitur? Etenim Assur uenit cum illis. Assur Nabuchodonosor aduersarius dei, qui populum dei du/xit in captiuitatem: licet uideatur gentes habere pluri/

Matth.11.d

tuū malignauerunt consilium, & cogitauerūnt aduer/sus sanctos tuos. Dixerūnt, uenite & disperdamus eos de gente, & nōn memoretur nomen Israel ultra. Quo/niām cogitauerunt unanimiter simul, aduersus te testa/mentum dispositum, tabernaculā Idumæorum & Ismaelitæ. Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalek, alienigenæ cum habitātibus Tyrum. Etenim Assur uenit cum illis, facti sunt in adiutoriū filijs Lot. Fac illis sicūt Madian & Sisaræ, sicut Iabin in torren/tē Cison. Disperierunt in Endor, facti sunt ut stercus terræ. Pone principes eorum sicūt Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Omnes principes eorum qui

mas pro se dimicantes: tamen principem habent Assur, C hoc est, diabolū. Facti sunt in adiutorium filijs Lot. Lot interpretatur, declinans. Dæmones ante fuerunt angeli, & postea cum diabolo ceciderunt, & facti sunt satellites eius, sicut scriptum est in Apocalypsi Ioannis: Quia dra Apoc.12.c co cecidit, & traxit se/cum tertiam partem stellarum. Ergo quid dicit? Isti qui uenerūt cum tantis gentibus, & expugnauerūt po/pulum tuum, & uenit cum eis Assur & prin/cipem habent diabo/lum, facti sunt in ad/iutorium filijs Lot, hoc est, dæmonibus. Qui à te declinaue/runt, hoc operantur quod & dæmones. Videtis quia difficil/lima loca sunt: uide/tis quia obscura sunt, & in singulis sermo/nibus magna sunt sacramenta, & necessitate cōpellimur in uerbis Hebraicis, & plenis mysterijs diutius immo/rari. Neque enim nunc rhetoricum locum euentilamus, sed id quod à spiritu sancto dictum est, interpretari niti/mur. Nisi enim sic interpretetur, ut diximus, quid pro/dest ecclesijs Christi legere tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, & cætera nomina? Quoniam ergo uenerunt contra populum tuum, uideamus quid eis imprecetur psalmista. h ¶ Fac illis sicut Madian & Sisara, sicut Ia/bin.] Legisti in Iudicum libro: Iste est Madian quem expugnauit Gedeon: Iabin & Sisara, isti sunt quos ex/pugnauit Debbora & Barach. i ¶ In torrente Cison D disperierunt in Endor.] Debbora & Barach interfece/runt Sisaram principem militiæ. Ergo quod dicit: uide/te quid sit. Domine quantam habent superbiam, quo/niam cum tanto ueniunt exercitu, quoniam Nabucho/donosor habent principem Assyriorum, quoniam facti sunt in adiutorium filijs Lot, quoniam hoc agunt quod agunt dæmones, quoniam superbia ipsorum usque ad te eleuata est, propterea te deprecor, ut ad ignominiam suam, non à uiro uincantur, sed à muliere. k ¶ Facti sunt ut stercus terræ.] Qui? Madian & Sisara & Iabin. Isti tres facti sunt sicut stercus terræ. Madian interpreta/tur relinquens iudicium. Quicunque pugnat contra po/pulum meum, nō cogitat futurum esse iudicium. Sisara interpretatur equi uilio. Isti qui pugnāt cōtra populum tuum, non sunt de grege tuo & de pecoribus tuis, sed de equis qui insaniunt in fœminas. Isti ergo equi semper parati in prælium sunt. Sicut Iabin. Iabin interpretatur intellectus. Qui sibi in sua sapientia confidunt, & non in gloria dei. Facti sunt ut stercus terræ. Illi qui gloriaban/tur in exercitu, qui habebant principem Assur, & dice/bant: in cœlum ascendam, non solum in terram cecide/runt, sed in terra stercus facti sunt. l ¶ Pone principes eorum.] Quorum? Qui pugnant contra populū tuum. m ¶ Sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Omnes Iudic.6.&7 principes eorum.] Legisse uos puto historiam in Iudicū libro, quoniam Gedeon qui uocatur alio nomine Hiero baal, pro populo dei pugnans, hos quatuor reges uice/rit & interfecerit eos. Videte quales sunt principes Ma/dianitarum qui reliquerunt iudicium dei. Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Quis putat in istis uerbis esse my/steria saluatoris? Legunt hoc philosophi & irrident. Le/gunt rhetores, & putant esse deliramēta. Non solum au/tem rhetores, sed & Iudæi non habent clauem scientiæ, quoniam uelamen positū est ante oculos eorum. Oreb interpretatur foramen, in quo coluber ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videte nomina principum aduer/

sariorū

sariorum Christi. Zebee, hostia, hoc est, quos lupus suf-
focauerit. Et Salmana, perfecti in malicia. Videte ergo
nominum sacramenta. *a* ¶ Qui dixerunt, hæreditate
possideamus sanctuarium dei.] Dixerunt, sed non perfe
cerunt: quia dñs pugnabat pro populo suo. *b* ¶ Deus
meus pone illos ut ro
tam.] Videte clemen
tiam prophetæ: Non
precatur contra eos,
sed pro eis. Videte qd
dicat: Deus meus qui
deus es omniū: meus
proprie deus. Deus
meus pone illos ut
rotā. Qui quasi fun-
damētum habent in
malitia: non habeant
fundamētum, sed ua-
cillent, & non stent in
malitia. *c* ¶ Sicut
stipulam ante faciem
uenti, sicut ignis qui
comburit syluā.] Si-
cut stipulā, non sicut
frumentum. Sed sti-
pulā quod dicit, hoc
est, si quis est in eis sti
pula & palea, pereat.
Sicut ignis qui cōbu
rit syluam. Non dixit arbores frugiferas, sed syluam quæ
nō habet fruges. Si quis ergo stipula est: & nō habet fru-
mentum: si quis sylua est & non habet fruges, hic pereat.
d ¶ Sicut flāma comburens mōtes.] Superbia in eis pe
reat. *e* ¶ Ita persequeris illos in tempestate tua & in ira
tua.] Quid? Occides eos? Non: sed *f* ¶ Turbabis eos.]
Vt saluentur. *g* ¶ Imple facies eorum ignominia.] Vt
B confundātur. Quare hoc? *h* ¶ Vt quærant nomē tuum
domine.] Videtis ergo quia non contra eos, sed pro sa-
lute ipsorum deprecatur. Denicq; & in sequētibus uidete
quid dicat. *i* ¶ Erubescant & conturbētur in seculū se-
culi, &c.] Pereant secūdum hoc quod mali sunt, & saluē-
tur quod bonum est. Denicq; uidete: quoniā perditio hic
non abolitionē sonat sed salutē. Quid sequitur? *k* ¶ Et
cognoscāt quia nomen tibi dñs, tu solus, &c.] Erigat se
qui uult ut erigatur. Nos dicamus: tu solus altissimus in
omni terra. Quātumuis aliquis exaltet: nos habeamus
deum cui excelsius nomen est: cui est gloria in secula se-
culorū. Amen. *l* ¶ In finem pro torcularibus filijs Co-
re psalmus.] Tres sunt psalmi qui pro torcularibus præ
scribuntur, octauus & octogesimus & octogesimus ester-
tius. Octauus præscribit Dauid: octogesimus uero præ
scribitur Asaph: octogesimus uero tertius filijs Core. Do
uobis aliquā regulam, ut sciatis in scripturis quid obser
uare debeatis. Quicunq; psalmus præscribitur filiorum
Core: nihil triste habet, sed semper læta significat. Quo-
niā enim Core & Dathan & Abiron fecerūt cōtra Moy-
sen, & à domino puniti sunt: filij Core qui nō sunt secuti
patrem suum, æterno gaudio benedicti sunt. Quoniam
autē Core interpretatur caluaria, & manifestū est quod
caluaria significet locū resurrectionis: quicūq; filius Co-
re est, filius est resurrectionis. Quicūq; autē filius resurre
ctiōis est, nihil pōt habere quod triste est. LXXXIII
QVàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, con
cupiscit & deficit anima mea in atria domini.] Dein
de dicitur: Beati qui habitant in domo tua. Videte tria
esse tabernacula & atria, & ad extremum domū. Quàm
dilecta tabernacula tua domine uirtutū. Quæ sunt ista
tabernacula? Videamus euangeliū an nobis aliquam si-
Luc.16.b gnificantiā præbeat. Loquitur dñs & dicit: Facite uobis
amicos de iniquo māmona, ut cum defeceritis, recipiāt
uos in æterna tabernacula. Videtis ergo quod iniquum
mammona in isto sæculo deficit. Tamē cōsiderate quod
iste iniquus iustitiā præparat. Mammona in lingua He- C
bræa diuitiæ nuncupātur: non aurum, ut quidā putant.
De iniquo māmona. Vera est & philosophi quædā sen-
tentia. Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres est.
Propterea dicit dñs atque saluator quod diuites difficile Matth.19.e
ingrediūtur in regnū
cœlorū. Dicat aliqs:
Quomodo Zacheus
ingressus est in regnū
cœlorum qui diues
fuit? Sed dedit diui-
tias, & statim commu
tauit diuitias regno
cœlorum. Non dixit
quicunq; diuites fue-
rint, non intrabūt in
regna cœlorū, sed di-
xit, quod difficile di-
uites intrabunt in re-
gna cœlorū. Quàm
dilecta tabernacula
tua dñe uirtutū. Alij
desiderant possessio-
nes: alij seculi istius
diuitias: alij parere in
istius sæculi ecclesijs,
& gloriam aliquā ha
bere apud homines:
mihi hoc solum desi
derium est uidere æterna tabernacula. Illa mihi dilecta
sunt tabernacula, ubi congregatio uirtutum est non ui-
tiorum. Concupiscit & deficit anima mea in atria domi-
ni, hoc est solum desiderium: hic solus amor meus, ut ui
deam atria tua. Videte ordinem. Primum desiderat ta-
bernacula: tabernacula quæ non habent fundamētum:
tabernacula quæ cito mutantur. Tabernaculū enim sem
per mutatur, & huc illucq; transfertur. Cæterū atria non D
sunt quidem domus, sed tamen habēt aliqua fundamen
ta, & de atrio intramus in domum. Iste ergo primum ta
bernacula desiderat, & postea deficit & amore tabescit
ut uideat atria, & cum fuerit in atrio tunc dicit: Beati qui
habitant in domo tua. *n* ¶ Cor meū & caro mea exul
tauerunt in deum uiuum.] Difficile est ut cor & caro ali
cuius in commune consentiāt. Si enim secundū Apostо-
lum spiritus pugnat cōtra carnem, & caro cōtra spiritū, Gal.5.c
quomodo hic dicit, cor meū & caro mea exultauit? Hoc
non potest dicere, nisi ille qui in amorem dei tota mente
defixus est. Cor meum & caro mea. Illud est quod dicit
& in alio loco: Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter Psal.62.a
tibi caro mea. Ista est caro quæ desiderat dominū, de
qua in alio loco dicitur: Et uidebit omnis caro salutare
dei. Illa autē caro de qua dicitur: Omnis caro fœnū, non
desiderat dominum. Cor meum & caro mea. Vide mihi
aliquem abstinentē, qui mortem carnis suæ, lucrum pu-
tat animæ suæ. Hæc autem carnis sunt, ieiunia & iniuriæ.
Denicq; & Apostolus quid dicit? Quem tradidi satanæ in 1.Cor.5.b
interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Nisi caro mortua
fuerit, spiritus uiuificari nō pōt. Propterea dicit & Apo-
stolus: Quādo infirmor tunc fortior sum. Consideret se 1.Cor.12.c
unusquisq; quādo ieiunio lassus est & defectus: quomo-
do anima uigeat: quomodo nihil aliud mens nisi de deo
consideret: quomodo semper dicat, quàm dilecta taber-
nacula tua dñe uirtutum. *o* ¶ Etenim passer inuenit si-
bi domū, & turtur nidū sibi ubi reponat pullos suos.]
Interim simpliciter interpretemur. Videte quid dicat.
Desidero domine æterna tabernacula tua, concupiscit &
deficit anima mea in atria domini. Sedem aliquam & ni
dulū animæ meæ & corpori meo habere desidero. Aues
quæ libere huc atq; illuc uagātur: tamē postquàm uola-
uerint, habent locum & nidulos ubi requiescant. Quāto
magis anima mea & caro mea debet sibi locum præpa-
rare, ubi possit requiescere? Nunc altius aliquid ascenda

dixerūt, hæreditate possideamus sanctuarium dei.
Deus meus pone illos ut rotam, sicūt stipulam ante fa-
ciem uenti. Sicut ignis qui comburit syluam, & sicūt
flamma comburens montes. Ita persequēris illos in
tempestate tua, & in ira tua turbābis eos. Imple faciēs
eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine.
Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & con-
fundātur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi do
minus, tu solus altissimus in omni terra.
In finē prò torcularibus filijs Core psalmus LXXXIII
QVàm dilecta tabernaculā tua domine uirtutum,
concupiscit & deficit anima mea in atria domini.
Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum.
Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi
ubi reponat pullos suos. Altaria tua domine uirtutum,

rex meus & deus meus. Beáti qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Beatus uir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in ualle lachrymarum in loco quem poſuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Sion. Domine deus uirtutum exaudi orationem meam, auribus percipe deus Iacob. Protector noſter aſpice deus, & reſpice in faciem Chriſti tui. Quiá melior eſt dies una in atriis tuis, ſuper milia. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

A mus. In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montes ſicut paſſer? Videte ergo quia nemo tranſmigrat in mõtes niſi qui paſſer eſt. Et turtur nidum ſibi. Iſte eſt turtur, de quo dicit in Canticocantico- Canti.2.c
rum: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Turtur nidum ſibi. Turtur eſt animal caſtitatis. Turtur non habitat in humilibus, ſed ſemper facit nidos ſibi in excelſis arboribus. Sicut ergo paſſer & turtur aues caſtiſſimæ nidos ſibi in ſublimioribus faciunt: ſic ergo tabernacula & atria & domus nõ ſũt in humili iſta terra, ſed in excelſo: hoc eſt in regnis cœlorum. Denique uidete quid dicat. a ¶ Beati qui habitant in do. tua.] In tabernaculo non habitamus ſed peregrinamur. Et in atrio quàmdiu ſumus non inhabitamus, ſed peregrinamur. De atriis enim tranſimus in domum. Cum autẽ uenerimus in domum quid dicitur? Beati qui habitant in domo tua: Domus quæ habet fundamẽtum. Quoniam de domo nobis exire non licet: de atriis licet. In ualle lachrymarũ in loco quem poſuit. Vbi dicitur in ualle, neceſſe eſt ut ecõtrario intelligamus & montem. Ergo quicunque diſponit aſcẽſiones in corde ſuo, ubi poſitus eſt? In ualle lachrymarum. Conſideremus quod in ualle ſumus, non ſumus in mõte, non ſumus in paradiſo, nec in paradiſi altitudine, ſed in humilitate terræ, maledictæ
B terræ, maledictæ quæ nobis tribulos & ſpinas generat, quæ cibus ſerpentis eſt, de qua dicitur ad Adam: Terra es & in terrã ibis. Quàmdiu ergo ſumus in ualle lachrymarum: non debemus ridere, ſed plorare. Propterea dicit & dominus: Beati flentes, quia ipſi ridebunt. Interim ergo dum ſumus in ualle lachrymarum, ſeculum hoc, lachrymarum eſt non gaudij. Non debemus ridere, quoniam hoc ſeculum & hoc tempus lachrymarũ eſt, illud gaudij. In ualle lachrymarũ in loco quem poſuit. Quid eſt quod dicitur, in loco quem poſuit. In loco: hoc eſt in ualle lachrymarum. In loco quem poſuit. Deus nos poſuit ad certamen, ut ſemper in hoc pugnemus. Locus ergo iſte, hoc eſt uallis lachrymarum, non eſt pacis, non eſt ſecuritatis, ſed certaminis atque bellorum. b ¶ Beatus uir cuius eſt auxilium abs te.] Nos quidem deſideramus tabernacula & atria & domum tuam, ſed hoc ipſum ut capere poſſimus, non eſt uirtutis noſtræ, ſed auxilij tui. c ¶ Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.] Quis diſpoſuit aſcenſiones in corde ſuo? Beatus uir cuius eſt auxilium à domino: ille diſpoſuit aſcenſiones in corde ſuo. Quicunq; ſanctus eſt, quotidie in priora extẽditur, & præteritorũ obliuiſcitur. Propterea dicuntur & in pſalterio pſalmi graduum quindecim, & primus dicitur: Ad dominum cum tribularer clamaui, & in ſecundo: Leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxilium mihi. Et in tertio: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, & ſemper procedit & proficit & aſcendit in ſublimiora. Quod dicit hoc eſt, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit: Felix eſt qui quotidie proficit, qui non conſiderat quid heri fecerit, ſed quid hodie faciat, ut proficiat. Sanctus aſcenſiones in corde ſuo ponit: peccator deſcẽſiones. Quomodo qui ſanctus eſt quotidie proficit, ita qui peccator eſt quotidie decreſcit. Beatus uir qui diſponit aſcenſiones in corde. Videte conſequentiam ſcripturarum. d ¶ Etenim benedictiones dabit legislator.] Dicat aliquis. In ualle lachrymarum in loco quem poſuit ad agonem, hoc eſt ad certamen: quare poſuit ad agonem: quare pugnare nos uoluit? Reſpõdit ſibi ipſi pſalmiſta & dicit: Propter- C
ea in loco iſto pugnare nos uoluit, ut poſſit tribuere coronas. Etenim benedictiones dabit legislator. Iſte legislator, hoc eſt agonitheta noſter, propterea nos pugnare uoluit, ut nos poſſit benedicere. Videte conſequentiam. Quæ ſunt autem benedictiões iſtius agonithetæ? e ¶ Ibũt de uirtute in uirtutẽ.] Hic uincunt, ut ibi coronentur. Si hic uir fortis apparuerit: ibi robuſtior fit. Ibũt de uirtute in uirtutem. Ergo niſi hic habuerimus uirtutem, ibi uirtutem maiorem habere non poſſumus. Neque enim dixit: ibunt de imbecillitate in uirtutẽ, ſed ibũt de uirtute in uirtutẽ. Vis ibi eſſe fortis? Ante hic eſto fortis. Vis ibi coronari? Hic pugna. Ibunt de uirtute in uirtutem. Poſſumus & aliter dicere. Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia. Qui hic habuerit uirtutem, & ibi habebit ipſam uirtutem. Ibũt de uirtute in uirtutem. Quid habebunt lucri cum ierint de uirtute in uirtutem? Quid habebunt præmij? f ¶ Videbitur deus deorum in Sion.] Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Sufficit uictoribus: ſufficit eis qui pugnauerunt facies Chriſti. Deum uidere, infinita corona eſt. Videbitur deus deorum in Sion. Quanta lætitia eſt: quanta felicitas ire de uirtute in uirtutem, & hoc ipſum habere præmium ut Chriſtum uidere mereamur.
g ¶ Protector noſter aſpice deus & reſpice in faciẽ Chri D
ſti tui.] Videte quid dicat: Et reſpice in faciem Chriſti tui. Et deprecatur homo, ut pater aſpiciat in faciem filij. Sed uide quid dicat. Quoniam dixit Apoſtolus: An ex- 2.Cor.13.a
perimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus. Et rurſum ipſe ſaluator dixit: Qui uos recipit, me re- Matth.10.d
cipit: Ergo hoc eſt quod dicit: reſpice in nos. In nobis enim reſpicis filium tuum, qui habitat in nobis.
h ¶ Quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper milia.] Videte quid dicat: Dies una. Putat aliquis ſic intelligendum: Melius mihi eſt in regno cœlorum parum habere quàm hic totum: hoc eſt, in iſto ſeculo. Eſt quidem & iſta intelligẽtia non mala. Sed nos dicamus. Si poſſit fieri, ut aliquis una die eſſet in regno cœlorum, & poſtea præcipitaretur, recte diceret: Melius eſt dies una in atriis tuis. Nunc uero quod dicit una dies, hoc eſt quod dicit: in regno cœlorum una illa dies non habet noctem & tenebras, ſed ſemper lux eſt. Qui ergo una die in regno cœlorum fuerit, ſemper ibi eſt. i ¶ Elegi abiectus eſſe in domo dei mei magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.] Hoc eſt quod etiam ſaluator ait de Ioanne: Amen amen dico uobis: quoniam in- Matth.11.d
ter natos mulierũ non eſt maior Ioanne Baptiſta. Deinde dixit, quia ipſe eſt angelus. Et deinde dixit: Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Senſus ibi iſte eſt. Ioannes inter omnes homines maior eſt. Et ſi uultis ſcire, ipſe eſt angelus. Iſte autem qui in terra angelus eſt, in cœlorum regno nouiſſimus eſt, hoc eſt ab angelis minor eſt. Qui autem minimus eſt in regno cœlorum, hoc eſt, angelus: maior eſt ab iſto, qui in terra omnibus maior eſt. Hoc eſt ergo quod nunc propheta dicit: Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, hoc eſt minimus eſſe uolui in regno cœlorum, quàm in iſto ſeculo primus. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Tabernacula non habent fundamentum, ſed pertranſeunt. Tamen qui peccator eſt, nunquàm incolit terrã, ſed inhabitat & poſſidet.

¶ Quia

Quiã misericordiam & ueritatem diligit deus, gratiã & gloriam dabit dominus. Nõn priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, dominẽ uirtutum, beatus homo qui sperat in te.

In finẽm filijs Core. LXXXIIII

BEnẽdixisti domine terram tuam, auertisti captiui tatem Iacob. Rẽmisisti iniquitatẽ plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus salutaris noster, & auerte iram tuã à nobis. Nunquid in æternum irascẽris nobis, aut extẽdes iram tuam à generatione in generationem. Deus tu conuersus uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis dominẽ misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus,

A a ¶ Quia misericordiam & ueri. &c.] Duo diligit deus, misericordiã & ueritatẽ. Si tantũ misericors esset, omnes nosad peccata prouocaret. Si tantũ ueritatem diligeret: nemo spem haberet pœnitentiæ. Propterea duo quærit, ut ex altero alterum temperet. Si peccator es: audi misericordem deum & noli desperare, sed age pœnitentiam. Si uero iustus es: noli negligẽs esse: quia deus clemẽs est, quoniam deus & iustus est, & ueritatem diligit.

b ¶ Gratiam & gloriã dabit dominus.] Non dixit gloriam & gratiam dabit, sed dixit gratiam & gloriã dabit dominus. Primum donat peccata, & postea coronat.

c ¶ Non priuabit bonis eos qui ambulãt in innocẽtia.] Melius habet in Hebræo, in perfectione. Innocentia enim non est perfecta uirtus, quoniã qui innocens est, nisi habuerit prudẽtiam: non est perfectæ consummataq́ue uirtutis. Propterea dicit etiam in euangelio: Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ. Matth. 10.b

d ¶ Domine uirtutum.] Videte quid dicat: Domine uirtutum. B Ergo quando peccata aliqua habemus in nobis: deus qui dominus uirtutum est, nõ est dominus noster: quia dominus non est peccatorum, sed iustorum.

e ¶ Beatus uir qui sperat in te.] Ille sperat in domino, qui conscientiam non habet peccatorum, qui oculos liberos ad cœlum leuat. Iste sperat qui scit non offendisse se dominum suum: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

f ¶ In finem filiorum Core.] Psalmus hoc titulo prænotatur. Frequenter dixi, ubicunque titulus est filiorum Core, nihil triste est, sed semper lætum. Tristitia enim patris, filiorum gaudio consolatur. Denique diligẽter psalmos relegite, & ubicunque inueneritis titulum filiorum Core, nihil triste reperietis. Frequenter dixi Core, quod interpretatur caluariæ locus, necesse est ut lætum aliquid significet. Denique quis est iste Core? Qui de Hiericho ascendebat in Bethel. Bethel domus dei. Diligenter animaduertite. Quicunque in Hiericho est & uult ire ad domum dei: necesse est ut ascendat. Ergo de Hiericho Core noster, hoc est Eliseus, ascendit in domum dei in Bethel, & egrediebatur de Bethel, hoc est de domo dei, hoc est, de synagoga ubi prius fuerat domus dei, egrediuntur pueri quadragintaduo, & illudunt Eliseum & Core 4. Reg. 2. d nostrum, & dicunt: Ascende calue, ascende calue. Ille uenit ad domum suam, & irridetur à paruulis Bethel. Verum Eliseus ille patientissimus, qui propterea uenerat in Bethel ut saluaret, respexit se aliquando, respexit & iussit de saltu exire duos ursos, & interfecerunt quadraginta duos pueros. Sic & dominus noster, hoc est noster Core, cum uenisset in Bethel & uellet ascendere, irrisus à paruulis, iubet exire duos ursos: hoc est, Vespasianum & Titum, & interfecerũt quadraginta duos pueros. Qui sunt isti quadraginta & duo pueri? Ab ascensu Christi usque ad subuersionem Hierusalem, quadraginta & duo anni sunt. Diligenter aspicite, & sic inuenietis. Dedit itaque illis locum pœnitentiæ quadraginta & duos annos post resurrectionem suam cum ad Bethel ascenderet. Sed quoniam illi irridebant: ascende calue, ascende calue: egressi sunt duo ursi & interfecerunt illos.

BEnedixisti domine terram tuam.] De aduentu dicitur saluatoris. Hoc proprie secũdum historiam. Cæterum secundum Tropologiam, cum dixerimus de historia, postea dicemus. Benedixisti domine terrã tuam. Hoc diximus de aduentu saluatoris. Terra quæ te offenderat, quæ idolola, trijs fuerat inquinata, te ueniente saluata est. Benedixisti domine terram tuam. Loquitur peccator post ea uenia consecutus. Benedixisti domine terram tuã. Licet tribulos spinas attulerit, tamẽ creatura tua est, & ideo saluata est.

b ¶ Auertisti captiui tatem Iacob.] Eorũ qui in Christo crediderunt. Auertisti captiuitatẽ Iacob. Quicunq; in peccatis est, captus tenet.

i ¶ Remisisti iniquitatẽ plebis tuæ.] Nõ propter opera eorũ, sed propter misericordiã tuã saluasti populũ tuũ.

k ¶ Et operuisti omnia peccata eorum.] Vsque ad finẽ de aduentu saluatoris psalmus est, sicut dixit: misericordia & ueritas. Veruntamen prope timentes eum saluta re ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra. Vere enim gloria dei habitauit in terra nostra, & deinde iustitia de cœlo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem. D Quam benignitatem? Terra nostra dedit fructũ suum. Maria terra nostra, caro nostra, dedit fructum suum. Iustitia ante eum ambulauit. Iustum fructũ dedit terra uirgo. Hoc interim diximus secundum historiam, nunc dicamus secundum Tropologiam. Remisisti iniquitatem plebis tuæ. Nemo dimittit, nisi quod debetur. Operuisti omnia peccata eorum. Virtutibus operuisti, & propterea peccata non parent. Ac si diceret: Iniquitatem operuisti iustitia: impudicitiam operuisti castitate: nigredinẽ operuisti candore.

l ¶ Mitigasti omnem iram tuã: auertisti ab ira indignationis tuæ. Cõuerte nos deus salutum nostrarum.] Videte quid dicat. Tu quod in te fuit, auersus es ab ira propter clementiã tuam. Cõuerte nos deus. Tu auersus ab ira, nos auertisti à peccatis. Conuerte nos deus salutũ nostrarum. Quare non dixit salutis nostræ, sed salutũ nostrarum? Si semel peccaremus, una indigeremus salute. Multa peccauimus: propterea multis indigemus salutibus.

m ¶ Deus tu conuersus uiuificabis nos.] Quamdiu ergo ad nos dominus non cõuertitur, mortui sumus.

n ¶ Ostẽde nobis domine misericordiã tuam, & salutare tuum da nobis.] Quod saluator descẽdit, misericordia dei est. Non uenisset medicus, nisi ægrotarent plurimi. Quoniam ægrotabãt plurimi, propterea uenit medicus. Quoniã indigebamus misericordia, propterea uenit saluator.

o ¶ Audiam quid loquatur in me dominus deus.] Multi putant quãdo loquitur Moyses & dicit: hæc dicit dñs, & Esaias & cæteri & cũ dicitur: factum est uerbum domini ad Esaiam siue ad Ezechiel prophetam, quoniã forinsecus sermo fiat, & per istas aures audiat propheta quod loquitur à dño. Non est ita. Denicq; & dñs noster quid loquitur ad pharisæos & Iudæos? Qui habet aures audiẽdi audiat. Et Esaias ait: Do Luc. 8. a minus addidit mihi auriculam. Videte quid dicat: Do- Esa. 5. b minus addidit mihi auriculam. Quoniã non habebam illam auriculã quæ in corde est: addidit mihi ut dei possim audire sermones. Et nũc ergo propheta quodcunq; audit, audit in corde. Quãdo enim clamamus in cordi-

A bus noſtris, abba pater: & clamor ille ſilentij eſt, & ſilentiū auditur à domino: ſic & dñs loquitur ad cor noſtrū, quod clamat abba pater. Ideo ergo nūc dicit propheta: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Tale quid & Habacuc propheta dicit: Stabo in contemplatione, & uideam quid reſpondeat mihi dominus: & quid reſpondeam ad eum. Et audiam quid loquatur in me dominus deus. Ergo & hoc quod dicit, audiam quid loquatur in me dominus deus: loquitur in corde: loquitur in ſenſu. Vultis ſcire qualis ſit clamor cordis? Vultis ſcire, quoniam clamor apud deū non uocis, ſed lachrymarum eſt. Dicitur & in lamentationibus Hieremiæ: Non tacuit pupilla oculi mei. *a* ¶ Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.] Proprie dicitur hoc de populo Iudæorū, qui in Chriſtū crediturі ſunt, hoc eſt, de aduentu Chriſti. Dicitur & de fide populi Iudaici, hoc eſt, de apoſtolis & quicunq; apoſtolis crediderunt. Quoniā loquetur pacem in plebem ſuam. Pax non dicitur, niſi quādo bellū non eſt. *b* ¶ Et ſuper ſanctos ſuos & in eos qui cōuertuntur ad cor.] Hoc eſt, qui primū ſequebantur carnē, & poſtea conuertuntur ad cor. Vt ſcias quia pro Iudæis dicitur iſte uerſiculus, hoc eſt, de his qui crediderunt in ſaluatorē: uidete exempla quæ diximus. Fac mihi Iudæum legere Leuiticum, & omnia illa ſacramēta quæ ſcripta ſunt: & quomodo leproſus ingreditur in ſynagogam: quomodo gallina tollitur & obtor-
B quetur illi collum: Deinde dicitur de ſanguine quomodo aſpergatur: dicitur de aqua: dicitur de hyſſopo: dicit etiam quomodo ſcindantur illi ueſtimenta: & ſic ingreditur in ſynagogam ille qui leproſus fuerat. Si ſecūdum literam legamus, quid nobis prodeſt quod legimus? Si uero conuerſi fuerimus ad cor, ſi ſpiritualiter intellexerimus: uidebimus quoniam leproſus non poteſt intrare ad populū dei, niſi ſcindātur ueſtimenta eius, niſi quodcunq; clauſum fuerit, reueletur. Denicq; uidete, quoniam iſte leproſus niſi per ſanguinē & aquam & hiſſopum nō ingreditur ſynagogam. Ergo & tu qui uſq; hodie leproſus fuiſti, nō apparebat lepra tua antequā uenires ad ſacerdotem. Sed quoniā ueniſti ad ſacerdotē, diſſuit ſacerdos ueſtimenta tua: & quod tectum uidebatur & ſanum eſſe, oſtendit leproſum. Omnia peccata tua & leprā tuā poſuit ante oculos tuos: & ideo te reducit in ſynagogam dei per ſanguinem & aquam. Per ſanguinem, per paſſionem Chriſti, & per aquam, per baptiſmum. Ergo poſt lepram ſanari nō poteris, niſi per paſſionem Chriſti & per
Pſal. 50 baptiſmū. Et cum hoc feceris, dicitur & illud: Aſperges me hyſſopo & mundabor, lauabis me & ſuper niuē dealbabor. Vſque hodie in Aegypto es: quàmdiu nō ueneris ad ſanguinem & ad aquam, ſaluari nō poteris. Vis ut exterminator qui interfecit Aegyptū, non te interficiat? Tolle hyſſopū, intinge in ſanguine, aſperge poſtes tuos. Exterminator cum uiderit ſanguinem in fronte tua, accedere non poterit. Hoc totum quare dixi? Quia ſcriptū eſt: & in eos qui conuertūtur ad cor. Ergo non poterit deus loqui pacem plebi ſuæ, niſi eis qui conuertuntur ad cor. *c* ¶ Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius.] Oſtendo uiam ſalutis: do miſericordiam, licet necdum cōuerſus es ad cor: tamen expecto, do locū pœnitentiæ. Et hoc totum quid eſt? *d* ¶ Vt inhabitet gloria in terra noſtra.] Propterea te ad pœnitentiā uocat, ut qui leproſus eras, habeas hoſpitem Chriſtum. *e* ¶ Miſericordia & ueritas obuiauerūt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.] O quàm præclara amicitia. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: Peccator es: audi quid dicat: Miſericor- C
dia. Sanctus es, audi quid dicat, & ueritas. Nec ſi peccator es, deſperes: nec ſi iuſtus es, ſuperbias. Dicamus aliter. Duo ſunt credentes populi: unus de gentium populo, & alius de Iudæorum. Iudæis repromiſſum eſt quod ueniret ſaluator: nobis autem qui extranei eramus à lege dei, nō eſt repromiſſum. Miſericordia igit̄ eſt in populo gentilium, ueritas in populo Iudæorum: quia quod repromiſſum eſt, uenit, hoc eſt, quod repromiſſum eſt patribus, hoc completur in filijs. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Videte quid dicat. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Ipſum eſt quod ſupra dixit. Miſericordia & ueritas. Miſericordia ipſum eſt quod & pax: ueritas autem ipſum eſt quod & iuſtitia. Si quid enim ad pacem pertinet, hoc & ad miſericordiam: & ſi quid ad ueritatem, hoc ad iuſtitiam. Videte ergo quid dicat: Iuſtitia & pax deoſculatæ ſunt: hoc eſt, miſericordia & ueritas amicitiam fecerunt: hoc eſt, & gentilium populus & Iudæorū ſub uno paſtore Chriſto eſt. *f* ¶ Veritas de terra orta eſt.] Ego ſum uia, uita & ueritas. Ille q̄ dixit, ego ſum ueritas, de terra ortus eſt. Quæ eſt iſta ueritas quæ de terra orta eſt? Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de ra- Pſal. 73.c
dice eius exiet. Et in alio loco: Qm̄ deus operatus eſt ſalutem in medio terræ. Quid dicis Manichæe, qui negas carnem habuiſſe ſaluatorem? Ecce ueritas, id eſt, ſaluator: de terra, hoc eſt, de Maria ortus eſt. *g* ¶ Et iuſtitia de cœlo proſpexit.] Iuſtum enim erat ut ſaluator miſereretur populo ſuo. Videte quid dicat. O iuſta iudicia dei, D
& inueſtigabiles uiæ eius. Veritas de terra orta eſt, hoc eſt ſaluator. Et rurſum: Et iuſtitia de cœlo proſpexit. Iuſtitia ipſe ſaluator eſt. Quomodo de terra orta eſt? Quomodo de cœlo proſpexit? De terra orta eſt, quod homo natus eſt, de cœlo proſpexit, quoniam deus ſemper in cœlis eſt, hoc eſt, natus quidem eſt de terra, ſed ille qui de terra natus eſt, ſemper in cœlo eſt, hoc eſt, ſic apparebat in terris, ut cœlum non derelinqueret. Deus enim ubiq; eſt, & ubique proſpexit, quoniam donec peccabamus, auertebat oculos ſuos à nobis. Quod dicit, hoc eſt: Iuſtum eſt ut figulus miſereatur operibus ſuis, ut paſtor miſereatur gregi ſuo. Nos populus eius ſumus, nos terra eius ſumus. Propterea ergo de terra ortus eſt & de cœlo proſpexit, ut impleat iuſtitiam ſuam, & miſereatur operi ſuo. Denique ut ſciatis quoniam iuſtitia non crudelitatem ſonat, ſed miſericordiam: uidete quid dicat.

quoniām loquetur pacem in plebē ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius, ut inhabitet gloria in terra noſtra. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in uia greſſus ſuos.

b ¶ Etenim dominus dabit benignitatem.] Propterea proſpexit de cœlo, ut miſereatur operibus ſuis. *i* ¶ Et terra noſtra dabit fructum ſuum.] Veritas quidem de terra orta eſt. Hoc de præterito. Nunc de futuro dicitur: Et terra noſtra dabit fructum ſuum. Nolite deſperare, quod ſemel natum eſt ex Maria, quotidie & in nobis naſcitur. Et terra noſtra dabit fructum ſuum. Et nos poſſumus parere Chriſtum ſi uolumus. Et terra noſtra dabit fructū ſuum: de quo fiat cœleſtis panis, de quo dicitur: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. Hæc quidem om- Ioan. 6.a
nia diximus de miſericordia domini, quoniam propterea uenit ut ſaluaret humanum genus. Verumtamen ſcire debemus, quoniam ipſe iudicaturus eſt uiuos & mortuos, ipſe ueniet ad iudicium. *k* ¶ Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in uia greſſus ſuos.] Nolite negligentes eſſe. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in uia greſſus ſuos. Videte quid dicat: greſſus ſuos, ubi nō ſunt lapides, ubi non ſunt ſpinæ & tribuli, ubi æqualis eſt uia, ubi ambulare poteſt, ubi non poteſt impingere.

Et nos

A Et nos ergo faciamus in corde nostro uiam domino: de qua uia laborabat & Ioannes, & clamabat in eremo, ut
Matth.3.a faceremus uiam domino: ergo & nunc dicitur, Et ponet in uia gressus suos. Vbi inuenit uiam, ambulat. Licet an-
te habebamus spinas & tribulos, licet & lapides: dicitur
Esa.57.c nobis in Esaia: Et lapides de uia proiici-
te. Hoc autē propterea dicit: ne cū uoluerit deābulare in uia nostra, impingat pedem suum. Lapides qui in uia sunt & proiici iubentur, peccata nostra sunt. Non ambulat in corde nostro Christus, si peccatū aliquod fuerit: statim impingit in lapides. Et ponet in uia gressus suos. Faciamus uiam & ponet in uia gressus suos Iesus: cui sit gloria & honor in secula seculorū. Amē.
a ¶ Oratio Dauid.] Iste psalmus uocem cōtinet nostri mediatoris uenientis ad passionem. In fine uero ipsius prophetæ tenet orationem.

LXXXV

B INclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniā inops & pauper sum ego. Custodi animā meā, quoniā sanctus sum.] Iuxta fragilitatem assumpti corporis ad patrem fundit oratio nem. Secundum deitatem uero sanctum se dicit: sicut quondā dixerat ad Moysen: Sancti estote, quoniā ego sanctus sum.
c ¶ Saluum fac seruum tuū deus meus sperantem in te. Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die.] Formam serui suscepit, quam in omni tempore præsentis uitæ saluari precatur. Scit enim quia & si spiritus prōptus est, caro autem infirma est. d ¶ Lætifica animam serui tui.] A tribulationibus præsentibus mœstā. e ¶ Quia ad te domine animam meam leuaui.] A te eam resuscitari credēs. f ¶ Quia tu domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocātibus te.] His qui te de puro corde inuocant, mitem te præbes, & copiosam misericordiam eis indulges. g ¶ Auribus percipe domine orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ.] Quoniam iusta peto. h ¶ In die tribulationis meæ.] Hoc est, in die passionis. i ¶ Clamaui ad te.] De cruce. k ¶ Quia exaudisti me.] Vt commendatum tibi restitueres spiritum meum. l ¶ Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua.] Non reperitur in simulachris gentium, qui sic possit ut tu operari.
m ¶ Omnes gentes quascunq; feci sti, uenient & adorabunt corā te domine: & glorificabunt nomen tuū. Quoniam magnus es tu, & faciēs mirabilia tu es deus solus.] Per passionem enim meam cognoscent magnitudinem

Oratiō Dauid. LXXXV

INclinā domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluū fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die, lætificā animam serui tui, quoniām ad te domine animam meam leuaui. Quoniām tu domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocātibus te. Auribus percipe domine orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ. In diē tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. Nō est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti, uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua, lætetur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & nō proposuerunt te in conspectu suo. Et tu domine deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & uerax. Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum signum in bonum, ut uideant qui oderūt me & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.

FPsalmus cantici filijs Core. LXXXVI
Vndamentā eius in montibus sanctis, diligit do-

C n ¶ Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua.] Si enim me ad Christum tuum, qui est uia, deducas, nulla me fallacia retinebit. o ¶ Lætetur cor meum ut timeat nomē tuum.] Cum à mœrore facinorum erutus fuero, tunc in te lætitia spirituali gaudebo. p ¶ Confitebor tibi domine deo meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me.] Cur cōfitea tur nomini dñi aut honoret eum, uersicu lus sequens exponit, dicens: q ¶ Eripuisti animā meā ex inferno inferiori.] Non q duo inferna sint, sed iste superiorē infernum, peccatum dixit: inferiorem uerō, qui est uerus infern⁹, in quo peccatores dānantur. Laudat ergo ob hoc misericordiā domini, quod sit erutus à supplicio inferioris inferni. r ¶ Deus iniqui insurrexerunt aduersus me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam.] Vitiorū seu dæmoniorū: Non ex persona Christi hæc propheta loquit̄, sed intelligit̄ de Iudæis.
s ¶ Non proposuerunt deum ante conspectum suum.] Ob cæcauerat eos malitia eorum. t ¶ Et tu domine deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & uerax.] Misericors cum remittis, patiēs cum peccatorem ut conuertatur expectas: uerax, cum promissa restitues.
u ¶ Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo.] Ad repugnandum potestatibus aduersis.
x ¶ Et saluum fac filium ancillæ tuæ.] Ecclesiæ, in qua sum renatus. y ¶ Fac mecum signum in bonum, ut uideant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.] Muniar crucis tuæ signo, quod uidentes potestates aduersæ fugiant confusæ, & discedant à me. Hæc enim pro nostro populo propheta rogat. Sed & nos precamur domine, ut crucis tuæ signo tuti, atque eius præsidio custoditi, mereamur ab omnibus diaboli insidijs liberari: quia tibi est honor & gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. z ¶ Filijs Core psalmus cantici.] Inter psalmum & canticum quid intersit, frequēter dixi. Psalmus ex psalterio dicitur. Cāticum uero ex uoce profertur. Psalmus refertur ad manus, hoc est, ad opera: canticum ad theoriam.

LXXXVI

FVndamenta eius in mōtibus sanctis.] Non prædixit cuius: & dixit, fundamenta eius in montibus sanctis. Qui loquitur, propheta est. Filij sunt Core. Core quid

minus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Memor ero Raab

A interpretetur, frequenter dixi, caluaria, hoc est, filij resurrectionis. Fundamenta eius, siue dei, siue certe ecclesiæ. Quæ sunt autem fundamenta, nisi pater & filius & spiritus sanctus? Hæc ergo fundamenta non sunt in uallibus, sed sunt in montibus, & non in montibus quibuscũque, sed in montibus sanctis. Loquitur Paulus: Quasi sapiens architectus fundamentum posui, hoc est, fidem trinitatis. Denique dicit & in alio loco: Expectabãt enim ciuitatem habentem fundamenta, cuius artifex & conditor deus. Fundamenta eius in montibus sanctis. Ideo dixit, in montibus sanctis: quia sunt & alij montes non sancti. Denique dicitur in Esaia: Super montem tenebrosum leuate signum. Et in alio loco dicitur: Quis es tu mons corrupte? Dicitur & in Hieremia. Date domino deo uestro gloriam, antequam offendant pedes uestri ad mõtes tenebrosos. Videtis ergo quia sunt & montes tenebrosi, & dicitur nobis à Hieremia, ut demus gloriam deo, antequam offendant pedes nostri ad montes tenebrosos. Si enim pedes nostri impegerint ad illos montes, gloriam domino dare non possumus. Fundamenta eius in montibus sanctis. Quos nos possumus dicere fundamenta? Apostolos. In illis erant fundamenta: ibi primum posita est fides ecclesiæ: & ibi fundamenta sunt posita. Et quia unusquisque superædificat fundamento: alius aurum, alius argentum, alius lapides pretiosos, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Istas portas diligit, quas uidemus corruisse. Istas portas diligit, & istam Sion diligit, quæ arata est sicut ager. Et uidete quid dicat. a ¶ Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.] Videte quid dicat: Super omnes ciuitates Iacob, hoc est, Iudæ, istam tantum diligit ciuitatem. Et quomodo uidemus alias ex parte stare: & istam penitus corruisse? Legamus Apocalypsim Ioannis: legamus & Esaiam: ubi ædificatur ciuitas Hierusalem: & duodecim portæ ipsius dicuntur esse de lapidibus pretiosis constructæ: & ipsa ciuitas de cœlo descendit: & dicuntur muri eius aurei, & dicuntur plateæ eius stratæ esse smaragdo: & dicuntur singulæ portæ ex singulis lapidibus pretiosis. Hæ sunt totæ domini diuitiæ, & hoc diligit dominus quod & homines? Prohibet nos ab auaricia, & ipse de auaritia extruit ciuitatem? Ergo diligit dominus portas Sion, Illas portas duodecim Sion, manifestum est quod de apostolis scripsit. Super omnia tabernacula Iacob, super omnes ueteres sanctos. Hoc interim diximus secundum unum tropum. Dicamus autem & aliter: Diligit dominus portas Sion. Mihi uidentur portæ Sion esse uirtutes. Sicut enim portæ mortis sunt uitia atque peccata: ita portæ Sion uidentur mihi esse uirtutes. Denique dicit in alio loco: Qui exaltas me de portis mortis. Si autem portæ mortis peccata sunt: ergo portæ Hierusalem uirtutes sunt. Super omnia tabernacula Iacob. Videte quomodo Iacob, hoc est, uetus populus, non habet fundamentum, nec domum fundamentis positam, sed tabernacula quæ cito pertranseunt. b ¶ Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.] Ergo hoc quod dictum est, fundamenta eius in montibus sanctis, possumus & de deo dicere. Possumus autem & hoc dicere: gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quæ est ista ciuitas ubi dicta sunt gloriosa? In omnibus prophetis dictum est de hac ciuitate. Esaias dicit: Exurge, exurge Hierusalem, induere fortitudinem brachij tui. Iterum ipse Esaias: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ non oppugnatur. Dicit & Dauid: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco: Domine in ciuitate tua imagines eorum dissipabis. Et saluator gloriosa loquutus est de hac ciuitate: Nõ potest abscõdi ciuitas super montem posita. c ¶ Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.] Quoniam dixit: gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: & tamen ipsam ciuitatem ecclesiam intelligimus de gentibus congregatam: propterea nunc de uocatione gentium dicitur: Memor ero Raab & Babylonis sciẽtium me. Quicunq; peccator est, securus sit. Dominus memor fuit Raab. Securum dixi, si reuertatur ad dominum. Cæterum securitas sine lachrymis nõ habet remediũ. Memor ero Raab. Raab illius meretricis, quæ suscepit exploratores Iesu, quæ erat in Hiericho, quò uenerat Iesus, & misit duos exploratores. Hiericho mundus iste, qui in septem diebus subuertitur, uult interficere exploratores. Et cũ ille cupiat interficere exploratores, sola meretrix Raab suscepit. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in cœnaculo. Dicamus ergo primum secundum quod uulgo dicitur: Neque enim debemus & illam interpretationem dimittere. Et suscepit eos non in inferiori loco, sed in cœnaculo. In domate, hoc est, in sublimitate fidei suæ, & abscondit eos in lino, hoc est, in stupa lini. Hoc interim diximus secundum historiam: & uidetis quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. Iesus dux, qui populũ eduxerat de Aegypto: Iesus, qui interpretatur saluator, Mose mortuo & sepulto in terra Moab, in terra Arabiæ: hoc est, lege mortua, in euangelium cupit inducere populũ suum. Emittit duos exploratores Hiericho, duos exploratores, unũ in circuncisionem, alium in gentibus. Petrum & Paulũ. Hiericho quærit eos occidere: illa eos suscepit meretrix, ecclesia de gentibus congregata. Credit in Iesum, & quos uolebat Hiericho interficere, ipsa saluat in domate suo, & ponit eos in domate suo, in excelsa fide sua: & abscondit eos in lini camalo. Licet meretrix sit, tamen ponit eos in lino. Linum multo labore & diligentia in candorem uenit. Scitis ipsi, quoniam linum de terra nascitur, & cum in terra natum fuerit, nigrum est: nullam speciem habet, nullum usum. Primum ergo tollitur de terra, frangitur, deinde torquetur: postea lauatur, deinde tunditur, deinde plectitur: & D multa cura & labore uix uenit ad candorem. Ergo hoc dicitur, quod ista quidem meretrix suscepit exploratores in lino suo, ut illi exploratores linum ipsius uerterẽt in candorem. Quid igitur? Dat illis cõsilium & sic dicit: Expectate his tribus diebus. Non erat una dies, nõ duo, nisi tres dies. Videte quid dicat. Expectate tribus diebus. Non nominat tres noctes, sed tres dies: quia illuminatũ habebat cor. Et deinde dicit post tres dies. Et quid dicit: Nolite, inquit, ire per campestria, sed in montana conscendite. Ecclesiæ enim fides nõ est in uallibus, sed in montibus cõstituta. Hiericho ergo postea subuertitur ab Iesu: & ista sola meretrix reseruatur incolumis. Ergo hoc dicit: Memor ero Raab, hoc est, quæ suscepit exploratores meos: & ego in die iudicij memor ero eius. Memor ero Raab. Raab quid interpretat, diximus secundũ historiã: dicamus & secundũ nominis interpretationem. Iuxta Anagogen Raab dupliciter interpretatur. Aut interpretatur latitudo, aut certe interpretat superbia. Ergo uidete quid dicat. Illa quæ quondã ambulabat in lata & spatiosa uia quæ ducit ad mortẽ, illa quæ superba erat & habebat impetũ ad ruinam, postea cõuersa est in humilitatem. Memor ero Raab & Babylonis. Babylon interpretatur cõfusio. Videte quid dicat: Non solũ Raab memor ero, sed etiam Babylonis: quæcunq; anima à uitijs peccatis q; cõfusa est. Et Babylonis scientium me. Videte quid dicat: Licet aliquis Raab fuerit, licet Babylon fuerit: tamen memor ero quicunque me scierit. Ergo si fuerimus Raab & Babylõ, etiã debemus esse securi & dicere: Deus dixit: memor ero Raab & Babylonis. Sed uidete quid sequitur: Scientium me. Fuerunt Raab & Babylon, sed postea conuersi sunt ad me. Memor ero Raab & Babylonis, scientium me. Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea ad memoriam dei. Hucusque quasi per ænigma locutus est: nũc uero apertius loqui-

1. Cor. 3. b
Ioſue. 2
Esa. 13. a
Zach. 4. b
Hiere. 13. c
Apoc. 21. e
Esa. 62.
Psal. 9. c
Esa. 52. a
Psal. 45. a
Ibi. 72. c
Matth. 5. b

& Babylonis,scientibus me.Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopum,hi fuerunt illic.Nunquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.Dominus narrabit in scriptura populorum & principum,horum qui fuerunt in ea.Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

A loquitur ad uocationē gentiū.Videte enim quid dicat. a ¶ Ecce alienigenæ,&c.] Alienigenas uocat ad distinctionē Israel.Nos eñ sumus alienigenæ & Tyrus. Tyrus interpretat tribulatio:hoc est,zor:& populus Aethiopū niger,& in peccatorum sordibus inuolutus.Et populus Aethiopum. Hoc est quod dicitur:Aethiopia præueniet manus eius deo.Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum. Quod dicitur hoc est Illi qui ante alieni erant in tribulatione: qui erāt positi in corde maris. Dicit enim de Tyro,Tyrus posita in corde maris. Illi igitur qui prius erant in mari,& fluctibus tundebantur,postea inuenti sunt in ecclesia.Et populus Aethiopū:nos quondam Aethiopes fuimus,Aethiopes uitijs atque peccatis:quoniam peccata nos nigros fecerāt,sed postea audiuimus Lauamini,mundi estote. Et diximus, Lauabis me & super niuem dealbabor.Nos ergo Aethiopes uersi sumus in candorem,Ecce alienigenæ & Tyrus populus Aethiopum,hi fuerunt illic. Vbi fuerūt? Vbi gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. b ¶ Nunquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea.] Lxx. interpretes ita transtulerunt: Nunquid Sion dicet homo. Spreuerunt ergo multi,nec intellexerunt μήτι σιὼν quid est,& addiderunt ς & legūt μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος. Et hoc propterea dicunt: quoniam sequitur & homo natus est in ea. Sperauerunt etiam ita debere dici:mater Sion dicet homo quoniam filius natus dicitur:propterea errant in matris uocabulo. Dicamus ergo primum secundum quod uulgo dicitur,Neq; enim debemus & illam interpretationem dimittere. Dicamus ergo & nos: Mater Sion dicet homo,& homo natus est in ea.Isti qui nati fuerunt in ecclesia, alienigenæ, Tyrus & populus Aethiopum:isti sunt qui nascuntur in ecclesia,credunt in ecclesiā,& nascuntur in ecclesia.Nisi enim baptizati fuerint,filij ecclesiæ non erunt. Isti uero qui baptizati sunt in ecclesia,matrem appellant ecclesiam. Dicamus & secundum Hebraicam ueritatem: Nunqd Siō dicet homo,& homo natus est in ea. Quod dicit hoc est: quis poterit nunciare Sionē quis ei poterit nūciare hominum? quoniam homo nascetur in ea,& ipse saluabit eam? Hoc est,nullus hominum potest ei nunciare: quia Sion saluetur in homine qui in ea nascitur.Et homo natus est in ea. Quis est iste homo? c ¶ Et ipse fundauit eam altissimus.] Respondeant Ariani: quoniam dicunt altissimum solum patrem esse:ecce hic de filio dicitur:Et ipse fundauit eam altissimus.Non dixit filius dei qui erat in principio apud patrem.Sed quid dixit? Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus.Si autem altissimus dicitur,quāto magis uerbū dei? d ¶ Dominus narrabit in scriptura populorum,& principū horum qui fuerunt in ea.] Non dixit qui sunt in ea,sed qui fuerūt in ea.Dominus narrabit: & quomodo narrabit? Non uerbo,sed scriptura.In cuius scriptura? In populorum.Non sufficit in populorū,sed etiam principum dicit.Et quorum principum? Qui sunt in ea.Nō dixit hoc, sed qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus apostolum Paulum:legimus Petrum,& legimus illum dicentem: An experimētum eius quæritis qui in me loquitur Christus? Et quod Paulus loquitur,loquitur Christus. Qui enim uos recipit,me recipit. Dominus ergo noster atque saluator, narrat nobis & loquitur in scripturis principum suorū.Dominus narrabit in scripturis populorū:In scripturis sanctis. Quæ scriptura populis omnibus legitur: hoc est,ut omnes intelligant. Quod dicit hoc est. Sicut scripserūt apostoli sic & ipse dominus:hoc est,per euangelia sua loquutus est,non ut pauci intelligerent,sed ut omnes. Plato scripsit in scriptura,sed non scripsit populis sed paucis. Vix enim intelligunt tres homines. Isti uero:hoc est,principes ecclesiæ & principes Christi: non scripserunt paucis,sed uniuerso populo.Et principum, hoc est,apostolorum & euangelistarum:horum qui fuerūt in ea. Videte quid dicat, Qui fuerunt, non qui sunt: ut exceptis apostolis,quodcunque aliud postea dicetur,abscindatur: nō habeat postea autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliqs post apostolos: quāuis disertus sit,nō habet autoritatem. Quoniam dominus narrat in scriptura populorum,& principū horū qui fuerunt in ea. e ¶ Sicut lætantium omnium,habitatio est in te.] Propheta loquitur ad ecclesiam,& dicit ei: Sicut lætantium omniū habitatio est in te. Quare non dixit,lætantium omnium habitatio in te,sed dixit:sicut lætantiū omniū. Dicitur in alio psalmo: In conuertēdo dominus captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati:& non dixit,cōsolati. Sic & in isto loco dicit: Sicut lætantiū omniū habitatio in te. Hoc totum quare dicit? Quoniam in præsenti seculo quāuis aliquis sanctus sit,quāuis renunciet seculo,nō habet perfectam uictoriā. Deniq; dicitur in euāgelio: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabūtur. Si autem dictum est, Beati qui flent,quoniā ipsi ridebunt:manifestū est,quoniam in præsenti seculo non est certa lætitia: ergo lætitia nostra quasi lætitia est.Habitatio in te. Videte quid dicat,ut aliquis nunq; recedat ab ecclesia. Scire debemus quoniā quod interpretati sumus de ecclesia, potest & intelligi de anima nostra. Si enim Siō interpretatur specula, anima autē nostra non aliter nisi semper sublimiora cōsideret: uera ecclesia,uerum tēplum Christi non est, nisi anima humana. Ecclesia Christi non est alia,nisi anima credētium in Christū. Vos,inquit,estis templū dei: & spiritus dei habitat in uobis. Fundamenta eius in mōtibus sanctis:hoc est, dei fundamenta non sunt, nisi in montibus sanctis,in dogmatibus animæ credentis. Diligit dominus portas Sion.Habet Sion nostra plurimas portas:quas si aperuerimus,ingreditur ad nos sponsus & dormit nobiscum. Deniq; ipse dicit,Ecce ego sto ante ostium & pulso. Si quis mihi aperuerit,intrabo & cœnabo cum ipso. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ciuitas non est unum ædificium,sed in multis ædificijs consistit. Sic & Sion nostra,nisi plures uirtutes habuerit,ciuitas dei non erit.Memor ero Raab & Babylonis scientium me.Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum,ascendit postea in memoriam dei. Nunquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea.Rem uobis mirā loquor,sed uerā. Sion nostra in qua aliquotiēs alienigenæ sunt & Tyrus & Aethiopes:illa specula,illa meretrix,illa Raab,illa Babylō,illa quæ diuaricauit pedes suos omni transeunti secundū Ezechiel,illa meretrix si uoluerit uirgo repēte efficitur. Virgo fit,& concipit filiū dei,& generat. A timore tuo dñe cōcepimus,& parturiuimus,spiritū salutis tuæ fecimus sup terrā. Videte ergo,quoniā illa meretrix à deo cōcepit & parturiuit saluatorē. Spiritū salutis tuæ fecimus sup terrā. Ergo anima nostra illa Raab, illa meretrix, potest concipere & parere saluatorē. Et homo natus est in ea. Si uolumus, quotidie nascitur Christus. Per singulas uirtutes nascit̄ Christus. Si enim Christus dei uirtus & dei sapiētia est: quicūq; uirtutē facit,uirtutem generat. Et ipse fundauit eā altissimus. Ipse qui nascitur in te: ipse fundamentū dat Sion tuæ. Dñs narrabit in scriptura populorū. Manifestum est,qm̄ quod dñs loquitur in scriptura, nulli ita loquit̄ quomodo Siō. Et tamen cū ista oīa fuerint,cū natus fuerit in ea Christus,nō est certa & secura uictoria,sed & semp in periculo sum⁹.

Psal.125

Matt.5

Apoc.3.d

Ezech.16.b

Esa.26.c

1.Cor.13.a

Matt.10.d

A Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Qui lætus est, ex ipsa hilaritate securus est. Qui autem securus est, cito decipitur. Qui autem insidias reformidat, cito potest euadere, præstante domino, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Cāticū psalmi filijs Core in finē pro Mahalathad respōdendū intellectus Heman Israelitæ. LXXXVII

DOminē deus salutis meæ, in die clamaui & noctē coram te. Intret in conspectū tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precē meam. Quiā repleta est malis anima mea, & uitā mea in inferno appropinquauit. Aestimatūs sum cum descendentibus in lacum, factūs sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicūt uulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi dē manu tua repulsi sunt. Posuerūnt me in lacu inferiori, in tenebrōsis & in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus. & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longē fecisti notos meos à me, posuerūnt me abominationem sibi. Trādi tus sum & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te domine, totā die expandi ad te manus meas. Nūquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & ueritatem tuam in perditione. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis. Et egō ad te domine clamaui, & mane oratiō mea præueniet te. Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me? Pauper sum ego & in laboribus à iuuētute mea, exaltatus autem humiliātus sum, & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circūdederunt me sicut aqua, tota die circundederunt me simul. Elongāsti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

B

C

D

a Canticum psalmi filijs Core: in finem &c.] Iste psalmus passionis dominicæ cōtinet sacramenta, ea proferēs usque ad cōsummationem, quæ idem dns passus pro mundi salute ad patrem locutus est. LXXXVII

DOmine deus salutis meæ, in die clamaui.] In illa claritate tecum degens quā semper habui: pœnitentiam populis prædicaui. c ¶ Et nocte coram te.] Inter tenebras Iudæorum. d ¶ Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuā ad precē meā.] Quā in hoc corpore positus profundo, e ¶ Quia repleta est malis aia mea.] Peccatis populi peuntis. f ¶ Et uita mea in inferno appropinquauit.] Cū prohis qui pereunt trador. g ¶ Aestimatus sum cum descendentibus in lacū.] Sicut reliquos peccatores me in mortē redigere arbitrati sunt: nec resurgere crediderunt. h ¶ Factꝰ sū sicut homo sine adiutorio.] Dum non est libertati meæ socius in inferno: nec adiutor ad liberandum. i ¶ Inter mortuos liber.] Nemo me in inferno uinxit: sed ego uinctorum catenam propria uirtute laxaui. k ¶ Sicut uulnerati &c.] Sicut satiati diuitijs seculi, & instupris atque obscœnatibus sepulti à te nō memorātur: ita & ego à corde raptus sum Iudæorum. l ¶ Et ipsi de manu tua repulsi sunt.] A uirtute tua separati. m ¶ Posuerunt me in lacu inferiori.] Cū latronibus & peccatoribus obnoxijs. n ¶ In tenebris & in umbra mortis.] Ad infernales angustias: in quibus mors sola dominabatur. o ¶ In me transierunt iræ tuæ &c.] Iram & procellam macellationis furoris tui quas in gētibꝰ effusurus eras, super me induxisti, qui peccata eorum suscepi: sicut alibi ait: Propter peccata populi mei percussi eū. Esa.53.c p ¶ Longe fecisti notos meos à me.] Angelos uel apostolos ut nullus præberet auxilium. Nam & ego poteram te rogare pater, ut exhiberes mihi plusquam duodecim legiones angelorum: sed filui ut implerentur scripturæ. q ¶ Posuerunt me abominationem sibi.] Non noti, sed Iudæi. r ¶ Traditus sum morti, & non egrediebar.] Non sum disiunctus à paterna diuinitate: sed nec de sepulchro statim prodij: ut dilatio resurrectionis, ueritatem ostenderet mortis. s ¶ Oculi mei languerunt præ inopia.] Sensus utique tenuitate, cum apostoli relicto eo uel fugerunt uel negauerunt: quia eum resurgere nescierūt, sicut ille dilectus discipulus. Nondum enim sciebat scripturas: quia oporteret illum à mortuis resurgere. t ¶ Clamaui ad te domine.] Dicens: Eli eli lamma azabthani. u ¶ Tota die expandi manus meas ad te.] Extensus in cruce. x ¶ Nunquid mortuis facies mirabilia.] Non illis qui uiuentes mortui sunt: sed mihi qui in te uiuo. y ¶ Aut medici suscitabuntur & confitebuntur tibi.] Non aromata medicorum, sed tu pater me resuscitas. Neque illi, sed ego confitebor tibi in populis. z ¶ Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & ueritatem tuam in perditione.] Non te laudabit sepultus in diuitijs seculi, neque habitans in perditione peccati. a ¶ Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis.] Omnis enim qui facit peccatum, odit lucem, & à corpore terrenis oppressō iustitia tua occultatur. b ¶ Nam ego ad te domine clamaui.] In orationis arcano. c ¶ Et mane oratio mea præueniet te.] Quia matutina me resurrectione clarificabis. d ¶ Vt quid domine repellis orationē meam, auertis faciem tuam à me.] Vt non transeat calix iste. e ¶ Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea.] A tempore carnis assumptæ. f ¶ Exaltatus autem.] In cruce. g ¶ Humiliatus sum.] In sepulchro. h ¶ Et conturbatus.] In morte. i ¶ In me transierunt iræ tuæ.] Transierunt & non perstiterunt. k ¶ Et terrores tui conturbauerunt me.] Ipsos quos superius in gentes me effusurum pronunciaui. l ¶ Circundederunt me sicut aqua tota die.] Iudæi in fluctibus persecutionum. m ¶ Circundederunt me simul.] Pharisæi cum sacerdotibus: Pilatus cum principibus & populis. n ¶ Elongasti à me amicum & proximum.] Proximus est qui facit misericordiam: qui mecum non est inuentus. o ¶ Et notos meos à miseria.] Præ confusione passionis, etiam ipsi apostoli elongati sunt à me. Hinc iam descendens ad infernum: de manu alligati fortis, spolia reportans: præuenit matutina eius operatio patrem, cum mane resurgens apparuit multis. Quem nos supplices deprecamur, ut plebem sua passione à laqueo inferni liberam: sua fortitudine roborare, ac de secundæ mortis nexibus dignetur absoluere: ut expediti ac liberi, regno eius mereamur adiungi. Ipsi gloria & imperium cum æterno patre & spiritu sancto in cuncta secula seculorum. Amen.

¶ Intelle-

Intellectus Aethan Israelitæ. LXXXVIII

MIsericordiás domini in æternum cantabo. In generationẽ & generationem, annunciabǒ ueritatem tuam in orẽ meo. Quoniám dixisti, in æternum misericordia ædificabitur, in cœlis præparabitur ueritas tua in eis. Dispostui testamentum electis meis, iurauí Dauid seruo meo usqꝫe in æternum præparabo semen tuum, Et ædificabǒ in generatione & generationem sedem tuam. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniám quis in nubibus æquabitur dño similis erit dñǒ in filijs dei. Deus qui glorificatur in cõsilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Dominẽ deus uirtutum quis similis tibi, potẽs es domine, & ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut uulneratum superbum, in brachiǒ uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua, iustitiá & iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordiá & ueritas præcedent faciem tuam, beatus populus qui scit iubilationem. Dominẽ in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitiá tua exaltabuntur. Quoniám gloria uirtutis eorum tu es, & in beneplacitǒ tuo exaltabitur cornu nostrũ. Quiá domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Tunc loquutus es

A 4 ¶ Intellectus Aethã Israelitæ.] Iste psalmus in multis uocibus cõtinet. Habet enim uocẽ patris ad filiũ, filij ad patrẽ: ecclesiæ, ipsius q; prophetæ, uel apostolorum. Ex pphetica ergo uoce sic inchoat ad patrẽ. LXXXVIII Misericordias dñi in æternũ cantabo.] Illas misericordias, qbus hominẽ peccato mortuũ dignatus es uisitare p filium. c ¶ A generatione & generatione.] A ueteri in nouo testamento. d ¶ Annunciabo ueritatẽ tuam.] Christum tuũ. e ¶ In ore meo.] In quo cõfessio fit ad salutem. f ¶ Quoniã dixisti: in æternũ misericordia ædificabitur.] Sẽper enim miseratio tua sublimat, & nũquã destruitur. g ¶ In cœlis præparabitur ueritas tua.] In apostolis prædestinatur. Hinc uox patris. h ¶ Dispostui testamentũ meũ &c.] Doctoribus ecclesiarum, ut acquisitos per gratiam populos uel doceant uel informẽt. i ¶ Iuraui Dauid seruo meo.] Dei B quippe iuratio, promissionis est cõfirmatio. Dauid seruo meo id est, Christo domino: qui ex genere Dauid carnẽ assumpsit. k ¶ Vsque in æternũ præparabo semẽ tuum.] In credentibus ecclesiæ. l ¶ Et ædificabo in generatiõe & generationẽ sedem tuam.] Ipsam ecclesiam, in qua ceu rex sedebis in æternum. Iterum propheta ait. m ¶ Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum.] Apostoli enim prædicabunt Iesum Christum: & quæ per eum operaris in congregationem sanctorũ. n ¶ Quoniam quis in nubibus æquabit domino.] In prophetis utique. o ¶ Aut quis similis erit domino in filijs dei.] Multi sunt filij dei per adoptionẽ: sed nullus unigenito filio uero potest assimilari deo. p ¶ Deus qui glorificatur in consilio sanctorum.] Paracletus scilicet qui in cõgregatiõe apostolica adorandus erat: æqualis esse patri ac filio prædicatur. Nam & dñs Iesus Christus cũ patre & spiritu sancto, una substitit omnipotentia. q ¶ Magnus & horrendus &c.] Qui ei per innocentiam uitæ appropinquare meruerunt. r ¶ Dñe deus uirtutũ quis similis tibi.] Potentia & uirtute. s ¶ Potens es domine & ueritas tua &c.] Hi de quibus ipse qui es ueritas ais: Pater uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. t ¶ Tu dominaris potestati maris.] Huius seculi potestatibus. u ¶ Motum autem fluctuum eius tu mitigas.] Tentationes quas cõmouent seruis tuis. x ¶ Tu humiliasti sicut uulneratum superbum.] Diabolum, qui clauis crucis tuæ sauciatus, humiliatus est in spolijs. y ¶ Tu in uirtute brachij tui &c.] Satellites eius. z ¶ Tui sunt cœli & C tua est terra.] Apostoli uel reliqui sancti q in terris positi cœlestem uitam agunt. a ¶ Orbẽ terrarum &c.] Haud dubiũ est huius mundi plenitudinẽ à te procreatã. Sed & illam uiuorum terram, in qua plenitudo sanctitatis te introducente inhabitabit tu præparasti e lectis tuis. b ¶ Aquilonem & mare tu creasti.] Aquilo antichristus intelligitur. De quo ait deus ad Hieremiam: Ab Aquilone pandetur malum sup cũctos habitatores terræ. c ¶ Thabor & Hermon &c.] Hermon inçi anathema interpretatur: sicut in quadragesimo primo exposuimus psalmo. Thabor uero ueniens lumẽ, uel ueniat lux. Igitur iste q uel optatiue uel pphetice ad uenire pronũciat lumen, uetus intelligitur testamẽtũ: ille uero qui anathema, id est, pditionẽ profert: nouũ testamẽtũ ostẽdit: in quo peccata anathematizari iubẽtur, dicente dño: Nisi pœnitentiã egeritis, omnes similiter pibitis. Exultẽt ergo ambo in nomine dñi: cũ uel ille lumẽ mũdi uenire uaticinatur: uel iste eũ in ipso mundo iam lucere, signis uirtutibus q; demõstrat. d ¶ Tuũ brachiũ cũ potẽtia.] Fortitudo tua, cũ ea qua uoluerís efficacia præualebit. e ¶ Firmet manu tua.] Opera quæ facis in mũdo. f ¶ Et exaltetur dextera tua.] Maiestas tua: uel ecclesia in gentibus acquisita, g ¶ Iustitia & iudiciũ &c.] Nisi qs prius iustitiam iudiciũq; fecerit: non potest effici sedes tua. h ¶ Misericordia & ueritas &c.] Vbi enim misericordia ac ueritas comitantur: illic & inspectio faciei tuæ conuertitur. i ¶ Beatus populus qui scit iubilationẽ.] Spirituale utiq; iubilationẽ, per quã mundi nequitiæ colli-dẽtur: sicut quondã ad iubilationẽ Iesu & sacerdotũ, Hiericho corruit, mundi figurã tenẽs. k ¶ Dñe in lumine uultus &c.] In illuminatione utiq; spiritus sancti. l ¶ Et in nomine tuo exultabũt tota die.] In nomine illo nouo quod benedicitur in terris: id est, Christiano. m ¶ Et in tua iustitia exaltabuntur.] Sequentes atque custodientes eam. n ¶ Quoniã gloria uirtutis eorũ tu es.] In te enim gloriantur: & non in alio. o ¶ Et in beneplacito tuo &c.] Sicut enim eis beneplacita fuerunt præcepta tua: ita tibi beneplacitum est, ut in te exaltetur uirtus eorum. p ¶ Quoniã domini est assumptio.] Carnis utique. q ¶ Et sancti Israel regis nostri.] Ipsius domini nostri Iesu Christi, qui in ecclesia regnat. Hinc iterum propheta ad patrem loquitur. r ¶ Tunc loquutus es in uisione sanctis tuis.] Prophetis, reliquis q; que electis.

¶ Et

in uisione sanctis tuis, & dixisti, posui adiutoriũm in potentẽ, & exaltaũi electum de plebe mea. Inuẽni Da nid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiẽt inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et conscindam à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. Et ueritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitũ ponam illum, excelsum præ regibus terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis, neque nocebo in ueritate mea. Neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. Tu uero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum. Auertisti testamẽtum serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eũ omnes transeũtes uiam, factus est opprobrium uicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius,

A a ¶ Et dixisti, posui adiutoriũ.] Populo scilicet. b ¶ In potentem.] Id est, super diabolum, qui opprimeret superbiam eius. c ¶ Et exaltaui electum de plebe mea.] Christum dominum. Qui propterea electus de populo dicitur quia carnem assumpsit ex homine. d ¶ Inueni Dauid seruum meum.] Inuenit eũ: elegit utique, ut ex eius genere assumeret carnem. Quod autẽ ait seruum, Apostolus explanat: Nõ rapinã arbitratus est esse se Phili.2.a æqualem deo: sed formam serui accepit. e ¶ Oleo sancto meo unxi eũ.] Non tristi & corrupto, sed pleno lætitia & sanctitate. f ¶ Manus enim mea auxiliabit ei, & brachium meũ confortabit eũ.] In assũpto corpore. g ¶ Nihil proficiet inimicus in eo.] Diabolus scilicet. b ¶ Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.] Iudas traditor, qui merito, filius iniquitatis, id est, diaboli dicitur, quia diabolus intrauit in cor eius, ut traderet Christũ. i ¶ Et conB scindam à facie ipsius inimicos eius.] Iudæos utique qui sæpe à domino confusi tanquam cõsciscis gladijs, discedebant à conspectu eius. k ¶ Et odientes eũ, &c.] De dæmonibus dicit iniqs, qui coram eo sæpius fugiebant, clamantes: Quid uenisti ante tempus torquere nos? Matth.8.d Scimus quia tu es filius dei. l ¶ Et ueritas mea, &c.] Veritas, quia ea quæ à me audiuit loquitur. Misericordia, quia sanat infirmos, tam in mente quàm in corpore. m ¶ Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.] Fortitudo ecclesiæ sanguine suo redẽptæ. n ¶ Et ponam in mari manum eius.] Ostendam opera eius mũdo. o ¶ Et in fluminibus dexterã eius.] Super principatus & potestates mundi. p ¶ Ipse inuocabit me pater meus &c.] Sæpius eum inuocasse patrẽ deum: in euangelijs legimus: sicut illud est: Pater, clarifica me apud temetipsum. Et iterũ: Pater, in manus tuas Ioan.17.d commendo spiritum meum. Deus meus, Deum autem Luc.23.f uocat cum dicit: Deus deus meus ut quid me dereliquisti, & multa alia. q ¶ Et ego primogenitum &c.] Est enim dominus Iesus primogenitus ex mortuis: sicut ait Apostolus. Excelsus factus, cœlos ascendens: regna mũ Col.1.c di cuncta subijciens. r ¶ In æternum seruabo illi misericordiam meã, &c.] In ecclesia quã per misericordiã & testamentum præceptorũ suorũ redemit, hæc in ea perpetualiter conseruantur. s ¶ Et ponam in seculũ seculi semen eius, &c.] Congregatio enim sanctorum quæ in ecclesia est, in qua deus tanquã in throno residet: sicut sol fulgebit in regno patris. t ¶ Si dereliquerunt &c.] Quod derelictores legis, iudiciorũ oblitores: prophanatores iustificationum, mandatorumq; transgressiores, in uirga, id est, in disciplina dei corripiãtur & misericordia diuina non auferat: illud ostenditur, ut nullus sine spe recuperationis ab ecclesia arceatur, quia sicut seueritas diuina terret, arguẽte iusticia: ita pietas reparat, moderãte clemẽtia. u ¶ Semel iuraui in sancto meo.] In homine illo dominico. x ¶ Si Dauid mẽtiar.] Nullo enim mẽdacio circunscribitur deus: sicut ait euangelista: Iota unũ aut unus apex Matth.5.b nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. y ¶ Semẽ eius in æternum manebit.] Populus acquisitus. z ¶ Et thronus eius sicut sol in conspectu meo.] Ipsam ecclesiã in claritate futuræ beatitudinis permanere, iterum atque iterũ promittit. a ¶ Et D sicut luna perfecta in æternum.] Tota lucida, tota perfecta: nil obscuritatis continẽs in se. b ¶ Et testis in cœlo fidelis.] Ipse Christus dominus, qui fidele testimoniũ reddit de ope patris in mũdo: in cœlos est euehendus. Hinc ad patrẽ uox apostolica c ¶ Tu uero repulisti & despexisti.] Quia separamur à rege nostrẽ dũ patit. d ¶ Distulisti Christũ tuũ.] Tradẽdo eũ inimicis. e ¶ Auertisti testamentum serui tui.] Per quod promiserat nos secũ regnare. f ¶ Prophanasti in terra sanctuariũ eius.] Promiseras enim q̃ non dares sanctũ tuũ uidere corruptionẽ: & nũc iam in sepulchro tegitur. g ¶ Destruxisti omnes sepes eius,] Verba legis & prophetarũ, in quibus retinebatur. b ¶ Posuisti firmamentũ eius formidinẽ.] Nos qui audiebamus cum doceret turbas. i ¶ Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam. Transeunt enim illum qui dixit: Ego sum uia & ueritas & uita: cum uel uestimenta eius diuidunt: uel corpus clauis & mucrone confodiunt. k ¶ Factus est opprobrium uicinis suis.] Iudæis ac principibus sacerdotum, qui docebãt: Vah qui destruebas templum dei, & post triduũ reædificas illud: Descende de cruce. l ¶ Exaltasti dexteram deprimentium eum.] Cum humilias eum in mortem. m ¶ Lætificasti omnes inimicos eius.] Pilatũ cum gentibus & Iudæis. n ¶ Auertisti ad. gladij eius.] Cum

A Cum non profuit Iudæis ſermo prædicationis illius. a ¶ Et non es auxiliatus ei in bello.] In conflictu utique paſſionis. b ¶ Deſtruxiſti eum ab emundatione.] Si enim alligata fuiſſet mundicia eius, non utique ueſtimẽta eius noſtra facinora inquinaſſent, ſicut ipſe ait: Aſperſus eſt ſanguis corũ ſup ueſtimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. Nã & inter iniquos deputatus: & cũ latronibus crucifixus eſt. c ¶ Et ſedẽ eius in terra collíſiſti.] Sanctorũ animas ſuper quas quieſcebat: quæ cõturbabãtur de obitu eius. d ¶ Minoraſti dies tẽporis eius.] Dies illius ſunt diminuti, ut uelocius remearet ad patrem. e ¶ Perfudiſti eũ confuſione.] Cõfuſione utiq; mortis. Hæc dicebãt apoſtoli, ignorãtes eum à mortuis debere reſurgere. Quod autẽ hoc neſcirent, euangeliſta cõmemorat. Nã de dilecto diſcipulo ait: Nondũ enim ſciebat ſcripturas: quia oporteret illũ à mortuis reſurgere. Et Petro quaſi delyramẽta

& nõn es auxiliatus ei in bello Deſtrũxiſti eũ ab emundatione, & ſedem eiũs in terra colliſiſti. Minorãſti dies temporis eius, perfũdiſti eum confuſione. Vſquequõ domine auertis in finem, exardeſcet ſicut ignis ira tua. Memorarẽ quæ mea ſubſtantia, nunquid enim uane conſtituiſti omnes filios hominum. Quis eſt homo qui uiuet & non uidebit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi. Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, ſicut iuraſti Dauid in ueritate tua. Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum, quõd continui in ſinu meo multarum gentium. Quõd exprobrauerunt inimici tui domine, quõd exprobrauerunt commutationẽm Chriſti tui. Benedictus dominus in æternum, fiat fiat.

Oratiõ Moyſi hominis dei. LXXXIX

DOminẽ refugium factus es nobis, à generatione in generationem. Priuſquam gentes fierent aut formaretur terra & orbis, à ſeculo & uſque in ſeculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem, & dixiſti conuertimini filij hominum. Quoniam mille

uiſa ſunt uerba reſurrectiõis huius. Thomas aũt ait: Niſi uidero, non credã. Ideo ergo talia loquebantur apoſtoli quaſi exprobrãtes patri: quia ignorabant eũ ab inferno redire. His igitur ſuccedẽs, eccleſia dicit. f ¶ Vſquequo deus iraſceris in finem, &c.] Quandiu iraſceris, ut eum à morte nõ reuoces. g ¶ Memorare domine quæ ſit ſubſtantia mea.] Nulla mihi eſt uitæ ſubſtantia, niſi in eum quem præſtolor reuerti de tartaro. h ¶ Nunquid enim uane conſtituiſti omnes filios hominũ?] Si enim illos nõ uane, ſed ueraciter in ſpe reſurrectionis cõſtituiſti, quãto magis filium tuũ debes reſuſcitare? i ¶ Quis eſt homo, qui uiuet & non uidebit mortem, &c.] Scio quia nullus homo carneus euadit mortem, neq; animam ſuam ſeruabit ab inferis. Sed noui quia deus ſub uelamento carnis latebat abſconditus: quem mors & infernus non debeãt retinere. k ¶ Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, &c.] Si hic nõn reſuſcitatur. l ¶ Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum.] Qui eum expectant. m ¶ Quod continui in ſinu meo.] Quos congregaui tãquã in ſinu, in una domo credulitatis. n ¶ Quod exprobrauerunt inimici tui domine.] Iudæi, phariſæi, ſadducæiq;. o ¶ Quod exprobrauerũt.] Quid exprobrauerunt? p ¶ Commutationẽ &c.] Cũ ſe ab his cõmutans ad gẽtes diceret, Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. q ¶ Benedictus dominus in &c.] Ecce benedictus, ecce glorioſus cum redit ex inferis: cum ſe præbet diſcipulis, cũ eccleſiæ uota & pia deſideria reſtituit, dicens ſanctis, Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad cõſummationẽ ſeculi. Qui nos à malis actibus commutare dignetur in bonos, ac ſua pietate dignos effectos, ſpiritu ſancto repletos, in regno ſuo ſolita miſeratione conſtituat. Quia ipſi eſt gloria & imperiũ cum æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. r ¶ Oratio Moyſi hominis dei.] Quatuor ſunt pſalmi qui oratione prænotantur: ſextuſdecimus, & octogeſimuſquintus, & octogeſimuſnonus, & cẽteſimuſprimus.

In centeſimoprimo dicitur. Oratio pauperis cum anxiatus fuerit & in conſpectu dei fuderit orationem ſuã. Iſte, oratio Moyſi hominis dei. Legimus canticum Moyſi, quod in Exodo eo tempore quando populus mare trãſiuit rubrum, & demerſo Pharaone & omni eius exercitu: Maria cecinit & Moyſes. Deinde legimus & in Deuteronomio, quod canticũ illud ſcripſerat in Deuteronomio. Si igitur pſalmi iſti & cantica iſta Moyſi ſunt, quare in proprijs uoluminibus nõ habentẽ? Diximus ergo quomodo centeſimuſprimus pſalmus inſcribit oratio pauperis, & aliꝰ eſt qui ſcripſit de ipſo: & ille pauper qui pro nobis deprecat, dominus eſt: qui cum diues eſſet, pauper factus eſt propter nos, &c. Sic & hic Moyſes, quoniã à principio generis humani hiſtoriã ipſe ſcripſit: ipſe em̃ ſcripſit quomodo cœlum & terra facta ſint: quomodo & homo factꝰ ſit de conditione hominis. Et iſte pſalmꝰ de conditione hominis loquitur, quid ſit homo & quare natus ſit. Qui ergo in Geneſi ſcripſit de hominum conditione, ipſe & nunc inducitur à ſpiritu ſancto diſputare quid ſit homo.

LXXXIX

DOmine refugium factus es nobis in generatione & generationẽ.] Qui refugium quærit, aut ab æſtu nimio quærit & calore: aut beſtia illum perſequitur: aut hoſtes illum perſequuntur ut interficiant. Et nos igitur in æſtu ſumus iſtius ſeculi, & nos beſtia perſequitur, de qua dicimus: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Et nos hoſtes perſequuntur, propterea ſubtus alas tuas refugimus. In generatione & generationem. Et in præterito, & in præſenti, & in futuro. Aliter. In generatione & generationem: Et in ueteri populo Iudæorum, & in nouo Chriſtianorum. t ¶ Priuſquam montes fierent & formaretur terra & orbis.] Subrepit in hoc loco hæreſis. Si refugium factus eſt nobis ante quàm montes fierent, & formaretur orbis: ergo animæ erant antequam fieret orbis. Quid enim dicit ſcriptura? Domine refugium factus es nobis: in generatione, inquit, & generationem. A principio mundi: ante principium mundi. Hoc illi dicunt. Et ne putes me, inquit, dicere priuſquam montes fierent & formaretur terra & orbis: tu, inquit, refugiũ factus es nobis. Si autem refugium noſtrum fuit antequam orbis fieret: ergo ante animæ fuerunt, quàm mundus fieret. Male diſtinguis hæreſis. Quare calumniam facis ſpiritui ſancto? Sic loquere, quomodo ſpiritus ſanctus loquutus eſt. Sic ergo legendum eſt. Domine refugium factus es nobis, in generatione & generationem. Et hucuſque diſtinctio. Rurſum aliud principium: Priuſquàm montes fierent & formaretur terra & orbis: à ſeculo & uſque in ſeculum tu es deus. Tu es deus antequàm montes fierent: tu es deus antequàm formaretur terra & orbis. u ¶ A ſeculo & uſq; in ſeculum tu es deus.] Tu es ſemper: tu es æternus. x ¶ Et dixiſti, conuertimini

filij

Pſal.75.a

A filij hominum.] O domine ut hoc audeamus petere & dicamus: Ne auertas hominem in humilitatē: tu nobis dediſti fiduciam, dicens: Reuertimini ad me filij reuertētes, & ego ſanabo contritiones ueſtras. Et dixiſti, conuertimini filij hominum. a ¶ Quoniā mille anni ante oculos tuos tanquā dies una quæ præterijt noctes. b ¶ Etquæ cuſtodia in nocte pro hilo habentur &c.] Debemus ſecūdum hiſtoriam ſcire, quia nox in quatuor uigilias diuiditur. Denique & in euāgelio dicitur: In quarta autē uigilia. Vna ergo uigilia tres horæ ſunt. Nox ergo diuiditur in quatuor uigilias. Denique milites quatuor ſtationes habēt, quādo uigilant & excubant & ſeruiūt. Videte ergo quid dicat. O breuis noſtra æternitas, Adam ille propagator noſter qui uixit nongētis & triginta annis. Etiam ille Matuſalem, qui uixit nongētis & ſexagintaquinque annis. Fac, q̄ uixerit mille ad comparationem æternitatis tuæ, quod grande fuerit, breue eſt. Quid enim poteſt grande eſſe quod finem habet? Mille anni noſtri antequā offenderemus, una dies apud te erat. Quid dico una dies? Vna uigilia. Vide quid dicat. Dignatus es pro noſtra ſalute deſcēdere: fudiſti pro
Ioan.12.e B nobis ſanguinē: ne patiaris perire nos, & mori in humilitate, Ipſe dixiſti, Cum exaltatus fuero, omnia trahā ad me. Exaltatus es, & exaltaſti nos: noli derelinquere ut cō trahamur. c ¶ Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & pertranſeat, ueſpere decidat, induret & areſcat.] O myſteria ſcripturarū. Mane ſicut herba tranſeat. Loquitur
Matt.6.d dominus noſter atq; ſaluator in euāgelio de fœno quod in una die oritur, & una die areſcit. Quomodo herba quæ uiret & floret, mane uidetur quaſi flos eſſe & uirens: cæterum ſol cū uenerit & texerit illud, ad ueſperā quaſi demarceſcit & decidit: ſic & omnis uita noſtra quaſi flos uidetur eſſe cum uiret & areſcit. Vidiſtis ante decem annos adoleſcentulum. Nihil illo pulchrius: huc illuc̄q; currebat. Si eum nunc aſpexeris, uidetur in ſenectute quaſi mortuus. Licet uiuat ſenectute, tamen adoleſcentia perit. Mane ſicut herba tranſeat, hoc eſt, iuuentus noſtra, Ipſum eſt enim mane. Sicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat. Floremus in adoleſcentia: areſcimus in ſenectute. Veſpere decidat, induret & areſcat. d ¶ Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.] Nongentis triginta annis antea uiuebamus, uſque ad mille ferè ueneramus. Ecce in breuē uitam, uita noſtra contracta eſt. e ¶ Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo.] Nihil te cælat, hoc eſt, peccata noſtra nec nox cælat: nec inuolutum tenebræ. Omnia apud te lucent. f ¶ Seculum noſtrum in illuminatione uultus tui.] Melius habetur in Hebraico: Vita noſtra in illuminatione uultus tui. Quicquid agimus, quicquid in ſecreto nos facere putamus, patet in oculis tuis. g ¶ Quoniam omnes dies noſtri defecerunt.] Cucurrit ætas: & dum ignoramus, grauiter perimus. Et hoc ipſum quod loquimur, de morte eſt, & non intelligimus. h ¶ Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.] Videte quid dicat. Quomodo aranea quaſi mittit fila, & huc illuc̄q; diſcurrit & texit tota die, & labor quidem grandis eſt, ſed effectus nullus eſt, ſic & uita hominū huc illuc̄q; diſcurrit. Poſſeſſiōes quærimus, diuitias appetimus: procreamus filios: laboramus: in regna ſuſtollimur, & omnia facimus & non intelligimus quia araneæ telā texim⁹. i ¶ Dies C annorum noſtrorū in ipſis ſeptuaginta annis.] Vbi ſunt mille anni? In ſeptuaginta annis contracti ſumus. Si autem multum octoginta. Si autem plus uixerimus, iam non eſt uita, ſed mors. k ¶ Si autem in potentatibus octogīta anni.] Quē enim inuenies octogenariū eſſe & ſanū? Dicit & Græca ſentētia: Senectꝰ ipſa morbus eſt. l ¶ Et amplius eorum labor & dolor.] Quicqd plꝰ fuerit, nō eſt uita, ſed dolor. Hoc interim diximus ſecundū hiſtoriam. Cæterum dicamus ſecundū Anagogen. Et omnis quidem pſalmus recipit Tropologiā: & poteram nunc per ſingulos uerſiculos currere, & ſpiritualē intelligentiā in ſingulis dicere, ſed hora excludimur. Vno tamen uerſiculo quaſi guſtum uobis do ſpiritualis intelligentiæ, ut quicquid hic tacuero, putetis hic dictū eſſe. Dies annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta annis. Septuaginta anni, ſeptē decades ſūt, & octoginta anni, octo decades ſunt. Videte ergo quomodo ſeptimus & octauꝰ numerus prædicat. Et quomōdo diximus: tu refugiū factus es nobis in generatione, & generationē, & in ueteri & in nouo teſtamēto: propterea nūc & ſeptimū & octauum numerū ponit. Hoc dicit in Eccleſiaſte. Da Eccle.11.d
D partem ſeptem, & da partem octo. Propterea & quinde cim ſunt graduum pſalmi: hoc eſt, ſeptem & octo: quindecim pariter nos ducunt ad regna cœlorum. Denique poſtquam ſeptimus graduū pſalmus expletus eſt, quid dicitur in ſcriptura ipſius pſalmi? Pſalmus, inquit, Salomonis qui extruxerat ueterem domum. Et quid dicit: Niſi dominus ædificauerit domum: inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Quid ergo dicit ipſe Salomon: qui præſcribitur in ipſo titulo? Ego ædificaui templum, ſed niſi octauus nūerus ædificauerit: in uanū eſt domus ædificata. Legimus & in euangelio ſecundū Matthæū: Matt.5.
Beati pauperes: beati mites, beati eſurientes & ſitientes, & cætera, & ſunt octo beatitudines. Ergo dominus noſter octonario numero concluſit euangelium. Denique nuſquā inuenimus octo pariter beatitudines, niſi in euāgelio. Octonario numero: hoc eſt, in die reſurrectionis. Dies annorum noſtrorū in ipſis ſeptuaginta annis. Vultis oſtendam uobis interim q̄ ſeptimus & octauus numerus cōtinent plurima ſacramēta? Legamus Ezechiel, Ezech.40
& in una porta dicitur. Et ingrediatur, inquit, per portā Oriētis in templū quod ædificatur. In Ezechiel in extrema parte: Et aſcendet, inquit, ſacerdos primū, per ſeptē & octo gradus. Et fieri poterat, ut in ea porta & ſeptem eſſent gradus & octo. Sed uidete quid dicit: Oriētalis porta unde lumen uenit, dominus noſter eſt atque ſaluator Vna quidem porta eſt, & nemo ingreditur in eam niſi ſacerdos magnus. Et quid dicitur ibi? Porta hæc ſemper clauſa erit. Non autem aperitur niſi ſacerdoti. Sic igitur & nouum & uetus teſtamentū ſemper clauſum fuit: non eſt apertum niſi ſaluatori. Iſte eſt enim qui habet clauē: Ibi.44
qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit. Vna ergo porta habet ſeptem & octo gradus. Et in ueteri quidem teſtamento ſacramenta ſunt euangelica, & in nouo teſtamento ſacramenta ſunt legis. Audite maiora myſteria. Eo tempore quando Salomon, hoc eſt, pacifi- Ioan.14.
cus noſter (qui dicit, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: ipſe eſt enim pax noſtra, & pax quæ exuperat

anni antē oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præterijt. Et cuſtodiā in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erūt. Manē ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, ueſpere decidat, induret & areſcat. Quiā defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus. Poſuiſti iniquitatēs noſtras in conſpectu tuo, ſeculūm noſtrū in illuminatione uultus tui. Quoniā omnēs dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicūt aranea meditabūtur, diēs annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta anni. Si autēm in potentatibus octoginta anni, & ampliūs eorū labor & dolor. Quoniā ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur. Quis nouit potestatē iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuā dinumerare?

A exuperat omnẽ ſenſum)ipſe ædificauit templum deo.Et uide ibi ſcriptura quid dicat.Et erant, inquit, latomorũ ſeptuaginta milia,& eorum qui portabant octoginta milia. Videte numerum.Latomi qui lapides cædunt: qui quaſi fundamenta ædificiorum præparant, qui lapides ad ædificandũ in templo dei de terra tollunt: in ſeptimo numero ponuntur, in prophetis,in patriarchis,Illi enim humanum genus quaſi de terra eſſiciẽtes,in templum domini præparauerũt.Iſti uero:hoc eſt, octoginta milia: apoſtolica prædicatio & euangelica: iſti qui cum deo ſaluatore & ipſo Salomone grauia gentium peccata portabant.Hucuſque uidetur finitũ eſſe myſterium.Audite maiora myſteria. Et qui præerant, inquit,iſtis operibus & templo tria milia erant.Nõ poſſunt eſſe maiores.Et qui præſunt operibus,niſi illi qui prædicãt trinitatem?Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis.Multa ſunt quæ dicantur,ſed hora excludimur. *a* ¶ Dexteram tuam ſic notam fac,& compeditos corde in ſapientia.] In quibuſdam codicibus dicitur, eruditos: in alijs dicitur:compeditos. Aliud eruditus, aliud compeditus ſignificat.Quid ergo dicit,Dexteram tuam notam

B fac.Quid tamdiu dexteram tuam contrahis?Deus quare auertis manum tuam in ſinum tuum,in alio pſalmo dicitur. Quid dicitur? Hoc eſt,in ægritudine poſiti ſumus:in peccatis iacemus:mitte dexteram tuam & eleua nos. Quare tandiu dexteram tuam habes in ſinu tuo? Eructet cor tuum uerbum bonum:mitte dexteram tuam & libera nos.Notum nobis fac myſterium,quod abſconditum fuit à generationibus. Dexteram tuam notam fac. Quid ſubrepis Ari? Non dixit dexteram tuam fac.Deus enim ſine dextera ſua nunquam fuit. Sed quid dixit? Dexteram tuam quæ ſemper fuit, & in ſinu tuo fuit,notam fac. Quoniam illum permanẽtem in deitate ſua noſſe non poſſumus:aſſumat hominem,& ſic intelligamus eum.Dexteram tuam ſic notam fac,& compeditos corde in ſapientia.Eos qui ſapientiæ habent cõpedes,hoc eſt,qui compediti ſunt in corde per ſapientiam tuam.Non nobis ſit moleſtum,quia obſcurus eſt locus.Prophetæ habebant ſapientiã:ſed ipſa ſapientia cõpediebat eos,non poterãt ſolare ſine Chriſto. Videte ergo quid dicat:Mitte dexteram tuam,hoc eſt,filium tuũ. Notum nobis illum fac:ut & prophetæ qui quaſi prophetauerunt umbram,incipiant dominum manifeſtius prædicare. *b* ¶ Conuertere domine uſquequo.] Multum peccauimus,auertis faciem tuam, non ſunt digna peccata noſtra tuis uideri oculis.Propterea deprecamur conuertere domine uſquequo. Ecce iam tanta fluxerunt ſecula: ſemper te prophetæ uenturum prædicauerunt gentibus,& adhuc non ueniſti. *c* ¶ Et dirige filios hominum.] Qui praui ſumus,à te dirigamur. Et dirige filios hominum.Propterea eos dirige,quia filij hominum ſunt. Si enim eſſent filij tui,directi eſſent. Tu enim dixiſti Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi omnes. Vos autem ut homines moriemini,& quaſi unus de principibus cadetis. Et in alio loco,Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis:quia caro ſunt. Quoniam homines ſunt,propterea caro ſunt.Ergo quia filij hominũ,& perdidimus eſſe filij dei,& praui facti ſumus: propterea dirige nos, ut rurſum tui efficiamur filij. *d* ¶ Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos.] Dicit & Apoſtolus ad Hebræos Quoniam dominus atque ſaluator ſplendor ſit gloriæ patris.Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos. Hoc eſt quod dicitur & in alio loco: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Signum crucis uexillum noſtrũ eſt. Hæc interim de pſalmo diximus,& ut æſtimo, diutius quàm debueramus,immorati ſumus. Intelligimus nos multo plura dixiſſe, quàm debuimus dicere:ſed nõ poſſumus domini noſtri uerba reticere,nõ poſſumus inchoatũ pſalmum relinquere Non eſt multũ,quod cũ quo prodeſt animæ: nihil ſatis eſt, quod bonũ eſt: ſi tamen bonum. Rogemus igitur dominũ noſtrum ſaluatorem,ut ſplendor eius luceat in cordibus noſtris:ut eſſiciat à nobis tenebrarũ impugnationes,& ſordidas cogitationes,& omnia peccata propellat de cordibus noſtris: ut illuminet noſtras tenebras,ut fugiant tenebræ,& habitet ſplendor lucis in cordibus noſtris. Templum domini,& tabernaculum,& ſanctaſanctorum: ſemper lucernam habeant ardentem:ſemper ſuperluceat lucerna in domo domini Si enim extincta fuerit lucerna, dominus in tenebris nõ habitat.Dicamus igitur & nos:Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine:cui ſit gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. ¶ Iſte pſalmus nõ habet titulum,eo quod de capite uel membris cantatur. Caput in cœlo: membra in terra.Et proprie intelligitur de ieiunio,& illa tentatione eremi.Præuidebat propheta,quod uenturus erat Chriſtus in carne: ut tentaretur à diabolo.

Dexteram tuam ſic notam fac,& eruditos corde in ſapientia. Conuertere domine uſquequo, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Repleti ſumus mane miſericordia tua,exultauimus & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti,annis quibus uidimus mala. Reſpice in ſeruos tuos,& in opera tua, & dirige filios eorum. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos,& opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos,& opus manuum noſtrarum dirige.

XC

QVi habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli commorabitur. Dicet domino ſuſceptor meus es tu , & refugium meum deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberabit me de laqueo

C

Pſal.4.b

Heb.1.a

D

Pſal.118

Pſal.123.a

Roma.16.c

XC

QVi habitat in adiutorio altiſſimi.] Adiutorium interpretatur,Ezras. Denique Ezras propheta dicitur Iſte eſt qui reduxit populum de captiuitate Babyloniæ,& induxit in terrã repromiſſionis. Qui ergo habitat in Ezras,habitat in Ieſu. Interim ſecundum Tropologiam. Qui ſibi ædificauit domum ſine manibus,iuxta Apoſtolum,illam domũ quam ædificauerat dominus etiam obſtetricibus in Aegypto. *f* ¶ In protectione dei cœli commorabitur. Dicet domino ſuſceptor meus es tu,& refugium meum deus meus.] Multi enim me perſequuntur hoſtes: propterea tu es refugium meum deus meus. *g* ¶ Sperabo in domino: quoniam ipſe liberabit me de laqueo uenantium.] Non dixit: ſpero,ſed ſperabo. Quandiu enim peccamus,non ſperamus. Si peccare deſierimus,ſperamus. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo uenantium. Multi ſunt uenatores in iſto mundo: qui animam noſtram uenari conantur. Denique & Nemrod ille gigas,magnus in cõſpectu dei uenator fuit & Eſau uenator erat, quoniam peccator erat: & penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis,ſanctũ aliquem uenatorem. Piſcatores inuenimus ſanctos. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo uenantium. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Laqueus contritus eſt,& nos liberati ſumus. Quis eſt iſte laqueus qui contritus eſt? Dominus, inquit, conterat ſatanam ſub pedibus noſtris uelociter. Et apoſtolus dicit, Vt liberemini à laqueo diaboli. Vides ergo quoniam iſte uenator eſt, qui animas noſtras uenari cupit ad perditionem? Multos habet diabolus laqueos, & diuerſos habet laqueos. Auaricia diaboli laqueus eſt: ira , detractio, &c.

uenantium, & à uerbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta uolante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedat ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniã

A *a* ¶ Et à uerbo aſpero.] Quamdiu in ſanctitate ſumus, anima noſtra tranquilla eſt. Quãdo uero de peccatis cogitare cœperit anima noſtra turbatur: & quaſi quibuſdam fluctibus concutitur. *b* ¶ Scapulis ſuis obumbrabit tibi.] Sed hæc ſecundum illud Deuteronomij: Dominus quaſi pullos ſuos alis ſuis protegit nos quaſi aquila. Dicitur enim ibi, quaſi aquila protegere pullos ſuos. Licet ergo poſſimus dicere hoc, quod deus quaſi pater nos protegit, & quaſi gallina protegit pullos ſuos, ne rapiãtur ab accipitre: tamen & aliud poſſumus dicere: Scapulis ſuis obumbrabit tibi Exaltabitur in cruce: extendet manus, & pteget nos. *c* ¶ Et ſub pennis eius ſperabis.] Aſpiciens inquit, manus eius crucifixas, & ſi te ſerpens momorderit, ſanaberis. Licet ambules in deſerto iſtius ſeculi, ſi te percuſſerit ſcorpio, ſi regulus, ſi aſpis, ſi cætera uenenata animalia, ſecurus eſto de ſanitate, Serpẽs in eremo ſuſpenſus eſt. *d* ¶ Scuto circundabit te ueritas eius.] Scutum noſtrum rotundum eſt, hoc eſt, ex omni parte nos ſepit. Nõ ſolum ſcutum eſt, ſed & murus. Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Aliquos de ſcuto coronat. Videte quid dicat: Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Quid dicit? Proteges nos, & facies uincere: & poſt uictoriam coronabis. Scuto circundabit te ueritas
B eius. Quoniam dixerat, à uerbo aſpero, & uerbum aſperum poſſumus intelligere & hæreticorũ, & philoſophorum, & Iudæorum, & hoc quaſi uerbum aſperum: non eſt uerum, ſed mendax eſt. Propterea enim turbidum eſt, quia mendax eſt. Propterea turbidum eſt, quia conturbat animas noſtras per mẽdacium ſuum. Dominus ergo qui ueritas eſt, & dicit, Ego ſum ueritas: ſcuto circũdat nos ueritas eius, ne ardentibus ſagittis diaboli percutiamur. Propterea Chriſtus qui eſt ueritas, ſupponit ſcutum ſuum: ut ſcuto ueritatis ſuperet mendacium. *e* ¶ Non timebis à timore nocturno.] Diabolus enim ſemper in tenebris eſt. Vt percutiat, inquit, in occultis innocentem. Vides ergo quod qui ſimplex eſt, innocens eſt: & ſemper in occultis pcutitur. Non timebis à timore nocturno. Quod dicit, hoc eſt: licet in errore fueris, quæ nox eſt, tamen non timebis, quia habes ſcutum ueritatis. *f* ¶ A ſagitta &c.] Sagitta uolans diaboli, uidetur mihi ſermo eſſe hæreticorum & philoſophorũ. Et iſti enim lucem ſcientiæ promittunt, & dicunt ſe habere diem, & nõ poſſunt decipere, niſi lucem promiſerint. Verũ lux iſta quam promittunt, de ardentibus ſagittis eſt. Et propterea dicitur. A ſagitta uolante in die. *g* ¶ A negocio perambulante in tenebris.] Sagitta quidem uolat quaſi in die: ſed negocium eſt perambulãs in tenebris. *h* ¶ Ab incurſu & dæmonio meridiano.] Melius eſt dicere Græce ἀπὸ συμπτώματος. σύμπτωμα autem dicitur euentus, hoc eſt, quando non ſperamus, & aliquid nouũ euenerit. Aut σύμπτωμα dicitur, quando ſimul multi cadunt. Videte ergo quid dicat: Licet plures indocti fuerunt: tamẽ tu qui ſanctus es, non inducaris. Do exemplum, ut ſimpliciores poſſint intelligere quod dicitur. Si ieris in ciuitatem monachus ſolus, & cœperis deambulare, & audieris clamorem in circo, & aliquis tibi dixerit, ueni & ſpecta circus eſt, & cœperis ei tu dicere: non licet: non poſſum ire: ſi ille tibi oſtenderit infinita hominum milia, & dixerit tibi, ducenta hominũ milia ibi ſunt: ergo illi omnes perituri ſunt, & tu ſolus ſaluus eris: tu debes intelligere, quia ſymptoma diaboli eſt, hoc eſt, ſcire debes quia plures ca C
dunt. Et dæmonio meridiano. Dicunt quidẽ multi, quia ſunt dæmones & meridiani, & hoc uulgo dicitur. Cæterum ego dico ſimpliciter: quoniam dæmonium eo tempore poteſtatem habet in nos: quando peccamus. Siue mane peccauerimus, dæmõ ingreditur in nobis: ſiue ueſpere, ſiue nocte: quacunque peccauerimus hora, dæmõ ingreditur in nobis. Videtis ergo quod friuolum eſt, quod uulgo dicitur. Quid ergo dicit, à dæmonio meridiano? Quoniam Abraham angelos ſuſceperat in meridie: & Ioſeph fratres ſuos ad prandium inuitauerat in meridie: Sãcti enim erãt & Abrahã & Ioſeph, & propterea conuiuium eorum in clara luce erat, & ſole perfecto: Propterea paſcunt in meridie. Et ego ſi plenam habuero ſcientiam ſcripturarum: licet hora tertia ſit, tamen paſco uos in meridie. Denique & ſponſa in Canti- Can. 1. b
cocanticorum dicit: Vbi paſcis, inquit, ubi cubas? In meridie? Videtis quoniam ſponſus nõ paſcit: non recumbit in hora tertia, ſed in meridie. Vbi paſcis: ubi cubas: ubi te inuenio? ubi delicijs frueris: ubi te poſſum inuenire o ſponſe meus? Vis me inuenire? In meridie, in ſciẽtia perfecta: in bonis operibus: in claro lumine. Quoniam ergo habemus nos meridiem: propterea etiam diabolus transformatur in angelum lucis, & ipſe ſimulat habere ſe lucem: habere ſe meridiẽ. Quando hæretici quaſi myſteria aliqua promittunt: quando regna cœlorum, quando continentiam, quando ieiunia, quando ſanctitatem, quando renunciationem ſeculi, promittunt meridiem. Sed quoniam non eſt Chriſti lumen: non eſt meridies, ſed dæmonium meridianum. *i* ¶ Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis.] Singula uerba ſcripturarum, ſingula ſacramenta ſunt. Iſta uerba quæ ruſtica putantur à ſeculi hominibus, plena ſunt ſacramentis. Habemus enim theſaurum iſtum in uaſis fictilibus. Theſaurum, ſenſum diuinum, habemus in uerbis uiliſſimis. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Ex latere cuius? Ab eius cui dictum fuerat: Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis à timore nocturno. quis eſt iſte? De quo ſupra dictum eſt: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli commorabitur. Ab eo ergo qui habitat in adiutorio domini, cadent à latere eius mille, & decem milia à dextris eius. Dextera ſancti dicitur: ſiniſtra non dicitur, ſed latus. Videte enim quid dicitur: Et decem milia à dextris tuis. Et quomodo dixeras: Cadent à latere tuo mille? Quando enim dextra dicitur, & ſiniſtrã non nominatur: pro ſiniſtra, latus nominatur. Non enim poterat iuſtum eſſe, ut iuſtus haberet ſiniſtram. Qui te, inquit, percuſſerit in dexteram maxillam præbe ei & alteram. Non dixit, & ſiniſtram: Non enim eſt ſiniſtra quæ præbetur, ſed dextera altera. Ergo ſimpliciter dico: quoniam iuſtus duas dexteras habet. Denique & ille Aioth, qui ſcribitur in Iudicum libro: propterea duas dexteras habere dicitur: quia iuſtus erat, & interfecit illum pinguiſſimum regem. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Plures ſunt qui inſidiantur dexteræ noſtræ, & non ſunt plures qui inſidiantur ſiniſtræ. Propterea à latere mille cadent, & à dextris decem milia. Vbi enim maior pugna, maior uictoria. Pauci inſidiantur lateri, plures inſidiantur dexteræ. D
k ¶ Quoniam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant

angelis ſuis mandauit de te: ut cuſtodiant te in omnibus uiſs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum, Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.

Pſalmus cantici in die ſabbati. XCI

BOnum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. In decachordo pſalterio, cum cantico in cithara.

A diant te in omnibus uiſs tuis.] Iſtum locum diabolus ſuper domino interpretatus eſt. Eo enim tempore quo tentauit dominum: Si, inquit, filius dei es, mitte te deorſum Scriptum eſt enim de te, quoniam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiſs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Diabolus nihil amplius dixit, niſi hoc: quoniam angelis ſuis mandauit de te, ut in manibus portent te: ne forte ad lapidem offendas pedem tuū. Mediam partem dimiſit. Hic enim dicitur: Quoniam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiſs tuis. Hoc non dixit, ut cuſtodiant te: ſciebat enim contra ſe eſſe. Poterat enim dominus ei reſpondere. Si cuſtodit me dominꝰ in omnibus uiſs, ergo & à te cuſtodior. Tacuit ergo quod ſciebat contra ſe eſſe, & poſuit quod pro ſe erat. Vere diabolus quaſi diabolus, interpretatur de ſaluatore, quod non eſt de ſaluatore. Si enim de ſaluatore eſt totus pſalmus, ſicut interpretaris o diabole, & de ipſo eſt quod dicitur. a ¶ Protegam eum quoniam cognouit nomen B meum.] Hoc eſt, ego pater protegam filium meum. Si ſic interpretatur diabole quomodo tu intelligis, uideamus ſi ſtet ſenſus: Protegam eum, quia cognouit nomen meum, hoc eſt, ego pater filiū meū protegam. b ¶ Clamauit ad me, & exaudiam eum.] Hoc eſt, in die crucis. c ¶ Cum ipſo ſum in tribulatione. eripiā eum & glorificabo eum:] Hoc eſt, cum faciam reſurgere. d ¶ Longitudine dierum replebo eum.] Hoc eſt, in æternum uiuet Et hoc intelligamus de filio dei. Longitudine dierum replebo eum. Hoc quod ſequitur, quomodo ſtat in ſaluatore? e ¶ Et oſtendam illi ſalutare meū.] Salutare dei, filius dei eſt. Si ergo de filio dicitur: quomodo poteſt ſtare: quia ſalutare dei, filius dei eſt? Vides ergo quoniā male interpretatus es o diabole. Sed fac ut ſic interpretetur ut tu dicis. Dixiſti, quoniam angelis ſuis mandauit de te ut in manibus portent te, ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. Dic quod ſequitur. Quid taces? Super aſpidē & baſiliſcum ambulabit, & conculcabit leonem & draconem Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. f ¶ Pſalmus cantici in die ſabbati.] Iſte pſalmus hoc titulo prænotatur. Non poteſt diem ſabbati agere, niſi qui ſex dies tranſierit. Sex diebus laboramus: in ſeptima die requieſcimus. Ergo domino cantare non poſſumus, niſi in die ſabbati. Quādiu opera iſtius mundi facimus, hoc eſt ſex diebus, domino cā-
Leuit.23.d tare nō poſſumus. Denique dicitur in Leuitico: Non facietis in die ſabbati omne opus ſeruile. Quicunq; ergo in ſabbato eſt, & in requie domini, opus ſeruile facere nō debet, hoc eſt, quod ad mūdum iſtum pertinet: ſed illud debet opus facere, quod ad ſabbatū pertinet. Vultis ſcire quoniam in ſabbato operantur ſacerdotes in templo
Nume.15.d domini? Non licet in ſabbato cuicunq; ligna cedere. Denique unus qui inuentus eſt in eremo, lapidatus eſt & occiſus. Deinde non licet ignem ſuccendere: non licet etiam aliquid operis facere. Videtis autem: quoniam omnia hæc quæ in mundo alicui facere non licet in ſabbato, ſacerdotibus ſolis licet. Nam & ligna cædunt, & ignē ſupponunt, & alia faciunt miniſteria, & hoſtias immolant. Hoc totum quare dixi? Vt oſtenderem ſcriptū eſſe in lege, debere nos ceſſare etiam in die ſabbati ab operibus mundi, & ea facere quæ ad deum pertinēt. Pſalmus igitur cantici eſt in die ſabbati, quando non operamur mundo, & operamur deo. Videamus quid nobis ſit cantandum in ſabbato, quando à mundi ceſſamus operibus. XCI

BOnū eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime.] Nō dixit: bonū eſt pſallere, & poſtea confiteri: ſed uide ordinem: Bonum eſt cōfiteri, & bonū eſt pſallere. Primū age pœnitentiam, & lachrymis dele peccata, & poſtea canta domino: Bonum eſt confiteri domino. Non hominibus, ſed deo. Illi cōfitere peccata, qui ſanare poteſt. Et pſallere nomini tuo altiſſime. b ¶ Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem.] Diligenter intelligite quod dicitur, Ad annunciandū mane miſericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem.] Singuli uerſiculi ad ſingulos referuntur. Bonum eſt confiteri domino: ad annunciandum mane miſericordiam tuam. Si confiteris domino, annuncias mane miſericordias domini. Et pſallere nomini tuo altiſſime. Iſtum uerſiculū refer ad hunc qui D ſequitur, & ueritatem tuam per noctem. Quando enim confitemur domino, ſperamus miſericordiam. Quando uero pſallimus, operamur uirtutes. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam. Vbi ſunt qui ſecundum literam ſcripturas intelligūt? Media die miſericordiam dei annūciare nō poſſumus? Et certe Chriſtianorum & monachorum eſt, maxime in noctibus peccata ſua confiteri. Et quomodo nunc dicit: ad annunciandum mane miſericordiam tuam? Quod dicit hoc eſt, Non poſſumus confiteri domino, & miſericordiam eius conſequi: niſi cœperit in corde noſtro clarum lumen lucere. Niſi præceſſerint tenebræ & mane factum fuerit, miſericordiam domini conſequi non poſſumus. Tunc autem annuncias mane miſericordiam domini, cum ſol iuſticiæ ortus in corde tuo fuerit. Et ueritatem tuam per noctem. Veritas domini non annunciatur, niſi ad noctem: in die nō poteſt annūciari. Nō enim poſſunt imbecilles ferre quæ magna ſunt: neq; poſſunt ea ſuſtinere quæ precioſa ſunt.
Vnde dicitur & in alio loco de deo: Poſuit tenebras latibulum ſuum: hoc eſt, dominus poſuit tenebras latibulum ſuum. Et ueritas ergo domini annunciatur in nocte quaſi quibuſdam uerborum tenebris obuoluitur. In ænigmate dicitur & in parabolis: ut uidentes non uideāt, & audientes non intelligant. Legimus in Oſee, & dicitur ad prophetam: Tu uade & accipe tibi uxorem: uxorem fornicariam: Iudæi & gentiles ridēt. Quare rident? Quoniam ueritas in nocte poſita eſt, non in die. Vultis ſcire quoniam ueritas dei in nocte eſt, & quaſi in tenebris, & in parabolis poſita eſt. Moyſes aſcendit in montem Sina: & ingreſſus eſt, inquit, in turbinem, & caliginem, & in tenebras. & ibi locutus eſt cum domino: Neque enim poterat Iſrael populus uidere myſteria dei: quia in caligine dei non intrauerat. i ¶ In decachordo pſalterio, cum cantico & cithara.] Simpliciter dico: Quotieſcūq; leuamus manus ſine cogitationibus & diſceptationibus in decachordo pſallimus domino. In decachordo pſalterio, cum cantico in cithara. In cithara noſtra, & corpus, & anima, & ſpiritus, omnibus chordis compoſita ſunt.

Pſal.17.b
Mar.4.b
Oſee.1.a
Exod.24.d

A a ¶ Quia delectasti me domine in factura tua,& in operibus manuum tuarũ exultabo.] Christianus quodcunque uiderit,semper ædificatur. Monachũ nihil destruet, nisi peccatum. Quodcunq; aspexeris, ædificium tuum est. Vides cœlum, uides solem, uides stellas, uides lunã, hoc ædificat te. Debes enim cogitare & dicere: Si sol, & luna & cœlũ, & stellæ deo seruiũt: quare ego nõ seruiã? Vides terrã, uides animalia & omnia quæ in terris sunt, & hoc confer cũ animo tuo,& ædificat te, & dic animo tuo, Omnia in suo tempore currunt. Siquidẽ uer & æstas, autumnus & hyems, nunq; mutãtur hæc tempora, sed secundum dispositionem domini omnia seruiunt. Cœlum seruit,& terra seruit,& infelix ego homo non seruio. Veniamus ad minuta animalia: dimitto nunc de elephantis: dimitto de leonibus: dimitto de diuersis animalibus, uenio ad minuta animalia. Respice apem: respice formicam, uide corpus, & inquire sapientiã. Maior sapientia, quàm corporis magnitudo. Apes & formicæ cogitant hyemem esse uenturam,& monachus & Christianus nõ cogitant iudicium esse uenturũ. Illæ cogitant quoniam fame periclitari possunt, si non laborauerint in æstate unde uiuãt in hyeme: nos non cogitamus, quia sine opere torquebimur in gehenna. Hoc totum quare dixi? Quoniam nũc scriptum est, Quia delectasti me domine in factura tua. Quodcun
B que aspexero, delectat me. Intelligo enim factorẽ,& benedico deum. Et in operibus manuũ tuarum exultabo. Video arborem,& considero quomodo cortex arboris est quasi tunica, qua uestitur, & quasi germen uiret. Et deinde uideo quomodo flos fit, quomodo flos cadat,& ipse flos uertatur in pomum. Video paulatim per singulos dies, in singula tempora mihi naturam operari,& in meos cibos crescere. Video quomodo deus in omnibus mihi laborat, ut mihi nihil desit. Propterea exulto in te domine. b ¶ Quàm magnificata sunt opera tua domine.] In hoc loco Marcion & Manichæus erũpunt. Quid enim dicunt? Si omnia deus fecit,& in utilitatem hominum fecit, quid necesse fuit cimicem facere & pulicem? Ego tibi breuiter respondeo: ut ostenderetur o homo fragilitas tua. Qui enim cogitationem tuam in cœlum ponis, respice, morderis à cimice,& contremiscis. Quid erigeris in cœlum,& cogitatio tua transcendit in cœlum? Ecce à pulice uulneraris. Quàm magnificata sunt opera tua domine. Parua quidem corpora, sed magna ratio Singula habẽt utilitates suas. Ego sic miror dominum in elephantis, quomodo & in formica: sic illum prædico in camelo, quomodo & in culice. Vide culicem quomodo quasi punctum cuiusdam corpusculi est,& tamẽ uide in ipso puncto corpusculi, omnia esse mẽbra diuisa. Habet sex pedes, habet duos oculos, habet os, habet & uentrem, habet & tubã uocis, habet & alas. Si considerauerís membra, corpus non inuenis; & tamen magnificatur deus: quia sine corpore, membra sunt omnia. c ¶ Nimis profundæ factæ sunt cogitatiões tuæ.] Quodcunque cogitauero, inuenire non possum. Abyssus iudicia tua. O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ
Eccls.7.c dei. Dicam & ego cum Ecclesiaste: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius facta est à me: longius multo quàm erat. Et profunda quis inuenire potest? Ecclesiastes quod dicit, hoc est: Antequam cogitationem meam in opere ponerem, non uidebam magnificentiam dei. Dixi, sapiens efficiar, hoc est, dixi, debeo quærere rationes singularũ causarũ: & ipsa lõge facta est à me, longius multo quàm C
erat: hoc est, sapientiam quam ante non inquirens, ignorabam: postea quærere cœpi, quam inuenire non poteram. d ¶ Vir insipiens non cognoscit: & stultus non intelligit hæc.] Quicunq; non est Christianus: & in operibus nõ intelligit creatorem, iste insipiens est. e ¶ Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum.] Vidisti imperatores: uidisti præfectos: uidisti exercitus: uidisti uictorias & triũphos: Heri fuit,& hodie nõ est. f ¶ Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in seculũ seculi.] Heri apparuit quasi flos: hodie flos ipse non cõparet. Heri uirebat herba: hodie siccata est. Vbi est illa pulchritudo? Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonũ est, nisi quod perpetuum est. Quodcũque finem habet, nec inter bona numerandum est. Quid enim mihi prodest, si heri præfectus fui,& hodie fame morior? Quid enim mihi prodest: si anteriori die rex fui, & hodie in carcere morior? Omne quod præteritum est & finem habet, nihil est. Vnusquisque nostrum de seculo uenit ad hanc uitam. Alius matrem reliquit: alius, filios; alius, uxorem: alius parẽtes. Recordemur infantiæ nostræ, recordemur adolescentiæ, recordemur quod aliquando habuerimus diuitias, & unusquisque pro uiribus suis habuit quod potuit. Ecce transiuimus ad hanc uitam. Vbi sunt illa omnia? Cogitata magis dolorẽ faciunt, quàm uoluptatẽ. D
Nihil est itaque bonũ nisi quod perpetuũ est. g ¶ Tu autem altissimus in æternum domine, quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes &c.] Si peribunt, quomodo dispergentur? Qui enim semel perierit, dispergi nõ potest. Debuit dicere: Ecce dispergentur & peribunt. Quod ergo dicit, hoc est: inimici tui domine peribunt, cum omnia tibi subiecta fuerint: omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficietur amicus: hoc est nõ peribit homo, sed peribit inimicus. Qui inimicus fuit, amicus erit: & sic peribit inimicus. Quoniã ecce inimici tui peribũt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Quomodo si sancti simul sunt, gratiosum est: sic si peccatores simul fuerint, quasi pessima cõgregatio est. Quanto enim plures simul fuerint, tanto peiores sunt. Denique eo tempore quo turris ædificabatur contra deum, dispergebantur in utilitatem suam. Consensus eorum malus fuit: dispersio uero profuit etiam ipsis ipsũ qui dispersi sunt. h ¶ Exaltabitur sicut unicornis cornu meum.] Semper cornu in regno ponitur. In te inimicos nostros uenti labimus cornu. Denique nullum animal in templo immolatur domino, nisi quod cornu habet. Tria immolabantur domino in templo: immolabatur taurus: immolabatur aries: immolabatur hircus. Tria immolabãtur, & uniuersa cornuta sunt. Nisi enim aliquis habuerit cornu in quo inimicos uentilet, non est dignus immolari deo. Propterea & dominus cornu dicitur, his qui credũt in eum: Et in cornibus crucis suæ uentilauit inimicos. Ibi confudit diabolum,& omnem eius exercitum. Christus quidem crucifixus erat in corpore: sed uere crucifigebat ibi dæmones. Non fuit crux, sed triumphus fuit: sed uexillum fuit. Propterea conscendit crucem, ut nos de terra in altum tolleret. Ego puto crucem saluatoris istam esse scalam quam uidit Iacob. In ista scala descendebant angeli & conscendebant. In ista scala, hoc est, cruce descendunt Iudæi,& conscendunt gentiles. Et exalta-

Quiã delectasti me domine in factura tua,& in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificatã sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum,& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in seculum seculi, tu autẽ altissimus in æternũ domine. Quoniam ecce inimici tui domine, quoniã ecce inimici tui peribunt,& dispergẽtur omnes qui operãtur iniquitatẽ. Et exaltabitur sicut unicornis

bitur

A bitur ſicut unicornis cornu meum. Alij habebant plura cornua: ego unum ſolum cornu habeo. Mihi autē abſit gloriari niſi in cruce domini: per quē mihi mundus cru cifixus eſt, & ego mundo. a ¶ Et ſenectus mea &c.] Se nectus noſtra oleo dei indiget. Quomodo enim corpora noſtra quādo labora mus (loquor ſimpli cius ꝓpter ſimplicio res fratres q̄ nō poſ ſunt intelligere ſubli mius) quomodo cor pora noſtra quando laborant, non reficiū tur, niſi unctiōe olei: quomodo lumen qđ in lucerna eſt, niſi ole um miſeris, extingui tur: ſic & lumen ſene ctutis meæ, oleo & mi ſericordia dei indiget ut creſcat. Deniq; & apoſtoli aſcendūt in montem Oliueti: ut quoniam laſſi erant, & indigebant lucer næ ipſorum oleo do mini, de oleo domi ni illuminentur. Vn de dicit & iuſtus, Ego autem ſicut oliua fru ctifera in domo do mini. Et in alio loco dicitur: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

cornu meū, & ſenectūs mea in miſericordia uberi. Et de ſpexit oculus meus inimicos meos, & ab inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iuſtus ut pal ma florebit, ſicūt cedrus Libani multiplicabitur. Plantā ti in domo domini, in atrijs dei noſtri florebunt. Ad hūc multiplicabuntur in ſenecta uberi, & bene patien tes erunt ut annuncient. Quoniā rectus dominus deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.

Laūs cantici Dauid in die ante ſabbatum quando fundata eſt terra. XCII

DOminus regnauīt, decorem indutus eſt, indutūs eſt dominus fortitudinēm & præcinxit ſe. Etenim firmauīt orbem terræ, qui non commouebitur. Paratā ſedes tua, extūnc à ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina do minē, eleuauerunt flumina uocem ſuam. Eleuaue runt flumina fluctus ſuos, à uocibūs aquarum mul tarum. Mirabilēs elationes maris, mirabilis in altis dominūs. Teſtimoniā tua credibilia facta ſunt nimis, domūm tuam decet ſanctitudo domine in longitu dine dierum.

B Nullus alius mons erat, de quo aſcendit dominus regna cœlorum, niſi mōs Oliueti? Nunquid non erat mons ſublimior in Galilæa Thabor? Quid neceſſe fuit ut dominus de monte Oliue ti conſcenderet in regnum cœlorum? Sed uide quid te ſcriptura doceat: Niſi tibi & lampadibus tuis oleum mi ſeris, non poteris aſcendere in regna cœlorum. Debes eſſe in monte Oliueti: & non in ualle oliuarum, ſed in monte Oliueti. Dicat aliquis: Quæ eſt iſta uallis oliua rum? Habet diabolus oliuas ſuas: habet philoſophos: habet hæreticos: habent & ipſi oleum. Et ipſi lumen ſci entiæ promittunt, ſed illa oliueta in perditionem dedu cunt. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Nos ergo rogemus dominum: ut ſenectus no ſtra, & omnis noſter labor, & omnes tenebræ noſtræ, oleo domini illuminentur. Diligenter attendo in ſcriptu ris ubi primum legerim ſenectutem. Adam nongētis tri ginta annis uixit, & tamen ſenex non dicitur. Matuſalem nongentis ſexagintanouem annis uixit, & ſenex non di citur. Venio uſque ad diluuium: & poſt diluuium per annos fermè tria milia, & nullum inuenio qui dictus eſt ſenex. Primus Abrahā ſenex dicitur. Et certe multo mi noris ætatis fuit quam Matuſalem. Sed propterea dici tur ſenex, quoniam ſenectus ipſius inūcta fuit oleo ube ri. Denique ſcriptum eſt ibi: Et mortuus eſt Abraham, nutritus in ſenectute bona, plenus, inquit, dierum. Pro pterea in ſenectute bona, quoniam plenus dierum. Om ne enim tempus uitæ ipſius dies fuerunt & nō nox. Hoc ipſum quod dictum eſt de Abraham, dictum eſt, & de Iſaac, & de Iacob. Qui enim ſimul ſeruierunt domino, recte ſimul ſenes domini nuncupantur. *b* ¶ Vt cedrus Libani multiplicabitur.] Lignū bene olens, lignū unde tēpli tecta cōtecta ſunt. Vt cedrus Libani multiplicabi tur: lignū imputribile. *c* ¶ Plantati in domo domini, in atrijs dei noſtri florebunt.] Alibi plantamur, in regno cœlorum florebimus. Ego uero plantaui: apollo riga uit, ſed dominus incrementum dedit. Plantatus in do mo domini, hoc eſt, in eccleſia: non muris, ſed in dogma tibus. Regnum enim dei, inquit, intra uos eſt. Quicunq; plantatus fuerit in domo domini: ſi hic radices miſerit, ibi flores afferet. Plantati in domo domini: in atrijs dei noſtri florebunt. Iſta ſunt æterna tabernacula. Quæ ſunt iſta atria Diuerſæ in cœlo manſiones. Si mul que uidete quid dicat: Plantati in do mo dñi: in atrijs dei noſtri florebunt. Hic domus eſt, ibi atriū eſt. Debuit utique primum dicere ſecū dum ordinem, atri um: & ſic domum. Sed uidete quid di cat: Hic licet uidea mur in domo eſſe, cū migrauerimus ad re gna cœlorum, ad cō parationem angelo rum, & uirtutum cæ terarum: non ſumus in domo, ſed in atrio ſumus, in initio ſu mus, nō in perfectiōe. Non enim erimus an geli, ſed quaſi angeli. Non tibi quaſi parū uideatur homo, ſi ſi cut angelus fueris. *d* ¶ Adhuc multipli cabūtur in ſenecta u beri.] Felix ille q̄ cre ſcit quotidie: qui ſene ſcit ætate, ſeneſcit & uirtutibus. Hæc interim de pſalterio diximus: locuti ſumus & de euangelio pauca, diximus quoq; & de Apoſtolo. Oremus dominū ut omne quod diximus nos, & quæ audiſtis, opere compleamus: & uer ba uertamus in opera: ut qui hic plantati ſumus in do mo domini, in atrio Chriſti floreamus: cui ſit gloria in ſe cula ſeculorum. Amen. *e* ¶ Laus cantici ipſi Dauid in die ante ſabbatum, quando fundata eſt terra.] Iſte pſal mus uocem continet prophetæ, uirtutem atque magni ficentiam domini decantantis. XCII

DOminus regnauit, decorem induit.] Cum reſur gens à mortuis, ſanctorum ſibi chorum adiunxit. *g* ¶ Induit dominus fortitudinem.] Quia diabolum oppreſſit. *h* ¶ Et præcinxit ſe uirtute.] Quando mul titudine angelica circundatus, remeauit ad patrem. *i* ¶ Etenim firmauit orbem terræ, qui non commoue bitur.] Inſtabilis enim & mobilis eſſet adhuc, niſi ſua fuiſ ſet reſurrectione firmatus. *k* ¶ Parata ſedes tua.] In a nimabus ſanctis. Tu enim præelegiſti eas ante conſti tutionem mundi, ut eſſent genus electum. *l* ¶ Extunc à ſeculo tu es.] Et à reſurrectione, & ante conſtitutionem mundi. *m* ¶ Eleuauerunt flumina domine: eleuaue runt flumina uocem ſuam.] Apoſtoli: quorum fluen ta prædicationum, ariditates gentium irrigauerunt. *n* ¶ A uocibus aquarum multarum.] Detrahentium populorum. *o* ¶ Mirabiles elationes maris.] In ſecu li huius fluctibus. *p* ¶ Mirabilis in altis dominus.] Glorioſus reſidens ad dexteram patris. *q* ¶ Teſtimo nia tua domine credibilia facta ſunt nimis.] Per apo ſtolos tuos. *r* ¶ Domum tuam decet ſanctitudo do mine in longitudine dierum.] Eccleſiam tuam quam exhibuiſti tibi non habentem maculam aut rugam: in qua nos digneris mundos, ac ſplendidos cuſtodire: nec polluere baptiſmi gratiam: per quod in te renati ſu mus ad uitam: quia tibi eſt cum æterno patre & ſpiri tu ſancto, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Psalmus Dauid quarta sabbati. XCIII

DEus ultionũm dominus, deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Vsquequò peccatores domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Effabũtur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniusticiam. Populum tuum dominé humiliauerunt, & hæreditatem tuam uexauerunt. Viduam & aduenãm interfecerunt, & pupillos occiderunt. Et dixerunt non uidebit dñs, nec intelliget deus Iacob. Intelligite insipientes in populò, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, nõ audiet, aut qui finxit oculum, nõ considerat. Qui corripit gentès, nõ arguet, aut qui docet hominem scientiã. Dñs scit cogitationẽs hominũ, quoniã

A a ¶ Psalmus Dauid quarta sabbati.] Semper de titulo disputamus, ut ex titulo intelligatur & psalmus. Psalmus Dauid quarta sabbati. Quarta sabbati, in medio sabbati est: quasi in corde sabbati, hoc est, in medio hebdomadis. Dies enim quarta est, & quarta dies habet ex utroque latere æquales dies. Habet enim ex uno latere, diẽ primũ, secundum, tertium: & ex alio latere habet diem quintum, sextũ, septimũ. Videtis igitur quoniã dies quarta, hoc est, quarta sabbati, ex utroque latere duplici trinitate firmatur. Simulq; cõsiderãdum: quia quartus numerus, uirtute decimus est. Quomodo? Si enim computes, & ordinem facias unum, duo, tres, quatuor, decimus numerus efficitur. Vidistis igitur quoniam quartus numerus efficit decimum, & considerate ex hoc: quia quatuor euangelia in decalogo computantur, ut quodcunque dicebatur in decalogo, hoc compleatur in quatuor euangelijs, ut nõ dissentiat lex uetus ab euãgelica dignitate. Hoc interim diximus de titulo, nunc ueniamus ad psalmũ. XCIII

B DEus ultionum dominus, deus ultionum libere egit.] Quia tanto tempore latuit, & non apparebat in populo: postea libere egit. Quia antea ignorabatur, postea triumphauit in cruce. Deus ultionũ dominus. Si deus ultionum dominus est, mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus: quid te cupis uindicare homo? Habes ultorem deum Dicit hoc & Apostolus, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, da illi potum. Hæc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius. Hoc non uidetur pietatis esse, sed crudelitatis. Si enim bene illi facio, ut illi malefaciat deus: nõ uenit hoc de pietate, sed de crudelitate mentis. Quod enim dicit Apostolus si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da illi potum: hucusque uidetur misericordia. Hoc uero quod infert: Hæc enim faciens, carbones ignis congregabis super caput eius: nõ uidetur misericordiæ esse sed crudelitatis. Videris enim propterea panem dare, & aquam dare bibere ut ille in seculis torqueatur. Et hoc dicit Apostolus, & misericordiæ prædicator crudelitatem docet? Non igitur sic accipiendum, sed alio sensu. Si te percutit inimicus, tu ei præbe & alteram maxillam. Si tibi ille malefacit, tu illi fac bene. Si enim hoc feceris, carbones ignis congregabis super caput eius. Quod dicit, hoc est, mundabis eum à peccato: uincitur enim crudelitas illius patientia tua. Si sagittam dirigas in lapidẽ, & lapis durus fuerit, non solum non infigitur, sed resilit. Sic inimicus tuus si te percusserit, & repercussus nõ fuerit: patientia tua superatus, ad meliora conuertitur.

Roma.12.d

c ¶ Vsquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabuntur?] Impatientia humana non uult dei habere patientiam. Miseri nos, qui uolumus nobis deũ esse patientem, & inimicis impatientem. Si quando peccamus, patientem cupimus deum: Si quando aliquis in nos deliquerit, in ipsum non uolumus esse patientem deum. Vsquequo peccatores gloriabuntur? Non eis sufficit peccare, sed etiam in peccatis gloriantur. Prima infelicitas est peccare: secunda infelicitas imò nouissima, non agere pœnitentiam. Isti ergo peccatores non solum non flectunt ceruicem, sed libere post peccatum suum gloriãtur. d ¶ Effabuntur & loquentur iniquitatem.] Proprie hæc de hæreticis loquitur. e ¶ Loquentur omnes qui operãtur iniquitatem.] Vide te signum: Qui male loquitur necesse est ut male faciat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Vbicunq; conscientia uulnerata est, ibi in ore facile peccatur. f ¶ Populum tuum domine humiliauerũt.] Semper dei populus humiliatur: dei populus opprimitur. Populum tuum domine humiliauerũt. Semper populus dei humiliatur, & imitatur deum qui humilis fuit & mitis corde. g ¶ Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt: non uidebit dominus.] Licet hoc manifestum sit secũdum historiam: semper enim quicunque præsidio indiget, facile opprimitur, & quãto aliquis humilior fuerit, tanto ille magis qui opprimit, offendit deum: tamen & secũdum Tropologiam interpretemur: Dixerã enim de hæreticis hoc dici. Viduam & aduenam interfecerũt. Vidua illa quæ deum uirũ habere desiuit, anima est peccatoris. Aduena est qui non est habitator, hoc est, qui non habitat. Ille qui nuper crediderat, repente scandalizatus perit. Et pupillos occiderunt, & dixerunt: non uidebit dominus. Miramur si pupilli dicuntur, ubi uidua est? Sicut enim uidua, anima peccatoris est, sic pupillos illos dicit, qui patrem amiserunt habere deum. Et dixerunt. Quid dixerunt? h ¶ Non uidebit dominus: nec intelliget deus Iacob.] Hoc dicit omnis qui opprimit sanctos. Illis hoc dicentibus, uidete spiritussanctus quid respondeat. i ¶ Intelligite qui insipientes estis in populo: & stulti aliquãdo sapite. Qui plantauit aurem: nõ audiet: &c.] Qui figulus est ignorat uas suum? Qui alium facit audire, ergo ipse nõ audiet: Qui mihi dedit oculos, ergo ipse non uidet? Qui autor est intelligentiæ meæ ipse non intelligit? Iste locus aduersus eos maxime facit, qui Anthropomorphitæ sunt: qui dicunt deum habere membra, quæ etiam nos habemus. Verbi causa, Dicatur deus habere oculos: oculi domini respiciunt omnia: manus dei facit omnia: Et audiuit, inquit, Adam sonum pedum domini deambulãtis in paradiso. Hæc simpliciter audiunt, & humanas imbecillitates ad dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quod deus totus oculus est: totus manus est: totus pes est. Totus oculus est, quia omnia uidet. Totus manus est: quia omnia operatur. Totus pes est: quia ubique est. Ergo uidete quid dicat: Qui plantauit aurem, non audiet? Non dixit: qui plantauit aurem, ergo ipse aurem non habet. Non dixit: ergo ipse oculos non habet. Sed quid dixit? Qui plantauit aurem, non audiet? & qui finxit oculos, non considerat? Mẽbra tulit: efficientias dedit. k ¶ Qui corripit gentes, non arguet.] Qui alios docet: ergo ipse non nouit? l ¶ Qui docet hominem scientiam.] Subauditur, ergo ipse non habet scientiam? m ¶ Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt.] Legimus in poeta seculari: O curas hominum, o quãtum est in rebus inane. Et gentiles & philosophi istum uersiculum ad cœlum leuant. Et quid dicunt? Nihil potuit prudentius dici: Ecce rusticanus noster Hebræus ante tanta secula hoc locutus est. Et quid dixit? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Vultis scire quoniam cogitationes hominum uanæ sunt? Pater

C

Luc.6.g

Gen.3.b

D

&

A & mater nutriunt filium, promittunt sibi de illo felicitatem, mittunt ad studia, erudiunt, uenit usque ad adolescentiam, disponũt ut etiam militet. Cum omnia cogitauerint per annos triginta, una febricula uenit & tollit omnes cogitationes. Inimicũ habeo, & dies iudicij est ad triginta dies, diebus & noctib⁹ nihil aliud cogito, nisi quod illi respõdeam: In lectulo meo sum, & cogitatio mea absenti respõdet inimico: Non est ibi inimicus & uerba respondent inimico. Diebus & noctibus in cogitatione sum. Cum autẽ dies iudicij uenerit, omnia illa quæ cogitaueram, perierunt, & quodcũque deus dixerit, hoc loquor. Propterea & dominus in euangelio
Luc.12.b ait: Quando stabitis ante iudices, nõ cogitetis quid respondeatis: quia dominus dabit uobis in illa hora quid respõdeatis. Dominus scit cogitationes hominũ quoniã uanæ sunt. Vna cogitatio felix est, cogitare de domino.

uanæ sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam, & hæreditatẽ suam non derelinquet. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. Quis consurgẽt mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi quiã dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebãm, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem, dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborẽm in præcepto. Captabũt in animam iusti, & sanguinem innocentẽm condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet

a ¶ Beatus homo quem tu erudieris dñe.] Felix est qui deo magistro utitur. b ¶ Et de lege tua docueris eum, ut mitiges ei à diebus malis.] Videte quid dicat: Beatus
B homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, hoc est, scripturis tuis. Hoc autẽ quid prodest, ut doceatur ille de lege tua? Vt mitiges ei à diebus malis. Videtis igitur quoniam sciẽtia & exercitatio & opera de scripturis, mitigat nobis dies malos? c ¶ Donec fodiatur peccatori fouea.] Quando tu erudieris de lege domini, unum tibi in duplex diuiditur. Tibi enim dies mitigat malos, & peccatori fodit foueam. d ¶ Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mihi aduersus eos qui operantur iniquitatẽ?] Obscuri sunt psalmi: & semper personas mutãt, & propterea obscuri sunt, & nimiæ difficultatis est scire in singulis uersiculis quis loquatur. Quis cõsurget mihi aduersus malignãtes, aut quis stabit mecum aduersus operãtes iniquitatem? Hos uersiculos saluator loquitur: Ego sanctus sum, in cruce subleuatus sum, mortuus sum, resurrexi, & ad cœlos uictor ascendi. Quis est putas de sanctis qui mecum resurget? Ergo quod dicit, hoc est: Propterea resurrexi, ut & alij mecum resurgerent. Quis resurget mihi? Quãdo dicit quis, cæteros prouocat ad surgẽdum. Quomõ enim
Esa. 6.c legimus in Esaia: Quem mittam ad populum istum, & quis ibit nobis? &c. Sicut Esaias ipse se offert: sic & dominus prouocat nos dicens: Quis resurget mihi aduersus malignantes? Quicunque resurrexerit, mihi resurget de meo exercitu est. Aduersus malignantes, aduersus diabolum & exercitum eius. Aut quis stabit mecum? Videte ordinem: Non dixit primum, quis stabit & quis resurget, sed quis resurget & quis stabit. Primum enim surgimus, deinde stamus. Aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem? Quasi imperator stet & dicat: Quis uenit in exercitu meo? e ¶ Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauit in inferno anima mea.] Propterea domine resurgo: quia tu fuisti ad inferos, & resurrexisti, Detenta fuisset anima mea apud inferos, si nõ tua anima de inferis resurrexisset. f ¶ Si dicebam motus est pes meus.] Considerans fragilitatem meam & imbecillitatem humanam, nõ putabam pedem meum firmo stare gradu: ubicunque ponebam pedem, lapsum timebam. Rursum cogitabam nomen tuum, & firmo stabam pede. g ¶ Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.] Hoc ipsum & Apostolus loquitur: quoniam se- 1.Cor.3.b
cundum labores & miserias quas in isto seculo patimur, habemus mercedem apud deum in cœlis. Magnitudo tribulationum, magnitudo præmiorũ est. Quot patimur uulnera, tot meremur & coronas. Hoc est quod dicit: Quotiens egi pœnitentiam, totiens me consolatus es. Vnam fudi lachrymã: unam merui cõsolationem. Decem fudi lachrymas, decem merui consolationes. Quantumcunque fuit pondus pœnitentiæ, tantus fuit & consolationum numerus.

h ¶ Qui fingit laborẽ in præcepto.] Nemo dormiens coronatur: nemo securus possidet regna cœlorum, nemo referto uentre, potest digne de ieiunijs disputare. Vides ergo quid dicat: qui fingit laborem in præcepto. Omnia præcepta domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna cœlorum. Vultis scire quia ita D
est? Si uis, inquit, perfectus esse, uade uende omnia quæ Matth.19.e
possides, & da pauperibus, & ueni sequere me. Qui uult, inquit, consequi regna cœlorum, diebus & noctibus oret, uigilet, ieiunet, iaceat in sacco, non in pluma, non in serico. Pœnitentia non amat delitias. Quia cinerem, inquit, tanquàm panem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam. Qui fingit laborem in præcepto.

i ¶ Captabunt in animam iusti.] Videte quomodo non uidetur esse consonans. Quæ enim est consequentia, qui fingit laborem in præcepto, captabũt in animam iusti? Sed quod auris carnea non intelligit, auris spiritualis intelliget. Quid ergo dicit: Qui fingit laborem in præcepto. Propterea, inquit, laboramus in præceptis domini diebus ac noctibus, uigilamus, oramus, ieiunamus, quoniã multos habemus aduersarios, qui captãt animã iusti. Videte quid dicat: iusti captãt animam, nõ iniusti. Nõ enim uolũt eos decipere qui decepti sunt, sed iustos. Vnde dicitur in Habacuk: Escæ eius electæ. k ¶ Et san- Abac.1.d
guinem innocẽtem condemnabunt.] Solent aliqui dicere: Ille qui occisus est, nõ occideretur, nisi fornicator esset aut aliquod peccatũ habuisset. Ruina illum nõ occupasset, nisi fuisset peccator. Naufragium illum nõ oppressisset, nisi peccator fuisset. Videte ergo quid dicat sancta scriptura: Et sanguinem innocentẽ condemnabũt. Quãdiu in isto seculo sumus, omnia in cõmune patimur. Iustus & peccator æqualiter naufragãtur: Aequalem habẽt carnẽ, & æquales conditiones carnis. Iustus & peccator æqualiter pereunt. Similis exitus, sed diuersa præmia iustus & peccator habent. Alius ducitur ad gehennam: alius ducitur ad regna cœlorum. Et sanguinem innocentem condemnabunt. Sufficit tibi ò iuste conscientia tua. Et si condemnatus fueris, sit sanguis tuus innocens, & clamabit ad dominum. l ¶ Et factus est mihi dominus in refugium.] Locus iste contra Arianos facit. Quoniam enim contradicũt domino saluatori, quod factus dicitur: ecce nos dicimus: Factus est mihi dominus in refugiũ. Nulli

illis iniquitatem ipſorum,& in malitia eorum diſperdet eos,& diſperdet illos dominus deus noſter.

Laus cantici ipſi Dauid. XCIIII

VEnitẽ exultemus domino, iubilemus deo ſalutari noſtro.Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus,& rex magnus ſuper omnes deos, quoniam non repellet dominus plebẽ ſuam. Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius est mare & ipſe fecit illud, & ſiccam manus eius formauerunt. Venitẽ adoremus & procidamus & ploremus ante dominum qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus deus noſter. Et nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Hodie ſi uocem eius audieritis,nolite obdurare corda ueſtra.Sicut in iritatione ſecundum diem tentationis in deſerto. Vbi tentauerũt me patres ueſtri probauerunt & uiderunt opera mea. Quadraginta annis offenſus fui generationi illi, & dixi ſemper hi errant corde. Et iſti non cognouerunt uias meas,ut iuraui in ira mea,ſi introibunt in requiẽ meã.

Canticũm Dauid quãdo domus ædificabatur poſt captiuitatem. XCV

CAntate dominõ canticum nouum, cantatẽ domino omnis terra.] Pugillo enim,id eſt, poteſtate, concludit omnem latitudinem terræ. *i* ¶ Et altitudines montium ipſius ſunt.] Prædicationes apoſtolicæ, quas ipſe inſpirat. *k* ¶ Quoniam ipſius eſt mare,& ipſe fecit illud.] Hæc & de ſeculo intelligenda ſunt,& de iſto uero mari, ad confutationem eorum qui dicunt aquas à deo non eſſe creatas.Nam & Salomõ ex perſona ſapientiæ (qui eſt Chriſtus) ait: Priuſquam produceret fontes aquarum,ego eram. *l* ¶ Et ſiccam manus eius formauerunt.] Siue arua, ſiue humana corpora. *m* ¶ Venite adoremus, & procidamus & ploremus coram domino qui fecit nos,quia ipſe eſt dominus deus noſter.] Coram illo proſterni, & ipſi peccata cum fletu & lachrymis confiteri: iterum atq; iterum propheta hortatur,quem ſciũt eſſe deum omnium ſeculorum. *n* ¶ Et nos populus, &c.] Cuius ſanguine uel redimimur uel alimur. *o* ¶ Hodie ſi uocem eius,&c.] Euidẽtiſſime hæc pandit Apoſtolus ad Hebræos,nec aliã interponere præſumimus expoſitionẽ. Qui ita ait: Quidã enim exacerbauerũt,ſed non omnes, qui profecti ſunt ex Aegypto per Moyſen. Quibus autem offenſus fuit quadraginta annis? nempe illis qui peccauerũt: quorum & corpora proſtrata ſunt in deſerto. Quibus autem iurauit nõ introire in requiem, niſi illis qui increduli fuerũt? Et uidimus quia non potuerũt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo, ne forte accepta pollicitatione introeũdi in regnum eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim nobis nunciatum eſt, quemadmodum & illis. Igitur exhibeamus nos ſanctos, ut introire mereamur per credulitatẽ in illã requiẽ, quam ſperamus accipere. Per Chriſtũ dominũ noſtrũ: cui eſt cum æterno patre & ſpirituſancto, honor & gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. *p* ¶ Quãdo domus ædificatur poſt captiuitatem,canticũ Dauid.] Iſte pſalmus hoc titulo prænotatur. Totum myſteriũ in titulo eſt. Totius uitæ noſtræ ſacramẽtum & ſalus in titulo eſt. Quãdo domus ædificabatur poſt captiuitatem,cãticum Dauid. Iudæi locum iſtum ſic intelligunt: Quãdo poſt Babyloniæ captiuitatẽ,ſub Ezra & Zorobabel & Ieſu filio Ioſedek rurſum ædificatũ eſt templũ, Dauid in ſpiritu ante quingẽtos annos ſciebat rurſum ædificandum eſſe templum. Hoc illi dicũt. Si hoc ita eſt ó Iudææ ut interpretaris, quid ſibi uult quod ſequitur: Cantate domino canticum nouum, & deinde: Annũciate inter gentes gloriam eius? Quod eſt iſtud canticum nouũ, quæ ſunt iſtæ gẽtes? Videtis ergo quoniam ſecũdũ literam interficiẽtem penitus ſtare nõ poteſt. Ergo myſtice interpretãdũ eſt, qñ domus ædificabaẽ poſt captiuitatẽ. Multi de nobis capti ſunt, multi ducti ſunt in Babyloniã: multi iugũ Nabuchodonoſor ſuis portauere ceruicib⁹: multi miſſi ſunt in caminũ ignis,& arſerũt, multi templũ perdiderũt,& in illis dom⁹ dei ſubuerſa eſt. Infelix Iudas quãdo apoſtolus erat, domus dei erat. Venit diabolus,& accepit buccellã, & ſtatim intrauit ſatanas in illũ,& domus eius ſubuerſa eſt,& non eſt inſtaurata: quia nõ egit pœnitẽtiam. Si quis uero poſt peccatum agit pœnitẽtiam,iſtius domus poſt captiuitatem reædificatur. Oremus ergo & nos dominũ, primum quidem, ut non ſubuertatur domus noſtra, ne ueniat Caldæus & Aſſyrius, & templum Chriſti in nobis ſubuertat. Si autem ſubuerſum fuerit quaſi naufragio, ſecũdo ſolatio per tabulam poſſumus ſaluari. Quando domus ædificabatur poſt captiuitatẽ. Quotidie domus iſta Chriſti in pœnitentibus inſtruitur. Denique nõ dixit,quãdo domus ædificata eſt: ne tãtum uideretur fuiſſe præteritum: ſed ædificabatur, ut quotidie hoc fieri demonſtret. Hoc interim diximus de anima noſtra. Cæterũ poſſumus & aliter dicere, quãdo eccleſia Chriſti inſtruebatur poſt ruinam. Videamus ergo poſt iſtum titulum quid ſequatur. XCV

CAntate domino canticum nouum.] Felix pœnitẽtia licet rueris: tamen ſi egeris pœnitentiam, noua domus dei diceris. Cãtate domino canticum nouum. Noua domus,nouũ meretur canticum. Cãtate domino canticum nouum. Cui cantate? *r* ¶ Cãtate domino omnis terra.] Si de templo Hieroſolymæ dicitur ò Iudææ,quomodo omnis terra prouocatur ad laudem? Cantate domino omnis terra. Iſte locus & Iudæum uincit & Nouatianum. Cantate domino omnis terra. Non Hieruſalem,ſed omnis mundus. Hic Iudæus occiditur. Cantate domino omnis terra. Nouatianus occiditur. Quomõ? Dicit enim Nouatianus: Sunt aliqua peccata, pro quibus debemus agere pœnitentiã. Acſi dicat: De mendacio, de periurio, de furto, Cæterum qui fornicatus fuerit, qui

Prouerb.3.c

Ebre.3.b

A qui homicidium fecerit, iſte agere non poteſt pœnitentiam. Audi quid dicat: Cantate domino omnis terra. Omnis autem terra, & adultera eſt, & homicida, & omnia peccata terrena ſunt. Si autem uniuerſa peccata terrena ſunt: qualiacũque peccata habueris, age pœnitentiam, & ſaluus eris.

mino omnis terra. Cantate dominõ & benedicite nomini eius, annunciatẽ de die in diem ſalutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Confeſſio & pulchritudo in cõſpectu eius, ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius. Afferte dominõ patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorẽ, afferte domino gloriam nomini eius. Tollitẽ hoſtias & introite in atria eius, adoratẽ dominum in atrio ſancto eius. Commoueatũr à facie eius uniuerſa terra, dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim corrẽxit orbẽ terræ qui non cõmouebitur,

a ¶ Cantate domino & benedicite nomini eius,] Nomen domini ſaluator eſt: ex eo quod in nobis factus eſt. Cantate domino. *b* ¶ Annũciate de die in diẽ ſalutare eius.] Quid uult dicere annunciate de die in diẽ ſalutare ei⁹? Qui ſimplex eſt, ſic intelligit: Omnibus dieb⁹ laudate dominum, hoc eſt, dici ſuccedat dies: hoc eſt, laudaſti hodie, lauda & craſtino. Videtur quidem ſenſus eſſe ſimplex: ſed mihi uidetur aliquid ſacramẽti latere. Annunciate de die in diem ſalutare eius. Non poteſt laudari ſaluator, niſi in die. Debuerat enim dicere: Laudate dominum die ac nocte, ſi de iſta die diceretur. Debemus enim dicere hoc, ſi ſecundum literam intelligimus. Si ergo in die laudamus dominum iterum in nocte laudare non poſſumus? Videte ergo quid dicat: Quandocũque laudatis dominum, ſemper illum in luce laudate: non in
B tenebris peccatorum, ſed in luce uirtutum. Semper in anima tua ſol Chriſti oriatur: ut ſemper in te naſcatur lumen nouum. Annũciate de die in diem ſalutare eius. Dicamus & aliter: Duo ſunt dies, non tres, non quatuor, non quinque. Duo ſunt dies, uetus teſtamentum, & nouum. Et in illo Chriſtus lucet, & in iſto Chriſtus lucet. Nolite eum tantum laudare in ueteri teſtamento, ne ſitis Iudæi: Nolite eum tantum laudare in nouo teſtamento, ne ſitis Manichæi. Laudate illum de die in diem, hoc eſt, in ueteri & in nouo teſtamento, quæ duo dies unam lucem faciunt. Propterea ſcribitur & in Leuitico: Omne au-
Leuit. 11.4 tem animal quod findit ungulam & ruminat, mundum eſt. Hoc eſt, ſi duas ungulas habet & ruminat, mundum eſt. Si ergo unam habet ungulam, non eſt mundum. Iudæus habet unam ungulam, & propterea immũdus eſt. Manichæus unam habet ungulam, & propterea immũdus eſt. Et quia unam habet ungulam, non ruminat cibos ſuos: nec id quod ſemel in uentrem miſerit, rurſum educit ad guttur, & ruminat illud & tenue facit, ut quod groſſum fuerat, rurſum tenue mittatur in uentrem: hoc quidem pertinet ad ſacramẽta diuina dicere. Omne animal quod findit ungulam & ruminat mundum eſt. Iudæus unam ungulam habet: in unum enim tantum credit teſtamentum, & non ruminat. Legit enim tantummodo literam, & nihil conſiderat, nihil quærit intrinſecus. Eccleſiaſticus uero ungulas findit & ruminat, hoc eſt in utrunq; credit teſtamentum & in utroq; teſtamẽto ſæpe requirit. Et quodcunque latet in litera, in ſpiritu profert. Hoc totum quare dixi? Quia ſcriptum eſt: Annũciate de die in diem ſalutare eius. Propterea & apoſtoli bini mittuntur: propterea non habemus unum oculũ, ſed duos. Propterea duas habemus aures, propterea duas nares, propterea duo labia, propterea duas manus, duos pedes. Nihil in nobis unum habemus, niſi quod turpe eſt. Et corporis noſtri membra, duorum teſtamentorum ſacramenta teſtantur. *c* ¶ Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem.] Si de templo Hieroſolymæ dicitur: quid ſibi nunc uult, afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem? Gentium multitudo, uocatio gentium & eccleſiæ cõgregatio eſt. Afferte domino gloriam & honorem. Quando honoramus dominum in corpore noſtro, gloriatur dominus in nobis. Afferte domino gloriam nomini eius. Gloria ſerui, gloria domini eſt. Qui uos recipit, me recipit. Felix ſeruus, propter quem dominus gloriat. *d* ¶ Tollite hoſtias & introite in atria eius.] Hoſtiam ſanctam, uiuam, placentem deo. Tollite hoſtias. Vos ipſi afferte hoſtias. Quas hoſtias? Vos ipſi eſtote hoſtiæ. Virginitas, holocauſtum Chriſti eſt. Vniuerſa caſtitas, ſiue in uirginitate, ſiue in uiduitate, ſiue in continentia, hoſtia Chriſti eſt. Rem nouam loquor, hoſtia caſtitatis ipſa ſe portat. Tollite hoſtias & introite in atria eius. *e* ¶ Adorate dominum in atrio ſancto eius.] Video plura atria, uideo unum atrium. Tollite hoſtias & introite in atria eius. Ecce plura atria. Rurſum adorate dominum in atrio ſancto eius, ecce unum atrium. Videte ergo quoniã non poteſt de uno atrio ueniri ad plura atria, ſed de plurimis atrijs uenitur ad unum atriũ. Vultis ſcire hoc ipſum myſterium? Ecce in alio loco negociator il- Matth. 13. f
D le qui habebat plurimas margaritas, uendidit plures, ut emeret unam. Et in Michæa dicitur: State, inquit, in uijs domini: & inquirite, inquit, uiã domini. Niſi ſteterimus in uijs plurimis, unã uiam inuenire nõ poſſumus. Quæ ſunt iſtæ margaritæ plures? Quæ ſunt uiæ plures? Quæ ſunt iſta atria plura, ut inueniamus unam margaritã, & unam uiam, & unum atrium? Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſes, Ieſus Naue, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, duodecim prophetæ, Dauid, Salomõ fuerũt atria, hoc eſt, atria noſtra ſunt. Primũ in illa intramus, & de illis atrijs poſtea uenimus ad atrium euãgelij, ubi inuenitur Chriſtus. *f* ¶ Cõmoueatur à facie eius uniuerſa terra.] Videte qd dicat: Cœlum nõ mouetur à facie dei, ſed quicũque terrenus eſt, ille reſpicit dominum, & commouetur, & tremiſcit. *g* ¶ Dicite in gentibus quia dominus regnauit.] Niſi terra commota fuerit, & à ſuo terreno opere receſſerit, dominus non regnabit in gẽtibus. *h* ¶ Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur.] Nunquam corrigitur, niſi quod ante rectum fuit, & poſtea depraua tum eſt. Sic igitur & nos, & omne humanum genus naturaliter intelligit deum. Nullæ enim gentes ſunt, quæ naturaliter non intelligant creatorem ſuum. Licet enim lapides & ligna uenerentur: tamen intelligunt aliquid maius eſſe quàm ipſi ſunt & in errore ſuo indicant ſe habere ſapientiam: hoc eſt, nulla gens eſt, quæ naturaliter non intelligat deum. Denique gentiles idola colunt, hoc eſt, lapides & ligna uenerantur: & ſi forte rixam fecerint, & ſi iuramentum aliquod inter illos uenerit, non dicunt lapides iſti uidẽt, ligna uidẽt, ſed deus uidet, & deus audit. Videte ergo quid dicat: Etenim correxit orbẽ terræ qui non commouebitur. Ideo uenit Chriſtus & correxit genus humanum, quod ante fuerat deprauatum, ut in æternũ nõ moueatur. Crux enim ipſius, columna eſt generis humani. In ipſa colũna ædificata eſt domus eius. Ego crucem dico, non lignum, ſed paſſionem. Cæterum crux iſta & in Britannia eſt, & in India eſt, & in uniuerſo orbe terrarũ: Denicq; quid dicit & dominus in euãgelio?

Niſi

A Nisi tuleritis crucem meã, & quotidie secuti fueritis me.
Luc.9.c Videte quid dicat: Nisi anima uestra ita ad crucem fuerit præparata, sicut mea fuit pro uobis, mei discipuli esse non potestis. Felix qui crucẽ, & resurrectionem, & locũ natiuitatis Christi, & locum ascensionis portat in pectore suo. Felix est qui Bethlehem habet in corde suo: in cuius corde Christus quotidie nascitur. Denique quid dicitur Bethlehem? Domus panis. Simus & nos domus panis eius qui de cœlo descendit. Quotidie nobis Christus crucifigitur. Nos mũdo crucifigimur: & Christus in nobis crucifigitur. Felix est, in cuius corde quotidie Christus resurgit si quotidie pro peccatis suis etiam leuibus agit pœnitentiam. Felix est qui de monte oliueti ascendit ad regna cœlorum: ubi sunt oliuæ domini uberes, ubi lumen Christi nascitur, ubi sunt oliueta domini. Ego enim quasi oliua uberis in domo domini. Accendamus ergo & nos lucernam nostrã de ista oliua, & statim cum Christo ibimus ad regna cœlorum. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, qui prius pro peccatis tortuosus erat. a ¶ Iudicabit populos in æquitate.] De futuro hoc iudicio dixit: in quo iterato aduenient iudicare de uiuis & mortuis. b ¶ Lætentur cœli.] Apostoli, uel reB liqui sancti. c ¶ Exultet terra.] Corpora scilicet cœlestia. d ¶ Moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui hàbitant in eo.] Seculum utique ut in melius commutetur. e ¶ Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt.] Animæ sanctæ, & præsertim uirgines, quæ diuersis florũ suauitatibus pollent. f ¶ Tũc exultabũt omnia ligna syluarum à facie domini.] Quia non sunt obnoxia combustioni. g ¶ Quia uenit.] Primo aduentu ad redimendum. h ¶ Quoniam uenit iudicare terram.] Iterato ad iudicandum. i ¶ Iudicabit orbem terrarum in æquitate, & populos in ueritate sua.] Vt peccatores subdat pœnis, iustos præmijs muneret æternis. Qui nobis timorem nominis sui tribuens, præstare dignetur, ut in illo tremendo iudicij tempore non collocemur in sinistro numero, qui nos redemptos eius sanguine confitemur, ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

iudicabit populos in æquitate. Lætentur cœli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius, gaudebũt campi & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabũt omnia ligna syluarum à facie domini, quia uenit, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua.

Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei. XCVI

DOminus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius,

k ¶ Ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei.] Legimus in Regum & Paralipomenon libris, quoniã Dauid bellicosus uir fuit, & uniuersas gentes in circuitu subiecerit, & in suam redegerit potestatem. Hoc interim secundum literam intelligamus hoc modo: Psalmus Dauid quem cecinit dño, quãdo uictis aduersarijs reddidit terræ suæ, hoc est Iudææ pacem. Hoc secundum historiam. Cæterum si Dauid interpretatur fortis manu: fortis autem manu nemo est, nisi ille qui uicit omnes gentes, noMatt.8.d ster Dauid, ad quem clamabant dæmones: Quid uenisti torquere nos ante tempus fili Dauid? iste psalmus ab eo compositus est, quãdo restituta est ei terra. Et egregie dixit quidam: quoniam terra ista quæ restituitur, corpora nostra sunt. Vere enim eo tempore debemus cantare domino, quãdo terra nostra cõposita est. Dicamus autem nos & aliter: Non enim nocet, si eandem rem duobus & tribus modis intelligamus. Scriptum est enim in Salomone: Assumes, inquit, ea in tabula cordis tui tripliciter. Non nocet diuersum aliquid dicere, cum uno spiritu dicitur. Quãdo terra eius cõstituta est. Terra ista antequã Dauid noster omnes uinceret: non habebat pacem, sed ubiq; erat discordia. Alia gens colebat Iouem, alia Mercurium, alia Iunonem, & omnes gentes diuersa idola habebant. Vexillum crucis eleuatum est, & omnis terra constituta est. C XCVI

DOminus regnauit exultet terra.] Vniuersa terra & omnis orbis, qui dæmonibus & idolis fuerat ante subiectus, deo nostro regnante lætetur. Dominus regnauit. Dominus creator q nos fecit, ipse regnauit. Quos qui ante subiecti eratis sub dominio diaboli, nunc subiecti estis sub domino creatore. m ¶ Lætẽtur insulæ multæ.] Bene dixit de animabꝰ nostris, quæ uarijs cogitationibꝰ, quasi uarijs hincinde tunduntur fluctibus. Nos autem dicamus & insulas ecclesias. Denique dicitur & in alio loco: Conuertentur ad me insulæ multæ. Vultis scire quoniam insulæ dicantur ecclesiæ? Dictum est in propheta ex persona domini: Loquere (inquit) habitatoribus insulæ huius. Lætentur insulæ multæ. Quomodo enim insulæ in medio mari positæ sunt, sic & ecclesiæ quasi in medio mari seculi istius positæ sunt: & ita persecutionibus, quasi diuersis tunduntur fluctibus. Verum istæ insulæ tunduntur quotidie, sed non subruuntur. In mari quidem sunt, sed habent fundamentum Christum, qui moueri non potest. n ¶ Nubes & caligo.] Ego puto nubem istam esse, de qua dicitur in euangelio: Et operuit, D inquit, eos nubes lucida: Eo tempore quando transfiMatth.17.a guratus est dominus, & apostoli ceciderunt, operuit eos nubes lucida. Ego puto istas esse nubes: quibus mandauit dominus ne pluant super Israel imbrem. Ego puto istas esse nubes, de quibus in alio loco dicitur: Veritas Esa.5.b tua usque ad nubes. Veritas domini illa, quæ dicit in Psal.35.b euangelio: Ego sum uia, ueritas, & uita. Veritas dei, Ioan.14.a Christus est. Veritas domini usque ad nubes. Nubes apostoli sunt & prophetæ: istis mandatum est, ne pluant super Israel imbrem. Ex quo enim (secundum hiIudic.6.g storiam, quod scriptum est in libro Iudicum) uellus illud siccatum est: pluuia in uniuerso orbe discurrit. Quod dicitur, hoc est: Israel siccatus est, & pluuia super omnem orbem discurrit. Nubes & caligo in circuitu eius. Dominus uenit in Aegyptum super nubem leuem. Videte quid dicat, dominus uenit: Dominus atque saluator in Aegyptum istam in qua nos sumus: in locum tenebrarum ubi Pharao est, dominus uenit. Non uenit, nisi in nube leui. Nubes ista leuis quæ est? Videtur mihi sancta Maria, nullo humano semine prægrauata. Ista nubes leuis uenit in mundum, & secum portat mundi creatorem. Et quid dicitur ibi in Esaia? Dominus ueEsa.19.a nit in Aegyptum super nubem leuem, & confringentur idola Aegypti. Venit dominus, & idola Aegypti commota sunt, & concussa atque destructa. Nubes istа destruxit Serapim in Alexandria: non imperator homo mortalis, sed nubes ista quæ uenit in Aegyptum. Nubes & caligo in circuitu eius. Diximus de nube, dicamus de caligine. Dominus in caligine est. Dominus aut in lumine est, aut in caligine. In lumine incipientibus Exo.19.c est. Incipientibus enim simpliciter loquitur, qui uero perfecti sunt, illis mystice loquitur. Denique apostolis non loquebatur quasi turbis, sed intrinsecus loquebatur. Et quid dicit? Qui habet aures audiendi, audiat. Ergo hoc quod dicit: & caligo in circuitu eius, hoc est, & mysteria in circuitu eius. Propterea dicitur & in Exodo. Et omnis, inquit, populus stabat deorsum: Moyses autem solus ingressus est in montem Sina in cali-

iustitiâ & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, uidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra. Annunciauerunt cœli iustitiam eius, & uiderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli eius, audiuit & lætata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Quoniam tu dns altissimus super omnem terram, nimis superexaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum, odite malum, custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Psalmus Dauid. XCVII

Cantate domino canticum nouum, quia mirabi-

A in caligine. Non enim poterat omnis populus, dei scire mysteria, quæ solus poterat nosse Moyses. Dicitur de deo: Posuit tenebras latibulum suum. *a* ¶ Iustitia & iudicium correctio sedis eius.] Quid uult dicere, correctio sedis eius? Debuit dicere, stabilitas sedis eius. Quando ergo dicitur, correctio sedis eius, ostenditur quod cunq; corrigitur, pra uum fuisse, antequã corrigeretur. Iudiciũ ergo dei antequã ueniat ad iudicandum, quasi prauum uidetur. Nunc uidetur iniustum, & prauũ esse iudiciũ. Quãdo enim iniqui homines ditãtur & sancti pauperes sunt: nónne uidetur iudicium dei esse prauum? Quãdo autem uenerit ad iudicandum, ut reddat unicuiq; secundũ opera sua: eo tẽpore quasi corriget sedes eius. Denique uultis scire quia de die iudicij dicitur? *b* ¶ Ignis ante ipsum præcedet.] Ignem istum qui sanctus est, non timeat: qui peccator est, timeat. Ignis iste sanctos purgat, peccatores consumit. Ignis ante ipsum præcedet. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentẽ. Ego puto istos esse ignes, hoc est, angelos eius. Isti ergo angeli, hoc est, ignis eius, præcedẽt ante eum. Iste ignis quos consumit? Quicũq; est lignum, fœnum, stipula. Qui autem aurum, argentũ est & lapides precioſi, mittitur quidem in ignem, sed mundior inuenitur. *c* ¶ Alluxerunt fulgura eius orbi terræ.] Dicũt philosophi, quod fulgura ex nubium collisione generentur. Nisi enim prius sonitus auditus fuerit, fulgura non prospiciuntur. Hoc dicitur & de lapide ignario: qui nisi collisus fuerit, medius ignis non egreditur. Hoc diximus secundũ historiam, & paruulis adhuc loquimur. Diximus ergo naturam rerũ: ut ex natura rerũ, spirituale aliquid proferamus. Lapis qui uulgo uocatur ignarius: si solus est, ignem nõ potest mittere: sin autẽ cum alio lapide collisus fuerit, medius ignis excutitur. Fac mihi esse nubem Hieremiã, Esaiam, Eliam, nubem autem & Paulũ & Petrum, & cæteros apostolos. Istæ ergo nubes quãdo collisæ fuerint inter se, emittunt medium ignem & lucẽt orbi terræ. Alluxerũt fulgura eius orbi terræ, uidit & cõmota est terra. Apostolorũ fulgura alluxerunt in toto orbe terrarũ. Commota est. Illi loquebantur, & tonitruum uocis eorum uniuersus mundus audiebat. Duo habebant pariter, & grandẽ uocem, & splendida fulgura. Hæc fulgura credentes illuminabant, non credẽtes comburebant. *d* ¶ Montes sicut cera fluxerunt.] Mihi uidentur isti montes esse dæmonũ potestates. Siue certe montes, superbi quique homines. Ignis iste non consumit humiles, sed quicunq; montuosi sunt. Deniq; quando fulgur emittitur, difficile illos percutit, qui in ualle sunt: sed semper illos qui in mõte sunt. *e* ¶ Annunciauerũt cœli iustitiam eius.] Isti sunt cœli, de quib⁹ & in octauo decimo psalmo dicitur: Cœli enarrant gloriam dei. Cœli annunciant iustitiam eius, terra non annũciat. Quicunq; cœlum est, non timet iustũ deũ. Quicunq; de cœlis est, non timet eius annunciare iustitiam. Quicunq; sanctus est & cœlum est, iste iustũ deum non timet. Peccator autem misericordem quærit deum. Annunciauerũt cœli iustitiam eius, euangelistæ scilicet. *f* ¶ Et uiderũt omnes populi gloriam eius.] Quia etiã quibus non est annunciatũ de eo, intellexerũt deum in carnẽ uenisse. *g* ¶ Confundantur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris suis.] Vt dum in spe uana confunduntur, ad illam ueram ualeant peruenire. *h* ¶ Adorate eũ omnes angeli eius.] Annunciatores regni illius. *i* ¶ Audiuit & lætata est Sion.] Ecclesia quæ gloriã eius speculabatur. *k* ¶ Et exultauerunt filiæ Iudæ. Animæ confessorum, *l* ¶ Propter iudicia tua domine.] Quia custodierũt ea. *m* ¶ Quoniam tu dominus altissimus sup omnẽ terram: nimis superexaltatus es super omnes deos.] Et non solũ super deos, sed etiã super cœlos cœlorũ. *n* ¶ Qui diligitis dñm.] Qui solus est bon⁹. *o* ¶ Odite malum.] Diabolum. *p* ¶ Custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eas.] Ne eis aliquid noceat. *q* ¶ Lux orta est iusto.] Christus refulget in corde eius. *r* ¶ Et rectis corde lætitia.] Quia quem expectabant, cernere meruerunt. *s* ¶ Lætamini iusti in domino, & cõfitemini memoriæ sanctitatis eius.] Qui eum in recti cordis lumine contemplamini, iugiter collaudate, uel sanctitatem eius: quia ueſtrũ memor fuit ut sanctificaret: uel pietatem, qua uos in regno suo assciuit. Qui nobis præstare dignetur, ut eius lumine nostris cordibus oriente, mereamur ab eo de præsentibus eruj: cuius sumus baptismo à noxijs originalib⁹ liberati. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. *t* ¶ Psalmus Dauid.] Iste psalmus uocẽ prophetæ continens: potentiam narrat dominici nominis ac uirtutis.

XCVII

Cantate domino canticum nouum.] Canticum nouum, est dei filius crucifixus, quod nunquã auditũ fuerat. Noua res, nouum habet canticum. Cantate dño canticum nouum. Homo quidem est, qui passus est: sed uos cantate domino. Passus est quidem quasi homo, sed saluauit quasi deus. Cantate dño cãticum nouum. Canticum nouum, mereatur nomen nouum. Propterea dicitur & alibi: Et uocabitur, inquit, nomen nouũ. Nouum nomen, nouum meretur canticum. Et in Apocalypsi dicitur: Qui uicerit, inquit, dabo ei calculum: & nomen nouum scribam super eum. Nomẽ nouum Christianorum est. Cantate domino. Quare? Quid enim fecit? Quare enim nouum mereatur canticum? *x* ¶ Quia mirabilia fecit.] Signa fecit in Iudæis, paralyticos sanauit, leprosos purgauit, mortuos suscitauit. Hoc & alij fecerunt prophetæ. Vertit panes paucos in plures, & pauit infinitũ populum. Hoc fecit & Eliseus. Quid ergo fecit nouj, ut mereatur nouum canticũ? Vultis scire quid nouũ fecerit deus? Quasi homo mortuus est, ut homines uiuerẽt. Filius dei crucifixus est, ut nos leuaret ad cœlum. Quoniam mirabilia fecit. Vultis scire quoniam mirabilia fecit? Filius uiduæ iacebat in cœnaculo, uenit Eliseus & contraxit se, & os ad os posuit: & manus ad manus, & pedes ad pedes. Si enim expandisset se, non reuersus esset filius

Esa.62.a Apoca.3.c

3.Reg.17.d

uiduæ

A uiduæ. Ideo ſe contraxit, ut uiuificaret. Cum eſſet in forma dei: ideo accepit formam hominis: ideo ſe contraxit, ut nos faceret altiores. *a* ¶ Saluauit ſibi dextera eius.] Quod dicit, hoc eſt, Saluauit homines: non alienum, ſed ſuum opus, hoc eſt, quod fecerat ſibi, ſibi ipſe ſaluauit. Fecerat hominem in ſalutem, qui uitio ſuo perierat. Iſte mortuus eſt, ut ſaluaret ſibi hominem dextera ſua. Dextera hic pro uirtute ponitur, & brachium pro robore. *b* ¶ Et brachium ſanctum eius.] Licet & brachium & dextera Chriſtus dicat: Dextera domini fecit uirtutem, & brachiū domini cui reuelatū eſt: tamē hic de Chriſto dicitur. *c* ¶ Notum fecit dominus ſalutare ſuum.] Non dixit: oſtendit, ſed notum fecit. Quod dicit, hoc eſt: quod ante nouerant deum, & ſuo uitio obliti ſunt. Ergo deus ueniens, ſua gratia hoc quod perdiderant, manifeſtauit eis. Ergo hoc dicit: Ille quem nouerat Adam, quem nouerat Seth, quē nouerat Enoch, qui inuocauit dñm & ſperauit in eum, & nouerat Noe: & poſtea oblitus fuerat humanum genus: uenit iterum in mundum: ut homines qui poſtea obliti fuerant, iterū cognoſcerent. Notum fecit dominus ſalutare ſuum. In Hebraico legitur: Notum fecit dominus Ieſum ſuum. Vbicunq; enim ſaluator dicit: in Hebraico, Ieſus ponitur. *d* ¶ In conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.] Nequaq;
B in ſola Iudæa, ſed in conſpectu gentiū. Iuſtum enim erat, ut ſaluator ſaluaret creaturam ſuam. Reuelauit iuſtitiam ſuam, quæ incredulitate hominum fuerat obſcurata. *e* ¶ Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ.] Concluſit omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur. *f* ¶ Et ueritatis ſuæ domui Iſrael.] Miſericordiæ recordatur, ueritatē impleт. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, hoc eſt, in gētium populo. Et ueritatē ſuam domui Iſrael. Hoc opere compēns, quod patriarchis promiſerat. *g* ¶ Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri.] Non ſolus Iſrael uidit & Iuda, ſed omnes fines: ſimulq; ſecundū myſticū intellectum, fines terræ. Quādiu in medio terræ ſumus, deū uidere non poſſumus. Quādo ergo quaſi relinquimus terrā, in ſummitate ſumus, tunc meremur uidere deum Vultis ſcire quomodo fines terræ uideant deum? Legi-
Ezech.1 mus in Ezechiele: Et rotæ, inquit, illæ quæ uoluuntur, dicebatur eis Gelgel, quod dicitur reuolutio. Gel enim uolutio, Gelgel reuolutio. Rotæ ergo illæ audiunt reuolutio. Quoniam rota quaſi paruo quodam ſpacio terrā
Zach.9.d tangit, & tota feſtinat ad cœlum: ideo dicitur & in alio loco: Sancti lapides uoluūtur ſuper terrā. Et quid dicitur in Ezechiele? Quocunq;, inquit, ibat ſpiritus, illuc ſequebantur & rotæ. Et nos ſequamur ſpiritum ſanctum, ut dicamur rotæ. Et quid dicitur ibi? Et non, inquit, ibant retrorſum, ſed ſemper ibant ante ſe. Simulq; conſiderate quid dicat: Non, inquit, reuertebantur, ſed ſemper ante ſe ibant. Præteritorum enim obliuiſcebantur, ad priora ſe extendebāt. Et plena erāt, inquit, oculis. Omnia enim rotarum iſtarum plena erant lumine dei. Non eſt iſtius temporis: ut de rotis, & de Cherubim, & de animalibus Ezechiel diſputemus. *h* ¶ Iubilate deo omnis terra.] Non ſolum Iudæa, ſed omnis terra iubilate domino. Signa mittite uictoris exercitus. *i* ¶ Cantate, exultate, & pſallite.] Cantate, cogitatione: pſallite uerbo, hoc eſt, omnibus membris ueſtris. Pſallat manus in eleemoſyna: pſallat pes uadens in opere bono. *k* ¶ Pſallite dño in cithara.] Omnes chordæ ueſtræ uocales ſint. Nō poteſt eſſe cithara, ſi una chorda defuerit. Quid tibi prodeſt ſi C
ſis caſtus? ſi ſis largus in eleemoſyna, & inuidioſus ſis? Quid tibi prodeſt, ſi ſex chordas integras habueris, & unam ruptam? Si una chorda defuerit, perfectus citharæ ſonus eſſe non poterit. *l* ¶ In tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ.] Legimus in Numerorū Nume.10
libro, duo genera eſſe tubarum. Vnū genus eſſe tubarum ductile ex argento: aliud eſſe genus tubarum cornearū. Ergo hic utrūque dicitur: In tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ. Quod dicit, hoc eſt Tuba ductilis ex argēto, ſermo dei eſt: & eloquia dñi eloquia caſta: argētū igne examinatū, purgatum ſeptuplū. Rurſum in uoce tubæ corneæ, hic regnans inducitur uir dei. In ſcripturis proprie cornu, pro regno dicitur, & pro potētia: ſicut ibi ſcriptū eſt: Erexit cornu ſalutis nobis. Et in alio loco ſcriptū eſt: Luc.1.g
In te inimicos noſtros uentilabimus cornu. Ergo uidete Pſal.43.b
hic quid dicat: Duas habetote tubas, & argenteā, & corneam. Argenteam, ut habeatis ſermonē: Corneam ut habeatis uirtutem. Vultis ſcire quoniā cornu ſemper in bonam partem ponitur? Legimus in Leuitico: Nullum animal offeratur, niſi quodcunq; cornutum eſt. Tria genera animalium offerūtur: bos, qui cornu habet: & aries, qui cornu habet: & hircus, qui cornu habet. Sine cauſa putas dicitur: ut nullum offeratur animal, niſi quod cornutum eſt? Et nos ergo quādiu habemus cornu, meremur D
uictima eſſe dei. Si autem cornu noſtrū fuerit excuſſum, quaſi debiles ſumus, & inter ſacerdotes dei uenire non poſſumus. *m* ¶ Moueatur mare & plenitudo eius.] Moueatur mare, & amaræ aquæ mutētur in dulces. Deniq; & Mara mutata eſt: & facta eſt in dulcem ſaporem. Aquam illam amaram nō fecit aliud dulcē, niſi lignum crucis, quod miſſum erat in eam. Mihi uidetur amarum mare, lex eſſe Moyſi. Hoc eſt quod dicitur Mara, hoc eſt, amara. Hæc amara aqua, legis ueteris accepit lignū crucis, & effecta eſt dulcis. *n* ¶ Flumina plaudēt manu ſimul.] Interrogemus Iudæos, qui ſecundū literam intelligunt, flumina uentrē habent, flumina uoces habent, flumina pedes habēt, flumina manus habēt? Dicat aliquis: Non eſt ſcriptum de uētre, de pedibus. Sed dico tibi: ex uno membro intelligimus & cætera, Nō enim poſſumus intelligere manus ſine pedibus, ſine uentre, ſine membris cæteris. Flumina plaudent manu ſimul. Flumina quæ biberunt de fonte Ieſu. Me, inquit, dereliquerūt fontem aquæ uiuæ. Flumina ipſa de fonte Chriſti currunt. Ille fons eſt: nos flumina ſumus: ſi tamen meremur eſſe flumina. Chriſtus, fons eſt: ſancti, flumina ſunt. Qui autem inferiores ſunt, riuuli ſunt. Alij uero torrentes ſunt. Qui ſunt torrentes? Qui ad horam habent aquas: & tentatione ueniente, ſiccantur. Flumina plaudent manu ſimul. Non eſt unum flumē, plura ſunt flumina. Quot ſancti ſunt, tot & flumina ſunt. Sed iſta flumina non habent inter ſe diſſenſionem. Quoniā ſunt flumina Chriſti, propterea habent inter ſe cōcordiam. Flumina plaudēt manu ſimul. Plaudent, quia opera ſanctorum, laus dei eſt. Chriſtus non uoce laudatur, ſed opere. Non audit uocem, ſed opera. Flumina plaudēt manu ſimul. Propterea dicit & ipſe in euangelio. Qui ſitit, ueniat & bibat: & Ioan.7.f
fluent, inquit, flumina de uentre eius. *o* ¶ Montes exultabunt in conſpectu domini.] Quid ſimile flumina & montes? Sed quoniā de perfectis ſanctis dicit: non dixit, riuuli plaudent manu ſimul: ſed flumina plaudēt manu ſimul

lia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & ueritatis ſuæ domui Iſrael. Viderunt omnes termini terræ, ſalutare dei noſtri. Iubilate deo omnis terra, cantate & exultate & pſallite. Pſallite domino in cithara, in cithara & uoce pſalmi, in tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ. Iubilate in cōſpectu regis domini, moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu domini,

quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Psalmus Dauid. XCVIII

DOminus regnauit irascantur populi, qui sedes super Cherubim moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor regis iudicium diligit. Tu parasti

A simul. Videte ordinem: Moueatur mare & totus orbis. Flumina plaudent manu simul. Montes nihilominus, qui ad summam iustitiam peruenerunt. Dicam & aliter: Moueatur mare, quod ante fuerat immotum, moueatur in aduentu Christi. Moueatur mare, iam dixi-
mus, hoc est, lex Moysi. Flumina plaudent manu simul, hoc est, prophetæ. Montes exultabunt à conspectu domini, hoc est, apostoli. a ¶ Quoniam uenit iudicare terram.] Nequaquã uenit humilis tãtum in carne, sed gloriosus uenit in maiestate sua. Quoniam uenit iudicare terram. Non dixit perdere, sed iudicare. Venit iudicare, ut zizaniam separet à frumento. Venit, ut piscículos malos separet à bonis. b ¶ Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.] Iustitia ponitur & æquitas. Primum iustitia ponitur, & postea æquitas. ἐυθύτης proprie dicitur, quæ prauum rectum facit. Venit ergo iudicare in sua iustitia: ut quod prauũ est, in illo rectum fiat. Cui sit gloria in secula seculorum. Amen. c ¶ Psalmus Dauid.] Iste psalmus uocem continet prophetæ sacerdotis domini, commonentis ad dei omnipotentis gratiam referendam.

XCVIII

DOminus regnauit irascantur populi.] Tres psalmi idem habent principium, nonagesimusecundus, & nonagesimusextus, & nonagesimusoctauus. Sed cũ idem habeant principium in uersiculo, in fine diuersi sunt. Quando enim dicitur in nonagesimosecundo: Dominus regnauit decorem indutus est: In nonagesimo uero sexto: Dominus regnauit, exultet terra: In nonagesimo autem octauo: Dominus regnauit irascantur populi: uidetur quasi ordo sibi esse contrarius. Debuit enim primum dicere: Dominus regnauit, irascantur populi: & postea dicere: Dominus regnauit, exultet terra, & in ultimo: Dominus regnauit decorem indutus est. Verum diuersus ordo dat nobis aliquam intelligẽtiæ suspitionem. Dominus regnauit decorem indutus est. Dominus regnauit, & indutus est patriarchis & prophetis, & populo credenti. Decorẽ indutus est, quia patriarchæ & prophetæ quasi Christi uestimentum fuerunt. Illud est
Hiere.13.d perizoma, quod in Hieremia scribitur. Illud est perizoma, quod habuit circa lumbos suos Hieremias. Vultis scire quoniam sancti quasi perizoma, uestimentum dei sunt? Propterea ipse deus loquitur ad Hieremiam: Sicut tu, inquit, posuisti lumbare istud ad lumbos tuos: ita & ego applicaui populum meum ad me. Quomodo ergo uestimentum circa hominem, sic populus circa deum. Verum quia hoc perizoma, uerum quia hic decor, quo dominus fuerat indutus, trans Euphraten expositus est in foramine petræ: & ibi cõputruit, & ab Assyriis ductus est in captiuitatem, dominus quid facit? Non est nudus, non potest esse sine lumbari: & non potest esse sine uestе, priore populo perdito, facit sibi uestem de populo gentilium. Et quid dicitur? Dominus regnauit exultet terra. Exultet terra uniuersa, hoc est, credentium populus. Denique uultis scire quoniam secundum lumbare, de gentium populo dicitur? Dominus, inquit, regnauit exultet terra: Lætentur insulæ multæ. Non una insula Iudæa, sed insulæ multæ, hoc est totus mũdus. Dicat mihi aliquis: Da mihi exemplum de scripturis: ubi Iudæa sola insula dicta sit. Omne quod loquimur, debemus affir
Deute.17.b mare de scripturis sanctis: In ore enim duorum & trium testium, stabit omne uerbum. Non habet tantam auctoritatem sermo dicentis, quantum domini præceptum.
Ezech.27 Legimus in propheta Ezechiel: Et tu, inquit, fili hominis loquere ad habitatores insulæ huius, hoc est, Iudææ. C Quoniam ergo una insula dimissa est, nunc dicitur: lætentur insulæ multæ. Ergo lumbare dicitur in priori populo: Dominus regnauit decorem indutus est. In secundo populo de gentibus cõgregato: Dominus regnauit, exultet terra, lætẽtur insulæ multæ. Nunc in tertio dicitur: Dominus regnauit, irascantur populi. Siue de gentibus, siue de Iudæis sunt: quicunque non credunt, irascantur. Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania? Dominus regnauit, irascantur populi. Dominus passus est, dominus crucifixus est, dominus mortuus est, dominus resurrexit, dominus ad cœlum uictor ascẽdit. Dominus regnauit, irascantur populi. Qui sunt isti populi? Dicamus exemplum de euangelio: Quidam pa- Luc.19.b terfamilias iuit accipere sibi regnum de longe. Quid longius, quàm cœlum à terra? Dereliquit terram: iuit ad cœlos, ut acciperet sibi regnum. Et ciues, inquit, illi qui oderant eum, miserunt legationem dicentes: Nolumus eum regnare super nos. Verum ille accepit regnum, & uenit ad ciues pessimos. Venit ad illos, qui regem eum nolebant habere. Et nunc dicit spiritus sanctus ad ciues malos. Velitis, nolitis, dominus regnauit, irascantur populi. O clementia spiritus sancti: non dixit pereant, sed irascantur. Vitium uoluit significare, non pœnas. Illi irascuntur, & dominus deprecatur. Et quid dicit? Venite ad Matth.11.d me omnes qui laboratis & onerati estis. Regnum accepi à patre, imò homo quem suscepi, do quasi deus, accipio quasi homo. e ¶ Qui sedes super Cherubim, mouea D tur terra.] Quàmdiu terra immobilis est, sanari non potest. Non de terræmotu loquitur, quo uidemus terras concuti, & omne mortalium timere genus, sed de nostra terra loquitur. Quæ quàmdiu immota fuerit, sanari non potest. Quando uero mota fuerit & intremuerit: tunc recipiat sanitatem. Super quem, inquit, requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? Quoniam terra tremens commota est: propterea ille qui sedet super Cherubim incipit sedere in terra tremente. Felix est qui solium dei est. Felix est in quo deus semper sedet. Diuersa sunt schemata. Aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut iacemus. Infelix est ille cui iacet deus: iacet etenim cum iacente. Quomodo plangit cum plangente, & ridet cum ridente: ita & iacet cum iacente. Quomodo sitit cum sitiente, & esurit cum esuriente, & nudus est cum nudo: sic & iacet cum iacente. Qui ergo uulneratus est & iacet: & ipse quodammodo iacere dicitur cum eo. Qui autem ambulat, & ille ambulat cum eo. Qui ambulat, uidetur quidẽ melior esse ab eo qui iacet, tamen necdum uenit ad eius felicitatem qui stat. Denique & Adam quando se abscondit à facie dei, ambulabat ei deus post meridiẽ. Dicat aliquis: Si Adã offenderat & de paradiso fuerat eiectus: ergo imperfecta felicitate est cuicunq; ambulat deus. Et ego dico: si Adã penitus occisus fuisset, & non ei datus fuisset locus pœnitentiæ, iacuisset ei deus. Nunc uero quia datur ei locus pœnitentiæ: propterea ambulat ei deus. f ¶ Dominus in Sion magnus & excelsus, &c.] Ascendẽs ad cœlos, excelsior est omnib. factus: unde nos actusq; nostros per singulos dies speculatur. g ¶ Cõfiteãtur nomini, &c.] Præparent sancti ad confitendũ nomini tuo, quod est sanctũ, si quidẽ tu dixisti: Sancti estote, quia ego sanctus sum. h ¶ Et honor regis iu. &c.] Debet se prius homo dijudicare, & proprio iudicio cõdemnare mala sua, & sic honoret æternũ regẽ deũ. i ¶ Tu parasti dire, &c.] Sed

A proprio uitio deprauati sunt. *a* ¶ Iudiciū & iustitiam in Iacob tu feciſti.] Non ſolum in patriarchis: ſed etiam in populo Chriſtiano, qui meruit primogenita ſenioris. *b* ¶ Exaltate dominū deum noſtrum.] Vt ſit excelſus in cordibus ueſtris. *c* ¶ Et adorate ſcabellū pedum eius, quoniā ſanctū eſt.] Multæ de ſcabello opiniones ſunt: ſed hic propheta corpus dominicū dicit, in quo maieſtas diuinitatis tanquā ſuper ſcabellum ſtat. Sāctū enim eum dici ſæpe docuimus. Quod autē adorari debeatur: eo aſcēdente apoſtoli docuerunt, cum adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem. Sed & ad crucem dominicā, & ad animā ſanctā hæc referēda ſunt. *d* ¶ Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.] Quanquam unus legis: alter ſacerdotij regulā teneat: tamen utercq; aduentum dñi ſacerdotali præconio, uel in legalibus tubis, uel in ueſtis tintinnabulis nūciauit. *e* ¶ Et Samuel inter eos qui &c.] Samuel Leuitici ordinis regulam te

B net: quod Ephod illud lineū atq; candidum figurauit: oſtendens candidum effici poſſe, qui per pœnitentiā nomen dñi inuocās, lachrymis nigredinē peccati diluerit. *f* ¶ Inuocabant dominū.] Apoſtoli. *g* ¶ Et ipſe exaudiebat eos, in colūna, &c.] Locutus eſt dominus de nube filijs Iſrael: ſed & deinceps affatus eſt apoſtolos de uelamento carnis aſſumptæ, in quo diuinitas obumbrata latebat. *h* ¶ Cuſtodiebant teſtamētum eius, & præceptum quod dedit illis.] Nihil de his ad ritū deduxerunt. *i* ¶ Domine deus noſter tu exaudiebas eos, deus tu propitius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinuentiones eorum.] Omnia enim quæ agere ſtuduerunt, ad perfectum deduxiſti, quia placita erant tibi. *k* ¶ Exaltate dñm deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus deus noſter.] Sanctos uos exhibete in eccleſia eius: ſicut ipſe eam exhibuit ſanctam, non habētem maculam aut rugam. Qui nobis præſtare dignetur, ut modum ſacerdotalis ordinis cum ſanctitate perfecta tenētes, quæ ſtudemus agere de bono, ipſe perducere dignetur ad effectum. *l* ¶ Pſalmus pro confeſſione.] Iſte pſalmus uocem prophetæ continet, qui fideles prouocat in laudibus dominicis inceſſabiliter exercere. XCIX

IVbilate deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia.] Qui excuſſo à ceruicibus ueſtris legis iugo, nō in mœrore ueteris ſeruitutis, ſed in libertate noui nominis exultatis. *n* ¶ Introite in cōſpectu eius in exultatione.] Nō iocis turpibus diſſoluimini, ſed omnia quæcūq; facitis, in gloriam dei facite. *o* ¶ Scitote quoniā dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos & nō ipſi nos.] Ab eo enim ſumus non ſolum corporaliter facti, ſed etiam in nouum hominem recreati. Et hoc non noſtro merito, ſed ſuo dono. *p* ¶ Nos populus eius & oues paſcuæ eius.] Ipſe eſt paſtor bonus, qui animā ſuam pro ouibus ſuis poſuit. Nos autem ſumus oues, qui eum ſequimur, & uocē eius audimus. *q* ¶ Introite portas eius in confeſſione.] Sicut enim ipſe porta eſt patris cū dicit: Per me ſi quis introierit ſaluabitur: ita & apoſtoli portæ ſunt eius per quas ad eum acceditur: quas nemo poteſt ingredi niſi ſe peccata confitendo purgauerit. *r* ¶ Atria eius in hymnis confitemini illi.] Dilatatas ei mētes cū hymnis ſpiritualibus canticis que deferte. *s* ¶ Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt dominus.] Nihil enim acerbū habet. *t* ¶ In æternum miſericordia eius.] Quia nos redemit & iugiter ſaluat. *u* ¶ Et uſque in generationē & generationē ueritas.] Qua populos iudicabit. Qui nobis præſtare dignetur, ut ab ipſo facti, ab ipſo redēpti, mereamur & in

D lætitia ſempiterna iubilū exultationis cū gratiarū actione concinere. Ipſi gloria cū æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. *x* ¶ Pſalmus ipſi Dauid.] Iſte pſalmus uocem tōtinet prophetæ dei miſericordias enarrātis. C

directiones, iudiciū & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Exaltatē dominum deum noſtrum, & adoratē ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Mōyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuēl inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabānt dominum & ipſe exaudiebāt eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Cuſtodiebānt teſtimonia eius & præceptum quod dedit illis. Dominē deus noſter tu exaudiebas eos, deus tu propitius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinuētiones eorum. Exaltatē dominum deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus deus noſter.

Pſalmus in confeſſione. XCIX

IVbilatē deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia. Introitē in conſpectu eius in exultatione. Scitotē quoniam dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos & non ipſi nos. Populus eius & oues paſcuæ eius, introitē portas eius in confeſſione, atriā eius in hymnis, confitemini illi. Laudatē nomen eius quoniam ſuauis eſt dominus, in æternum miſericordia eius, & uſquē in generatione & generationem ueritas eius.

Pſalmus ipſi Dauid. C

MIſericordiām & iudicium cantabo tibi domine, pſallām & intelligam in uia immaculata, quādō uenies ad me. Perambulabām in innocētia cordis mei in medio domus meæ. Nōn proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, facientēs præuaricationes odiui.

M Iſericordiam & iudicium cantabo tibi dñe.] Miſericordiam audiant peccatores qui deſperāt de ſua ſalute, qui ſunt in pœnitētia. Iudiciū audiant contēptores, qui dicunt: Miſericors eſt dominus, peccemus, indulgebit nobis. *z* ¶ Pſallam & intelligā in uia immaculata.] Vt intelligat quis quod pſallit, & ſenſus ipſius cōtemplatur pſalmū, ut non uagetur mens eius foras: & corpore quidem uideatur pſallere, mens autem ſine fructu ſit. In uia immaculata, ut ambulans in hoc mūdo iuſte agam, & maculā non habeam. *a* ¶ Quando uenies ad me.] Quando autem intellectū recepero & iuſte egero: tunc cum fiducia dico ad dñm: Quādo uenies ad me? Venies autem, de ſecūdo eius aduētu accipiendū eſt. *b* ¶ Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.] Nihil ſic placet deo, ut ſimplicitas & innocentia. Denicq; ſpiritus ſanctus in alijs uolatilibus nō cōplacuit niſi in columba propter ſimplicitatē, & in quadrupedibus in oue, propter māſuetudinem. *c* ¶ Non proponebam ante oculos, &c.] Non anteponebā aliquid domino, neq; conſentiebā iniquitati, ſed totus ad deum eram. *d* ¶ Faciētes præuaricationem odiui.] Siue pater meus erat, ſiue mater, ſiue frater, aut ſoror ſiue amicus: tamen ſi declinaſſet à timore domini, hunc odio habebam: & omnino ad eum non accedebam. Non anteponebam propinquitatem aut amicitiam pietati domini.

¶ Non

Nõn adhæsit mihi cor prauum, declinantẽm à me malignum non cognoscebam. Detrahentẽm secreto proximo suo, hunc persequebar. Superbõ oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum, ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutinõ interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Oratiõ pauperis cum anxiaretur & coram domino effunderet precem suam. C I

DOmine exaudi orationẽ meam, & clamor meus ad te ueniat. Nõn auertas faciem tuam à me, in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & õssa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut fœnum & aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panẽ meũ. A uocẽ gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei, & qui laudabant me aduersum me iurabãt. Quia cinerem tanquã panem manducabam, & poculum meum cum

a ¶ Non adhæsit mihi cor prauum.] Non erat in me aliquid difficile aut peruersum aliquid, sed æquitas & iustitia. b ¶ Declinãtem à me malignum nõ cognoscebã.] Hoc est, si erat mihi amicus aut proximus, siue episcopus aut presbyter, siue in quacunque dignitate constitutus: tamẽ si peruertebat uias suas, sic eum fugiebam, ut penitus eius memoriã non facerem. c ¶ Detrahẽtẽ proximo suo, hũc persequebar.] Intantum non oportet consentire detrahenti, ut etiam quãtum in nobis est persequamur talem, prouidẽtes in utroque utilitatẽ, ut nec libẽter audiamus nec illũ permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicantem & detrahẽtem, ut ille qui fornicatur, se tantum occidat: ille autem qui detrahit, & se & illum qui audit demergat. d ¶ Superbo oculo & insatiabili corde cũ hoc non edebam.] Si quis erat superbus aut auarus, cum hoc penitus nõ edebam. e ¶ Oculi mei super fideles terræ ut sedeãt mecum.] Non dixit diuites aut imperatores, aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos, sed fideles, cum istis sedebã. Potest hoc dicere & episcopus sanctus uir, quoniam non ordinabam presbytẽrum illum qui mihi obsequebatur, aut propinquũ meum: sed eum quem sciebam fidelem. Et iterum idem potest dicere. Quoniam omnes clericos meos & laicos fideles habebam. Potest ex persona domini dici iste uersiculus. f ¶ Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat.] Quoniam non ordinabam eos qui mihi propinqui erant, sed iustos & fideles. g ¶ Qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.] Intãtum enim detestabam ab eo qui detrahebat proximo suo, ut nec illi crederem nec audirem talem. h ¶ In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.] Bene dixit, peccatores terræ. Peccatores enim terreni sunt. Hoc uult dicere, quod immissiones diaboli quas mihi suggerebat, eiiciebam de corde meo, & non suscipiebam. Cogitationibus enim malis eiectis, dæmones occiduntur. Iudæi hunc uersum audientes & sequentes literam occidentem, & desiderantes sanguinem fundere, si quis præuaricatus fuerit de lege, interficiunt eum. Siquidem non sunt contẽti occisione prophetarum: sed & ipsum dominum crucifixerunt. i ¶ Vt disperderem de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem.] Vtinam & nos disperdamus de ciuitate domini operantes iniquitatem. Ciuitas domini, est ecclesia sanctorum, congregatio iustorum. Disperdam, hoc est arguam & increpem eum qui peccat, ut pœnitentiam agat, & disperdat iniquitatem de corde suo. Non enim dixit ut abiiciatur, sed ut saluetur. k ¶ Oratio pauperis cum anxiaretur, & in conspectu dñi, &c.] Iste psalmus in principio uocem prophetæ continet ex persona peccatoris: dein laus in ea dominici nominis continetur. C I

DOmine exaudi orationẽ meam, & clamor meus ad te ueniat.] Quia de toto corde profertur. m ¶ Nõ auertas faciẽ tuam à me.] Si quis in corde mundo orat: & non arguitur sua conscientia, hoc potest dicere. Peccator enim non audet dicere: non auertas faciem tuam à me, sed magis dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis. n ¶ In quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me.] Pro præsentibus præsuris orat, ut ab his contemplatione diuina eripiat. o ¶ Quia defecerunt sicut fumus dies mei.] Ac si dicat: Infantulus fui: & dum nescio, uenit in iuuenilem ætatem: & iterum in perfectam ætatem, & dum nescio senui. Et defecerũt sicut fumus dies mei. Quidam autem putant se esse sempiternos, & perseuerant in suo peccato. p ¶ Et ossa mea sicut cremium aruerunt.] Ossa dicit ipsam fortitudinem. Si ergo quod est in me forte hoc aruit, & infirmum factum est: quanto magis quæ per naturam infirma est caro. q ¶ Percussus sum ut fœnum & aruit cor meum.] Sicut & alibi scriptum est: Homo sicut fœnum dies eius. Sic enim uita hominum uiret, & cito arescit. r ¶ Quia oblitus sum manducare panem meum.] Non dixit, non desideraui manducare, aut cõtempsi manducare. Intantum mihi uenit memoria peccatorũ meorum, & talẽ pœnitentiam egi: ut etiam obliuiscerer mãducare, desideriũ dei habens: & ipsum solum considerãs. s ¶ A uoce gemitus mei, adhæsit os meũ carni meæ.] Discãt qui agũt pœnitentiam quomodo debeant agere pœnitentiã. Ita enim exiccaui memetipsum ut sine carne essem, & pelles meæ cohærerent ossibus meis. Carnem pro pelle dixit. t ¶ Similis factus sum pel. &c.] Duo genera dicũtur esse horum uolatilium. Vnum in aquis est: & esca eius pisces sunt, & unum in solitudine, & esca eius uenenata animalia, hoc est serpẽtes & cocodrili & lacertæ. Dicũtur autem ista uolatilia latine onocrotali. Illi ergo similis factus sum qui est in solitudine, qui comedit uenenata animalia: hoc est, esca mea quasi uenenũ erat mihi. u ¶ Factus sum sicut nycticorax in domicilio.] Scimus quia coruus niger est, & nihil habet in se albũ. Hyperbolice uoluit dicere: quia factus sum sicut nycticorax. Si ergo in die niger est, quanto magis in nocte? Sic ergo factus sum propter peccata mea, memetipsum considerans. x ¶ Quia cinerem tanquã panem mãducaui.] In cinerem intingebam panem meũ, & sic comedebã. Si ergo propheta hoc dicit: nos quid facimus? y ¶ Et poculũ meum cum fletu miscebã.] Nihil mihi erat suaue neq; panis, neq; poculũ: sed

Psal. 120. c

A ſed tantum cœleſtem panem deſiderabã, id eſt Chriſtũ. *a* ¶ A facie iræ indignationis tuæ.] Et hæc omnia faciebam, conſiderans aduentũ tuum & futurum iudicium. *b* ¶ Quia eleuans alliſiſti me.] Hoc dicant qui aliquando fuerunt ſancti, & ceciderunt. Exaltati enim in uirtutibus, poſtea ceciderunt. Siquidẽ ſancti dicunt, quia eleuans tenuiſti me. *c* ¶ Dies mei ſicut umbra declinauerũt.] Si dies quanto magis nocteſ: hoc eſt ſi lumẽ, quanto magis tenebræ. *d* ¶ Et ego ſicut fœnũ arui.] Quoniam ſicut fœnũ, ſic pertrãſit homo & ſicatur. *e* ¶ Tu exurgẽs miſereberis Siõ.] Ex hoc uerſiculo manifeſtum eſt quod ex perſona Sion dictus eſt iſte pſalmus, & nõ ex perſona ꝓphetæ. Sion autẽ eſt quæ in ſpecula poſita eſt, & ea quæ ueniũt de longe proſpiciẽs. Hæc ergo Sion quæ in alto poſita eſt, in ſublime
1.Cor.10.c cecidit. Ergo qui ſtat uideat ne cadat.
f ¶ Quia tempus miſerendi eius, quia ue-
B nit tẽpus.] Aut propter pœnitentiã tempus eſt miſerẽdi, aut ſecundũ aduentũ ſaluatoris ſignificat. Cõfidat ergo q̃ agit pœnitentiã, quoniam uenit tẽpus ſaluãdi. Miſericors eſt enim dñs.
g ¶ Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius.] Lapides ſancti ſunt. Terra autem, hoc eſt peccatores miſericordia domini indigent. *h* ¶ Et terræ eius miſerebuntur.] Vt fructum exhibeat ſanctitatis. *i* ¶ Timebunt gentes nomen dñi, & omnes reges terræ gloriã tuam.] Quæ prius idola metuebãt, & dæmoniorum nomina inuocabant: nunc nomẽ tuum uenerẽtur & timeant. *k* ¶ Quia ædificabit dominus Sion.] Eccleſiam ſuam ſuper fundamẽtum apoſtolorum & prophetarum. *l* ¶ Et uidebitur in gloria ſua.] Cũ omne corpus eius glorificauerit ad ſimilitudinem imaginis gloriæ ſuæ. *m* ¶ Et reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorũ.] Sed aduentu ſuo uiſitauit mũdum, qui olim deſiderabatur.
n ¶ Scribãtur hæc in generatione altera.] In nouo teſtamento. *o* ¶ Et populus qui creabitur laudabit dominum.] Chriſtianus utique, qui prius peccatis mortuus, in eo eſt recreatus. *p* ¶ Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit: Vt audiret gemitus compeditorum, ut ſoluat filios interemptorũ.] Reſpexit ut miſereret. Deſcendit ut uincula quibus nexi eramus abſolueret. *q* ¶ Vt annũcient in Sion nomẽ domini, & laudem eius in Hieruſalẽ.] Semper bonus nun-
Luc.1.d cius, noua exhibet gaudia, ſicut angelus ad Mariã: Spi-
ibi.2.b ritus, inquit, ſanctus ſuperueniet in te. Et iterum paſtoribus: Ecce ego annuncio uobis hodie gaudium magnũ: quia natus eſt uobis ſaluator. Sic & nunc in Sion uel in Hieruſalem nũciatur: quia natus eſt in terris is qui mun C
do peccatis mortuo, uitam afferret. *r* ¶ In cõueniendo populos in unum, & reges ut ſeruiant domino.] Conuenient in una credulitate, ut ſeruiãt redemptori. *s* ¶ Reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.]

fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut umbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Tu autem domine in æternũ permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia uenit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebũtur. Et timebũnt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriã tuam. Quia ædificabit dominus Sion, & uidebitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum, ut ſolueret filios interemptorum. Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hieruſalem. In conueniendo populos in unum, & reges ut ſeruiãt domino. Reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui. Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribũnt tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimẽtum ueteraſcent. Et ſicut opertoriũ mutabis eos & mutabũtur, tu autem idem ipſe es & anni tui non deficiẽt. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſemẽn eorũ in ſeculum dirigetur.

Pſalmus ipſi Dauid. CII

B Enedic anima mea domino, & omnia quæ intra

Reſpondit dominus Hieruſalem in die uirtutis, id eſt, cũ ad paſſionem accederet, & annunciauit paucitatem dierum ſuorum, dicens: Quia uenient Luc.19.g dies cum circũdabẽris ab inimicis, & eradicaberis, & reliqua. *t* ¶ Et ne reuoces me in dimidio dierũ meorum, in generatione & generationem anni tui.] Iniqui nec dimidiant dies. Iſte uero orat ut nõ reuocetur à dimidio dierum, ſcilicet ut ad perfectum ueniens uirum, perẽnitate temporũ cum domino perfruatur. *u* ¶ Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarũ ſunt cœli.] Sicut enim in principio iſta creaſti: ita & nunc uel terram corporis noſtri in nouũ reparas hoD minem, uel mẽtes noſtras cœlorum dignitate cõponis. Sed de prioribus cœlis ait: *x* ¶ Ipſi peribunt tu autẽ permanes.] Iuxta illud: Cœlum & terra tranſibunt: uerba uero mea nõ præteribũt. *y* ¶ Et omnes ſicut ueſtimentũ ueteraſcent. Et ſicut opertoriũ mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es & anni tui non deficiẽt.] Hoc eſt, qui eras in cœlis, ipſum te oſtendis in terris. Idem in utero uirginis, ipſe in infernum deſcendens. Idem reſurgens à mortuis, ipſe regreſſus es in cœlum. *z* ¶ Filij ſeruorum tuorũ habitabũt.] Quia tibi per apoſtolos ſunt renati. *a* ¶ Et ſemen eorum in ſeculum dirigetur.] Vel prædicatio uel uirtus eorum in omni gente diſtenditur. Nos uero deprecemur dominum ut exaudiat orationes ſupplicum, mẽtibus noſtris inſerat lumen ſuum, ut eius magnificentiam enarrãtes, mereamur ſanctis eius cõſortes effici in cœleſtibus regnis. Cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. *b* ¶ Pſalmus Dauid.] Iſte pſalmus maxime circa pietatem atque miſericordiã dei commoratur: ait enim. CII

B Enedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.] Dicitur & in alio loco: Et Pſal.99.d ſcitote, quoniam dominus ipſe eſt deus. Et nunc dicitur: Et omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. Si dixerimus benedic anima mea domino: & dominus, dñs eſt, quod nomeh hic quærit dominus? Si dñs, dominus appellatur, quid dicit: Et omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius? Aduẽtus filij, nomẽ patris eſt. Ante aduentũ Chriſti ſciebatur deus, pater ignorabatur. Deniq; ipſe dicit in euãgelio: Pater, reuelaui nomen tuum hominibus. Ioan.17.d

Non

me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit uias suas Moysi, filijs Israel uoluntates suas. Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransiuit in illo & non subsistit, & non cognoscit amplius locum suum. Misericordia autem domini ab æterno & usque in æternum, super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendam uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.

A Non possumus in singulis uersiculis immorari, quoniã longus est psalmus, sed breues sententiolas debemus singulis uersiculis coaptare, magis sensum exponẽtes, quã uerba texentes. *a* ¶ Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.] Multas retributiones nobis præstitit dominus, grãdia nobis beneficia præstitit, qa cœlum, quia terram, quia elementa omnia pro nobis fecit. *b* ¶ Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.] Vt eas quasi nubem deleat. *c* ¶ Qui sanat omnes infirmitates tuas.] Peccata quibus infirmaris. Multas infirmitates habet anima nostra. Quot peccata tot infirmitates. Denique & illa mulier in euangelio quæ decem & octo annis habebat spiritum infirmitatis: & caput sursum erigere nõ poterat. Videte quid dicat: Quando aliquis habet spiritum infirmitatis cõtractus est: deorsum cõspicit, terram intuetur, cœlum uidere non potest. *d* ¶ Qui redimit de interitu uitam tuã.] Precio, inquit, redempti estis: nolite fieri serui hominũ. Quod est maius preciũ quã creatorem pro creatura sua sanguinẽ fundere? *e* ¶ Qui coronat te in misericordia & miserationibus.] Præcurrẽte misericordia dat uictoriam, tribuit palmã. *f* ¶ Qui replet in bonis desiderium tuum.] Coniungens te sanctis in cœlesti Hierusalem. *g* ¶ Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua.] Vt à ueteri in nouum hominem muteris. *h* ¶ Faciens misericordias dominus & iudicium omnibus iniuriam patientibus.] Vt oppressis impijs, erigat pauperes suos. *i* ¶ Notas fecit uias suas Moysi, filijs Israel uolũtates suas.] Ei qui legem spiritualiter intelligit, uel ei qui eum mentis oculis cõtemplatur. *k* ¶ Misericors & miserator dominus, patiẽs & multum misericors.] Quia cito flectitur ad misericordiã. *l* ¶ Nõ in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Non secũdum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniustitias nostras retribuit nobis.] Meliora enim quam merebamur indulsit. *m* ¶ Quoniam secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiã suã super timentes se.] Distat multũ cœlum à terra: sed diuina misericordia iugiter suos & protegit & confirmat. *n* ¶ Quantum distat ortus ab occidẽte, longe fecit à nobis iniquitates nostras.] Vbi deus appropinquat, elongantur delicta, ut iuxta Apostolum: ubi abundat peccatum, superabundet & gratia. *o* ¶ Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se.] Miseretur pater filio, cum eum uerberat ut emendet. Ita & dominus corripit nos interdum ut saluos faciat: non tamen in perpetuum derelinquit ut perdat. *p* ¶ Quoniã ipse cognouit figmentum nostrum.] Scit enim propheta genꝰ humanum tanquam testam figuli de luto formatam, in honorẽ filiorum assciturn: idcoq; considerans ei iudicium mortis pro delictis appropiquare, ait misericordiam deprecans. *q* ¶ Recordatus est quoniã puluis sumus homo sicut fœnũ dies eiꝰ.] Ac si diceret: Nõ irascaris ut conteras: sed recordaris quod uasa figuli sumus: quæ semel confracta, reparari nõn possunt, sed protinus decidunt & arescunt. *r* ¶ Tanquam flos agri sic efflorebit.] Ad tẽpus. *s* ¶ Quoniam spiritus pertransijt in illo & non subsistit, & nõ cognoscit amplius locum suum.] Trãseunte autem spiritu, omnis iocunditas uiriditatis eiꝰ traditur oblitioni. *t* ¶ Misericordia autem domini ab æterno, & usq; in æternum super timentes eum.] Quia cũ peccatores arguit, iustis misericordiã præbet. *u* ¶ Et iustitia eius in filios filiorũ his qui seruant testamentum eius: & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.] In operibus utique bonis, quibus mandata dei iugiter memorãtur ut custodiantur ab ipsis. *x* ¶ Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.] Ascensionem dominicam prædicit quæ post reparationẽ hominis facta est: per quam Christus dominus uniuersos mũdi fines suæ dominationi subegit. *y* ¶ Benedicite dominũ angeli eius.] Nuncij ueritatis. *z* ¶ Potentes uirtute, facientes uerbum illius.] Ilico quæ fuerit locutus explentes. *a* ¶ Ad audiendam uocem sermonũ eius.] Hoc est intelligere quæ præceperit. *b* ¶ Benedicite domino omnes uirtutes eius ministri eius qui facitis uoluntatem eius.] Qui uirtute illius roborati, uerbũ ecclesijs ministratis. *c* ¶ Benedicite domino oĩa opera eius.] Vos utique qui in eo uiuitis. Quia omne opus quod factum est in eo, uita est. *d* ¶ In omni loco dominationis ejus.] Nihil enim reperitur ubi non dominetur. Omnia cõtinet & se ubiq; diffundit. *e* ¶ Benedic anima mea dñm.] Hæc autẽ propheta non de sua tantũ anima: sed & ad nostras quoq; animas loquitur, ut eum

A iugiter benedicant,qui bona largitur,qui peccatis propi tiatur,qui de interitu redimit,qui in bonis omne deſide rium complet, qui nunc nobis miſereri dignetur ut pa/ ter filijs,delictorū molibus hic remiſſis: cui eſt cum æter no patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculo/ rum. Amen.

Pſalmus Dauid. CIII

BEnedic animā mea domino, dominē deus meus magnificatus es uehementer. Confeſſionē & decorē induiſti, amictus lumine ſicut ueſtimento. Ex/ tendens cœlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pennas uentorum. Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentē. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam,non inclinabitur in ſeculum ſe/ culi. Abyſſus ſicut ueſtimentū amictus eius, ſuper mon tes ſtabunt aquæ. Ab increpationē tua fugient, à uoce tonitrui tui formidabunt. Aſcendunt montes & deſcen dunt campi, in locum quem fundaſti eis. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, neque conuerten/ tur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ. Pota/ bunt omnes beſtiæ agri,expectabūt onagri in ſiti ſua. Super ea uolucres cœli habitabunt, de medio petra/ rum dabunt uocem. Rigans montes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. Produ/ cens fœnum iumentis,& herbam ſeruituti hominum. Vt educas panem de terra, & uinum lætificat cor ho/ minis. Vt exhilaret faciē in oleo, & panis cor hominis

a ¶ Pſalmus Dauid.] Iſte pſalmus ipſius creaturæ uocem con/ tinet laudātem ac be/ nedicentē deum. Sed hoc ipſum ſpirituali/ ter debemus aduer/ tere. CIII

B Enedic ani. mea domino.] Vt dū benedicis illū, tu be/ nedicaris ab illo. Pro uocat ſemetipſum,p/ pheta in benedicēdo deo. Benedicere autē domino hoc eſt, qui laudat dominum ſe/ metipſum benedicit.

c ¶ Dñe deus me/ us.] Omnibus qui/ dem es & deus & do/ minus,ſed mihi pro/ prie,quia nō ſum ſer/ uus peccati. d ¶ Ma gnificatus es uehemē ter.] Vel in me,uel in reliquis ſanctis tuis. Qui omnium deus, meus ſpecialiter de⁹: quia non ſum ſeruus B peccati: quia merui uocari ſeruus tuus. Magnificatus es ue/ hementer. e ¶ Con feſſionem & decorem induiſti.] Induiſti confeſſionem Matth.11.d dicens: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ. In/ Ibid.17.a duiſti decorem, illo de nube ſplendida reſpondente. Hic eſt filius meus dilectus in quo bene complacui, ip/ ſum audite. Confeſſio dupliciter intelligitur. Aut in pœ/ nitentia, aut in gloria dei. Hoc eſt gloriam induiſti: quemadmodum in euangelio ipſe ſaluator dicit: Confi/ tebor tibi pater: hoc eſt, glorifico te: aut quia confite/ mur peccata noſtra domino. In eo enim quod confite/ mur deo peccata noſtra, glorificamus eum. Et deco/ rem induiſti. Videte ordinem. Primum aliquis confite/ tur: & ſic accipit pulchritudinem & decorem, & poſtea lumen. Hoc enim ſequitur. f ¶ Amictus lumine ſicut ueſtimento.] Cōtrarius uidetur hic uerſiculus illi qui ait: Poſuit tenebras latibulum ſuum. Vel illi qui dicit: Nubes & caligo in circuitu eius. Sed ſciendum quia de occultis myſterijs iſta dicuntur. Nam de iſtius lucis ple/ nitudine tota terra refulget. g ¶ Extendens cœlum ſicut pellem.] In modum enim libri cuiuſdam ſiue uo/ luminis cœlum (cum maieſtas dei uoluerit) uel extendi/ tur uel plicatur, ſicut euāgelica teſtatur fides. h ¶ Qui tegis aquis ſuperiora eius.] Superiora cœli iuxta Ge/ neſim,ab aquis teguntur: quia aquas ſuper firmamen/ tum poſitas dicit: quas multitudinem angelorum intel/ ligimus,iuxta illud: Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudēt nomen domini. i ¶ Qui ponis nubem aſcenſum tu/ um.] Dominus enim Ieſus benedictis diſcipulis eleua/ tus eſt, & nubes ſuſcepit illum, & intuebantur eum eun/ tem in cœlum. k ¶ Qui ambulas ſuper pennas uen/ torum.] Super omnem alacritatem uentorum domi/ nus incedit. Sed & ſuper ſanctorum animas quæ ad cœ/ leſtia tendunt, & inambulat & quieſcit. l ¶ Qui fa/ cis angelos tuos ſpiritus.] Vt inſpirent hominibus eius C facere uoluntatem: quia carnalis homo non capit ea quæ ſunt dei. m ¶ Et miniſtros tuos ignem urentem.] Vt in alijs lumen ueritatis infundant,in alijs peccata con ſumant. n ¶ Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabi/ tur in ſeculum ſeculi. Abyſſus ſicut ueſti/ mētū amictus eius.] Diſcordare uidentur hæc cum illo, ubi ait: Cœlum & terra tran/ ſibunt. Sed hæc uiſi/ bilis terra præterit: corporis uero terra quæ fructum exhi/ bet ſanctitatis, myſte riorum cœleſtiū pal/ lio circundatur.

o ¶ Super mōtes ſta bunt aquæ.] Super excelſam ſuperbiam inſipiētes populi cō/ morantur. p ¶ Ab increpatione tua fu/ gient, à uoce tonitrui tui formidabunt.] Vox enim tua eſt cū dicis: Pœnitentiam Matth.3.d agite, appropinqua/ bit regnum cœlorū. Tāquam tonitruum uero, ut hi timeant cum minaris, cum ais: Niſi pœnitētiam Luc.13.d egeritis,omnes ſimul D peribitis. q ¶ Aſcē dunt montes.] San/ cti in ſpiritualē pro/ ficiunt intelligētiam.

r ¶ Et deſcendunt campi.] Populi eorum doctrinis ſubditi,ut uirtutum floribus repleantur. s ¶ In locum quem fundaſti eis.] In conuentum eccleſiaſticum. t ¶ Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur.] Catholicam utique fidem, quam uſque ad terminum præſentis uitæ cuſtodiunt. u ¶ Neque conuertentur operire terram.] In flagitijs quibus prius uixerant. x ¶ Qui emittis fontes in conuallibus.] Inter deſer/ ta gentium, baptiſmi gratiam tribuit. y ¶ Inter me/ dium montium.] Id eſt eccleſiarum. z ¶ Pertranſi/ bunt aquæ.] Ipſius lauachri ſiue doctoris, irrigando donis cœleſtibus populum. a ¶ Et potabunt om/ nes beſtiæ agri, expectabunt onagri in ſiti ſua.] Vt om/ nibus hæc gratia æqualiter miniſtretur, ſicut ait Pau/ Rom.1.b lus: Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. b ¶ Su/ per ea uolucres cœli habitabunt.] Qui excelſiorem ad intelligendum meruerunt ſenſum. c ¶ De me/ dio petrarum.] Id eſt eccleſiarum. d ¶ Dabunt uo/ cem ſuam.] Ad collaudandum deum. e ¶ Rigans montes.] Hoc eſt apoſtolos. f ¶ De ſuperiorib.ſuis.] De cœleſtibus effundens ſuper eos ſpiritum ſanctum. g ¶ De fructu operum tuorum ſatiabitur terra.] De be neficijs largitionis tuæ. h ¶ Producens fœnum iumen/ tis,& herbam ſeruituti hominum.] Vnicuique ſecūdum propriam tribuēs neceſſitatem. i ¶ Vt educas panem de terra,& uinū lætificat cor hominis.] A terreni corpo/ ris agro quem à nobis aſſumpſit, myſteriū proferēs cœ/ leſtis panis ac poculi ſalutaris, quo reficiatur eccleſia. k ¶ Vt exhilaret faciem eius in oleo.] Exhilaratur enim oleo miſericordiæ,iuſtorū facies coram deo. l ¶ Et pa/ nis cor hominis cōfirmat.] Ipſe panis, ipſe corda noſtra confirmat,qui deſcendens de cœlo uitam tribuit mūdo.

¶ Satu/

confirmat. Saturabuntur ligna campi & cedri Libani, quas plantauit, illic passerès nidificabunt. Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs. Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suu. Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes ut rapiant, & quærant à deo escam sibi. Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabũtur. Exibit homo ad opus suum & ad operationem suam usque ad uesperam. Quàm magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum & spacioſum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cũ magnis, illic naues pertrãsibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei, omnia à te expectant ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manu tua, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabũtur, auferes spiritum eorũ & deficiẽt, & in puluerem suu reuertentur. Emitte spiritũ tuum, & creabũtur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria domini in seculum, lætabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Cantabo dño in uita mea, psallam deo meo quamdiu sum. Quemadmodum & alibi dixit: Dimitte me ut refrigerer priusquam abeam, & amplius

A *a* ¶ Saturabũtur ligna campi.] Siue rationabiles siue irrationabiles homines sicut superius de bestijs atq; ona gris exposuimus. *b* ¶ Et cedri Libani.] Excelsiores merito sancti. *c* ¶ Quas plantauit.] In unitate ecclesiastici, cæ fidei. *d* ¶ Illic passeres nidificabunt.] Sapientes ædificant. *e* ¶ Herodij domus dux eorũ.] Herodi⁹ maior est omnibus uolatilibus, qui aquilã uincit & comedit. Igitur talis homo, qui in domo dei habitat ducatum præbeat ad uincẽdũ diabolum: quia aqui la sæpe pro diabolo ponitur. *f* ¶ Mõtes excelsi ceruis.] Hoc animal serpẽtes occidit, & ipsos comedit. Ergo bene in mõtib⁹ habitat: q interficit in telligibilem serpentẽ: qui sapientior erat in paradiso præ omnibus bestijs: qui decepit Euam. *g* ¶ Petra refugiũ herinacijs.] Qui timidus est, refugium habet petrã: petra autẽ Christus est. *h* ¶ Fecit lunã in tempore.] Aiunt quãdo crescit luna, crescere
B fructus omnes, & qñ minuitur, iterum fructus minui. Ergo bene dixit: fecit lunã in tempore. Aut aliter intelligamus lunã ecclesiam. In proficiendo enim ecclesiã, proficimus & cũ ipsa: & cum persecutione patitur & minuitur, & nos cũ illa minuimur & persecutionem patimur. *i* ¶ Sol cognouit occasum suum.] Si sol occidit: nos putamus nos metipsos sempiternos esse? In hoc autem mirandum est: quomodo tantum lumen & tanta claritas quæ operit uniuersum mundum lumine suo, in momento occidit. Oremus autẽ ut non nobis occidat sol iusticiæ. *k* ¶ Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertansibunt omnes bestiæ.] Et secũdum literam ordinem habet: quoniã ideo facta est nox ut homines requiescerẽt ab operibus suis, & bestiæ egrederentur ad passionem. Secundũ Tropologiam autem: quando nobis occubuerit sol iusticiæ: omnia nobis tenebrosa sunt: & tunc in nos pertranseunt bestiæ, & leo rugiens, uolens rapere & deuorare nos.
l ¶ Catuli leonum rugientes ut rapiant, & quærãt à deo escam sibi.] Bene dixit à deo quoniam sanctos cupit decipere: ac si dicat, Iudam, Dauid Salomonem, Petrum: Abacuc.1.d sicut scriptum est: escæ eius electæ. *m* ¶ Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.] Ne tristetur ille qui cecidit, sed pœnitẽtiam agat. Oritur illi sol iusticiæ, & fugiũt ab eo omnes bestiæ & peccata, & efficitur talis, qualis & antea fuit. Iterum enim ortus est sol iusticiæ. *n* ¶ Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperum.] Postquam autem ortus fuerit sol iusticiæ: iterum eximus ad operationem nostram usque ad uesperum: hoc est usque ad consummationem. Oportet ergo nos omni tempore operari iusticiam. *o* ¶ Quàm magnificata sunt opera tua domine.] In excessum mentis uenit propheta. Non inueniens quomodo laudaret dominum, dixit: Quàm magnificata sunt opera tua domine. Excedunt humanũ sensum tua opera. *p* ¶ Omnia in sapientia fecisti.] In domino C
nostro Iesu Christo, Ipse enim est sapientia dei secundũ Rom.11.d
Apostolum dicentem: quod in ipso creata sunt omnia.
q ¶ Impleta est terra possessione tua.] Et reuera omnia opera domini plena sunt sapientia. Quando enim uidemus formicam scire quãdo hyems uenit: & reponit sibi escam: & iterum culicẽ tam minutũ, habere oculos, uentrẽ: & uniuersa mẽbra sicut & nos habemus, & pulicem & alia. Videmus autem Elephãtem tam magnam bestiam habere oculos, nares, pedes, uentrem sicut & nos in ipsis locis: Similiter autem & apẽ: quomodo faciat mel & ceram: Nonne sunt hæc miratione digna & sapientia plena? *r* ¶ Hoc mare magnũ & spacioſum manibus, illic reptilia quorum non est numerus: Animalia pusilla cum magnis.] Non est hoc miræ sapientiæ quomodo in mari sũt reptilia: quo
rum non est numeD
rus? Et pisces tam maiores quàm minores: quomodo sint in profundo, & inde resumunt uitam, ubi si homo ceciderit mori tur, & ipsi si uenerint in terra moriũtur? *s* ¶ Illic naues pertransibunt.] Quis ex nobis est nauis fortis qui possit istud seculum fugere, & non submergatur aut offendat in petram: sed habeat sensum qui eum gubernet; ut possit saluus fieri? *t* ¶ Draco iste quem formasti ad illudendum ei.] Iudæi dicunt, draconem magnum fecit deus qui dicitur Leuiathan, & est in mari: & quando, aiunt, recedit oceanus, draco uertitur. Nos autem dicamus: Iste est draco qui de paradiso eiectus est: qui decepit Euam, & datus est in hoc mundo ad illudendum nobis. Quantos enim monachos & clericos præcipitauit.
u ¶ Omnia à te expectant ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manũ tuam, &c.] Quia omnia dei nutu uiuunt. *x* ¶ Auferes spiritũ ipsorum & deficient.] Consummationem mundi significat: quando præcepto dei omnia exterminantur: sicut scriptum est: Terra es & in terram ibis. *y* ¶ Emitte spiritũ Gen.3.d
tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.] In die cõsummationis. Si spiritus creat: ergo deus est. Ita enim creat, quomodo & pater. *z* ¶ Sit gloria domini in seculum.] Ergo & nos qui glorificamus sempiterni erimus.
a ¶ Lætabitur dominus in operibus suis.] Lætitia est enim domini, quando nos creatura ipsius, benedicimus eum in die resurrectiõis. *b* ¶ Qui respicit terram & facit eam tremere.] Tremet enim terra nostra in die iudicij. Significat autem peccatores terrenos. *c* ¶ Qui tangit montes & fumigant.] Si montes fumigant: quantomagis terra? Sancti fumigant: quoniam omnes per ignem saluabimur. Non enim haberent fumum, nisi ignis esset. *d* ¶ Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo quamdiu sum.] Quemadmodum & alibi dixit: Psal.38.d
Dimitte me ut refrigerer priusquam abeam, & amplius

A nō ero. Dimitte me paululum temporis: ut agam pœnitentiam pro peccatis meis: quoniam in inferno non est qui possit confiteri peccata sua. a ¶ Iocūdum sit ei eloquium meum.] Iocundum sit ei ut merito aliquis possit laudare & benedicere deum. Optatiuo modo, dixit, nō imperatiuo. b ¶ Ego uero delectabor in domino.] Beati qui post iudicium hoc dicunt. c ¶ Deficiant peccatores à terra.] Non dixit ut peccatores pereāt, sed ipsum peccatum, ut non appareat. Peccato autē nō apparente: utique iam non sunt peccatores: sed omnes iusti inuenientur. d ¶ Et iniq̄ ita ut non sint.] Scilicet iniqui, sed iusti. e ¶ Alleluia.] Iste psalmus maxime patrū replicat historiam: sed spiritualiter debet intelligi. Omnia enim quæ continebant antiquitus, in figura contingebant: ut nos erudiremur.

CIIII

COnfitemini domino & inuocate nomen eius.] Confitemini & dicite: quoniam peccatores sum⁹.
B Tu autem misericors & misereris nobis. Et inuocate nomē eius: Vt nō fingamus idola in cordib⁹ nostris, sed dominum nostrū inuocemus: & ipse erit redemptio nostra.
g ¶ Annunciate inter gentes opera eius.] Erubescant Iudæi qui dicunt in Israel tantū facta esse mirabilia & opera eius. h ¶ Cantate ei, &c.] Qui intelligit sanctas scripturas, & in lege dñi meditatur iugiter, & mēs eius contēplatur cœlestia: hic canit deo. Qui autē habet in se omnes uirtutes: hoc est, operarius est boni operis: hic quasi citharam componens uirtutum psallit domino. i ¶ Narrate omnia mirabilia eius.] In centesimo sexto psalmo dicit: Qui descēdunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis, ipsi uiderunt opera dñi, & mirabilia eius in profundo Si in naui nostra corporali transierimus illæsi, & nusquam nos tempestas opprimat, nec in petram offenderimus & frangamus nauem nostram, possumus narrare mirabilia dei. Et re uera grāde miraculū est, trāsire mundum istum sine macula. k ¶ Laudamini in nomine sancto eius.] Prophetat enim de populo gentilium. Hoc est, ut simus & uocemur Christiani, ex nomine domini nostri Iesu Christi. l ¶ Lætetur cor quærentium dominum.] Gaudeant monachi, quoniam quærentium dominum lætantur corda. Si quærentium: quanto magis eorum qui inueniunt eum? Qui enim eum inueniunt, immobiles sunt. m ¶ Quærite dominum & confirmamini.] Antequam quæreremus dominū, infirmi eramus. Nunc autem quærentes, firmi & fortes sumus. Si autem & inuenerimus: quanto magis perfecti erimus n ¶ Quærite faciem eius semper.] Hebræis quidem scriptum est, ut ter in anno appareant corā dómino. Et quæ iusticia hæc erat? quid autem grande aliquid faciebant, ter in anno apparere in conspectu dei? Ibi ad paruulos loquebatur: hic autem propheta dicit credentibus in deum, semper eum quærere quemadmodum & in euangelio scriptum est: sine intermissione orate. o ¶ Mementote mirabilium eius quæ fecit.] In Aegypto, & in mari rubro, & in deserto. p ¶ Semen Abraham serui eius.] Si quis est semen: non iam filius: secundum quod in euāgelio scriptū est: Si filij Abraham essetis opera patrisuestri faceretis. Ergo quod gloriantur non sunt: & si semen sunt, serui sunt sub timore constituti, non habentes perfectam charitatem quæ foras mittit timorem. Nos filij sumus Iacob, eius qui supplantauit fratrem suum, & tulit primitiua eius. Multi autem uocati: pauci uero electi. q ¶ Et pertransierunt &c.] Multi putāt quod de captiuitate dicat Iudæorū. Nō est ita. De Abrahā enim dicit: D Exijt de terra Chaldæorū & uenit in Mesopotamiā, & de Mesopotamia in terrā repromissionis. & iterū in Aegyptū. r ¶ Et de regno ad populū alterū.] Multa regna trāsimus ut peruenia mus ad terrā repromissionis. s ¶ Non permisit hominē &c.] Pharaonē ut noceret Abrahā in Sara, nec Abimelech Isaac in Rebecca. t ¶ Et corripuit &c.] Et ipsum dicit Pharaonem & Abimelech. u ¶ Nolite tāgere Christos meos, &c.] De ipsis patriarchis dicit. Erubescant ergo Iudæi, qui dicūt quoniā si non aliquis ungatur regali unguento: non potest Christus uocari, Hoc enim dicūt quoniā dñs noster non est Christus: quia non est unctus unguento regali. Ecce ante legē patriarchæ nō uncti regali unguēto: Christi dicuntur. Christi autē sunt qui spiritusancto unguntur. Ergo dñs noster iuste uocatur Christus: Quod illi negāt eūtes contra scripturas. x ¶ Et uocauit famē super terram.] Sæpius euenit ut quæ putātur contraria esse: hæc prouidētia dei pro utilitate fiāt. Nisi enim fratres Ioseph zelati fuissent eū, si non uēdidissent eum, quomodo descenderet in Aegyptū? Si nō fames facta fuisset, quō patriarchæ descenderēt in Aegyptū, & cognoscerētur à fratre suo? Quomodo Pharao percuteretur decem plagis? Quomodo exirent de Aegypto? Quomodo in eremo de petra exirent aquæ: quomodo mysteria quæ in deserto facta sunt in figura nos ea spiritualiter intelligeremus Si nō Iudas dominū prodidisset: quomodo nos saluare mur? Si nō Iudæi crucifixissent & increduli fuissent quomodo nos crederem⁹? Ioseph ergo iuit in Aegyptū præparare hospitiū & alimenta fratribus suis. y ¶ Misit ante eos uirū.] Ipsum dicit Ioseph. z ¶ In seruum uenūdatus est Ioseph.] Bene natus & sanctus uir uenditur.

mea: psallam deo meo quamdiu sum. Iocundum sit ei eloquium meum, egō uero delectabor in domino. Deficient peccatores à terra, & iniqui ita ut non sint, benedic anima mea domino.

Alleluiá. CIIII

COnfitemini dominō & inuocate nomen eius, annunciatē inter gentes opera eius. Cantatē ei & psallite ei, narratē omnia mirabilia eius, laudāmini in nomine sancto eius. Lætetur cor quærentium dominum, quæritē dominum & confirmamini, quæritē faciem eius semper. Mementotē mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius. Semen Abrahām serui eius, filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui, uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abraham & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Dicens tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis uestræ. Cum esset numero breui, pauciſſimi & incolæ eius. Et pertransierūnt de gente in gentem, & de regnō ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit prō eis reges. Nolitē tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et uocauit famēm super terram, & omne firmamentū panis contriuit. Misit antē eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph.

Gen. 12. & 20.

¶ Humi-

Humiliauerũt in compedibus pedes eius,ferrum pertrãsijt animam eius,donec ueniret uerbum eius. Eloquiũm domini inflammauit eum,misit rex & soluit eũ, princeps populorum & dimisit eum. Constituit eum dominum domus suæ,& principem omnis possessionis suæ. Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Et intrauit Israel in Aegyptũ, & Iacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum uehementer,& firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum ut odirent populum eius,& dolum facerent in seruis eius. Misit Moysen seruum suum,Aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum,& prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Dixit,& uenit cynomyia & cinifes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorũ grandinem,ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit uineas eorum,& ficulneas eorum,& contriuit omne lignum finium eorum. Dixit & uenit locusta & brucus,cuius nõ erat numerus. Et comedit omne fœnũ in terra eorum,& comedit omnem fructũ terræ eorũ.

A *a* ¶ Humiliauerunt in cõpedibus &c.] Quia noluit cõsentire dominæ Aegyptiæ Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius sed non potuerũt iustíciã humiliare: Sedecim enim annorũ cum esset,adamatus est à domina,& in tali ætate constitutus,quæ magis uoluptati dedita est noluit consentire iniquitati,sed magis timuit periculum animæ. *b* ¶ Ferrum pertransijt animã eius.] Ferrum ipsum dicit peccatum quod occidit animã. Aliter. Quia in periculo erat, accusatus à domina in tali crimine. Ardebat enim domina in eum, sicut scriptum est: Omnes adulterantes,sicut clibanus corda ipsorum. *c* ¶ Donec ueniret uerbũ eius.] Verbũ ipsius domini dicit: qui eum liberauit. *d* ¶ Eloquiũ domini inflammauit eum.] Nisi enim inflãmatus esset spiritusancto,non poterat libidinem uincere. Spiritus enim domini inflãmauit eũ,& extinxit ignem libidinis. *e* ¶ Misit rex & soluit eum.] Secundum literã Pharao misit & soluit eum. Aliter. Si aliquis tẽtatur à libidine,nisi dñs apparuerit & soluerit eũ : nõ potest effugere peccatũ. *f* ¶ Misit rex & soluit eũ,princeps populorũ & dimisit eum.] Rex ac princeps pater accipitur: ut illud: Rex magnus super omnem terram: & illud: Dominus princeps noster: dominus iudex noster. Ipse ergo misit angelum suum qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti,& dissoluit sudaria funeris eius. Ipse quoque paterna uirtute, deuicta morte, ab inferno remissus est. Nihil hic negligenter sentiendum, aut putandum quia ab angelis suscitatus est. Minoratus est enim paulominus ab angelis,cum ut homo suscepit mortem. Nam in resurrectiõe ut deus uerus,angelico usus est ministerio. Regnum hoc ac principatus nec ad Pharaonẽ pertinebit qui exterminator est,nec ad illum qui tantũ princeps coquorum est. *g* ¶ Constituit eum dominũ domus suæ.] Ecclesiæ eius sanguine acquisitæ. *h* ¶ Et principem omnis possessionis suæ.] Quam à diaboli abstraxit potestate. *i* ¶ Vt erudiret principes suos sicut semetipsum,& senes eius prudentiam doceret.] Principes ac seniores erant populorum apostoli,& sui à proprietate dicti,non à principatu quos ipse sacris erudiuit eloquijs. Nam & ipsos sacerdotum principes ac populorum seniores sæpius docens, erudiuit in templo : cum eis diuinas aperuit scripturas. *k* ¶ Et intrauit Israel in Aegyptum,& Iacob incola fuit in terra Cham.] Omnis qui cœperit deum uidere mente,uel uitia supplantare in tribulationem descendit,& inter gentes aduersas inhabitat. *l* ¶ Et auxit populum suum uehemẽter:& firmauit eum super inimicos eius.] Quoniam in septuaginta quinque animabus descenderũt in Aegyptum: & sexcenta milia exierunt de Aegypto. Vide mysterium. Qui quondam erant numero breui: nunc aucti & firmati dicuntur. Augentur autem & confirmantur iusti à domino, ne eis aduersæ præualeant potestates. *m* ¶ Conuertit cor eorum ut odirent populum eius,& dolum facerent in seruis eius.] Scilicet ut cõtemplarentur iniquitates eorum. *n* ¶ Misit Moysen seruũ suũ : Aaron quẽ elegit ipsum.] Legem utique & sacerdotium. *o* ¶ Posuit in eis uerba signorũ suorũ & prodigiorũ in terra Chã.] Attende o Iudæe qui secundum literam dicta intelligis : Nunquid Moyses & Aaron in terra Cham acceperunt mandatum de signis, & non potius in terra Madian? Aut in terra Cham fecerunt prodigia, & non in Aegypto? Sed ut intelligas hæc per legẽ & sacerdotiũ usq; hodie inter gentes in credulas agi: ideo ,ppheta terram posuit Cham. *p* ¶ Misit tenebras & obscurauit eos.] Cœperunt eis exponere arcana mysteriorum dei, & claritas mundanæ sapientiæ obscurata est. Sic enim alibi,Comprehẽdam sapientes in astutia eorum. *q* ¶ Et exacerbauit sermones eio.] Quia duri eis erant: sicut quosdam euangeliũ dixisse refert. Durus est hic sermo: quis eũ audire possit? *r* ¶ Conuertit aquas eorum in sanguinem.] Vt qui seducendo sanguinem effuderant paruulorum,ipsi deinceps pro aquis cruorem haurirent. Sed maxime hic uersiculus hæreticos respicit. *s* ¶ Et occidit pisces eorum.] Qui inter fluctuosas huius mundi felicitates regnum esse putabant. *t* ¶ Et dedit terra eorũ ranas in penetralibus regum ipsorum.] In ranis, poetarum carmina designantur: qui à catholica regula discrepantes,regum terrenorum corda deceptionum fabulis replent. *u* ¶ Dixit & uenit cynomyia.] In cynomyia, id est, canina musca, quæ in cœno ac stercore uolutatur,luxuriam indicat: quæ plerunque cõpressa pullulat. Sicut Petrus inquit apostolus: Canis reuersus ad uomitum,& sus lota à squalore cœni. *x* ¶ Et cinifes in omnibus finibus eorum.] In cinife, dialecticæ artis stimulus intelligitur: quæ licet paruum uideatur habere seductionis aculeum,grauissime tamen sauciat mentes humanas. *y* ¶ Posuit pluuias eorum in grandinem.] Vt diuinis arguerentur uerberibus. *z* ¶ Ignem urentem in terra eorum.] Non illuminantem, sed urentem : quia sanctus ignis iustos illuminat: peccatores exurit. *a* ¶ Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit omne lignum finium eorum.] In uineis ficulneisque ac reliquis lignis : omne humanum genus ostendit plagis cœlestibus uerberatum, ob emendationis causam. *b* ¶ Dixit & uenit locusta & bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.] In fœno fructuque reliquo terræ castigationem humanam docet. Datur enim potestas aduersæ parti : ut noceat hominibus qui nolunt agere pœnitentiam, sicut Apocalypsis docet. ¶ Et

C

D

1.Cor.1.d

2.Pet.2.d

Apoca.9.d

Oseæ.7.d

Deut.10.b

Et percussit omnẽ primogenitũ in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Et edũxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætatá est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubẽm in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem. Petierũt & uenit coturnix, & panẽ cœli saturauit eos. Dirupit petrã̃ & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina. Quoniam memor̃ fuit uerbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. Et eduxit populũm suum in exultatione, & electos suos in læticia. Et dẽdit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Vt custodiãt iustificationes eius, & legem eius requirant.

Alleluiã̃, alleluia. CV

COnfitẽmini domino quoniam bonus, quoniãm in seculum misericordia eius. Quis loquetur potentiãs dñi: auditas faciẽt omnes laudes eius? Beati qui custodiũnt iudiciũ, & faciũt iustitiã in omni tempore. Mementõ nostri domine in beneplacito populi tui,

A [a] ¶ Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti primitias omnis laboris eorum.] Principalia uitia: quæ homines ceu primogenitos diligebant. [b] ¶ Et eduxit eos in argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.] His plagis Aegyptum, id est, uel hoc seculũ uel humanam carnẽ uerberat. Sed educuntur animæ in argento cõfessionis lucidæ, & auro puritatis splẽdidæ sublata omni infirmitate peccati. [c] ¶ Lætata est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorũ sup eos.] Cohabitante enim luce, nõ poterant opera tenebrarũ exercere: quia omnis qui male agit: odit lucem. [d] ¶ Expandit nubẽ in protectionem eorũ & ignẽ ut luceret eis per noctem.] Nubẽ & ignẽ, spiritum sanctũ dicit: q nos & ab æstu diei defendit, & in nocturnis tenebris illuminat. [e] ¶ Petierũt carnem & uenit coturnix.] Ex hac enim coturnice satiatus Israel nauseat. Vnde cauendum est: ne qui se sentit liberum ex Aegy-

B pto: illuminatum à spiritu sancto: rursum desideret ollas Aegypti, id est, concupiscentias carnis quæ ei generant fatuitatem uel uitia. Quia nemo ponens manum in aratro & respiciens retro, aptus est regno dei. [f] ¶ Panem cœli saturauit eos.] Sicut enim illi de cœlis fluente manna refecti sunt: ita nos hodie in ecclesia corpore agni accepto reficimur. [g] ¶ Dirupit petram & fluxerunt aquæ & abierũt in sicco flumina.] Percussus est enim ille lapis precios̃us, angularis, & immẽsos nobis protulit fõtes, q nostros errores abluunt, & ariditates irrigãt. [h] ¶ Quoniam memor fuit uerbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum.] Impleuit enim non de seminibus: sed de semine eius, id est, de Christo promissionẽ suam. Nã deus natus ex uirgine, sua morte deuicit mortẽ: per quam nunc quod Abrahæ promissum erat in spe: ecclesia susc̃epit in specie. [i] ¶ Et eduxit populum in exultatione, &c.] Semper enim uictores ac liberi, canticum in læticia & exultatione concelebrant: sicut Moyses, Maria uel Debbora. [k] ¶ Et dedit eis regiones &c.] Animas sanctas & corpora in quibus prius peccatum regnabat. [l] ¶ Vt custodiant iustificationes eius &c.] Vt cũ iusticia uiuant, & mysteria legis diligenter intelligãt. Et nos dominum deprecemur, ut deletis gentibus noxijs corã facie nostra, ipse dux nostri fiat itineris: ut in eo iugiter exultantes, in terram repromissionis mereamur induci: & in regno asciti, ualeamus cum sanctis eius læticia sempiterna gaudere: quia ipsi est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum, Amen.

[m] ¶ Alleluia alleluia.] Iste psalmus pœnitẽtes roborat negligentes arguit: misericordiam repromittit. Hanc regulam debemus tenere: ubicunque duo Alleluia prescribuntur in psalmo: ut unum de fine sciamus esse prioris psalmi, & alterum eius qui sequitur. CV

COnfitemini domino quoniã bonus.] O uos qui graui ter peccatis, & desperatis de uestra salute, & putatis quoniam propter magnitudinem peccatorũ non potestis ueniam adipisci: ego uobis præcipio, hoc est propheto: cõfitemini dño quoniã bonus. Grandia sunt peccata uestra, sed magnus est dominus, qui miseretur uestri. Confitemini ergo domino. Pœnitentiam agite: nolite desperare de salute uestra: benignus est dominus. Cõfitemini domino q habetis grandia peccata. Nolite cõfidere in uestra uirtute: sed in in misericordia domini. [o] ¶ Quoniam in seculum &c.] Videte quid dicat in seculũ. In inferno autẽ quis confitebitur dño? Nemo est enim q possit in inferno agere pœnitentiam. Dum estis in hoc seculo: hortor uos agere pœnitentiam. Cõfitemini ergo dño: quoniã in isto tãtum seculo miseriors est. Hic misereri potest pœnitenti: qa ibi iudex est, non est misericors. Hic misericors est, ibi iudex est. Hic porrigit manũ cadẽti: ibi sedet iudex. Hoc autem totũ dixi ad eos qui dicũt, quoniã in inferno est pœnitentia. [p] ¶ Quis loquetur potẽtias do D mini.] Nemo dignus est prædicare potentias patris, nisi filius. Nemo potest potentiam patris loqui, nisi ille qui & ipse potens est. Potentias potentis ipse qui potens est, potest prædicare & loqui. [q] ¶ Auditas faciet &c.] Antequam dominus noster in euangelio prædicaret: laudes patris non erant auditæ in mundo. Omne quod in lege ueteri scribitur, si spiritualiter intelligatur: hoc potest de patre intelligi. [r] ¶ Beati qui custodiant iudiciũ, &c.] Recte Dauid id dicere poterat, & ipse iudiciũ fecerat & iusticiam: sed quoniã non fecit in omni tẽpore: propterea cecinit. Quid enim dicit? Beati qui custodiunt iudiciũ & faciunt iusticiam in omni tẽpore. Quid enim prodest alicui uiginti annis esse in continẽtia, & postea cadere? Secũdum quod scriptum est in propheta: Nõ proderit iusticia iusti, in quacunque die errauerit, non eum liberabit nec saluabit. Et peccatum peccatoris non ei nocebit: in quacunque die conuertatur & agat pœnitentiã. Neq; iustus debet esse securus, neq; peccator desperare debet de sua salute. In utroq; enim eorum & timor est & spes. Qui facit iusticiã. Iusticia dominus noster est. Iusticia enim domini: dominus noster dicitur, & saluator. Beatus ergo qui facit iusticiam, hoc est, qui facit Christum. Quomodo ergo facimus Christum: hoc est iusticiam? Si iuste agamus: concipitur in nobis iusticia, & paritur ex nobis iusticia, & sumus mater iusticiæ. Felix est & beatus qui omni tempore & pater & mater est iusticiæ. [s] ¶ Memẽto nostri domine in beneplacito populi.] Quod dicit beatus Dauid, hoc est: Scio domine ueterem legem: Beatitudo perfecta nõ est in ueteri lege: sed in euãgelio. Scio quoniã prior populus offendit te, & nouus populus creatur qui seruiat tibi. Scio quia ueniet filius tuus, & saluabit omne genus humanum: & credent in eum qui electi erunt. Propterea ergo rogo quoniã ego prius natus sum in ueteri lege, ut imputes mihi mercedẽ cũ nouo populo. Videtur nostra esse sententia hæc. Legamus ipsos uersiculos, & inueniemus ipsum sensum esse quẽ diximus.

Ezech. 33.c

¶ Visita

uisita nos in salutari tuo. Ad uidendum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, nó fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerunt ascendentes in mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam. Et increpuit mare rubrum & exiccatum est, & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit. Et crediderunt in uerbis eius, & laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores. Et fecerunt uitulum in Horeb & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnum. Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Vt auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt uerbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis. Non exaudierunt uocem domini. Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. Et ut deijceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem & generationem usque in sæculum. Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & uindicatum est propter Moysen. Quoniam exacerbauerunt spiritum eius, & distinxit in labijs suis. Non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Et seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas immolauerunt sculptilibus Chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum. Et fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populo suo, & abominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum. Multis uicibus liberabit eos, ipsi autem exacerbauerunt illum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui. Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias coram uniuersis qui captiuos habuerunt eos. Saluos nos fac domine deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israel a sæculo & usque in sæculum, & dicet omnis populus, fiat, fiat.

a ¶ Visita nos in salutari tuo.] Hoc est in filio tuo, quãdo uenerit. b ¶ Ad uidendum in bonitate electorũ tuorum.] Hoc est, da nobis partem cum apostolis. Quoniã nos quidem anteceßimus eos in tempore: illi uero antecedent nos in spiritualibus: hoc est, ut uideamus bonitatem tuam quam facturus es cum electis tuis. c ¶ Ad lætandum in lætitia gentis tuæ.] Gens domini nos sumus: si tamen gẽs ipsius sumus. Populo, inquit, qui nascetur quem fecit dominus. d ¶ Vt laudemur cum hæreditate tua.] Hoc est, ut cũ euãgelio & nos habeamus partem: qui in ueteri lege facti sumus. Abraham enim pater noster uidit diem tuum, & gauisus est. Videamus ergo & nos & gaudeamus cum hæreditate tua. e ¶ Peccauimus cũ patribus nostris.] Filij secuti sumus patres. Hoc fecimus qđ & patres nostri fecerũt. Omnes enim sub peccato conclusit: ut omnibus misereretur f ¶ Iniuste egimus: iniquitatẽ fecimus.] Diligenter animaduertite qui dicat: Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatẽ fecimus. Nunquid dixit impie egimus? Aliud est peccatorem esse, & iniustum: aliud est esse impiũ. Peccator frequẽter uincitur infirmitate corporis, impius autem negat deũ. Propterea ergo quoniã ego non sum impius sed peccator: propterea audeo rogare pro peccatis meis. g ¶ Patres nostri in Aegypto &c.] Viderũt & non uiderunt. Viderunt carnalibus oculis, & spiritualibus oculis non uiderunt. Nõ dixit non uiderunt: sed non intellexerunt. Illi enim uiderunt mirabilia, & non intellexerunt. Non enim ea spirituali contemplabantur intuitu. h ¶ Et non fuerũt memores multitudinis misericordiæ tuæ.] Qualiter eos de manibus inimicorum eripuisti. Sed hodie quoque mirabilia facis domine: cum nos à tenebris mundi ereptos dignaris illuminare. i ¶ Et irritauerũt ascendentes in mare rubrum: & saluauit eos, &c.] Facta sunt enim hæc in Israel. Sed animaduertẽdum est: quia quod ibi fuit umbra, in ecclesia ueritas est completa. Igitur baptismũ uel crux Christi, pereuntibus stultitia est. Iritatur ergo ab his deus, cum non intelligunt. Eruditi autem tũc cognoscent potentiam dei. Mare autem duas habet intelligentias: baptismum scilicet & seculum. k ¶ Increpauit mare rubrum & exiccatum est.] Desistit coram populo dei procellosum seculum: cum cognouerit fontem uitæ. l ¶ Et eduxit eos in abyssis sicut in deserto.] Tanquam si per sicca deserti gradiãtur: ita nullis sunt fluctibus occupati. m ¶ Et saluauit eos de manu odientium & redemit eos de manu inimici.] Liberatio ac redemptio hominis per passionem Christi facta est. n ¶ Et operuit aqua tribulantes eos: unus ex eis non remansit.] Sic & nunc in nostro baptismo fit. Abluitur homo aquis & perit diabolus cum satellitibus suis. o ¶ Et crediderũt in uerbis eius: & laudauerunt laudem eius.] Quia uictores erãt. p ¶ Cito fecerũt, obliti sunt operũ eius.] Multi enim in ecclesia male uiuẽdo & non recte sentiẽdo de deo, perdunt baptismi gratiam. q ¶ Non sustinuerũt consilium eius.] Vt custodirent uitã quã prius elegerãt. r ¶ Et concupierunt concupiscẽtias in deserto.] In solitudine istius seculi. s ¶ Et tentauerũt deum in inaquoso.] Siccitas enim eis erat quia non cognoscebãt sancti spiritus irrigationem, in colũna nubis quæ præcedebat eos. t ¶ Et dedit eis petitiones eorum.] Vt spirituali cibo poculoq; reficerẽtur. u ¶ Et irritauerũt Moysen in castris & Aarõ sanctũ dei.] Legem utiq; & sacerdotium stulti iritant: cũ dei præcepta per eos nunciata non audiunt. x ¶ Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationẽ Abiron, & exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma combussit peccatores.] Facta sunt hæc secundum literam. Sed & nunc eos deuorat terra & exardet ignis, qui terrena sapiunt & recedunt à mandatis dei: quos non illuminat gratia spiritussancti: sed accendit flãma peccati. y ¶ Et fecerunt uitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile, & mutauerunt gloriã suam in similitudinẽ uituli comedentis fœnum.] In deo enim debuerat esse gloria eorum: sed relicto eo, simulachro muto & surdo dãtes gloriam dicebant: Hi sunt dñi tui Israel. Sic & nunc si quis relicta ecclesia sortes phytones que consulit: mutatur gloria eius, & similis pecudis fit: sicut quondam Nabuchodonosor z ¶ Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto.] Vt ea plagis uerberata populum liberaret. a ¶ Et mirabilia in terra Cham.] Cum derelictis gentilibus, ipsos in eorum terra plantauit. b ¶ Et terribilia in mari rubro.] Vt Pharaone extincto, siccum populis præberet incessum. c ¶ Dixit ut disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Vt auerteret iram eius ne disperderet eos.] Attende hæc o sacerdos: Periorat enim populus: nisi Moyses confregisset iram omnipotentis dei, & tu cum uideris populum delinquentem: cane tuba: annuncia eis delicta eorum, & sta in confractione ad deum, ut auertatur furor eius ab eis. d ¶ Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.] Quia istam transitoriam diligebant.

¶ Et non

buerunt terram desiderabilẽ. Nõn crediderunt uerbo eius, & murmurauerũnt in tabernaculis suis, non exaudierũt uocẽ domini. Et eleuauit manũ suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. Et ut dẽjceret semẽ eorũ in nationibus, & dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerũnt eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad iusticiam in generatione & generationem usque in sempiternum. Et iritauerunt eum ad aquas contradictionis, & uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in lãbrjs suis, non dispersi derũt gentes quas dixit dominus illis. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolauerũnt filios suos, & filias suas dæmonjs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarũ quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan, Et interfecta est terra in sanguinibus & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suũ, & abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerũt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum, Et memor fuit testamẽnti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster, & cõgrega nos

A 4 ¶ Et non crediderunt in uerbis eius.] Quibus promissa regna cœlorum. b ¶ Et murmurauerunt in tabernaculis suis: &c.] De murmuratiõe enim apostolo docet
1.Cor.10.d dicẽs: Nolite murmurare, sicut quidã ex ipsis murmuraverunt, & à serpentibus perierunt. Non ergo murmuremus: ne nos dæmões nenenosis morsibus saucient ac depascãt. c ¶ Eleuauit manum suã super eos: ut prosterneret eos ĩ deserto Et ut dejceret &c.] Dispsi sunt enim Iudæi in diuersis partibus. Sed & ille dispergitur per diuersa, qui circũfertur omni uento doctrinæ, & in deũ firma non cõsistit statione. d ¶ Et initiati sunt beelphegor & comederũt sacrificia mortuorũ.] Qui deo se cõsecrare debuerãt idolo consecrati sunt. Et qui panẽ uiuũ esurire debuerãt: mortuorum sacrificia comederunt. e ¶ Et iritauerunt eum in adinuentionibus suis.] Quia peruersi erant. f ¶ Et multiplicata est in eis ruina.] Ruina est cũ parietes domorũ ruunt: quæ tũc
B multiplicatur cũ fuerint à fundamentis euersi. Ergo isti cũ fundamento, id est, cum ipsa legislitera in qua se putabãt stare diruti sunt: quia stabiliti non fuerunt super petram. g ¶ Stetit Phinees & placauit &c.] Superius dixit Moysen in cõfractione stetisse: hic aũt Phineen exorasse dicit. Quod diligenter auscultа sacerdos cui animæ cõmendatæ sunt: euagina gladium: interime fornicatores: hoc est, profer uerbũ, insta importune oportune, argue, increpa, obsecra cum omni patiẽtia & doctrina: ut tibi reputetur ad iusticiã. Quia qui reddiderit precioſum ex uili sicut os meum erit, ait dominus deus. h ¶ Et iritauerunt eũ ad aquas contradictionis, & uexatus &c.] Aquæ contradictionis, aquæ baptismi accipiunt: ad quas diabolo cõtradicitur & operibus eius. Post quas si quis se coinquinauerit uitijs, uexatur sacerdos, pro eo quod exacerbauerit spiritum dei per quem ille prædicat: sicut Paulus
2.Cor.11.g dicebat: Quis uritur, & ego non uror? De hoc etiam spi-
Ephes.4.g ritu testabatur dicens. Nolite contristare spiritum sanctũ dei: in quo signati estis in die redemptionis. i ¶ Et distinxit &c.] Vt iugiter supplicaret pro eis. k ¶ Non disperdiderunt gentes quas dixerat dominus illis.] Idolatriam uel diuersa facinora. l ¶ Et commixti sunt inter gentes & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorũ, & factum est illis in scandalum.] Sicut enim sacerdoti exoranti pro populo ad iusticiam reputatur: C ita his qui in desiderijs phanaticis conuertebantur, in scandalum. m ¶ Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs.] Sensus & animas suas. n ¶ Et effuderunt sanguinem innocentem: & sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaan.] Tũc enim anima sanguis effunditur: quando homo idolis deditus à dei cultura recesserit. o ¶ Interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorũ & fornicati sunt in adinuentionibus suis.] Tabe enim iniquitatis inficitur: cũ diuersis fornicationibus corpus hominis inquinatur. Ideo & ira dei in impios sæuit: unde sequitur. p ¶ Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam.] Quia reliquit eũ. Et qui quõdam fuerat plebs dei facta est caterua diaboli. q ¶ Et tradidit eos in manibus gentium, & dominati sunt D eorum qui oderunt eos, Et tribulauerunt eos inimici eorum, &c.] Sed dices tu o homo: Non est recta uia domini, qui nos in tãtis malis inclinari permittit. Sed quæso perspice: quia prosuis peccatores criminibus inclinantur, & deus tanta pietate præditus est, ut semper dignetur imparti ri præsidium: sicut se quit. r ¶ Sæpe liberauit eos.] Semper illeliberat: & tu nõ corrigeris? Adhuc plaga illata in ianuis astat, & tu non emendaris. s ¶ Ipsi autẽ exacerbauerũt &c.] Quod habuerunt, ut relicto eo Idola sequerentur. t ¶ Et humiliati sunt &c.] Iam hi non à deo, sed à suis delictis humiliantur. Sed præcurrit solita miseratio, dicente propheta. u ¶ Et uidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorum.] Docet enim & te quod si conuersus ingemueris, protinus appropinquãt celsis auribus eius, preces humilitatis tuæ. x ¶ Memor fuit testamenti sui.] Quod cum Abraham initium fidei nostræ pepigit. y ¶ Et pœnituit eum secundũ multitudinem misericordiæ suæ, & dedit eos in misericordias in cõspectu &c.] Super pœnitentes enim pœnitet deus de malicia quã locutus fuerat ut faceret, & non fecit, cõstitutens te in sinu Abrahæ patris cuius es fidẽ secutus. Ideo & propheta exultans ait. z ¶ Saluos nos fac &c.] Ne nobis uitia dominentur. a ¶ Et congrega nos de nationibus.] Quia gens Hebræorũ in regiõibus est dispersa.

¶ Vt

de nationibus. Vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Iſrael, à ſeculo & uſque in ſeculum, & dicet omnis populus fiat, fiat.

Alleluiá.

CVI

CONfitemini domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicāt qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos. A ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, uiā ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorū eripuit eos, Et deduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciui

CVI

A 4 ¶ Vt confiteamur nomini tuo ſancto, & gloriemur in laude tua.] In filio utique: quia nomen filij laus tua eſt. b ¶ Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo & uſque in ſeculum.] Merito benedictus in ſecula, per quem facta ſunt ſecula, & non ſolū facta ſunt, ſed etiam redēpta. Qui & nunc nos recreare dignetur in ſalutari: id eſt: in Chriſto Ieſu dño noſtro cui eſt cū ipſo & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorū. Amē. c ¶ Alleluia.] Iſte pſalmus omnem cauſam cōditionis humanæ quā uel delinquēdo ſumpſit, ſiue ponitendo ſuſcepit, ſiue multitudinē miſerationum dei (ut in præſenti ait: quis ſapiens & cuſtodiet hæc, & tunc intelliget miſericordias domini) narrare dinoſcitur: ſed & repulſionem Iudæorum & uocationem gentium euidentiſſime pandit.

CVI

C ONfitemini domino quoniam bonus: quoniā in ſeculum miſericordia eius.] Ideo confitemini ei peccata ueſtra, quia bonus eſt: & peccata dimittit. Si autē bonus non eſſet: non uobis diceret, confitemini. Et confitemini ei: quoniam in ſeculū miſericordia eius. Hic eſt miſericordia, cæterum ſupra iuſticia eſt. Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Quandiu eſtis in ſeculo, confitemini. e ¶ Dicant qui redempti ſunt à domino: quos redemit de manu inimici.] Proprie de uocatione gētium loquitur. Iſte enim pſalmus eorum habet ſacramentum qui redempti ſunt in domini paſſione. Dicant qui redēpti ſunt. Ipſe eſt enim ſaluator & redemptor & precium Dicāt qui redempti ſunt. Ipſe redemit: ipſe dat precium ſanguinem ſuum. Quare autem dedit precium ſanguinem ſuum? Vt redimeret nos de manu inimici. Captiui enim tenebamur in manu diaboli. Propterea autē illeuenit & redemit nos, ut liberaret de diaboli manu. Quos redemit de manu inimici, ut deſtruat inimicum & defenſorē. Inimicus homo ſuperſeminauit zizania. Inimicus autē diabolus eſt. Inimicus eſt ipſe & poſſeſſor. Propterea manu ſua nos tenet: non quia diligit, ſed quia odit. Quos redemit de manu inimici, Grandis maieſtas, & grandis potentia ſanguinis domini, qui ſoluit manū diaboli. Quomodo enim ſunt aliqua animalia quæ ſtringūt aliquid intra ſe incluſum, quod dicunt & medici & phyſici, ut niſi fractum fuerit à ſe, non diuiditur, nec dimittit quod intrinſecus clauſum tenet: ſi autem miſſum fuerit oleum: ſtatim diſſoluitur, & quod ſtrictū fuerat diſſipatur, & diuiditur in partes: ſic & manum duriſſimam diaboli ſoluit ſanguis Chriſti. Nolebat nos dimittere diabolus, Sanguinem ſuum fudit dominus quaſi oleum miſericordiæ, & per ipſum nos liberauit. f ¶ De regionibus congregauit eos.] Vide quàm grandis ſit manus diaboli. Quos redemit de manu inimici. Hos autē quos redemit de manu inimici, in cunctis regionibus tenebātur in manu inimici. De regionibus congregauit eos. In toto orbe manus diaboli poſſidebat nos. g ¶ A ſolis ortu & occaſu: ab aquilone & mari.] Videtur quidem quatuor dixiſſe climata: orientem, occidentem, meridiem & Boream, hæc ſunt quatuor climata mundi. Sed non ita pſalmus continet. Hic enim habet: A ſolis ortu & occaſu Ecce duo climata. Ab aquilone: hoc eſt, à ſeptentrione: Ecce tria climata. Et mari, Mare utique in occidente eſt. Ergo uidete quoniam occidentem bis nominauit: & meridiem nec ſemel. Quare igitur tria climata nominauit, & unum noluit nuncupare? Legimus in Habacuc: Deus ab auſtro ueniet. De ſaluatore dicitur: quoniam deus natus eſt in auſtro. A ſitu enim Hieruſalem: Bethlehem in auſtro poſita eſt. Propterea dicitur, deus ab auſtro ueniet. Si autē deus ab auſtro ueniet quomodo nunc dicit, à ſolis ortu & occaſu & ab aquilone? Auſter & notus tacitus eſt. A ſolis ortu & occaſu. Amen amē dico uobis: quia multi uenient ab oriente & occidēte, & recumbēt in ſinu Abrahæ, Filij autem generationis huius longe erunt. A ſolis ortu & occaſu: utique alienigenæ. Et ab aquilone Aquilo duriſſimo uētus eſt: nomine autē dexter uocatur. Ab aquilone, inquit, exardeſcēt mala ſuper terram. Mare, legitur in numeris & in Exodo, & in omni ſcriptura ſancta, & ubicunque mare auditis, ſecundum climata ſemper intelligitur occidens. A ſitu enim Hieruſalem mare hoc magnum quod dicitur, in occidente eſt. Videte igitur myſterium ſcripturarum. In iſto loco bis occidēs nominatur, & nec ſemel notus. Hoc quare dicitur? Quoniam populus Iudæorum in iſto pſalmo non ſcribitur uocādus, ſed tantum gentium. Denique quid dicit? h ¶ Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Eſurientes & ſitiētes.] Et ut ſciatis quia proprie de uocatione gentium ſcribitur & de expulſione Iudæorum: in ſequentibus ipſius pſalmi ſcriptum eſt. Poſuit flumina in deſertū: uidelicet Iudæorum. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. Diximus quæ eſſent aquæ, diximus quæ eſſent flumina. Viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt, eſurientes & ſitientes. Exponamus quomodo gētium populus fuerit in deſerto ubi non erāt aquæ hoc eſt, in inaquoſo, & quomodo uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, eſurientes & ſitientes. De quibus dicitur, non inuenerunt: manifeſtum eſt quod quæſierunt uiam ciuitatis habitaculi, ſed non inuenerunt. Quæſierunt ergo uiam per quam uenirent ad ciuitatem: eſuriētes quæſierunt & ſitientes. i ¶ Anima eorum in ipſis defecit.] Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Defecerunt, quæſierunt: & non inuenerūt, & in eſurie ſua & ſiti, uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Eſurientes, & ſitientes. Multi fuerunt qui repromitterent iſtam uiā quæ deduceret ad ciuitatem. Promiſit Socrates, promiſit Plato, promiſit Ariſtoteles. Hæmorrouſa quæ fluebat ſanguine multos quæſiuit medicos, & à nullo ſanari potuit. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Doctrina illorum magis famem faciebat ueritatis quàm ſaturitatem. Hæmorrouſa totam ſubſtantiam ſuam impēdit in medicos. Eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis defecit. Sed quoniam perdiderat ſuam uniuerſam ſubſtantiam: hoc eſt, eccleſia de gentibus congregata, quia anima eius in ipſa defecit, clamauit ad dominū cum tribularetur. Tactus fimbriæ domini: clamor credentis fuit. k ¶ Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur.] Ad dominum, inquit, cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Tunc exaudimur à domino, quando non ſimplex uox, ſed tribulatio clamat ad dominum. l ¶ Et deduxit eos in uiam rectam.] Quia uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: propterea deduxit eos in uiam rectam. Ergo oſtendit quia ante inuenerunt quidem uias, ſed pra-

Habac.3.a

Matth.8.b

Hiere.1.c

Pſal.63.b

Luc.8.f

A uas & non rectas. Et deduxit eos in uiam rectam. Via deduxit eos in uiam. Ipse dominus atque saluator deduxit eos in uiam rectam: fecit eos ut in se ambularent, ipse & ductor & uia. Et deduxit eos in uiam rectam, ut per hãc uiam: hoc est, per dominum saluatorem irent in ciuitatem habitatiõis, in ecclesiã eiº quæ fundata fuerat super ipsum & petram, & uiam atque ductorẽ. Simulque considerandum: quia in isto psalmo tertio dicitur. a ¶ Cõfiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia &c.] Eos qui inanes erant à gratia sua, & famem uerbi patiebãtur: bonis cœlestibus satiauit. b ¶ Sedẽtes in tenebris & umbra mortis: uinctos in mendicitate & ferro.] Vinctum enim erat genus humanum catenis criminum, & carceri diaboli mancipatum. Et cur hoc acciderit? Vide quid sequitur. c ¶ Quia exacerbauerunt eloquium domini.] Quæ mandauerat, non cu-
B stodiẽtes. d ¶ Et cõsilium altissimi irritauerunt.] Quod dederat ut eligerent uitã. e ¶ Et humiliatum est in laboribus cor eorum.] Quia non exaltabantur in operibus dei. f ¶ Infirmati sunt, nec fuit q̃ adiuuaret.] Eo quod in deum firmi non essent: nec eum requirerent, qui uerus est medicus. g ¶ Et clamauerunt ad dominum dum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.] Defecit post originale peccatum, humanum genus: iterata uice non obseruans legem traditam per Moysen, sed & de hac necessitate illud eripuit. h ¶ Et eduxit eos de tenebris &c.] Et ob id, i ¶ Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.] Et cur eius, uel misericordiæ confitendæ sint, uel mirabilia prædicentur, sequentia docent. k ¶ Quia cõtriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit.] Visitauit enim nos oriẽs ex alto, & illuminauit errorum tenebras, disrupit'que catenas legis, ut libero arbitrio seruiremus l ¶ Suscepit eos de uia iniquitatis eorum.] Obseraverat igitur diabolus ualidissimis seris suarum ædium æreas ualuas, ne ab eius iure egredi ualeret genus humanum. Quæ omnia, ut diximus, sua dominus uisitatione contriuit, suscipiens eum in se. m ¶ Propter iniusticias enim suas humiliati sunt.] Vt exaltarẽtur in eo. n ¶ Omnem escam abominata est anima eorũ: & appropinquauerunt &c.] Sed uide qualiter eos liberauerit: quia omne uerbum uitæ, quod prophetæ prænunciauerunt: abominati sunt, & appropinquauerũt morti. o ¶ Tũc misit uerbum suum, & sanauit eos.] Ipsum filium, qui in principio erat uerbum: qui in euangelio sanat omnem languorem, & omnem infirmitatem in plebe. p ¶ Et eripuit eos de interitionibus eorum.] In quibus se ipsi demerserant. q ¶ Confiteantur domino misericordiæ eius.] Quibus excelsus se humiliauit, quibus deus homo factus est: quibus immortalis pro mortalium uita subditur morti. r ¶ Et mirabilia eius filijs hominũ.] Quia inferni æreas portas uectes'que confregit: quia rediit uictor ad superos: quia remeauit ad cœlos. s ¶ Et sacrificẽt sacrificium laudis.] Cessent hirci & uituli quia deus sacrificiũ de puro corde requirit. t ¶ Et annuncient opera eius in exultatione.] Cũ gaudio cunctis choris annũcient: qualiter eos sua uisitatione saluarit. u ¶ Qui descendunt mare.] Id est seculũ. x ¶ In nauibus.] In ecclesijs, quæ Christũ portant, & à fluctibus D huius mũdi tundũtur. y ¶ Facientes operationẽ in aquis multis.] In populis. Sed & ad apostolos hæc referenda sunt. z ¶ Ipsi uiderũt opera domini, & mirabilia eiº in profundo.] In profunda enim caligine per eorũ prædicationem lumen ueritatis illuxit: & uiderunt, operante dño, in tenebris dẽsissimis clarẽ lume ueriss-

tatem habitationis. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris & umbra mortis, uinctos in mendicitate & ferro. Quiã exacerbauerunt elo quia dei, & consiliũm altissimi iritauerunt. Et humiliatũm est in laboribus cor eorũ, & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerũnt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorũ dirupit. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quiã contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eorum, propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit uerbũm suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usquẽ ad abyssos, animã eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientiã eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram,

mæ trinitatis. a ¶ Dixit & stetit spiritus procellæ.] Cessauit mundana tentatio. Sic & in naui dormiens dns, cũ excitatus à discipulis fuisset, imperauit uẽto, & mare siluit. b ¶ Et exaltati sunt fluctus eius.] Suspensi sunt, ne nocerent, id est, huius diabolicæ tẽtationis motus, quos iniqui commouent super iustos. c ¶ Ascendunt usque ad cœlos.] Eleuantur in superbijs suis, ad sanctorũ iniuriam. d ¶ Et descendunt usq; ad abyssos.] Humiliãtur in cõfessione. Et ut intelligas figuraliter hoc de malis hominibus dici, sequitur. e ¶ Anima eorũ in malis tabescebat.] Fluctus enim aquarũ, animam nõ habent. Sed tabescit anima: cũ uerberata plagis cœlestibus, se peccasse & sanctis iniuriã intulisse cognoscit. f ¶ Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius.] Nihil enim lætum, nihil stabile, nihil sobrium eorum sensus habebat. g ¶ Et omnis sapientia eorum deuorata est.] A sapientia ueri dei: sicut quondam draco Moysi deglutiuit dracones Aegyptiorum. b ¶ Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur, &c.] Vt relinquentes luxuriosam ebrietatem, dei sapientiam sequerentur. i ¶ Statuit procellã eius in auram.] Vt iam non cum igne & grandine, sed cum suaui

Matth. 8

Exo. 7. b

sancti

& ſiluerũt fluctus eius. Et lætãti ſunt quia ſiluerunt,& deduxit eos in portum uoluntatis eorum. Confiteantur domino miſericordiæ eius,& mirabilia eius filijs hominum.Et exaltent eum in eccleſia plebis, & in cathedrã ſeniorum laudent eum.Poſuit fluminã in deſertum,& exitus aquarum in ſitim. Terram fructiferã in ſalſuginem,à malicia inhabitantium in ea.Poſuit deſertum in ſtagna aquarum,& terrã m ſine aqua in exitus aquarum.Et collocauit illic eſurientes, & conſtituerũt ciuitatem habitationis.Et ſeminauerũt agros & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati ſunt nimis,& iumentã eorum non minorauit.Et paũci facti ſunt,& uexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.Effuſa eſt contẽptio ſuper principes eorum,& errare fecit eos in inuio & nõ in uia.Et adiuũit pauperem de inopia,& põſuit ſicut oues familias. Videbunt recti & lætabuntur,& omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Quis ſapiens & cuſtodiet hæc,& intelliget miſericordias domini.

Canticũ pſalmi ipſi Dauid. CVII

PAratũm cor meum deus,paratum cor meum,cantabõ & pſallam in gloria mea.Exurgẽ pſalterium

A ſancti ſpiritus flamine aduenire. *a* ¶ Et ſiluerunt fluctus eius.] Pœnitentiam agentes,in tranquillitatem conuerſi ſunt. *b* ¶ Lætati ſunt quia ſiluerunt.] Illis quieſcentibus, hi lætantur. *c* ¶ Et eduxit eos in portum uoluntatis eorũ.] De his quieſcentibus fluctibus,appoſuerunt integram uoluntatem ad eum deduci: qui mitigans fluctus,uerus eſt portꝰ. Et de neceſſitatibus eorũ liberat eos. Ne ab his æſtibus quaterentur. *d* ¶ Confiteantur domino miſericordiæ eius.] Quibꝰ protegit genꝰ humanum. *e* ¶ Et mirabilia eius filijs hominum.] Quia mirabiliter hos compeſcuit fluctus. *f* ¶ Exaltẽt in eccleſia plebis.] In congregatione fidelium. *g* ¶ Et in cathedra ſeniorum laudẽt illum.] Non in illa cathedra in qua ſcribæ & phariſæi ſederunt: qui legẽtes legem, nõ intellexerũt in ea dominum nunciatum, ſed in illa in qua eum uel prophetæ uel patriarchæ,ſpirituali oculo contemplantes, cognouerunt in miraculis,uel oraculis cecinerunt. *b* ¶ Quia poſuit flumina in deſertum,& exitus aquarum in ſitim: terram fructiferã in ſalſuginem:à malicia inhabitantium in ea.] Merito exaltandus,merito laudandus: qui in eccleſia quæ prius fuerat deſerta,& odio habita,poſuit apoſtolos: qui eam & conſolarentur alloquio,& alluuio fœcundarẽt. Dedit & in animas ſitientium ſuum uerbum,exitus prædicationum,& terram corporis,quæ prius ſpinas amaritudinis protulerat,fructibus repleuit æternis. *i* ¶ Poſuit deſertum in ſtagna aquarum.] Præbens in eccleſia baptiſmum. *k* ¶ Et terrã ſine aqua in exitus aquarum.] Prædicatores in nationum ariditate conſtituens. *l* ¶ Et collocauit illic eſurientes.] Vt bonis cœleſtibus reficerentur. *m* ¶ Et conſtituerunt ciuitatem habitationis.] Animas ſuas exhibuerunt ab incentiuis uitiorum tutas: in quibus fructus ſpiritus habitaret. *n* ¶ Et ſeminauerũt agros & plantauerunt uineas,& fecerũt fructũ natiuitatis.] Ad apoſtolos iſta referuntur,qui iecerunt ſemen in corda credentium: de quibus fructum æternitatis accipiant,hoc eſt,centeſimum,ſexageſimum, & triceſimũ. *o* ¶ Et benedixit eis & multiplicati ſunt nimis.] Quia quæ erant placita ei,faciebant. Sic & in manu Ioſeph benedixit omnia deus,quia ſe à prauis cogitatiõibus & cõcupiſcentijs cuſtodiuit. *p* ¶ Et iumẽta eorum nõ minorauit.] Irrationabiles inter eos homines non ſunt minorati in inferius,ſed in melius reparati. Igitur explicita uocatione ac redemptiõe gentium, redit ad expulſionẽ Iudæorum dicens. *q* ¶ Pauci facti ſunt.] Eo quod nõ fuiſſent in his multiplicata opera dei. *r* ¶ Et uexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.] Quia inſontem iniqui ſunt perſecuti. *s* ¶ Effuſa eſt contemptio ſuper principes eorum.] Vt qui dominum contempſerant,ipſi contemnerentur. Et ſeduxerunt eos,uana ipſorũ ſimulacra, utique quæ adorabant. *t* ¶ Et deduxit eos in inuio, & non in uia.] Seducentes eos à uia domini, deduxerunt eos in inuio ſatanæ. Denique deductis iſtis in inuio, uideamus quid fecerit deus plebi ſuæ. *u* ¶ Et adiuuit pauperem de inopia.] Populum Chriſtianum dapibus ſatiauit æternis. *x* ¶ Et poſuit ſicut oues familias.] Vt audientes uocem ueri paſtoris,fide ſequerentur. *y* ¶ Videbunt recti & lætabũtur.] Quorũ ſunt prædicatione conuerſi. *z* ¶ Et omnis iniquitas opilabit os ſuum.] Diabolus, uel Iudæi, ſiue hæretici: qui in excelſum iniquitatem loqui præſumpſerãt. *a* ¶ Quis ſapiens & cuſtodiet ea, & tunc intelliget miſericordias domini?] Si enim ſapienter cõſideres & ſpiritualiter intelligas uidebis in hoc pſalmo, quarto miſericordias petitas & clemẽter indultas: quas & nobis pietate proflua, digneẽ quæſitas indulgere: pulſatas aperire: petitas nõ negare: Ipſi gloria cũ æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorũ. Amẽ. *b* ¶ Cãticum pſalmi ipſi Dauid.] Canticum ſemper refertur in ſenſũ: pſalmꝰ uero refertur in corporalia. Vt autem manifeſtius dicamus,canticum in theoriã refertur: pſalmus autem in practicen,hoc eſt, in opera. Quoniam ergo in titulo ſcriptum eſt: Canticũ pſalmi: recte & conſequẽter in ſecũdo uerſiculo ait: Cantabo & pſallam in gloria mea. CVII

PAratum cor meum deus, paratum cor meum.] Paratus ſum non ſolum opere,ſed etiam corde & ſenſu. Paratum cor meum in ſenſu: paratum cor meum in opere, hoc eſt,in practice. Quoniam non ſolum corde & ſenſu, ſed & in opere paratus ſum. Propterea & ſecundo dico. *d* ¶ Cantabo & pſallam in gloria mea.] Cantabo, hoc eſt in corde meo,& pſallam. Sicut pſalterium ex multis chordis compoſitum eſt,& ſi una chorda fuerit rupta, exterminatur pſalterium: ita & in actibus noſtris,ſi unũ mandatũ prætergreſſi fuerimus,pſalteriũ noſtrũ rumpitur. Ideo dixit: Cantabo & pſallam in gloria mea. In alijs codicibꝰ legitur,in gloria tua. Sed melius eſt ſecundum Hebraicũ legere,in gloria mea. Quod dicit,hoc eſt: Cantabo & pſallam in gloria mea: Hoc domine quod tibi pſallo,quod tibi canto,non tibi gratiam facio,ſed mihi. In alio enim pſalmo dicit, Quoniam bonorum meorum non eges. Quod ergo facio,pro me facio. Quod ergo ſeruio tibi,gloria mea eſt. Ieiunamus: Nunqd aliquid deo donamus? Pro peccatis noſtris hoc facimus. Iacemus in ſacco. Quid ex hoc præſtamus domino? Hoc tãtum illi præſtamus,ut ſaluemus animas noſtras: Ipſe enim hoc deſiderat. Sicut bonus & miſericors medicus: ſi aliquem ſanauerit,gaudet quidem & ipſe & ille qui ſanatus eſt, ita & dominus noſter. *e* ¶ Exurge pſalteriũ & cithara.] O pſalterium,o cithara,facta es & creata es, ut pſallas deo: exurge & pſalle,quare iaces? O monache, qui ſtas corpore,quare iacet anima tua,& nõ pſallis domino? Maledictus homo qui facit opus dei negligenter.

Pſal.15.a

Hiere.48.b

& citharа,exurgā̄ diluculo.Confitebo᷑ tibi in popu/
lis domine,& psallam tibi in nationibꝰ,Quia magna
est supe᷑r cœlos misericordia tua,& usque ad nubes ue/
ritas tua.Exaltare᷑ super cœlos deus,& super omnē ter/
ram gloria tua,ut liberentur᷑ dilecti tui.Saluū fac dexte
ra tua & exaudi me,deus locutus est in sancto suo.Ex/
altabo᷑ & diuidā Sicimā, & conuallē᷑m tabernaculorū
dimetiar. Meus est Galaad & meus est Manasses,&
Ephrāim susceptio capitis mei.Iuda rex meus, Moab

A Si psalterium es,si cithara es,quare surdus es,& nō glo
rificas deum? *a* ¶ Exurgam diluculo.] Deus in tene/
bris benedici & laudari non potest:sed in luce benedici/
tur.Rem dico miram,Et si nocte surgimus,deum in luce
benedicimus.Nunquàm Christiano nox est:semp Chri
stiano sol iusticiæ ori
tur.Et hæc quidem se
cundum Iudæos dici
mus.Cæterum secun
dum altiorē sensum,
domin⁹ est qui canit
Paratum cor meum
Paratus sum hic, pa
ratus sum in futuro.
Saluo & in terris:salu
uo & in cœlis: hoc est
& angelos saluo & ho
mines.Exurge psalte
riū & cithara.Loqui/
tur dominus suo cor
pori:Psalterium & cithara qui descēdisti in infernum &
iacuisti:exurge & lauda dominum.Et uides quid dicit:
Non ipse qui mouet citharam & psalterium laudat, sed
ipsa cithara & psalterium,ipsa benedicunt patrem. Ille
enim de⁹ est,& ab alijs benedicitur & laudatur. Corpus
autem eius & homo quem suscepit,ipse laudat dominū
Vt autem sciatis quoniā propheta ex persona domini lo
quitur,& non ex memetipso hoc loquor: uidete quid se
quitur. *b* ¶ Confitebor tibi in populis dñe.] Populos
autem intellige Iudæos. *c* ¶ Et psallam tibi in nationi
bus.] De nobis dicit. Iudæos enim illos dicit,qui primi
ex Iudæis crediderunt.Et uidete ordinem:Primum lau
dat deum in populis,& postea laudat dominum in na/
tionibus.Primum enim ex Iudæis crediderunt, & post/
ea crediderunt ex gentibus. *d* ¶ Quia magna est mise
B ricordia tua super cœlos.] Non est creatura quæ nō in/
diget misericordia dei. Vniuersi misericordia dei indige
mus.Gabriel,Michael,Seraphim,Cherubim, potesta/
tes,dominationes:sunt quidem sanctæ,sed indigent mi/
sericordia creatoris sui,Non detraho angelis,sed creato
rem prædico:Siquidem ipsi angeli libenter audiūt præ/
dicari eorum cratorem.Et aliter possumus dicere: Quo
niam misericordia tua de terra leuat ad cœlos. *e* ¶ Et
usque ad nubes ueritas tua.] Vbi sunt Iudæi ubi sunt si/
miles Iudæorum:qui secundum literam tantum sunt in
telligētes? Quomodo usque ad nubes est ueritas dei? Fi/
Ioan.14.a lius dei dicit:Ego sum uia,ueritas,& uita,& descendit in
Baruch.3.d terris,& cum hominibus conuersatus est: Et quomodo
usque ad nubes ueritas tua? Manifestus est sensus: quod
de apostolis loquitur & de sanctis, ut imbrem suum nō
pluant super Iudæos,sed super gentes,sicut scriptū est:
Esa.5.b Mandabo nubibus meis,ne pluant super Israel imbrem
In istis ergo nubibus,ueritas dei est. Si autem in istis nu
bibus,ueritas dei est,quomodo Mōtanus dicit,& Cata/
phrygæ dicunt: quod nō est reuelatum apostolis, nobis
reuelatum est? *f* ¶ Exaltare super cœlos deus.] Deus
non exaltatur,nisi super cœlos: non exaltatur super ter/
ram. Quando terreni sumus,nō exaltamus deum. Si au
tem de terrenis facti fuerimus cœlestes, tunc exaltamus
deum,& dominus noster quando erat in terra,non nos
exaltauit. Dicat aliquis:Temerarie loqueris. Siquidem
Ioan.12.c ipse dicit in euangelio:Quando exaltatus fuero, omnia
trahā ad me. Vide quid dicat. Quādo exaltatus fuero in
cœlis,tunc omnia trahā ad me.Pius quidē est iste sensus
sed ego aliud intelligo. Quando exaltatus fuero, quā/
do crucifixus fuero,tunc omnes traham ad me. *g* ¶ Vt
liberentur dilecti tui.] O mira intelligentia, Propterea
crucifigitur dominus & exaltatur, ut liberentur dilecti
eius. Vt liberentur,inquit,dilecti tui.Exaltare super cœ/
los deus.Factum est quod petiuimus.Ille exaltatus est,
& nos liberati sumus. *h* ¶ Deus locutus est in sancto
suo.] Siue in templo,siue in unoquoq; sanctorum, siue
in prophetа,Auditur in Moyse:auditur in apostolo. Et C
uerius dico:Locutus est in filio suo. Quid ergo locutus
est deus? Hæc quæ sequunt. *i* ¶ Exaltabor & diuidā Si
cimam.] Propterea,inquit,crucifigor,ut diuidā Sicimā
Sicima interpretatur in nostra lingua,humeri Humeri
autem interpretātur,
opera. Sēsus ergo iste
est.Propterea crucifi/
gor,ut opera mea di
uidam sanctis meis:
Propterea crucifigor
ut iugum meū suaue
& onus meū leue im/
ponā super ceruices
hominum.Feci̇sti do
mine quod pollicit⁹
es.Exaltatus es,& di/
uisisti Sicimā. *k* ¶ Et
cōuallem tabernacu/
lorum dimetiar.] Ve
re dominus & saluator noster in hanc conuallem lachry
marum: in locū humilitatis nostræ subintrauit,hoc est,
in istum mundum: in quo quantumuis quiuis sanctus
fuerit,necdum cognoscit secundum quod oportet nosse I.Cor.13.b
Ex parte enim cognoscimus,& ex parte prophetamus.
l ¶ Meus est Galaad & meus est Manasses.] Gaudet do
minus noster atque saluator,habens plures diuitias.Ga
laad interpretatur,transmigratio.Gaudet ergo quando
populus ex gentibus migrauit,& uenit ad eum. Manas/
ses interpretatur,ex obliuione.Videte igitur quid dicit:
Filius ille qui accepit substantiam,& comedit eam,& ob Luc.15.c
litus mei erat,nunc memoratus est mei.Et dicitur Ma/
nasses,hoc est,ex obliuione:quia non est oblitus,sed re/
meauit ad suum patrem. *m* ¶ Et Ephraim susceptio ca
pitis mei.] Ephraim interpretatur, fructifer. Ephraim,
inquit,susceptio capitis mei.Susceptionem posuit nunc D
pro corona.Quod enim in capite ponitur, corona est,
& in scripturis diuersis nominibus uocatur.In alio loco
habet: Scuto circundabit te ueritas eius.Et in alio psal/ Psal.90.a
mo:Qui coronat te in misericordia & miseratiōibus.Si, Ibi.102.a
cut enim ibi posuit scutum pro corona,ita & hic susceptī
onem posuit pro corona.Videte ergo quid dicit:Factus
es Galaad,factus es Manasses,hoc est,migrasti ad domi
num,& post obliuionem remeasti ad patrē tuum. Esto
Ephraim,esto fructifer.Habeto opera bona,& postea e/
ris corona domini. *n* ¶ Iuda rex meus.] Videte in quā
ta gloria est, qui agit pœnitentiam.Iudas enim cōfessio
interpretatur, *o* ¶ Moab lebes spei meæ.] Grande my
sterium,in paucis uerbis agnoscitur.Rogo uos,diligen/
ter animaduertite: Si quidē & mihi qui loquor,& uobis
qui auditis,prodest.Moab interpretat᷑,ex patre: Ab,di/
citur pater:Mo,ex.Quis est iste ex patre? Qui pdidit pa
trem suū,qui reliquit suū patrē,qui non remeauit ad pa
trem proprium,nec est dignus uocari Manasses. Quis
est iste Moab? Inimicus domini,de cuius genere usque
ad quartam generationem & decimam & usque in secu/
lum non intrabit in ecclesiam domini. Quis est iste Mo/
ab? Qui ex immunda commixtione nascitur in spelun/
ca tenebrosa.Ex Lot enim & filiabus illius nati sunt duo
Moab & Amon:& Moab maior est filius. Videte ergo
quomodo in litera mysterium absconditur. In tenebris,
in spelunca:nō in sole,non in luce.Moab ergo diabolus
interpretatur: qui oblitus est patris sui. Denique & Abessa
lon,qui persecutus est patrem suum, interpretatur dia/
bolus.Iste ergo Moab, quomodo lebes spei domini est?
Lebes interpretatur, olla. Quomodo olla spei domini
est? Ergone credibile est: ut Moab qui interpretatur, dia
bolus,lebes spei domini sit? Quomodo spes domini est?
Dicat Apostolus: Quos tradidi satanæ, ut discant non I.Tim.1.d
blasphemare.Diabolus quasi quæstiōarius domini est.
Qui non recte ambulant ad deum,traduntur diabolo.
Quare? Vt pereant in æternum.Et ubi clemētia dei: ubi
miseri/

lebes ſpei meæ. In Idumæam extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ amici facti ſunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me uſq; in Idumæam? Nonne tu deus qui repuliſti nos & non exibis deus in uirtutibus noſtris? Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana ſalus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

In finem pſalmus Dauid. CVIII

DEus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me & expugnauerunt me gratis. Pro

A miſericors pater: ubi qui facit ſolem ſuum oriri ſuper iuſtos & peccatores, & pluit ſuper peccatores & iuſtos? Quod dicit, hoc eſt: Tradidi, inquit, peccatores diabolo, ut ab ipſo cruciati, conuertantur ad me. Dicitur & in Hieremia: Quid uides tu Hieremia? Ollam ſuccenſam, inquit Hier. 1.c Videte ergo quoniam in iſta olla mittuntur carnes. Hoc ſcriptum eſt in Ezechiel: Et mitte, inquit, carnes in ollam, ut molles fiant. Vt dura conuertantur ad deum: ut ex corde lapideo fiat cor carneum. Et ubi prius non poterat ſcribi propter duritiam: poſtea ſcribatur propter mollitiem. Succendam, inquit, hanc ollam, & excoquam carnes & oſſa, uſq; dum amittant omnem humorem & illuuiem. Et uidete poſtea quid dicatur: Et diſcant, inquit, quia ego dominus. Magna miſericordia, & magnum ſacramentum. Mittuntur carnes in ollam, ut excoquantur: & diſcant quia dominus eſt. Multa ſunt quæ dicantur de Moab & olla, ſed nunc longum eſt. a ¶ In Idumæam extendam calciamentum meum.] Idumæa interpretatur, terrena & ſanguinea. Miſericors deus non ſolum cœleſtia uult poſſidere, ſed & terreſtria. b ¶ Mihi alienigenæ amici facti ſunt.] De nobis dicit, qui ex gentibus credidimus. c ¶ Quis deducet me in ciuitatem munitam?] Nemo domine. Tu es enim qui dicis. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus uir non fuit mecum. Omnes enim declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Quis ergo deducet me in ciuitatem munitam? Nemo domine. Si quidem & Petrus qui promiſerat pro te mori, poſtea te negauit. Quæ eſt iſta ciuitas munita? Infernus, ubi includuntur impij: unde exire non licet. Et uere ex iſta ciuitate, niſi dominus uictor non exiit alter. Et uere ciuitas munita eſt iſta, Moyſes de iſta ciuitate exire non potuit. Iacob ſimiliter intrauit in hanc ciuitatem, & non eſt reuerſus. Denique dicit Gen.37.g ad filios ſuos: Lugens deſcendam ad inferos. Ad inferos autem deſcendit: quia necdum erat paradiſus à latrone apertus: Munita eſt iſta ciuitas ad egrediendum: aperta eſt autem ad introeundum. d ¶ Quis deducet me uſq; in Idumæam?] Vbi locus eſt pœnarum & ſanguinis. Idumæa enim interpretatur, ſanguinea. Locus occiſionis animarum, ubi multæ interficiuntur animæ. Nemo enim uictor deſcendit in infernum niſi tu ſolus domine. e ¶ Deus qui repuliſti.] Non dixit: qui repellis nos, ſed qui aliquando repuliſti nos. f ¶ Et non exibis deus in uirtutibus noſtris?] Hæc interrogatiue legenda ſunt. Et non exibis deus in uirtutibus noſtris? Qui paſſus es pro nobis, quare non adiuuas nos: ſed pateris conculcari nos à diabolo crudeliſſimo? Et non exibis deus in uirtutibus noſtris. Videte quid dicat: Non dixit: non exiſti, ſed non exibis deus in uirtutibus noſtris. Hoc uult dicere: Quando laboramus, tunc adiuuat nos deus. Non eſt enim uolentis neq; currentis, ſed miſerentis dei. Videte quid dicat: Non ait: non eſt iacentis neque dormientis, ſed miſerentis eſt dei: Sed uide quid dicit: Non eſt uolentis neq; currentis, ſed miſerentis dei. Si non ergo uoluerimus & cucurrerimus, deus nobis nihil proderit. Noſtrum eſt uelle & currere, & poſtea deus miſeretur. Athleta enim dormiens perdit uictoriam. g ¶ Da nobis auxilium de tribulatione.] Non dixi: da nobis auxilium de delicijs, ſed de tribulatione. Ad dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Non dixit: cum eſſem in delicijs clamaui, aut dormiens clamaui. Vis exaudiri à domino? Eſto in tribulatione: clama & exaudieris. Si quis ergo non eſt in tribulatione, auxilium domini inuocare non poteſt. b ¶ Quia uana ſalus hominis.] Maledictus homo qui ſpem habet in homine. Non eſt neceſſe hoc interpretari. Hæc ſententia omnibus patet. Aliquis ſpauit in imperatore: ſperauit in principe, in patre, aut matre: in aliquo negocio ſubito ſubtractus eſt ſpiritus eius in quem ille ſperauit, & euanuit ſalus eius. Non dixit: uana ſalus hominis, ſed ſalus eius qui ſperat in homine. i ¶ In deo faciemus uirtutem.] Non habeamus ſpem, niſi in domino tantum: Non dicamus: ſi illud mihi eueniat aut illud, unde habeo uiuere? Reſpondeo tibi quod maius eſt. Si perſecutio fiat, unde habes uiuere? Semper Chriſtiano perſecutio eſt, ſemper nuditas propoſita eſt. Nemo ergo debet de uita iſta deſperare, nemo timeat, nemo debet dicere: Si ſenuero, unde habeo uiuere: ſi infirmus factus fuero, unde uiuo? Chriſtum habes & times? Si uolatilia cœli paſcit, dubitas quod poſſit te paſcere? Diabolus paſcit ſuos hoſtes, & Chriſtus non paſcet ſuos ſeruos? Diabolus facit iudices huius mundi diuites, & Chriſtus non poteſt facere ut non mendices? Diabolus dat aurum, & gemmas, & Chriſtus panem non poteſt dare? Nos omnem ſolicitudinem proijciamus de cordibus noſtris, & dicamus: In deo faciemus uirtutem. Ipſe erit uirtus noſtra: ipſe panis noſter: ipſe erit rector noſter. k ¶ Et ipſe ad nihilum &c.] Ipſe nos coronat: ipſe pugnat nobiſcum: magis aut ipſe uincet in nobis. Quid enim dicimus? In deo faciemus uirtutem. Quando enim fortes fuerimus, ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Non dixit: pugnabit aut occidet, ſed ad nihilum deducet. Ideo eos ad nihilum deducet, ut ſi uoluerint fortes eos faciat, & glorificet eos. Benedicamus ergo deum: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen. l ¶ In finem pſalmus Dauid.] Quod dicit, in finem: intelligamus non de præſenti dici, ſed de futuro. Si autem de futuro dicitur, prophetia de Chriſto eſt.

DEus laudem meam ne tacueris.] Hoc eſt, Iudas me tradidit, Iudæi perſecuti ſunt, & crucifixerunt: & putauerunt me in finem perdere: Tu autem deus laudem meam ne tacueris. Vniuerſa eccleſia per ſingulos dies laudat dominum, & completa eſt oratio dñi dicetis: Deus laudem meam ne tacueris. Vide cuius dignitatis ſunt ſacerdotes Sacerdotes loquuntur, & in ſacerdotibus deus laudem filij ſui non tacet. m ¶ Quia os peccatoris &c.] Videamus quomodo os Iudæ proditoris apertum eſt in dominum. Venit ad dominum, ut eum tradat: & dicit, Rabbi, hoc eſt, magiſter. Ecce os peccatoris & os doloſi. Ego eum mea clementia uolo ſaluare: & oſculum illi porrigo: & uolo uincere malitiam eius, & ille permanet ad malefaciendum, ut me tradat. Specialiter intelligitur de Iuda: generaliter autem de Iudæis, in eo tempore quo dicebant: Crucifige, crucifige. Tale os peccatoris in dominum apertum eſt. Vt autem uideatis q; de omnibus Iudæis dixit, ex conſequentibus cognoſcetis. Quid enim dicit? n ¶ Loquuti ſunt &c.] Ego pro ipſis crucifigebar, & illi inſultabant mihi. Vulnera mea medicina eorum erat, & uidebar illis in deriſum. p ¶ Et ſermonibus odij &c.] Non ut credant, ſed ut expugnent. q ¶ Et expugnauerunt me gratis.] Dupliciter intelligitur gratis, hoc eſt, ſine cauſa. Nec enim peccaueram, & non merebar ut debellarent me. Quæ autem digna cauſa erat,

A ut expugnarent me? Quia ſanauerã ægrotos eorũ: quia mortuos reſuſcitauerã: quia alia ſigna fecerã, Videte ergo quoniã gratis expugnauerũt eũ. Et aliter intelligitur Voluerunt extinguere & delere nomen meũ, & tamẽ nõ potuerũt: Quãdo aliquis aliquẽ perſequit̃, & nihil proficit, & non implet deſiderĩũ ſuũ, gratis perſequitur. *a* ¶ Pro eo ut me diligerẽt, &c.] Pro beneficijs, quæ eis contulerã, ipſi cõtumelias mihi faciebant. Ego autẽ quid faciebã? Orabã. Hæc ſunt arma dñi: hæc ſint & noſtra arma, oratio. Si quãdo ergo nos perſequitur aliquis, & odit nos, dicamus: Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Ego autẽ quid faciebam? Orabam: Vt eos uincerem? Abſit. Dominus non orabat ut uinceret. Sed quid dixit? Ego autem orabam. Quid dicebã: Pater, ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciũt. *b* ¶ Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis.] In cruce poſitus, rogabam pro crucifigentibus me, & illi dicebãt: Vah qui ſoluis templũ, & in tribus diebus illud reædificas. Salua temetipſum. Si diligit te pater, ueniat nunc & liberet te. Ego pro ipſis ex mortuis reſurrexi, & illi dicunt: Diſcipuli illius uenerunt nocte, & furati ſunt eum. *c* ¶ Et odium pro dilectione mea.] Conſidera o Chriſtiane: conſidera o monache, ſi dominus perſecutorem ſuũ & proditorẽ oſculo ſuſcepit: & pro crucifigẽtibus eũ orat: nos pro fratribus noſtris quid facere debemus? *d* ¶ Conſtitue ſuper eũ peccatorẽ.] Quoniã rogaui pro ipſis in cruce, & uiderũt uulnera mea: Dedi eis locũ pœnitentiæ: & non agunt pœnitentiã: & me nolũt habere regẽ, habeant regem diabolũ: nolũt habere regẽ
B Ieſum, habeant regem Barrabban: qui interpretatur, filius patris: hoc eſt, diaboli. Barrabas iſte quis fuit? Seditioſus & latro. Et uere Barrabbã habẽt regẽ, & uſq; in hodiernũ diẽ ſeditioſum & latronẽ, qui occidit ipſos Iudæos Barrabbas latro, qui ſanguine delectatur, anteq; dominus crucifigeretur: antequã eũ crucifigerent Iudæi, incluſus erat. Negauerũt dominũ, & Barrabbas dimiſſus eſt. Ex eo enim tempore Barrabbas cœpit in eos habere poteſtatẽ: & ille dæmon qui eiectus fuerat de homine & de illa generatione, & perambulabat in deſerto, & locũ inuenire non poterat, adduxit ſecũ alios ſeptẽ dæmones peiores ſe, & intrauit in ſynagogã: & facta ſunt nouiſſima hoĩs illius peiora priorib⁹. Deniq; & ſynagoga Iudæorũ antequã crucifigeret dñm: erat quidẽ peccatrix, ſed unũ tantum habebat dæmonẽ. Crucifixit dominũ, & octo ſimul in eã dæmones ingreſſi ſunt. Impletũ eſt ergo quod dixit: Cõſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Quoniã à dextris eius ſtetit, propterea ſynagoga ſiccã habebat manũ dexteram, ſicut ſcriptũ eſt in euãgelio. Nos autẽ oremus ut dñs ſtet à dextris noſtris, diabolus autẽ à ſiniſtris. Scriptum eſt in Zacharia, Et oſtendit mihi dominus Ieſum ſacerdotẽ magnũ, ſtantem corã angelo domini: & ſatan ſtabat à dextris eius, ut pugnaret cũ eo. Si ergo à dextris diabolus ſtat, quomodo nũc de Iuda dicit: & diabolus ſtet à dextris eius? Sed uide quid dicit: Stabat diabolus à dextris Ieſu, ut aduerſaretur ei, hoc eſt, dexteræ eius aduerſari uolebat. Hic autem nõ dicit, quia pugnare uult: ſed quia iam uicerat Iudam. Diabolus ibi cõtra dexterã deſiderat pugnare: hic autẽ dominatus eſt dexteræ Iudæ. Sed & hoc cõſiderandũ. In illo tẽpore ſtabat à dextris domini, ut aduerſaret̃ ei: qñ Ieſus habebat ueſtimẽta ſordida. Sic enĩ & ibi ſcriptum eſt, Ieſus habebat ueſtimenta ſordida. Quãdiu habet dominus Ieſus ueſtimenta ſordida: tam diu ſtat diabolus à dextris eius: quamdiu portat peccata noſtra: in peccatis noſtris aduerſatur illi diabolus. Quãdo autem

Zach. 3. a

eo ut mẽ diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam. Et poſuerũt aduerſum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Conſtituẽ ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratiõ eius fiat in peccatum. Fiãt dies eius pauci, & epiſcopatũ eius accipiat alter. Fiãt filij eius orphani, & uxor eius uidua.

dicitur in Zacharia: Tollite ueſtimẽta eius ſordida, & induite eum mutatorijs: cõtinuo dicit Ieſus ad diabolum: Increpet dominꝰ in te ſatanas: increpet te qui elegit Hieruſalem. Hoc totũ ideo diximus: quia ſcriptum eſt: Et diabolus ſtet à dextris eius. *e* ¶ Cum iudicatur, exeat cõdẽnatus.] Non uenit in iudiciũ, ſed in cõdemnationẽ. Vbi enim iudiciũ eſt, ibi cõdẽnatio: ubi autẽ cõdẽnatio, iam manifeſta eſt ſentẽtia. *f* ¶ Et oratio eius fiat in peccatum.] Pœnitentia Iudæ, peius peccatũ factum eſt. Quomodo peius peccatũ factum eſt pœnitentia Iudæ? Iuit, & ſuſpendio periit. Et qui proditor domini factus eſt, hic & interemptor ſui extitit. Pro clemẽtia domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit dominũ, quia ſe ſuſpendit, quàm quod dominũ prodidit. Oportebat orationẽ ipſius eſſe in pœnitentiã, & uerſa eſt in peccatum. Vides Hæreticum orantẽ: uides Iudæum: uides Manichæum: licet ieiunent: licet orẽt, tamẽ oratio ipſorũ uertitur in peccatũ. *g* ¶ Fiãt dies eius pauci.] Dies eius pauci facti ſunt: noctes uero creuerũt. Receptus eſt enim in dimidio dierũ ſuorũ. Sol ab ipſo receſſit: & ecce tenebræ ei multiplicatæ ſunt. *h* ¶ Et epiſcopatũ &c.] Hoc & in Actibus apoſtolorũ manifeſtius interpretatũ eſt. Non ſolũ autẽ in illo tẽpore de Iuda dictũ eſt, ſed uſq; hodie dicitur, & uſq; in diẽ iudicij. Si ipſe Iudas apoſtolatũ perdidit, cuſtodiant ſe ſacerdotes & epiſcopi, ut nõ & ipſi ſuũ ſacerdotiũ perdãt. Si apoſtolus cecidit, facilius monachus poteſt cadere. Virtus nõ perit, licet homo cadat & pereat, tamẽ dominus denarios ſuos dat ſub fœnore. Si ille nõ duplicauerit, accipit̃ pecunia
D eius, & dabitur habẽti. Pecunia dñi, ocioſa eſſe nõ poteſt. *i* ¶ Fiant filij eius orphani, &c.] Videte quia ſacramẽta ſunt quæ dicũtur. Filios Iudæ quos putas? Iudæos: Et Iudæi dicunt̃ nõ ab illo Iuda ſancto, ſed ab iſto proditore. Ex illo ſancto nos ſumus Iudæi, ſpirituales, ex illo autẽ proditore iſti ſunt Iudæi carnales. Deniq; duo ſunt apoſtoli, qui uocãtur Iudæ uocabulo. Vndecimus apoſtolꝰ eſt, qui dicitur Iudas Iacobi. Duodecimus aũt eſt, & nouiſſimus, qui uocatur Iudas Iſcariotes. Ex illo ergo Iuda Iacobi, nos dicimur Iudæi ſpirituales, ex iſto aũt Iſcariote, illi dicũtur Iudæi carnales. Ille Iudas pater noſter dicitur Iacobi, hoc eſt, Iudas filius ſupplãtatoris. Nos enim ſupplãtauimus populũ Iudæorũ: & accepimus primitiua illorũ. Illi autẽ ex Iſcariote dicũtur, quod dubiũ eſt, an patrẽ ſignificet an uillã eiꝰ. Cæterũ quomodocũq; interpretatus fueris, merces interpretatur & preciũ. Igitur Iudas qui proditurus erat dominũ & preciũ acceptur⁹, de precio nomẽ accepit. Licet reddiderit preciũ ſacerdotibus Iudæorũ, ſed tamen illi cõdemnant eũ, quoniã nolunt recipere preciũ ſanguinis. Videte diſſenſionẽ phariſæorum, & infelicitatẽ Iudæ. Si bene emiſtis ſanguinem Ieſu, quare non recepiſtis pecuniam ueſtrã? Si autẽ non uultis recipere, quoniã precium ſanguinis eſt: oſtenditis uosmetipſos iniuſte & inique effudiſſe ſanguinẽ. Sed uide quid faciunt: Ipſam, inquit, pecuniã non mittunt in corbonam, ſed emunt ex ipſa agrum, & appellant eũ Acheldemach, quod interpretatur, preciũ ſanguinis. Quare illum emũt? In ſepulturam peregrinorum. Nos beati quibus de precio ſanguinis domini ager emitur. Et uxor eius uidua. Synagoga, quæ prima facta eſt uxor dei, de qua dixit, Et dedit illi libellum repudij. Et iterum, Recepi eam, & dixi illi: Conuertere ad me. Illa ergo ſynagoga repudium accepit à ſaluatore, & facta eſt uxor Iudæ proditoris. Denique quid fecit? Non accepit dotem, ſed ditem marito ſuo dedit. Iterum autem ille miſerrimus Iudas qui prodidit dominum, non uult accipere malam dotem

Act. 1. d

Deut. 24. a
Hiere. 3. c

Nutantes transferantur filij eius & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõspectu domini, & peccatũ matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum, prõ eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elõgabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut uestimentũ, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut uestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominũ, & qui loquũtur mala aduersus animam meam. Et tu dñe dñe fac mecũ propter nomen tuũ: quia suauis est misericordia tua. Liberã me quia egenus & pauper sum ego, & cor meum conturbatũ est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum, & excũssus sum sicut locustæ.

A dotem, sed reddit meretrici uxori malam dotem, quam accepit ab illa. Et quid dicit? Displicuisti priori tuo marito, repudiauit te & proiecit: & dedit tibi libellum repudij. Ego nolo te habere in uxorem. Dedisti mihi preciũ, & decepisti me. Et quæ interfeciſti dñm deum tuũ, interfi cies & me. Non pos sum enim in scriptura inuenire, quod Iudas habuerit aut uxorẽ aut filios. *a* ¶ Nutantes transferãtur filij eius & mendicẽt.] Diligenter considerate: siquidem difficilia sunt quæ sequuntur. Ex illo tẽpore ex quo dñs crucifixus est, ex tunc semper mouentur Iudæi, nõ stant in suo loco. Denique dicitur & de Cain. Et exijt, inquit, Cain à facie dei, & habitauit in terra Nod. Nod autẽ interpretatur cõmotio. Quia egressus fuerat à facie dei Cain, recte nõ stetit: sed habitauit in terra Nod, hoc est, in commotione. Ita igitur & isti, quoniã crucifixerunt deum & dñm suum, nutantes transferentur. Nõ enim sunt in suis locis, sed in toto orbe diuisi sunt. Mendicitatem hic dicit diuitiarum spiritualiũ. Non enim habent prophetas, non habent legem, non habent sacerdotium, non habent sacrificium, sed uere mendici facti sunt. *b* ¶ Scrutetur fœnerator omnẽ substãtiam eius.] Dedisti illi pecuniã domine, dedisti illi sicut & alijs. Ille autem quid fecit? Non ligauit in sudario, & non infodit terræ, & negligens fuit, ubi habuit talentum & pecuniam domini, accepit precium ab inimicis domini, & uendidit dominum suum. Propterea tibi dico: Domine exige ab illo fœnus pecuniæ tuæ. *c* ¶ Et diripiant alieni labores eius.] Fœneratur dominus, manifeste exigit: & quid factũm est? Alieni diripient labores eius. Siue de omnibus Iudæis generaliter intelligimus: quia uastati sunt à Romanis. Siue specialiter, quod à dæmonibꝰ direptus est Iudas, & ipse populus. *d* ¶ Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.] In illo tempore non habuit populus Iudæorum adiutorem. Respondete mihi ò Iudæi. Fuistis in Babylonia, habuistis ibi prophetas, Daniel, Ezechiel, & reuera idololatræ eratis. Septuaginta annis fuistis in captiuitate: & postea ueniſtis in propria. Ecce nũc quadraginta anni, quare non est missus ad uos propheta? In illo tempore idola colebatis, & miserebatur uestri deus. Nũc autem non colitis idola, quare dereliquit uos dominus? Ecce quadraginta anni sunt. Sed tũc dereliquistis dominum & idola colebatis: nunc autem dominum crucifixistis, & interfeciſtis: & ideo nõ erit uobis adiutor. *e* ¶ In generatione una deleatur nomen eius.] O prophetia, ò sacramentum prophetiæ. In generatione una deleatur nomen eius. Post passionem domini, quadraginta duo anni transierunt, & populus ille deletus est. Siquidem perfecta ætas: quadragesimo anno uenit. Post passionẽ ergo domini, quadragesimo secũdo anno deleta est Hierosolyma. Videte ergo quoniã in generatione una deletum est nomen eius. Sed & in hoc clemẽtia est dñi. Crucifixerunt eum: & quadragintaduos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego simpliciter dico: Propterea interfecit eos post quadragintaduos annos: quia ex illis qui crucifixerunt dominũ, nemo remanserat ex eis. Iudas maledicitur, ut in Iuda Iudæi maledicantur. *f* ¶ In memoriã redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini.] Peccauerunt in deserto, dimisisti eis. Nũc reputat illis quod tũc peccauerunt, quoniã dominum crucifixerũt. Siue aliter interpretemur: Et reputat illis crudelitatem homicidiorum eorũ, & nihil eis dimittit. *g* ¶ Et peccatũ matris eius non deleatur.] Quæ est mater Iudæ? Hierusalem, quæ in sanguine gaudet, quæ occidit prophetas, & ipsum dominũ suũ. *h* ¶ Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.] Videtis quãta clemẽtia dñi est. Videt eum cum ministris ueniẽtem: uidet eũ uenientem cum fustibus, & porrigit illi osculum. Ille uenit ad prodendũ, & dominus osculum dat: ut qui magistrum nõ timuit, uel clemẽtia uinceretur. *i* ¶ Et persequutus est hominem inopẽ & mendicũ.] Qui cũ esset diues, propter nos pauper factus est. Dñs inopem se dicit & mendicũ, & quis in diuitijs suis gloriatur? Habetis cõsolationẽ pauperes, & dñs uobiscũ pauper est. *k* ¶ Et cõpunctũ corde mortificare.] Quid est quod dixit, cõpunctũ corde mortificare? Quod in euãgelio dixit: Tristis est anima mea usq; ad mortẽ. Et iterũ quando dixit: Pater, si possibile est trãseat à me calix iste: Aliter: Hoc dolebat mihi, & cõtristabar *p* persequẽtibus me: quia nolebãt pœnitẽtiam agere. Ego in cruce pendebã: & sanguine meo lauabam sordes eorũ & ipsi nolebant agere pœnitentiã. Hæc erant lachrymæ, hæc cõpunctio, quoniam persequentes me nõ potui saluare. *l* ¶ Libera me, quia egenus & pau. &c.] Dñs se pauperẽ dicit, ut pauperes cõsolaretur. Cũ hominibus pauper factus est, ut saltem nemo pauperem despiceret. *m* ¶ Et cor meũ conturbatũ est intra me.] Videte quid dicat: Et cor meũ cõturbatũ est intra me. Ipsum est quod alibi dicit: Turbatus sum, & nõ sum loquutus. Quod turbor, hominis est: uincere autem turbationẽ & iram, hoc magnæ uirtutis est. Propterea dicit & propheta: Irascimini, & nolite peccare. Irasci, hominũ est: non remanere in ira, Christiani est. *n* ¶ Excussus sum sicut locustæ.] Ego quidẽ ueneram, ut protegerẽ populũ meũ, & dixi: Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos q̃ ad te missi sunt, quotiẽs uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas. Ego uenerã ut gallina ad protegẽdũ eos: illi aũt inimicissima mẽte susceperũt me. Ego uenerã ut mater: & illi quasi homicidã suũ me interficerũt. Excussus sum. Quid est hoc? Persecuti sunt me, & interficerũt me. Persecuti sunt me de Nazareth. Veni in Capharnaũ, persecuti sunt me. De Capharnaũ iui in Bethsaidã, & inde me p̃secuti sunt. Veni in Hierusalẽ, nolebã recedere à populo meo, & inde me p̃secuti sunt

Gen. 4. c

Matth. 26. d

Psal. 76. a

Psal. 4. a

Matth. 23. d

A & sic me habebant quasi locustas. Et quid feci? Iratus sum, defendi memetipsum: maledixi eos, & dereliqui illos? Nec unum horū feci: sed quid feci? Oraui pro ipsis. a ¶ Genua mea infirmata sunt à ieiunio.] Habeto cōsolationem ò monache, ieiunādo: siquidē & dominus hoc fecit. Ego dico quod quādo ieiunat monachus, fortior fit ieiunio. Et quando infirmantur genua eius ieiunio, tūc maxime roboratur. b ¶ Et caro mea immutata est propter oleū.] Rem uideor difficilem dicere: & secundum literam interpretor: ut ædificem audientes: Aedificat enim me littera. Bonum est ieiunare, bonum est fugere delicias. Antequā ueniam ad spiritualē intelligentiam, miror in litera quod dicit oleum se mādu

Genuā mea infirmata sunt à ieiunio, & carō mea immutata est propter oleum. Et egō factus sum opprobrium illis, uiderūt me & mouerūt capita sua. Adiuua dñe deus meus, saluūm me fac propter misericordiam tuā. Et sciēt quiā manus tua hæc, & tu dñe fecisti eā. Maledicēnt illi & tu benedices, qui insurgūt in me confundantur, seruus autē tuus lætabitur. Induātur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo, & in mediō multorū laudabo eum. Qui astitit à dextris pauperis, ut saluām faceret à persequētibus animā meam.

care. Longe est à cæteris desiderijs. Hoc totum dixi, quia dixit: Et caro mea immutata est propter oleū. Hoc aliter interpretatus sum. Cæterum quod dicit, hoc est: Oleū, imago claritatis est: oleum quasi esca est luminis. Ita igitur & Iudæi acceperunt à me oleum, acceperunt uitam, acceperunt lumen. Ne quis existimet, quod oleum dicat pro misericordia: in Hebræo significat intelligibile oleū. Immutatus est, nō in gaudium, sed in tristitiā: nō ut pulchrior inueniatur, sed ut fœdior appareat. Propterea di-
Esa. 53.4 cit: Vidimus eum, & non habebat pulchritudinē. Quare? Quia caro ipsius immutata est propter oleū. Non ha-
B bebat delitias corporis, sed dei spiritus. Et nos ergo quādo ieiunamus, quando facies nostræ pallidæ sunt, quando fœdi uidemur, cognoscamus nosmetipsos tunc pulchriores apparere Christo. Tales diligit milites Christi, qui ieiunijs uacent. Annona nostra & esca, ieiunium est. Quare? Quia in ieiunio uictoria est: & in uictoria trium-
1.Cor.4.b phus. Denique & Apostolus non in saturitate, sed in infir-
2.Cor.12.c mitate gloriatur. Quādo enim infirmor, tūc fortior sum. c ¶ Et ego factus sum opprobriū illis.] Vocabāt enim
Ioan.8.f me Samaritanū, & dicebant: In Beelzebub principe dæ-
Luc.11.b moniorum eijcit dæmonia. Nōne hic est filius Ioseph fabri? Nōne fratres eius & sorores omnes apud nos sunt? Et iterū: Qui soluis templū, & in tribus diebus ædificas
Matth.15.g illud. Et iterū: Videamus si uenit Helias saluare eum. Ille
Marc.15.c uocabat: Eli, eli, quod est, deus meus, deus meus: & illi Heliā putabāt. Videte ineruditos Iudæos. Filius dei Heliæ auxilium petebat? d ¶ Viderunt me & mouerūt capita sua? Quia & pedes iā mouerant. e ¶ Saluum me fac secūdum misericordiā tuam.] Dicit & in euāgelio: Potestatē habeo ponēdi ani-
Ioan.10.d mam meā, & iterum resumēdi eam. Et iterum: Nemo tollit eam à me. Et quomodo misericordiā petit? Ipse misericordiam petit, & ipse tribuit. Ipse ut homo rogat, & ut deus tribuit. f ¶ Et sciāt quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam.] Quid est quod dicit: Et sciāt quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam? Intelligant Iudæi quoniam ipsi nō prævaluerunt in me, sed mea & tua uoluntas facta est ut patiar, & ego uolui pati: propterea dico secundū quod homo sum, deus meus, ut facerem uoluntatem tuam, uolui: & tua uoluntas erat & mea ut patiar, non illorum. Ergo non insidiæ & fortitudo fecit: sed ego & tu uoluimus ut patiar. Tu enim percussisti pastorem tuum, & oues dispersæ sunt. Hoc scriptum est in Za-
Zach.13.c charia: Percutiam pastorem, & dispergētur oues. Quod
Matth.18.a ut patiar, mea uoluntas fuit & tua. Quod tu uoluisti, & ego uolui. Oportebat uenire scandalū, sed uæ per quem uenit. g ¶ Maledicent illi & tu benedices.] Vsque hodie hoc fit: Illi maledicunt in synagoga, & dominus benedicit in ecclesia. h ¶ Qui insurgunt in me, cōfundantur, seruus autem tuus lætabitur.] Illi insurgunt in me: ego autem seruus tuus lætabor. Quare aūt seruus tuus? Quoniam qui cum in forma dei esset, non rapinam arbi- Phil.2.d tratus est esse se æqualem deo, sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. i ¶ Induātur qui detrahunt mihi pudore.] Valde nobis prodest intelligere quod dicimus Clementia dei in hoc apparet, in dicendo induātur. Nō dicit, pereant: non dicit, deleātur in æternum. Sed quid dicit? Confundantur, hoc est, intelligāt errorem suum & confundantur, & deficiant in pœnitentia. Qui induitur pudore, prope est saluti. Si quis enim uere confunditur, incipit pœnitere. Considerate ò monachi, si aliquādo habueritis aliquid contra fratrem uestrum, semper pro ipso rogare debetis dominum. Dominus crucifigitur, & pro crucifigentibus rogat. Vos autem si audieritis uerbum malum, ne teneatis iram. Sol Ephe.5.f non occidat super iracundiam uestram. k ¶ Et operiantur sicut diploide confusione sua.] Diplois, genus est pallij. Denique & in Hebraico מעיל, mail dicitur. Diplois ideo, quia duplex est palliū. Propterea ego dico tibi dñe: Inimici mei sunt Iudæi: persecuti sunt me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blasphemauerunt me. Indulge illis: quoniam ego qui passus sum, ro- D go pro ipsis. Et quid rogo? Erubescant & confundātur, & sic saluentur. Nudauerūt me tunica mea, & suam perdiderunt. Da illis confusionem, da illis ignominiam, & habeant duplex pallium: hoc est, ne simplicem habeant confusionem, sed duplicem: ut magis agant pœnitentiam. Non dicit contra Iudæos, sed pro ipsis dicit. Creator enim est & illorum & noster: non enim eos omnino eradicauit. Vultis scire? Petrus ex ipsis erat: & omnes apostoli ex ipsis erāt. Nos in radicem ipsorum inserti sumus. Nos rami sumus, illi radix. Non debemus maledicere radicibus: sed debemus orare pro radicibus nostris. Qui inserti sumus in radicē, deprecemur dñm, ut sicut hi rami salui facti sunt, sic & radix saluetur. Forte aliquis dicat: Tu pro Iudæis oras blasphemis? Ora dñm pro ipsis. Si enim ipse persecutorū suorū misereatur, quāto magis mei misereat? l ¶ Cōfitebor dño nimis in ore meo.] Hoc post resurrectionē dicitur, & de futura ecclesia cāta-
tur. m ¶ Et in medio multorū laudabo eum.] Nō enim in Iudæa solū, sed in uniuerso orbe, in ecclesia laudabo te. n ¶ Quia astitit à dex. &c.] Diabolus ad dexterā Iudæ stetit. Cæterum mihi dominus stetit ad dexteram. o ¶ Vt saluam faceret à persequentibus animā meam.] Matth.26.d Animā, inqt, saluabit. Et alibi dicit: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Qui tristis est, sensum habuit. Insensibilis enim anima, sensum nō habet. Insensibilis anima non habet sensum neq; dolorem. Vbi enim dolor est & tristitia, ibi sensus est. Si ergo habuit tristitiam, si habuit dolorem: ergo habuit & sensum doloris. Si ergo uoluerint nobis dicere: propterea non dicimus eum habuisse sensum, ut non uideatur habere peccatum. Nos illis respondeamus. Habuit corpus sicut & nos, aut non habuit? Si dixerint, habuit: respondeamus illis, ergo habuit & passiones corporis nostri. Intelligat unusquisq; quod dico. Si autē negauerint eū habuisse passiones corporis: ergo dicimus illis quod nec corpus habuit. Et nos dicamus illis: Sicut corpus habuit uerū, sicut & nos: & nō habuit peccatū

A peccatum corporis: ita & animam ueram habuit, & peccata animæ nō habuit. Nos ergo cōfiteamur uerum corpus eum habuisse & ueram animā. Si enim non suscepit dns cūcta quæ hominis sunt, nō saluauit hominē. Si autē suscepit corpus, animā autem non suscepit: ergo corpus saluauit, animā autē non saluauit. Nos autem uolumus magis saluari animā nostrā, quàm corpus. Suscepit ergo Iesus & corpus & animam, ut utrunq; saluet, ut perfectum hominē saluet, sicut & eum cōdidit. Si ergo dicunt illi: qa ideo dominus nō accepit sensum, ut nō peccaret, & hoc putant quod quicūq; sensum habuerit humanū, uincere eum nō potest. Dicant nobis: Ioānes baptista habuit sensum, an nō habuit? Illo tēpore quo erat in deserto peccauit? Vtiq; dicunt quia nō peccauit. Denicq; & dns noster dicit. Amen dico uobis: non fuit inter natos mulierū maior Ioāne baptista. Petrus habuit sensum, an nō habuit, & cæteri sancti apostoli? Si ergo apostoli uicerūt sensum humanū, dominꝰ timuit accipere sensum, ne uinceretur ab illo? Et dum uolūt glorificare dominū, detrahunt illi. Quomodo illi detrahūt? Vt uideatur timere dominus, quod apostoli non timuerūt. Nos ergo gratias agamus omnipotenti deo, & dicamus: In sensu tuo non habuisti peccatum. Et uenit princeps huius mūdi, & inuenit in te nihil. Ita ergo præstes nobis. Sicut in tuo sensu uicisti diabolum, & in sensu nostro uince diabolū: ut quēadmodū perfectos nos creasti, perfectos & salues nos. Tu enim es creator, tu es magister, tu es dns, tu es & qui pro nobis passus es: qui uiuis & regnas in secula seculorū. Amen.

Psalmus Dauid. CIX

DIxit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis tuæ emittet dns ex Sion, dominare in medio inimicorū tuorum. Tecum principiū in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex uterō

B a ¶ Psalmus ipsi Dauid.] Iste psalmus uocē uatis continet de Christo loquētis. Ait ergo propheta: CIX

DIxit dominus dño meo, sede à dextris meis.] Dauid est qui loquitur, propheta, uir sanctus, rex. Rex ergo quid dicit? Rex & propheta quid dicit? Dixit dominus domino meo. Istum locū saluator in euangelio exposuit, dicens: Si Christus est, inquit, filius Dauid, quomodo in spiritu uocat eum dominū? Vides ergo quid dicat: Si filius est Dauid, quomodo uos dicitis: quomodo in spiritu uocat eum dñm? Dicat aliquis: Ergo nō est filius Dauid? Hoc dicebat de pharisæis, qui simplicem filium Dauid confitebantur Christum. Ego ad Iudæum & Fotinū hoc ipsum dico: Si filius est Dauid, quomodo uocat filium suum dominū? Qui autem dominū deum confitetur & dei filium (uerbi gratia: Manichæus qui negat illū filium Dauid) apud illum probo quod filius Dauid est. Nobis ergo qui filius dei est, ipse est & filius Dauid. Nō alius filius dei, & alius filius Dauid. Non facio duas personas in deo & homine, sed ipse qui filius dei, ipse est & filius Dauid. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. In Hebræo primum nomen domini, his literis scribitur: quibus de deo tantum scribitur. Secundum uero nomen domini his literis scribitur: quibus solent homines dominum uocare: quomodo & à quibusdam uocatur dominus à seruo, & reges uocantur domini. Vide ergo quid dicat: Dixit dominus domino meo. Huic domino, cui præcipitur ut sedeat. Deus non sedet, assumptio corporis sedet. Huic ergo præcipitur ut sedeat qui homo est, qui assumptus est. Hoc aduersus Arianos dicimus, & aduersus eos qui dicunt: maior est pater qui iubet ut sedeat, quàm ille cui iubetur. Omnia euāgelia personant de persona hominis, & nunc nō necesse est approbatio: quia omnia quæcunq; uilia uidentur, referuntur ad hominem, referuntur ad carnem. Nunc de psalmo dicamus. c ¶ Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion.] Virgā in Hebræo non tam habet, quàm sceptrū: hoc est insigne regiæ potestatis. Virgā uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Ex Sion enim egreditur lex: & uerbum domini ex Hierusalem. d ¶ Dominare in medio inimicorū tuorum.] Non dixit, interfice inimicos tuos, sed quid? Dominare in medio inimicorū tuorum. Inimicis tuis fac: ut qui alieni fuerant, tui esse incipiant. Dominare in medio inimicorum tuorū. Inimici tui, de quibus scriptū est in sexagesimoseptimo psalmo: Lingua canū tuorum ex inimicis ab ipso. Isti sunt inimici, qui in aliena erāt potestate. Nūc ergo hoc precatur psalmista: Inimicis tuis dominare, dignare esse dominus inimicorū tuorum. e ¶ Tecum principiū in die uirtutis tuæ in splēdoribus sanctorum.] Versiculus obscurus est. Videamus diē uirtutis domini: ut cum scierimus diem, tūc sciamus quod sit principiū: & hoc principiū quomodo cum eo sit, & cum eo fuerit: quomodo hoc ipsum principium in die uirtutis eius in splēdoribus sanctorum est. Hoc ergo principiū quod est cū domino in die uirtutis eius: ideo est cum dño, ut splendeant sancti. Tecum principium in die uirtutis tuæ. In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Pater principium, sed & filius principium. Principium enim non habet principiū. Si enim habuerit aliud principiū, iam ipsum desinit esse principium. Quicquid ergo dederimus patri, hoc damus & filio. Si enim pater in filio, & filius in patre: & omnia patris, filij sunt: & omnia filij, patris sunt: & principium patris, principiū filij est. Ergo quod dicit, hoc est: eo tēpore quo patiebaris, & dicebas: Pater in manus tuas cōmendo spiritum meū: quasi de hominis loquebaris affectu, nō quasi imbecillis rogabas. Tecū enim erat principiū: tecū enim erat diuinitas: sed propterea deprecabaris auxilium, ut accepto auxilio, dares sanctis tuis, & illi splēderent. Hoc quod dicitur: accipiens dares, nulli scandalū faciat, secūdum hominē loquitur. Si enim hominis corpus assumpsit, necesse est ut & hominis uerba suscipiat. Homo est Christus: & uere homo est, secundū assumptionē carnis dicimus. Si ergo homo est secūdū corpus, uides corpus & non scādalizaris, & miraris si hominis uerbis loquitur? Si autē te scādalizat uilitas corporis, & crux, & iniuriæ, & alapæ, & flagella, & omnis iniuria crucis: si te hoc scandalizat, reuertere ad principiū, & non scandalizaberis. Dicit enim pater ad filium: f ¶ Ex utero ante luciferū genui te.] Miraris si dns noster atq; saluator qui uere hominē assumpsit, loquitur secūdū hominē: cum ipse deus pater qui nō assumpsit hominē, loquitur quasi homo: Ex utero ante luciferū genui te? Non habeo uterum, sed nō possum me aliter indicare patrē, nisi hominis uerbis locutus fuero. Ex utero ante luciferū genui te. Ex utero, de mea substantia. Ex utero. Audi Eunomi: audi Ari. Si creatura est dns, si factura, nūquid artifex generat opus suū: Nunquid artifex filiū uocat opus suum? Artifex carpētarius fecit scamnū: Nūquid de utero illius genera uit? Nunquid dicit ei, de utero meo genui te ò scamnū? Non utique hoc dicit. Sed quid dicit? Ego te feci manu mea. Quando autem uterus dicitur, filius significatur, & filius nō adoptatus. Vocātur enim & filij adoptati. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Ibi dedit eis potestatem. Hic uero de utero genera uit: de sua natura, de suis uisceribus, de sua substantia. Ex utero, hoc est, de medullis diuinitatis suæ. Totum quicquid pater est in diuinitate dedit filio, quem genera uit. Ex utero ante luciferum genui te. Ante luciferum. Hoc schema, Græce dicitur σωνεκδοχή, quod dicūt Grāmatici, à parte totū. Qñ ergo dicitur, ante luciferū, unā creaturam nominat, & omnes indicat creaturas. Quādo dicit

Matth. 22. d

יְהוָה אֲדֹנָי

A dicit, ante luciferum: nos sic intelligamus, quasi dixerit, ante lunam, ante solem, ante omnẽ creaturam. Ex utero ante luciferũ genui te. Ante luciferum. Ante istum lucifer-
rum qui uidetur in mundo, uera lux genita est. Vnde di-
Psal.35.c cit in alio loco psalmus: In lumine tuo uidebimus lumẽ.

ante luciferum genui te. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec. Dominus à dextris tuis, confrẽgit in die iræ suæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. De torrẽte

Sermo est ad patrẽ: O pater in lumine filij, uidebimus lumen spiritum sanctum. Ex utero ante luciferum genui te. a ¶ Iurauit dominus & non pœnitebit eum.] Iurauit dns. Hoc quod dicit, iurauit: non ei qui ante luciferum genitus est: sed ei iurauit, qui post luciferũ natus ex uirgine est. b ¶ Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedek.] Superfluum est nos de isto uersiculo uelle interpretari, cũ sanctus Apo-
Heb.7.a stolus ad Hebræos plenissime disputauit. Ipse enim ait: Iste est Melchisedec, sine patre, sine matre, sine generatione. Et interpretatur ibi diligẽtissime: quare sine patre, sine matre, sine generatione. Et ab omnibus ecclesiasticis dictum est: quoniam sine patre dicitur secũdum carnẽ, sine matre dicitur secundum deum. Hoc solũ ergo interpretemur, Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedec. Hoc solum dicamus, quare dixerit secundũ ordinem. Secũdum ordinem: nequaquam sacerdos eris secũdum uictimas Iudaicas, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedec. Quomodo enim Melchisedec rex Salem obtulit panem & uinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinẽ, uerum panẽ & uerũ uinum. Iste Mel-
chisedec ista mysteria quæ habemus, dedit nobis. Ipse
Ioan.6.f est qui dixit. Qui mãducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum. Secundum ordinem Melchisedec tra-
B didit nobis sacramentũ suum. c ¶ Dominus à dextris tuis.] Rem nouam uideo. Dicitur in principio: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: & nunc dicitur ad eum, dominus à dextris tuis. Si ipse ad dexteram patris sedet, quomodo rursum pater sedet ad dexteram filij? Quando enim dicitur: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: manifestissime dicitur, quod ad dexteram patris sedet filius. Quando autem dicitur: Dominus à dextris tuis: hoc dicitur, quod ad dexteram filij sedeat pater. Hoc totum propterea dicitur, ut æqualis sit filius patri. Multa sunt quæ dicantur. Peccatori autẽ diabolus stat à dextris. Cæterũ illa disputatio alia est. Quicunque peccator est, diabolus ei stat ad dexteram. Sed
Zach.3.a dicet aliquis: Quomodo & Iesu filio Iosedech in Zacharia dicitur stare diabolus à dextris eius, & diabolus stetit à dextris saluatoris? Videtis quia quæstio est. Sed eo tempore quando stabat diabolus ad dexteram saluatoris: Iesus, inquit, habebat uestimẽta sordida. Nostra peccata portabat, nostris uitijs inuolutus: propterea diabolus stabat à dextris eius. d ¶ Cõfregit in die iræ suæ re-
Matth.4.a ges.] Hæc omnia tradita sunt mihi. In momento, inquit, horæ monstrauit ei uniuersa regna terræ. Regna mundi, diabolus monstrat. Et quid dicit? Hæc omnia mihi tradita sunt. Si cadẽs adoraueris coram me, erunt tua omnia. In die ergo belli, in die certaminis, confringet reges iræ suæ. e ¶ Iudicabit in nationibus.] Videte differẽtias: Reges confringuntur, iudicabit nationes. f ¶ Implebit ruinas.] Dominus noster ascendit in crucem, & multæ ruinæ factæ sunt. Iste positus est in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Implebit ruinas. Non credentium, qui non crediderũt exploratoribus apostolis. Et Moyses enim misit explora-
tores in mundum. Et quia non credidit populus exploratoribus, propterea ceciderunt in deserto. Vsq; hodie corpora non credentium cadunt in deserto istius seculi.
g ¶ Conquassabit capita in terra multorum.] Implebit ruinas non credẽtium, cõquassabit capita eorum qui dubij sunt: eorum qui non habẽt perfectam fidem. Con- C
quassabit capita in terra multorum, non omniũ. Si enim dixisset, omniũ: nullus de nobis spem haberet. Multorũ dicitur, ut alij relinquantur. b ¶ De torrente in uia bibit.] Quis bibit de torrente in uia? Iste, cui dictũ est: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Iste, qui audiuit: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec. Iste, qui confringit in die iræ suæ reges: implebit ruinas, cõquassabit capita in terra multorum. Iste quid facit aliud? De torrente in uia bibit. Videamus ante uiam, ut postea uideamus in uia torrẽtem. Via, seculum istud dicitur, per quam ambulauit. Denique scriptum est in euãgelio: Esto Matth.5.d consentiẽs aduersario tuo dum es in uia: hoc est, dũ ambulas in isto seculo, & per uiam uadis ad eum, qui uera est uia. Vnde dicitur & in centesimo decimooctauo psalmo: Beati immaculati in uia. Beati sunt, qui in ista seculi uia immaculati sunt, & in isto mundo. Ergo sacerdos secundum ordinẽ Melchisedec: quoniã uenit in uia seculi, & ambulauit in uia nostra: bibit & ipse de torrente, qui erat in seculo. Torrens nõ habet aquas quæ semper perfluunt: sed habet aquas de tempestatibus, de pluuijs, de turbine, de procellis. Torrens nũquam est in montibus: sed semper in uallibus, in præcipitibus locis. Alienas aquas cõcipit & parturit, & tumẽs uadit. De torrente in uia bibit. Torrens nũquam habet mũdam aquã, sed semper turbidã. Hoc dicitur: quoniã seculi istius aquæ semper turbidæ sunt, semper plenæ tempestate. Vultis scire
Matth.26.d quomodo de torrente turbido biberit? Et ipse dicit: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et dicitur in euãgelio: Et cœpit, inquit, contristari & cõturbari. Bibit ergo D
etiam dominus noster de torrẽte istius seculi aquas turbidas, aquas tristes, aquas quæ non habent lætitiam. Tulit calicem, & impleuit de torrẽte mundi: & quoniã turbidæ erant aquæ, dicit: Pater, si possibile est, transeat calix iste à me. Bibit ergo de torrente mundi istius, sed non bibit quasi in domo sua, sed in uia ad alia ire festinãs. Bibit de torrente in uia. Propterea bibit de torrẽte, quia in uia erat. De torrente bibit. Si dominus bibit de torrente mundi istius, quanto magis sancti? Vultis scire quoniam
Psal.122.a sancti de torrẽte bibunt. Dicit & in alio loco: Torrentem pertrãsiuit anima nostra. De torrente in uia bibit. Dixi-
mus de torrente, dicamus etiam & testimonium. Torrentem pertransiuit anima nostra. Vultis scire & alium torrentem? Elias sanctus propheta quando persequebatur
3.Reg.19.b eum Iezabel, quãdo accepit cibum, & quadraginta diebus transiẽs, perrexit in eremũ: Erat, inquit, in deserto, & bibebat de torrẽte Chobar. Verum audientes torrentes istius seculi, nolite desperare. Frequenter hic torrens deficit. Videtur quidẽ tumescere: uidetur habere aquas multas: sed cito deficit, si sustineas. Et Elias bibit quidem in deserto aquam: eo tempore quo erat in tristitia, quo erat in angustia. Dimiserat Iudæam, & perrexerat in montem Sina, persequebatur enim eum Iezabel: & propterea bibebat de torrente Chobar. Verum quia perseuerauit usque in finem, propterea defecit aqua torrentis. Et dicitur ad eum à domino, quoniam defecerat aqua torrentis: Vade, inquit, ad uiduam in Sarepta Sydoniorum, &c. Ecce bibit & Elias de torrente. Sed ipse dominus atque saluator bibit & calicem de torrente Cedron. Sic enim scriptura refert, quando uenerũt & cõprehenderunt eum. Venerũt, inquit, & comprehẽderũt eum in torrente, &c. Videtis quã humilis sit locus torrẽtis, quam confragosus. Cedron lingua Hebræa interpretatur, tenebræ. Videtis igitur quoniam torrentes istius seculi in tenebris sunt. Dominus ergo cum traditur, non traditur rursum in mõte oliueti, non traditur in templo,

sed

A sed traditur in torrente, & torrente tenebrarum, hoc est, Cedron. Omnes enim qui odio habent lucem, amant tenebras. De torrente in uia bibit. Quia ergo bibit dominus de torrente & gustauit mortem: propterea exaltauit eum pater, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Deinde nunc dicitur: De torrente in uia bibit. Et quia bibit de torrēte in uia, a ¶ Propterea exaltauit caput.] Et quid Ioan.12.e dicit? Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Ille est exaltatus, & nos exaltauit. Istius caput exaltatū est: cæterum draconis capita conquassauit, & confracta sunt in mari. Propterea exaltauit caput. Non dixit, propterea exaltatum est caput eius, hoc est, ab alio exaltatus: sed qui se humiliauerat ipse exaltauit. Ipse enim dicit Ioh.10. in euangelio: Potestatem habeo animam meam ponēdi, & potestatem habeo resumendi eam. Propterea exaltauit caput. Se ipsum exaltauit, qui caput est omniū. Aut B certe quod dicit, exaltauit caput, non seipsum exaltauit. Propterea exaltauit caput. Semper enim ille altus fuit. Sed quādo dicit exaltauit caput, nostrum exaltauit caput, qui curui nō poteramus aspicere ad cœlum, sed ad terram. Vultis scire quoniā ipse exaltauit ca- Luc.13.b put? Et illam mulierem quam ligauerat diabolus, ipse liberauit. Exaltauit caput eius, quæ semper incuruata fuit & adorauit eū. Cui sit gloria in secula seculorū. Amen.

b ¶ Alleluia.] Psalmus iste, primus secundum ordinem scribitur literarum: licet multi uigesimum quoq; quartū psalmum, & trigesimum sextū scriptū putent in Hebræo secundū ordinem literarum, sed in illis uel desunt aliquæ literæ, uel supersunt: & nonnūquam quia cum unus uersus breuis sit, alius infinita lōgitudine maior est. Ex quo puto magis obseruatione hoc legentiū quàm studio scriptoris effectum. Denique & septuaginta interpretes: quia aliquis in eis scrupulus nascebatur in translatione Hebræas literas ponere noluerunt.

in uia bibit, propterea exaltabit caput.

Alleluiā CX

COnfitebor tibi domine in toto corde meo, in consiliō iustorum & congregatione. Magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius. Confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escām dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui, uirtutem operum suorum annunciabit populo suo. Vt det illis hæreditatem gentium, opera manuum eius ueritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculū seculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionē misit dominus populo suo, mandauit in æternum testamentum suum. Sanctū & terribile nomē eius, initiū sapiētiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatiō eius manet in seculum seculi.

Alleluiā, reuersionis Aggæi & Zachariæ. CXI

BEatus uir qui timet dominū, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit semē eius, generatiō rectorū benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.] Quoniā in titulo Alle- C luia prænotatū est, iuste in laudatione finit psalmus. Siquidem Alleluia interpretatur, laudate dominum.

i ¶ Alleluia.] Iste psalmus prouocat nos per timorem dei in æternæ domus habitatione fundari.

CXI

BEatus uir qui timet dominum.] Frequēter dixi, quoniam omnia quæ in persona iusti interpretantur, referuntur ad Christū. Si enim sancti, typus & figura saluatoris sunt: si quis uere sanctus est, uerbi causa: Isaac typus dñi saluatoris est: Ioseph, Salomon, Dauid, & cæteri sancti. Ergo & iste beatus uir qui nūc describitur, refertur quidē ad uirum iustum. Et uere de uiro iusto dicitur: sed iste uir iustus, typus est uiri iusti. Beatus uir qui timet dominum. Interim dimisimus psalmū, nūc dicamus de uiro iusto: Beatus uir qui timet dñm. Psalmus cētesimus undecimus, alphabeticus est. Siquidem & cētesimus decimus: & ipse sub alphabeto est. Primus D uersiculus ex Aleph scribitur: Beatus uir qui timet dominum. Secūdus ex Bet: In mādatis eius cupiet nimis. Tertius ex Gimel: Potēs in terra erit semē eius, & usq; ad uicesimāsecūdam literam Tau. Singulos igitur uersiculos, uestris orationibus disseramus. Beatus uir qui timet dñm, principiū psalmi est: nondū dicit: Beatus uir qui diligit dñm. Virorū enim incipiētium, est timere: perfectorum uero diligere. Siquidē perfecta dilectio foras mittit timorem. Ergo de principio dicit, hoc est, incipiēte uiro sancto. Videamus ergo ordinē psalmi: Beatus uir qui timet dñm. Qui timet dñm, quid facit? Audit uerba dei, doctus in lege est? Nō hoc dicit. Quid dicit? l ¶ In mādatis eius cupiet nimis.] Qui timet dñm, qui beatus est, mādata ipsius libenter facit. In mandatis eius cupiet nimis. Videte quid dicat: Non dixit, mandata eius facit. Multi enim & timore faciunt, & mercedem non habent. Qui enim gehēnam timet, & propterea non fornicatur: non habet tātam mercedem, quātam ille qui propter dilectionem dei facit. In mandatis eius uolet, hoc est, uult nimis: hoc est, mādata eius facere desiderat. Quomodo aliquis si in æstibus sit, sitit: ita ille desiderat mādata domini. In mandatis domini uolet nimis. Anxie mandata eius non facit, sed uult, & uult non transitorie, sed nimis. Tertius uersiculus est. m ¶ Potens in terra erit semen eius.] Qui mandata dei feci uoluntate, dignus sum ut fiam pater sanctorum. Breuiter dicimus, ne longius trahatur oratio: n ¶ Generatio rectorum benedicetur.] Præstet dominus ut & uos qui me auditis, generatio rectorum sitis. o ¶ Gloria & diuitiæ in domo eius.] Gloria & diuitiæ. Putamus gloriam & diuitias seculi dici? Ideo quis facit uoluntatem dei & mandata eius, ut diuitias mundi istius consequatur? Et certe non facit mandata dei, nisi diuitias mundi contempserit. Gloria & diuitiæ in domo eius. Gloria credentium est, sicut dicit Apostolus: Nonne uos gloria mea estis & diuitiæ? Diui-

tiæ

A tiæ,de quibus dicit ipse Apostolus:quod diuites facti si/
1.Cor.1.a tis in omni scientia & iustitia. *a* ¶ Et iustitia eius manet
in seculum seculi.] Non dixit,iustitia manet in seculum,
& finem habet: sed manet in seculum seculi. *b* ¶ Exor/
tum est in tenebris lumen rectis corde.] Nos quondã er
rabamus in tenebris,
sedebamus in tene/
bris & umbra mor/
Esa.58.c tis:sed lux orta est no
bis,secundũ Esaiam.
c ¶ Misericors & mi/
serator & iustus.] Mi
sericors & iustus. Si
peccator es, noli de/
sperare ueniam, mise
ricors est. Si uero su/
perbus es,& confidis
tibi de clementia dei,
noli esse negligens,
& iustus est. Miseri/
cors & miserator &
iustus. Videte quid fe
cerit prudentia psal/
mistæ. Iustitia sim/
plex est , misericor/
dia duplex est. Mise/
ricors & miserator &
iustus. Quia misericors est dominus & miserator: & uir
iustus imitetur dominum suum,sit & ipse misericors.
d ¶ Iocũdus homo qui miseretur & commodat.] Putat
aliquis quod de auro dicat & argẽto,& de pecunia? Iusti
intantum non habuerũt quod alijs cõmodarent, ut ipsi
cibũ ab alijs acciperent. Ergo si nõ habuero quod dem,
iam non sum iustus? Si non fecero eleemosynã,in iustorũ
numero non habebor? Quãti sanctorum fecerũt eleemo
synam,sed in sanctitate ruerunt. Perfecti non fecerũt elee
B mosynas: quia non habebãt unde facerent. Eleemosynas
non facere,crimen habẽtis est. Cæterum qui non habet
unde faciat eleemosynam,liber est. Quantumcunq; dare
uoluerit,tantũ dedit: quia uoto dedit. Tamen habent &
Act.3.a sancti unde faciant eleemosynas. Dicit & Petrus: Argen/
tum & aurum non habeo: quod autẽ habeo,hoc do tibi.
In nomine dñi Iesu,surge & ambula. Quid est maius,pe
cuniam dare, an debilẽ sanum facere? Iocundus homo
qui misereꝛ & cõmodat. Quæ sunt istæ eleemosynæ: quid
sit hoc quod commodat uir iustus,secundus uersiculus
ostendit. *e* ¶ Disponit sermones suos in iudicio.] Non
dixit: aurũ suum,& argentum,& pecuniã disponit in iu/
dicio,sed sermones suos disponit in iudicio. Ista est mise/
ricordia,si uir sanctus doceat alios qui non sunt sancti.
Disponit sermones suos in iudicio. Intelleximus ergo
quæ sunt pecuniæ quæ cõmodentur. Verũ hoc quod di/
cit,disponit sermones suos in iudicio: hoc est quod dici/
tur in euangelio: ne mittamus margaritas nostras ante
porcos: Hoc est,ut sciat unusquisq; cui tribuit, quid pos/
Psal.118.b sit accipere , quid non possit. Vnde uir sanctus dicit: In
corde meo abscondi eloquia tua,ut non peccẽ tibi. Non
ea dedi quibus libuit. Non sanctum tuum misi canibus,
& margaritas dedi porcis. Grande igitur periculum est
doctoris, uerba domini porcis effũdere. Multa sunt quæ
dicãtur de psalmo. Sed quoniã excludimur hora, bene/
dicamus omnipotentẽ dominũ: & qui habet tales pecu/
nias,tribuat non habẽtibus. Qui uero nõ habet, libẽter
accipiat. Præstet autem dñs & mihi,ut & ego istas habeã
diuitias: ut & non habentibus dem, & habentibus diui/
tias cumulẽ: ut beatitudinẽ istam, & dicens habeã & au/
diens. Beatus est enim qui in aures loquitur audientis.
Quid enim mihi prodest loqui, si alius uerba mea non
suscipiat? Quid prodest mittere uinũ: si statim quod mit
Ioan.2.a titur, effundatur? Vides quod in euangelio aqua illa in
hydriam mittitur,& in uinũ uertitur , & seruatur ne pe/
reat. Miseretur,id est,in corde: & credit in opere. Bonum

iustitiã eius manet in seculum seculi. Exortũ est in te/
nebris lumẽ rectis,misericors & miserator & iustus. Io/
cundus homo qui miseretur & commodat,disponit ser
mones suos in iudicio,quiã in æternum non cõmouebi
tur. In memoriã æterna erit iustus , ab auditione mala
non timebit. Paratum cor eius sperare in domino, con/
firmatum est cor eius non commouebitur,donec despi
ciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus, iustitia
eius manet in seculũ seculi,cornu eius exaltabitur in glo
ria. Peccator uidebit & irascetur,dentibus suis fremet &
tabescet,desiderium peccatorum peribit.

Alleluiã. CXII

LAudate pueri dominum,laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictum, ex hoc nũc & usq; in

est tribuere substantiã terrenam: sed melius est in annun C
ciandam misericordiam: id est,ut tradas in obliuionem,
qui tibi male fecit: hoc est, ut indulgeas qui in te pecca/
uit. Disponit sermones suos in iudicio: hoc est,iudex sui/
metipsius est. Dicit apud semetipsum. Dominus dixit: si
dimittis , dimittetur
tibi: si das, dabitur ti/
bi. Quia ille qui sic se
iudicat hic in præsen
ti , deus illũ coronat
in futuro. *f* ¶ Quia
in æternũ nõ commo
uebitur.] Iste talis nõ
commouebitur,quia
supra petram funda/
tus est. *g* ¶ In me/
moria æterna erit iu/
stus.] Ille iustus sem/
per in memoria dei
est. *h* ¶ Ab auditu
malo non timebit.]
Ab illo,discedite à me
maledicti. *i* ¶ Para
tum cor eius sperare
in dño.] Hoc est, sua
spes semp in deo pa/
rata est. *k* ¶ Confir
matum est cor eius.] Anima illius in fide. *l* ¶ Nõ com
mouebitur.] De ipsa fide ad infidelitatem,quia super pe
tram fundatus est, id est,super Christum. *m* ¶ Donec
despiciat inimicos suos.] Id est, uitia & peccata , omnes
hæreses,uel potestatem inimicorũ despicit. *n* ¶ Disper
sit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum secu
li,] Dispersit,hoc est,partitus est. Non dixit,totũ da uni
homini,sed dicit: Vade & uende omnia quæ habes,& da
pauperibus: Quia per multos illa partitus est uel dispers D
sit: quia plus est oratio multorũ quàm unius hominis.
Iustitia eius manet in seculum seculi,hoc est,opera illius
ipsa permanẽt. *o* ¶ Cornu eius exaltabitur in gloria.]
Hoc est,regnũ ipsius exaltabitur in gloria: hoc est,cum
deo erit. *p* ¶ Peccator uidebit.] Quomodo uidebit, qa
propheta dicit: Tollatur impius ne uideat gloriam dei.
Tamen subsequitur: Videant & confundãtur. Et alibi: Vi Zach.12.c
debunt in quem compunxerunt: id est, uisuri erũt illam
formã serui & hominis , quem dignatus est suscipere de
nostra humanitate: sed illam gloriam quam sancti habe/
bunt, nec habebunt, nec uidebũt: & quantum uidebũt,
ad illorum pœnam uidebunt. *q* ¶ Et irascetur.] Hoc
est, contra seipsos: eo quod non fecerunt bona. Sera pœ/
nitentia erit illis. Dicturi erũt: Isti sunt, quos in despectio
nem habuimus: ecce inter ipsos dei seruos sunt reputati.
Nihil profuerũt nobis abundãtiæ diuciarũ: Sol non or/
tus est nobis. *r* ¶ Dẽtibus suis fremet & tabescet.] Per
stridorem dẽtium, frigus intelligitur, ut illud: Ibi erit fle/
tus & stridor dentiũ. Quia & frigus & calor erit ibi & nul
la requies. *s* ¶ Desiderium peccatorum peribit.] Hoc
est, omnia bona quæ hic in præsenti habuerunt. Diligen
ter igitur audiamus uerba dei: cui sit gloria in secula se/
culorũ. Amen. *t* ¶ Alleluia.] Iste psalmus docet nos:
ut deposita ueteri malitia, tãquam modo geniti infantes
in dei laudibus gloriemur. Ait enim: CXII

LAudate pueri dñm laudate nomẽ domini.] Hic pue
ri prouocantur ad laudem, de quibus in Esaia salua/
tor ait: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit dominus. Ex
ore quippe infantium & lactẽtium, laus in deum plena
perficitur. *x* ¶ Sit nomẽ dñi benedictum.] Cui omnis
creatura benedicit, forsitan non fuit antea benedictum?
Fuit semper, sed tamen antea in una gente Iudæorũ tan/
tũmodo illi benedicebãt & credebant: sed modo in om/
nibus gentibus & creditur & benedicitur. *y* ¶ Ex hoc
nunc & usq; in seculũ.] Ex hoc, id est, quo inceperũt ho/
mines & credere & laudare. Et nũc, hoc est, in præsenti, &
usq;

seculum. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra. Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Alleluia. CXIII

IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti, &

A usq; in seculũ, hoc est, sine fine. Nam & antea semper fuit benedictũ. a ¶ A solis ortu usque ad occasum.] Id est, ab initio natiuitatis nostræ usq; ad mortem. b ¶ Laudabile nomen domini.] Vt supra dixi. c ¶ Excelsus dominus super omnes gentes.] Nunquid antea nõ erat excelsus? Erat in Iudæa, modo super oẽs gentes. Dicit per prophetam: Quoniã uoluit reprobare Iudæos, & eligere gẽtes. d ¶ Et super cœlos gloria eius.] Hoc est, super sanctos sua gloria. e ¶ Quis sicut dominus deus noster?] Ac si dicat: Nullus talis. Vt illud: Quis similis inter filios dei? Et alibi dicit: Non est similis tibi in diis dñe. f ¶ Qui in altis habitat, & humilia respicit.] In altis, hoc est, in sanctis. Nũquid & in humilibus non habitat? Habitat: quia & in humilibus respicit, ut illud: Super quem respiciã, nisi super humilẽ & tremẽtem sermones meos? Quãdo sunt alti sancti? Quando contemplãtur de cœlestibus. Et tũc sunt humiles in terra, quando se humiliant in actiua, eleuantur in contemplatiua. Et illi qui hic in terra sunt humiles, apud deũ sunt alti. Quare non dixit, in humilibus habitat, sed dixit, respicit? Ideo, quia ubi respicit, ibi habitat: & ubi habitat, ibi respicit. g ¶ Suscitans à terra inopem.] Et de capite, & de membris intelligitur. Suscitans, hoc est, suscitauit deus pater Christũ, qui inops & pauper pro nobis factus est. Et nos inopes, id est, sine patre diabolo, sine matre gẽtilitate, suscitamur à Christo. h ¶ Et de stercore erigens pauperem.] Quod dixit, terra: hoc est & stercus: & quod dixit inopẽ, hoc est & pauperem. Quia de terra & putredine peccatorum nostrorum erexit nos, ut illud: Quid superbis puluis & terra? i ¶ Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.] Collocauit deus pater filium suum in cœlestibus in dextera sua. Et dominabitur super principes: id est, super nouem ordines angelorum, secundũ illud: Princeps militiæ, uel princeps uirtutum ego sum. Et in suis per sanctos, & sua membra collocauit cum ipsis nouem ordinibus angelorum. k ¶ Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorũ lætantem.] Sterilis, hoc est, sancta ecclesia. Vnde in propheta dicit: Lætare sterilis, &c. Primitus sterilis fuit sancta ecclesia: quia non generabat filios, nisi paucos. Synagoga habuit uirum deum, sed tamen paucos genuerauit. Postea ecclesia quæ ante sterilis fuerat, in uno die uel duobus grãdes partus fudit, quando genuerauit octo milia. Et in propheta dicit: Qui sunt isti, aut quis genuit illos mihi? Fac mihi spacium & urbes ubi habitem. Et dominus dixit: Ego faciam. In omnẽ terram exiuit sonus eorum: hoc est, in toto mundo. Qui habitare facit sterilem in domo, hoc est, in ecclesia. Et ipsa est sterilis, & ipsa est mater, & ipsi sunt filij, & in semetipsa habitat. Hoc est unitas ecclesiæ, una res est, & multa membra, sed unum corpus multi sunt, ut Paulus dicit: & ibi lætabitur in semetipsa, hoc est, in unitate.

Psal.55.b
Isa.54.a
Isa.49.f
Rom.12.b

l ¶ Alleluia.] Iste psalmus uocem continet prophetæ, ostendentis: ut quæ in eo historice narrãtur, spiritualiter dicta intelligantur. CXIII

IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro.] Iste psalmus secundum historiam commemorat, quãdo filij Israel exierunt de Aegypto. Sed plus pertinet ad sensum, quando nos liberati fuimus de Aegypto, hoc est, de tenebris ignorantiæ peccatorum nostrorum per baptismum. Domus Iacob de populo barbaro. Liberati fuerunt illi Israelitici de populo barbaro: hoc est, de illis gentibus, quæ in Aegypto habitabãt. Et ad sensum: Domus Iacob, supplantatores uitiorum intelliguntur. Liberati sunt isti, & nos spiritualis domus Iacob liberati sumus ab illis infidelibus, q̃ in infidelitate permanserunt. Domus Iacob. Primitus fuit uocatus Iacob, postea Israel. Vnde dixit: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et dominus dixit ad illum: Iam non uocaberis Iacob, sed Israel erit nomẽ tuum. Et nos primitus debemus esse Iacob, hoc est, supplantatores uitiorum: ut postea possimus esse Israel, id est, animæ uidentes deum, & oculis cordis contemplari deum, secundum illud: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. m ¶ Facta est Iudæa sanctificatio eius.] In Iudæa primitus fuit sanctificatio dei. Sed Iudæa, confessio interpretatur: id est, in illis qui confitentur fidem trinitatis, & ueniunt ad baptismum, ubi est sanctificatio dei. o ¶ Israel potestas eius.] Et potestas dei est, ut Israel esse mereamur: id est, animæ uidentes deum, uocemur. Israel regnauit in ea. p ¶ Mare uidit & fugit.] Mare uidit & fugit, quãdo Moyses cum populo suo uenit. Et quomodo uidit? Id est, intellexit uolũtatem creatoris, & donauit locum illi populo. Aliter secundum sensum: Mare gentilitas: uidit, sanctos prædicatores, supplantatores uitiorũ, & animæ uidentes deum, fugerunt: id est, non potuerunt resistere apostolis: quia deus in illis erat. q ¶ Iordanis conuersus est retrorsum.] Iordanem conuersum esse retrorsum non legitur in historia, nisi quando cum arca in ipsum intrauerunt, quasi retrorsum ambulasset illa aqua, sic stetit quasi murus: & illa alia aqua perambulauit in mare. Quid ergo intelligitur per hoc? Iordanis interpretatur, descensio eorum. Illi intelliguntur, qui ueniunt ad baptismum. Quando uiderunt martyres pati persecutiones multas, conuersi sunt in mare: hoc est, in gentilitate negauerunt. Postea dominus per suos prædicatores uocauit illos: Conuertimini ad me, & ego reuertar ad uos. Et conuersi fuerunt postea multi ad deum. Illa aqua perambulauit in mare: id sunt infideles qui perambulauerunt in mare, id est, in mare perditionis. r ¶ Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium.] Exultauerunt sancti prædicatores, quando uiderunt illos conuersos, qui antea blasphemi fuerunt. Exultauerunt ut arietes, id est, principes gregum, qui generant filios, id est, sancti apostoli. Vnde unus de illis dixit: Per euangelium ego uos genui. Vel prædicatores, altioris meriti intelliguntur, qui modo generant filios per prædicationem eorum. Vnde Paulus dixit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. s ¶ Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quare conuersus est retrorsum?] Propheta per semetipsum interrogat, & ipse respondit, ac si dicat: Quid tibi fuit gentilitas quod fugisti? Et tu Iordanis: hoc est, & uos Christiani: quid fuit quod conuersi fuistis retrorsum? Quare? Vidistis sanctos prædicatores, id est, montes: uidistis arietes, hoc est, supplantatores

Gene.32.g
1.Cor.4.d
Gal.4.c

A tores uitiorum, & animas uidẽtium deum patrem, ideo fugistis? a ¶ Montes exultastis ut arietes, & colles sicut agni ouium.] Repetitio est. b ¶ A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob.] Exposuit hoc propheta alio
Psal.96.a loco cum dixit: Vidit & commota est terra. Et post paulum ait: A facie domini, & reliqua. Mota est terra, hoc est, à præsentia dei: quia deus in suis prædicatoribꝰ erat. Mota fuit gentilitas, à facie dei Iacob, id est, à præsentia illius quem adorauit Iacob. c ¶ Qui conuertit petram in stagna aquarum.] Petra, Christus: & secũdum historiã, de petra exierunt flumina. Antequam Christus ueniret in carnẽ, non eruperant adhuc tantæ aquæ, hoc est, tãta doctrina. Postea exierunt de Christo quatuor flumina, quatuor euangelia, & irrigauerunt totum mũdum. d ¶ Et rupem in fontes aquarum.] Repetitio est. Rupes sunt qui & petra. Petra dicitur rupis. Et rupem in fõtes aquarum. Doctrina mul-
B ta de Christo. Mare rubrum, quod ideo dicit: quia sicut sanguis erat illa aqua maris, quæ figurabat baptismum.

tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Nón nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & ueritate tua, ne quando dicant gentes, ubi est deus eorum? Deus autem noster in cœlo, omnia quæcunque uoluit, fecit. Simulacra gentium argẽtum & aurum, opera manuũ hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Domus Aaron sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Qui timent dominum sperauerunt in domino, adiutor eorum & protector eorum est. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timẽt dominum, pusillis cum maioribus.

C uolo diabolum adorare. Quomodo non adoras diabolum, quia in alio psalmo legimus: Omnes dij gentiũ dæmonia? Dicit ille: Nec hoc adoro. Quid ergo adoras? Ego solem, lunam, stellas adoro. Isti sunt mei dij: illi me saluant. Dicit illi: Si sol est tuus deus, quare non semper tibi lucet? Dicis ad alterum, qui lunã adorat, uel isti qui solem adorat: Sol integer est. Tu lunã adoras: quare crescit & decrescit tuus deus, & de nocte lucet. Quare non semper tibi lucet? Et in mare quando mergeris, tua luna & tuæ stellæ cur te non liberant: & semper super tibi lucem dant? Quare addit: opera manuum hominum, argentum & aurum? De terra fodiunt illud homines, & colunt illud & colorãt: & sic euenit pulchrum. Ergo de tuis manibus facis deum tuum quem adoras. Ista ad reuincendum malos dicta sunt.
k ¶ Oculos habent & non uidebũt. Aures habent & non audient: nares habẽt & non odorabunt. Ma- D
nus habent & nõ palpabunt, pedes habẽt & non ambulabunt, non clamabũt in gutture suo.] Neq; enim est spiritus in ore ipsorum. Dicis illi: Vel si beatiam adorasses, licet malum erat: sed tamẽ uel oculos habet, uel pedes, sed istud quod adoras, nec uidet, nec audit. Quare addit, non clamabunt in gutture suo? Quia bestiæ clamant uoce, sed confusus est clamor eorũ. Non intelligis, neq; potes per literas uel per syllabas comprehendere, quomodo uocẽ hominis comprehẽdis. l ¶ Similes fiant illis qui faciũt ea, & omnes qui confidũt in eis.] Similes, hoc est, si oculos non emendat, quia uidit illud aurum, illam imaginẽ. Sed & in anima similis efficitur dum non emendat: quia nec uidet, nec intelligit, nec discernit, dum plus errori credit. Ideo similis dicitur. Et omnes qui confidunt in eis. Non solũ qui faciunt, sed etiam qui confidunt. m ¶ Domus Israel sperauit in domino.] Domus Israel, duodecim tribus Israel. Aaron, tribus Leui non sperauit? Non sperauit in tales deos mortuos, sed in dño. Domus Israel animarum domus uidentiũ deum in domino sperãt. Et Aaron, mons fortitudinis: id est, qui fortes & alti sunt in merito, in domino sperant. n ¶ Adiutor & protector eorum est.] Illi dij non prosunt, secũdum Hieremiæ dictum, hominem non liberãt de bello, regem non constituunt, sed iste illos defendit & protegit: secundum Danielis dictum, uere ipse est deus eorũ, & ipse mutat tempora, & amouet reges & cõstituit. Dan.2.g.6 4.f
o ¶ Domus Aaron sperauit in dño, adiutor eorum & prote. &c.] Exceptis istis: domus Israel & Aaron omnes qui illũ timẽt & amãt protegit illos & defẽdit. p ¶ Dñs memor fuit, &c.] Memor fuit qñ liberauit filios Israel. Et nos, qñ quod promisit, impleuit opere. Misit filiũ suũ, qui carnẽ suscepit, & nos liberauit. Hoc dico deũ memorare. Et benedixit nos, hoc est, omni benedictione spirituali. q ¶ Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. &c.] Id est, altiores meri-

to &

e ¶ Non nobis domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam.] Dicunt illi boni Iudæi: Non nostrum meritũ nos liberauit, sed tua potestas, ut nomẽ tuum glorificetur in omnibus gentibus. Vel prædicatores noui testamenti similiter dicunt. Quãdo faciunt uirtutes, deus per illos facit, ut nomen illius glorificetur & laudetur per ipsum.
f ¶ Super misericordia tua & ueritate tua.] Tua misericordia & tua ueritas hoc facit. g ¶ Ne quando dicant gentes, ubi est deus eorum?] Propter hoc facit deus ista mirabilia, ut non dicant gẽtes quod non potuisset deus illos saluare. Vel modo in nouo testamento, similiter facit in sanctis suis. h ¶ Deus autẽ noster in cœlo, omnia quæcunq; uoluit, fecit.] Deus in cœlo sursum. Dicũt sancti ad illos infideles, qui idola adorãt: Vos uestros deos manu tangitis, & oculis animalibus cernitis: sed noster deus in cœlo est sursum. In cœlo & in terra omnia quæcunq; uoluit, fecit. In his qui cœlestem uitam agũt, & adhuc terrena carne claudũtur, impleuit uoluntates suas.
i ¶ Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.] Ideo dicitur simulacrum, quia ad similitudinem alicuius hominis mortui, factum sit. Argẽtum & aurum. Quare non dixit, lapidea, aut ærea, aut fictilia, aut lignea, sed argentea & aurea? Quia præuidebat spiritus sanctus, quoniam cum exinde increpati essent, quale responsum darent. Ideo posuit aurum & argentũ: quia dicerent illi: Non adoro, nec ligneũ deum, nec lapideum, nec æreum, sed deum aureum & argenteum. Dicis illi: Si aurum aut argentum adorasses, non esset talis error. Et dicunt illi: Non adoramus aurum nec argentum. Ille respondit. Non aurum & argentum, sed deum meum adoro. Quæ est ista imago, & illa potestas quæ in ipsa est? Dicis illi: Diabolus ibi est. Ille dicit: Absit. Non

Adiſciát dominus ſuper uos, ſuper uos & ſuper filios ueſtros. Benedicti uos à domino, qui fecit cœlum & terram. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabũt te domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum. Sed nos qui uiuimus benedicimus domino, ex hoc nunc & uſq; in ſeculum.

Alleluiá. CXIIII

Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi, & in diebus meis inuocabo. Circundederũt me dolores mortis, & periculá inferni inuenerunt me. Tribulationẽ & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. O domine libera animã meam misericors dominus & iuſtus, & deus noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum & liberauit me. Cõuertere anima

to & inferiores. *a* ¶ Adiſciat dñs ſuper uos.] Alios prædicatores. Primitus pauci fuerunt, poſtea multi effecti ſunt in mũdo prædicatores. *b* ¶ Benedicti uos à domino, qui fecit cœlum & terram.] Benedicti, hoc eſt, uos ſancti benedicti eſtis à domino. *c* ¶ Cœlum cœli dño, terram autẽ dedit filijs hominum.] Cœlum cœli, ſicut dicit canticum pſalmi, & pſalmus cãtici. Iſtud cœlum ſubiectũ eſt illi cœlo ſuperiori, ubi eſt firmamentũ, & habet lumẽ. Et terra iterum ſubiecta eſt ad illud cœlũ aereũ: exinde habet pluuiã & omnem neceſſitatem. Secũdũ ſenſum, cœlum altius, ſancti apoſtoli, qui ab ipſo Chriſto audierũt prædicationem, & illuminationẽ ſpiritus ſancti acceperũt: & exinde fuerũt edocti. Cœlum iterũ ſucceſſores apoſtolorũ, quibus illi prædicauerunt, & dñs illos in anima illorũ illuminauit. Terrã autem dedit filijs hominum. Hi ſunt illi ſimpliciores, qui tantũm incarnationẽ credunt, qui lac edunt, & nutriũtur per prædicationẽ, & ipſi qui terreni erãt, cœli efficiũtur. *d* ¶ Non mortui laudabunt te dñe.] Hoc Pro.18.a eſt, peccatores. Peccator enim cum uenerit in profundũ malorum, cõtemnit. *e* ¶ Neq; omnes qui deſcendũt in infernũ.] Hoc eſt, habitatores inferni. *f* ¶ Sed nos qui B uiuimus, benedicimus dominum.] Nos fideles qui uiuimus: id eſt, qui fidem & opera habent, ipſi laudãt deum. *g* ¶ Ex hoc nunc & uſque in ſeculũ.] Ex hoc, id eſt, quo incipimus intelligere. Nunc, modo. Vſque in ſeculum, ſine fine. *h* ¶ Alleluia.] Iſte pſalmus uocem continet fidelis animæ à deo peregrinantis, quæ poſt longos labores ab eo ſuſcipitur. CXIIII

Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.] Non dixit diligam, ſed dilexi. Non promiſit ſe facere, ſed teſtaꝛ ſe feciſſe. Dilexi. Quare dilexi? Quoniã exaudiet dominus uocẽ orationis meæ. Dilexi, tranſacti temporis eſt, exaudiet autem futuri. Non enim dixit quoniã dilexi quod exaudiuit me dñs, ſed dilexi quod exaudiet me dñs. *k* ¶ Quia inclina. &c.] Quoniã nos paruí ſumus & humiles, & nõ poſſumus nos extẽdere & exaltare: propterea dñs inclinauit aurem ſuã, & dignatur exaudire nos. Deinq; quia nos homines ſumus & dij nõ poſſumus fieri, deus homo factus eſt & inclinauit ſe, ſecundũ illud quod ſcriptũ eſt: Et inclinauit cœlos & deſcendit. *l* ¶ Et in diebus meis inuocabo te.] Hic quæritur quomodo in diebus inuocet, & nõ inuocet in nocti- pſal.118 b bus. Et quomodo dicit in alio loco: Media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi, cum ſancti in nocte plus ſoleãt orare? Et in alio loco dicitur: In noctibꝰ extollite manus ueſtras in ſancta, & benedicite dñm. Quomodo dicit, & in diebus meis inuocabo? Non dixit inuocaui, ſed inuocabo in futuro. Dum enim in hoc mundo ſumus, in nocte inuocamus. In futuro in die inuocamus dominum: propterea dixit in diebus meis. Peccatoribus enim nox eſt, mihi autem dies. *m* ¶ Circundederunt me dolores mortis.] Videtur mihi dolores mortis, cogitationes eſſe fœdæ, quando anima cogitat & peccare deſiderat, quando parturit peccata, uicina eſt morti. *n* ¶ Pericula inferni inuenerũt me.] O nos infelices & miſeros & lugẽdos: quia ſemper nos peccatum quærit. Si autem ſemper nos quærunt peccata, nos feſtinemus ut non nos inueniant. Hæc autem diſtantia eſt inter dolores mortis & pericula C inferni. Dolores mortis, malæ cogitationes ſunt, pericula inferni, opera mala ſunt. Vt eſt autem dicã: aliud in theoria, aliud in opere, hoc eſt, in practica. Ibi enim dolor & parturitio: hic autem periculum eſt uicinum morti. *o* ¶ Tribulationẽ & dolorẽ inueni.] Nouam rem dicit. Nõ dicit requiem inueni, non dicit ſaturitatem inueni. Si autem dixiſſet, inuenit me tribulatio, inuenit me dolor, non erat quæſtio. Nunc autẽ quid dicit? Tribulationem & dolorem inueni: Quaſi quærẽs ſic inuenit. Non enim inuenitur niſi quod quæritur. Sãctus nõ quærit requiem, ſed tribulationẽ. Nouit enim quoniã tribulatio patiẽtiam operatur: patientia autem probationem: probatio uero ſpem: ſpes autem non confundit. Tale quid & in Hieremia dicitur: Tribu- Hiere.6 lationem, inquit, & miſeriam inuocaui: Quoniã, inquit, & 14 amaro tuo uerbo ridebo: hoc eſt, in hoc ſeculo qd aliud uolo niſi tribulationem, ut in futurum requiem habeam & felicitatem? Et propterea, inquit, nunc amaritudinem ſuſtineo, ut poſtea dulciora promerear. Et populus do- Exo.15.d mini de Aegypto egrediẽs uenit in Mara, quod interpretatur amaritudo, & de Mara in Sina, quod interpretatur D tentatio. Et iterum Hieremias: Solus ſedebam, quoniam Hiere.15.d amaritudine repletus eram. *p* ¶ O domine libera animam meam.] Proprietatem Hebraicæ linguæ Græcus & Latinus exprimere non poſſunt. Pro ò in Hebræo habet אנה ana. Ana autem interpretatur rogo & deprecor. Et quod dicit, hoc eſt: Deprecor domine libera animã meam. Non eſt enim uocãtis, ſed deprecãtis affectus. In ingenti enim periculo conſtitutus eſt. *q* ¶ Miſericors dominus & iuſtus, & deus noſter miſerebitur.] Erige aures peccator. Miſericors eſt dominus, ſed noli eſſe negligẽs, ſequitur enim: & iuſtus. Si multum peccator es: audi, miſericors eſt dominus: ſi negligens es: audi, & iuſtus eſt. Sed uidetur quaſi æquale eſſe, miſericors dñs & iuſtus. Verbi gratia: decem partibus eſt miſericors, & decẽ partibus eſt iuſtus: & hoc propter ſimpliciores ita loquor. Dicat aliquis. Si penſentur peccata mea, nonne poſſum tanta habere bona quanta habeo mala? Nunc autem dicitur, quod miſericors eſt & iuſtus. Eſt miſericors in peccatoribus iuſtus in bonis. Incipiunt me grauare peccata mea, & tinxit in ſua miſericordia. Propterea ſemel iuſtus poſuit, & ſecundo miſericors. Poterat & de præterito dicere. Et deus noſter, inquit, miſeretur: ut ſemper eum miſericordem oſtendat. *r* ¶ Cuſtodiens paruulos dominus.] Si quis magnus eſt, & ſe exaltat & ſuperbus eſt: hunc non cuſtodit dominus. Si quis ſe magnum putat, huius non miſeretur dominus: ſed ſi quis ſe humiliat, huius miſeretur, & cuſtodit eum dominus. Siquidem dicit: Ecce ego & pueri quos mihi dedit dominus. Et iterũ: *s* ¶ Humiliatus ſum & ſaluauit me.] Dupliciter intelligimus, humiliatus ſum & ſaluauit me. Siue peccaui & ſaluauit me: ſiue cum eſſem ſuperbus humiliauit me & ſaluauit me. *t* ¶ Cõuertere anima mea in requiẽ tuã.] Quando dicitur, cõuertere in requiẽ tuam: ergo habuit ante requiẽ quam perdidit. Nemo enim cõuertitur niſi qui pergit illuc ubi prius erat. Deus enim nos bonos creauit, & noſtro arbitrio nos reliquit, & omnes cum Adam

A in paradiſo poſuit. Sed quia noſtro arbitrio à beatitudine illa cecidimus, & uenimus in uallem lachrymarum: propterea iuſtus animam ſuam hortatur, ut cõuertatur illuc unde deſcendit. Conuertere anima mea in requiem tuam. Locus enim iſte, tribulationis locus eſt: terra pugnatorum eſt. Iſte locus lachrymarũ eſt: ubi nõ licet ſecurum ambulare. Vbicũque enim aliquis fuerit, periculum eſt. Si in deſerto, ſcorpiones ſunt: ſi in ciuitatibus, oculus meretricis pernicies eſt hominis: Si mari, latrones & piratæ. Hæc omnia myſtice loquor. Nec enim nunc periculũ eſt ſancto uiro à latronibus interfici: ſiquidem martyres ſanguine ſuo uicerũt. Cõuertere anima mea in requiem tuam. *a* ¶ Quia dominus benefecit tibi.] Quò, inquit, conuerteris ò anima? In paradiſum. Non quia digna es, ſed miſericordia dñi eſt. Vt exires de paradiſo, tuo uitio factum eſt, ut autem redeas, miſericordiæ domini fuit. Et nos dicamus animæ noſtræ: Cõuertere in requiem tuã. Requies noſtra Chriſtus eſt deus noſter. Si quãdo fuerimus in anguſtia & ceperit nos cogitatio captiuare in peccatum, dicamus: Conuertere anima mea in requiem tuam. *b* ¶ Quia eripuit animam meam de morte.] Nec dum rediſt in paradiſum, & iam ſe in ſecuritatem rediſſe dicit. Dixit, cõuertere anima mea in requiem tuã, & quaſi ſecurus dicit: quia eripuit animam meam de morte. Quomodo eripuit animã meam de morte? Pro me paſſus eſt deus meus, pro me crucifixus eſt deus meus, & di
oſee.13.d co: Vbi eſt mors uictoria tua, ubi eſt inferne ſtimulus tu-
1.cor.15.g us? *c* ¶ Oculos meos à lachrymis.] Ploraui ut rideã, luxi ut in ſempiternũ gaudeam. Qui in præſenti non plo
B rat, in futuro lachrymabitur. Beati enim qui lugẽt: quia ipſi conſolabuntur. Econtrario autem dicitur: Væ uobis qui ridetis, quoniam lugebitis. *d* ¶ Pedes meos à lapſu.] Quia non ſteterũt pedes mei ſuper petram: propterea penè moti ſunt pedes mei: penè effuſi ſunt greſſus mei. Liberati ſunt pedes mei à lapſu. Quare? quia cõuerſa eſt anima mea in requiem ſuam. *e* ¶ Placebo coram domino in regione uiuorum.] Videor, inquit, hominibus eſſe iuſtus, quare opera bona nõ habeo? Videor hominibus eſſe ſanctus, quare uerba bona nõ habeo? Hæc Dauid dicit, hoc ſancti dicunt: hoc apoſtoli loquuntur: Peccator enim hæc non loquitur. Quid loquitur iuſtus? Quia uerba & opera bona non habeo: & ſanctus uideor, & laudor ab hominibus. Ego autem noui conſcientiam meam: Scio qualibus cogitationibus cor meũ fluctuat: ſcio quãtæ mihi libidines ueniunt, & uideo aliam legem repugnãtem menti meæ & captiuantem me in lege peccati: propterea dico: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et propterea dico: Ab occultis meis mũda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Ab alienis. Non eſt meum quod parturio. Nolo cogitare mala, & cogito. Nolo cogitare malum, & quaſi inuitus & captiuus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam in mea poteſtate non eſt, aut cogitare aut non cogitare quæ ſunt mala: propterea dico: aliena quidem ſunt quæ ueniunt in cor meum. Sed quoniam quaſi neceſſitas mihi imponitur: propterea dico, ab occultis meis munda me. Aliena quidem ſunt peccata, ſed quia ſuſcipio ea, dico in alienis peccatis, parce mihi ſeruo tuo. Hoc autem quare dixi? Quoniam dixit propheta: Placebo domino. Non dixit placeo, ſed placebo. Hic enim quod facio: non poſſum eſſe perfectus iuſtus. Propterea dicit & Apoſtolus:
1.cor.13.c Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, & nũc per ſpeculum uidemus in ænigmate. Propterea nũc longo ſermone uſi ſumus, quoniam in præſenti ſeculo perfectus iuſtus nemo eſſe poteſt, neque Dauid, neq; apoſto-

mea in requiem tuam, quiã dominus benefecit tibi. Quiã eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. Placebo coram domino in regione uiuorum. Alleluiã. CXV

C Redidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego autem dixi in exceſſu

li, neque aliquis ſanctorum. Nemo enim mundus à peccato, nec ſi unius diei fuerit uita eius. Siquidem apoſtoli & ſancti non auſi ſunt dicere, ſancti ſumus: nec auſi ſunt dicere, placeo, ſed placebo. Qui in futurum ſolicitus eſt, de præterito quod non fecit cõfitetur. Placebo domino: Vbi placebo? In regione uiuorum. Hæc enim regio mortuorum eſt: alia eſt terra uiuorum. Siquidem & Dauid in hac terra erat, & uere in terra repromiſſionis, dicens: Placebo domino in regione uiuorum, confitetur hanc regionem non eſſe uiuorum ſed mortuorum. Vultis ſcire quæ eſt illa regio uiuorum? Dominus dicit in euange-
luc.24.f lio: Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, & erãt mortui. Et quid ſequitur: Deus, inquit, nõ eſt mortuorũ, ſed uiuorũ. Igitur & iuſtus quid dicit? Placebo dño in regione uiuorum. In regione Abrahã, Iſaac & Iacob. Hoc eſt quãdo uere fuero in ſinu Abraham, tunc placebo dño. *f* ¶ Alleluia.] Hunc pſalmũ quinta & ſexta æditio cum ſuperioribus copulant: Symmachus uero & Lxx. interpretes diuidunt. CXV

C Redidi propter quod locutus ſum.] In Hebraico cẽteſimus decimusquartus pſalmus, & cẽteſimusdecimusquintus, unus eſt pſalmus. Igit̃ dixit credidi propter quod locutus ſum. Quid credidiſti, quod locutus es? Pſalmus prior ita finiuit: Placebo cor̃ domino in regione uiuorum. Dicit ergo propheta: Credidi propter quod locutus ſum. Quid credidi? Quoniam placebo coram domino in regione uiuorum. Hoc credidi & hoc locutus ſum. Quid autem locutus ſum? *b* ¶ Ego autem humiliatus ſum nimis.] O magna intelligẽtia diuini ſermonis. Credidi, inquit, quoniam placebo domino, quoniam ero angelus, quoniam ero in cœlis, & nõ fui ſuperbus: non ſum elatus, ſed humiliatus ſum nimis. Quoniã ero in regione uiuorũ, miſericordiæ domini eſt. Ego autem noui memetipſum: quia terra ſum & cinis. Propterea dico, ego autem humiliatus ſum nimis. Quid autẽ eſt terra & cinis? *i* ¶ Ego autem dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.] In Hebræo aliter habet. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendaciũ: quod dicitur כֹּל הָאָדָם כֹּזֵב. Placebo domino in regione uiuorum, ſed ego ſcio memetipſum ſecundum cõditionem corporis nihil eſſe. Nõ eſt enim ueritas in ſubſtãtia noſtra, ſed umbra eſt & quaſi mendacium. In ſubſtantia corporali dico, non in anima. Et quod dicit hoc eſt: Placebo domino in regione uiuorum. Sed cogitans humanam uitam & cõſiderans diuerſos errores: non inuenio ueritatem in hoc mundo. Siquidẽ ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Propterea dico: Omne quod uidemus, omne quod intelligimus mendacium eſt. Quomodo igitur mẽdacium eſt? Mẽdacium hic dixit quaſi umbram, quaſi imaginẽ: quemadmodũ dicitur in alio loco: Veruntamen in imagine pertranſiet homo. Eadem intelligentia & nunc dicitur, omnis homo mendax: hoc eſt, omnis homo umbra. Hoc autem dicimus ſecundum hebraicam ueritatem. Loquamur autem & ſecundum Lxx. interpretes. Dicat enim aliquis, quid ad me quid habetur in Hebraico? ego eccleſiam ſequor. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Verum dicit Dauid an mentitur? Si uerum eſt omnis homo mendax, & hoc quod dicit, omnis homo mendax, uerum eſt: ergo & ipſe mẽtitur: quia & ipſe homo eſt. Si autem & ipſe mentitur: ergo hoc quod dixit, omnis homo mendax, non eſt uerum. Quocunq; uerteris, in contrarium uenit. Et quoniam ipſe homo eſt: ergo ipſe mẽtitur, quod omnis homo mẽdax eſt: Ergo alio genere mentitur. Videtis ergo quia ſyllogiſmi ſunt philoſophorũ. Deniq; ſecundũ hanc ſentẽtiam texitur ſyllogiſ-

mus

A mus Aristotelis. Denique tu dicis, loquere ad alterum: si mentiris, & uerum dicis quod mentiris: ergo mentiris. Videte quomodo in contrarium uertitur sententia. Quid enim dicit. O tu qui mecum loqueris: si mentiris, & uerum dicis hoc ipsum quod mentiris: ergo mentiris, & in eodem sermone fit, ut uerũ dicat & mentiatur. Propterea lectum est in Apostolo: Coloss.2.d Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & uanã deceptionem hominum secundum elementa mundi. Inuenerunt enim philosophi suas deceptiones ex ꝓpria arte: quomodo in eodem sermone & uera quis dicat & mentiatur. Nos autem dicamus Dauid uera dixisse, quod omnis homo mendax. Quãdiu homines sumus, mẽtimur: qñ autẽ fuerimus diꝯ, definimus mentiri. Vbi enim sunt æmulationes & cõtentiones in uobis, nonne homines estis & secundum hominẽ ambulatis. Ego dixi diꝯ estis & filiꝯ excelsi omnes. Vos aũt sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Si quis igitur sanctus est, deus efficitur: & quando factus fuerit deus, definit esse homo, Roma.3.d & iam non mentitur. Quid enim dicit & Apostolus: Est autem omnis homo mendax, deus autẽ uerax. Interpretemur aliter. Credidi propter quod locutus sum. Magister quando docet discipulum, nisi prior ipse crediderit quod docet: non potest alterum docere. Dicit ergo se primum credidisse, & sic alium docere. Ego autem humilia tus sum nimis. Quãdo autem adeptus sum gratiam dei: non sum elatus in superbiam, nõ me inflauit notitia. Sed quid feci? Humiliatus sum nimis. Tamẽ quod docui ser/
B mone, potui & humilitate docere. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Docebam, inquit, discipulum meum, & considerans contemplationem cœlestem & cogitans diuiniora: intellexi omnẽ quod homo nouit esse mendacium. Quid enim ueritatis potest esse in hoc mundo, cum umbra sit uita nostra super terram? Si ergo qui docet discipulum confitetur, quod omnis homo mendax est: quãto magis discipulus non debet se extollere & æstimare se aliquid esse? a ¶ Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.] Quoniã dixit, placebo domino in regione uiuorum, & hoc ipsum, credidi propter quod locutus sum, & humiliatus sum nimis, & dixi omnis homo mendacium, omnis homo umbra, omnis homo imago, pro tantis beneficijs quibus placebo domino in regione uiuorũ, quid habeo dignũ quod illi retribuam? Ego terra sum, ego cinis sum, promisit mihi quia placebo illi in regione uiuorum, fecit me magistrũ. Credidi propter quod locutus sum. Quid habeo dignum, quod illi pro tantis beneficijs retribuam? Quodcũq; illi dedero, ipsius est: & magis illi reddo quã dono. Nihil aliud habeo quod ipsi retribuã, nisi pro ipso sanguinem fundam, nisi pro ipso martyr existam. Hæc est sola retributio digna, ꝓ sanguine sanguinẽ retribuere, ut liberati à saluatore, pro saluatore libenter sanguinẽ profundamus. b ¶ Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.] In Hebraico ita habet. Calicem Iesu accipiã. Hoc ipsum & angelus interpretatur. Et uocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluabit populũ suũ. Calicem ergo Iesu accipiam. Quis est iste calix Iesu? Pa/
Matth.20.c ter si possibile est, transeat iste calix à me. Et potestis, inquit, calicem meum bibere. Et continuo sequitur. Calicem quidem meum bibetis. Hoc autem quare dixi? Vt intelligamus calicem passionis martyriũ esse. Grãdis res est martyrium. Quomodo grãdis res? Quoniã retribuit domino quod accepit à dño. Christus pro ipso passus est, & ille pro nomine ipsius patitur. Quoniã diximus quod martyr nihil aliud habet quod retribuat domino, C & dñs computat illi pro qualitate, quoniã uidet seruum suũ nihil aliud habere quod retribuat ei. Quid enim simile est? Deus pro hominibus passus est, dñs pro seruo, iustus pro peccatore. Quæ æqualitas? Sed quoniã nihil aliud habet seruus quod retribuat dño, deus quasi clemens ꝓ æquali accipit martyrium. Quasi si quis diues pauerit aliquẽ pauperẽ: euenerit autem eundẽ diuitẽ uenire cum sua familia, & ueniat casu in domum pauperis, & nõ habeat pauper quod illi apponat & familiæ ipsius, & solum illi dicat, intra in domum clientis tui, & ostendat uoluntatem, quoniã nihil aliud habet quod det, & plus faciat pauper, sicut illa uidua quæ duo minuta contulit. Calicem salutaris aut Iesu accipiã. Et hoc ipsum martyriũ, inquit, nõ est meæ uirtutis, sed gratiæ dei. Propterea non possum eum bibere, nisi nomẽ dñi inuocauero. Iesus uincit, in suo martyre coronatur. c ¶ Pretiosa in cõspectu dñi, mors sanctorũ eius.] Respondeãt nunc Iudæi, quomodo omne corpus humanum dicunt esse immundũ in lege. Denicꝫ si quis moriatur apud Iudæos, siue propheta siue qualiscũcꝫ sanctus, si quis eum tetigerit etiam sacerdos, usque ad uesperam immundus est. Hoc secundũ literam in lege scriptũ est. Dicamus illis. Si mortui corpus immundũ est: quomodo nunc dicitur, pretiosa in conspectu domini mors sanctorũ eius? Si pretiosum est corpus sancti morientis: quomodo immundum est? Ergo hic de euãgelista dicitur, de martyre prædicatur. d ¶ O domine quia ego seruus tuus.] Et D iam dixi in centesimo quartodecimo psalmo, ubi habet: O domine libera animã meam, quod in Hebraico habet אנה ano, quod interpretatur rogo, aut deprecor. Et hic ita habet in Hebraico. Rogo dñe: quia ego seruus tuus, ego seruus tuus. Videtur humilitatis esse quod dicitur. Grandis dignitatis est & meriti esse seruũ domini, & non seruum peccati. Quia non habeo, inquit, dominũ hominem: quia non habeo dominũ peccatum. Non enim regnat peccatũ in mortali meo corpore, propterea seruus tuus sum. Grande meritũ. Denicꝫ dicitur de Moyse: Sed non sicut seruus meus Moyses. Et Abrahã & Isaac & Iacob dicũtur serui domini. Propterea & Apostolus ita incipit. Paulus seruus Iesu Christi. e ¶ Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.] Vere magnæ felicitatis est, ire ad dominũ, ut non habeat cõscientiam inquinatam. Quicunq; sanctus moritur sua morte, licet sit sanctus qui misericordias operatus sit, fecerit signa, dæmones eiecerit, non uadit ad dominũ securus: horrescit eius cõscientia, quando uidet dominũ. Martyr autem si & post baptismũ peccauerit: tamen secundo baptismate martyriꝫ ablutus, securus uadit ad dominum. Dirupisti uincula mea. Catenis autem suorum peccatorum unusquisq; cõstringitur, sed in martyrio meo dirupisti uincula peccatorũ meorũ, & de uinculis plicasti mihi coronã uictoriæ. Vbi enim abũdauit peccatũ, superabũdauit & gratia. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Post martyrium ubi sacrificat? In regione uiuorũ. Sacrificabo, inquit, tibi Roma.5.d sacrificium. Quale sacrificiũ? Nunquid hircum aut uitulum? Illa Iudaica erant, & transierũt. Sacrificabo tibi hostiam laudis. Hæc est laus martyrum. Sicut enim martyres laudant dominum pure in regione uiuorum, ita & monachi quidie & nocte psallunt domino, debent eandem puritatem habere martyrum, si quidem ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi faciunt in terris. f ¶ Vota mea domino reddã in conspectu omnis populi eius.] Quæ sunt orationes mar

A tyrum? Quæ ſunt orationes ſanctorum? Tenebo, inquit, & non dimittam te. Adorabo, inquit, dominum, quem in euangelio legens & inueniens crucifixum, in cœlis uideo regnantem cum angelis. In conſpectu omnis populi eius. Coram omni cœtu ſanctorum. a ¶ In medio tui Hieruſalē.] Ipſius cœleſtis ciuitatis quæ eſt mater noſtra: cuius iam ciues & domeſtici facti ſumus. Per ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui eſt pax noſtrā. Qui nobis præſtare dignetur, ut cōpreſſo bello carnali, ac charitatis ſuæ nobis pace largita, filiiq; effecti in Hieruſalem cœleſti, ſanctis ſuis mereamur adiūgi ꝓ meritis. Ipſi gloria cū æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

b ¶ Alleluia.] Iſte pſalmus paruus habetur numero uerſuum, ſed magnus eſt in ſpiritualis myſterij ſacramento. Vocē tamen apoſtolicam tenet, qui iuxta normā euangelicam in quatuor uerſuum numero continetur.

(B CXVI

L Audate dominū oēs gentes.] Qui relictis ſimulacris, acceſſiſtis ad eū per fidem. Quod autem omnes gentes laudare atque adorare eſſent dominum, hoc magi ab oriente uenientes inchoauerunt, offerentes munera nato homini regiq; ac domino, ſicut Matthæus ait euangeliſta. Matth. 2. a d ¶ Et collaudate eum omnes populi.] Qui ex Iudæis fuerunt conuerſi, quod titulus ille pronunciauit, quem ſuper crucem dominicam Pilatus poſuit, ſcriptum Hebraice Græce & Latine, rex Iudæorum, ſicut Ioannes euangeliſta teſtatur. e ¶ Quoniam cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.] Apud deum futura iam facta eſſe ſæpe teſtati ſumus. Ergo tunc miſericordia domini confirmata eſt, cum effudit ſuper credentes ſpiritum ſanctum, iuxta promiſſionē quam Lucas euangeliſta cōmemorat, dicēs: Ecce ego mitto promiſſionem Luc. 24. g patris mei in uos, uos autem ſedete in ciuitate quoadu ſq; induamini uirtute ex alto. f ¶ Et ueritas domini manet in æternum.] Permanet ueritas domini, cum iuſti in cœleſti Hieruſalem tanquā lapides uiui ædificantur: Vel impij æterno igni & uermibus qui nunquam moriūtur Marc. 9. g his traduntur. Sicut Marcus euāgeliſta ait: Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum nō morietur. Nos uero dominum ſupplices deprecemur, ut ſe laudandi tribuat efficaciam, & confirmet ſuper nos miſericordiam ſuam, mittens in nobis ſpiritū ſanctum, qui exurens noxia, illuminet profutura. Ipſi gloria cum æterno patre & ſpiritu ſancto in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

g ¶ Alleluia.] Iſte pſalmus interdum uocem cōtinet eccleſiæ Chriſti uocatione fundatæ, uel populi interempti pro Chriſti nomine, deum magnificantis. CXVII

C Onfitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Confeſſio hæc non ad peccatorum remiſſionem, ſed ad laudem pertinet deitatis. i ¶ Dicat nunc domus Iſrael, quoniā bonus, quoniam in ſeculū miſericordia eius.] Illa domus quæ prius cæcata erat delictis, nunc mēte ſerena dei gloriam contemplatur. k ¶ Dicat nūc domus Aaron quoniam bonus, quoniā in ſeculum miſericordia eius.] Quæ ante idolis immolauerat: nunc autem altiſſimi illecta bonitate, ſacerdotium gerit animæ ſuæ. l ¶ Dicāt nunc qui timēt dominum quoniā bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Vos qui prius ſimulacra muta & ſurda metuebatis; nunc omnipotentis domini cum timoris reuerentia miſericordiam decantate. m ¶ In tribulatione inuocaui dominum & exaudiuit me in latitudine dñs.] In anguſtijs tribulationū exaudiuit me in latitudine gaudiorum. n ¶ Dominus mihi adiutor eſt, non timebo quid faciat mihi homo.] Diabolus utique & homo & uir, ſæpe in ſcripturis ponitur. o ¶ Dominus mihi adiutor eſt, & ego deſpiciam inimicos meos.] Vel hæreticos uel Iudæos. p ¶ Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in homine.] In ſolo deo debemus ſperare & nō in homine, cuius ſalus uana eſt. Nam alius prophe Hiere. 17. A ta ait: Maledictus homo qui ponit in homine ſpem ſuā: q ¶ Bonū eſt confidere in domino.] Qui uitam largitur æternam. r ¶ Quàm confidere in principibus.] Quorum poteſtas cum hoc mundo dilabitur. s ¶ Omnes gentes circundederunt me, & in nomine, &c.] Gētes ſcilicet tribulationū uallabant mē, ſed in nomine domini reſtiti eis. t ¶ Circūdantes circundederūt me, & in nomine domini, quia ultus ſum in eos.] Cuius eram uexillo munitus. u ¶ Circundederunt me ſicut apes.] Sicut apes fauum, ut auferrent dulcedinem quam in me Chriſtus infuderat. x ¶ Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.] Ipſi exarſerunt in inuidia ſua dum me exurere non ualuerunt. y ¶ Et in nomine domini, quia ultus ſum in eis.] Cum ea quæ mihi intulerant in eos refuſa ſunt. z ¶ Impulſus euerſus ſum ut caderem, & dominus ſuſcepit me.] Qui confidens in eum, ipſum ſolū adiutorem quæſiui. a ¶ Fortitudo mea & laus mea dñs, & factus eſt mihi in ſalutem.] Ipſi cōcinam, ipſum uirtutē meam dicam: in ipſo omnis laudatio mea conſiſtit, qui mihi in hac tribulationis morte factus eſt in ſalutem. b ¶ Vox exultationis & ſalutis in, &c.] In cordibus utiq; martyrū reliquorumq; ſanctorū, qui facti ſunt tabernaculum dei per inhabitantē ſpiritum ſanctū in eis. c ¶ Dextera dñi fecit uirtutē.] Vt mihi uictoriam in paſſione tribueret.

¶ Dextera

D

Exaudate dominū omnes gentes, laudatē eum omnes populi. Quoniām cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & ueritas domini manet in æternum.

Alleluiā. CXVII

COnfitēmini domino quoniam bonus, quoniā in ſeculum miſericordia eius. Dicāt nunc Iſrael quoniam bonus, quoniā in ſeculū miſericordia eius. Dicat nūnc domus Aaron, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicāt nūnc omnes qui timent dominum, quoniā in ſeculum miſericordia eius. De tribulationē inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. Omnes gentes circuierūt me, & in nomine domini, quia ultus ſum in eos. Circūdantes circundederūt me, & in nomine domini, quia ultus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Et in nomine domini, quia ultus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum ut caderem, & dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis, in tabernaculis iuſtorum. Dextera domini fecit uirtutem,

dexterâ domini exaltauit me: dextera domini fecit uirtutem. Non moriâr sed uiuam, & narrabo opera domini. Castigâns castigauit me dominus, & morti nõ tradidit me. Aperitẽ mihi portas iustitiæ, ingressus in eas cõfitebor domino, hæc portâ domini, iusti intrabunt in eam. Confitebór tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Lapidẽm quem reprobauerũt ædificantes, hic factũs est in caput anguli. A dominó factũm est istud. & est mirabile in oculis nostris. Hæc est diẽs quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O dominẽ saluum me fac, o dominẽ bene prosperare, benẽdictus qui uenit in nomine domini. Benedixi/mũs uobis de domo domini, deũs dominus & illuxit nobis. Constituitẽ diem solennem in condẽsis, usque ad cornũ altaris. Deũs meus es tu & confitebor tibi, deus meũs es tu & exaltabo te. Confitebor tibi quoniám exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Confitẽmini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

B Allelũia. CXVIII ℵ Aleph
Eati immaculâti in uia, qui ambulânt in lege domini. Testimonia sunt, in quorũ præsentia nobis obseruationum sanctarum ordo committitur. Sicut Moyses cœlum & terram inuocat testes. Et Paulus ad Timotheum, Testificor tibi, inquit, in conspectu dei uiuentis. & conspectu electorum angelorũm eius, & reliqua. Iudicia autẽ sunt, cũ aut iustos splẽdidis honorabit meritis: aut æternis dãnabit supplicijs trãsgressores. Viæ enim sunt apostoli ac prophetæ, per quos uenitur ad uerã uiã qui est Christus. Sic ergo inchoat psalmus. Beati immaculati, quem pro prolixitate dictorũ in tribus homilijs explanare dño annuẽte decreuimus. Totus hic psalmus est scriptus secundũ ordinẽ literarũ, ita ut ab una litera octo uersus incipiãt, & rursum à sequẽti octo alij cõpleanẽ. Et hoc similiter usq; ad finẽ texatur. Iosephus aũt refert in libris ἀρχαιολογίας hũc psalmũ & Deuteronomij cãticũ uno metro esse cõpositũ, & putat elegiacũ metrũ in utroq; posse deprehẽdi, qd' scilicet prior uersus sex pedibus cõstet: inferior uno minꝰ in pentametrũ finiatur. CXVIII Aleph

B Eati immaculati in uia. Ista utique in seculi uia per quam gradimur. Beati immaculati. Contra beatitudinem miseria opponitur. Beatus immortalis dicitur in nostra lingua siue laudabilis uel gloriosus. Illi sunt beati, qui in uitam æternam merentur intrare, & illi sunt miseri, qui in infernũ descendunt. Quomodo dicit immaculati: quia sine minutis peccatis homo esse non potest: sicut sanctus Ioannes dixit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est. Et propheta dicit: Qui ingreditur sine macula & operatur iusticiã. Sine macula: hoc est, sine mortalibus criminibus: Sed tamen discretionem facit inter maculam & maculam, id est, quia & si sine minutis esse nõ possumus: tamen in maiora incidere non debemus. d ¶ In uia qui ambulãt in lege domini.] In uia, in Christo ut ipse ait: Ego sum uia & ueritas. Qui ambulant in

1.Ioan.1.c

Psal.14.a

A a ¶ Dextera domini exaltauit me.] Ab humilitate diuersarũ passionũ uirtute eius eleuatus sum. b ¶ Nõ moriar, sed uiuã & narrabo &c.] Populus hæc martyrũ loquitur: quorum uictoriæ in omnibus ecclesijs concinũtur. c ¶ Castigãs castigauit me dominꝰ, & morti nõ tradidit me.] Castigat nos dominus ad emẽdationẽ in mutis uerberibus ut probet & seruet à ppetua morte. d ¶ Aperite dño portas iusticiæ & ingressus in eas confitebor dño.] Beatus est ille ecclesiæ uel martyrũ populꝰ: cui portæ aperiũtur iusticiæ, id est, uitæ æternæ, in quibus iugiter deum confiteaẽ & laudet. e ¶ Hæc porta domini: iusti intrabũt per eam.] Dominꝰ Iesus Christus porta est patris, per quam introitur ad eũ, ipso dicente: Ego sũ hostiũ: per me si quis introierit saluabitur. Et iterũ: Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Per hãc ergo portam uenit ad patrẽ, sed nemo in eã ingreditur nisi iustus. f ¶ Cõfitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutẽ.] In qua uel uulnera peccati sanasti, uel aduersus iniquum hostẽ, factus es in salutẽ. g ¶ Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.] Dominus noster Iesus Christus lapis uerus inuentus in legis litera: reprobatus est ab ædificantibus Iudæis: hoc est, literæ hærentibus. h ¶ Hic factus est in caput anguli.] In caput connectens duos parietes: Vnum de circũcisione: alium de præputio in uno nouo homine: hoc est, in semetipso. i ¶ A domino.] Patre. k ¶ Factus est.] Mediator noster & eius. l ¶ Et est mirabilis in oculis nostris.] Nõ in illorũ qui eũ reprobrauerunt, sed in nostris qui eũ credẽdo suscepimus. m ¶ Hæc est dies quam fecit dominus: exultemus &c.] Hic lapis angularis ipse est dies salutis, in quo uel à morte surreximus, uel mœrore peccati deposito, in nouitate uitæ lætamur. n ¶ O domine saluũ me fac.] Ad te uchientem. o ¶ O domine bene prosperare.] Prosperum facito iter illud: quo ad te post multos labores reuertar. p ¶ Benedictus qui uenit in nomine domini.] Christus dominus, in nomine patris, sicut ipse ait: Ego ueni in nomine patris mei &c. q ¶ Benedximus uobis de &c.] Sancti de cœlesti Hierusalem paruulos ecclesiæ benedicunt. r ¶ Deus dominus & illuxit nobis.] Resurrectione enim sua illuminauit tenebras nostras. s ¶ Constituite diem solẽnem.] Exhibete uos templa & aras deo: in quibus & sacras celebretis solẽnitates. t ¶ In condensis.] In uirtutibus multis: in quibꝰ uel ipse dominus uel eius angeli frequẽtantur. u ¶ Vsque ad cornu altaris.] Vsque ad ipsum dominum qui est fortitudo animæ, quã eius altare fecisti. x ¶ Deus meus es tu, & confitebor tibi.] Accepta remissione per confessionem peccaminũ, nunc confitebor laudes tuas. y ¶ Deus meus es tu &c.] Quia à te ab humilitate sum subleuatꝰ. z ¶ Cõfitebor tibi quoniã exaudisti me &c.] Vt me cum sanctis tuis in cœlesti Hierusalem sociares. a ¶ Confitemini domino quoniã bonus, &c.] In his uer-

Ioan.10.b

Ioan.5.d

bis psalmus accipit terminum: de quibus sumpsit exordium, uidelicet ut ab initio credulitatis nostræ usque ad finẽ in deũ nostrũ fiduciã habentes, eius laudes perseueranter cõfiteamur, iuxta illud dñi, Qui pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Qui nobis fiduciã in se sperãdi largire digneẽ, ipsi gloria cũ æterno patre & filio & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. b ¶ Alleluia.] Iste psalmus magnum in se mysteriũ continet. De quo qp piam in prologo proloc uti sumꝰ, sed quoniam cõtinẽtur in eo lex, mãdata, iustificationes, testimonia, iudicia ac uiæ: quid inter ea distet, discerni necesse est. Lex ergo quæ per Moysen data est, in Christo spiritualiter debet intelligi: quia Apostolus cũ illã sanctã uocet, umbrã tamẽ eã futurorũ esse describit. Mandata sunt in quibꝰ præceptorũ dominicorũ custodia deputatur, iuxta illud: Non occides: nõ mœchaberis & reliqua. Iustificationes sunt, quibꝰ deus per suã dilectionẽ & proximi, zizaniam odij ab hominum corde iubet auelli. Testimonia sunt, in quorũ præsentia nobis obseruationum sanctarum ordo committitur. Sicut Moyses cœlum & terram inuocat testes. Et Paulus ad Timotheum, Testificor tibi, inquit, in conspectu dei uiuentis. & conspectu electorum angelorũm eius, & reliqua. Iudicia autẽ sunt, cũ aut iustos splẽdidis honorabit meritis: aut æternis dãnabit supplicijs trãsgressores. Viæ enim sunt apostoli ac prophetæ, per quos uenitur ad uerã uiã qui est Christus. Sic ergo inchoat psalmus. Beati immaculati, quem pro prolixitate dictorũ in tribus homilijs explanare dño annuẽte decreuimus. Totus hic psalmus est scriptus secundũ ordinẽ literarũ, ita ut ab una litera octo uersus incipiãt, & rursum à sequẽti octo alij cõpleanẽ. Et hoc similiter usq; ad finẽ texatur. Iosephus aũt refert in libris ἀρχαιολογίας hũc psalmũ & Deuteronomij cãticũ uno metro esse cõpositũ, & putat elegiacũ metrũ in utroq; posse deprehẽdi, qd' scilicet prior uersus sex pedibus cõstet: inferior uno minꝰ in pentametrũ finiatur.

Hebr.10.c

Deut.4.d

2.Timo.4.d

A lege domini: hoc est in mandatis illius. Qui ambulant id est, perseuerant: Qui ambulant in lege domini. Qui carnis concupiscentijs edomatis: etiam terrenæ honorē gloriæ calcant. *a* ¶ Beati qui scrutātur testimonia eiꝰ.] Vt intelligant cum peccauerint, se coram testibus delinquisse. *b* ¶ In toto corde exquirūt eū.] & non leuiter neqꝫ segniter. *c* ¶ Nō enim qui operantur iniquitatem: in uijs eius ambulauerunt.] Viæ enim sunt apostoli & prophetæ, per quos uenitur ad uiam illā, quæ dixit: Ego sum uia ueritas & uita: sicuti iam diximus. In hac enim uia impij non incedunt: quia satanæ uiam sequuntur. *d* ¶ Tu mandasti mādata tua domine custodiri nimis.] Nō tepido corde nec dissoluto animo, sed fortiter & attente nos sua mandata edocet custodire. *e* ¶ Vtinam dirigantur uiæ meæ &c.] Nisi enim ab ipso domino dirigātur uiæ nostræ: ad eius custodiendas iustificationes infirmiores erimus propter fragilitatem carnis. *f* ¶ Tunc non cōfundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.] Nō alia prætermittere, & alia obseruare est cōgruum: sed omnia æqualiter custodire oportet: ne in futuro iudicio confundamur. *g* ¶ Cōfitebor tibi domine &c.] Quia nō est peruersum in parte hæreticorū. *h* ¶ In eo quod didici &c.] Vt te directo corde laudarē. *i* ¶ Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usqꝫquaqꝫ.] Et si ad tēpus relinquimur non tamen usqꝫquaqꝫ relinquamur ut pereamus. Beth IN quo corrigit adolescētior uiam suā, &c.] Hic prophe ta nō modo longæuam ætatē corrigit: uerūetiam adolescentiam edocet erudiri, & ita custodire diuinos sermones, ut etiam si uetus culpa defleta sit: nunc ne cogitatio ad delinquēdum ulla cōsentiat. *l* ¶ In toto corde meo exqsiui te, &c.] Nō ex parte, sed ex toto corde deū se requisisse fatetur: ne ab eius mandatis proijciatur: quia neminē proijcit qui peccatores saluos facere uenit. *m* ¶ In corde meo abscondi eloquia tua, &c.] In cordis abdito dei sacramenta recōdit: cum hæreticum post duas correptiones deuitat: cum sanctum dei canibus non exponit: Vel cum margaritas eius non proijcit coram porcis. Nihil negligenter agit in his quæ sunt dei: quia scit maledictum esse qui fecerit opus domini negligenter. *n* ¶ Benedictus es domine, &c.] Quia scio uanæ gloriæ iustificationes tuas quas pharisæus proferebat in tēplo, à te non processisse. *o* ¶ In labijs meis pronūciaui &c.] Incomprehensibilia dicit Apostolus iudicia dei. Ergo iste quæ audiuit & didicit à prophetis: ea tantū labijs nūciauit: sed credētibus, & nō indignis. *p* ¶ In uia testimoniorū &c.] Sicut enim terrenus homo in agris uineisqꝫ delectatur: ita iste in testimonijs dei iocundatur de conscientia pura: qui contempto mundo à deo ditatus est. *q* ¶ In mandatis tuis exercebor &c.] Exercitatio assiduitas operis est. Et iste nisi exercitatus in mandatis dei fuisset, non poterat cōsiderare uias eiꝰ, id est, apostolicas prophe ticasque doctrinas. *r* ¶ In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.] Ea meditor: in his exerceor, ut illa obliuioni nō tradens, possim ea integre perfectēqꝫ implere. Gimel

mini. Beati qui scrutātur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatē, in uijs eius ambulauerunt. Tu mandasti, mandata tua custodiui nimis, utinam dirigantur uiæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc nō confundar, cū perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iusticiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaqꝫ.

ג Beth

IN quo corrigit adolescentior uiam suam, in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccē tibi. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronūciaui omnia iudicia oris tui. In uia testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor, & considerabo uias tuas. In iustificationibus tuis meditabor, nō obliuiscar sermones tuos.

ג Gimel

RETribue seruo tuo, uiuifica me, & custodiā sermones tuos. Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Incola egō sum in terra, nō abscondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt principes & aduersum me loquebātur, seruus autem tuus exercebatur in

R Etribue seruo tuo &c.] Cōstāter sibi retribui ob id quod deo seruiat deprecatur. Et quia nescit seruū se esse peccati: in ipso uiuere, qui uita est, optat, sermonesqꝫ eius dū uita præsens uoluitur custodire. *t* ¶ Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.] Absterge ab oculis cordis uelamen literæ, & fac me spirituali sensu legis tuæ mirabilia contēplari. In lumine enim tuo uidebimus lumen. *u* ¶ Incola ego sum in terra non abscondas me &c.] Sic & Apostolus ait: Dum sumus in corpore, peregrinamur à dño. Peregrinum se in corpore positum propheta dicit à cœlesti frequē tia: quia scit hæc mandata in thronis & dominatiōibus contineri: quæ sibi ne occultentur implorat. *x* ¶ Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tēpore.] Vt siue manducē siue bibā siue aliud quid faciam, eas semper desiderem, meditem, apprehendam. *y* ¶ Increpasti superbos.] Vt eos ad humilitatē sanctā (quam docuisti) reduceres. Increpasti superbos. Sic fecit diabolo, & Adā qui se eleuauerunt in superbia. Vel modo per tuos doctores increpas aduersarias potestates, membra diaboli hæreticos uel malos homines qui contra mandata dei agunt. Increpasti illos per tuos sanctos. *z* ¶ Maledicti qui declināt &c.] Maledicti sunt illi qui à mādatis dei declinant: sed tunc pleniter maledictionē accepturi erunt mali: id est, hæretici uel reliqui: quādo dicturus erit: Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. *a* ¶ Aufer à me opprobrium.] Peccati, & iudicium. *b* ¶ Et contēptum.] Iudicij mortalis. *c* ¶ Quia testimonia tua exquisiui.] Non ociose & somnolenter, sed strenue uigilanterqꝫ. *d* ¶ Etenim sederūt principes & aduersū me loquebātur, &c.] Quod in hoc uersiculo propheta in se loquit̄, futurū in apostolis reliquisqꝫ martyribus uidet, q multa corā regibus & præsidibus dño etiā hoc prænūciante perpessi sunt. Qui licet sint diuersis pœnis affecti, usqꝫ ad sectionem tamen ceruicum semper se in dei exercuerūt iustificationibus.

¶ Nam

D

Psal. 35. e

Matt. 25. d

Rom. 11. d

iustificationibus tuis. Nam & testimoniâ tua medita/
tio mea est, & consiliũm meum iustificationes tuæ.

ד Daleth

ADhæsit pauimentó anima mea, uiuifica me se/
cundum uerbum tuum. Vias meâs enunciaui &
exaũdisti me, doce me iustificationes tuas. Viam iustifi
cationũm tuarum instrue me, & exercebór in mirabili/
bus tuis. Dormitaũit anima mea præ tædió, confirma
me in uerbis tuis. Viam iniquitatis amouè à me, & de
lege tuã miserere mei. Viam ueritátis elegi, iudiciâ tua
non sum oblitus. Adhæsi testimónijs tuis domine, noli
me confundere. Viâm mandatorum tuorum cucurri,
cũm dilatasti cor meum. ה He

LEgem ponè mihi domine uiam iustificationum
tuarum, & exquiram eâm semper. Da mihi intel/
lectũm & scrutabor legem tuam & custodiam illam in
toto cordè meo. Deũc me in semita mandatorũ tuo/
rum, quia ipsam uolũi. Inclina cor meũm in testimonia
tua, & non in auariciâm. Auertè oculos meos ne uide/
ant uanitatem, in uiâ tua uiuifica me. Statuè seruo tuo
eloquiũm tuum in timorẽ tuo. Amputa opprobrium
meũm quod suspicatus sum, quiâ iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mãdatâ tua, in æquitate tua uiuifica me.

ו Vau

ETueniát super me misericordia tua domine, salu/
tarẽ tuum secundum eloquiũ tuum. Et rẽspódebo

A 4 ¶ Nam & testimonia tua meditatio mea.] In his utiq; pressuris. b ¶ Et cõsilium meum iustificationes tuæ.] Quia uitam pollicentur æternam. Daleth

A Dhæsit pauimento anima mea: uiuifica me secundũ uerbum tuum.] Corpori mortali animam cõiunctã intelligo: ideo ne de/ lictum inualescat à te peto uiuificari: sciens quia concupiscentia carnis mortem ope/ ratur. d ¶ Vias me/ as enunciaui tibi.] Quomodo dicit e/ nunciaui tibi, cum ali bi dicit, enuncia mi/ hi. Nunquid deus ali quid nescit aut igno/ rat, quia ipse ubique est præsens, & omnia præuidet, & intrinse/ cus est? Sed quod di/ cit, uias meas enũcia/ ui tibi: hoc est, ac si di cat. Tu dic prius ini/ psa.43.d quitates tuas, hoc est tua opera: quod con/ tra mãdatum dei egi sti, enuncia per cõfes/ sionẽ uel pœnitentiã, ut iustificeris in ser/ monib⁹ dei. e ¶ Vias meas enũciaui & ex/ audisti me: &c.] Vias pec catl mei cõfessus sum, & remisisti: nũc doctrinã indulge qua B in iustificatiõibus tu/ is edocear. f ¶ Viã iustificationum tua/ rum &c.] Iustificatio nes quas legis litera protulit spiritualiter capiam. g ¶ Et ex/ ercebor in mirabili/ bus tuis.] In aposto/ licis cæteris que doctrinis ecclesiasticis quæ in ea sunt figuratæ. h ¶ Dormitauit anima mea.] In huius ha/ bitaculi mortalis statiõe. i ¶ Præ tædio.] Imbecillita/ tis corporeæ. k ¶ Confirma me &c.] Vt ablato pecca/ ti somno, instanter in his uigilem. l ¶ Viam iniquita/ tis &c.] Desideriũ illud per quod ad peccandũ uenitur. m ¶ Et in lege tua &c.] Apud te enim lex instituta est, ut semper miserearis. n ¶ Viã ueritatis elegi.] Christũ dei filiũ, quẽ præuidẽs uenturũ in mũdũ audio dicere: Ego toan.3.d sum uia ueritas & uita. o ¶ Iudicia tua &c.] Illa iudicia quæ in euãgelijs proferẽs ait: Hoc est iudiciũ, ut omnis qui credit in filiũ hoĩs habeat uitã æternam. p ¶ Adhæ si testimonijs tuis &c.] Et quia his adhærens, anteriorũ facinorũ indulgẽtiã merui: quæso ne me patiaris de itera tione peccati cõfundi. q ¶ Viã mãdatorũ tuorũ cucur ri.] Quando multa patiebar propter uerbũ ob spẽ futu ræ beatitudinis. r ¶ Cum dilatares cor meum.] Cum in amplitudine sanctarum scripturarum mysteriũ mihi beatæ trinitatis insinuares. Vel dilatares cor meũ, id est, in latitudine charitatis, in spe, in fide. He

LEgem pone mihi domine &c.] Propheta in persona ecclesiæ dicit. Legem pone mihi: id est, temetipsum: quia lex Christ⁹ est. Ac si dicat: Temetipsum mihi pone, hoc est dona. t ¶ Et exquirã eam semper.] Ipsam legẽ hoc est mandata uel temetipsum. u ¶ Da mihi intelle/ ctum &c.] Id est, tua mãdata. Intellectũ, ut nõ sim sicut equus & mulus: quibus nõ est intellectus. Ecclesia rogat ut intelligat discretionẽ inter bonũ & malũ, inter uitã & C mortẽ, inter literã & sensum, Vt intelligã & prædicẽ, & o/ pere impleã. x ¶ Et custodiã illã &c.] Id est, ex tota dile ctiõe. y ¶ Deduc me &c.] Semita minor est q̃ uia hoc est, arta, & angusta uia: hoc est, altiora mãdata quæ ducũt ad uitã: qa lata & spa ciosa est quæ ducit ad mortẽ. z ¶ Quia i/ psam uolui.] Vox ec clesiæ. Ac si dicat ec/ clesia: Nõ cõcupiui a liud nec delectat⁹ sũ: nisi tua mãdata. Ideo rogo ut me deducas in tua mandata, id est, intelligere facias. a ¶ Inclina cor meũ &c.] Vox ecclesiæ: su perbi nõ inclinãt cor in testimonijs dei, qa sperãt se altiores esse & meli⁹ intelligere de præceptis dei q̃ eccle sia. b ¶ Et nõ in aua riciã. Hoc est, uanita/ tem: quia illi superbi non inclinãt cor in te stimonijs dei: sed in uanitate uel auaricia. Inclina cor meũ, dicit ecclesia: id est, i humi Matt.11.d litate, ut illud: Discite à me qa mitis sum & humilis corde. c ¶ A/ uerte oculos &c.] A/ D uerte oculos meos, id est, sensus meos: ne ui deãt uanitatẽ, id est, defectionem. Ac si di cat: Vt ĩ ista uanitate quæ est defectio, non habeã oculos meos: id est, sensus meos de/ fixos. Sed qd inquit? d ¶ In uia tua &c.] Hoc est in temetipso. Vel in tuis mãdatis uiuifica me, in a nima. e ¶ Statue seruo tuo.] Populo Christiano. f ¶ Elo quiũ tuũ.] Tua mãdata. g ¶ In timore tuo.] Id est, timo re sãcto. h ¶ Amputa opprobriũ &c.] Ecclesia dicit. Am puta: id est, tolle, capula, seca, quod suspicat⁹ sum ab alijs opprobriũ. Opprobrium illud quod dicebant gẽtiles: Cultor es crucifixi: adorator es male mortui: uenerator es occisi, & dicebãt: Ecce deus noster: quẽ uos dicitis ma nufactilem. Vbi est deus uester? Veniat. Quod suspicat⁹ sum. Quid suspicabantur illi? Quod fallaciã obseruaret ecclesia quãdo Christũ adorabat. i ¶ Quia iudicia tua iocunda.] Id est clara: læta ad illos qui amant & deside/ rant: id est, nõ nolentibus sed uolẽtibus clara & iocunda sunt. ו ¶ Ecce cõcupiui mãdata tua, &c.] Vnum est do mine tuæ miserationis donũ, ut eloquia sancta custodiẽ/ tes, in tua æquitate uiuificemur, hoc est cum æqualem te patri spirituique sancto fatemur. Vau

ETueniat super me misericor dia tua domine.] Vt delicta remittas. m ¶ Et salutare tuũ &c.] Hoc est saluta re, eloquiũ quod per aliũ promisisti prophetã, dicens: Ezech.33.e Nolo mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Hoc est: ut uenias nos redimere: secundũ quod Abrahæ pro misisti: sicut dictũ est, In semine tuo benedicẽtur omnes Gen.22.d tribus terræ. n ¶ Et respondebo &c.] Ecclesia dicit. Ac si dicat: Si ueneris redimere nos, respõdebo ad illos qui mea exprobrãt de mea fide quõ credo, & dicũt, Vbi est deus uester? Ecce de⁹ noster, uel idola illorũ quæ colũt.

Quia

exprobrantibus mihi uerbum, quiã ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas dẽ ore meo uerbum ueritatis uſquequaque, quia in iudicijs tuis ſuperſperauí. Et cuſtodiãm legem tuam ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Et ambulabãm in latitudine, quia mandata tuã exquiſiui. Et loquebar de teſtimõnijs tuis in conſpectu regũ, & non cõfundebar. Et meditabãr in mãdatis tuis quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi, & exercebãr in iuſtificationibus tuis.

ז Zain.

MEmor eſtõ uerbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me conſolatã eſt in humilitate mea quia eloquium tuũ uiuificauit me. Superbi inique agebant uſquequaq; à lege autem tua nõn declinaui. Memor fui iudiciorũm tuorum à ſeculó domine, & conſolatus ſum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Memor fui noctẽ nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuã. Hæc factã eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

ח Heth.

POrtio meã domine, dixi cuſtodire legẽ tuam. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, miſereré mei ſecundum eloquium tuum. Cogitaui uias meas, & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus ſum, & nõn ſum turbatus, ut cuſtodiãm mandata tua.

A a ¶ Quia ſperaui in ſermonibus tuis.] Cõſtanter his remihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.] Docet nos propheta in huius mundi peregrinatione ſpiritualia cantica ſemel aure ſuſcepta inceſſabiliter decantare: quia cum ſumus in corpore peregrinamur à domino. b ¶ Et ne auferas &c.] Non cõſentiam peccãtibus, ne audiã: Quare tu enarras iuſticias meas? c ¶ Quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.] In his ſperãs, ſemper ea protuli in eccleſijs populorum. d ¶ Et cuſtodiam legẽ tuam ſemper: in ſeculũ ſeculi.] In ſemper, omne tempus uitæ præſentis oſtẽdit. In ſeculũ ſeculi uero: futurũ ſeculum mõſtrat. e ¶ Et ambulabam in latitudine.] Dilatatꝰ enim ſum in cuſtodia legis tuæ. f ¶ Quia mandata tua exquiſiui.] Diligenter ea perſcrutans, Ad hoc exquiſiui: ut crederẽ & intelligerẽ, g ¶ Et loquebar de teſtimonijs tuis in con.&c.] Sciens quia qui te cõfitetur in ſeculo: confiteberis eum corã patre & angelis eius. Nos uero ſi ante reges & præſides propter dominũ ſicut martyres fecerunt, ſtemus: ſiue uerbum ueritatis annunciemus, ſiue pro iuſticia decertemus: non confuſi ſed conſtantes eſſe debemus.

B b ¶ Et meditabar in mandatis &c.] Vt opus meditationis dilectiõis perficeret fructum. i ¶ Et leuaui manus meas.] Id eſt, eleuaui. k ¶ Ad mãdata tua quæ dilexi.] A peccato mũdas, & ab effuſione innocentis ſanguinis alienas. l ¶ Et exercebar in iuſtificationibus tuis.] Vt quæ in his per literã indicabãtur: ſpiritualiter poſſim aduertere. Zain.

MEmor eſto uerbi tui ſeruo tuo domine: in quo mihi ſpem dediſti.] Talem me digneris efficere ut idoneus habear qui tui memor inter preſſuras huius ſeculi: per ſpem æternorum bonorum merear conſolari: ſicut ſequitur, m ¶ Hæc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum uiuificauit me,] Cum in his anguſtijs poſito, æternæ uitæ pabulũ ſubminiſtrat. o ¶ Superbi inique agebant uſquequaq;.] Qui relicta humilitate præceptionis diuinæ, in huius ſeculi uanitatibus extollebantur. p ¶ A lege autẽ tua non declinaui.] Quia illis dãnationi appropinquãtibus, erigebar in ea. q ¶ Memor fui iudiciorũ tuorum.] Nihil in hac uita indignum geſſi metuens ne his condemnarer. r ¶ A ſeculo domine.] Ab initio huius uitæ. s ¶ Et conſolatus ſum.] Securum me ſciens à iudicio mortis. Conſolatus ſum, dicit ipſa eccleſia, quod deus uenit ſua mẽbra redimere. Quaſi dicat: Ab initio cognoui ego & intellexi per ſpiritum ſanctum, quod tu uenturus eras in carne. t ¶ Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.] Vox eccleſiæ. Affectum miſerationis oſtendit, ut doleat ſuper præuaricationes iniquorum: iuxta illud Apoſtoli: Ob unius membri dolorem compatiuntur omnia membra. Ideo´que non uult quenquam peccare ſed omnes cupit uiam ueritatis agnoſcere. u ¶ Cantabiles C mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.] Docet nos propheta in huius mundi peregrinatione ſpiritualia cantica ſemel aure ſuſcepta inceſſabiliter decantare: quia cum ſumus in corpore peregrinamur à domino. x ¶ Memor fui nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuam.] Oportet enim fragilitatem humanam, ut cum ſemper, impenſius tamen nocturno tẽpore memoriam faciat dominici nominis, cum aut recordatione diuitiarum premitur, aut concupiſcentiæ igne torquetur, & præcipue hoc exorare: ut ſi legem dei cuſtodire cœpit, ne ab eadem in aliquo diuellatur. y ¶ Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.] Facta eſt mihi hæc lex conſolatio & non ſcandalum: ut diligentius iuſtificationes tuas ſcrutari ualerem. Nos quoq; ſupplici ter exoramꝰ dominum: ut nobis iuſtificationes ſuas inſinuet: uias reſeret: mirabilia declaret: & ſi quid legis umbraculum occultet, paracleto illuminante reuelet, ut ſi beatitudinis palmam non adipiſcimur: ſaltẽ uel pro delictis uenią conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, cui eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & poteſtas & gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Homilia ſecũda. Iuſtificationum, mandatorum, legum: uiarum´q; diſcretionem iam in ſuperiori homilia deſcripſimus: nunc ad octauæ literæ capitulum reuertamur. Heth

POrtio mea domine, dixi cuſtodire legem tuam.] Qui relinquit mundi ſuperbiam. honorum faſtigia: diuitiarum´q; iactantiã, & in cœlo collocat theſauros: huius portio efficitur deus: ſicut Petrus ait paralytico: Argentum & aurum non eſt mihi: ſed quod habeo hoc tibi do In nomine Chriſti Ieſu: ſurge & ambula. O magnus theſaurus: o feliciũ diuitiarum egregius cumulus, ut qui legem dei cuſtodit: & cuius deus eſt portio, morbida curet infirmitatũ. a ¶ Deprecatus ſum faciem tuam &c.] Bene propheta toto corde deprecat faciem dei: qui mũdum cor ſe nouit habere. Beati enim mũdo corde: quoniam ipſi deũ uidebũt. b ¶ Miſerere mei &c.] Per quod promiſiſti ut peccatorẽ in morte non obrueres: ſed miſericordia cõſolareris. c ¶ Cogitaui uias meas.] Quod rectæ erant. d ¶ Et conuerti pedes meos in teſtimonia tua.] Senſus meos in tua præcepta: ut obſeruare deam, & opere compleam. e ¶ Paratus ſum & non beam, & opere compleam. f ¶ Paratus ſum & non ſum turbatus.] Paratus ſum ad prædicandum: non ſum turbatus ad tribulationem ſuſtinendam propter Chriſtum. f ¶ Vt cuſtodiam mandata tua.] Non me conturbauerunt iniqua exprobrantium iacula.

Pſal.49.c

1.Cor.12.d

Act.3.d

¶ Funes

Funes peccatorũm circumplexi ſunt me, & legem tuã non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad confiten/dum tibi, ſuper iudicia iuſtificatiõis tuæ. Particeps ego ſum omniũm timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Miſericordiâ tua domine plena eſt terra, iuſtifica/tiones tuas doce me. ט Teth,

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo domine, ſecũdum uerbũm tuum. Bonitatem & diſciplinãm & ſcien/tiam doce me, quiâ mandatis tuis credidi. Priuſquã hu/miliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum cuſto/diui. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificati/ones tuas. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperbo/rum, ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua. Coagulatũm eſt ſicut lac cor eorum, ego uerò le/gem tuam meditatus ſum. Bonum mihi quiâ humilia/ſti me, ut diſcam iuſtificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti.

Ioth.

MAnus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me, da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Qui ti/ment te uidebunt me & lætabuntur, quiâ in uerba tua ſuperſperaui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia tua ut cõſoletur me, ſecũdum eloquiũ tuum ſeruo tuo.

A 4 ¶ Funes peccatorum circũplexi ſunt me &c.] Ab im properijs peccãtium ſe cõceptum propheta dicit: nec ta men legis diuinæ ſe ait immemorem: ſciẽs oportere nos per multas tribulationes introire in regnũ dei. b ¶ Me dia nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſticiæ tuæ.] Scit e/nim medio noctis tẽ/pore uel pericula pa/ti, uel præmia ſe aſſe/qui poſſe: quia ſicut media nocte percuſ/ſit angelus Aegyptũ: ita media nocte ſapiẽ/tes uirgines introdu/cuntur ad ſponſum. Et multa ſunt alia de media nocte teſtimo/nia. Ideo hic eo tẽpo/re ſurgit cum iudicio ac iuſticia, ut quod poſceret conſequa/tur. c ¶ Particeps ego ſum omnium timen/tium te, & cuſtodien/tium mandata tua.] Dauid particeps erat in regno ad omnes homines qui ſuſtine/bant tribulationẽ, & modo eccleſia parti-ceps eſt ad illos qui deum timent timore ſancto, & ſua manda/ta implent. Particeps eſt cum illis in fide, B ſpe, charitate. d ¶ Mi ſericordia domini ple na eſt terra.] Cum ſo lem ſuũ oriri facit ſu/per bonos & malos, pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. e ¶ Iuſtifi- Luc.11.g cationes tuas doce me.] Ne ſimilis fiam his qui habẽtes ſcientiæ clauem: neque ipſi introeunt neque alios introi re permittunt. Miſericordiam fecit: quando uenit nos re dimere. Inde eſt plena terra, id eſt, ſancta eccleſia. Iuſtifi/cationes tuas doce me. Hoc eſt tua mandata, ut illa intel ligam & prædicem, & opere impleam. Teth

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo domine.] Vox pro/phetæ in perſona eccleſiæ. Bonitatẽ feciſti, quando in Gen.22.d carne ueniſti, & nos redemiſti, quando quod promiſiſti ad Abrahã & reliquos patres adimpleſti, ut illud: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Cum ſeruo tuo populo Chriſtiano. f ¶ Secundum uerbum tuũ.] Ver bum patris filius eſt Secundum uerbum tuũ: ut peccan tem me non in ira punires, ſed miſericordia cõſolareris. g ¶ Bonitatem & diſciplinã &c.] Vox eccleſiæ. Ante de/buerat dicere ſcientiã, & poſtea diſciplinam: quia nõ po/teſt homo bonus eſſe niſi ſcientiam habeat. Qualem bo/nitatem ſe dicit facere? Quia dat pluuiam ſuper terram: & facit ſolem ſuũ oriri ſuper bonos & malos & pluit ſu/per iuſtos & iniuſtos. Et diſciplinã: hoc eſt, ut primitus in ſe debeat menſurare & facere diſciplinam, & poſtea in aliis. Et ſcientiam: hoc eſt, ut diſcretionẽ habeat, & ſciat diſcernere inter bonum & malum inter uitam & mortẽ, inter corpus & animam. Doce me, ut intelligam tua mã data opere implere. h ¶ Quia mandatis tuis credidi.] Propterea doce me, quia in tuis præceptis credidi, id eſt, opere impleui. i ¶ Priuſquam humiliarer ego deliqui Propterea eloquium tuũ &c.] Præcedente delicto humi liamur & per hoc eruditur, ut eloquia diuina cuſtodia mus. k ¶ Bonus es tu domine.] Quia nemo bonus niſi ſolus. l ¶ Et in bonitate tua doce me iuſtificationes C tuas.] Eo quod bonæ ſint, ſicut & tu bonus es. m ¶ Mul tiplicata eſt ſuper me iniquitas &c.] Cũ enim uerbera di uina me arguerent: & ſuperbi ſeculi laceſſerent, dicẽtes: Vbi auxiliũ, ubi ſpes tua, ubi eſt bonitas dei tui: ego mã data tua uehemẽtius ſcrutabar: conſolatio nem requirens in eis. n ¶ Coagulatũ eſt ſi cut lac cor eorum.] Lac cum natura ſua/ue ſit: corruptũ tamẽ uitio coagulatur & a/ceſcit. Ita & ſuperbi: id eſt, hæretici dulce cor de ſanctis ſcripturis prius habuerunt: ſed peruertentes eas in e/brietate ſenſus ſui: co agulati atq; acerrimi facti ſunt. o ¶ Ego uero legẽ tuã medita tus ſum.] Per quã ſu/perbos humilias, per quã humilibus grati am præſtas. p ¶ Bo nũ mihi quod humi/liaſti me, &c.] Vox ec cleſiæ dicit: Bonũ mi/hi fuit quod me hu/miliaſti: quia per hoc didici tua mãdata im plere in operatione. Bonũ mihi quod hu miliaſti me, ut diſcam iuſtificationes tuas. D Quia nõ in ſuperbia, ſed in humilitate di/ſcũtur. q ¶ Bonum mihi lex oris tui, &c.] Lex oris dei Chriſtus eſt, qui nõ uenit legẽ ſoluere ſed adimplere. Quẽ prætuidens propheta ſuper omnes theſauros concupiſcit: quia nõ ſolum amicos di/ligi: ſed etiã inimicis præcipit ignoſci. Ioth

MAnus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me, da mihi intellectũ ut diſcam mandata tua.] Magnũ eſt enim ut ſe homo intelligat manu dei factum plaſmatũq;, & ad eius imaginem eſſe compoſitũ. Quod ſi cognouerit, ſci/entiam poſcere debet ut mandata eius intelligat atq; cu ſtodiat: ne recedẽs ab eis qui fuit imago dei, incipiat ima go eſſe diaboli. s ¶ Qui timẽt te uidebũt me & lætabũ tur.] Vox eccleſiæ: hoc eſt, ut illi qui deũ timẽt uideant ſuum intellectũ & læticiam habeant: quia eccleſia quan/do uidet alios mandata dei obſeruare, magnã læticiã ha bet. Poſtea inuicem ſic lætabuntur, & hic & in futuro. t ¶ Quia in uerbo tuo ſuperſperaui.] Id eſt, in Chriſto habeo ſpem. u ¶ Cognoui domine quia æquitas iudi/cia tua &c.] Aequitas tua eſt, ut peccatores arguas pro delictis. Veritas, ut ſuperbos humilies à proſperitatibus ſuis. Ergo quia me humiliaſti ut corrigeres, x ¶ Fiat nunc miſericordia tua ut conſoletur me.] Vox prophe/tæ in perſona eccleſiæ. Præuidebat propheta per ſpiritũ/ſanctũ Chriſtum uenturũ eſſe in carne qui erat miſeri/cordia, ut nos redimeret ſecũdũ quod promiſerat, & me cõſolaretur. Adimpleuit quod promiſit: quia dicit in a/lio loco, Miſerationes multæ ſunt apud deum, & noſtra peccata multa ſunt. Inde dicit. Miſerationes tuæ multæ ſunt. y ¶ Secundũ eloquiũ tuum ſeruo tuo.] Secũdũ quod promiſiſti, ueni redimere ſeruũ tuũ, populũ Chri ſtianũ, q tibi ſeruit ſpecialiter. Fiat nũc miſericordia tua ut cõſoletur me: ſecũdũ eloquiũ tuũ ſeruo tuo. Promiſi/

A sti enim, ut post humilitatẽ afflictiõis, tribueres præsidium consolationis. a ¶ Veniant mihi miserationes tuæ & uiuam, &c.] Iam legem tuam meditor, sed in æternã uitam uenire non possum, nisi à te inibi fuero cõmutatus. b ¶ Confundantur superbi quia &c.] Confundãtur in peccatis suis, & cognoscãt se iniquegessisse aduersus iustum. c ¶ Ego autẽ exercebor in &c.] Ostendens ei quæ oportet agere. Ego autẽ. Vox ecclesiæ. Exercebor in mãdatis tuis. Dũ isti supradicti sic fecerunt: ego in tuis præceptis ibi me exerceo. d ¶ Cõuertãtur mihi timẽtes &c.] Hoc est, ut me docẽte cognoscentes ea ad te cõuersi fiãt. e ¶ Fiat cor meũ immaculatum in iustifi. &c.] Et quia de corde procedit numerositas uitiorũ, sicut dominus ait in euangelio: ideo propheta immaculatũ se fieri poscit in dei iustificationibus: ut eũ in iudicio damnationis sententia nõ cõfundat. Sic & nos premere debemus uariB as cogitatiões, ne nobis, confusionẽ præparent cum eas desiderauerimus implere. Fiat cor meum immaculatum. Hic cor pro anima ponitur. Ac si dicat: Fiat anima mea sine peccato mortali. In iustificationibus tuis ut non confundar. Hoc est, ut non habeam confusionem æternam.

Veniãnt mihi miserationes tuæ & uiuam, quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me, egó autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua. Fiat cór meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

ב Caph.

DEfecit in salutari tuó anima mea, & in uerbum tuum superspera[u]i. Defecerũnt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me. Quiá factus sum sicut uter in pruína, iustificatiões tuas nõ sum oblitus. Quót sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium. Narrauerũnt mihi iniqui fabulationes, sed nó ut lex tua. Omnia mandatã tua ueritas, iniqu[i] persecuti sunt me adiuua me. Paulominús consummauerunt me in terra, ego autem nó dereliqui mandata tua. Secundum misericordiám tuam uiuifica me, & custodiám testimonia oris tui.

ל Lamed.

IN æternúm domine, uerbum tuum permanet in cœlo. In generationẽ & generationem ueritas tua, fundasti terrám & permanet. Ordinationẽ tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quód lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea. In æternúm non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me. Tuús sum ego saluum me fac, quoniam iustificatiões tuas exquisiui. Mẽ expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi. Omnis consummatiónis uidi finem, latúm mãdatum tuum nimis.

Caph.

DEfecit in salutari tuo anima mea.] In Iesu qui uenit saluum facere populũ suum à peccatis eorũ. g ¶ Et in uerbum tuum superspera[u]i.] Quod in principio deus erat apud deum, ut ueniat ad redemptionem humanam. h ¶ Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ dicentes: quando consolaberis me.] Attẽde. Hanc suscipio cõsolationem te aduenire de cœlis: in defectione spirituali/um oculorũ. i ¶ Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas nõ sum oblitus.] Dominus in euãgMarc.2.d lio dixit: Nemo ponit uinum nouum in utres ueteres: significans pectus humanum diuturnis repletum uitijs non posse continere mandata dei, Ergo & nos si incalescamus naturali ardore ut peccemus, cum mandata dei accipimus, repentinus extinguitur hic calor, & erimus quasi uter in pruina refrigerato in nobis ardore peccati. k ¶ Quot sunt dies serui tui: quãdo facies de persequẽtibus me iudiciũ.] Pauci sunt dies huius uitæ. Tu domine contere in iudicio tuo satanam cum satellitibus suis: sub pedibus nostris uelociter qui nos persequuntur. l ¶ Narrauerũt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.] Audiuit multa ab hæreticis ac gentibus quæ non conueniunt mandatis dei. Ideo adiungit. m ¶ Omnia mandata eius ueritas.] Nulla enim falsitate comprehenC duntur. n ¶ Iniqui persecuti sunt me, adiuua me.] Gratia aduersus principatus & potestates sustineo bella & ideo non peto ut amoueatur hoc certamen, sed ut adiuuer, sciens neminẽ posse coronari nisi qui legitime certauerit. o ¶ Paulominus consummauerũt me in terra, ego autẽ nõ dereliqui mãdata tua.] Valde me corporalia uitia in terra humiliassent, nisi custodissem mãdata diuina. p ¶ Secundũ misericordiã tuã uiuifica me.] In æternam uitam, quia ego iam non mihi uiuo: uiuit autem in me Christus. q ¶ Vt custodiã testimonia oris tui.] Vel ea quæ in lege mãdasti, uel illa quæ in euãgelijs protulisti.

Lamed.

IN æternum domine uerbum tuũ permanet in cœlo.] In homine illo cœlesti, qui relicta imagine terrena, factus est cœlum. s ¶ In generatione & generationẽ ueritas tua.] Vna generatio est legis & prophetarũ, altera euanD geliorũ. In his generationibus ueritas permanet dei, quia nihil mendacij protulerũt. t ¶ Fundasti terram & permanet.] Nõ illam quæ cum cœlo præterit, sed illam in qua uerbum dei multiplicatur. u ¶ Ordinatiõe tua perseuerat dies, &c.] Qui relictis mundi tenebris in lumine dei uiuit: ille in deum qui dies uerus est, perseueret. Et omnia quæ ex ordinatiõe eius perficit, ei deputat seruiẽdũ. x ¶ Nisi quod lex tua meditatio mea est, &c.] Dat exemplũ, ut etiã si diuersis persecutionibus humiliemur, legem meditemur ne pereamus. y ¶ In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me.] Transferẽs me post certamina multa in uitã æternã. z ¶ Tuus sum ego, saluum me fac domine quoniam iustificationes tuas exquisiui.] Ego tuus famulus, & tu deus meus A te posco saluari, quia uenter nõ est mihi deus: nec sum inani gloriæ deditus: sed iustificationibus tuis. a ¶ Me expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi.] Longo me certamine aduersæ potestates impugnant: sed ego intelligens testimonia tua, consolationem recepi ex eis. b ¶ Omnis cõsummationis uidi finem.] Christũ utique qui finis est legis: & prophetarũ cõsummatio. Propheta præuidit in spiritu cõsummasse eum omnia quæ scripta sunt de eo in lege & prophetis & psalmis. Siquidem ipse in passione ait: cõsummatũ est. c ¶ Latum mãdatũ tuũ nimis.] Spacioso enim præuidit tẽpus illud ab eo quo se mandauit per legem & prophetas uenturũ: usquequo procedat per euangelium.

Mem

Mem

QVomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.] In hoc apparet eum legem dei diligere, quia omne tempus uitæ suæ eam cognoscitur medita ri. Die autem dixit: pro eo quod à splendore diuinæ lucis eluceat. *b* ¶ Super inimicos meos prudentem me feciſti mãdato tuo: quia in æternũ mihi est.] Inimici ꝓphetæ, Iudæi sunt, qui spiritualiter non intelligunt. Qui bus prudentiorẽ propheta se dicit: quia in his mandatis quæ in æternum seruauit, uẽturũ dominũ præuidit. *c* ¶ Super oẽs docentes me intellexi: qa testimonia tua meditatio mea est.] Docebãt tunc scribæ & pharisæi habentes scientiæ clauem: sed iste super his intelligit, qui mysteriũ unguentorũ & festiuitatum atque holocaustomatũ, in euãgelijs uidit esse complendũ *d* ¶ Super senes intellexi: quia mãdata tua quæsiui.] Super sacerdotes & principes cũcta legis mandata requiro: quia in nouo testamento agi præstolor quod cerno in ueteri figuratũ. *e* ¶ Ab omni uia mala ꝓhibui pedes meos: &c.] A præcipitio cœni facinorosi me semper inhibui: ut facilius uerbũ mãdatorum custodire ualerem. *f* ¶ A iudicijs tuis non declinaui, &c.] Legẽ mandatorũ à te suscepi, quod si ab his declinarem iudicijs, in æterno iudicio condemnarer. *g* ¶ Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, &c.] Trãsito melle uel alio cibo palato, nullũ ultra saporẽ habet: sed eloquia tua domine: siue in ore siue in faucibus uel in arcano abditi pectoris, semper dulcia sunt meditantibus ea. Nam sicut mel uisibile amaritudinem arcet nostrarũ faucium, ita eloquijs dominicis, amaritudines nostrorum criminum mitigantur. *h* ¶ A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui omnem uiam iniquitatis.] Supradictam mandatorũ dulcedinem hauriens, iniquæ amaritudinis uiam odiui.

Nun

LVcerna pedibus meis uerbum tuum domine.] Si in huius seculi noctibus in nobis uerbi dei luceat lumẽ non incidunt pedes nostri in laqueos funium ac præcipitia fouearũ: quæ manus artis diabolicæ in nostris offendiculis præparant. *k* ¶ Et lumen semitis meis.] Vt hoc lumine præeunte, dum uitæ istius semitas gradimur in eam quæ uia uera est perducamur. *l* ¶ Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.] Primũ iurauit ut ab hac custodia non dissoluatur. Deinde statuit: ut quæ iurauerat firmet, sciens nihil in dei iudicijs nisi per iustitiam propalari. *m* ¶ Humiliatus sum usquequaq; domine: uiuifica me secundum uerbũ tuũ.] Didicit humilitatem quam Christus docuit: qui mitis est & humilis corde. Ideo nunc deprecatur, ut sicut ille post humilitatem formæ seruilis exaltatus est in gloriã dei patris, ita & iste ab hac humilitate corporea in uitã transferatur æternã. *n* ¶ Voluntaria oris mei beneplacita fac domine.] Vox ecclesiæ. Ac si dicat: Vota mea quæ tibi offero, beneplacita tibi sint: id est accẽptabilia & delectabilia. *o* ¶ Et iudicia tua doce me.] Hoc est tua mãdata, ut intelligam & impleam. *p* ¶ Anima mea in manibus tuis.] Hoc est sensibus tuis: quia paratus sum ut operer. Et in alio loco dicit: Anima mea in manibus meis. Quomodo dicit in manibus meis? eo quod paratus sum martyriũ sustinere propter Christum. *q* ¶ Posuerũt peccatores laqueos mihi.] Vide quod laqueus secus uiã ponitur, & si egressus fueris de uia cades in laqueũ. Quid sunt isti laquei, nisi tendiculæ diaboli, uel suggestiones dæmonis? Vitia etiam & peccata possunt intelligi. *r* ¶ Et in mandatis tuis non erraui.] Vox ecclesiæ. Non erraui à tuis mãdatis, sed custodiui in operatiõe. *s* ¶ Hæreditate acquisiui testimonia tua.] Tua testimonia & tua præcepta: hoc est mea hæreditas in æternũ & hic & i futurũ. *t* ¶ Quia exultatio cordis mei sunt.] Tua testimonia: hoc est mea exultatio: quia ecclesia in mãdatis dei delectatur & exultat. *u* ¶ Inclinaui cor meum.] Non fui superbus sed humilis: & ideo inclinaui cor meũ ut te intelligerẽ: quia superbi non inclinãt cor ad humilitatẽ. Ad quid inclinaui cor meũ, dicit ecclesia. *x* ¶ Ad faciendas iustificatiões tuas.] Hoc est mandata tua. *y* ¶ In æternum propter retributionem.] Vitæ æternæ, ut illam merear percipere.

Samech

INiquos odio habui &c.] Vox prophetæ in persona ecclesiæ. Quomodo dicit, iniquos odio habui: dum dñs dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt? Et alibi: Orate pro persequẽtibus & calumniantibus uobis. Et hic quomodo dicit, odio habui. Sed secũdum legẽ ueteris testamenti potest se defendere: sicut dictum est: Diliges amicũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. Sed modo intelligendũ est: Odio habui uitia & peccata. Et dilexi: hoc est illam naturã: quia nõ licet odisse creaturã dei sed peccatũ. Sicut alibi dicit: Perfecto odio oderã illos. Est odiũ nõ perfectũ. Quare? Quia qui odit fratrem suã homicida est. Et legẽ tuam dilexi: id est tuã legem quã tu præcepisti dilexi, opere impleui. *a* ¶ Adiutor & susceptor meus es tu.] Adiutor in præsenti: susceptor in futuro. *b* ¶ Et in uerbo tuo spero.] Hoc est in Christo: quia uerbũ patris filius est. *c* ¶ Declinate à me maligni: &c.] Vox prophetæ in persona ecclesiæ: optando dicit, Declinate à me maligni. Si uoluerisperfecte pœniten-

Luc.6.d *Matt.5.8* *Leuit.19.d* *psalm18.d*

BVomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.

IVomodo dilexi legẽ tuam domine, tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Ab omni uiá mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua. A iudicijs tuis nón declinaui, quia tu legem posuisti mihi. Quàm dulciá faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mãdátis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

Nun

LVcernâ pedibus meis uerbum tuum, & lumẽn semitis meis. Iuraui & statui, custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum. Voluntariá oris mei beneplacita fac domine & iudiciá tua doce me. Anima meá in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Posuerũt peccatores laqueos mihi, & de mandátis tuis nó erraui. Hæreditatẽ acquisiui testimonia tua in æternum, quiá exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendás iustificationes tuas in æternũm, propter retributionem.

Samech.

INiquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor & protector meus es tu, & in uerbum tuũ superspe-

raui. Declinate à mẽ maligni, & scrutabor mandata dei

A nitentiam agere: ſegregare te debes à conſortio peccatorum uel omniũ malorũ hominum, & fugere in aliũ locũ ut perfecte eã agere ualeas. Declinate à me maligni, Hi ſunt dæmones, uitia & peccata: uel aduerſariæ poteſtates. Quia dum ipſi tendiculas tibi præparant & ſuggeſtiones peſſimas: non potes ſcrutari mãdata dei, ut illa bene intelligas. Sed ſi uolueris pœnitẽtiã agere: ſegregare te debes ab illorũ cõſortio. *a* ¶ Suſcipe me ſecũdũ eloquiũ tuũ.] Dauid dicit. Suſcipe me à carne ſecũdũ quod promiſiſti: ut de mea carne carnẽ acciperes & me redimeres. *b* ¶ Et uiuã.] Hoc eſt in anima ſi me redemeris & hic & in futurũ. *c* ¶ Et non cõfundas me ab expectatione mea.] De hoc quod expectaui eã ſaluationẽ cũ ueneris nõ cõfundar ut nõ habeã cõfuſionẽ neque hic, neq; in futurũ. *d* ¶ Adiuua me.] Auxilium rogat. *e* ¶ Et ſaluus ero.] In anima: ſi ueneris ut me adiuues. *f* ¶ Et meditabor in iuſtificatiõibus tuis.]

B Id eſt, in tuis mãdatis

g ¶ Semper.] Sine fine. *h* ¶ Spreuiſti oẽs diſcedentes.] Id eſt deſpexiſti. *i* ¶ A iuſticijs tuis.] Quare

k ¶ Quia iniuſta eſt cogitatio eorum.] Ideo ſpreuiſti, quia diſcedunt à tuis mandatis, & cogitatio eorum iniuſta eſt: hæreticorum, Iudæorum uel omnium malorum, & contra Chriſtũ & contra eccleſiã. *l* ¶ Præuaricantes reputaui oẽs peccatores terræ.] Optãdo dicit propheta in perſona eccleſiæ: quia ante aduentum Chriſti præuaricatores erant: qui ſub debito tenebantur propter præuaricationem primi hominis Adæ, & omnes adinfernũ deſcendebãt, etiã ipſi infantes ad infernũ deſcendebant: quia propter illud debitũ præuaricatores reputabãtur: niſi per baptiſmũ abluti fuiſſent. Et modo qui non ſunt baptizati: ad infernũ deſcendũt. Præuaricantes reputaui. Quia non omnes peccatores præuaricatores: ſed omnes præuaricatores peccatores. *m* ¶ Ideo dilexi teſtimonia tua.] Ne in his præuaricator appareã. *n* ¶ Cõfige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.] Metuo futurũ iudicium, ideo cruci tuæ cõfigens omnes cõcupiſcentias carnis, tibi conuiuere, tibi cõmori, tibi conſepeliri paratus ſum, ut in futuro tibi conſurgere merear. Sed & nos domine deprecamur, ut in timore tuo confixi: lucerna ſacri luminis præeunte, à peccati funibus abſoluti, & tua portio facti: illam uiã incedere ualeamus, quæ nos à malorũ liberatos ſupplicijs: angelis faciat cohæredes. Per ipſum dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum: cui eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Homilia tertia.

Salubri nos ſemper conſilio & ſacro eloquio beatus hortatur propheta, ut iuſticiam quam ille cuſtodiuit in opere nos debeamus fideliter exequi, & indiſſolubiliter retinere. Qui ut ſegnes & inertes animos ad hæc cuſtodiẽda facilius excitet: quid meriti pro ipſius iuſticiæ cuſtodia adipiſcamur edocet dicens. Ain

F Eci iudicium & iuſticiam: non tradas me calumniantibus me.] Iugiter nos in hoc mortali corpore uitiorum caterua perſequitur: ſed ſi menſura iudiciorum ac

mei. Suſcipẽ me ſecundum eloquium tuum & uiuãm: & non confundãs me ab expectatione mea. Adiuuã me & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spreuiſti omnes diſcedẽtes à iudicijs tuis, quia iniuſta cogitatio eorum eſt. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideõ dilexi teſtimonia tua. Cõfigẽ timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.

y Ain

F Eci iudicium & iuſticiam, non tradas me calumniãtibus me. Suſcipẽ ſeruum tuum in bonum, non calũnientur me ſuperbi. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in eloquium iuſticiæ tuæ. Fac cum ſeruo tuo ſecũdum miſericordiam tuam, & iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum ut ſciam teſtimonia tua. Tempus faciendi domino, diſſipauerunt legem tuam. Ideò dilexi mandata tua, ſuper aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui.

ד Phe

M Irabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam. Aſpicẽ in me & miſerere mei, ſecũdum iudiciũ diligentiũ

iuſticijs tuis.] Quare eſt ab exercitatione tuæ ſeruitutis ocioſum. *y* ¶ Tẽpus faciẽdi domino, diſſipauerunt iniqui legẽ tuã.] Iudæi utiq; qui eã ſpiritualiter non intellexerunt. Sed ueniet tempus quãdo occulta illius, dominus faciet prædicatione euangelica reſerari. *z* ¶ Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurũ & topazion.] Sicut enim aurum cũctorum metallorũ præcellit præcium: ita topazius omniũ gemmarũ in ſe continens pulchritudinem, omnium uincit honores. Ideo propheta ſuper hæc omnia dei mandata diligit, quia in his aduentum domini, qui mundũ redẽpturus eſt, nũciatũ intelligit. *a* ¶ Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui.] Nihil de uijs iniquitatis acceſſit, ſed ſicut perãbulaui integre, ita omnia quæ in uijs iniquitatis morabãtur odiui. Phe

M Irabilia teſtimonia tua dñe &c.] Vidi in his aliud agi, aliud figurari. Ideoq; quia mirum mihi eſt, diligẽtius perſcrutatus, cuncta te declarãte cognoſco: ſicut ſequitur. *c* ¶ Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat, &c.] Sermones dei ſunt ſcripta prophetarũ & legis, quæ in euãgelijs declarant, dum uerbũ caro factũ habitat in nobis, & multis uirtutibus deum oſtendit. Sed horũ intellectus paruitati noſtræ qui in innocẽtia renati ſumus tribuitur, dño ſic dicẽte, Cõfiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽtibus & reuelaſti ea paruulis. *d* ¶ Os meum aperui & attraxi ſpiritũ, quia mandata tua deſiderabã.] Cor mũdum reſeraui, & dignum me effeci deſiderio mandatorũ tuorum, in quẽ ſpiritus ſanctus diffunderetur. *e* ¶ Aſpice in me & miſerere mei, ſecundũ iudicium & c.] Vt illo me iudicio muneres quo reliquos qui diligunt nomen tuũ.

Matt. 11. d

¶ Greſſus

nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniusticia. Redime me à calumnijs hominum, ut custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

ד Zade

IVstus es domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iusticiam testimonia tua, & ueritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuũ uehementer, & seruus tuus dilexit illud. Adolescentior sum ego & cõtemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Iusticia tua iusticia in æternum, & lex tua ueritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est. Aequitas testimonia tua, in æternum, intellectum da mihi & uiuam.

ה Coph

CLamaui in toto corde meo exaudi me domine, iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te saluum me fac, ut custodiam mãdata tua. Præuẽni in maturitate & clamaui, quia in uerba tua superspera ui. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi domine secundum misericordiam tuam, & secundum iudicium tuum uiuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longe facti sunt. Propẽ es tu domine, & omnes uiæ tuæ ueritas. Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.

ר Res

VIdẽ humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum uiuifica me. Lõgè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas nõ exqui

A d ¶ Gressus meos dirige secundum eloquium tuum.] Et non secundũ corporeas uoluntates. b ¶ Et non dominetur mei omnis iniquitas.] Quia tuo sum famulatui mancipatus. c ¶ Redime me à calumnijs hominum: ut custodiam mãdata tua.] Calumniæ sunt, cum iustis hominibus crimẽ impietatis obijcitur. Et ex quibus se redimi deposcit à deo: ut eius mandata custodiat. d ¶ Faciem tuã illumina super seruũ tuum.] Cõfirma me effigie imaginis gloriæ tuæ. e ¶ Et doce me iustificationes tuas.] Vt quod in illis cerno per speculum, certa contẽplatione conspiciam. f ¶ Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia nõ custodierunt legem tuam.] Verã semp agit pœnitẽtiã hic sanctus & non cessat fluentis lachrymarũ antiqua delicta diluere: ut intelligas: nisi uerã pœnitẽtiã egeris, tibi facile nõ dimitti quæ gesseris. Vera est enim pœnitẽtia, iugiter fletibus commissa diluere, & abluta non itera re.

Zade.

B IVstus es domine, & rectũ iudiciũ tuum mãdasti iusticiam testimonia tua & ueritatem tuam nimis.] Omnia quæ mandãte te patimur, iusta, recta, ac uera sunt: quia aut pro peccatis nostris ingruunt: aut ut probati manifestemur, eueniunt. g ¶ Tabescere me fecit zelꝰ domus tuæ.] Cũ domꝰ dei, spelunca latronũ efficitur à malis habitatoribus: uel cum uidero corpora deo dicata uolutabris facinorum inquinari. h ¶ Quia obliti sunt uerba &c.] Obliuiscentes enim præcepta legis, fecerunt domũ tuam speluncam latronum. i ¶ Ignitũ eloquiũ tuum uehementer, &c.] Quia sicut peccatum cõsumit: ita & peccantẽ si conuertatur, illuminat. k ¶ Adolescentior sum ego & contemptus, &c,] Quanquã hæc Dauid ex persona sua dicat: qui adolescẽtior cæteris fratribus quasi contẽptus ad oues pascẽdas directus, dehinc in regnum electus est: tamẽ hæc ad populũ Christianũ referenda sunt: qui prius contemptus, & de domo patris eiectus, recolẽs iustificatiões dei, acceptis prioris primogenitis, prior effectus est. l ¶ Iusticia tua iusticia in æternum.] Quã nõ cognouit populus ille prior semper esse perpetuã. m ¶ Et lex tua ueritas.] Illis fuit umbra: nunc est ecclesiæ populo ueritas. Sed propheta pro hac ueritate multa perferens ait. n ¶ Tribulatio & angustia inuenerunt me, &c.] Quãlibet tribuletur in pœnis, coartetur in uinculis: uox semper libera dei mãdata meditatur assidue. o ¶ Aequitas testimonia &c.] Vt pro eorum intelligentia, uitam possim capere sempiternam.

C Coph

Lamaui in toto corde meo exaudi me domine iustificationes tuas requiram. Clamaui &c.] Hunc clamorem non corporeæ uocis, sed mẽtis spiritualis esse, sæpe monuimus, per quem iusti à deo exaudiunt: uel ille precibus eorum piũ pãdit auditũ. q ¶ Præueni in maturitate & clamaui: qa in uerbo tuo speraui.] Veteratitia pudicitia iuuenili præuenit: qui per maturitatem uiuacis animi, spem suam nũ quã à uerbis dei remouit. r ¶ Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.] Non eum lux sopora tum reperit, sed uigilantem strenue, & circa diuina eloquia oculorum spiritualiũ, intentione meditãtem. s ¶ Vocẽ meã exaudi domine secũdum misericordiam &c.] Inceſſabiliter uocis spiritualis emittit gemitum: ut ab hac mortalitate in uitam trãsferatur æternam. t ¶ Appropiauerũt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longe facti sunt.] Omnis enim qui iniquè sanctis appropinquat ut noceat, elongatur à lege dei. u ¶ Prope es tu domine, & omnia mandata tua æquitas.] Non teneris locis, sed per ueritatem mãdatorũ cordibus sanctorũ illaberis. x ¶ Ab initio cognoui de testimonijs tuis.] Ab Adam in omnibus patriarchis ac prophetis. y ¶ Quia in æternũ fundasti ea.] Euangelijs in quibus & nos fundati sumus supra fundamentum memoratum: sicut dixisse Paulum apostolum sæpe meminimus.

D Res

VIde humilitatem meam & eripe me, quia legem tuã nõ sum oblitus.] Tibi humilior, à te eripi me deprecor, ut exalter, qa memor sum legis tuæ qua dixisti: Qui se humiliauerit, exaltabitur. Luc.14.e a ¶ Iudica iudicium meum & redime me, propter eloquiũ tuum uiuifica me.] Iudicaui me ego nihil scire, nisi Iesum Christum: qui ad redemptionem mundi uenire promissus est. Iuxta ergo hoc iudiciũ, ego à te uiuificer in eloquijs tuis. b ¶ Lõge est à peccatoribus salus, qa iustificationes &c.] Salus nostra, Christus est, qui à negligẽtibus Iudæis elõgatur eo quod in iustificatiõibus legis nõ intelligunt figuratũ.

A *a* ¶ Miserationes tuæ multæ sunt dñe.] Quia de multis periculis eruūt. *b* ¶ Secundū iudicium tuum uiuifica me.] Ne inueniat in me quod iudiciū mortis absumat. *c* ¶ Multi persequuntur me & tribulant me,à testimoniis tuis non declinaui.] Sæuiant odijs: impugnēt iniurijs:ego à testimonijs tuis erigor,non inclinor. *d* ¶ Vidi non seruantes pactū & tabescebā: quia eloquia tua nō custodiebāt.] Exod.34.b Pactū fuit Israeli cum deo, quod dixit ad Moysen: Omnia quæcunq; dixerit dominus, faciemus. Sed & nunc nos paciscimur in baptismo: ut abrenūciemus diabolo & operibꝰ eius. Pro trāsgressoribus ergo huius pacti propheta tabescit. Et Paulus qui 2.Cor.11.g dicebat. Quis uritur,& ego nō uror? *e* ¶ Vide qa mādata tua dilexi dñe,in tua miseri cordia uiuifica me.] Dilexi ea,nō per metum,sed per bonæ uoluntatis affectū. Ideo se in his uiuificari deposcit. *f* ¶ Principiū uerborū tuorū ueritas.] Vt nouꝰ homo renatus in Christo uiB uat. *g* ¶ Et in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ.] Vt deinceps cognoscēs se ad imaginē similitudinēque dei creatū, nihil iudicijs ac iustitijs eius gerat indignum.

Sin

PRincipes persecuti sunt me gratis,& à uerbis tuis formidauit cor meum.] Formidaui à uerbo illo quo ait: Qui me negauerit coram hominibus,negabo & ego eum,corā patre meo,qui est in cœlis. Ideo perstitit fortis in passione. *i* ¶ Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.] Alligato forti,& uasis eius direptis,lætor in illud eloquium euāgelicū quod dicit: Cum uos persequentur & maledicent,& dicent omMatt.5.d ne malum aduersum uos propter iustitiam, gaudete & exultate: quia merces uestra multa est in cœlis. *k* ¶ Iniquitatem odio habui & abominatus sum legem autem tuam dilexi.] Dum iniquitatē odit,& dei iustitiam diligit: in maiori se officio extendit, dicens. *l* ¶ Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.] Septies deum per diem laudat: quia mens eius in pleno splēdore perdurans,ad illum septimum diem,id est sabbatorū sabbatum, qui est requies æterna festinat. *m* ¶ Pax multa diligentibus legem tuam domine,& nō est illis scāndalum.] Qui deum amat,pacem cum fratribus necesse est habeat. Nam deum falso amore diligit, qui scādalizatur in fratre. *n* ¶ Expectabam salutare tuū dñe,& mandata tua feci.] Iesum dominū omniū salutare expectans: ea quæ in lege & prophetis mandata fuerant feci. *o* ¶ Custodiuit anima mea testimonia tua:& dilexit ea uehemētter.] Cum strenuitate custodiæ,ualidam dilectionē apposuit. *p* ¶ Seruaui præcepta tua & testimonia tua: qa omnes uiæ meæ coram te domine.] Seruat præcepta testimoniaq; qui uias dei incedit: nec quicquā in actu, dicto uel cogitatu agit: quod diuinæ contēplationi habeatur indignum. Tau

APpropinquet oratio mea in conspectu tuo domine: secūdum eloquiū tuū da mihi intellectū.] Proximam tibi fieri orationem meam deprecor domine, ut à te intellectum capiens,nihil aliud nisi quod oportet exorē. *r* ¶ Introeat postulatio mea in cōspectu tuo domine,&c.] Vt eā per odorē in nocte huius uitæ dignanter assumens, ab hac corruptione concupiscentiæ carnalis eripiatur *s* ¶ Eructabūt labia mea hymnū: cum docueris me iustificationes tuas.] Si per puram cōscientiā reseratā fuerint à te labia mea,tūc dignū laudationis proferā hymnum: quē à tuis iustificatiōibus imbutus edoceor. *t* ¶ Pronūciabit lingua mea eloD quia tua: quia mādata tua æquitas.] Nihil est alicui in eloquijs tuis domine nisi pax, nisi æquitas, nisi uita. Hoc corde credā hoc labijs eloquar, hoc lingua prōnunciē. *u* ¶ Fiat manus tua ut saluet me: quoniam mādata tua elegi.] Cū dicit fiat manus tua: designat dominum saluatorem: qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, per quem facta sunt uniuersa,& regūtur. Manum hic debemus deterā accipere. Postulat autem uenire saluatorem, per quem se nouerat saluandū. Quod autē dicit: elegi mandata,omnia se pericula amore domini postposuisse testatur. *x* ¶ Concupiui salutare tuum domine,& lex tua meditatio mea est.] Ipsum uidere concupiuerā, quem de utero uirginali illis adhuc temporibus credebam esse uenturū. Et ut sibi hanc sciētiam de scripturis diuinis prouenisse monstraret, sequitur,Et lex tua meditatio mea est. In prophetis enim concupiuerat Christū dominū nascituru: de quo lex & prophetæ loquebātur. *y* ¶ Viuet anima mea & laudabit te,& iudicia tua adiuuabūt me.] Absorpta terrenæ corruptionis infirmitate,uiuere se cōfitetur deo,per adiutorium iudiciorū eius. *z* ¶ Erraui sicut ouis quæ perierat: require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.] Fuisse & iam nō esse ouem errabundam dicit, reportari se pastoris humeris deprecatur: ut nunc angelis de sua inuentione gaudia tribuantur. Dominus autē non est missus, nisi ad oues quæ pericrunt domus Israel Quem supplices deprecamur: ut iudiciorum eius facto-

res

Sin

PRincipes persecuti sunt me gratis, & à uerbis tuis formidauit cor meum. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine, & mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mādata tua & testimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo.

ת Tau

APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundū eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquia tua, quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua ut saluet me, quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuū, quia mandata tua nō sum oblitus.

A res,mandatorum custodes, testimoniorũq; scrutatores effecti, reperta perdita oue, industria benigni pastoris restituta ecclesiastico ouili, sacris eius humeris reportati,sanctorum angelorum mereamur cõsortijs gloriari: ipsi gloria cum æterno patre & spiritusancto in cũcta seCula seculorũ. Amen.

a ¶ Canticum graduum.] Quindecim graduum psalmi per quosdam profectus nos ad summam perducũt: ut in atrijs domini possimus dicere Ecce nunc benedicite dominũ,omnes serui domini: in atrijs domus dei eius. Et quia à plerisq; super his latissime disputatũ est: stultũ est parua dicere uelle pro magnis.

CXIX

AD dominũ cũ tribularer, clamaui, &c.] Tres res in uno uersiculo uelociter explicantur: angustia, preces,exauditio: quia nemo tribulatur, nisi qui uiuere in Christo pie desiderat. Oportet ergo ut nõ uocum elatiõe,sed cordis humilitate proclamemus ad dominum, si cupimus exaudiri.

B c ¶ Domine libera animam meam à labijs iniquis.] A Iudæis: qui Christũ dominum nõ solum nõ credunt,sed etiam immundis labijs blasphemare nõ metuunt. d ¶ Et à lingua dolosa.] Ab hæreticorum doctrina: qui nos à recta fidei linea exturbare nituntur.

e ¶ Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam.] Ad se fideliter proclamantem animam, dominus interrogare pietatis affectu dignatus est, ut quid ei detur, aut quid apponatur ad linguam dolosam. Dicunt multi hoc in loco commutata præpositione: Quid detur tibi aduersus linguam dolosam: dicere uolunt, ut quasi ex dei doctrina anima illa audiat. f ¶ Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.] Pro desolatorijs carbonibus, in Hebræo ἀρκευθίνοις habet. Desolatorem puto & in Esaia esse carbonem, qui ad labia eius defertur, ut purget uitia quæ loquendo siue optima quæq; tacendo contraxerat. Et hic itaque carbonem similẽ deprecatur, ut detur ei carbo de altario dei, qui in eius labijs, peccatorũ solitudinẽ faciat, id est, à uitijs eũ præstet alienũ. g ¶ Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est.] Cuius conuersatio in cœlis est, peregrinatur in hoc corpore, & hæc peregrinatio lõga ei uidetur, quia quod susCepit per spem: nõ contẽplatur in specie. Ideoq; quasi triticum inter paleas gemens ait. h ¶ Habitaui cum habitantibus Cedar.] Cedar tenebræ interpretantur. Habitat ergo iste cum habitantibus tenebras, sed non obscuratur à tenebris: sicut lux lucet in tenebris, & tenebræ eã non comprehenderũt. i ¶ Multum incola &c.] Desiderabam enim dissolui & esse cũ Christo. k ¶ Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.] Implens illud Rom.12,d Apostoli, Si possibile est, cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes. Est ergo cũ odiẽtibus pacem pacificus, idcirco ut eis pacem liberius prædicaret. l ¶ Et cum loquebar illis, impugnabant me gratis.] Ille annunciabat pacẽ: sed pacis inimici non solum eam non recipiebant, uerũ etiam ipsum prædicatorem pacis, suis nequitijs impugnabant. m ¶ Canticum graduum.] Iste psalmus secũdam ascensionem continet cuius titulus est: Canticum graduũ. Plures enim sunt significantes (ut iam in primo eorum audistis) ascensum nostrum: qui fit in corde ad deum à conualle plorationis, id est, ab humilitate contribulationis.

CXX

L Euaui oculos meos ad mõtes.] Spirituales utique oculos extuli ad excelsa librorum, prophetarum scilicet ac legis. o ¶ Vnde ueniet auxilium mihi.] Vnde dominum auxiliatorem omniũ uenire suspicio. p ¶ Auxilium meum à domino qui fecit cœlũ & terrã.] Ab ipso auxiliũ præstolor, per quem pater cœlum terrãq; locauit. Hinc iã pro fide sua uir iste à spiritu sancto responsum accepit consolationis. Ait enim. q ¶ Nõ det in commotionẽ pedem tuum.] Non patitur remouere stabilitatem, qua in eo firmatus es. r ¶ Neque dormitet qui custodit te.] Deo enim in se manentem perutgili custodia protegit ac tuetur. s ¶ Ecce non dormitabit neq; dormiet,&c.] Sine ulla autem intermissione à deo custodiatur: qui eũ spiritualium oculorũ intentione perspexerit. t ¶ Dominus custodit te.] Ipse qui cœlum fecit & terram: quia dij qui eam non fecerunt, pereunt ex ea. u ¶ Dominus protectio tua, super manum dexteræ tuæ.] Ille te protegit, ne opus tuum dextrum, id est, bonum, pars impediat inimica. x ¶ Per diẽ sol non uret te, neque luna per noctem.] Iustus nec prosperis eleuari potest: nec in tristibꝰ deijci. Quod in die & nocte, hoc & in sole significatur & luna. y ¶ Dominus custodit te ab omni malo.] Ab omnibus insidijs inimici. z ¶ Custodiat animam tuam dominus.] Ne ei pars domineatur potestatis aduersæ. a ¶ Dominus custodiat introitum tuum.] Per quem ingressus es ad cognoscendum patrem. b ¶ Et exitum tuum ex hoc nunc & usque in seculum.] Vt cum à corpore recesseris, sua custodia protegaris, ne in chaos illud præcipiteris, ubi diues cõspicitur ardens: sed in sinu Abrahæ cum Lazaro sempiterna requie perfruaris. c ¶ Canticum graduum.] Iste psalmus tertius est ascensionis gradus, uocem hominis continens: cuius conuersatio habetur in cœlis. Luc.16.f

CXXI

L Aetatus sum in his quæ dicta sunt mihi.] Dicta mihi fuerant per legem, & prophetas, atque apostolos. Sed & ego dico ea quæ per speculum contemplaueram & nunc facie ad faciem uideo. Et quæ nam, inquis? e ¶ In domum domini ambulauimus.] Id est in cœlestem Hierusalẽ ut ciues efficiamur sanctorum & domestici dei. f ¶ Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem.] Firmi in amplitudine eius. Sed ne istã terrenam

renam putares, audi quid subiecit. a ¶ Hierusalē quæ ædificatur ut ciuitas.] Adhuc, inquit, non est expletum ædificium ciuitatis huius: sed quotidie ædificatur de lapidibus uiuis super fundamentum apostolorum & prophetarum ab ipso summo angulari lapide Christo Iesu: Eph.2.d sicut ait Apostolus.

b ¶ Cuius participatio ei⁹ in idipsum.] In uno ecclesiæ corpore per christū. c ¶ Illuc enim ascenderunt tribus, &c.] Non peccato obnoxiæ, sed tribus domini: quæ cognoscentes dominū, sequi nō distulerunt: quod ad gentes est referendum. d ¶ Testimonium Israel.] Vt eum condemnet: quia ille eum in multis ostensum miraculis non cognouit. Tribus uero gentiū statim cognitum recepe runt. Sic & regina Au Luc.11.d stri uel Niniuitæ, in huius testimonij iudicio surgent: & cōdemnabūt eum. e ¶ Ad confitendum nomini tuo domine.] Confitentur enim, quia in nomine tuo omne genu flectetur cœlestiū, terrestrium, & infer/
B norū, & quia tu domine Iesu Christe in gloria es dei patris.

f ¶ Quia illic sederūt sedes in iudicio.] Sedes dei, apostoli sunt super quos dñs Matth.19.b requiescit. Hæ sedes sedebunt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: sicut ipse ait in euangelio. g ¶ Sedes super domum Dauid.] Super ecclesiam Christi gubernantes atque monentes eam præceptionibus suis. h ¶ Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.] Interrogate quæ ad pacem pertineant ciuitatis huius, & sequimini eam, ut per dilectionem pacis, fructum consequamini æternæ beatitudinis. i ¶ Et abūdantia diligentibus te.] Qui relictis caducis, deum super omnia diligit: ipse abundantia bonorum cœlestium perfruitur. k ¶ Fiat pax in uirtute tua.] Dominus Christus est pax nostra, qui nos in uno uinculo charitatis astringit: cuius uirtus si conualescat in nobis, & ipse quoque pectoribus nostris illabitur. l ¶ Et abundantia in turribus tuis.] In his abundantiam bonorum cœlestium fieri propheta deposcit: qui super eminentes merito, tanquam turres fortissimæ hanc ciuitatem & uirtute muniunt, & proceritate decorant. m ¶ Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.] Vt scilicet & ipsi ad consummationem huius ædificij se perfectos exhibeant. n ¶ Propter domum domini dei mei, quæsiui bona tibi.] Prædicando pacem proximis fratribus, qui efficit eos ciuitatem regis æterni, cui hæc bona quæsiuit: ut ab uniuersitate ciuitatis, in unam eius Ioan.17.d transiret habitationem, qui ait: Pater, rogo ut ubi ego sum, & illi sint mecum. Ego in illis, & tu in me: ut uideāt gloriam meā: quia dilexisti me ante constitutionem mūdi. o ¶ Canticum graduum.] Iste psalmus quartum canticorum graduum pandit ascensum: in quo uir ille fidelis, qui dudum ad montes sustollebat oculos nunc proficiens iam in ascensu: ad ipsum cœlorum habitato/

tuis Hierusalem. Hierusalēm quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatiō eius in idipsum. Illūc enim ascenderunt tribus, tribus domini testimoniūm Israel, ad cōfitendūm nomini dñi. Quiā illic sederunt sedes in iudicio, sedēs super domum Dauid. Rogatē quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantiā diligentibus te. Fiāt pax in uirtute tua, & abundantiā in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri, quæsiui bona tibi.

Canticum graduum. CXXII

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Eccē sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Quiā multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus & despectio superbis.

Canticum graduum. CXXIII

NIsi quiā dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quiā dominus erat in nobis. Cū exurgerent homines in nos, forte uiuos deglutissent nos. Cum ira/

rem eos erigit dicens. CXXII C

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo.] Notandum quod per singulos psalmos, quidam gradum sunt profectus. Qui in primo dixerat: Ad dominū cum tribularer clamaui: & in secundo oculos ad mōtes se eleuasse narrauerat lætatus quoque fuerat quia sibi ingressus in domo dei fuerat repromissus: nūc ad maius profecit, ut ad ipsum deum oculos leuet. Qui habitas in cœlo. Ascendēs quo leuaturus erat oculos, nisi illuc quò tendebat, ascēdere desiderabat? q ¶ Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, sic oculi nostri ad dominum deum nostrum quoadusq; misereatur nostri.] Et serui sumus, & ancillæ sumus, ille dominus & domina est. Attendat charitas uestra. Non mirum si serui sum⁹, & ille domin⁹ est: sed mirum si ancillæ sumus, & ille domina est. Sed neq; hoc mirum, quia ancillæ sumus, ecclesia enim sumus: nec illud mirū, quia & ipse domina D

est, quia uirtus & sapientia dei est. Audi ergo apostolum I.Cor.1.d dicentem: Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam: ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis, Christum dei uirtutem, & dei sapiētiam. Cum multis persecutionum generib⁹ subijcimur, oportet nos semper in dei auxilio oculorū intentionem sine ullo uitio continere defixam quoadusq; nobis misericordiam largiatur. r ¶ Miserere nostri domine miserere nostri, quia multū &c.] Id est, despectione, quia sancti despiciuntur à malis hominibus. s ¶ Multumq; repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus & despectio superbis.] Non tantū in diuitijs dicit, sed eos qui abūdant in malicia, illi despiciunt pauperes Christi. Diuites despiciunt pauperes, & superbi despiciunt humiles, & ipsi dicunt multa opprobria contra sanctā ecclesiam. t ¶ Canticum graduū.] Iste psalmus quintus ascensionis est gradus: edocens uirum illū fidelē proficere: qui per eleuationē spiritualiū oculorū ad cœlorū habitatorē, euincēs omnes diaboli/cæ immissionis insidias, ita exorditur dicēs. CXXIII

NIsi quia dominus erat in nobis: dicat nūc Israel.] Bene in nobis dñs habitat, si eum sanctæ mentis contēplatione suspici mus. x ¶ Nisi quia dominus erat in nobis, cum exurgerēt &c.] Nō carnes nostras deuorare conati sunt impij: sed animas per instigationem scelerū deglutire: sed erepti sumus ab his per eum qui erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referēdæ sunt: quia gratia eius saluati sumus. y ¶ Cum irascceretur animus eorum aduersus nos: forsitan ut aqua absorbuissent nos.] Commotiones malarum mentium, qui sanctos dei absorbere quærunt, aquis comparantur: sed habitante in sanctis domino, deorsum defluunt & decurrunt.

¶ Torrentē

sceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus dominus qui non dedit nos in captionē dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo uenantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

Canticum graduum. CXXIIII

QVi confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in seculū. Quia non relinquet dns uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendāt iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac dómine, bonis & rectis corde. Declinātes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel.

Canticum graduum. CXXV

IN conuertendo dns captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione

A a ¶ Torrentem pertransiuit anima nostra.] Melius in Hebræo habet: Torrens pertransiuit super animam nostram, quod scilicet multi tentationum turbines super animā eius transierūt, nec potuerūt eam necare, iusto dicente: Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc Israel. b ¶ Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilē.] Verbum ἀνυπόστατον apud Græcos, ambiguum est, & potest sonare, quod subsistat, & quod intolerabile sit: hoc est, quod nemo ferre queat. Pro quo & Aquila & Symmachus & Theodotio, & omnes interpretes pari uoce consentiūt, superbas aquas & arrogātes pro ἀνυπόστατον transferentes. c ¶ Benedictus dominus qui non dedit nos in capturā dentibus eorum.] Horum torrētium dentes, numerositas est uitiorū, à quib. ne capiamur, gratia dei eruimur. d ¶ Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo uenātiū.] Tenduntur nobis laquei in concupiscentijs, ac diuersis diabolicæ astutiæ dolis: sed cōtrito satana sub pedibus nostris, sicut passer à capiente euolamus ab illis. Sic em sequitur: e ¶ Laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus.] Si enim dominus habitet in nobis: ipse (ut diximus) hos disrumpet laqueos, ne nos impediāt. f ¶ Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terrā.] Hoc est nomen quod est super omne nomē. Huius nominis adiutorio, mortis uincuntur laquei, si in illo maneamus affixi. g ¶ Canticum graduum.] Iste psalmus, sextus habetur in cāticis graduū, qui ex uoce prophetæ nos hortatur, ut relictis secularibus causis, in deum sanctum omnem confidentiā habeamus, dicens: CXXIIII

QVi confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum.] Sion, ecclesia: mōs autem iuxta Danielem, Christus dominus. Ergo qui in eum totam spem ponunt, non cōmouentur in perpetuum quia conformes efficiuntur corpori gloriæ eius. i ¶ Qui habitat in Hierusalem.] In ipsa ecclesia matre nostra, quæ sursum est, libera. k ¶ Montes in circuitu eius.] Custodiæ sanctorum, angelorum, prophetarum, apostolorumq;, quæ in modum proceritatis montanæ supereminent cunctis in sanctitate. l ¶ Et dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in seculum.] Sicut ipse polliceri dignatus est, dicens: Ecce ego uobiscū sum usq; in consummationem seculi. m ¶ Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum.] Pro uirga in Hebræo, sceptrū habet. Hoc est ergo quod petimus, ne nos inducas in tentationem quam sufferre non possimus. n ¶ Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.] Vt non cogitent, quid mihi prodest quod iustus sum, si semper persequantur me iniqui? Vt non extendant, hoc est, ut sustineant malos, & non faciāt mala. o ¶ Benefac domine bonis & rectis corde.] Qui uel boni sunt in opere, uel recti habētur in fide. p ¶ Declinātes autem in obligationes adducet dominus.] Pro obligatiōibus, Aquila interpretatus est: Symmachi quinta æditio. q ¶ Cum operantibus iniquitatē.] Hi qui à præceptis dei declinant, adducuntur cum his qui deum ignorant, ut simili sententia feriantur. r ¶ Pax super Israel.] Christus dominus est pax nostra: qui auferens maceriam inimicitiæ de medio Iudæorum ac gentium, fecit utraq; unum, quod erat ante diuisum. s ¶ Canticum graduū.] Iste psalmus septimus graduum, profert canticum uel ascensum, in quo fidelis anima aduersus criminum captiuitatem in domino exultat & dicit.

CXXV

IN conuertendo dominus captiuitatem Sion.] Peruasserat enim uniuersum mundum uetus captiuitas uitiorū: sed lucescente nobis sole iustitiæ effugata est. Sic & ecclesia quæ specialiter Sion nuncupatur, apparuit. t ¶ Facti sumus sicut consolati.] Pro consolati, omnes pariter æditiones somniantes transtulerunt. Et pulchre somniantes. Nondum est enim plena lætitia, in captiuitate reliquis constitutis. x ¶ Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.] A spirituali & infinita lætitia uel os nostrū, uel lingua repletur: quia non sufficit tantas explicare laudes pro gratia qua saluamur. y ¶ Tunc dicēt inter gentes, magnificauit, &c.] Si enim relictis transitorijs, spem collocemus in sempiternis: tūc dicitur quia magnos nos fecit dominus captiuitate depulsa, & sicut quondā gentes timore territæ de Israelitico populo loquebantur dicentes: Siccauit deus aquas maris & Iordanis ad ingressum filiorum Israel. In hoc ergo gaudio confitemur. z ¶ Quia magnificauit dns facere nobiscum, &c.] Seruiebamus prius Pharaoni, id est, exterminatori in duris operibus, nunc autē seruimus regi cœlesti: cuius iugum suaue est, & onus leue. a ¶ Conuerte domine captiuitatē nostrā.] Cōmunem se captiuitatem habere cum reliquo populo, propheta fatetur: quia compatitur unū membrū cæteris mēbris. b ¶ Sicut torrens in austro.] Sicut enim flante austro, soluuntur glacies, & impletis torrētibus, omnis horror cum impetu suo defluit: sic flante spiritu sancto, soluuntur peccata nostra: scilicet ut accepta remissione, fiat nobis illud quod scriptū est: Sicut glacies in sereno, soluuntur peccata tua. c ¶ Qui seminant in lachrymis, in gaudio, &c.] Sancti igitur dei seminauerunt in lachrymis

A confessionis: & in diuersis cruciatibus, in gentibus uerbum dei: euntes & flentes super duritiam cordis eorum: quod in futuro cum manipulorum fructibus portabūt,
Ioan. 16.d dicente ad eos domino: Amen dico uobis, quia flebitis uos & lamentabitis: mundus autem gaudebit, sed tristitia uestra in gaudiū conuertetur. Igitur & nos in tribulatione clamantes: eleuemus mentis oculos ad auxiliatorem deum, ut eruat nos à sæuis dentibus inuidorum, auferat à nobis sceptrū dominatiōis iniquæ: ut solita miseratione largita dum à captiui tate uitiorum absoluimur, cœlestis Hierusalem ædificio, tanquam uiui lapides cōnectamur. a ¶ Canticum graduum Salomonis.] Ideo psalmus iste Salomonis titulo prænotatur: ut ipse fabricator tēpli, doceat se non ualere ædificationē eius consummare sine dñi auxilio. CXXVI

N Isi dominus ædificauerit domū, inuanū laborant qui ædificant eam.] Nos
B sumus secundū Apo stolum, dei templū:
2. Cor. 6.d qui nisi per dominū nostrum Iesum Christum ædificemur super fundamenta apostolorum & prophetarum, inanis erit philosophorum & reliquorum secularium doctorum ædificatio. c ¶ Nisi dominus custodierit ciuitatem, inuanum laborauerunt qui custodiunt eam.] Fidelis anima, ciuitas accipitur æterni regis, quæ ciuibus bonis, id est, honestis moribus frequentatur, quam nullius potest tueri custodia, nisi illius qui non dormitans protegit Israel. d ¶ Vanum est uobis ante lucē surgere.] Qui ante lucem surgit, nocturnas tenebras palpat. Sic & qui relicto euangelij lumine ad superius dictum dogma transierit, in tenebris commoratur: nec potest dominicæ resurrectionis perfrui claritate. e ¶ Surgite post quam sederitis, qui manducatis panem doloris.] Qui in humiliatione quiescitis, eleuamini: uos qui in peccatis uel natos esse uel uiuere meministis: & ad deum transire desideratis. Vel qui māducatis panem doloris. Pro dolore, Theodotio & quinta æditio idola interpretati sunt: Sexta uero, errorem. Sensus itaque iuxta simplicem intelligentiam iste est: Sine causa diluculo ad templum curritis, & deum adorare uos creditis qui idola pariter adoratis, & immundo uescimini pane. f ¶ Cum dederit dilectis suis somnum.] Quasi aliquis interrogasset, quando hoc fit factum, ei dicitur: Cum dederit dilectis suis somnum. Dilecti, sancti sunt, qui post somnum præsentis uitæ, hic dormitare uidentur, ut in resurrectione ad uitam æternam mereantur peruenire. g ¶ Ecce hæreditas domini filij merces fructus uentris.] Cum sancti ab hoc seculo accepto quietis somno discesserint, tūc fient hæreditas domini: quia iam non subiacent tentationibus. Sed & ipse dominus natus ex uirgine factus est fructus uentris. Cuius assumpta humanitas, hanc accepit mercedem, ut gentes uocatæ in filijs, sint hæreditas eius. Dedit eis, inquit, potestatem filios dei fieri qui C credunt in nomine eius. h ¶ Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.] Excussos, expeditos, & accinctos ad prælium uocat: quod uerbum & in Esdræ libris, septuaginta interpretes transtulerunt. i ¶ Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex illis.] Pro desiderio in Hebræo, pharetrā habet. Vt quia sagittas præmiserat in comparationem sanctorum, consequenter pharetram sagittis inferat explēdam. k ¶ Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.] Porta, ianua siue ostium, ipse est qui
Ioan. 10.b ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Ergo qui de filijs excussorum fixus in Christo est, non confundetur in die iudicij: cum exprobrauerit inimicis legis dei inobedientiam, & peruersitatem uel omnem malitiam ipsorum. l ¶ Canticum graduum.] Iste psalmus in nono ascensionis gradu uel cantico, timorem dilectionem, q; dominicam insinuat, dicens: D

CXXVII.

metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Canticum graduum Salomonis. CXXVI

NIsi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificāt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit eam. Vanum est uobis ante lucē surgere, surgitē postquā sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum, eccē hæreditas domini filij merces fructus uentris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Canticum graduum. CXXVII

BEati omnes qui timent dominum, qui ambulāt in uijs eius. Labores fructuum tuorum māducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut uitis abundās, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarū, in circuitu mensæ tuæ. Eccē sic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion, & uideās bona Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ. Et uideās filios filiorum tuorum, pacēm super Israel.

Canticum graduum. CXXVIII

BEati omnes qui timent dominum, qui ambulant in uijs eius.] Qui cum timore iungentes se dei dilectioni, exercentur in his quæ prophetæ, apostoli, euangelistæ prædicauerunt. m ¶ Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es & bene tibi erit.] Labores fructuum sunt, cum homo exercetur in mundo: ut ad æternitatis fructum possit accedere. Nam laboriose per has dei uias inceditur, sicut ipse ait: Arta & ærumnosa uia est quæ ducit ad uitam. Sed hic labor æternis fructibus adimpletur, cum homo pane illo cœlesti locupletatur. Hoc enim desiderio & ille compungebatur qui dicebat: Beatus qui manducauerit panem in regno dei. Luc. 14.c
o ¶ Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus domus tuæ.] Vxor iuxta Salomonem, sapientia accipitur, Prouer. 7.A quæ in animæ emundatæ domo tanquam speciosa uitis adducta, in lateribus operum nostrorum extenditur.
p ¶ Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.] Actus bonorum in circuitu doctrinæ cœlestis assistentes, cum pinguedine pacis, & obumbratione uirtutis. q ¶ Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum.] His utique locupletatur diuitijs. r ¶ Benedicat te dominus ex Sion.] Qui in ecclesia regnat. s ¶ Et uideas quæ bona sunt Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ.] In illa cœlesti matre: de qua in alijs exposuimus psalmis, in qua uitæ perpetuæ bona uisuri sunt sancti.
t ¶ Et uideas filios filiorū tuorum.] Retributionem captantes operū bonorum. u ¶ Pacem super Israel.] Pax nostra, Iesus Christus iugiter super mentē se uidentem aspiciat. x ¶ Canticū graduum.] Iste psalmus decimū nobis profert uel canticū, uel ascēsum, qui ex uoce prophetica inchoās, docet incessanter resistere nequitijs impugnantibus, ne nos expugnent. CXXVIII

¶ Sæpe

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euellatur, exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui præteribat benedictio domini super uos, benedeximus uobis in nomine domini.

Canticum graduum. CXXIX

DE profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi uocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in uocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit. Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum. CXXX

DOmine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Speret Israel in domino, ex hoc nunc & usque in seculum.

A **Saepe expugnauerunt me** à iuuentute mea.] Dicit se impugnari ab initio ætatis suæ uir iste: sed à quibus impugnetur, silet: ut intelligatur quia pugna à diabolo mittitur. Poteris uel de probatione Iob, uel ex traditione Christi, à Iuda facilius hoc aduertere. *b* ¶ Dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim nō potuerunt mihi.] Ergo qui Israel est ille potest dicere: quia impugnatur omnibus diebus uitæ suæ. Sed non ei prævalet hæc pugna: quia dominus pugnat pro eo. *c* ¶ Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatē tibi.] Iugiter ad deum currēti, & ad ampliora tendenti fabricantur à tergo nequitiarum machinæ: quia in aspectu non possunt. Sed cum ad effectum non perueniūt, sibijpsi prolongant: ob id inuidendo, peccatum ultionemq; diuinam in se prouocant. Sequitur enim: *d* ¶ Dominus iustus cōcidet ceruices peccatorum.] Pro ceruicibus in Hebræo habet, uincula uel catenas: ut sit sensus: Illi qui me suis insidijs hincinde uallauerāt, etiam uinctum tenebant: sed auxiliāte domino, omnes nexus soluti sunt. *e* ¶ Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderūt Siō.] Ecclesiam, quæ est corpus Christi: cuius nos mēbra sumus. *f* ¶ Fiant sicut fœnum ædificiorum: quod priusquam euellatur, aresc it.] Nō hæc de ædificijs in petra locatis dicuntur, sed his quæ quasi citius ruitura super arenam ponūtur: quod ad opera carnis respicit, in quibus non modo nullum granum bonitatis inuenitur: uerum etiam antequā ad incremētum aliquod ueniant exiccantur. *g* ¶ De quo non impleuit manū suam qui metet.] Qui retributionē dignam operis sui mercedē non recepit. *h* ¶ Nec sinum suū qui manipulos colliget.] Qui per conscientiæ puritatem, & si minus habet, uolūtatem tamen bonam adhibuit. Ideoq; à deo tanquā si multum dedisset, manipulos refert, sicut uidua de duobus minutis. *i* ¶ Et non dixerunt qui præteribāt, benedictio domini super uos.] Non eos benedixerunt sancti dei, qui pro nihilo habentes hunc mundū, pertransierunt ad cœlestia & æterna. *k* ¶ Benediximus uobis in nomi.&c.] Vt relictis infructuosis aridisq; operibus, ea seratis, quæ & messorū manum, & colligentiū manipulos, repleāt finum. *l* ¶ Canticū graduum.] Iste psalmus undecimū nobis ascēsionis gradū pandit, & canticū, qui fidelis animæ conatum ad altiora tendentem proferens: dum se in profundo quasi immersum queritur, nos ad intelligenda cœlestia prouocat dicens. CXXIX

DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi C orationē meam.] De profundis clamat, qui scit altitudinem diuitiarum sapiētiæ dei, qui persecutiones patitur, qui eum misericordi suspirio deprecatur. *n* ¶ Fiāt aures tuæ intendētes, in orationem serui tui.] Nō hic carnalē aurem prophēta postulat, sciēs deū incorporeū esse: sed uirtutē qua suos exaudire dignatur, exposcit. *o* ¶ Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit.] Si enim trāsgrediēs leges tuas generis humani fragilitas ultione tua protinus feriat, quis euadere poterit? *p* ¶ Quia apud te propitiatio est.] Tu enim nos reconciliabis patri per crucem. *q* ¶ Et propter legem tuā sustinui te domine.] Lex spiritualis est, & continens uerba uitæ, quā sustinere debemus, ne peccantes in eam per legem dijudicemur. *r* ¶ Sustinuit anima mea dominū, &c. A custodia matutina usq; ad noctē.] Ab illa matutina hora qua in uineam dominicam est locatus, spem suam in illā defixit hōram: qua denarium mercedis accipiat. A uigilia matutina. *s* ¶ Speret Israel in dñm.] Ab eo quod ei lumen ueritatis illuxit, indeficienter cœlestia contēpletur. *t* ¶ Quia apud dñm misericordia.] Cū pro nobis homo fieri dignatus est. *u* ¶ Et copiosa apud deum est redēptio.] Cum nō auro neq; argēto, sed precioso nos sanguine redemit. *x* ¶ Et ipse redimet Israel ex om.&c.] Ipse enim filius introeūte plenitudine gentium, reliquū Israel, remissa iniquitate saluabit. *y* ¶ Canticū graduum.] Iste psalmus duodecimus in hac ascēsione, uel cantici, uel gradus habetur, qui nos ex persona prophetæ humilitatem quam Christus in carne gestaturus erat, edocet dicens. CXXX

DOmine non est exaltatū cor meum.] Sed in cōtritione & humiliatione eius obtuli tibi sacrificiū acceptabile. *a* ¶ Neq; elati sunt oculi mei.] Vt trāsitoria cōcupiscerent & caduca. *b* ¶ Neq; ambulaui in magn.&c.] Quæ magna mirabilia uidebātur hominibus, in his non incessi, ne me opprimerēt. *c* ¶ Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animā meam.] Humilis quidē est corde, sed excelsus est sensu. Humiliter sentiebā in seculo, sed animā meam exaltaui in cœlo. *d* ¶ Sicut qui ablactatus est à matre sua: ita retribues in animā meā.] Nihil in se puerile sentit: quia cibū lactis excedens, ad perfectum peruenit uirū: illo nūc pane qui de cœlis aduenit, ali exorat. *e* ¶ Speret Israel in dño, ex hoc nūc & usq; in seculum.] Docet ut nullo fine tēporis, spes nostra claudatur, ut per spem præsentis uitæ: bona futuri seculi capiamus.

¶ Canticū

Rom.7.c

1.Pet.1.c

A *a* ¶ Cāticum graduum.] Iſte pſalmus habetur in canticis tredecimus graduum, qui per aſcenſionem profectuum, de aduentu filij dei ex uoce prophetica nos edocet dicens. CXXXI

MEmento domine Dauid.] Filius omnipotentis dei, aſſumpturus carnem pro redemptione populi, Dauid ſe uoluit nūcupari: eius ſcilicet nomine uocitatus: de cuius genere aſſumpturus erat & corpus. *c* ¶ Et omnis manſuetudinis eius.] Non cōtendit neque clamauit: ſed ſicut agnus manſuetus deductus eſt ad uictimā. *d* ¶ Sicut iurauit domino, uotū uouit deo Iacob.] Iuramentū ac uotum propter firmitatē dictionis poſuit, ne nos dubitaremus ſequi: Sed quid interim uouerit, dignum eſt contueri. Memēto domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Sicut iurauit domino. Pro eo quod eſt, ſicut: in Hebræo habet qui: ut ſit ſenſus: Memēto domine Dauid
B & omnis manſuetudinis eius qui iurauit domino, & uotū fecit deo Iacob. *e* ¶ Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcēdero in lectum ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationē: & requiem temporibus meis: donec inueniā locum domino, tabernaculum deo Iacob.] Tabernaculū domus, cœleſtem ſedem indicat: in ſtrato uero lecti, in oculorum ſomno, in dormitatione palpebrarum, uel in temporum requie, æternam quietem (quæ nunquam abrumpitur) demōſtrauit. In quibus non ſe rediturum pollicetur: niſi prius in homine dignū deo patri locum uel eccleſiæ congregationem ſua reſurrectione conſtrueret. *f* ¶ Ecce audiuimus eam in ephrata.] Regio Bethlehem uſq; hodie appellatur Ephrata. Huius rei & aliæ ſcripturæ teſtes ſunt. Ephrata ipſa eſt Bethlehem. Vbi primum eccleſia eſt audita: id eſt, in qua Chriſtus dominus carnē aſſumpſit. In hac & Rachel Iſrael dilecta quieſcit, quæ typum geſſit eccleſiæ. *g* ¶ Inuenimus eam in campis ſyluæ.] In gentibus, quæ prius diaboli erāt cubilia: nunc autem campi, dominum colentes fructiferi. *h* ¶ Introibimus in tabernaculū dei.] Nos qui in una domo eccleſiæ, per dominum aggregamur. *i* ¶ Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius.] In quo prædicationes apoſtolicæ audiuntur, quæ ut pedes ſuſtinent totū corpus eccleſiæ. *k* ¶ Exurge domine in requiem tuam.] Iam expleſti iuramentum, reddidiſti uotum, iam inueniſti locum deo: iam produxiſti ex latere tuo eccleſiam: exurge nunc ab inferis, reuertere in tabernaculum: abiens in requiem: de quibus ſuperius es locutus. Et non ſolum tu, ſed:
l ¶ Tu & arca ſanctificationis tuæ.] Corpus ſcilicet aſſumptum, quo diuinitas tegebatur. A quo uerba uitæ, à quo cœleſtis panis, à quo uia, ueritas, & uita nobis oſtenſa eſt. *m* ¶ Sacerdotes tui induantur iuſtitia.] Vt iuſtitiæ lorica induti, non ſaucientur à iaculis inimici. *n* ¶ Et ſancti tui exultent.] In cœleſtibus bonis. *o* ¶ Propter Dauid ſeruū tuū non auertas faciē Chriſti tui.] Propter illum qui ex ſemine Dauid, formam ſeruilem ſuſcepit, nō auertatur claritas imaginis tuæ à ſanctis, in quibus ipſe Chriſtus inhabitat, ſed illuminet eos. *p* ¶ Iurauit dominus Dauid ueritatē, & non fruſtrabitur eum.] Deo homini pater iurat ueritatem, quam non euacuat ſed adimplet dicens. *q* ¶ De fructu uentris tui, ponā ſuper ſedē tuam.] Nos ſumus fructus uētris eius, quos ſpiritualiter tanquā ex utero generauit: Qui ſi ſequētia cuſtodiamus, ſedebimus ſuper ſedem eius: & non ſolū nos, uerum etiam & filij noſtri. Ait enim.
r ¶ Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos, & filij eorum uſq; in ſeculū ſeculi, ſedebūt ſuper ſedem meam.] Si teſtamentū eius cuſtodiamus, ſedere nos faciet in cœleſtibus: ſicut ait Apoſtolus: Sedebūt ſuper ſedē eius. Sed & ipſi ſedebūt ſuper ſedem eius quibus dictum eſt: Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Sedebunt & filij noſtri, hoc eſt, rememorabuntur opera bona (quæ ob amorē illius operati ſumus) in cōſpectu eius. *s* ¶ Quoniam elegit dominus Sion præelegit, &c.] Cōcordantē ſibi cateruā eccleſiaſticā, uel ſanctificatas ſacramētis cœleſtibus tibi animas. *t* ¶ Hæc requies mea in ſeculū ſeculi: Hic habitabo quoniam elegi eam.] Animā quæ et per reſurrectionis gloriam & emūdationem peccati, domus ac requies facta eſt. *u* ¶ Viduam eius benedicens benedicā, pauperes eius, &c.] Pro uidua, id eſt χήρα, & Hebræa uolumina, & ipſi ſeptuaginta, χήραν habēt: ſed propter nouitatem uerbi & unius literæ demutationem, paulatim obtinuit, ut pro χήραν legeretur χήρα: maxime quia in ſequēti uerſiculo pauperes ſequebantur. χήρα Symmachus & Aquila cibaria interpretati ſunt. *x* ¶ Sacerdotes eius induam ſalutari, & ſancti eius, &c.] Ipſe enim nos uel iuſtitiā, uel ſalutare induit: cū nos cōformes corpori ſuo efficit, qui eſt iuſtitia ſalusq; noſtra, præparans nobis tabernccula ſempiterna. *y* ¶ Illuc producā cornu Dauid.] Regnū Chriſti, quod in illis oſtēditur: quibus dictum eſt: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorū eſt regnum cœlorum. *z* ¶ Paraui lucernam Chriſto meo.] Ioannes baptiſta ſiue præcurſor domini & ſaluatoris noſtri, à deo patre dicitur præparata lucerna, qui eum in huius mundi tenebras uenturū annunciauit. Sic enim & ipſe dñs uocitat eum, dicens: Ille erat lucerna ardens, & reliqua. *a* ¶ Inimicos eius induā cōfuſione.] Iudæos nō credētes cum uiderint dñm in maieſtate ſua.

¶ Super

Matth. 19. d

C

D

Canticū graduum. CXXXI

MEmentō domine Dauid, & omnis mānſuetudinis eius. Sicūt iurauit domino, uotum uouit deo Iacob. Si introierō in tabernaculū domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Ecce audiuimūs eam in Ephrata, inuenimūs eam in campis ſyluæ. Introibimus in tabernaculūm eius, adorabimūs in loco ubi ſteterunt pedes eius. Exurge domine in requiem tuām, tu & arca ſanctificationis tuæ. Sacerdotēs tui induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent. Propter Dauid ſeruum tuum, nō auertas faciem Chriſti tui. Iurauit dominus Dauid ueritatem & non fruſtrabitur eum, dē fructu uētris tui ponam ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum uſque in ſeculum, ſedebunt ſuper ſedem tuam. Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicēs benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus. Sacerdotēs eius induam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabūt. Illuc producā cornu Dauid, parauī lucernā Chriſto meo. Inimicos eius induam cōfuſione, ſuper ipſum

A ¶ Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.] Pro sanctificatione, נזר neser in Hebræo habetur, quod Aquila consecratum interpretatur, & significat laminam ex auro, quæ in fronte pontificis ligabatur, sculptum habens nomen domini.

CXXXII

E Cce quàm bonũ & quàm iocundũ habitare fratres in unum.] Duo dicit: bonum & iocũdum. Bonum est martyrium, sed non est iocũdum: habet enim supplicia & pœnas, & semper in cruciatibus dolor est, & utique in dolore non est iocunditas. Ecce quàm bonum & quàm iocũdum. Rursum uoluptas iocũda est. Ac si dicat: Cibum dulcem comedere uidetur iocũdum esse, compellit enim ad libidinem. Hic ergo duo posuit & quod sibi uidebatur esse contrarium, bonum scilicet & iocũdum, uno sermone cõiunxit. Ecce quàm bonũ & quàm iocũdum, habitare fratres in unũ. Fratres mente, non corpore. Esau & Iacob fratres fuerunt, & quia simul habitabant, fuit eis causa discordiæ. Ergo quod dixit hic, fratres: non fratres dicit corpore, sed fratres spirituales. Fratres de quibus loquebatur & saluator, & dicebat ad mulieres: Ite nunciate fratribus
Matth.28.c meis. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in unum. Proprie psalmus iste cœnobijs & monasterijs cõuenit. Licet enim & de ecclesijs intelligatur: sed ibi propositi diuersitate non uidetur esse tãta cõcordia. Quæ est enim ibi fraternitas? Vtique alius ad domũ ire festinat: alius ad circum, alius in ecclesia de usuris cogitat. In monasterijs autem, sicut unum propositum, unus & animus est. Ecce quàm bonum & quàm iocũdum habitare fratres in unum. Vere bonum, uere iocundum. Vnum fratrem dimisimus, & ecce quantos inuenimus.
B Frater meus secularis (quod de me loquor, de singulis loquor) non tantum me amat, quàm substantiã meam. Cæterum fratres spirituales, qui sua utique negligunt, alia non quærunt. Sicut & legimus in Actibus apostolo-
Act.4.f rum: Quoniam multitudinis credẽtium erat cor unum & anima una. Et erãt, inquit, illis omnia communia. Recte erãt eis omnia communia, qui unum Christum possidebant. Multa diximus, sed ad reliqua festinemus.

c ¶ Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.] O si esset tempus, ut de singulis disputaremus dies nobis sufficere nõ poterat. Legimus in Exodo, quomodo conficiatur unguentum sacerdo-
Exo.25.d 30.c tale. Deinde legimus quomodo aliud unguentum quo ungebantur reges. Erat aliud unguentum, quo ungebãtur prophetæ. Et quid plura loquar? Omnia unguenta habebant diuersitates & mysteria sua. Miramur de sanctis? Leprosus postquàm purgatus fuerit: postquàm hyssopo fuerit aspersus & sãguine gallinæ: & dimittitur una gallina in eremum, & ipse habet unguẽtum proprium. Non sanctificatur aliquid, nisi per unguẽtum. Propter-
Cant.1.a ea dicunt & adolescentulæ in Canticocanticorum: Vnguentum exinanitum nomen tuum. Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Baron. Pulchre dixit: in capite quod descendit in barbam Aaron. Barba uirilitatis indicium est. Mulierẽ enim & uirũ hoc signo natura distinguit: barba igitur uirilitatis indicium est. Caput ergo diuinitas dicitur, hoc est, deitas. Barba uero uirum indicat. Vt (inquit) perueniamus in uirum perfectum, qui est Christus. Vide ergo quid dicat: Sicut unguẽtum, sicut benedictio unguẽti de capite: hoc est, de diuinitatis sermone descẽdit in barbam, descẽdit in uirum perfectum, qui est Christus: postea descẽdit ipsum unguẽtum in oram uestimẽti eius: Sic benedictio & ros
Psal.44.b mõtis Hermon descẽdit in montem Sion. Vnguẽtum uero hic pro benedictione ponitur. Dilexisti iustitiã, inqt, & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Videte quid dicat. Dilexisti, inquit, iustitiam, & odisti iniquitatem. Nõ sufficit diligere iustitiam, sed econtrario odisse iniquitatem. Videte quid dicat: Et odisti iniquitatẽ. Pro his uirtutibus quid accepit? Propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis. Hoc ad Christũ dicitur: Ideo tu unctus es, ut cæteros ungeres. Vnctus es oleo exultationis præ participibus tuis, hoc est, plusquàm apostoli tui. Tu enim unguenti habuisti fontem, illi stillas habuerunt. Sicut unguentum in capite. Præstet & nobis dominus hoc unguentum diuinitatis, quod uenit in barbam, hoc est, in uirum perfectum Aaron, in Aarõ sacerdotem. Aaron autem interpretatur, montanus: Videtis quoniam iste sacerdos non est de uallibus, sed de montibus est. Barba, inquit, Aaron. Quod unguentum in capite, uenit in barbam, à uerbo deo uenit ad hominem, quem est dignatus assumere. Et quid nobis prodest barba ista uncta, & uir iste perfectus? Videamus quos profectus habeat. Quod descẽdit in oram uestimenti eius. Nos si uestimentum Christi sumus, nuditatem eius nostra uestimus fide. Ecce nudus pependit in cruce: scandalum Iudæis, gentibus stultitia, & tamen nostra fide & sermone, & confessione uestitur. Noe in domo sua nudus iacuit, & Gen.9.c
apparuit ignominia eius: maior filius irrisit, & minor texit. Et hoc totum quare dico? Vt ostendam uestimẽtum nos esse Christi. Rem dico uobis nouam: imò non nouam, sed de scripturis. Nos uestimentum Christi sumus: & cum illum nostra confessione uestierimus, rursum ipsum Christum induimus. Dicit enim & Apostolus, D
Gal.3.d quod uestimentum nostrum, Christus sit. Quãdo enim baptizamur, Christo induimur & uestimur. Vultis scire quomodo uestiamus dominum? Legimus in Hieremia: Accipe, inquit, tibi lumbare, & uade, inquit, ad Eu-
Hiere.13.d phraten, & pone illud in foramine petræ. Et feci, inquit, quod præceperat mihi dominus. Et post dies aliquos reuersus sum ad Euphraten, & ecce, inquit, putruerat lumbare, quod nulli usui esset utile. Et locutus est, inquit, dominus ad me, diligenter animaduertite: Sicut, inquit, tu lumbare habuisti circa lumbos tuos: ita & ego habui populum istum circa me, dicit dominus. Hoc totum quare dixi? Vt ostenderem credentes uestimentum esse Christi. Quod descendit in oram uestimenti eius: quod descẽdit in barbam, barbam Aarõ. Non est huius tẽporis de sacerdotalibus dicere uestimentis. Siquidem pontifex octo habet species uestimentorum. Longum est nunc dicere de Ephod, & de tunica. Longum est dicere de rationali, de manifestationibus, de catenulis, de zona, de fœmoralibus, de fimbrijs, de resti, de tintinnabulis, quibus uirtutibus sacerdos debeat ingredi templum domini, & in sancta sanctorum. Et nos ergo si uolumus de uestimento isto esse sacerdotali, aut superhumerale sumus, quod interpretatur, ephod: ut habeamus bona opera, & in humeris nostris Christi mandata portemus: aut certe tunica debemus esse interior, quæ tunica stricta est & adhæret corpori: non est laxa, non fundi-
tur, sed hæret tota ad corpus. Vides ergo quoniam quicunque interior est & interior tunica, uicinius iungitur corpori. Si quis uero rationale est quod dicitur λογεῖον: iste non est, nisi in pectore constitutus. Animaduerte scripturæ ordinem. Quicunque rationale est, λογεῖον & ratio est, & in pectore constitutus est. Cæterum fieri potest ut aliquis habeat prudentiam: ut habeat λόγον: ut habeat sermonem. Quicũque ergo uere sacerdos est, debet habere ἀπλώσεις, hoc est, manifestatiões, hoc est, ut quodcunque mente conceperit, proferat, & omnes doceat.

Et hæc

A Et hæc omnia frustra sunt, si castitas aucta & ornata non fuerit. Ideo zona est & cingit lumbos, stringit & mortificat. Deinde dicitur, quod habeat fœmoralia: ut quodcunque in nobis ignominiosum est & sordidum, quasi hoc cingulo mundetur & mortificetur. Deinde dicitur, quod debeamus habere poderem, quod ornet quasi pedes nostros. In ipso podere diuersi flores sunt: sunt ibi malagranata sunt ibi etiã fimbriæ. Ego puto quod illa mulier sanguine fluens, istam fimbriam tetigerit, & sanata est. Deinde & hæc considerate, quoniam ad extremos pedes, inter malagrana erant & tintinnulæ: & non ingrediebatur põtifex in sanctasanctorum, nisi illa tintinnabula personarent. Tintinnabula & illa malagranata, diuersitates uirtutũ sunt quæ habent singulæ uoces suas, & egressus ipse sancti sanctorum uocalis est. Siue enim manducemus, siue bibamus, omnia in nomine domini facimus. Minora promisimus, & maiora diximus. a ¶ Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.] Ros Hermon. Legimus in quodam libro Apocrypho, eo tempore quo descendebant filij dei ad filias hominũ, descendisse illos in montem Hermon, & ibi iniisse pactum, quomodo uenirent ad filias hominum, & sibi eas sociarent. Manifestissimus liber est, & inter Apocryphos cõputatur, & ueteres interpretes de ipso locuti sunt: nonnulla autem nos diximus: non in autoritatem, sed in commemorationem. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Legi in cuiusdam libro de isto libro apocrypho, suam hæresim cõfirmantis. Quid enim dicit? Filij, inquit, dei qui de cœlis descendebant, uenerunt in Hermon, & concupierunt filias hominum: Angeli, inquit, sunt de cœlestibus descen
B dentes, & animæ quæ desiderauerũt corpora. Siquidẽ corpora filiæ hominũ sunt. Vidistis quõ Manichæi dogma cõsurgit? Sicut eñ Manichæi dicũt animas desiderasse corpora humana, & sociatas esse uoluptati corporũ: sic & isti qui dicunt angelos desiderasse corpora, hoc est, filias hominum: nónne uobis uidẽtur idipsum dicere quod & Manichæi? Lõgum est nũc cõtra illos dicere: sed tãtummodo indicare uolui: de quo uolumine quasi per occasionẽ istius, suum dogma cõfirmant. Hermon in lingua nostra interpretatur ἀνάθημα, hoc est, cõdẽnatio. Ros ergo domini ante fuit in populo Iudæorum, qui postea anathematizatus est, & benedictio illa quæ ante descendebat in populo anathematizato: postea descendit in montem Sion, hoc est, in ecclesiam. Nos si tamen de ecclesia sumus, ecclesiam autem dico dogmatum ueritatem, Christi confessionem, nos in ædificium sumus. Et quanti sancti in deserto sunt, quanti de nobis non sunt in ecclesia, & illi qui non sunt de ecclesia, uersantur in ecclesia Christi. Si ergo sumus in ecclesia: si habemus fidem ecclesiæ, fidem Apostolorum, fidem Christi, dogmatum ueritates, mõtes sumus Sion. Nolumus esse de Sion ualles, sed montes Sion. Habet enim Sion ualles suas, habet & campum. Quicunque peccator est, uallis est Sion: non est mons Sion. Dicat aliquis: De tuo sensu loqueris. Vocemus testem Esaiam: eo tempore quo peccauerat Sion, post multas uisiones, ubi dicitur: uisio contra Idumæam, uisio contra Moab, uisio contra Edom & filios Amon, in ultimo ponitur, uisio uallis Sion. Quoniam enim de fidei sublimitate descenderat: propterea de monte in uallem corruit. Nos ergo primum fugiamus uallem Sion: ueniamus ad campum, de campo ueniamus ad colles: de collibus ueniamus ad mõtes. Christum sequamur in montibus. Siquidem fratruelis noster quasi caprea, & hinnulus seruorum transilit colles, & salit per montes. Vnde & secundum ascensus ueritatem non ascendit in cœlum post resurrectionem de ualle, sed de monte. Nos nisi in uirtutibus mõtes fuerimus, C ad cœlum non possumus ascendere. Illic enim, hoc est, in montibus Sion, in uirtutibus, in fide, in confessione, in dogmatum ueritate, illic est benedictio. b ¶ Et uitam usque in æternum.] Vita nostra, Christus est. Qui cõfitetur Christum, uitam accipiet in seculorũ. Amen.

in oram uestimenti eius, sicut rõs Hermon qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mãdauit dominus benedictionem, & uitãm usque in seculum.

CXXXIII

E Canticum graduum.
Ccẽ nunc benedicite domino, omnes serui domini.] Extremus psalmus cantici graduum. Primus graduum psalmus fuerat: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. In secundo conscenderat: Leuaui oculos meos in montes. In tertio: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. In quarto: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo. Videte quomodo paulatim ascẽdit per gradus, & ad sublimiora peruenit. Longum est, si uelimus singulorum psalmorum horum graduum principia dicere. Venit ad tertiumdecimum psalmum imò uenit ad duodecimum, & post omnem uirtutem, humilitatem posuit. Frustra enim habemus uirtutes, si non ipsæ uirtutes humilitate domini coronentur. Quid enim dixit? Domine nõ est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Quoniam ergo humilem se monstrauerat, Christi aduẽtum postulat: Et quid dicit? Memento domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. Et rursum in alio loco: Propter Dauid seruũ tuum, non auerras faciem Christi tui. Quoniam accepit Christum, post fidem Christi ecclesiam congregat. Et quid dicit? Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in unum. Ecclesia domini congregata est. Nouissimus psalmus quid dicit? Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini. Quoniam bonum est & iocundum D habitare fratres in unum, & estis pariter congregati: ecce nunc benedicite dominum. Nunc benedicite dominum post aduentum Christi, quia congregati estis in eo. Nunc benedicite in ultimo graduum psalmo, quia in summitate uirtutum congregati estis. Antequàm ergo peruenire tis ad quintumdecimum gradum, hoc est, ad excelsum, non poteratis benedicere domino. Ergo nunc dico uobis: Ecce nunc benedicite domino. Quando dicitur, ecce: quodammodo res digito demonstratur. Ecce nunc benedicite domino. Qui benedicite domino? Omnes serui domini, qui non estis serui peccati, sed serui domini. Putamus parũ esse quod dicitur: Ego seruus domini sum? Sũma uirtus est hoc mereri. Quomodo? Quasi dignitatem uendicat, qui dicit: Ego seruus imperatoris sum, & nemo audet accedere ad seruum imperatoris, sic infinita dignitas se dicere esse seruum domini. Vnde & Apostolus de seruitute domini gloriatur, & scribit in principio epistolarum suarum: Paulus seruus Christi. Et de Moyse dicitur: Et non sicut Moyses Exod. 33. famulus meus, cui locutus sum facie ad faciem. Videte quid dicat: Cæteris locutus sum in uisione & in ænigmate, sed non sicut Moysi famulo meo, cui locutus sum facie ad faciem. Ponamus exemplum: Dicamus esse aliquem dominum ditissimum. Iste habet familiam, habet & seruos qui sibi ministrent. Nunquid tantam habent fiduciam serui qui in uillis sunt: quantam illi qui quotidie ministrant? Illis magna dignitas est, qui faciem uident domini & ministrant ei. Denique cæteri serui, qui faciem non uident domini sui: si uoluerint aliquid impetrare conseruos petunt. Hoc totum quare dixi? Dominus noster Iesus habet & ipse multam familiam, habet quasi ad faciem suam, qui sibi ministrant, habet alios in agris. Monachos & uirgines ego puto illos esse, qui ad faciem ministrant domino suo: seculares autem qui sunt quasi in agro, de familia sua. Denique illi qui sunt in agris, istos postulant ut rogent dominum, si quid necessarium

A farium habent. Quantam habent ergo dignitatem, qui quotidie uident faciem domini, tantam habent pœnam, qui negligunt miniſterium domini. Solent enim mali ſer ui quando ſunt in agris, magis timere dominum: quia non uident. Si autem quotidie cœperint uidere, cõtem/ nunt, & familiaritas ſuperbiam facit. Et nos igitur non debe/ mus de conſuetudi/ ne contemnere boni/ tatem dei noſtri. Benedicite ergo dominum omnes ſerui domini, qui non eſtis ſerui peccati, ſed ſerui domini. Omnes ſerui domini, qui ſolum dominum habetis de/ um. Omnes ſerui domini, quibus ira non imperat: in quibus libido non regnat, in quibus alia peccata non regnant, quibus non dominantur uitia, illi dominantur à domino. Omnes ſerui domini. Videtur hucuſque ſte/ iſſe. Sed uidete augmentum. Non ſufficit ſolum ſeruos eſſe domini, niſi & ipſi ſerui ſtent. Alij enim ſunt qui ſtant: alij qui cadunt, alij qui ſedent, alij qui iacent. Ergo qui cadunt, qui ſedent, qui iacent, illi non poſſunt lau/ dare dominum. Vos laudate qui ſtatis. Sed dicat ali/ quis: Stant & alij. Multæ ſunt eccleſiæ, multæ ſunt con/ gregationes. Qui ergo ſtant? Ariani ſtant? Nominant Chriſtum & Eunomiani, & cæteræ hæreſes: ergo ſtant? Ne uideretur ergo illis dare licentiam laudandi domi/ num, uidete quid dicat. a ¶ Qui ſtatis in domo do/ mini.] Vt ſecundum quod ait Apoſtolus: Donec, in/ 1.Tim.3.a quit, uenio, ut ſcias quomodo diſponas domum dei, quæ eſt eccleſia. Eccleſia non parietibus conſiſtit, ſed in dogmatum uerit/ate. Eccleſia ibi eſt, ubi fides uera eſt. Cæterũ ante annos quindecim aut uiginti, parietes om/ nes hic eccleſiarum, hæretici poſſidebant. Ante uiginti enim annos, omnes eccleſias has hæretici poſſidebant. Eccleſia autem uera illic erat, ubi uera fides erat. Ergo B uos benedicite domino, qui eſtis ſerui domini. Non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Ergo uos laudate, qui eſtis ſerui domini: & qui eſtis ſerui, & ſtatis. Qui ſta/ tis? Statuit, inquit, ſupra petrã pedes meos. Et ad Moy/ ſen: Tu uero hic ſta mecum. Deus ſtetit in ſynagoga deorum. Et qui ſtatis non ubicunque, ſed in domo dei, in atrijs domus dei noſtri. In Hebraicis uoluminibus non habetur, ſed in ſequẽti pſalmo eſt. Quomodo enim ſequitur in ipſo pſalmo? Laudate nomen domini, lau/ date ſerui dominum. Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. Quoniam ergo iſte pſalmus ha/ bet: Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei no/ ſtri: Propterea quidã putauit & in ipſo pſalmo qui præ/ ceſſit: Qui ſtatis in domo domini, debere addere, in atrijs domus dei noſtri. Quid autem ſignificet, in atrijs domus dei noſtri: & quæ ſit differentia domus & atrio/ rum, in ſequenti pſalmo cum lectus fuerit, diſſeretur.

mini. Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. In noctibus extollite manus ueſtras in ſan/

b ¶ In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta.] 1.Ioan.5.d Mundus iſte in maligno poſitus eſt: & non eſt nobis pu/ gna aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus recto/ Rom.13.d res tenebrarum iſtarum. Vnde dicit & Apoſtolus: Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. Ergo hoc ſecu/ lum, nox eſt. Seculum uero futurum, dies eſt. Vnde di/ cit & Apoſtolus: Sicut in die, inquit, honeſte ambule/ mus. Quomodo uicturi ſumus in die, hoc eſt, in futuro ſeculo, ſic nunc uiuamus. In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta. Velimus, nolimus, in noctibus ſumus. Quàmdiu in iſto ſeculo ſumus, in noctibus ſumus. Nox tenebras habet. Noctes autem iſtarum tenebrarum, pec/ pſal.133.a cata ſunt hominum. Videte ergo quid dicat: In nocti/ bus extollite manus ueſtras in ſancta. Dum (inquit) eſtis in iſto ſeculo, & in iſtis noctibus, leuate manus ueſtras. Exod.17.d Nolite demittere, ſed leuate. Leuate cum Moyſe. Si leua/ ueritis manus ueſtras, uincitur Amalech. Si autem de/ miſeritis, ſuperatur Ieſus. Simul'que conſiderate myſte/ rium: Si nos leuamus manus, uincit Ieſus. Si leuaueri/ mus manus noſtras in bonis operibus, per bona opera noſtra Chriſtus ſuperat diabolum. Manus autem inter/ C pretantur in operibus. Vnde ſcribitur: Factus eſt ſermo domini in manu Aggei. Sermo factus eſt in manu Hie/ remiæ prophetæ. Vtique ſermo dei non fit in manu, ſed in ore fit. Sed uidete ſcripturæ myſteria: Deus non ue/ nit ad ſermonem ſine opere bono. Cæterũ & homicida Chri/ ſtum confitetur: & non uenit ad illum dominus: quia manus ipſius domini aduẽtum non me/ rentur. Vnde ſcriptum eſt in alio loco: In manu linguæ, mors & uita. Ergo lingua manus habet? Dicite, quare di citur: in manu linguæ, mors & uita? Videte quid dicat: Deus non audit linguam: non uerba, ſed opera: ut qui/ cunque aliquid loquitur, & faciat. Præcipitur ergo no/ bis in nouiſſimo pſalmo graduum: In noctibus extol/ lite manus ueſtras in ſancta. Leuate, inquit, manus ue/ ſtras: quia Ieſus eas leuauit in cruce. In noctibus extol/ lite manus ueſtras in ſancta. Quare uoluit addere & di/ cere, in ſancta? Et hæretici uidentur leuare manus: & gen tiles uidentur leuare manus, & Iudæi uidentur leuare manus: Faciũt enim & ipſi eleemoſynas, ſi uiderint pau/ perem manum porrigunt. Quando Iudæus dederit ele/ emoſynam: nónne tibi uidetur leuare manum? Leuat quidem manum, ſed non leuat in ſancta: quia Chriſtum non cõfitetur. Vos autem qui eſtis in domo domini qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri, qui eſtis ſerui domini, quibus dixerat: Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in unum: ſic leuatẽ manus, ut in ſancto leuetis: hoc eſt, ut confiteamini Chri ſtum: & quicquid facitis, pro Chriſto faciatis. Virtutes pro qualitate facientis, diuerſæ ſunt. Ac ſi dicat: Facit ele/ emoſynam Chriſtianus: facit & gentilis, facit & Iudæus, facit & alius Chriſtianus uir ſanctus. Inuenies aliquos de Chriſtianis ideo dare eleemoſynam, ut laudẽtur à po/ D pulis. Si quando pauper rogat buccellam, huc illucq; circunſpiciunt, & niſi teſtem uiderint, pecuniã non dant. Si ſolus fuerit, manus contrahit: non dat libenter. O tu Chriſtiane, rogat te pauper ut des ei pecuniã: quare non das in occulto, ſed das in publico? Si teſtem deum quæ/ ris, humanos oculos quid requiris? Eleemoſyna tua apud imperitos uidetur eſſe eleemoſyna: cæterum apud deum iniuria eſt. Iniuriã enim facis fratri tuo. Vis enim uidentibus alijs mendicum oſtendere. Quando ergo da mus, non demus quaſi de noſtro, ſed de dono Chriſti. Non debemus dare quaſi mendico, ſed quaſi fratri. Nos damus carnalia: ille dat ſpiritualia: plus dat pauper, quã accipit. Nos damus panem qui in ipſa die conſumitur: ille pro pane reddet nobis regna cœlorum. Ergo hoc di/ co: ut quod facimus, faciamus in ſancto: aut quod faci/ mus, Chriſti cauſa faciamus. Cæterum multi ſunt genti/ les qui faciunt eleemoſynam. Si uiderint aliquem præ/ ciſam manum habere: ſi uiderint pedem habere cancro/ ſum & putridum, ſtatim animus illis dolet. Vincitur hu/ mana anima naturali miſericordia. Et quid dicit? Ecce ego ſi talis eſſem, quid miſer facerem? Et fieri poteſt ut ta lis ſim, quis mihi dabit? Et ego debeo ergo huic dare: ut & mihi det aliquis, ſi talis fuero. Iſte quidem dat paupe/ ri panem: ſed in paupere ſui miſeretur, non illius. Iſta mi ſericordia, non Chriſti miſericordia: ſed ſui miſericordia eſt. Omne ergo quod facimus, Chriſti cauſa faciamus. Faciamus in ſancto. Siue manducamus, ſiue bibimus, omnia in nomine Chriſti faciamus. Scripturas legimus, pſalmos ediſcimus, euangelia tenemus, prophetas ediſ/ ſerimus. Nõ debemus hoc ita facere ut glorietmur apud fratres, ſed ut Chriſto placeamus, ut ſermo ipſius in ore noſtro reſonet. Solent & uiri, ſolent & monachi, ſolent & mulierculæ hoc inter ſe habere certamen: ut plures edi/ ſcant ſcripturas, & in eo ſe putant eſſe meliores, ſi plures edidicerint. Ille plus edidicit, qui plus facit. Cæterum ſi quod tu ediſcis, ego facio: magis mea opera ſcripturas

A tenent, quàm tuus ſermo qui uane reſonat. In noctibus extollite manus ueſtras in ſancta. Leuate manus in crucem: leuate uexillum. In noctibus leuate manus ueſtras in ſancta. Et cum leuaueritis in ſancta, & feceritis quæ ſancta ſunt, quaſi medicamentum bonorum operum ueſtrorum Chriſtus ſit. a ¶ Et benedicite domino.] Vnde & apoſtolus dicit: In omni loco leuantes manus immaculatas, & benedicite domino. Quodcunque facitis referte ad dominum. Manus leuẽtur: os Chriſtum reſonet. Et in noctibus leuate manus ueſtras. Da pauperibus eleemoſynam, & benedic domino, gratias age domino: quia tibi dederit, unde des fratri. Magis tu agito gratias Chriſto quando dederis, quamfrater qui à te acceperit, tibi agat gratias. Grande nobis beneficium præſtant pauperes. Peccata quæ iam aliter lauare non poſſumus, extinguit eleemoſyna. Quid ſcriptum eſt? Sicut aqua extinguit ignem: ſic eleemoſyna extinguit peccata. Hoc præſtat eleemoſyna, quod & baptiſma. Quomodo baptiſma nobis peccata dimittit: ita & eleemoſyna nobis peccata dimittit. Sicut aqua extinguit ignem: ſic eleemoſyna extinguit peccata. Peccatis enim gehennæ ignes præparati ſunt. Hos autem extinguit eleemoſyna. b ¶ Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.] Tu benedicis dominum, & dominus te benedicit. Ex Sion, de ſpecula, de eccleſia, de ueris dogmatibus, de fide pia. Benedicat te domiuus ex Sion. Iſtum B uerſiculum ſpirituſſanctus loquitur: ſiue certe prophe-
ta in ſpiritu loquitur. Et quid dicit? O tu qui per quindecim gradus ad ultimum conſcendiſti: qui feciſti hæc, & hæc: qui benedicis dominũ: qui in noctibus extollis manus tuas, &c. & benedicis domino, recipe & tu mercedẽ. Benedicat te dominus ex Sion. Quod dediſti, recipe. Tu dediſti eleemoſynam, tu feciſti uirtutes, à deo præmium & benedictionem cõſequeris. Benedicat te dominus ex Sion. Sion de cœleſti Hieruſalem in matre primitiuorũ, ubi ſunt futura gaudia, ubi ſunt archangeli, ubi uirtutes cæteræ, ubi apoſtoli, ubi prophetæ, ubi ſancti martyres, ubi ſequuntur angelorum multitudines & ſanctorum, quocunque agnus uadit. Denique uidit & Ioannes ciuitatem ſanctam de cœlo depoſitam, gemmis extructam duodecim habere portas. Tota aurea erat: muros habebat aureos, habebat & plateas de diuerſis gemmis. In hac ciuitate Chriſtus regnat, in hac ciuitate habitantes ipſi ſunt & habitatores & portæ, ipſi & domus ſunt & habitatores. Vultis ſcire quoniã domus ſunt? Chriſtus habitat in eis: Chriſtus deambulat in eis. Inhabitabo, inquit, in eis & deãbulabo. Vide anima ſancta quàm grandis ſit: Chriſtum capit, quem cœlũ non capit. Vide quid dicat: Inhabitabo, inquit. Sed fieri poteſt, ut aliquis anguſte inhabitet. Inhabitabo & deambulabo in eis. Vbicunque deambulat, utique lata domus eſt. Vbi deambulat? Vos eſtis, inquit, templum dei, & ſpirituſſanctus habitat in uobis. Præparemus templum noſtrum, ut Chriſtus ueniat & habitet in nobis: ut anima noſtra Siõ ſit, ſit ſpecula, ut ſit in ſummitatibus conſtituta, ut ſit ſurſum, non deorſum. Legimus in Zacharia propheta: Et angelus, inquit, qui loquebatur in me, dixit ad me: Si angelus loquebatur in propheta, quanto magis habitat in nobis? Ipſe nos habet & domos & confabulatores. Benedicat te dominus ex Sion qui fecit cœlum & terrã. Si ſanctus es, audi quod dicit, qui fecit cœlum. Si peccator es, qui fecit terram. Et cœlum fecit & terram. Interim dicamus ſecundum literam. Hoc dicit ad diſtinctionem C idolorum. Dij, inquit, qui non fecerũt cœlum & terram, pereant de terra. Dominus autem cœlos fecit. Ad diſtinctionem hoc dicit idolorum. Hoc interim ſecundum literam: Cæterum ſecundum intelligentiam ſpiritualem: quomodo dicit̃ peccatori: Terra es, & in terram ibis: ſic & ſancto dicitur, cœlum es, & in cœlum ibis. Hoc totum quare dixi? Vt ſanctos cœlum probarem. Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et a- Pſal.18.a
quæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini. Cœli cœlorum domino, qui fecit cœlum & terram. Licet terreni ſimus: licet ambulemus in terra. tamen conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Ibi habemus municipatiões noſtras. Qui fecit cœlum & terram. Licet peccator es, noli deſperare, dominus omnia poteſt. Multi de terra, cœli fiunt, & multi de cœlo, terra. Infœlix Iudas cœlum fuit, & factus eſt terra. Paulus apoſtolus eo tẽpore quo perſequebatur eccleſiam, terra erat. Cõfeſſus eſt, & cœlum factus eſt. Nec qui cœlum eſt, debet eſſe ſecurus: nec qui terra eſt, debet deſperare de uita. Iacob eo tempore quãdo fugiebat in Meſopotamiã fratrem ſuum uenit ad Luzam, Gene.35.d
& ibi, inquit, poſuit lapidem ad caput. Sub capite ipſius lapis, erat Chriſtus. Nũquàm ſibi poſuit lapidem ad caput: niſi eo tẽpore, quando perſecutorẽ fugit. Quàmdiu erat in domo patris ſui & habebat refrigeria carnis, lapidem nõ habebat ad caput. Receſſit de domo nudus, re- D
ceſſit in uirga, & ſtatim in ipſa nocte inuenit lapidem, & poſuit ad caput ſuum. Qui talem habebat puluillum in quo refrigerabat: uidete uiſionem eius. Vidit, inquit, ſcalam de terra pertingentẽ ad cœlũ: & uidit, inquit, angelos deſcendẽtes & aſcendẽtes. Vidit angelos de cœlo uenire ad terrã, & alios de terra ad cœlos aſcẽdere. Vultis ſcire quia lapis ille qui erat ad caput Iacob, Chriſtus erat lapis angularis? Lapis quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli. Lapis ille q̃ ſcriptus eſt in Regnorũ libro, Abenezer. Lapis iſte, Chriſtus eſt. Abenezer autem interpretatur, lapis adiutorij. Conſurrexit, inquit, Iacob mane. Et quid dixit? Hæc, inqt, domus dei eſt. Et quid fecit? Tulit, inquit, oleum & unxit lapidem. Niſi myſteria intellexerimus ſcripturarum: cuius rationis erat, ut ungeret lapidem oleo? Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram. Denis quinis cãtica graduũ pſalmis in benedictione cõcludẽs, ex uoce prophetica nos admonet dicens:

Alleluia. CXXXIIII

LAudate nomen domini, laudate ſerui dominũm. Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. Laudate dominum quia bonus dominus, pſallite nomini eius quoniam ſuaue eſt. Quoniam Iacob elegit ſibi dominus, Iſrael in poſſeſſionẽ ſibi. Quiã ego cognoui quod magnus eſt dominus, & deus noſter

Apoc.21.a

Leuit.26.b

2.Cor.6.d

Zach.1.c

cta, & benedicitẽ domino. Benedicat te dominũs ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

1.Timo.2.c

CXXXIIII

LAudate nomen domini.] Quod per fidem cognouiſtis eſſe ſuper omne nomen. d ¶ Laudate ſerui dominum.] Qui peccati famuli eſſe deſiſtis. e ¶ Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri.] Qui immobiliter in eo plantati eſtis? f ¶ Laudate dominum, quia benignus eſt dominus.] Cito enim pœnitentibus ueniam præſtat: ſpem etiam noſtram, ſua adimplens benignitate. g ¶ Pſallite nomini eius quia ſuaue eſt.] Non enim proceſſit ab eo aſpera hæreticorum peruerſitas: ſed per ipſam ſuauitatem à ſqualore gentilitatis eruti ſumus. h ¶ Quoniam Iacob elegit ſibi dominus.] Eum ſcilicet qui ſupplãtato populo arripuit benedictionem eius. i ¶ Iſrael in poſſeſſionem ſibi.] Qui poſt multas luctas, deum mente meruit uidere. k ¶ Quia ego cognoui quod magnus eſt dominus.] Reuelante filio cognoſcimus patrem, ipſo dicente: Nemo nouit patrem, niſi cui uoluerit filius reuelare. l ¶ Et deus noſter præ omnib. dijs.] Super omnẽs ſanctos angelos q̃,

qui

præ omnibus dijs. Omniâ quæcunq; uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra,& in mari, & in omnibus abyſſis. Educẽs nubes ab extremo terræ, fulgurâ in pluuiã fecit. Qũi producit uentos de theſauris ſuis, qui percũſſit primogenita Aegypti ab homine uſque ad pecus. Et miſit ſignâ & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonẽm & in omnes ſeruos eius. Qui percũſſit gentes multas, & occidit reges fortes. Seõn regem Amorræorum, & Og regẽm Baſan, & omniâ regna Chanaan. Et dedit terrã eorum hæreditatem, hæreditatem Iſrael populo ſuo. Dominẽ nomen tuum in æternum, dominẽ memoriale tuum in generatione & generationem. Quiã iudicabit dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis deprecabitur. Simulacrã gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audiẽt, neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiãt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſrael benedicite domino, domus Aarõn benedicite domino. Domus Leui benedicite domino, qũi timetis dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hieruſalem. Alleluiã.

CXXXV

COnfitẽmini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Cõfitemini deo deorum, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Cõfitemini domino dominorum, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qũi facit mirabilia magna ſolus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qũi fecit cœlos in intellectu, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qũi firmauit terram ſuper aquas, quoniam in ſeculum miſe

A qui dĳ digni ſunt uocari. *a* ¶ Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis.] Pro uoluntate bonitatis placuit deo in excelſis animabus, in aridis mentibus, in ſeculi fluctibus, in profunditate malitiæ facere mirabilia, ſicut ſequitur.

b ¶ Educens nubes ab extremo terræ.] Ab humilitate terrena eleuans apoſtolos ac prophetas.

c ¶ Fulgura in pluuiam fecit.] Vt primum lumen cognitionis dei, deinde imbrem doctrinarũ infunderent. *d* ¶ Qui producit uentos de theſauris ſuis.] Angelos ſanctos de arcanis cœleſtibus dirigẽs, qui his nubibus imbribuſq; , robur atque incrementũ ferrẽt. *e* ¶ Qui percuſſit primogenita Aegypti, ab homine uſque ad pecus.] Principalia uitia atq; crimina mũdi. *f* ¶ Et miſit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte.] Terrẽs mundum in paſſione, uel in tenebris, uel in cõmotione terræ.

B *g* ¶ In Pharaonem & in omnes ſeruos eius.] Affigens diabolum uel principatus eius cruci ſuæ. *h* ¶ Qui percuſſit reges magnos, & occidit reges fortes.] Innumera uitia, quæ mundum oppreſſerant. *i* ¶ Seon regem Amorræorũ.] Arborem infructuoſam habentem ſecum execratores dei, qui ſimul pcuſſi, in ignẽ proĳciuntur æternũ. *k* ¶ Et Og regem Baſan.] Maceriam cõfuſionis, quæ nobis ne deum agnoſceremus, obſtabat. *l* ¶ Et omnia regna Chanaan.] Occidit regna commotionis, quæ nos commouebant à deo, & dominabantur nobis. *m* ¶ Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Iſrael populo ſuo.] Hæc omnia deleuit deus atque ſubuertit: noſcq; per cognitionem ſuam in hæreditatem aſciuit, & ut ipſis qui nos affligerant dominaremur, indulſit. *n* ¶ Domine nomen tuum in æternum.] Illo in perpetuũ permanẽte, hoc nobis ſit hæreditas ſempiterna. *o* ¶ Domine memoriale tuum in ſeculum ſeculi.] Vt quod legis ueteris umbra præfigurauit, in altero ſeculo, id eſt, in euangelĳs agnoſcatur. *p* ¶ Quia iudicauit dominus populum ſuum.] Iudæos non credentes: qui nunc iam iudicati ſunt, cum non crediderint. *q* ¶ Et in ſeruis ſuis cõſolabitur.] In credentibus utique. *r* ¶ Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, os habent & non loquẽtur, oculos habent & non uidebunt, &c.] Gentilium execranda commemorat irridens: quia cum nullius membri uegetationem habeant, auri argentiq; metallo illos nobilitare uoluerint. Ideoq; adiecit. *s* ¶ Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidũt in eis.] Illi confundãtur in his qui credũt: nos uero cõſolemur, qui ad imaginẽ dei facti ipſum adoramus. *t* ¶ Domus Iſrael benedicite dominum.] Congregationes ſanctorum, deum oculis mentis inſpicientes. *u* ¶ Domus Aaron benedicite dominum.] Miniſtrorum ordo perfectus. *x* ¶ Qui timetis dominũ benedicite dominũ.] Vt ſicut maieſtatem metuitis, ita cum charitate laudetis. *y* ¶ Benedictus dominus deus ex Sion, qui habitat in Hieruſalem.] Ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus: cui eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

z ¶ Alleluia.] Iſte pſalmus, domini miſericordias in diuerſis neceſſitatibus humano generi præſtitas pandit, dicens:

CXXXV

COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Confitemini peccata ueſtra, & laudate eum qui per miſericordiam in ſe manenti indulget. D

b ¶ Confitemini deo deorum, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Illi qui credentibus in ſe dedit poteſtatem filios dei fieri. *c* ¶ Confitemini domino dominorum, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Hoc refertur ad filium, & deo deorum ad patrem. Patri ergo & filio confitemur. Pater enim in filio & filius in patre. *d* ¶ Qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Prius dixit confitemini deo deorum, & iterum, domino dominorum: Et quoniam dixit duas perſonas: nunc dicit, qui facit mirabilia magna ſolus, ut non dicat duos deos. Scriptum eſt enim: Vnus eſt deus ex quo omnia, & unus dominus Ieſus per quem omnia. & nos per ipſum. *e* ¶ Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Iſti ſunt cœli qui enarrãt gloriam dei, qui ueſtiti ſunt imagine cœleſti. Et ſunt cœli, qui nõ ſunt ueſtiti imagine terreni, in intellectu, in ſapientia. Chriſtus enim dei uirtus & dei ſapientia. Sicut & in Prouerbĳs dicit ipſa ſapientia: Quando faciebat cœlos, cum ipſo eram, & cætera. Prouer.8.c *f* ¶ Qui firmauit terram ſuper aquas, quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Licet dicatur terra ſuper aquas pendere: hoc eſt, inani pondere: tamen terram noſtram fundauit, & firmauit in baptiſmate. Non dixit ſuſtollit, aut exaltauit, aut in cœlos fecit aſcendere. Baptiſ-

A ma enim peccata dimittit,& quasi de carcere liberat: regna autem cœlorum non potest donare. Si non enim aliquis per opera & fidē intrauerit,non potest securus esse. *a* ¶ Qui fecit luminaria magna, quoniam in seculum misericordia eius.] Secūdum literam de stellis dicit. Licet paruas eas conspiciamus, sed tamē magnæ sunt. Sicut enim nos si ascendamus in montem excelsum,& uideamus in subiecta ualle hominem: uidetur nobis quasi paruum quiddam, ita & stellæ magnæ sunt,ex altitudine autem paruæ nobis uidentur. Stella enim quæ uidetur in Britannia,ubique & ipsa apparet. Hoc autem dicit ad eos quib⁹ dixit: Vos estis lux mundi. *b* ¶ Lunam & stellas in potestatem noctis, quoniam in seculum misericordia eius.] Ecclesiam uel doctores eius,sub nocte ueteris legis posuit: scilicet ut quod illa nunciauit in litera, spiritualiter adimpleāt & obseruent. *c* ¶ Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum, & eduxit Israel de medio eius,in manu forti & brachio extento, quoniam in seculum misericordia eius.] In uirtute potentiæ suæ uerberato mundo,eduxit nos ab operibus eius. *d* ¶ Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, & trāsiecit Israel per medium eius, quoniam in seculum misericordia eius.] In multis enim gradibus scandit̄ per huius seculi fluctus, ut ad eum possit quem mente tuetur accedere. *e* ¶ Et excussit Pharaonem & exercitū eius in mari rubro, quoniam in seculū misericordia eius.] Si Israel simus: deus pugnat pro nobis,& nos tacebimus & prosternit diabolum cum satellitibus suis: ne nobis nocere ualeant. *f* ¶ Qui transduxit populum suum per desertum,quoniam in seculum misericordia eius.] Semper populus dei per deserta huius mundi transducitur quoadusque in terrā repromissionis introducatur. Qui eduxit aquā de petra rupis,quoniam in seculum misericordia eius.] A Christo domino qui est stabilis petra, uel baptismum processit, uel poculum æternæ uitæ manauit. *g* ¶ Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regem Amorræorum,& Og regem Basan, & omnia regna Chanaan occidit,quoniam in seculū misericordia eius.] Omnia regna peccati à Christo percussa dicit. Qui percussit reges magnos. Primum percussit Pharaonem qui intelligitur diabolus,& sic exercitum eius, sicut in superiori psalmo exposuimus. *h* ¶ Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo, quoniam in seculū misericordia eius.] Christiano utiq. *i* ¶ Quia in humilitate nostra memor fuit nostri dominus, quoniam in seculum misericordia eius.] Vt nos uisitaret aduentu suo. *k* ¶ Et redemit nos de manu inimicorum nostrorum,quoniam in seculum misericordia eius.] Fundēs in precio nostro sanguinem suū. *l* ¶ Qui dat escam omni carni, quoniam in seculum misericordia eius.] Præbens se panem uiuum & uitam dantem huic mundo. *m* ¶ Confitemini deo cœli,quoniam in seculum misericordia eius.] Laudem ei debitam reddite,qui uos à terrenis in æterna cōmutat. *n* ¶ Cōfitemini domino dominorum, quoniam in seculum misericordia eius.] Qui uos uel iudices, uel dominos mundi constituit, Ipse dominus noster Iesus Christ⁹, cui est cū æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorū. Amen.

ricordia eius. Qui fecit luminaria magna, quoniam in seculum misericordia eius. Solem in potestatem diei, quoniam in seculum misericordia eius. Lunam & stellas in potestatem noctis, quoniam in seculum misericordia eius. Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum, quoniam in seculum misericordia eius. Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam in seculum misericordia eius. In manu potenti & brachio excelso,quoniam in seculum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam in seculum misericordia eius. Et eduxit Israel per medium eius, quoniam in seculum misericordia eius. Et excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari rubro, quoniam in seculum misericordia eius. Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam in seculum misericordia eius. Qui percussit reges magnos, quoniam in seculum misericordia eius.Et occidit reges fortes, quoniam in seculum misericordia eius. Seon regem Amorræorū, quoniam in seculum misericordia eius. Et Og regē Basan, quoniam in seculum misericordia eius. Et dedit terram eorum hæreditatem,quoniam in seculum misericordia eius. Hæreditatem Israel seruo suo,quoniā in seculum misericordia eius. Quiā in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in seculum misericordia eius. Et redēmit nos ab inimicis nostris, quoniam in seculum misericordia eius. Qui dat escam omni carni, quoniam in seculū misericordia eius.Confitēmini deo cœli,quoniam in seculū misericordia eius. Cōfitemini dño dominorum,quoniam in æternum misericordia eius.

Psalmus Dauid propter Hieremiam.

CXXXVI

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus & flebimus dum recordaremur Sion.] Si non aliquis ægrotat,nescit quantum ualet sanitas. Et iterū: claudus nescit quantum ualet qui sanus est pedibus. Similiter & cæcus uidentē.Hoc totum quare dictum est: Quoniam psalmus dicit: Super flumina Babylonis,illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion. Babylon confusio interpretatur.Ergo Babylon hic mūdus. Peccator ergo qui cecidit de paradiso, uenit in uallem lachrymarum: hoc est,in Babylonem,in istum mundū. Magis autem propheta ex persona eius qui cecidit dicit: Super flumina Babylonis. Flumen autem Babylonis,quando uideris aliquem pulchrum ad horam, & ægrotans perdiderit pulchritudinem & marcescat flos ipsius: hic sicut flumen transit,& aquæ succedentes sibi uenientes & recedentes pereunt,& iterum aliæ oriuntur & ipsæ pereunt, ita & in hoc mundo quoad momētum aut aliquod tempus,aut ditamur aut fortes sumus,aut pulchri sumus,& post modicum transit sicut aqua & perit. Ibi ergo sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion. Licet quidem uitio

B

C

D

o ¶ Psalmus Dauid propter Hieremiam.] Iste psalmus ex uoce ꝓphetica prolatus, docet mentes hominum à peccatis capi: in exemplum illius terrenæ Hierusalem quæ à gentibus educta in captiuitatem deflebat. Dicant ergo animæ,quæ post multos errores conuertuntur ad dominum.

CXXXVI

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion.] Si non aliquis ægrotat,nescit quantum ualet sanitas. Et iterū: claudus nescit quantum ualet qui sanus est pedibus. Similiter & cæcus uidentē.Hoc totum quare dictum est: Quoniam psalmus dicit: Super flumina Babylonis,illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion. Babylon confusio interpretatur.Ergo Babylon hic mūdus. Peccator ergo qui cecidit de paradiso, uenit in uallem lachrymarum: hoc est,in Babylonem,in istum mundū. Magis autem propheta ex persona eius qui cecidit dicit: Super flumina Babylonis. Flumen autem Babylonis,quando uideris aliquem pulchrum ad horam, & ægrotans perdiderit pulchritudinem & marcescat flos ipsius: hic sicut flumen transit,& aquæ succedentes sibi uenientes & recedentes pereunt,& iterum aliæ oriuntur & ipsæ pereunt, ita & in hoc mundo quoad momētum aut aliquod tempus,aut ditamur aut fortes sumus,aut pulchri sumus,& post modicum transit sicut aqua & perit. Ibi ergo sedimus & fleuimus dum recordaremur Sion. Licet quidem

uitio

mus: dum recordaremur tui Sion. In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si nō proposuero Hierusalē, in principio lætitiæ meæ. Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem. Qui dicunt exinanite exinanite, usque ad fundamentum in ea. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

Psalmus ipsi Dauid CXXXVII.

CONfitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia uerba oris mei. In cōspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo. Super misericordia tua & ueritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacunq; die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem.

A uitio nostro cecidimus de paradiso: tamen reminiscimur prioris felicitatis & non obliuiscimur. Et ille qui de Hierosolymis descēdit in Hiericho, quæ interpretatur luna: hoc est, quæ semper mutatur, hæc autē intelligitur præsens mundus, in latrones incidit, & Samaritanus tulit eum, & oleo & uino curat, miscens austeritatem cum misericordia. *a* ¶ In salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra.] Salix talem naturam habet: Est quidem lignū infructuosum, & dicitur quod si quis ex illa accipiat potionem aut mādu cet, filios nō facit. Ibi ergo suspendimus organa nostra. Organū autem hominis corpus est. Sicut enim organum ex multis fistulis compositū est, una autem modulatione melos mittit: ita & organum nostrum habemus tactum: per ipsum hoc est per opera, melos, cāticum & hymnum referimus deo. Similiter & per auditum, & per odoratum, & per gustum, & per uisum, & per has omnes uirtutes quasi de uno organo hymnū & cāticum referimus domino. Dicitur iterum salix radicem non habere. Sed si ramus abscinditur & plantatur secus aquam, statim uiresc it. Ita autem & peccator, licet peccauerit, licet cecidit: tamē si sit secus aquas: hoc est, si legit sanctas scripturas, & audit uerbum diuinum à sancto uiro, uiret eius anima & in pœnitentiam conuertitur. *b* ¶ Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba canticorum.] Dæmones qui deceperūt nos & captiuos duxerunt: nunc quasi deridentes nos & gloriantes dicūt nobis: Reddite nobis uerbum de fide uestra: quēadmodum quādo eratis in Hierusalē hymnum dicebatis deo. Respondent qui peccauerunt & decepti sunt & dicunt. *c* ¶ Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.] In peccatis constituti qui cecidimus de Hierusalem in Babylonem. Ergo non potest aliquis si nō sit sanctus laudare dominum. Peccator enim non debet cantare domino, sed lugere peccata sua. *d* ¶ Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.] Ergo quia peccauit & cecidit, reminiscitur prioris conuersationis & Hierusalem: proponitq; sibi quod nisi semper tui memor ero & semper in mente habeam, obliuioni detur dextera mea: hoc est, opera mea. Non dixit siniſtra sed dextera. Siniſtra enim semper in obliuione est. Vis ergo semper in memoria domini esse? Dexteræ opera fac. *e* ¶ Adhæreat lingua mea faucibus meis, si nō meminero tui.] Hoc est, non habeam neque opera neque sermonem, si non iugiter memoria tui uersetur in corde meo. *f* ¶ Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem.] Edom interpretatur terrena & sanguinea. Quis ergo est nisi diabolus? Vide ergo quid dicat. Hoc ex persona Adam dicitur. Domine memento quemadmodum me decepit & traxit me serpens diabolus, qui intelligitur Nabuchodonosor, & eiecit me de paradiso: Memēto & retribue ei, & patiatur pœnam quam ipse sua malitia mihi induxit: trahens me, adduxit in Babylonem & in Assyrios. *g* ¶ Filia Babylonis misera.] Filia Babylonis anima est, quæ semper in motione est & in confusione, & non habens statum, sed est in uitijs & peccatis, quæ uere misera est. *h* ¶ Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.] Beatus est qui retribuet ei quod ipsa fecit. Verbi gratia. Eiecit me de paradiso: ego illam per abstinētiam reduco ibidem. Decepit me per fornicationem: ego per castitatem reduco illam in Hierusalem, & ex uitijs in uirtutem. Ergo nō ut inimicus facio, sed ut amicus. *i* ¶ Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.] Paruuli dicuntur cogitationes. Ac si dicat: Vidi mulierem, concupiui eam: statim si non abscidero concupiscentiam illam, & sicut pedem tenuero & allisero ad petram donec parua est concupiscentia, non potest postea abscindi quando creuerit. Beatus ergo est qui statim abscidit & allidit ad petram. Petra autem est Christus.

CXXXVII

CONfitebor tibi domine in toto corde meo.] Qualia sunt uulnera, tale & emplastrum. Quemadmodum enim corpus habet diuersa uulnera, ita & anima habet suas passiones & sua uulnera, & aduersus peccatum: talem & pœnitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis suis confitetur: iste in toto corde confitetur domino. Ac si dixisset: Fornicatus est aliquis, confitetur pro fornicatione. Sed quoniam est, aut auarus, aut iracundus, aut detractor, aut blasphemus & plurima uitia habet: iste non confitetur in toto corde. Si quis autē pro omnibus uitijs & passionibus animæ suæ agit pœnitentiam, iste potest dicere: Confitebor tibi domine in toto corde meo. *l* ¶ Quoniam audisti uerba oris mei.] Iste uersiculus in Hebraico non habetur. Cæterum quod dicit: hoc est. Propterea cōfitebor tibi in toto corde meo: hoc est, pro omnibus uitijs meis & peccatis, quoniam non pro uno uitio confessus sum tibi & exaudisti me. *m* ¶ In conspectu angelorum psallam tibi.] Vide profectionem pœnitentis: quia post confessionem & pœnitentiam cum angelis meretur psallere. Qui autem psallit, iam non agit penitentiam, sed gratias agit & benedicit. *n* ¶ Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.] Si hoc est templum quod nunc uidetur desertum, in quo oportet adorare: ergo non debent Iudæi adorare quoniam euersum est templum. Templū autem dicit sanctam & cœlestem Hierusalem. *o* ¶ Super misericordia tua & ueritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.] Peccator audiat misericordiam: iustus autem & superbus audiat ueritatē. *p* ¶ Multiplicabis in anima mea uirtutē.] Multiplicabis, hoc est, multis solicitudinibus

bus ſubiacẽtem animam. *a* ¶ Confiteantur tibi domine omnes reges terræ.] Reges terræ ſunt iſti qui regnant peccato. Ergo ipſi confiteantur qui regnãt peccato. Nec enim de regibus huius mundi ſcriptum eſt: Cor regis in manu dei. Putas cor Iuliani impijſſimi in manu dei fuit? Abſit. Aut Neronis, aut Maximiani & Decij perſecutorũ? Abſit. Sed de illis dicit qui regnant peccato, quia iſti qui uincunt uitia & paſſiones animæ & regnant peccato: cor eorũ in manu dei eſt. *b* ¶ Quia audierũt omnia uerba oris tui.] Quia cuſtodierũt mandata tua. *c* ¶ Et cantẽt in uijs domini.] Philoſophi huius ſeculi non cãta uerũt in uijs domini, ſed nos cantamus in uijs domini: hoc eſt in Moyſe & in Eſaia, & in Hieremia, & de uijs iſtis uenimus ad illam uiam quæ dicit: ego ſum uia.

CXXXVIII

DOmine probaſti me, &c. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me.] Manifeſtius hoc Symmachus interpretatus eſt: Prætergreditur me ſcientia tua: id eſt, non poſſum tua ſcire ſecreta, & in profundũ ſapientiæ tuæ mens mea non poteſt introire. *e* ¶ Quò ibo à ſpiritu tuo, aut à facie tua quò fugiã.] Quomodo autẽ tuã poſſum cõprehẽdere notitiã, cum in te ſint omnia, nihilq; ſit quod te fugiat, & ubiq; ſit ſpiritus tuus? Ex quo intelligimus deum eſſe qui totus ubique ſit. *f* ¶ Si aſcẽdero in cœlum tu ibi es: ſi deſcẽdero ad infernũ ades, &c.] Nulla altitudo te altior: nullũ profũdum te profundius, oriens & occidens in tua continentur manu. *g* ¶ Et dixi ergo tenebræ cõculcabunt me, & nox lux mea in delitijs meis.] In Hebræo ſenſus iſte eſt. Et dixi forſitan tenebræ cõculcabũt me: ecõtrario autem nox ipſa apud te lumen fuit: quia nihil cælare te poteſt. Quod Symmachus melius interpretatus eſt dicẽs: Et nox lux circũ me ſedet. Sed & ſequẽtes uerſiculi, hoc idem ſignificant. *h* ¶ Quia tenebræ non obſcurabũtur à te, & nox quaſi dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius ita & lumẽ eius.] Id eſt, tam clara ſunt omnia, quæ à te putantur occulta, ut manifeſtiora ſint luce. *i* ¶ Suſcepiſti me de uentre matris meæ.] Quinta ædition ita tranſtulit. Conflaſti me de uentre matris meæ. *k* ¶ Imperfectum meũ uiderunt oculi tui.] Imperfectum hic pro in compoſito poſuit, quod etiam elementa hominis antequã formentur in utero, cognoſcat deus. *l* ¶ Et in libro tuo omnes ſcribẽtur.] Et quod nullus abſq; uoluntate naſcatur dei: nec quiſquã eius notitiam ſubterfugiat. *m* ¶ Dies formabuntur, & nemo in eis.] Hunc locũ Symmachus ita tranſtulit: dies quibus formati ſunt, ne una quidẽ ex eis deeſt. Et eſt ſenſus: Omne tempus ætatis cui iam ab exordio uitæ iſtius ſunt curricula deputata, certo fine decurrit: nec una dies aut plus aut minus eſt quã tu conditor eſſe uoluiſti. Secundum LXX. autem interpretes & altiorẽ intelligentiam ſenſus eſt. Tu omnes in dieformas: tu cũctos uis eſſe filios dei, ſed nullus eſt in hominibus qui nõ peccato obnoxius fiat, & per hoc filius noctis eſſe incipiat? nec quiſquã eorũ luce ipſius diei toto uitæ ſuæ tẽpore digna perficiat. Vnde & Apoſtolus ad eos qui filij noctis eſſe ceſſauerant loquit̃: Nos aũt fratres nõ ſumus filij noctis, ſed filij dei. 1. Theſſ. 5. d

Confiteantũr tibi domine omnes reges terræ, quiã audierunt omnia uerba oris tui. Et cantẽt in uijs domini, quoniam magna eſt gloria domini. Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluũ me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me, domine miſericordia tua in ſeculum, & opera manuum tuarum ne deſpicias.

In finem pſalmus Dauid. CXXXVIII

DOmine probaſti me & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de lõge, ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes uias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua, tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam. Quõ ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcenderõ in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forſitãn tenebræ conculcabũt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quiã tenebræ non obſcurabũtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius ita & lumen eius. Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de utero matris meæ. Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Imperfectũm meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur, dies formãbuntur & nemo in eis. Mihi aũt nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorũ. Dinumerabo eos & ſuper arenã multiplicabuntur, exurrexi & adhuc ſum tecũ. Si occideris deus peccatores, uiri ſanguinũ declinate à me. Quia dicitis in cogitatione, accipiãt in uanitate ciuitates ſuas. Nónnẽ qui oderũt te dñe oderã, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Proba me deus & ſcito cor meũ, interroga me & cognoſce ſemitas meas. Et uide ſi uia iniquitatis in me eſt, & deduc me in uia æterna.

In finem pſalmus Dauid. CXXXIX

ERipẽ me dñe ab homine malo, à uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota

CXXXIX

ERipe me domine ab homine ma.] Nõ intãtũ poteſt nos decipere diabolus: quantum per organũ hominis, ab hoc deprecatur prophetа liberari. *o* ¶ Qui cogitauerunt iniquitates in corde, &c.] De hæreticis dicit.

¶ Vene-

die constituebãt prælia. Acuerũt linguas suas sicut serpẽtes, uenẽnum aspidũ sub labijs eorum. Custodi me dñe de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplãtare gressus meos, abscõderũt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueũ, iũxta iter scandalũ posuerunt mihi. Dixi dominó deus meus es tu, exaudi domine uocem deprecationis meæ. Domine dñe uirtus salutis meæ, obũbrasti super caput meum in die belli. Non tradãs me dñe à desiderio meo peccatori, cogitauerũt contra me, ne derelinquas me ne forte exaltẽtur. Caput circuitus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadẽt super eos carbones in ignẽ deijcies eos, in miserijs non subsistẽt. Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudiciũ inopis, & uindictam pauperum. Veruntamen iusti cõfitebuntur nomini tuo, & habitabũnt recti cum uultu tuo.

Psalmus Dauid. CXL

DOminẽ clamaui ad te exaudi me, intendẽ uoci meæ cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatiõ manuũ mearum sacrificium uespertinum. Ponẽ domine custodiam ori meo, & ostiũ circunstantiæ labijs meis. Nõn declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excu-

A d ¶ Venenum aspidum sub labijs eorum.] Quoniã uidẽtur amicitiæ uerba habere, sed plena sunt ueneno mortifero. b ¶ Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.] Hoc est de scripturis proferentes testimonia, quæ quasi uidebantur rationẽ aliquam habere, tentabant me decipere. c ¶ Dixi domino deus meus es tu.] Si nõ es sanctus, non potes hunc uersiculum dicere. Cui non regnat peccatum hic dicit: Pars mea dominus. d ¶ Non tradas me domine desiderio meo peccatori. Dicit scriptura: Quod si quis uiderit in mulierẽ ad concupiscendũ, iam mœchatus est eam in corde suo. Ergo dicit propheta. Ne de concupiscentia mea tradas me diabolo, sed bene mihi habet in opere iudicare, & non in cogitatiõe. e ¶ Caput circuitus eorum, labor labiorũ ipsorũ operiet eos.] Quemadmodũ serpens quãdo uiderit aliquẽ uenientem ad percutiẽdum: circulũ facit totius corporis sui, & in medio cælat caput: ubi scit habere se uitã, B ita & isti hæretici per sermonẽ philosophorum, & Aristotelis & cæterorũ uidentur se abscondere & quasi protegere & defendere. Sed ecclesiasticus uir quasi in uirga: hoc est in cruce soluit circulum, & inuenit caput latens, & ibi eum percutit: hoc est, testimonium profert de scripturis. f ¶ Habitabũt recti cũ uultu tuo.] Vultus dei quid est nisi Christus? Qui non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo.

DOmine clamaui ad te & exaudi me.] Moyses stabat cum populo, & Pharao sequebatur post tergũ eius, & undique angustia illi erat. In illo tempore lachrymatus est ad deum. Et cõtinuo deus ad eum. Quid clamas ad me? Dum cũ silẽtio orabat, auditus est. Scriptura autem non meminit quod locutus sit, sed tantum quod lachrymatus sit. Et sanguis martyrũ semper clamat ad dominum, & exauditur. Et dominus locutus est ad Cain: Gen.4.b Sanguis fratris tui clamat ad me. Et in Apocalypsi Ioannis, animæ iustorum sub altari dicebãt ad dominũ: Vsq; Apoc.6.c quo domine non nos defendis? Simul autem consideremus quia animæ iustorum, altaria sunt domini. h ¶ Intende uoci meæ cum clamauero ad te.] Hoc est, uide & considera o domine quid peto: quoniam non peto corporali desiderio, aut aurum aut tale aliquid huiusmodi sed ut misericordiã tuam cõsequar. Propter ea dicit intẽde, hoc est diligẽter audi: quia nihil alienũ peto. i ¶ Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in cõspectu tuo.] Hoc est recta ad te perueniat oratio mea, nõ habens aliquas sordes, aut uitia, aut cogitationes diabolicas. Incensum autem orationes sanctorum sunt. Hoc autem cognoscimus de Apocalypsi: quando uiginti quatuor seniores te- Apoc.8.a nebant thuribula, & dicebant: Hæ sunt oratiões sanctorũ k ¶ Eleuatio manuũ &c.] Eleuatio manuũ dñm demõstrat, & in eleuatiõe manuũ creatorẽ uidemus. Vide autẽ quia non dixit extensio manuũ mearum. Extensio enim C non est eleuatio. Sed extendit aliquis & post tergum, & in latus: hoc est, in uitia: quemadmodũ dicit dominus: Et quando extẽderitis ad me manus uestras, non exaudiam uos. Sacrificiũ uespertinũ, undecima hora: id est Hiere.15.b in euãgelio, leuo manus meas. Et iterum Apostol⁹, Leuate manus uestras ad orationes. Et Moyses quando leuabat man⁹, uincebat Iesus, quando autẽ deponebat, uincebatur. Si intelligo scripturas secundum historiã & secundum literam: Moyses deorsum habet manus. Si autem spiritualiter, eleuat manus suas in altum. l ¶ Pone dñe custodiam ori meo.] Mors & uita in manibus linguæ. Et iterũ: Pro.18.d Amẽ dico uobis: quoniam de omni otioso Matth.12.e uerbo quod locuti fueritis, reddetis rationẽ in die iudicij. Hoc ergo postulat ,pphe-ta, ut omne quod loquitur, non sit otiosum, sed sanctũ & dignum deo. m ¶ Et ostium circunstantiæ labijs meis.] Ostium D circũstãtiæ quasi murum in circuitu toti⁹ domus postulat, ut in nullo uincatur. Dicit enim Hieremias: Hiere.9.f Mors intrauit p fenestras uestras. Fenestras autẽ habemus quinq;: hoc est, uisum, auditũ, gustũ, odoratũ, & tactũ. Si ergo uidero mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus sum eã in corde meo, & intrauit mors per fenestram meam: hoc est, per uisum. Si tibia aut organum, aut calamus quasi dissoluat me, mors intrauit per auditum meum. Si autẽ aliquid molle tangam, & soluar corporis mollitie, mors intrauit per tactum meum, & cætera similiter. Ergo deprecatur propheta ostium circunstantiæ. hoc est, ut muniatur tota eius domus, ut nõ habeat aduersarius unde 1.Pet.5.b ingrediatur & dominetur hominibus. Dicitur enim in epistola sancti Petri: Aduersarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret. Diabolus nõ pugnat cito contra aliquẽ per grandia uitia, sed per parua, ut possit quomodocũq; intrare, & dominari homini, & postea eum in maiora uitia impellit. Non per fornicationem, non per auaritiam, sed per minora uitia ingreditur. n ¶ Non declines cor meũ in uerba maliciæ ad excusandas excusationes in peccatis.] O infelicissimũ humanum genus, qui peccata excusamus, dicentes: uictus sũ à natura, cũ in potestate nostra sit & peccare & dño adiuuãte non peccare. Sẽper excusamus nosmetipsos & dicimus, Ego nolebã peccare: caro me uicit. Illa mulier uenit ad me, ipsa misit, ipsa me tetigit, ipsa mihi illud dixit, ipsa me uocauit, & pro quo debueram⁹ pœnitentiã agere & dicere: Dñe peccaui, excusamus, & iungimus peccata peccatis. Aequale corpus habemus omnes, diuersos autẽ labores. Nõ est psonarũ acceptor de⁹. Vis ergo scire q̃ æquale habemus & nos & sancti corpus? Paulus Rom.7.d apostolus dicit, Video autẽ aliã legem repugnantẽ legi

A mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati. Et iterũ
1.Cor.9.d poſt hæc: Propterea caſtigo corpus meum,& in ſeruitu-
tem ſubijcio, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueni-
Rom.7.d ar. Et iterũ miſer ego homo: quis me liberabit de corpo-
re mortis huiꝰ? Diuerſos ergo labores habemus. Et quã
tum quis laborat, tan
tum & præmium ac-
cipiet. a ¶ Et cũ ho
minibus operãtibus
iniquitatẽ.] Ex cõ-
muni ſubauditur: nõ
declines cor meũ cũ
hominibus operanti
bus iniqtatẽ. b ¶ Et
nõ cõmunicabo &c.]
Sicut dñs habet ele-
ctos ſanctos, ita & di-
abolus habet electos
ſuos. Intellige mihi
principes hæreticorũ
& nõ dubitabis de ele
ctis eorũ. Si enim di-
xiſſet electos,& nõ cũ
ſubdiſtinctiõe eorũ, excluſiſſet electos dei. Communica
bo dupliciter intelligitur: aut cõſentiã, aut ſecũdus fiam:
hoc eſt, immũdꝰ. Scitis enim ſcripturã, duo immũda uo
Ephe.2.c care. Dicit Apoſtolus: Vt cõfundat utrũq; hoc eſt, duos
homines in unũ nouum hominẽ. Duos, interiorẽ & ex-
Gene.7.d teriorem: hoc eſt, immundũ faciã ſanctũ. Et iterũ: Noe in
arca, mũda ſeptena introduxit ſecum: immunda autem
duo & duo. c ¶ Corripiet me iuſtus in miſericordia &
increpabit me.] Quem diligit dominus, corripit: caſti-
gat autem omnem filiũ quem recipit. Beatus eſt qui cor-
ripitur, nõ retribuet dominus bis in idipſum. Magna eſt
ira dei quando non nobis iraſcitur. Reſeruat enim nos ſi
Hiere.3.d cut uitulum in occiſionem. Ad Hieruſalem enim dicit:
Ezech.16.e Multa ſunt peccata tua,& multæ iniquitates: propterea
B non iraſcor tibi: hoc eſt, quando adultera eras tantũ ze-
labam te quaſi diligens te: quando autem multos habui
ſti amatores, cõtempſi te,& nõ iraſcor tibi. Quemadmo-
dum uir zelat uxorem ſuam quando eam diligit: ſi autẽ
non zelat, odit eam,& non conſequitur illius ſermones
Pſal.88.a qui dicit: Viſitabo in uirga iniquitates eorum. Et iterum
Oſee.4.e Et non uiſitabo filias eorum quando fornicatæ fuerint.
Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. Po
ne hic magiſtrum aliquem, aut patrem, aut medicũ. Si
uiderit medicus in corpore carnes putridas,& dicat qd
ad me pertinent: ſcias quia crudelis eſt. Si autem præci-
dat & cauterium imponat, miſericors eſt: quia ſanat ho-
minem. Similiter & magiſter ſi dimittit puerum & non
ab eo exigit diſciplinã odit eum. Si autẽ exigat & medi-
cus curet, quæ putatur eſſe aſperitas clemẽtia eſt. Achab
arguitur à domino de Naboth quando occidit eum, &
5.Reg.21.a accepit uineam eius,& effudit ſanguinẽ iuſtũ. Elias pro-
pheta miſſus eſt ad eum qui dixit: Occidiſti & poſſedi-
ſti: ſtatim conſcientia percuſſus ſubmiſit ceruicem & o-
culos,& hoc impius & rex & indutus purpura. Et poſt
ea dicit ſcriptura: quod audiẽs induit ciliciũ ſubtus pur
purã. Et uidẽs deus dixit: Quia reuerſus eſt me Achab:
non inducam mala in eũ. Vide ergo quantũ ualuit cili-
cium & ieiuniũ,& modica lachryma quantũ ſanguinem
lauit. Ita ergo oportet ueſtiri cilicio & ieiunare, ut nemo
uideat. Corripiet dupliciter intelligitur: aut arguet: aut
docebit. d ¶ Oleum peccatoris non impinguet caput
meum.] Populus meus qui uos beatificãt ſeducunt uos
Laus hæreticorũ & oleum ipſorum quo ungunt capita
hominum,& repromittunt eis regna cœlorũ impinguat
eis caput. Omne autem pingue reprehendit ſcriptura,
ſicut dicit: Et manducauit Iacob & ſaturatus eſt, & cal-
citrauit: dilectus incraſſatus eſt: impinguatus, dilatatus
eſt. Manna autem angelorum tenue eſt. e ¶ Quoniam
adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.] Hoc dicit:

ſationes in peccatis. Cũm hominibus operantibus ini-
quitatem, & non communicabõ cum electis eorum.
Corripiẽt me iuſtus in miſericordia & increpabit me,
oleũm autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniãm adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum,
abſorpti ſunt iũcti petræ iudices eorũ. Audiẽt uerba
mea quoniã potuerũt, ſicũt craſſitudo terræ erupta eſt
ſuper terram. Diſſipatã ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ,
quia ad te domine dñe oculi mei, in te ſperaui, nõ aufe-
ras animã meã. Cuſtõdi me à laqueo quem ſtatuerunt
mihi,& à ſcandãlis operãtium iniquitatem. Cadẽnt in

Ipſi quidem ſapiebant: ego autem pro ipſis orabam ut
conuertantur. f ¶ Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices Pſal.136.b
eorũ.] Sicut alibi dicit: Beatus qui tenebit & allidet par-
uulos ſuos ad petrã. Petra autem erat Chriſtus, paruu-
li autem minores & paruæ cogitationes antequã creſcãt
Et nunc ipſi hæretici
licet per Ariſtotelem
& Platonem uideantur ſimplicitatem ec-
cleſiæ contemnere: ta-
men quãdo uenerint
ad ſcripturas, ſtatim
abſorbebuntur à pe-
tra: hoc eſt, à Chriſto,
& conuertentur ad e-
um. Abſorptio enim
pro uictoria dicit: ſi-
cut Apoſtolꝰ dicit, Ab
ſorpta eſt mors in ui- 1.Cor.15.g
ctoria. Vbi eſt mors
uictoria tua? Vbi in-
ferne ſtimulus tuus?
Victoriam autẽ dicit
ipſam abſorptionem, quam uictoriam habebat in abſor
bendo. g ¶ Audient uerba mea quoniam potuerũt.]
Ipſe dominus dicit: Quia ad me uenerunt, uicti ſunt &
delectati ſunt meis uerbis, & conuerſi ſunt ad me & ſunt
in eccleſia mea. h ¶ Sicut craſſitudo terræ.] Omne craſ
ſum uicinum eſt terræ. Et anima quæ peccat, terræ hæ-
ret. Dominus enim ex initio omnia tenuia fecit. Suo er-
go uitio unuſquiſq; incraſſatur & deducitur in terram.
Demus exemplum: ſicut uulnus in corpore tumens ple
num eſt & craſſum,& quando uenerit medicus ſecat ip-
ſum & ſanat & tenue facit,& tunc redigitur in ſuam natu
ram quomodo & creatum eſt. Ideo dicit: Sicut craſſitu-
do terræ erupta eſt ſuper terram & ſaluatur. i ¶ Diſſi-
pata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te domine D
domine oculi mei, &c.] In uigeſimoprimo pſalmo dicit,
Diſſipata ſunt uniuerſa oſſa mea. Si ſecũdum literam in
telligimus non ſtat. Siquidem crucifixus eſt tantũ. Quã
do uideris Arium, Eunomium extra eccleſiam: intellige
diſſipata eſſe oſſa domini ſecus infernũ. Os quod forte
eſt, ipſi maiores ſunt qui uidẽtur aliquid eſſe, per multi-
loquiũ ipſorũ & per philoſophiã & contentionẽ inducũ
tur ab hæreticis. k ¶ Cuſtodi me à laqueo quẽ ſtatue-
runt mihi.] Semper nobis laqueos tendunt aut hæretici
aut dæmones. Vitia enim uicina ſunt uirtutibus. Laque-
um mihi poſuerunt in eleemoſyna, ſi extẽdero manum
meam ut uideant homines,& quaſi bonũ faciens, uenio
in uitiũ & in peccatum. Si autẽ dedero tunicam fratri ut
alter uideat, laqueũ mihi poſuerunt. Semper ceruis ten-
duntur retia,& laquei eis ponũtur, ubi ueſtigia corũ de-
prehẽderit uenator. Ceruus autẽ accipitur in ſancto: qa
altus eſt: & cornua grandia habet,& interficit ſerpẽtes.
Propterea dicit alibi: Qui perfecit pedes meos tanquã
ceruorũ. Talis enim dicitur eſſe uirtutis, ut ſpiritu narib
ſuarũ protrahere ſerpentes de cauernis,& ſic comedere
ualeat. Ipſi ergo ſerpentes ponũt nobis ſcãdala: hoc eſt,
dæmones in ipſis ueſtigijs noſtris ubi gradimur: In uir-
tutibus, in eleemoſyna, ut corã hominibus faciamꝰ pro-
pter uanam gloriã. In ieiunio, in oratione, in ueſtiendo
cilicium, & oſtendere hominibus. Qui enim ueſtitur ci-
licio, debet lugere ſua peccata: non gloriari & oſtendere
hominibus. l ¶ Et à ſcandalis operantiũ iniquitatẽ.]
Hoc eſt, ut nõ offendã. m ¶ Cadẽt in retiaculo eius pec
catores.] Superius dixit, cuſtodi me à laqueo quẽ ſtatue
runt mihi, de multis, nũc autẽ de uno: Cadent in retiacu
lo eius peccatores. Quemadmodũ dñs mittit rete,& cõ-
prehendit multitudinẽ piſcium, & habet apoſtolos pi-
ſcatores colligentes & afferentes ad eum, hos ipſos qui
per eos credunt: ita & diabolus habet dæmones qui ei
ſubiecti ſunt: qui & decipiunt homines & afferunt illi.
¶ Singu-

retiaculo eius peccatores, singulariter sum ego donec transeam.

Intellectus Dauid cum esset in spelunca oratio. CXLI

VOce mea ad dominū clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationē meam, & tribulationem meā ante ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritū meum, & tū cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Considerabam ad dexteram & uidebam, & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me, & non est qui requirat animā meam. Clamaui ad te domine, dixi, tū es spes mea, portio mea in terra uiuentium. Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequētibus me, quia cōfortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitēdum nomini tuo, mē expectant iusti donec retribuas mihi.

Psalmus Dauid quando persequebatur eum filius suus Absalon. CXLII

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua, exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quia persequutus est inimicus animā meā, humiliauit in

A a ¶ Singulariter sum ego donec transeā.] Dicit Hieremias: Solus sedebam, amaritudine enim repletus eram. Hieremi. 15. d
Hoc est, in pœnitētia, solus ego hos dolos caueo. Et Moses dicit: Transiens uideo hanc uisionem magnā. Si non exo. 3. d
transierit: hoc est, omnia uitia: non potest uidere magnā uisionem. Magna autem uisio: quia rubꝰ ardebat, & non incendebatur: Ardebāt spinæ: hoc est, peccata. Hoc igne mundatur & Esaias: iste est enim Esa. 6. b
carbo qui tetigit labia eius: qui erat sup altare. Huius carbonis meminit & pphe ta Dauid: Sagittæ potentis acutæ, cū carbonibus desolatorijs. Psal. 119. d
Iste carbo desolator est, solitudinem facit, & peccatorē purgat.
b ¶ Intellectus Dauid cum esset in spelūca oratio.] Præscribitur iste titulus secūdum historiā quidē quando fugiebat Dauid à facie Saul in deserto Engaddi in spelunca abscōsus. Et ingressus est ignorans Saul, quasi sua causa. Sed quoniā habet in præscriptione, Intellectus Dauid: debemꝰ spiritualiter intelligere psalmū. Accipitur quidē in domino uerus Dauid, & intelligitur Saul in diabolo. Spelūca autem in B
hoc mundo: & quod diabolus non immittit in hūc mūdum aliquid boni: sed stercus, & si quid putridū est. Spelunca autem intelligitur iste mundus: quia perfectū lumen non habet quantū ad cōparationē futuri, sed quasi lumen aliquod illuxit dominus ueniens in hūc mundū. Propterea dicit Apostolus: Qui est lumen gloriæ eius. Ergo sicut Dauid introiuit in speluncam abscondens se à Saul, ita & dominus ingressus est in hunc mundum, & persecutionem passus est. CXLI

VOce mea ad dominū clamaui: uoce mea ad dominū deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationē meā.] Omnia hæc in humilitate corporea loquitur ut se uerū hominē, sicut sæpe diximus, manifestet. d ¶ Tribulationem meam ante ipsum pronuncio, in deficiendo in me spiritū meū.] Neque tribulatio præsens, neque defectio spiritus impedit: sed iugiter spiritualis uocis oratione clamare non desinit. e ¶ Et tu cognouisti semitas meas.] Doctrinas quas doceo. f ¶ In uia hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueos mihi.] Sæpius ei à Iudæis absconditos tentationum laqueos in uia præsentis uitæ, & in alijs declarauimus psalmis. g ¶ Considerabam à dextris.] Vt de sinistra ad dexteram adducerentur. h ¶ Et uidebam quia non erat qui cognosceret me.] Deum carne contectum. i ¶ Perijt fuga à me.] Perijt fuga eius cum delatus à Iudæis, sæpius ultro iterum obtulit, nec est agnitus ab eis. k ¶ Et non est qui quærat animam meam.] Corpus accipiūt ad crucifigendū, animam autē non requirūt: id est, nō attingūt. l ¶ Clamaui ad te dñe.] De cruce. m ¶ Dixi tu es spes mea.] Luc. 23. f
Commendās in manibus tuis spiritū meū. n ¶ Portio mea in terra uiuentiū.] In sanctis qui in eā transferūtur, C
sicut & latroni ait: Amē dico tibi: quia hodie mecū eris in paradiso. o ¶ Intende in orationē meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me, quia cōfortati sunt super me, &c.] A patre se educi de inferni claustris postulat: ut resurrectio eius: paterni nominis honor sit. Quæ confessio à quibus sit confitenda ostendit, dicens.
p ¶ Me expectant iusti.] Apostoli uel reliqui sancti, quorū expectationi cum resurrexero satisfacio.
q ¶ Donec retribuas mihi.] Claritatem illam quā habui priusquā mundus fieret apud te. Et nos: humiliter deprecamur, ac petimus, ut susceptā uoce clamoris nostri, eductos ex inferni carcere, illuc nos iubeas trāsferri de morte: ubi pendenti latroni præparasti locū lucidum ac quietē: quia tibi est honor & gloria cū patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.
r ¶ Psalmus Dauid quando persequebatur eū filius suus Absalon.] Iste psalmus uocem continet illius qui pro humana redēptione seipsum exinaniuit, accipiēs formam serui, ut nos erueret à seruitute. CXLII D

DOmine exaudi orationē meā.] Humilia uerba & plena humilitatis & misericordiæ. s ¶ Auribus percipe &c.] Confidentis uerba sunt. In ueritate tua, hoc est, in Christo tuo. Ego sum uia, uita & ueritas. u ¶ Exaudi me in tua iustitia.] Et in Christo tuo. Hoc est, nō confido mihi, sed ego ueritatem & iustitiā tuam peto, ut ipsā mei misereatur. x ¶ Et non intres in iudiciū &c.] Ecce manifestissime demōstrauit quia misericordiam dei præstolatur, dicens, Et non intres in iudicium cū seruo tuo. Hic quasi aliquis iudicet inter deum & prophetā, sicut & in quinquagesimo psalmo scriptū est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris. Et propterea intrat in iudiciū deus, ut iuste puniat. Tale quid fecit & Cyrus rex Persarū & Medorū regi Armeniorū, quādo trāsgressus est amicitias eius. Vicit eū, & captiuū accepit, & proprios illius cognatos & uxorē & filios fecit iudicare inter illos, ut iuste aut misereatur, aut puniat. y ¶ Quia non iustificabitur &c.] Deus Abrahā, deus Isaac, deus Iacob: deus uiuētium & nō mortuorū. Ergo nec ipsi patriarchæ iustificabuntur in cōspectu dei. Stellæ enim nō sunt mundæ in conspectu eius. z ¶ Quia persequutus est inimicus animā meam.] Hoc interpretatione nō indiget. Nulli dubium quin diabolus. a ¶ Humiliauit in terra uitā meā.] Hoc est quod dicit. Ante alas habebā & uolabā: nunc autē persecutus est inimicus animā meā: & apprehēdit & ligauit mihi pedes & manus, quēadmodū uolatile ab homine cōprehēditur, ut quasi uideat mortuū esse, quia nō habet licentiā alarū suarū ut uolet. Ita & me, inquit, inimicus ligauit cōsciētia peccatorū meorū Ioan. 25. b

¶ Collo-

A 4 ¶ Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi.] Si ſicut mortuos ſeculi, adhuc necdū mortuus, quia in pœnitentia ſtat. Si quis autem peccans non agit pœnitentiā hic mortuus eſt ſeculi: & non ſicut mortuus, ſed perfecte mortuus. Hoc ergo putauit inimicus, quia non agopœnitētiam pro peccatis, quæ ipſe mihi ſuggeſſit ut faciam b ¶ Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus.] Tu dic priº peccata tua & ſaluus eris Et iterū: Si ſolum ſuſpiraueris pro peccatis tuis, ſaluus eris. c ¶ In me turbatum eſt cor meum.] Propter conſciētiam meam, quia peccaui. d ¶ Memor fui dierum antiquorum.] Dierū meorum priorum memor fui quā/do habebam confidētiam: nunc autē mihi nox eſt. e ¶ Expandi manº meas ad te.] Ligatus ab inimico, nihil aliud poſſum facere niſi pœnitentiā agere, & manus meas leuare ad te. f ¶ Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.] Sicut terra ſine aqua ſitit & quærit imbrem: ita & anima mea deſiderat & ſitit te deum ſuum. g ¶ Velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus,] Anima mea defecit, & caro mea defecit: ſpiritus tantum remanſit in me, & ipſe defecit: Sed uelociter exaudi me domine, & miſerere mei. h ¶ Notam fac mihi uiam in qua ambulem.] Chriſtum tuum notū fac mihi, qui dixit, ego ſum uia. i ¶ Spiritus tuus bonus &c.] Hinc impiſſimi Ariani proponunt nobis & dicūt: Magiſter bone quid faciā boni ut ſaluus fiam? qui dicit: Quid me dicis bonū? Nemo eſt bonus niſi unus deus. Luc.18.d Ergo ſi filius non eſt bonus, ſed pater: maior eſt pater filio. Ergo ſecundum tuū ſenſum impiſſime Ariane, quis maior, filius an ſpiritus ſanctus? Vtique dicis filius. Hic ergo dicit, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā. Ergo ſi ſpiritus bonus eſt qui minor eſt, ſicut tu dicis: multo magis filius bonº eſt, quē tu maiorem dicis. In euāgelio autē ita habet, Et accedēs Matth.19.b unus de ſcribis tentās eū ait, magiſter bone, & ait, Quid me dicis bonū, & non confiteris? Sicut ſi aliquis tentans epiſcopum ſuum, quem contemnit, dicat illi: epiſcope, & ille reſpōdet: tibi non ſum epiſcopus, recede à me. Alibi autē nō legiſtis. Bonus paſtor ponit animam ſuā pro Ioan.10.b ouibus ſuis? Quid autem melius filio qui carnem induit propter nos & paſſus eſt, & deſcendens de ſua maieſtate nouē mēſes in utero uirginis in ſanguine fuit, in cunabulis fuit, paſſus eſt per momenta creſcere, & uerberari & collaphizari & crucifigi? Quid hoc melius?

¶ Propter eos qui ignorāt latinā linguā, licet multa de euāgelio dixerimus tamē debemus & de Pſalterio quædam dicere, ut alijs ſaturatis, alij ieiuni nō redeant. Quoniam aūt longus eſt pſalmus, & ſi uoluerimus in ſingulis uerſiculis immorari, dies præterit, debemus breuiter ad ſingula quæque ſenſus magis quàm uerba repli-

terra uitam meam. Collocaūit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatūs eſt ſuper me ſpiritus meus, in mè turbatum eſt cor meum. Memōr fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. Expāndi manus meas ad te, animā mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velocitēr exaudi me domine, defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui. Notām fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi, doce me facere uoluntatē tuam, quia deus meus es tu. Spiritūs tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine uiuifi/cabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animā meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animā meam, quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Pſalmus Dauid aduerſus Goliath. CXLIII

B Enedictūs dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordiā mea & refugium meum, ſuſceptor meus & liberator meus. Protector meus & in ipſo ſperaui, qui ſubdis populū meum ſub me. Dōmine quid eſt homo

CXLIII C

B Enedictus dominus deus meus qui docet &c.] Qui breuiter interpretatur: hoc conſequitur: ut ipſe laudē non habeat, & tamen quodcunq; in interpretatione eſt, retineant illi qui audierunt: Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Leuemus manus in ſancta ſine cogitationibus & diſceptationibº. Leuemº in omni loco. Et cum leuauerimus manus noſtras, orationes noſtræ ad deū, arma ſūt contra diabolū. Qui docet manº meas ad prælium, & digitos meos ad bellū. Hæc eſt lyra noſtra, hæc cithara. In hac cantamus domino. l ¶ Miſericordia mea & refugium meū: ſuſceptor meus & liberator meº. Protector meus &c.] In tantis nominibus appellatur deus. Quot beneficia, tot nomina. m ¶ Qui ſubdis populū meū ſub me.] Hoc poteſt ex perſona Chriſti dici: hoc eſt, ex aſſumpto homine. Poteſt autē ex D perſona apoſtolorū dici, quia dicit. Qui ſubdis populū meū ſub me. Dicit hoc & ſanctus pater in monaſterio, & gratias referens deo dicit: Benedictus dñs deus meus, qui ſubdis populū meum ſub me. Non enim mihi ſubijcitur, ſed tibi ſubijcitur. Ideo mihi ſeruit ut ſeruiat tibi. n ¶ Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut filius ho. &c.] Hoc ipſum & in octauo pſalmo dicitur, Quid eſt homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniā uiſitas eum. Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei? De fragilitate corporis & humana cōditione loquitur. Et quid dicit? Si carnem aſpicias, quid eſt homo? Si ſpiritū, grāde quiddā eſt homo. Non deſpiciamus carnē: ſed carnis opera contemnamus. Nō deſpiciamus carnē, quæ cum Chriſto regnat in cœlo. Caro & ſanguis regnum dei non 1.Cor.15 poſſidebunt. Non caro & ſanguis, ſed carnis opera. Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebūt, & quomodo in Chriſto regnant, & quomodo ſedemus cū Chriſto in cœleſtibus? Dñe quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut filius hominis quia reputas eū. Gratias agit deo, & quod dicit hoc eſt. Quantū ad humanā conditionē: homo nihil eſt. Vanitas uanitatū & omnia uanitas, dixit Eccleſiaſtes. Si omnia uanitas, ergo & cœlū, ergo & angeli. Si cœlum & angeli uanitas: homo quanta uanitas? Et ſi uanitas angeli, ſi cœlū uanitas: deus ergo quare uanitatē operatus eſt? Vanitas ad cōparationē dei: cæterū per ſe non uanitas. Dñe quid eſt homo quia innotuiſti ei? Grandis hominis felicitas: ſcire creatorē ſuum. Hoc à beſtijs diſtamus, quia nos intelligimus creatorē noſtrū, illa nō intelligūt. Sed & ipſe ſtatus corporis ſuū quærit artificē. Cætera animalia terram reſpiciunt, & ubi uēter, ibi & oculi. Cæterum oculi noſtri ad cœlum erecti ſunt, ut & ſi mēs fuerit obcæcata, tamen inuictis oculis cœlū uideamus.

¶ Homo

quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum. Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Domine inclina cœlos tuos & descende, tange montes & fumigabunt. Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Quorum os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno. Eripe me & libera me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes, in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis, boues eorum crassi. Non est ruina maceriæ neque transitus neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.

A 4 ¶Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereũt.] Vere dies nostri quasi umbra. Fui infantulus: fui puer, fui adolescẽtulus, fui iuuenis, fui uir, hoc est, fui ætatis perfectæ, fui mediæ. Dum nescio, senex sum. Senectuti mors subrepit. Mutor quotidie, & nihil me esse non sentio. Ne uno quidẽ momẽto hoc ræstamꝰ in statu nostro, sed semp aut crescimꝰ aut decrescimꝰ. Ergo homo p momẽta mutatur, & dũ nescit, interit. Ego senex, recordor infantulus quid fuerim, quid fecerim, quomodo luserim, quomodo huc illucq; discurrerim: nũc me uideo nimio põdere prægrauatũ. Dies eius sicut umbra prætereunt. Vita nostra umbra esse uidetur, & substantiã non habet. Quod autẽ substantiã non habet, cito perit. Quia ergo tã miserabilis est, qa sic est infirmus, quid inde precamur: qd rogamus: quid hic dicit ꝓpheta: qd est quod precatur: *b* ¶Domine inclina cœlos tuos & descẽde.] Nõ B poteris seruare istam hominis uilitatem nisi ipse eam indueris. Domine inclina cœlos tuos & descẽde. Ouis tua erronea sanari non poterit: nisi tuis humeris reportetur. *c* ¶Tange montes & fumigabũt.] Amẽ amen dico uobis: si habueritis fidem ut granũ sinapis: poteritis dicere monti huic, trãsi & trãsferetur. Ibi de lunatico dicebatur, de illo mõte, qui ab illis trãsferri nõ poterat. Scriptũ est in Hieremia: Date dño deo nostro gloriã antequã offendãt pedes uestri ad mõtes tenebrosos. Hoc totũ quare dixmus: Quoniã & nũc sequitur. Tange mõtes & fumigabunt. Montes qui regnant: montes qui erecti sunt per superbiã: qui dicunt, mea sunt flumina, & ego feci ea. Tange montes & fumigabunt. Non dixit inflammabuntur, sed fumigabunt: Habeãt montes pœnæ indicium: non fulgoris, nõ splendoris. *d* ¶Fulgura coruscationes & dissipabis eos.] Vide quid dicat. Non dixit, delebis eos, sed dissipabis eos. Legimus in Genesi: eo tempore quo fabricabant turrem dixit deus: Venite descendamus & confundamus linguas eorũ, ne aliquando in se consensum habeant, sed dispergantur. Prodest illis. *e* ¶Emitte manum tuum de alto.] Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est: Emitte manũ tuam de alto. Domine inclina cœlos tuos & descẽde. Hoc ad filium dicitur: Inclina cœlos tuos & descende. Et quomodo dixit: emitte manum tuã de alto: Si descendit, quomodo manum mittit de alto: Sed licet in terra sit, tamen de cœlo mittit manum, non enim recedit de cœlo. *f* ¶Eripe me & libera me de aquis multis.] Quoniam descendisti, quoniam inclinasti cœlos, & misisti manum tuam de alto, & humanam carnem dignatus es assumere, & multi crediderũt in te: pro una aqua plures aquæ esse cœperũt. Videas dispersas in toto orbe esse hæreses diuersas. Eripe me & libera me de aqs multis, & præsta mihi fontẽ uiuentẽ. Vnus est enim deus: una fides, unũ baptisma. Libera me de aquis multis, Illæ enim aquæ multæ non generant filios tuos, sed filios alienos. Vnde sequitur. *g* ¶Libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.] Non sunt enim tui filij qui nascuntur in multis aquis: sed alieni filij sunt. *h* ¶Quorum os loquutũ est uanitatem.] Scientiam sibi repromittunt, & erigunt os contra creatorem suũ. Posuerunt in cœlo os suum. Quorum os loquutum est uanitatẽ. Scientia illorum, uanitatis scientia est. *i* ¶Et dextera eorũ dextera iniquitatis.] Vtrunque cõdemnatur, & os & manus, & sciẽtia & opera. Quorum os loquutum est uanitatẽ: hoc est, sciẽtiam. Et dextera eorũ dextera iniquitatis. Dextera in opere. Dexteram se habere dicunt: sed toti sinistri sunt. Dextera iniquitatis est, & nõ est æquitatis. Vnde & tali sinistræ dicitur: Stet diabolus à dextris eius. Qui talem habet dexteram, & iniquitatis dexteram: stat diabolus à dextris eius. *k* ¶Deus canticum nouum cãtabo tibi.] Nouus homo, nouũ canticum. Deus canticum nouum cantabo tibi. Cantate dño D canticum nouũ. Quàm pulchre non dixit cãto, sed cantabo. In futuro repromisit: in præsenti enim scit certamẽ esse, non canticum. Nunquàm cantat exercitus nisi quãdo uicerit. Ergo quoniam in præsenti pugno: non mihi uacat cantare. Cum uicero, tunc cantabo. *l* ¶In psalterio decachordo psallam tibi.] Tunc extendam utramq; manũ & uitalibus tibi chordis canã. Oratio mea psalterium tuum est. *m* ¶Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruũ tuum de gladio maligno.] Quibus regibus: Cor regis in manu dei, qui regnant in corpore suo: qui subijciunt corpus suum, & seruituti redigunt, ne alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniantur. Isti sunt reges de quibus dicit sapientia in Prouerbijs, Dat regnũ regibus. *n* ¶Eripe me & libera me de manu filiorum alienorum.] Versiculi qui supra dicti sunt, iterum repetuntur. *o* ¶Quorum os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.] De manu filiorum alienorum. Hæreticorum filij, uideamus quales sint. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuẽtute sua. De manu filiorum alienorum. Diligenter animaduertite quid dicitur de hæreticis. *p* ¶Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis: boues eorum crassi. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.] Illi hoc dixerunt. Ego quid dico: *q* ¶Beatus populus cuius dominus deus eius.] Singula igitur uestris orationibus breuiter disseremus. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Plantatio eorum non est uetus, sed nouella est. Non est enim de ueteri lege, non est de prophetis, non est de apostolis, sed de nouis magistris est. Filiæ eorum sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. In iuuentute sua

Psal. 108. d

Hiere. 13. d

Gene. 11. d

A sua: semper iuuenes sunt. Licet multæ sint hæreses uete-
res, tamẽ quotidie mutantur: & nouæ quotidie inueniũ-
tur. Nouæ sunt ipsæ hæreses, licet ueteres sint: tamẽ cum
quotidie doctrinas suas innouant, nouæ sunt. Non enim
sunt ueterum magistrorũ errore contenti, sed quotidie i-
psi noua reperiunt: quorum filij sicut nouellæ plantatio
Psal.127.a nes in iuuentute sua. De ecclesia quid dicitur: de timen-
tibus dominũ? Beati omnes qui timent dominũ: qui am
bulant in uijs eius. Quid dicitur de illis? Filij tui sicut no
uellæ oliuarũ in circuitu mensæ tuæ. Circa mẽsam Chri
sti sunt illi filij: non longe sunt à mensa Christi. Ibi nõ di
citur filiæ, sed tantũmodo filij. Cæterũ hæretici habẽt &
filias, habent & fragiliorẽ sexum, uoluptates, delicias. Fi
liæ eorũ compositæ. Sermo cõpositus est, & sensus sordi
dus. In scripturis sanctis cogitationes semper filij dicun-
tur: uerba, filiæ. Vide ergo quid dicit: Cogitationes eorũ
hoc est, filij noui sunt. Verba uero eorũ: hoc est, hæretico
rum, quæ habẽt de sapiẽtia seculari, composita sunt: ha-
bent enim uerba cõposita, laudatũ sermonẽ. Filiæ eorũ
cõpositæ. Videntur quidẽ esse cõpositæ: sed qa filiæ sunt
& non filij, uires non habent. Circũornatæ ut similitudo
templi. Pulchre dixit, similitudo tẽpli. Non habent uerã
ecclesiã, sed similitudinem ecclesiæ. Cellaria eorũ plena:
eructantia ex hoc in illud. Parati sunt ad cõtendendũ. Si
illos tenueris in uno testimonio, ad aliud transeũt. Si in
scripturis tenueris, ad Aristotelẽ fugiũt. Si Aristotelẽ te-
nueris, in Platonẽ transeũt. Cellaria eorũ plena: eructan
tia ex hoc in illud. Cellariũ proprie dicitur quod diuiti-
as cõpositas habet. Hæretici cellaria habẽt. Habẽt enim
præparata uerba quibus cõtendant. Cæterũ ecclesiasti-
ci simplices sunt: nihil habent præparatũ. Aperiũt os &
Psal.80.b repletur à domino: secundũ quod dicitur: Aperi os tuũ
& implebo illud. Et, nolite cogitare quid respondeatis il
lis: dabit enim uobis pater uester in illa hora quid dica-
tis. Videtis quoniã nõ habemus cellaria præparata, sed
diuitiæ nostræ subditæ sunt. Dicit aliquis: Da testimoni-
B um quomodo sancti cellaria non habent. Respicite, in-
quit, aues cœli, quoniã non habent cellaria neque hor-
rea, & pater uester cœlestis pascit illas. Aues isti speciali-
ter monachi sunt: non habent cellaria, non habent apo-
thecas: sed habẽt apothecarum & cellariorũ dominum
ipsum Christum. Non habẽt horrea, sed horreorũ domi
num. Non habent diuitias diaboli, sed habent pauperta
Matth.4.a tem Christi. Diabolus quid dicit? Hæc omnia mea sunt:
si procidẽs adoraueris me, dabo tibi ea. Christus quid
dicit ad suos? Qui nõ uendiderit omnia sua quæ habet,
& dederit pauperibus, non potest esse meus discipulus.
Ille regna & diuitias pollicet ut occidat: hic paupertatẽ
pollicetur ut saluet. Nihil grande facimus si nostra relin-
quamus. Christus patrẽ reliqt & regna cœlorũ propter
nos. Nemo putet me blasphemare: qa dixi, patrẽ reliqt.
Secũdũ dispẽsationẽ loquor, secundũ quod mittit, secũ-
dũ quod dicitur. Pater qui me misit, maior me est. Deus
nõ mittit: deus nõ subijcitur seruituti, sed dispẽsatio mit
titur. Si deus ubiq; est, & omnia in deo sunt, quõ deus
ad aliquid mittitur, cum deus sit omnia? Christus igitur
pro nobis pauper factus est. Hoc totũ quare diximus?
Quia nunc lectũ est, Cellaria eorum plena: eructãtia ex
hoc in illud. Pulchre dixit eructãtia: de saturitate nimia.
Illi eructant de saturitate & pereunt: nos de ieiunio ut
saluemur. Oues eorũ fœtosæ. Multos habent filios. Mul
tus enim numerus hæreticorũ est. Oues eorum fœtosæ.
Osee.9.c Vnde dicit & in Osee propheta: Domine da illis. Quid
dabis illis? Vuluam sterilem, & ubera arẽtia. Hoc de qui
bus dicitur? De hæreticorũ magistris: qui sibi in nume-
ro discipulorum applaudunt. Oues eorum fœtosæ abũ
dãtes in egressibus suis. Nõ dixit in ingressibus suis, sed
in egressibus. Non enim ingrediuntur in ecclesiam, sed
1.Iohn.2.c egrediuntur de ecclesia: id est, ex nobis exierunt, sed nõ
fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent
utique nobiscum. Abundantes in egressibus suis. Quoti
tidie egrediuntur de ecclesia: abundantes in egressibus
suis. De ecclesia quid dicitur? Omnis gloria eius filiæ re- C
gis ab intus. Boues eorum crassi. Vidit & Pharao in so- Gene.41.a
mnio boues crassos. Israelitici populi tenues sunt, Aegy-
ptij crassi. Videtis enim magistros hæreticorũ nihil ali-
ud facere, nisi studere diuitijs. Diuitijs student, & paupe
rem Christũ contemnunt. Boues eorum crassi. Pulchre
dixit, boues crassi: quorũ deus uenter est, & gloria in con
fusione eorum. Non est ruina maceriæ, neque transitus.
Nonne uobis uidetur obscurum esse quod dicitur: Non
est ruina maceriæ, neq; transitus, neque clamor in pla-
teis eorum? Difficile hæreticos inuenies imperitos. Om
nes enim magistri instructi sunt scientia seculari. Non ha
bent rete apostolicum, sed catenulas dialecticas. Non est
ruina maceriæ, neque transitus. Si quando sunt in dispu
tationibus, quãdo tecum cœperint disputare, sic uerba
eorum breuia sunt, sic artifici sermone concluſa, ut eua-
dere inde difficile sit. Cum enim te ligauerint syllogismis
suis & te clauserint, & quasi maceriem syllogismũ tibi te-
xuerint & ædificauerint, non potes conuertere: nõ potes
transire, teneris inclusus. Non est ruina maceriæ, neq; trã
situs. Cũq; ibi te tenuerint quasi quodã gyro inclusum:
tũc non eris in angusta uia, quæ ducit ad uitã: sed in lata,
quæ ducit ad mortem. Neq; clamor in plateis eorũ. Cla-
Ioan.7.f mor Iesu reuocat ad se & dicit: Qui sitit, ueniat & bibat.
Clamor Iesu in uia angusta est, in plateis hæreticorum
non est. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Multi
nescientes: beatos tales putant. Cæterum nobis simpli-
citas Christiana est, nolumus eloquentiam Platonicam
sed uolumus simplicitatem apostolicã. Piscator iste rete
tenet, lutosos habet pedes, & manus ex opere callosas
habet. Beatus populus cuius est dominus deus eius.
Beatus est populus qui pro omnibus diuitijs Christum
habet. Illi habent filios & filias, & cellaria, & oues fœto-
sas, boues crassos & nitidos atque formosos Cæterum
nos nõ habemus multitudinem: sed scimus illud dictũ
Matth.18.c in euangelio: Vbicũq; fuerint duo aut tres congregati in
D nomine meo, ibi in medio eorum sum. Ne timeas grex
paruule, quia complacuit deo habitare in te. Ne dicant
monachi: Ecce tantæ multitudines, ciuitates plenæ sunt,
oĩs orbis: nemo ergo saluatur, nisi qui in monasterijs est?
Ecce tantæ multitudines: nos ergo soli saluamur? Quan
do ergo hæc cogitaueris, audi. Ne timeas grex paruule,
Mar.5.b quia complacuit patri habitare in te. Et nunc lectum est
in euãgelio: quod una anima saluatur, ut duo milia por
corum pereant. Hoc totũ quare dico? Quoniam precio-
sior est uni⁹ sancti anima, cũ infinitæ multitudines pecca
torũ. De toto mũdo duodecim elegit apostolos: de duo
decim unus recessit: remanserunt undecim. Venit crux:
decem fugerũt: remãsit unus Petrus: un⁹ cũ uno. Et ipse
unus fugit, atque utinã fugisset & nõ negasset. Ergo di-
camus, uniuersum genus humanũ perijt. Quoniam pe-
rierat, propterea dominus crucifixus ait: Torcular calca Esa.63.a
ui solus, & de gentibus non est uir mecũ. Eo tẽpore com Psal.11.a
pletus est psalmus, Saluũ me fac domine, quoniam dese
cit sanctus. Nõ est qui faciat bonũ: non est usq; ad unũ.
Ille qui promiserat, dicẽs: Si me necesse est mori, aut ire Mar.14.d
in carcerẽ, non te negabo: negauit. Hoc totũ quare dico?
Quia monachus nõ debet aspicere ad multitudinẽ pec-
catorũ, sed ad conuersationẽ & paucitatẽ sanctorũ. Vni-
uersa Iudæa ducebatur in captiuitatẽ. Venerat Nabu-
chodonosor, tanta hominũ milia ducebantur captiua in
Babylonẽ. Solus Hieremias erat qui cõfitebatur deum, Hiere.15.d
& ipse mittebatur in lacum luti, & tamen precioſior erat
unius illius anima quã omnis populi. Vultis scire quid
faciat unus homo? Iesus filius Naue cum uniuersa terra
habitaretur, solus erat. Vtiq; erant infinitæ multitudines
& ille solus erat. Solus imperat soli & lunæ, & stat: homo
iubet & cœlum audit. Audit illum cœlum: quia ipse au-
diebat dominũ. Hieremias erat in captiuitate: erant autẽ
& multæ multitudines. Et quid dicit? Solus sedebã, quia
amaritudine repletus sum. Quomodo solus in ciuitate
eras? Sed ideo solus qa propositi mei sociũ nõ habebã.

¶ Lauda-

A a ¶ Laudatio ipſi Dauid.] Iſte pſalmus ex uoce prophetica dei continet laudem: ſicut ipſe ad eū eloquens ait.

CXLIIII

EXaltabo te deus meus rex & benedicam nomini tuo in æternum & in ſeculum ſeculi.] Exaltat deum: quia ſcit æqualē patri: regem, quia nouit iudicem mūdi. c ¶ Per ſingulos dies benedicam te, & laudabo nomen tuū in ſeculū, & in ſeculum ſeculi.] Et ob hoc maxime laudat, quia conformem ſperat ſe fieri nomini illius: id eſt, Chriſto domino, in ſeculo futuro. d ¶ Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis.] Quia ſine fine magnus, ſine fine laudabilis. e ¶ Generatio.] Quā fides protulit. f ¶ Et progenies.] Quam Chriſti paſſio procurauit.

g ¶ Laudabunt opera tua, & potentiam tuam pronūciabūt.] Cū uel à te facta ſunt, uel à te proteguntur.

B b ¶ Magnificētiā maieſtatis tuæ, & ſanctitatē &c.] Tu nos ſanctos eſſe uis, dicens: Sancti eſtote, quoniā ego ſanctus ſum. Hoc & nos cæteris loquimur. i ¶ Et mirabilia tua narrabūt.] Quæ quotidie in eccleſia operaris. k ¶ Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam loquētur.] Virtus eſt terribilis, cum in impios ulciſcitur, ut in Pharaonem. Magnitudo eſt, cū iuſti eriguntur ut Iſrael. l ¶ Memoriā abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabūt.] Quia eos fouere dignaris. m ¶ Et iuſtitia tua exultabunt.] Quia in impios ulciſceris. n ¶ Miſerator dominus, patiēs & multum miſericors.] Et ſanctus in omnibus operibus ſuis: quia quod factum eſt in eo, uita eſt. o ¶ Suauis dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.] Miſeratione enim ſua omne opus quod facit & protegit. p ¶ Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi.] Vt per ſanctos qui te iugiter benedicūt intelligaris omnium eſſe creator & conditor. q ¶ Gloriā regni tui dicent.] Vt ab omnibus deſideretur. r ¶ Et potentiā tuam loquētur.] Vt ab omnibus timeatur. s ¶ Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.] Ne excuſatio per ignorantiam adhibeatur. t ¶ Regnum tuū domine regnū omnium ſeculorū.] Omnia enim ſecula regni tui dominatiōe uolūtur. u ¶ Et dominatio tua in omni generatione & progenie.] Eccleſiaſtica generatiōe in progenie futuri ſeculi dilatata. x ¶ Fidelis dominus in omnibꝰ uerbis ſuis.] Cum omnia quæ per prophetas locutus eſt adimpleuit. y ¶ Et ſanctus in omnibus operibus ſuis.] Vt ſicut ille ſanctus eſt, ita & nos qui opera eius ſumꝰ, ſancti efficiamur in eo. z ¶ Alleuat dominꝰ omnes qui corruunt.] Ne in æterna ruina mergantur.

a ¶ Et erigit omnes eliſos.] Quos corporeæ uoluptatis præcipitauit ſtimulꝰ, ſi pœnitentiā agāt. b ¶ Oculi omniū in te ſperāt domine, & tu das eis eſcam in tempore opportuno.] Sanctorum interior aſpectꝰ in illo futuro retributionis ſuſcipitur tēpore. c ¶ Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.] Quod maledictiones & improperia mundi pro nomine tuo ſuſtinuit.

d ¶ Iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis & ſanctus in omnibꝰ operibus ſuis.] Sicut iam ſuperius dictum eſt. e ¶ Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eū in ueritate.] Ipſe quid ait: Ego ſum deus de prope, & non deus de lōge. f ¶ Voluntatem timentium ſe faciet, & preces eorū exaudiet & ſaluos faciet eos.] Dum eos eruit uel ab inſtigatione diaboli, uel ab ardore peccati. g ¶ Cuſtodit dominus diligētes ſe, & omnes peccatores diſperdet.] Illos diligit, qui dilectiōnem eius mundanis dilectionibus prætulerūt. Illos uero diſperdit, qui amori eius amorem ſeculi præpoſuerunt. h ¶ Laudem domini loquetur os meū.] Nunc & in futuro retributionis tēpore. i ¶ Et benedicat omnis caro nomini ſancto eius in æternum & in ſeculum ſeculi.] Quod ait: Omnis caro: non ad inſenſibilia referēdum eſt: ſed ad omne corpus eccleſiæ, quod nos ſumus: qui deum laudare: benedicere, extollere, ac prædicare debemus, per quem uiuimus, per quem alimur ac ſumus. Cui eſt cū æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorū. Amē.

Laudatiō ipſi Dauid CXLIIII

EXaltabō te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomē tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Magnus dōminus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Generatiō & generatiō laudabūnt opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiām gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabiliā tua narrabunt. Et uirtutēm terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabūt. Memoriām abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſticiā tua exultabunt. Miſeratōr & miſericors dominus, patiēs & multum miſericors. Suāuis dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Cōfiteantur tibi dominē omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Gloriām regni tui dicent, & potentiām tuam loquentur. Vt notām faciant filijs hominum potentiam tuā, & gloriam magnificentiæ regni tui. Rēgnū tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatiō tua in omni generatione & generatione. Fidēlis dominus in omnibus uerbis ſuis, ēt ſanctus in omnibus operibus ſuis. Alleuāt dominus omnes qui corruūt, & erigit omnēs eliſos. Oculi omniū in te ſperant domine, & tu das eſcam illorū in tēpore opportuno. Aperis tū manū tuā, & imples omne animal benedictione. Iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Propē eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Voluntātem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet & ſaluos faciet eos. Cuſtōdit dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Laudationēm dominī loquetur os meum, & benedicāt omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Alleluia Aggæi & Zachariæ. CXLV

LAudā anima mea dominum, laudabo dominum

CXLV

LAuda anima mea dominū.] Pſalmus iſte titulum habet Aggæi & Zachariæ. Sed hoc primum ſcire debemus quod in Hebraico non habetur, ſed in ſeptuaginta interpretibus. Dicamus autem & de æditione uulgata

A Aggæi & Zachariæ. Quia inſtauratio hic dicitur Hieruſalem: Regnauit dominus in ſecula deus tuus Siõ in generatione & generationẽ, quaſi de inſtauratione Hieruſalem dici putant, quæ facta eſt ſub Aggæo & Zacharia. Lauda anima mea dominum. Non dixit, lauda corpus ſed lauda anima: non quo corpus damnauerit, ſed carnis opera condemnauit. Lauda anima mea dominum. Anima ipſa ſe hortatur: Quomodo ſi dicat Dauid: Lauda Dauid dominũ: ſic & ipſa anima dicit ad ſe: Lauda anima mea dominũ, laudabo dominum in uita mea. Vide quid dicat Ipſa ſe hortatur & ipſa reſpõdet. Quid dicit? Dicit mihi lauda anima mea dominũ. Ego ipſa reſpõdeo. *a* ¶ Laudabo dominum in uita mea.] Modo laudare non poſſum, peccatis premor. Quotienſcunque labia in laudes dei aperio: totiens illa conglutinat conſcientia peccatorum. Laudabo dominum in uita mea. Pulchre dixit, laudabo: non laudo. Quando cum domino meo fuero, tũc laudabo dominum in uita mea. Nunc in morte ſum, laudare nõ poſſum. Laudabo dominum in uita mea. Vita noſtra Chriſtus eſt. Dominũ laudemꝰ in uita. *b* ¶ Pſallam deo q̃diu fuero.] Vide quid dicat: Quãdo iuſte aliquid agimus, ſumus: quando uero peccamus, eſſe deſiſtimus. Multa ſunt quæ dicantur: ſed ad finem feſtinat oratio. *c* ¶ Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.] Hoc generaliter ad omnes dicit: Nolite confidere in principibus. Non in imperatore, non in præfectis, nõ in iudicibus ſeculi. Nolite confidere in principibus. Qui ſunt principes? Filij hominum. Qui ſunt filij hominum? Quibus non eſt ſalus. *d* ¶ Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam.] Cum autem regreſſus fuerit in terram ſuam, quid fiet? *e* ¶ In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.] Omnis principum confidentia periet, & peribũt omnes cogitatiões eorum. Nolite confidere in principibus: Hodie fuit, cras non eſt. Hodie illum præcedit exercitus, & ſero in ſepulchro iacet. Poſt tantam magnitudinem, tantam claritatem, nulla intercedant tempora: in eodẽ momento Chriſti eſt operatio. In filijs hominum in quibus non eſt ſalus. Qui ſunt principes? Filij hominum. Si ipſi homines nihil ſunt, quid ſunt filij eorũ? Exibit ſpiritus. Cuius? Hominis. Exibit ſpiritꝰ. Hic ſpiritũ pro anima ponit, Pater, in manus tuas commendo ſpiritũ meũ. Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam. Non ſpiritus reuertetur in terram ſuam, non enim eſt ſpiritus de terra: ſed egreditur ſpiritus, & homo reuertetur in terram ſuam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. Nos ipſi qui non ſumus principes quanta quotidie cogitamus & dicimus, die craſtina illud faciam, deſtruam horrea mea, & rurſum die craſtina ædificabo illa. Dicitur mihi: Stulte, hac nocte rapietur anima tua, quæ autem præparaſti, cuius erunt? Hoc de illis dicit qui confidunt in principibus. Cæterum de ſancto quid dicitur? *f* ¶ Beatus cuius deus Iacob adiutor eius.] Hi in curribus & hi in equis, nos autẽ in nomine domini inuocabimus. Illi plures habent adiutores, ſed principes ſunt, ſed homines ſunt, ſed corruunt. Nos unum habemus qui ſaluare poteſt. *g* ¶ Spes eius in domino deo ipſius.] Videamus tres pueri quid dicãt in fornace Babylonia: quãdo uocat eos Nabuchodonoſor rex. Non neceſſe eſt nos de hoc uerbo reſpondere tibi, Poteſt quidẽ nos deus liberare de fornace ardẽti. Sed ſi nõ liberauerit: ſcito rex quia imaginem quam conſtituiſti nõ adoramus. Videte fidẽ. Credimus, inquit, quod liberare poteſt. Sed ſi forte peccata noſtra prohibuerint: tamen credimus & in eũ qui non uult liberare. Nõ enim credimus in hac uita, ſed in futura. Non credimus in illum, ne hic ardeamus, ſed ne per iſta incẽdia ad alia tranſeamus. Incẽde igitur, præpara caminũ, iſte ardor, iſta combuſtio noſtra purgatio eſt.

in uitã mea, pſallam deõ meo quandiu fuero. Nolitẽ cõfidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam, in illã die peribũt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in dño deo ipſius, q̃ui fecit cœlũ & terrã, marẽ & omnia quæ in eis ſunt. Q̃ui cuſtodit ueritatẽ in ſeculũ, facit iudiciũ iniuriã patientibus, dãt eſcã eſurientibus. Dominus

Beatꝰ cuiꝰ deus Iacob adiutor eius. Videte ſignificãtiam uerborum. Adiutor eius, & non poterat ibi ullũ ſignũ facere propter incredulitatem eorũ. Deus adiutor noſter Volẽtes & laborãtes liberat, & collaborat: dormientes & tacentes & nolentes non liberat. Spes eius in domino deo ipſiꝰ. Egregie dixit ſpes, Et ſi in præſenti non liberat, tamen ſpes de futuro eſt. *b* ¶ Qui fecit cœlum & terrã.] Iſte deus qui fecit cœlũ & terrã. *i* ¶ Mare & omnia quæ in eis ſunt.] Ad cõparationem cœli & terræ & maris nos homines ſecundum cõditionem carnis ſic ſumus quaſi formicæ & pulices. Qui ergo cœlum fecit & terram, hominẽ nõ poteſt liberare quem fecit? *k* ¶ Qui cuſtodit ueritatẽ in ſeculũ.] Si nos opprimit mẽdaciũ, nõ contriſtemur. Cuſtodit dominus ueritatẽ in ſeculũ. Neſcio quis cõtra nos mentitus eſt, & magis illi creditur mẽtienti, quàm nobis uerum dicentibus. Nõ debemus deſperare. Cuſtodit dominus ueritatẽ in ſeculũ. Pulchre dixit, cuſtodit. Cuſtodit illam & habet in theſauro ſuo: reddet nobis quod ſeruauit. Qui cuſtodit ueritatem in ſeculũ. Chriſtus eſt ueritas. Veritatẽ loquamur, & ueritas nobis ſeruat ueritatem. *l* ¶ Facit iudiciũ iniuriã patientibus.] Etiã ſi tardauerit, nõ deſperes. Veniẽs ueniet & ſaluabit. Facit iudicium iniuriam patientibus. Hoc ſolum ſit in noſtra cõ D ſcientia: quia iuſte patimur. Hoc habemus in conſcientia: quia nos propter peccata noſtra patimur, & non facimus illud pro quo arguimur. *m* ¶ Dat eſcam eſurientibus.] Et ſecundum literam ædificat, & ſi ſimpliciter intelligatur, ædificat audientem. Reſpicite uolatilia cœli: quia non ſerunt, neque metunt, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Dat eſcam eſurientibus. Eſurientibus dat, nõ eructuantibus. Qui ergo non habet monachus, confidẽter accipiat. Qui habet & eructuans eſt, nõ accipiat. Scis quia eſuris: ſcis quia non habes: ſi eſurieris & nõ habes, magis das beneficium ſi accipias quod tribuitur tibi. Si autem habes & non eſuris, non debes cibum eſurientium tollere, & accipere ſaturatus. Accipe quod in uentrem mittas, nõ quod in ſacculum: accipe tunicam quæ corpus tegat, nõ quæ arcas impleat. Dat eſcam eſurientibus. Hoc ſecundum literam. Dicamus & aliter. Eſuriamus Chriſtum & ipſe nobis dat cœleſtem panem. Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hoc qui dicunt eſurient. Qui panem deſiderant, eſuriunt. Qui dicit panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, utique eſuriens loquitur. Dat eſcã eſurientibus. Putat aliquis quod panem cœleſtem de myſterijs dicat. Et hoc quidem accipimus: quia uera caro Chriſti eſt. Cæterum dicamus & aliter. Panis Chriſti & caro eius ſermo diuinus eſt & doctrina cœleſtis. Quicunque panem iſtum acceperit & ſaturatus fuerit, quid fiet? Quidꝰ *n* ¶ Dominus ſoluit cõpeditos.] Si animam noſtrã iſte panis refecerit, hoc eſt, ſermo diuinus & doctrina cœleſtis: ſtatim pedes noſtri qui colligati fuerant ſoluuntur. Dominus ſoluit compeditos. Et Lazarus ligatus erat & dixit: ſoluite eum. Dominus ſoluit compeditos. Et filia Abraham decem & octo annos incuruata fuerat & uincta: ſoluitur, & in cœlũ reſpicit. Videte quid ibi dicitur in euangelio: Ecce, inqt, quædam erat mulier quæ ſpiritum infirmitatis habebat decem & octo annis, & non poterat, inquit, eleuare cer-

Luc.12.e

Ioan.11.f
Luc.13.d

uicem

uicem. Quoniam ſpiritum infirmitatis habebat, ceruicē ſurſum leuare non poterat. Dominus ſoluit compeditos Ipſi ſunt cōpedes quæ & opera: ſiquidē eadem peccata quæ ceruices noſtras excipiunt, & ligāt pedes. Quicūq; compeditus eſt, currere non poteſt. Quicūq; compeditꝰ eſt, in ſtadio Chriſti currere non poteſt. Prægrauantur enim pedes compedibus & premuntur in terra, & cōfigūtur in terra. Dominus ſoluit compeditos. Videte ordinem. Dat eſcam eſuri entibus. Primū eſurimus: deinde accipimus cibum. Cū autē ſaturati fuerimus, ſoluuntur pedes noſtri, qui compediti fuerāt Cum autē ambulare cœperint libere, quid ſequitur. *a* ¶ Dominus illuminat cæcos.] Videte quid dicat: Si de cæcis iſtis loqueretur, debuit dicere, Dominꝰ illuminat cæcos. Sed non dixit hoc: ſed ſecundum Hebraicam & Græcam ueritatem quid dixit? Dominus ſapientes facit cæcos. Si de iſtis oculis loqueretur carnis, debuit dicere: Dominus illuminat cæcos. Nunc uero dicitur, dominus ſapientes facit cæcos. Si cæci, inquit, eſſetis, peccatū nō haberetis. Cor noſtrū obcæcatum eſt tenebris peccatorū. Inſipientia & ſtulticia, tenebræ non oculorum, ſed morum ſunt. Cum ergo eſurientes refecti fuerimus, & pedes noſtri liberati fuerint: tunc incipient & oculi cordis noſtri uidere lumen quod aliquando perdiderūt, & habere ſapientiā. Si effectus fuerit ſapiens, quid ſequitur? *b* ¶ Dñs erigit eliſos.] Et ſi iacebas: ſecurus eſto, dñs porrigit manū. *c* ¶ Dñs diligit iuſtos.] Res duas uideo: diligit, & cuſtodit. Qui diligit, quaſi ſuū diligit. Qui aūt cuſtodit, eū cuſtodit qui in periculo conſtitutus eſt. Dñs diligit iuſtos. Quicunq; iuſtus eſt & perfectus, ab illo diligit. Qui cunque autē peregrinus eſt, & uenit ad ſeruitutē domini ille ſeruatur. *d* ¶ Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & uiduam ſuſcipiet.] Et ſecundū literā prodeſt, pupillum & uiduam ſuſcipiet. O martyr qui teneris ut pro me fundas ſanguinem: noli de filijs eſſe ſolicitus: noli de uxore: me habent pro te. Dicamus & ſecundū ſpiritum, Pupillum & uiduā ſuſcipiet. Pupillum ſuſcipiet qui patrem deū perdiderat per peccata. Et uiduā ſuſcipiet. Viduam, hoc eſt, eam animam quæ Chriſtum uirū perdiderat. Sed uide quid dicat pupillum & uiduam. Nō dixit cuſtodiet: non dixit ſaluabit, ſed ſuſcipiet: ſi reuertatur ad patrem, ſi redeat ad maritū. *e* ¶ Et uiam peccatorum diſperdet.] Non dixit, peccatores diſperdet, ſed ſecundum primum pſalmum, & iter impiorum peribit. Si iuſtorū uia Chriſtus eſt, peccatorū uia diabolus eſt. Et uiam peccatorum diſperdet. Omnium ergo peccatorum uia diabolus eſt, illum perdit, cæterum nos ſaluabit qui ambulabamus per eam, & ambulare deſiuimus. *f* ¶ Regnabit dominus in ſecula.] Quando uia peccatorum perierit, tunc regnabit dominus in ſecula. Non dixit in ſeculū, ſed in ſecula. Quandiu uita non perit, Chriſtus non regnat in nobis. Quandiu uia peccatorum non perit, Chriſtus non regnat in nobis. Quandiu pedes noſtri ambulant in uia diaboli, Chriſtus non regnat in nobis. Iraſcor ſine cauſa fratri meo: in uia diaboli ambulo. Chriſtus non regnat in me. Detraho fratri meo: in uia diaboli ambulo: Chriſtus non regnat in me. In quocunque peccato ambulauero in uia diaboli ambulo, Chriſtus non regnat in me. Mens mea uana eſt, & in diuerſa diſtrahitur. In uno loco ſum, & mens mea per totū orbem uagatur. Angelos mundus capit: reges capit, exercitus capit, monachum unū non capit. Hoc totū quare dico? Propter eos qui in toto orbe uagātur, & in uno loco ſedere non poſſunt. *g* ¶ Deus tuus Sion &c.] Deus tuus Sion. Frequēter diximus Sion ſpeculam aut eccleſiam interpretari, aut animam cōtemplantem deum. Deus tuꝰ Sion in generatiōe & generatiōnē. In prima generatiōe Iudæorum in ſecunda ex gentibus. In omnibus ſcripturis, & in omnibus pſalmis generatio & generatio dicit, ut duos populos ſignificet Dicere autē & aliter poſſumus, Regnauit dominus in ſecula deus tuus Sion, in generatione iſta, & in generatione uentura. Regnet Chriſtus in nobis, non regnet peccatū in corpore noſtro. Cor regis in manu dei. Simꝰ reges, imperemus corpori noſtro, & ſubijciamus illud, & cor noſtrū ſit in manu dei. Cui ſit gloria in ſecula ſeculorū. Amen. ¶ Pſalmus iſte ut cœleſtis ciuitatis laudemus ædificatorē, nos admonet, dicens.

Soluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Dominus erigit eliſos, dominus diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & uiduam ſuſcipiet, & uias peccatorum diſperdet. Regnabit dominus in ſecula, deus tuus Sion, in generatione & generationem.

Alleluia. CXLVI

LAudate dominum quoniam bonus eſt pſalmus, deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio. Aedificans Hieruſalem dominus, diſperſiones Iſrael congregabit. Qui ſanat cōtritos corde, & alligat cōtritiones eorū.

CXLVI

LAudate dominum, quoniā bonus eſt pſalmus.] Iſte pſalmus Alleluia titulo prænotatur. Solēt hi qui Hebræam ignorant linguam, quādo uiderint in pſalmorū titulo eſſe præpoſitum Alleluia, quærere quid ſignificet Pſalmus igitur iſte non ſolum in titulo, ſed & in exordio pſalmi habet Alleluia. Vbi autem dicitur: Laudate dominū, in Hebræo dicitur Alleluia. Deus enim apud Hebræos decem habet nomina: dicitur Sabaoth צְבָאוֹת dicitur Saddai שַׁדַּי dicitur Eloim אֱלֹהִים dicitur El אֵל dicitur etiam Ia יָהּ dicitur Aeheieh אֶהְיֶה Inter cætera autem nomina unum eſt nomē quod dicitur Ia יָהּ Ia autem interpretatur inuiſibilis. Vbi ergo dicitur laudate, in Hebræo dicitur allelu הַלְלוּ Sic dicitur hic allelu ia, quomodo ſi diceretur allelu ſabaoth, allelu ſaddai, allelu eloim, ſic & nunc dicitur allelu ia. Denique Theodotio, qui unus eſt de interpretibus, uolens interpretationis ediſcere ueritatem, ait, ἀίνεσιν τοῦ θεοῦ. Hoc totum quare diximus? Vt ſciamus in iſto pſalmo alleluia eſſe præpoſitum, laudate dominū. Hæc interpretatio eſt Cū egreſſi fuerimus conſiderabitur in cordibus noſtris Cæterū ſermo dilatabitur: Laudate dominū quoniā bonum pſalmus. Nō dixit bonus pſalmus, ſed abſolute bonum pſalmus: hoc eſt, bona res eſt pſallere. Pſallere autē non uoce ſed corde. Quanti bonā uocem habēt, & quoniam peccatores ſunt, male pſallūt. Bene pſallit qui cantat in corde, qui cantat Chriſto in conſcientia. *i* ¶ Deo noſtro &c.] Iocunda ſit laudatio nō uoce, ſed cōſciētia. Denique & Noe obtulit hoſtias & odoratus eſt dominꝰ odorem ſuauitatis. Multa ſunt quæ dicantur, ſed nos breuiter debemꝰ ſumma quæq; perſtringere, ut ſenſum magis indicemus quàm uerba lautiora. *k* ¶ Aedificās Hieruſalem dominus &c.] Quomodo ædificetur Hieruſalē quomodo congregetur, iam dictum eſt. Quoniā igitur de iſtis duobus uerſiculis diſſertū eſt, & ſuper alienum fundamentū non debemus ædificare: ad reliqua tranſeamus. Videamus igitur quomodo ædificetur Hieruſalē. In reliqs enim propheticus ſermo deſcripſit: *l* ¶ Qui ſanat contritos corde.] Cor contritū & humiliatū deus non ſpernit. *m* ¶ Et alligans cōtritiones eorū.] Tu cor tuum contere, & dominus colligit contritiones tuas. Samaritanus ille, qui deſcendebat de Hieruſalem in Hiericho, quando uidit uulneratum iacentem in itinere, colligauit uulnera eius. Iſte eſt de quo & nunc dicitur, Et alligans contritiones illorum. Hoc dicitur de his qui agunt

Gen. 8. d

Pſal. 50. d

Lu. 25. f

A pœnitentiã: cæterum de his qui nõ agunt pœnitentiã dicitur, Non eſt malagma imponere, neq; oleum, neque alligaturas. a ¶ Qui numerat multitudinem ſtellarũ.] Quæ conſequentia iuxta literam: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem ſtellarum? Sed quando ſanat contritos corde & alligat cõtritiones eorum: illos qui ante contriti fuerant, & poſtea ſanati, uertit in ſtellas. Qui numerat multitudinem ſtellarum. Multi enim fuerant qui peccauerunt: multi ſunt qui curati ſunt. Qui numerat multitudinẽ ſtellarũ. Nõ numerat uulneratos, ſed eos numerat qui iã in ſtellas uerſi ſunt. Nõ numerat deus, niſi qui numero eius digni ſunt. b ¶ Et omnibus &c.] Quia de Lucifero dicit, & de Orione quẽ uidemus in cœlo. Et hoc quidẽ poteſt intelligi, Mirabilis deus qui fecit cœlũ & terrã, & omnia quæ in eis ſunt. Cæterum ſic intelligamus: ut nobis profit quod quotidie fit. Et omnibus eis nomina uocans. Vultis ſcire quomodo de cõtritis ſtellæ fiant? Scriptum eſt in Geneſi: quia eduxerit deus Abraham & oſtẽderit ei ſtellas, & dixerit ei: Sic erit ſemen tuum. Et omnibus eis nomina uocans. De Abram uocat Abraham. Abram dicebatur in Chaldæa, & in cœlo uocatur Abraham. Eo tempore quo factus eſt ſtella uocatur Abraham. Qui antea erat Saulus: poſtea uocatur in cœlo Paulus. Ioannes & Iacobus filij tonitrui. Tonitruum utique in cœlo eſt. Numerantur itaque ſtellæ: numerãtur infiniti ſancti:

B & Chriſtus unus nõ poteſt numerari. c ¶ Magnus dominus noſter & magna uirtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.] Magna uirtus: Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia. Et ſapientiæ eius nõ eſt numerus. Chriſtus ſapiẽtia eſt. Et una ſapientia non poteſt numerari. d ¶ Suſcipiens manſuetos dominus.] Quæ ſunt iſtæ ſtellæ? Suſcipiens manſuetos dominus. Manſueti uertuntur in ſtellas. Iuſti autem fulgebunt quaſi ſtellæ cœli: Daniel loquitur. e ¶ Humilians autem peccatores uſque ad terram.] Videte differentiam rerum. Angeli in terram corruunt: homines ad cœlos uadunt. Suſcipiẽs manſuetos dominus. Manſuetudo ad cœlum uocat: ſuperbia in terram detrahit. Humilians autem peccatores uſque ad terram. f ¶ Præcinite domino in confeſſione.] Hoc impleuit Dauid, qui nobis iuſticiæ exẽplum præbuerat: præbuit & pœnitentiæ. Docuit enim nos quomodo debeamus agere pœnitẽtiam, ipſe agens. Videte ſanctum prophetam, quia non ſolum iuſticia eius nobis profuit, ſed & peccatum. g ¶ Pſallite deo noſtro in cithara.] Nulla uirtutum chorda rupta ſit. Tota uirtutum chorda concinat: Pſallite deo noſtro in cithara. Cithara multas chordas habet: ſi una rupta fuerit, ſonus reddi nõ poteſt. Sic & ſanctus uir, quãuis ſanctus ſit, ſi una uirtus defuerit: uocalem ſonũ reddere non poteſt. h ¶ Qui operit cœlum nubibus.] Cœlum hoc quod cernimus, nubibus operiri non poteſt. Sed aliud eſt cœlum & aliæ ſunt nubes. Et ueritas tua uſque ad nubes. Ergo ueritas dei uſq; ad iſtas nubes quæ uento flante cito diſſoluuntur? Veritas dei Chriſtus eſt. Ego ſum uia & uita & ueritas: ergo ueritas Chriſti in his nubibus eſt, quæ non habẽt in ſe ſubſtantiæ ueritatem? Fieri ergo poteſt, ut ibi ſit ueritas, ubi uentus diſſipandi poteſtatem habet? Mandabo, inquit, nubibus ne pluant ſuper eos imbrem: hoc eſt, ſuper populum Iudæorum. Nubes prophetæ ſunt, Mandauit illis dominus ne pluerent ſuper Iſrael imbrẽ. Ad nos prophetiæ ſermo conuerſus eſt. Nubes iſtæ ſi ſibi colliſæ fuerint, tonitruũ faciunt & fulgura. Qui operit cœlum nubibus. Quare dixit qui operit cœlum nubibus: ſi nubes prophetæ ſunt & apoſtoli: Quomodo autem apoſtolis & prophetis cœlum tegitur? Cœlum myſteria ſunt diuina. Quoniam igitur myſteria quæcunq; diuina ſunt cœlum appellantur: quicunque dignus fuerit: iſtum nubes protegunt. Si quis indignus eſt ſacramenta accipere, non poteſt tegi à nubibus.

Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocãs. Magnus dominus noſter & magna uirtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Suſcipiens manſuetos dominus, humilians autem peccatores uſq; ad terram. Præcinite domino in confeſſione, pſallite deo noſtro in cithara. Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum.

i ¶ Qui parat terræ pluuiã.] Indiget pluuia terra noſtra: & niſi pluuiam acceperit, id eſt, doctrinarũ fontem: fructum nõ afferet. Terra cum humecta fuerit iſtiuſmodi doctrinarum fonte: qd ſequtur. k ¶ Qui producit in mõtibus fœnum.] Si de ſolo fœno loqueretur: utiq; fœnum magis in conuallibus naſcitur quam in montuoſis. Vbicũque enim pluuia amplior fuerit, ibi magis fœnum naſcitur. De montibus defluunt aquæ in conuallibus, & magis herba naſcitur. l ¶ Et dat iumentis eſcam ipſorũ.] Scriptura iſta quã legimus, quam tractamus, quam habemus in manibus: montes ſancti dicuntur in ſcripturis Mons uocatur Abraham: mons uocatur Iſaac: mõs Hieremias: montes ſancti prophetæ. Montes iſti habẽt & frumenta, habẽt & fœnum. Si homo es: accipis ab ipſis frumentum: ſi pecus es, fœnum accipis: Homines & iumẽta ſaluos facies domine. Secundum fidem tuam ſalua, pſal.35.i
ris. Qui producit in montibus fœnum & dat iumentis eſcam ipſorum. Si homo es, in ſcripturis ſanctis accipis ſpiritualem intelligentiam: ſi iumentum es, ſecundum literam more Iudaico. Rem magnam uideo. Deus qui tãtis præconijs collaudatus eſt ducit ad uiliora, & dicitur. D
m ¶ Et pullis coruorum inuocantibus eum.] Si de auibus cœli diceret, magis aquilas nominaſſet aut uultures Et pullis coruorum inuocantibus eũ. Nulla alia auis nũ cupatur: niſi pullus coruorũ. & non ipſi corui, ſed pulli coruorum. Non ſaluatur coruus, ſed pullus qui de eo natus eſt. Nos pulli coruorum ſumus. De parentibus enim idololatris naſcimur. Legimus in Salomone, quoniam oculus qui irridet patrem, & ſermonem matris, ef- Pro.30.d
fodiant eum corui de conuallibus. Non dixit pulli coruorum, ſed ipſi corui. Qui enim coruus eſt, ſaluari non poteſt. Coruus de arca dimittitur & nõ reuertitur. In diluuio cum cæteris eſt: poſt diluuium in infelicitatẽ profi citur: hoc eſt, eo tẽpore qñ trãquillitas eſt nõ poteſt eſſe in arca dei. Si qñ diluuium eſt, coruus in medio eſt. Trã quillitas redit, & coruus fugit. Qui ſunt iſti corui, q ſunt pulli coruorũ? Ego puto coruos nigri coloris, qui ſemper perſequuntur cadauera mortuorum, qui ſemp uoce rauciſſima rixas comparant: dæmones eſſe, & qui cũque dæmonibus ſeruierint, iuxta coruos & ipſi colorem coruorum accipiunt. Igitur noſtri parentes, ſicut iam dixi- mus, q idolis ſeruiebant & dæmonibus, corui erant. Nõ enim inueniuntur niſi ubi immundities & ſpurcitia & cadauera mortuorum fuerint. Nos uero qui de coruis nati ſumus, non cadauera expectamus, ſed rorem. Pulli enim coruorum dicuntur de rore uiuere. Sic enim philoſophi dicunt, quod de rore uiuant pulli coruorum. Vultis & aliud ſcire myſterium de coruis. Elias interpretatur deus dominus. Elias hoc eſt dominus noſter atque ſaluator à Iudæis perſecutionem patitur, & à coruis id eſt, gentium populo paſcitur. Et pullis coruorum inuocantibus eum. Si inuocas eum, pullus es: ſi taces, coruus es. Et pullis coruorum inuocantibus eũ. Legimus in propheta. Et omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Igitur ſi de coruis ſimpliciter accipimus, ergo & corui ſalui erunt? Reſponde Iudæe, reſponde qui

Dan.12.d

Iudaicam

Nõn in fortitudine equi uoluntatem habebit, nẽque in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitũm eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qũi ſperant ſuper miſericordia eius.

Alleluia Aggei & Zachariæ. CXLVII

Lauda Hieruſalem dominum, lauda deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit

A Iudaicam literam tantum ſequeris: dicis iſtos coruos uere coruos eſſe. Non interpretaris ſpiritualiter, ſed carnaliter: dicis enim ſcriptũ eſſe de coruis. Si ergo de pullis coruorum ſcriptum eſt: & hic dictum eſt, & pullis coruorum inuocãtibus eum, & ſcriptum eſt: omnis qui inuocauerit nomẽ dñi ſaluus erit: ergo & pulli coruorum ſalui erũt in reſurrectione. Nos ergo pulli coruorum inuocamus atque ſaluamur. Denique & Paulus apoſtol⁹ ſcripſit ad ſanctorum eccleſiam, ſcripſit ad eos qui inuocant nomen dñi. a ¶ Nõ in fortitudine equi uoluntatem habebit.] Breuitatem promiſimus & neceſſitate compulſi ſumus latius diſputare, mẽtiti ſumus, ſed mendacium utiliſſimum eſt. Vtinam Herodes mentitus eſſet & periuraſſet. Et nos igitur minora promiſimus, & orãtibus uobis maiora præbuimus. Hora compellit ut taceam, magnitudo myſteriorum compellit ut loquar. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit. Audio equum hinnientem, & non poſſumus præ- Pſal.32.d terire. Scriptum eſt in pſalterio, Fallax equus ad ſalutẽ. Et alio loco: Equum & aſcenſorem deiecit in mare. Præcipitur & Iſrael: ne equos nutriant. Denique Salomon quia 3.Reg.10.c quadrigas adducebat ex Aegypto uoluptate ſuperatus eſt. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit. Equũ & aſcenſorem deiecit in mare. Equi inſanientes in fœmi- Hierr.5.c nas facti ſunt mihi: unuſquiſq; in uxorem proximi ſui Exo.15.b hinniebat: loquitur Hieremias. Ergo ſuper tales equos B deus non habet uoluntatem. Diximus de equo: equum & aſcenſorem deiecit in mare. Diximus qui ſunt equi: dicamus qui ſunt equites. Ego puto equos homines eſſe peccatores, & equites dæmones qui eqtant in eis. Si quã do ergo uiderimus aliquem fratrem perſequentẽ & inimicum eſſe, ſciamus quũ ille equus eſt. Cæterum eques diabolus eſt, qui ſua lancea nos percutit, Iſte currit & ille percutit. Sed & ipſe equus calcaribus ducitur, confoditur & inuitus inſanit. b ¶ Nec in tibijs uiri beneplacitum erit ei.] Videte quid dicat. Non dixit in capite uiri: nõ dixit in manibus uiri, ſed in tibijs quæ deorſum ſunt. Nec in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Tibiæ hic ſicut & Ezech.11.g femora, ſemper in libidine accipiũtur. Denique & in Ezechiel deus uidetur à lumbis uſq; ſurſum electreus: à lumbis uſque deorſum igneus. Si quis ſurſum eſt, huic aureus eſt: ſi quis deorſum, huic gehenna præparata eſt. Nec in tibijs uiri beneplacitum eſt ei. Dicamus ſecundũ literam. Quoniam dixerat non in fortitudine equi uoluntatem habebit, & quaſi bellatorem uirum deſcripſerat: uidetur mihi hic ubi dixit, non in tibijs: non uocare tibias, ſed πεωκνήμιδας. Videmus ergo quodcunq; tibias tegerit non placere deo, ſed illud quod ſurſum eſt. Nõ placet deo in fortitudine, non placet in tibijs uiri, placet autem in timore ſuo. Virtus non placet, timor placet. Bellãtem deſtruit, rogãtem eleuat: humiles exaltat, ſuperbos deiecit. c ¶ Beneplacitum eſt deo ſuper timentes eũ.] Vnus timor plures timores profjcit. Melius eſt unum timere, ut plures non timeas, q̃ plures timere ut unũ nõ timeas. d ¶ Et in eis qui ſperãt &c.] Sperãt non in operibus ſuis, ſed in miſericordia iudicis. Laudate dominũ quoniam bonum eſt pſalmus: quoniam qui ſperant ſuper miſericordia eius, ſola ſaluatione ſanãtur. Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. CXLVII

Lauda Hieruſalem dominum: lauda deũ tuum Siõ.] Modo audiuimus ſanctum prophetam prædicãtem propter præuaricationẽ legis populũ Iudaicum eſſe deſertum, & quomodo nũc dicitur: Lauda Hieruſalem dominum: lauda deum tuum Sion? Deinde quid ſequitur C
f ¶ Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum.] Ergo de iſta Hieruſalem loquitur, de iſta Sion: lauda deũ tuum Sion. Quare? Quoniam confortauit ſeras porta- Hiere.15.b rum tuarũ. Non ſunt portæ & quomodo ſeræ ſaluæ ſunt.
g ¶ Benedixit filios tuos in te.] Quomodo benedixit, qui dixit, relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. h ¶ Qui poſuit fines tuos pacẽ.] Vbi pax poſita eſt, quæ bello ſubuerſa eſt?
i ¶ Et adipe frumenti ſatiat te.] Frumentum adipes habet? O Iudæe reſponde. Frumentum adipem habet? Si ergo frumentum adipes nõ habet, & compelleris neceſſitate ſpiritualiter intelligere, ſecundum iſtum uerſiculum & cætera intelligenda ſunt. Lauda Hieruſalem dominum. Hieruſalem uiſio pacis. Lauda deum tuum Sion. Sion ſpecula interpretatur. Videtis ergo quid dicat. Lauda Hieruſalem dominum. Vbicunq; uiſio pacis eſt, ubicunque contemplatio dei: ibi laus dei fit. Laudat ergo eccleſia dominum quãdo cœperit in illũ credere & habere pacẽ, & cœperit uidere pacẽ: hoc eſt, Hieruſalem uiſionẽ pacis. Qui prius eras ſeruus idolorũ: factus es ſeruus dei. Lauda ergo deum tuum. Quando uero cœperis iam habere ſciẽtiam & eſſe ſpecula: hoc eſt, Sion: lauda dominũ: hoc eſt, tu lauda Hieruſalem, tu lauda Sion: tu eccleſiaſtica anima: tu eccleſia. Non laudent hæretici: non laudent ſynagogæ, ſed tu lauda. Quare? Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. Diligit dominus portas Sion: ſu- D per omnia tabernacula Iacob. Portas Sion diximus prophetas. Quoniam ergo portas Sion nouimus prophetas dici, uideamus quæ ſint ſeræ portarũ. Vere enim eccleſiæ portæ prophetæ ſunt. Sine prophetis eccleſiam ingredi non poſſumus. Manichæus intrare uoluit ſine portis, & non intrauit. Marcion non recipit uetus teſtamentum, & ſine portis ueteris teſtamenti in euangeliũ intrare non potuit. Nos ergo recipimus portas prophetas, & per portas ingredimur. Sed uideam⁹ quæ ſint ſeræ portarum. Multi latrones, multi fures cupiunt intrare per portas. Omnes qui ante me uenerunt, fures fuerunt & la- Ioan.10.c trones. O ſi & mihi cõcederet dominus ut ſera eſſem de portis Sion. Si quis hæreticorum per illas in euangelij diſpoſitionem uellet intrare: ego ſtarem in portis, & prohiberem illum. Quoniam confortauit ſeras portarũ tuarum. Da mihi aliquem eccleſiaſticum uirum ſcripturis cœleſtibus eruditum, ſi uiderit uenire Eunomium, uenire Arium, uelle tollere aliquid de prophetis cõtra nos, nonne ſtat quaſi ſera, nonne uincit quaſi ſera? Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. Pulchre dixit, confortauit, ut quando uideris uirum eccleſiaſticum diſputantem, non putes illum eſſe qui diſputat, ſed qui cõfortat eccleſiaſticum. Et adipe frumẽti ſatiat te. Niſi, inquit, granum tritici ceciderit, ipſum ſolum ſaluum erit. Si autem ipſum ceciderit, multos ſaluos facit. Dominꝰ noſter granum tritici in terram cecidit, & nos multiplicauit. Sed iſtud granum frumenti pinguiſſimum eſt, medullã habet, adipem habet. Et adipe frumẽti ſatiat te. Felix eſt qui in frumento iſto adipem intelligit. Legimus ſanctas ſcripturas. Ego corpus Ieſu, euangelium puto, ſanctas ſcripturas, puto doctrinam eius. Et quãdo dicit: qui nõ comederit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, licet & in myſterio poſſit intelligi, tamen uerius corpus Chriſti, & ſanguis eius, ſermo ſcripturarum eſt, doctrina diuina eſt. Si quando imus ad myſterium: qui fidelis eſt intelligit, ſi in maculam ceciderit, periclitatur. Si quãdo

A audimus ſermonem dei,& ſermo dei, & caro Chriſti, & ſanguis eius in auribus noſtris funditur,& nos aliud cogitamus,inquantū periculum incurrimus? Et adipe frumēti ſatiat te. Pinguiſſimus ſermo diuinus eſt. Omnes habet in ſe delicias. Quicquid uolueris,ex ſermone diuino naſcitur,ſicut tradūt Iudæi: quoniam manna quando comedebant,ſecundum uolūtatem uniuſcuiuſque ſic ſapiebat in ore. Ac ſi dixiſſet, Qui manna comedebat,ſi deſiderabat mala,ſi pirū, ſi uuam,ſi panem,ſi carnes,ſecundū qualitatem & uolūtatem comedentis, ita & ſapor in māna erat. Sic

> eloquiū ſuum terræ: uelocit℞ currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam,nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallum ſuum ſicut buccellas,ant℞ faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittēt uerbum ſuum & liquefaciet ea,flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Qui annunciat uerbum ſuum Iacob,iuſticias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

& in carne Chriſti,qui eſt ſermo doctrinæ,, hoc eſt, ſcripturarum ſanctarum interpretatio,ſicut uolumus,ita & cibū accipimus. Si ſanctus es,inuenis refrigeriū. Si peccator es,inuenis tormentum. Et adipe frumenti ſatiat te. Non dimittit aliquas reliquias. Benedixit filios tuos in te. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Qui poſuit fines tuos pacem. In alio
Pſal.75.a pſalmo legimus: Et factus eſt in pace locus eius. Pacem meam do uobis,pacem meam relinquo uobis,nō ſicut mundus habet pacem. Si quidem mundi pax,noſtrum
Ioan.14.b bellum eſt. Meam pacem do uobis. Bellum habetote cū mūdo,& meam pacem habebitis. Qui poſuit fines tuos pacem. Qui ergo non eſt in pace cum fratre,iſte non eſt in finibus Hieruſalem. Dicat aliquis, Quid facio? Non uult mihi reconciliari frater, ergo extra fines ſum Hieruſalem? Quantum, inquit, ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Cum his qui oderunt
B pacem,eram pacificus. Tu habeto pacem,ſi alius iraſcitur. Ille bellum habet,& per bellum illius tibi pax naſcitur. Vultis ſcire quomodo & bellum pax ſit? Infelix Iudas ueniebat ad proditionem,& dominus ei pacis oſculum porrigit: ille oſculo bellum creat. *a* ¶ Qui emittit eloquium ſuum terræ.] Reſponde Iudæe,Si de frumento dicebat,& adipe frumēti ſatiat te,quō nunc dicit,Qui emittit eloquiū ſuū terræ? In principio erat uerbū, hoc uerbum in carne mittitur. Et uerbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Qui emittit eloquiū ſuum terræ. Eo tempore completū eſt: Terra dedit fructum ſuum. Qui emittit eloquium ſuum terræ. De prædicatione loquitur euangelica,& de doctrina apoſtolorū. Denique ſequitur *b* ¶ Velociter currit ſermo eius.] In omni enim terra auditus eſt ſermo eius,& in orbe terrarum, apoſtolica doctrina. Vnus homo pauper & iam ſenex prædicauit ab Hieruſalem uſque ad Illyricum,& uelociter currit ſermo eius. Quoniam ergo uenerat de Hieruſalem uſque Illyri
Rom.15.c cum,& uelociter cucurrit ſermo eius: deinde ſequitur & dicit ipſe ſermo qui prædixerat,de Hieruſalem uſq; ad Illyricum: Volo autem ire & ad Hiſpanias. Hoc loquitur apoſtolus Paulus: Videte uelocitatem ſermonis: Nō eſt contentus ad orientem,ad occidētem currere deſiderat. *c* ¶ Qui dat niuē ſicut lanam, nebulā &c.] Videtis quāta ſit difficultas,q̄ obſcura ſunt quæ dicuntur. *d* ¶ Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?] Cuius? Nihil dicitur. Deinde dicitur. *e* ¶ Emittit eloquiū ſuum & liquefaciet ea.] De quo dixerat,Emittit eloquium ſuum terræ. Emittit uerbum ſuum. Quis emittit? Deus pater. Et uerbū erat apud deum,& deus erat uerbum. Diximus patrem: diximus filium: non poſſumus in ſuplo numero credere,niſi compleatur trinitas. *f* ¶ Flauit ſpiritus eius & fluent aquæ.] Videtis quoniam ubi pater & uerbum dei,ſtatim & ſpiritus ſanctus eſt. Videamus ergo ab initio quod dicitur: Et adipe frumenti ſatiat te: emittit eloquium ſuum terræ: uelociter currit ſermo eius. Repente quid ſequitur? Qui dat niuem ſicut lanam. Sermo domini qui uelociter currit: ſic datur quaſi nix, & ipſa nix eſt quaſi lana. Videte miſericordiam domini. Cibus domini,nobis in ueſtimentum uertitur. Dixerat Ioānes de domino ſaluatore, Ecce agnus dei qui tollit peccata mūdi. Et in alio loco Eſaias, Quaſi ouis ad uictimā duct℞ eſt. De iſto igitur agno,& de iſta oue, lana iſta eſt q̄ſi nix. Dicit Eſaias: Si fuerint peccata ueſtra q̄ſi coccinū quaſi niuē dealbabo. Aſperges me dñe hyſſopo & mūdabor,lauabis me & ſuper niuē dealbabor. Qui dat niuem ſicut lanā. Tolle domine ſordes meas,tolle quodcunque uitiī eſt. Niuē tuam & puritatem tuam tribue mentibus Chriſtianis. Niſi tu nobis niuem dederis mundiciarum tuarum,ueſtimentum tuum habere non poſſumus. Chriſtus ueſtimentum noſtrum eſt. Si uolumus Chriſti habere ueſtimentū, mundiā ſimus quaſi nix. Nebul quaſi cinerem ſpargit. Male interpretatus eſt Latinus nebulam. Quod enim ὁμίχλη dicit̄ in Græco,in Hebraico habet כְּפֹר id eſt, pruinam. Denique ita ſequitur. Pruinā ſicut cinerē ſpargit. Docet nos,& facit nobis ueſtimentum quaſi niuem,& cum nos ueſtierit ueſtimento ſuo,tunc nobis tribuit alimēta. Pruinam ſicut cinerem ſpargit. Vide quid dicat: ſicut cinerem. Vis eſſe mundus, age pœnitentiam. Panem meum ſicut cinerem manducaui,& potum meū cum fletu miſcebam. Nonne uides quomodo pruinam ſuam ſicut cinerem ſpargit? Grandis rerum mutatio. De cinere nix fit. De pœnitentia,mūdus efficitur. Mittit cryſtallum ſuum ſicut buccellas, Quomodo panes frangū D tur,& buccellæ fiunt,ſic & cryſtallus frangitur,& in buccellas uertitur. Cryſtallus naturam hanc habet, ſicut aquæ quando congelantur: quod nos glaciem dicimus. Inter cryſtallum ergo & aquam hoc intereſt,hoc eſt,inter aquam & glaciem,quoniam aqua latiſſime funditur: cæterum cryſtallus quaſi compingitur in ſe,& in unam formam redigitur. Si quando aqua congelaſcit,cryſtallum efficit. Quoniam ergo nos in totum uerbi carnes capere non poſſumus,franguntur,ut per partes illas capiamus Res ſunt obſcuræ,& interpretationis difficultas non nobis concedit latius loqui. Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Cuius? Alīi dicunt cryſtalli,alīi domini. Mihi autem uidetur de deo dici. Ante faciem frigoris eius qs ſuſtinebit? Quæ tormenta dicuntur in ſcripturis ſanctis peccatori præparata? Nihil gehenna calidius eſt,& tamē ipſa frigida eſt. Gehenna ex igne eſt? Sed ſi quis à charitate refriguerit,mittitur in gehennæ ignem. Scriptū eſt, Quoniam in nouiſſimis diebus refrigeſcet charitas multorum. Quicunque ergo ſic infriguerit,iſte mittitur in ignem. Dominus nobis præſtet,ne quando frigus ingrediatur corda noſtra: non peccamus,niſi ante refriguerit charitas. Denique quid loquitur Apoſtolus? Spiritu feruentes. Et deus noſter ignis eſt. Si ergo deus noſter ignis eſt, propterea ignis eſt, ut frigus diaboli eiiciat. Aquilo uētus frigidiſſimus, nomine autem dexter uocatur. Pulchre dixit, uocatur. Aſſumpſit enim ſibi nomen, cum ſiniſter ſit. Si cuius ergo anima refrixerit, ut aquilo uētus frigidiſſimus eſt. Quando autem calor charitatis in corde noſtro refrigeſcit? Si peccauerit, ſi refrixerit, ſi mortuus fuerit, diligenter attēdite quæ dico: ſi refrixerit, ſi mortuus fuerit. Refrigeſcere autem mortuorum eſt, calere uiuentium, Si quis ergo refrixerit & mortuus fuerit, mittet deus uerbum ſuū, & liquefaciet eum. Dominus præſtet, ut & noſtrum frigus liquefiat: ut cryſtallū illud ſoluatur & molle fiat. Emittet uerbum ſuum & liquefaciet

Alleluiá Aggei & Zachariæ. CXLVIII

L Audatẽ dominum de cœlis,laudate eum in excelsis.Laudatẽ eum omnes angeli eius, laudatẽ eum omnes uirtutes eius.Laudatẽ eum sol & luna, laudatẽ eum omnes stellæ & lumen.Laudatẽ eum cœli cœlorum,& aquæ quæ super cœlos sunt,laudent nomen domini.Quiá ipse dixit & facta sunt,ipse mãdauit & creata sunt.Statuit ea in seculum & in seculum seculi, præ/

A ea.Da mihi peccatorem quẽ dominus non respicit: non habere calorem,sed totum esse frigidum & mortuum.Si ad sermonem dei cõpunctus fuerit,& cœperit agere pœnitentiam,& durissimum cor illius emollitum fuerit,eo tempore completur,Emittet uerbum suum & liquefaciet ea. Emittit pater: uerbum mittitur: unguit spiritussanctꝰ.Flauit spiritus eius, spiritu feruentes.Frigus non expellitur,nisi calore spiritus sancti. Vbi sunt Eunomiani, ubi Ariani,ubi Macedoniani,qui dicũt spiritumsanctũ non numerari cum patre & filio?Deus pater mittit:uerbum mittitur, & tamen plena sanitas non est, nisi spiritus sanctus flauerit.Flauit spiritus eius & fluent aquæ.Aquæ quæ ante duræ erant, molles fient.Qui ante iusticiam audire uel dare non poterat,iste nunc discipulus est. Quoniã autẽ multa locuti sumus:& quæ sequuntur, manifesta sunt: oremus dominum,ut nostra duritia mollescat,& nostra peccata purgentur,ut efficiamur quasi ignis,ut & frigus diaboli quodcunque est in cordibus nostris expellatur, & caleamus spiritu sancto. Est quippe & malus calor. Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum. Sed ille calor,calore spiritus sancti expellitur.Cui sit gloria in secula seculorum.Amen. *a* ¶ Iste psalmus duo alleluia habet in titulo,& hoc multi putant, quoniam in titulo psalmi sint posita. Scire aũt debemus quoniã unũ alleluia de fine superioris psalmi est.Aliud alleluia initium sequentis psalmi est.Et hanc regulam debemus accipere & scire: quoniam omnes psalmi qui in principio habent alleluia,& in fine habeant.Multi autẽ putant, quoniam alterius psalmi principium sit.Non est ita, sed ille psalmus qui in principio habet alleluia,ipse & in fine habet.Hoc totum quare dixi?Vt sciatis quare in isto psalmo,duo alleluia præposita sunt.

B

CXLVIII

L Audate dominũ de cœlis,laudate eum in excelsis.] Ad laudem dei sola hominum natura non sufficit,iũgantur & cœli.Laudate dominum de cœlis.Non dixit: laudate cœli,sed uos laudate qui estis in cœlis: hoc est, qui habitatis in cœlis,throni,dominationes,potestates, seraphim,cherubim,& omne nomen quod nominatur: non solum in præsenti seculo,sed in futuro.Laudate dominum de cœlis.Qui estis in cœlis,qui estis in excelsis, laudate eum in excelsis.Excelsi laudate excelsum. Non dixit humilibꝰ & deorsum positis: laudate,sed uos qui in sublimi estis. *c* ¶ Laudate eum omnes angeli eius.] Vides in quo gradu sunt angeli?Primum throni dicuntur.Throni, sedes.Non putemus cathedras esse,in quibus deus sedeat:sed uirtutes aliquas in cœlestibꝰin quibus deus sedeat semper, quasi in quadriga sua.Laudate eum omnes angeli eius.Qui angelus est,laudat: qui dæmon est,laudare non potest. *d* ¶ Laudate eum omnes uirtutes eius.] Quia ad laudes dei angelos prouocauimus,& homo cunctarũ uirtutũ nomen scire non potest, generaliter dico,Laudate eũ omnes uirtutes eius.Hucusque de inuisibilibus , laudate eũ qui estis inuisibiles.Inuisibilia humanus oculus nõ potest intueri.Nunc uenit ad creaturas quas oculis cernimus. *e* ¶ Laudate eũ sol & luna.] Videte gẽtiles:uidete Manichæi:Sol laudat,nõ laudatur.Laudate eũ sol & luna. Vos solem deũ dicitis. Ecce post quanta laudat.Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.Laudate eum omnes angeli eiꝰ, laudate eum omnes uirtutes eius.Deus uester in quinto gradu laudans ponitur.Laudate eum sol & luna. Non dixit,luna & sol,sed sol & luna,Quod maius in lumine est,prius laudat. Videte ordinem uisibilium. Laudate eum sol,post solem,luna: post lunam,omnes stellæ. Nõ tantum lucifer,non tantum maiores stellæ:sed minores pariter laudent dominum.Dicat aliquis. Quomodo sol & luna & stellæ laudant deum?In eo quod à suo officio & seruitio non recedunt. Seruitium ipsorum, laus dei est. Grandem honorem habes humana anima.Sol & luna & stellæ pro te currunt: pro te seruiunt.Angeli,throni,dominationes non habẽt solem necessariũ,non lunã, non stellas.Super solem enim & lunã sunt in cœlestibus.Sol eñ & luna & stellæ propter nos sunt: nobis seruiũt.Dicit & Apo/ Rom.8.d

C

stolus: quod ipsa creatura congemiscit & parturit in liberatione seruorum dei.Quando autem filij dei assumpti fuerint,& ipsa creatura de hoc seruitio liberatur. Dicat aliquis: Quomodo sol seruit & liberatur?Quomodo luna?Quomodo stellæ liberantur?Sol liberatur: ne Iudæos uideat: nec gentiles, nec blasphemantes dominum suum. Videt parricidas,uidet homicidas,& tamẽ seruit imperio eius qui iussit.Solem enim suum oriri facit super iustos & impios. *f* ¶ Laudate eum omnes stellæ & lumen.] Dicat aliquis, Quod est lumen sine sole,sine stellis,sine luna?Dicere possumus inter noctẽ & diem , uel inter diem & noctem,quod absque sole lucet:licet multi putent ipsum splendorem solis esse.Dicit igitur:Laudate eum omnes stellæ & lumen.Vt quomodo de inuisibilibus dixerat, laudate eũ omnes uirtutes eiꝰ,sic & de uisibilibus dicat laudate eum omne quod lucet. *g* ¶ Laudate eum cœli cœlorum.] Plures cœlos dicimus. Denique Apostolus usque ad tertium cœlum raptum se esse dicit. Vide igitur quantus fulgor est,ut cœlum cœli sit. Et cætera quæ sequũtur,dixit de uisibilibꝰ. *h* ¶ Quia ipse dixit,& facta sunt.] Dei iussisse,fecisse est:eius imperium fabrica est.Quia ipse dixit,& facta sunt,secundum illud quod in Genesi scriptum est.Et dixit deus, & fecit deus.Hoc est, dixit deus pater:fecit filius.Dicat aliquis: Ergo maior est ille qui iubet,& minor est iste cui iubetur.Dicunt hoc Ariani,dicunt hoc Eunomiani, & dicũt Macedoniani.Respondeo tibi secundum sensum tuum: O hæretice dicis: maior est pater qui iubeat,& minor est filius in eo quod iubeatur ab illo.Si hoc secundum sensum humanum accipis,responde mihi:quid est maius, iubere,an facere?Dico:fiat domus,& alius facit domũ. Dicere nihil grande est,facere difficile. Maior ergo ille qui facit:quam qui præcipit.Sed & hoc impium est:Nõ enim filius maior est patre.Sicut enim hoc impium est de filio contra patrem credere,sic & illud impiũ est de patre contra filium credere.Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Vna natura iubet & facit.Deus iubet & deus facit.Iubet pictor, ut pingat pictor,& pictor pingit,quod pingi præceperat. *i* ¶ Statuit ea in seculum & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit.] Grandis est hominis honor,& grandis infelicitas.Sol tibi currit:elementa tibi seruiunt,& tu ignoras creatorem tuum.Præceptum posuit & non præteribit.Præceptũ soli posuit.Ecce per tantos annos præceptum dei nunquàm præterijt.Intantum non præterijt ut cursus eius ex humana obseruatione comprehensus sit.Præceptum posuit & non præteribit.Lunæ præceptũ posuit,ut per triginta dies crescat atque decrescat.Nunquid cursus suos aliquando mutat?In cœlo præceptum dei seruatur,& in terra non seruatur.Mari præceptum posuit:ut littora sua non egrediatur.Venit Oceanus tumens fluctibus:& in se redit:& præceptum dei meminit. Totus mundus deo seruit:& præceptum eius meminit:

D

2.Cor.12.a

A & homo ſolus nō meminit. Ideo dicimus & in oratione dominica: Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Sicut in cœlo angeli tibi ſeruiunt, & creatura ſeruit, ita ſeruiat & homo. O infelix hominum genus. Deſcendit ad te deus, quoniam tu ad cœlum non uis aſcendere. Non tibi ſufficit quod non ſuſcipis, ſed occidis: crucifigis, blaſphemas, flagellas: Non tibi ſufficit quod occidis, ſed nec pœnitentiam agis quod occideris. Dixit de inuiſibilibus, dixit & de uiſibilibus, ſed de uiſibilibus cœleſtibus: nunc etiam de terra. Videte ordinem laudantis. Primum laudant inuiſibilia, deinde uiſibilia. Et ipſa uiſibilia diuiduntur in duo, in cœleſtia & terreſtria. Dixit de cœleſtibus, nunc dicit de terreſtribus.

ceptum poſuit & nō præteribit. Laudatē dominum de terra, dracones & omnēs abyſſi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Beſtiæ & uniuerſa pecora, ſerpentes & uolucres pennatæ. Regēs terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenēs & uirgines, ſenes cū iunioribus laudent nomē domini, quia exaltatū eſt nomen eius ſolius. Confeſſiō eius ſuper cœlum & terram, & exaltauit cornū populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius, filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi.

Alleluia. CXLIX

CAntatē domino canticum nouum, laus eius in

a ¶ Laudate dominum de terra.] Quoniam laudauerunt angeli, laudauit cœlum: laudet & terra. Videamus de terra qui prius laudent. b ¶ Dracones & omnes abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius: montes & omnes colles, ligna fructifera: & omnes cedri: &c.] Poſt tāta quid dicitur? Poſt dracones, poſt ſerpentes, poſt ignem, poſt grādinem, poſt beſtias, & uniuerſa pecora: o homo, qui tibi grandis uideris, de te dicitur, & non de ſimplici homine ſed de his hominibus, qui inter homines maiores ſunt.

B c ¶ Reges terræ & omnes populi: principes & omnes iudices terræ.] Deinde quid ſequitur? d ¶ Iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini.] Et cætera quæ ſequuntur. O quanta in iſtis myſteria continentur. Laudauerunt cœleſtia, laudauerūt inuiſibilia: nunc ad terrena deſcendit, & ad laudationem dei primū dracones & abyſſi concitantur. Vbi abundauit peccatum, ſuperabūdauit gratia. Qui primū draco eras: qui habebas uenena ſerpentis, o tu qui primū abyſſus eras, & tenebræ ſuper abyſſo ferebantur. Videte quid dicat: Vbi dracones: ubi uenena: ubi abyſſus: ubi tenebræ? Ne deſperes igitur. O tu qui draco eras: qui tenebroſus eras: & deum laudare non audebas, age pœnitentiam, & ſtatim conuerteris. Licet in Hebræo non habeat dracones, ſed habet תניינים Thanninim, quod interpretatur, cete. Dicit autē cete infinitæ eſſe magnitudinis. Denique ipſe cete in abyſſis eſſe dicitur. Dicamus ergo primum ſecundum literam: Videte quid dicat: Laudate ea quæ in mari ſunt, & laudate ea quæ extra mare ſunt. Dracones & omnes abyſſi. A parte totum ſynecdochicos. Deinde ſequitur: Ignis. Videte concordantem diſcordiam aquæ & ignis: ſimul laudant deum. Dracones & omnes abyſſi. Vniuerſa quæ naſcuntur ex aqua, naſcuntur ex igne: hoc eſt, ex humore & calore: nec ignis ſolus generare poteſt ſine humore, nec humor ſine igne Nihil eſt tam contrarium, quàm humor calori, & calor humori. Tamen uoluntate dei hæc quæ inter ſe diuerſa ſunt, in noſtra natiuitate concordāt. Grando, nix, glacies, & ſpiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Multa ſunt quæ dicantur, & in ſingulis immorari non poſſumus. Grando, nix, glacies, & ſpiritus procellarum. Omnia quæ uidemus in mundo, nobis ſeruiūt. Serpentes, abyſſi, ignis, grando, nix, ſpiritus procellarum uidentur ſine ratione eſſe, ſed nobis ſeruiunt. Die heſterna tempeſtas fuit, uidebatur nobis eſſe contrarium: erat frigus, erat humor, erant pluuiæ. Hoc quod ad horam nobis uidetur eſſe contrarium, pro nobis eſt, fructum enim nobis parit. Vide enim quid dicit, Illa & illa quæ faciunt uerbum eius. Erubeſce homo. Serpentes, abyſſi, nix, pluuiæ, tempeſtas, uerbum dei faciunt, & tu non facis. Montes & omnes colles. Nec montes mutantur in colles, nec ualles in montes, ſeruant naturam ſuam. Ligna fructifera & omnes cedri: Lignum uides quaſi ſiccum amiſſis foliſs: æſtas cum uenerit, tibi mittit germen, tibi fructus parturit. Lignū tibi fructum parit, & tu deo fructus non paris. Et omnes cedri. Imitare cedrum. Cedri nituntur ad alta, quaſi ad cœlum ire feſtinant. Et tu imitare ligna irrationabilia. Beſtiæ & uniuerſa pecora. Non mutant naturam ſuā

C Omnia ſtant in ordine ſuo, abſq; ſolo homine, cui omnia ſubiecta ſunt. Serpentes & uolucres pennatæ. Neque ea quæ in cœlo ſunt, ad terram ueniunt, ſed ibi deo ſeruiunt. Dicat aliquis, ſecundum hiſtoriam loqueris, non dicis Allegorice. Si ſecundum hiſtoriam dicis, quare primum abyſſi, & nix, & grando, deiude ligna fructifera, & cætera irrationabilia laudant deum, & ad extremum, homo? Legamus Geneſim, & ſecundum ordinem natiuitatis & creaturarum, ita uidemus cuncta laudare. Ibi enim ſcriptum eſt, primum eas animantes factas eſſe, quæ in aqua ſunt, deinde ea facta quæ in terra ſunt: deinde facta uolatilia, & poſtea hominem unum fecit. Igitur ſicut primum factum eſt: ſic laudat dominum. Sed alius ſenſus eſt, O homo, uniuerſa iſta quæ dixi, cuius cauſa facta ſunt? Beſtiæ, ſerpentes, ligna fructifera, uolucres pennatæ: hæc uniuerſa in eo laudant deum quia non mutant naturam ſuam. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius? Omnis ætas: omnis ſexus, omnisque poteſtas illum laudet: cui pater euacuatis poteſtatibus, dedit nomen excelſum: nec quiſquam ſibi quo utitur, reuocet, ſed ei de quo & ſequitur. e ¶ Confeſſio eius ſuper cœlum & terram.] Quia iuxta Apoſtolum: omnia ei confitentur: non ſolū cœleſtia ac terrena, uerumetiam & inferna. f ¶ Et exaltauit cornu populi ſui:] Eccleſiaſtici utique. g ¶ Hymnus omnibus ſanctis eius filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi.] His deputatur cœleſtis hymnus: qui in eo ſancti effecti ſunt, qui eum mente conſpiciunt: qui eius fidei appropinquant, quos ab eo peruerſitas iniqua non ſeparat, qui nos dignetur tradere in regnum deo patri & conformes efficere claritati corporis ſui, ut iam nō ei locali & trāſitorio cantu, ſed perpetuo & immobili cœleſtis ſtationis hymno, iugi modulatione canamus: quia ipſi eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. CXLIX

¶ Iſte pſalmus lectus eſt, qui habet in principio.

CAntate domino canticum nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum.] Quia & nonageſimus quintus pſalmus & nonageſimus ſeptimus, eadem habent principia. Nonageſimus ſeptimus pſalmus hoc titulo prænotatur. Pſalmus Dauid, quando domus ædificabatur poſt captiuitatem, id eſt, poſt pœnitentiam, domus Chriſti ædificatur. Quoniam igitur dixit primo, Cantate domino canticum nouum, & nouus populus can-

tat

A tat canticum nouum & benedixit, nos ad reliqua curramus. a ¶ Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum.] Ille lætetur, qui sensu uidet deum. Israel enim hic interpretatur, sensu uidens deum. b ¶ Et filij Sion exultẽt in rege suo.] Filij ecclesiæ, filij noui populi, exultent in rege suo, in Christo, qui regnat in eis. Videtis quomõ leuiter summa quæque perstringimus. c ¶ Laudent nomen eius in choro.] Vbicunque chorus est, ibi diuersæ uoces in unum cãticum congeruntur. Quomodo enim diuersæ chordæ, unam uocem efficiunt cantici, sic & diuersæ uoces, hoc est, cum fimul fuerint congregatæ, chorum domini efficiunt. Laudent nomen eius in choro. Vbi dissensio est, ubi inuidia, ibi chorus non est. d ¶ Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei.] Chorus iste canticum habet, & tympanum & psalterium habet. Crucifigamus corpora nostra Christo, & tali tympano canamus deo. In tympano & psalterio psallãt ei. Tympanum non habet carnem, sed pellem: Et nos quàmdiu carnei sumus, non sumus tympanum. Tympanum non est, nisi quod non habeat carnes: nisi quod tenditur. Tympanum non potest esse contractum, sed extẽsum. Et nos peccata non contrahant, sed iustitia dilatet. Ad reliqua percurramus. In tympano & psalterio psallant ei. Quod
B in choro dicimus, hoc dicamus in psalterio. Psalterium proprie genus organi est musici, quod est quasi cithara. Similitudinẽ habet citharæ, sed nõ est cithara. Inter psalterium & citharam, hoc interest. Cithara deorsum percutitur: cæterum psalterium sursum percutitur, quod uerbo uulgari dicitur polyphthõgum. Hoc est ergo psalterium. Hic ergo præcipitur nobis, ut in cantico nouo canamus deo: non deorsum de cithara, sed desursum, hoc est, in psalterio. e ¶ Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mãsuetos in salutem.] Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terram. Si ergo ibi dicitur: beati mites, hoc est, mansueti, quoniam possidebunt terram. Et hic dicitur, exaltauit mansuetos in salutem, & isti mansueti hæreditate possidebunt terram: ergo ista terra nõ est deorsum, sed desursum est. Quid enim dicit? Exaltauit mansuetos in salutem. Si enim mansueti istam terram possiderẽt, quæ deorsum est: non diceret, exaltauit.
f ¶ Exultabunt sancti in gloria.] In qua gloria? exurge gloria mea: exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. In qua gloria? Necdum enim erat spiritus datus: quia Iesus nec dum erat glorificatus, hoc est, nõ erat crucifixus. Exultabunt sancti in gloria. Hoc ergo dico, exultabunt sancti in cruce. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ecce uoce Apostoli prophetia completa est. g ¶ Exultent sancti in gloria, lætentur in cubilibus suis.] Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meũ rigabo. Illud peccatoris est: illud pœnitentis est: Hoc uero quod dicitur lætabuntur in cubilibus suis, ad sanctos pertinet ad iustos ptinet. Quis de nobis in cubili suo lætatur? Quis non pugnat cum carne sua? Ego cum è lectulo meo uigilauero, non lætor, sed pugno: non regnum cœlorũ suspiro, sed cum carne pugno. Incendium carnis rigo lachry-
Psal.6.b mis, & extinguo. Propterea dicitur: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Lectulus meus qui ardet libidine, extinguitur lachrymis: Felices isti, de quibus dicitur: Lætabuntur in

ecclesia sanctorum. Lætẽtur Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultẽt in rege suo. Laudẽt nomẽ eius in choro, in tympanõ & psalterio psallant ei. Quiã beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem. Exultabũt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationẽs dei in gutture eorum, & gladij ancipitẽs in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorũm in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudiciũm conscriptum, gloria hæc est omni-

cubilibus suis. b ¶ Exultationes dei in gutture corũ.] C
Vtiq; qui clamat, non in gutture clamat, sed in labijs. Et quomodo dicit: Exultationes dei in gutture eorum? Clamantes in cordibus nostris, abba pater. Vox quæ clamat ad deum, non est labiorum, sed cordis est. Denique dicit dñs ad Moysen: Quid clamas ad me? Exo.14.d
Certe Moyses nihil dixerat. i ¶ Et gladij ancipites in manibus eorum.] Istud, qui exultant in cubilibus suis: de sanctis dicitur, de perfectis uiris dicitur, quid habẽt aliud? Et gladios ancipites in manibus suis. Gladij sanctorũ ancipites sunt. Legimus in Apocalypsi Ioannis, quæ in ecclesijs legitur & recipitur. Neq; enim inter apocryphas scripturas habetur, sed inter ecclesiasticas. Dicitur ergo ibi de domino saluatore: Et gladius, inquit, Apoc.1.d
ex utraq; parte acutus egrediebatur de ore eius. Vides ergo quod isti sancti gladios istos ancipites quos habẽt in manibus, de ore domini susceperunt? Dominus ergo gladios de ore suo donat sanctis suis. Gladium ancipitẽ, hoc est, sermonem doctrinæ suæ. Gladium ancipitem, & secundum historiam, & secundum allegoriam, & secundum literam, & secundũ spiritum. Gladius iste anceps, duo capita habet: & de præsenti seculo loquitur, & de futuro. Et hic occidit aduersarios, & in cœlo aperit regna cœlorum. Gladios istos quare habent sancti? k ¶ Ad
faciẽdam uindictam (inquit) in nationibus.] O si & ego D
gladium istum ancipitem habere possem, ut uindictam facere possem in nationibus, gentes possem interficere: Arium possem, Eunomiũ possem, Manichæum possem, uniuersas hæreses possem. Et uidete quid dicat: Ad faciẽdam uindictam in nationibus. Vt occidantur & pereãt? Non hoc dicit. l ¶ Increpationes in populis.] Increpat, ut saluẽtur populi. Saluentur, qui inducti sunt à malis magistris. Nõ autem possunt populi liberari, nisi magistri obligati fuerint. Vnde sequitur. m ¶ Ad alligandos reges eorum in compedibus.] Vis populum liberare? magistros liga. Ad alligãdos reges. Non uocauit magistros, sed reges. Regnant enim in peccatis & miserijs eorum. Ad alligandos reges eorum in compedibus: Bene dixit, in compedibus: ne magistri multum currerent; ne multos deciperent, sed colligẽtur & stent. n ¶ Et nobiles eorum in manicis ferreis.] Nobiles eorum uideas inter hæreticos dicere: Iste uir doctus est: ille signa facit, iste dæmones ejicit. Sancti domini: quia habent gladios ancipites, hoc est, duorum capitum: & de ueteri & de nouo testamento, ligant illos magistros, & præpediunt pedes ipsorum, ne possint currere. Et nobiles eorum in manicis ferreis. Ligant, non occidunt, non interficiunt, sed ligant. Vinciunt manus, & captiuos ducunt ad ecclesiam uinculis ferreis. Catenæ istæ non fiunt, nisi de testimonijs scripturarum: dum testimonium iungo testimonio. Si uis ut non rumpantur istæ catenæ: non sint simplices, sed hincinde contextæ: Funiculus enim triplex non rumpitur. Hoc autem totum quare fit?
o ¶ Vt faciant in eis iudicium conscriptum.] Quid est iudicium conscriptum? Vt qui primum negauerant deum, reuertantur postea ad pœnitentiam. Iudicium conscriptum, ut captiuos suos soluant: ut quos ligauerant, & quos ab ecclesia duxerant, in ecclesia postea dissoluant. Vt faciant in eis iudicium conscriptum. Verbis simplicioribus loquor, hoc est, ut sic eos iudicent: quomodo in scripturis sanctis digestum est.

A a ¶ Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.] Vere non gloria eſt, ubi eſt aurum, ubi eſt argentum, ubi gemmæ, ubi ueſtimenta ſunt Serica. Quicunque habet iſtos gladios, quid habet aliud neceſſariū? Vide quid dicit: Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Rogemus deū, ut hanc habeamus gloriam: ut gladius de ore noſtri ſaluatoris egrediens, armet noſtras manus. Qui hāc romphæam habet, ſecuri gladium nō timet. Rem uobis dico nouam: Frequēter gladius iſtius ſeculi concedit illum gladium. Frequenter euenit, ut ſeculi gladius donet nobis illum gladium. Si enim iſtum timuerimus, illum nō accipiemus. Gratias igitur agamus ei qui habet iſtum gladiū, & benedicamus eum in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Iſte pſalmus tertij quinquagenarij cōtinet ſacramentum: id eſt, quod primus per baptiſmum & pœnitētiam ad innocētiæ nos regenerat bonum: ſecundus, poſt iudicium fructum innocētiæ comprehendit: tertius, expleta diuinæ ciuitatis ædificatione, & conſummata omniū ſanctorum ſpe, ad æternam gratulationem laudationemq; nos exhortatur. Ait enim. CL

LAudate dominum in ſanctis eius.] Qui eos poſt celebratum iudicium, in æternitatis gloria collocabit.

B c ¶ Laudate eum in firmamento uirtutis eius.] Eo quod omni infirmitate ſublata, firmamentum his æternæ uirtutis inuexerit. d ¶ Laudate eum in uirtutibus eius:] Pro eo quod mortem immortalitate potentialiter conſumens, incommutabilis uitæ eis tribuerit gloriam, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit. e ¶ Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.] Quia multiphario honore diſtinctas cœleſtium corporum deputat manſiones: ſicut
Ioan.14.a dominus ait: Apud patrem meū multæ manſiones ſunt. f ¶ Laudate eum in ſono tubæ.] In quo bello occiſi uicerunt, cōterente domino ſatanam ſub pedibus eorum. g ¶ Laudate eum in pſalterio & cithara.] Eo quod eis uel de cœlo canticum legis implere præſtiterit, uel poſt mortificatam carnem, quæ cithara accipitur, in ſe uiuificauerit. h ¶ Laudate eum in tympano & choro.] In tympano, quod mortificatum corpus, ſit immortalitate donatum. In choro, quod choris ſit angelicis ſociatum. i ¶ Laudate eum in chordis & organo.] Quod per ciborum abſtinentiam retortis uiſceribus, concupiſcentijſq; euictis carnalibus, digni inuenti ſunt regno dei, ad concinēdas diuinas laudes. k ¶ Laudate eum in cymbalis bene ſonātibus, laudate eum in cymbalis bene tinnientibus.] Impletur hæc laus in cymbalis bene ſonantibus exultātibusq;, eo quod corruptione carnis ſanguinisq; depulſa, conformati ad imaginem creatoris, omni plenitudine ſpei completa, ſicut ſol reſplendeant in regno dei patris omnipotentis. l ¶ Omnis ſpiritus laudet dominum.] In hoc ergo regno non caro, nō ſanguis, non corruptio, ſed homo iam ſpiritualis totus effectus, deum in ſpiritu (qui ſpiritus eſt) laudare non deſinat. Qui nobis præſtare dignetur: ut in hoc ſeculo factores legis effecti, in huius uitæ agone probati, & fideles inuenti, ſpiritualibus ditati fructibus, his mereamur adiungi concinentibus. Ipſi gloria & imperium cum æterno patre & ſpirituſancto, in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

SECVNDA EXPOSITIO SVPER PSALMVM CXIX

C VENIAMVS ad pſalmum, qui poſt centeſimum decimūoctauum pſalmum lectus eſt. Centeſimus decimusoctauus pſalmus (ut frequenter diximus) literatus eſt, hoc eſt, alphabetites eſt: Ab aleph enim incipit uſque ad extremā literam Hebræā, quæ Hebraice dicit Tau. Et ſinguli uerſus, à ſingulis literis incipiunt. Vigintiduæ ſunt literæ Hebraicæ, & octoni uerſus à ſingulis literis incipiūt. Verbi cauſa: ab a litera quæ dicitur aleph, octo uerſus incipiunt. Rurſum cum illi finiti fuerint: à ſecunda litera quæ dicitur beth, alij octo uerſus incipiunt. Et in tertio illis finitis, ab altera quæ uocatur gimel, alij octo uerſus incipiūt. Ergo centeſimus decimusoctauus pſalmus alphabetites eſt. Si uolumus legere epiſtolam non poſſumus legere, niſi prius ſciamus literas. Sic igitur & nos nō poſſumus ſcripturas cognoſcere, niſi primū alphabetū nouerimus. Centeſimus ergo decimusoctauus pſalmus alphabetites moralis eſt, & inſtruit uitam noſtrā. Et quia nunc nō eſt tēporis de uniuerſo pſalmo dicere: dicamus nunc de primo graduū pſalmo, qui ſic incipit. CXIX

A D dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.] Propterea autem uocātur graduum pſalmi, ut frequenter diximus, quoniā gradibus quibuſdā ad maiora conſcendimus. Nunc non eſt temporis de omnibus pſalmis graduum diſputare, & dicere: quomodo per ſingulos pſalmos gradus fiant, ut ad ſumma ueniamus. Interim dicamus nūc de primo gradu relinquentes myſterium: quare decimusquintus gradus dicatur, eandem enim rem frequēter dicere, tædium eſt audientibus. Vnde & Apoſtolus quindecim dies ſe teſtat feciſſe apud Petrum in Hieroſolyma, ut conferret utrunq; teſtamentum, & ſeptenariū & octonariū. Multa ſunt quæ dicantur. Ad dñm cū tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quicunq; adhuc in imo gradu eſt, reſpicit altiſſimū gradū decimū quintū. Quicūq; in quintodecimo fuerit, iam iuxta templum eſt: & iſtud templū, cuius nunc ruinas uidemus, offendit dominū ſuum. Et quid dixit dñs? Surgite abeamus hinc. Et quid dicit in alio loco? Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dñs egreſſus eſt, & templum corruit. Hoc igit templū in circuitu quindecim gradus habet. Signa aliqua uidemus, numerate, & uidebitis ita eſſe ut dicimus. Leuitæ igit & ſacerdotes, unuſquiſq; ſecūdū ordinē ſtabat in gradib. Verbi cauſa: Qui pōtifex erat, ſtabat in primo gradu, hoc eſt, in qntodecimo gradu ſurſum. In ſecūdo uero gradu ſtabant ſacerdotes, & in ipſis ſacerdotib. erat diuerſitas. In tertio rurſum minores ſtabant. In quarto rurſum ſtabāt leuitæ: Et inter leuitas erat multa diuerſitas, quicunq; erat extremus, ille in nouiſſimo gradu erat. Cōſiderate quoniā terrenū hoc templū, cœleſtis tēpli figura eſt: Stella em̄ à ſtella differt in claritate: ita & reſurrectio mortuorū. Felix qui in qntodecimo gradu in cœleſti Hieruſalē, & in templo eſſe meruerit. Tñ quia illud grande eſt, & illud puto eſſe apoſtolorū, martyrumque ſanctorum, nos oremus, ut ſaltem in ultimo gradu templi domini eſſe mereamur. In diuerſis quidem ſtāt gradibus: ſed unum pſalmum in laudes domini canunt. Diuerſa loca ſunt: ſed una laus domini. Hoc quod

Cal.1.d

Ioan.14.d Luc.13.g

PSALMVS CXIX

AD dominum cum tribularer clamaui, & exau

CL

LAudate dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet dominum.

A quod diximus de cœlesti Hierusalem, nunc interim in isto seculo constituti, puto diebus omnibus exerceri. Alius nostrum in primo gradu est, non desperet secundum, qui in secundo gradu est, non desperet tertium. Felices martyres, quorum multi de nouissimo gradu, in primum gradum ascendere meruerunt. Qui uiuit in isto seculo, non potest statim de primo ad summum conscendere. Non debemus igitur contenti esse primo gradu, semper debemus ad maiora conari. Nec qui in nouissimo est desperet primum: nec qui in primo est, debet esse securus: potest enim cadere in ultimum. Ego puto illud esse quod significat etiam Iacob scala: quando fugit Iacob Esau fratrem suum. Et uenit, inquit, in Bethel, & dormiuit ibi, & posuit lapidē ad caput suum. Videte ἀσκητὴν nostrum, fugiebat hominē crudelissimum, fugiebat fratrem, & auxilium inuenit in lapide. Lapis ille Christus est, lapis hic his qui persecutionem patiuntur, auxilium est. Cæterum Iudæis incredulis, lapis offensionis, & petra scandali. Et uidit, inquit, ibi Iacob scalam erectam de terra usque ad cœlum: & in cœlo, inquit, dominum. Et uidit, inquit, angelos ascendentes & descendentes. Videte quid dicat: Vidit angelos conscendentes, Vidit Paulum conscendentem. Vidit angelos descendentes: Iudas proditor corruebat. Vidit angelos ascendentes, sanctos homines de terra ad cœlum pergentes. Vidit angelos descendentes, diabolum & dæmones, cum exercitu suo de cœlo præcipitatos. Grādis est difficultas de terris ad cœlestia conscendere. Facilius ruimus, quàm conscendimus, facile ruimus, in ascendendo grandis labor est, grandis sudor est. Si fuero in primo gradu, quantum mihi restat usque ad cœlum? Si fuero in secundo, si in tertio, si in quarto, si in decimo, quid mihi prodest, nisi ad summū peruenero? Fac mihi istam scalam quindecim habere gradus, ueni usque ad
B quartumdecimum, nisi quintumdecimum tenuero: quid mihi prodest quod ad quartumdecimum ueni? Et si ad quintumdecimum uenero & corruero, maior ascensus, maior ruina est. Simul'que considera sacramētum: quia grandis labor est, & grandis sudor, de terris ad cœlum conscendere. Vultis scire qui sunt isti gradus? Qui est primus gradus? Ego puto primum gradum esse ieiunium: adhuc enim iuxta terram est, recedimus de terra, conscendimus, tamen adhuc de terrenis & corporalibus cogitamus. Dicat aliquis: quid mihi prodest ieiunium: ego quæro, ut anima mea pura sit apud dominum: quanti non ieiunant, & sancti sunt. Ego non hoc
1.Cor.9.d dico, si Paulus apostolus castigabat corpus suum, & seruituti subijciebat, ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniretur. Si dicit uideo autem aliam legem resistentem legi mentis meæ: & ducentem me in captiuitatem. Et postea dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Si ille insidias corporis timet, nos securi sumus? Si ille dicit. Quando infirmor, tunc fortior sum, infirmitas corporis, sanitas animæ est. Hoc totum quare dico. Quia abstinentia primus gradus est, & non statim putemus, quod si ieiunauerimus, conscendamus ad regna cœlorum. Ieiunia nos non ducūt ad regna cœlorum, sed sine ieiunijs non conscendimus ad regna cœlorum. Sola non prosunt, cum alijs prosunt. Hoc totum quare dixi? Quia quasi fundamentum est ascendentibus ad maiora. Secūdus uero gradus est, seculo renūcia re, nihil de seculo quærere, terrena contēnere. Aliquis dicat, Et hoc facere secūdus est? Ego dico secundū. Nihil est terrena dimittere, uitia animæ dimittere grande est. Si eīm ieiunauero, hoc est, si fuero in primo gradu, si dimisero possessiōes meas, hoc est, si fuero in secūdo gradu, qd mihi prodest si rixosus sum, si iracūdus sum, si detractor sum, si inuidꝰ sum. Nihil grāde est terrena dimittere, maiora sunt uitia quæ dimittēda sunt. Sed dicat aliqs, difficile est, grāde est, durum est. Et ideo grande est, quia difficile est. Athleta non coronatur, nisi legitime certauerit. C
Nulli faciat desperationem, arduus ascensus est, difficilis est, desperatio nascitur. Noli desperare ò homo, in quintodecimo gradu dominus supra est, intuet̄ te, dat auxiliū. Si in primo gradu es, & uidet̄ tibi grande esse spatiū inter primū & quintumdecimum, noli respicere gradum, sed cœlum aspice. Et uide quid dicat, non dixit, Vidi dominū stantem in quintodecimo gradu, nos enim ad stantem & erectum dn̄m peruenire non poteramus. Sed uide quid dicat: Vidi dominum innitentē super scalā. Vide quid dicat de eo qui stabat, incuruauit se, & humiliauit se, ut nos possemus ascendere. Dn̄s incuruus est ꝓpter te, humiliauit se, securus ascēde. Iste igitur qui nūc in primo gradu est, non est in tribulatione: iā enim recessit de tribulatione, iā in primo gradu posuit pedē. Non enim dicit, nūc tribulor, nūc clamo: sed quia in primo gradu est, refert quid passus est. Et quid dicit? Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Antequam in primo gradu pedem ponerem, tribulabar, quia non poteram terrena dimittere. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Videtur iste uersiculus nihil habere intrinsecus. Versiculus paruus est: sed tres sensus habet in se pariter conglutinatos. Quid enim dicit? Cum tribularer, ecce unum, clamaui, & post clamorē quid? & audiuit me. In uno uersu prior tribulatio, clamatio, exauditio. Non dixit: Quādo securus eram, quando lætus eram, clamaui: sed quādo tribulabar, clamaui. Petitis, inquit, & non exaudimini: quia negligēter petitis. Ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me: quid me exaudiuit? Fecit me stare in primo gradu: uerū ad comparationem quintidecimi gradus, quid est esse in primo gradu? Dimisi terrena, necdū ad alta conscēdi: ergo non debeo esse securus, in cæteris gradibus debeo auxilium dei postulare.

4 ¶ Domine libera animam meam à labijs iniquis, & D
à lingua dolosa.] Dicit hoc de omnibus hæresibus. Dicit de Iudæis, dicit de Arianis, dicit de Manichæis, dicit de cæteris hæresibus. Qñ dicit Arianus, pater maior, filius minor: quid dicemus nos? Dñe libera animā meā à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Qñ dicit Manichæus, & similis Manichæorū: dn̄s non resurrexit in corporis ueritate: & ut scias nō fuisse uerū corpus, clausis ingressus est ostijs, nos quid dicemus? Dñe libera animā meā à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Maiora uulnera sunt linguæ, q̄ gladij. Gladius interficit corpus, animā nō interficit. Lingua animā interficit, lingua mala res est, malū magnum: modicū quidem membrū: sed magna exulcerat. Quāta mala habeat lingua, legite epistolā sancti Iacobi. Lingua Iaco.3
nihil mediū habet, aut grāde malū est, aut grande bonū. Grande bonū, si Christū deum cōfitetur. Grāde malū, si Christū deum negat. Ergo ne putet aliquis & dicat interim, opere nō peccaui: si peccaui, lingua peccaui. Quod est maius peccatū, q̄ blasphemia in deū? & tñ lingua peccat. Diabolus cur de cœlo cecidit: quia furtū fecit? quia homicidiū fecit? quia adulteriū cōmisit? Et hæc quidem mala sunt: sed diabolus nō propter hoc cecidit, sed propter linguā suam cecidit. Quid enim dixit? In cœlū ascē- Esa.14.d
dam, super sydera cœli ponā thronū meū: & ero similis altissimo. Nō ergo putēt monachi se debere esse securos, & dicāt interim: Grādia crimina non facimus in monasterio, non adulteror, non furtū facio, non homicidiū facio, non parricidium facio: & cætera quæ grandia uitia sunt. Grande scelus est, quādo detraho fratri meo, lingua mea fratrē interficio. Qui enim odit fratrē suū, homicida est. Videte qd dicat Salomō: In manu linguæ, mors & uita. Prouer.18.d
Videte quid dicat: In manu linguæ. Vides quantū malū sit lingua, & manū habet. Quid enim dicit? In manu linguæ. Grāde uitiū est detrahere fratribus, tacere non posse, circuire cellas, alijs detrahere. Ego peccator sum: Iste peccator est, quid ad te? Teipsum considera ne cadas.

Quid

A Quid in alterius ruina exultas? Nũquid ſi ego cecidero, tu ſtabis? Licet ruina mea ſit, ruina fratris, timor tuus eſſe debet, non exultatio. Ille cecidit: lætaris, an triſtis es? Reſponde mihi: Frater cecidit, aut lætus es, aut triſtis? Si lætus es, ut quid in alterius ruina lætus es? Si autem triſtis es, quid circuis, quid alijs narras? triſtitiam tuã deus uideat, & ipſe frater ſentiat, nõ fratrum aures audiant. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. a ¶ Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?] Spirituſſanctus reſpondet prophetæ dicenti: Domine libera animã meam à labijs iniquis & à lingua doloſa: quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Reſpondet ei & dicit. tu qui dicis: domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa, quid tibi uis dari? Et poſtquam datum tibi fuerit, quid tibi rurſum apponi uis ad linguam doloſam? Videte quid dicat: Non dixit, contra linguam doloſam, ſed ad linguam doloſam. Si dixiſſet contra linguam doloſam: uideretur de aduerſario dicere. Videte quid ſit ſacramentum prophetæ: imò ſancti in primo gradu conſtituti. Dico ſimplicius propter ſimpliciores. Quid dicit? Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Verbi cauſa, à labijs aduerſarij mei, qui mihi detrahit. Sed dominus aliud reſpõdet. Et quid dixit? Non dixit, quid detur tibi, aut quid apponatur tibi contra linguam doloſam: hoc eſt, non dixit quid deſideras tibi fieri contra aduerſarium tuum. Sed quid dixit? Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam. Non dixit contra linguam, ſed ad linguam. Videte quid dicat, ad linguam doloſam: ad tuam linguam, non aduerſarij. B Si enim aduerſarius tibi detrahit, nihil tibi nocet, tu te interficis ſi alij detrahas. Verbi gratia: Si detrahat mihi frater, mihi quid nocuit? Si dicat me homicidam, ſi dicat me adulterum, ſi ſceleratum, ſi mendacem, mihi quid nocuit? E` duobus enim unum eſt: aut uerum dicit, aut mentitur. Si uerum dicit, nõ mihi illud nocet quod ille dixit: ſed quia uere ego feci. Si autem mentitur, mendacium ipſius non mihi nocet, ſed interficit animam loquentem. Infelices ſumus, miſeri ſumus. Quando aliquem habemus inimicum: dum putamus quod contra ipſum facimus, contra nos facimus. Detrahimus illi, huc illuc{que} circuimus, omnibus dicimus de eo: putamus quod illi noceamus? Illi non nocemus, ſed noſtras interficimus animas quod mẽtimur. Os enim quod mentitur, occidit animam. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Quaſi bonus medicus, qui dicit: ad hanc infirmitatem, ad hoc uulnus: quid tibi uis imponi: quod tibi uis emplaſtrum imponi? Quomodo ſi dicat aliquis ad uulneratum aliquẽ: quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad uulnus quo doles? Interrogat dominus: non quod ignoret, ſed quod iſte qui rogabat, ſciat quomodo rogare debeat. b ¶ Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.] Sagittæ potentis acutæ. Nunc reſpondet ad dominum, quid petat. Quia dixerat dominus: quid detur tibi, aut quid apponatur tibi? Nunc iſte dicit, quid petat: Domine hoc peto, ſagittas potentis acutas, cum carbonibus deſolatorijs. Videte quid dicat. Venenum linguæ meæ, & detractionem meam, nulla res poteſt foras proijcere: niſi ſagittæ tuæ quæ ſolitudinem faciunt linguæ meæ. Lingua mea tumet, uenenum habet intrinſecus, niſi ſagittis tuis compuncta fuerit & percuſſa, uenenum non egreditur. Debemus exemplum dare: ſi quando in corpore uulnus eſt, & in ipſo uulnere iam putridæ carnes ſunt, & cancer eſt, & fuerit pus intrinſecus: niſi apertum fuerit, non egreditur pus: Et ſi egreſſum fuerit pus: niſi cauteriatum fuerit, rurſum renaſcitur pus. Vide igitur quid dicat: Quia tumet lingua mea, C & pus habet: & uenenum habet, primum ſagittis tuis uulnera, ut pus poſſit exire: deinde carbones tuos & ignem pone: ut quicquid malum fuerit, excoquat & deſertum faciat. Vide igitur quid dicat: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Vtinam detur nobis iſte carbo deſolatorius. Vtinam & nos dicamus: Nonne cor noſtrum erat ardens in uia, cum aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Dicit & Eſaias ad Babylonem: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: hi erunt tibi in adiutorium. Et apoſtoli antequàm acciperent ſpiritumſanctum, habebant in lingua ſua adhuc aliquos tumores humanos: propterea ſpirituſſanctus deſcendit in ſpecie ignis in linguas eorum: ut quicquid puris habebant, ſpirituſſanctus decoqueret. Dicamus & aliud exemplũ: Eſaias cum uidiſſet dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum, quid dicit? Væ mihi miſero, quia compunctus ſum: quia labia immunda habeo, & in medio populi immunda labia habentis, ego ſedeo. Vide, quid dicit? Væ mihi miſero: quia immunda labia habeo. Et poſtea quid dicit? Quoniam labia habebat immunda, propterea mittitur unus de Seraphim, & tollit carbonem ignis de altari, & tangit labia ipſius & linguam, & purgat eam. Et quid dicit? Ecce hoc tetigi labia tua, & mũdaui linguã tuam. Et ſtatim ¶ quid dicit? Quem mittam ad populum iſtum, & quis ibit? O myſteria ſcripturarum, quàmdiu habebat linguam doloſam & labia immunda: non ei dicitur, quem mittam, & quis ibit? mundantur labia ipſius, & ſtatim mittitur ad loquendum. Ergo qui labia immunda habet, non poteſt prophetare, non poteſt mitti in obſequium dei. Cum carbonibus deſolatorijs. Vtinam præſtetur nobis & iſta ſolitudo: ut quodcunque malum eſt, tollat de lingua noſtra: ut ubi ſpinæ ſunt, ubi uepres ſunt, ubi urticæ ſunt, mittatur ignis domini, & uniuerſa exurat, & fiat ſolitudo Chriſti. c ¶ Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.] Hoc ſanctus dicit, qui corpus non deſiderat: qui terram non quærit, qui cœlum cupit. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Quando ægrotamus, quando febricitamus, quando ſuſpicamur nos mori, quando iacramus brachia, quando timemus, quando commeatum petimus: iſtum uerſiculum non poſſumus dicere. Iſte ſanus erat, non ægrotabat: & quid dicebat? Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Quàmdiu enim ſumus in tabernaculo corporis huius, peregrinamur à dño. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Incolatus meus: Non dixit, habitatio mea, ſed incolatus meus: in ſeculo enim præſenti non habemus habitationem, ſed peregrinationem. Vnde & Apoſtolus dicit: Quaſi aduenæ & peregrini. Aduena ego ſum & peregrinus. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Quod dicit, hoc eſt: Infelix ego, quàmdiu ſum in iſto corpore? Quis noſtrum hoc poteſt dicere? Si octogenarij fuerimus, timemus mori: & ſi centenarij ſumus, & ægrotamus, tamẽ commeatum & ſpacium poſtulamus. Hoc totum quare facimus? Quia peccatorum nos conſcientia remordet. Scimus enim, quia ſi recedamus de corpore, non imus ad Chriſtum, ſed ad gehẽnam. Apoſtolus quid dicit? Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Da mihi ſecuritatem, quia poſt mortem futurus ſum cum Chriſto, etiam nunc mori cupio. Ergo iſte quia ſanctus eſt, propterea dicit: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. d ¶ Habitaui cum habitantibus Cedar.] Cedar in lingua noſtra interpretatur, tenebræ. Vide ergo quid dicat: In quo loco ſumus: in quali mundo ſumus? Habitaui cum habitãtibus Cedar. Diu fui in tenebris: diu uixi in tenebris, diu fui in corpore mortis huius.

& à lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi, ad linguam doloſam? Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar,

Eſa. 47.b

Eſa. 6.b

1. Pet. 2.b

Phil. 1.c

D

¶ Multum

A 4 ¶ Multũ incola fuit anima mea.] Vide ſanctus quid dicat: Et ſi decem annos uixi, multum incola fuit anima mea. Quæ enim beatitudo eſt, ad cõparationẽ cœleſtiũ eſſe in terrenis? Multa ſunt quæ dicantur: ſed iam ad finẽ feſtinat oratio. b ¶ Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cũ loquebar illis, &c.] Infelices nos, linguam noſtram continere non poſſumus: nõ poſſumus nõ detrahere: ſi nos aliquis offenderit, quaſi uultum oſtẽdimus pacatũ, cæterum cor habet uenenum. Monachi dicimur, & licet non ſimus, quales eſſe debemus, tamẽ dicimur. Hora tertia oramus: hora ſexta oramus: nona, lucernarium facimus: media nocte conſurgimus: deinde gallicinio oramus. Videte quibus horis ſemper ad obſequium dei ſuſcitamur. Videte quid dicat: hora tertia, ſexta, nona, lucernarium, medio noctis, gallicinio, mane primo. Hoc totum facimus, & non cõſideramus: quia ſi inimicitias habet anima noſtra contra fratrẽ, ſine cauſa oramus. In
matth.5.c euangelio enim quid dicitur? Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ibi, quod aliquid frater tuus habet aduerſus te. Videte quid dicat: Nõ dixit, ſi habes aliquid contra fratrẽ tuum, ſed ſi aliquid frater tuus habet contra te. Rem quaſi iniuſtã uidetur nobis imponere: ſi enim dixiſſet, ſi habes aliquid contra fratrẽ tuũ, in noſtra erat poteſtate quod habebamus. Nũc uero quid dicit? Si recordatus fueris, quod aliqd habet frater tuus aduerſus te. Reſpõdeo ei: Domine non eſt hoc in mea poteſtate, ſi frater meus habet aliquid contra me: ego nihil habeo cõtra eum. Si ille habet cõtra me, ad me quid pertinet? Et quare non uis ſuſcipere munus meũ, & dicis: ſi offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatꝰ fueris, quod frater tuus aliquid habet cõtra te: dimitte munus tuũ, &
B uade prius reconciliare fratri tuo: & ſic offeras munus tuũ. Ecce ego nihil habeo: ſi ille habet, ad me quid pertinet? Reſpondet tibi dñs: Et quid dicit? Male ſerue, intelligo animũ tuum: Nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? Quare ergo ſaluari eum non uis? Si amas illũ, uade roga eum, ne ille contra te habeat ut ſaluari poſſit. Sed oſtendis quia non diligis eum: quia ſaluari eũ non uis: uade roga eum, mitte te ei ad pedes eius, diebus & noctibus deprecare, dicito: munus meũ dimiſi ad altare, propter te uictimas offerre non poſſum. Ille cõpungitur: & quid dicit? Si iſte qui me rogat, non offert munus ſuum, ego qui rogatus ſum & non ignoſco, quid
Rom.12.d facturus ſum? Propterea dicit & Apoſtolus: ut inimicis noſtris manducare demus & bibere. Et quid dicit? Hæc enim, inquit, faciens, carbones ignis congregas ſuper caput eius. Dicat aliquis, hoc inimici faciunt: ideo bene faciunt aduerſario, ut carbones ignis cõgregent ſuper caput eius. Sed aliud dicitur: Si tibi ille male fecerit, & tu ei bene feceris, carbones ignis congregas ſuper caput eius: hoc eſt, mundas uitia eius & excoquis maliciam eius, ut ad pœnitentiam cõuertatur. Videte ergo quid dicat hic ſanctus propheta: Cum his qui oderũt pacem, eram pacificus. Non dixit: qui uolebant pacem, ſed qui oderunt pacem. Illi oderãt pacem: & ego amabã eos qui oderant
Rom.12.d pacem. Ideo dicit & Apoſtolus: Quantum ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habẽtes. Rogemus fratrem: Si inimicus noſter eſt, rogemus & bis, & ter, & ſepties. Tamen & ſi peccauerit frater meus, quotiẽs dimittã illi, ſepties? Dico tibi, non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, hoc eſt, quadringẽties nonagies. Si uoluerimus computare de mane uſq; ad ueſperam, tanta peccata facere non poſſumus, quadringenta nonaginta. Tamen quid dicit dominus? Si ſeptuagies ſepties peccauerit in die, & conC uerſus rogauerit te, dimitte ei. Sed dicis: non ex toto corde cõuertitur, mentitur. Nos dimittamus deo iudicium, rogat me, deprecatur: nõ dicit hoc uere, deus nouit: Ego uocem audio: Chriſtus cor intelligit: ego ſuſcipio quod audio, ſuſcipiat Chriſtus quod nouit. Deinde uide mercedem tuam, mẽtitur ille, tu uerum ſuſcipis: illius interfectio eſt, tua ſalus eſt. Hoc totum quare locutus ſum? Quoniam in monaſterijs & maxime in cœnobijs, ſolẽt eſſe iſta uitia. Non erubeſcimus, nõ dolemus, dimiſimus matres, dimiſimus patres, dimiſimus fratres, dimiſimus ſorores, dimiſimus uxores, dimiſimus filios, dimiſimus patrias noſtras, dimiſimus domos, dimiſimus cellulas noſtras, dimiſimus cellas, in quib. nati ſumus & nutriti: & dimiſimus ſeruos cũ quibus nutriti ſumus: uenimus in monaſteriũ: & propterea hæc dimiſimus oẽnia: ut propter rem friuolã rixã cũ fratrib. faciamus in monaſterio? Dimiſimus poſſeſſionem, dimiſimus patriã, dimiſimus ſeculũ: & propter calamũ, rixam facimus in monaſterio? Si uerbum amarũ audiero, ferre nõ poſſum, æſtuat in corde meo, ſcribiẽ in medullis meis diebus decẽ aut quindecim: nõ poteſt tolli de corde meo: loquor fratri meo qui mihi iniuriam fecerat, & pacem labijs promitto, & corde uenenũ teneo. Frequenter & oculi, & uultus mentis indiciũ ſunt. Quando cor noſtrum uulneratum eſt contra aliquem: nõ poſſumus eum aſpicere rectis oculis: uultus ipſe & oculi, quaſi ſpeculum animæ noſtræ ſunt. Quid dicit ſcriptura. Et non poterant loqui ei quicquam pacificum, nõ poterat lingua mentiri, quod cor intus non cõtinebat. Hoc igitur dico & uobiſipſis & mihi: neque enim ad hoc prædico: ut quaſi me ſecurum faciam, occaſio iſtius uerſiculi compulit nos ita dicere. Grande malum eſt lingua. Do
D mine libera animã meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Non ab alterius lingua, ſed à mea lingua libera. Nihil mihi nocet lingua alterius, mea lingua mihi inimica eſt. Domine libera animã meã: Me libera à lingua mea: lingua mea gladius eſt, interficit animam meam. Puto quod inimico meo noceam, & neſcio quod meipſum occido. Pugnant aduerſarij, quando loquor illis, & ego pacifica loquor. Illi habeant inimicalem animum, nos uero habeamus pacificalem animum: ſi quidẽ ſcriptum eſt & in paralipomenon: Et egreſſi ſunt, inquit, filij Iſrael ad pugnandum mente pacifica. Aliquis uadit ad pugnam, & mentem pacificam habet: ſed Chriſtianorũ arma, pax eſt: pax Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum. Beati pacifici: non ſolum qui pacem faciũt inter rixantes, ſed qui in ſeipſis pacem faciunt. Beati pacifici. Si alij rixam faciunt, & ego medius intercedam: & faciam inter eos pacem, & ipſe nõ habeam pacem in mente mea: quid mihi prodeſt quod illi pacem fecerũt? Beati pacifici, quoniam filij dei uocabũtur. Beati pacifici qui loquuntur his qui oderant pacem, pacifica. Beati pacifici. Chriſtus pax eſt: Si enim Salomon interpretatur, Chriſtus: Salomon autem interpretatur, pacificus: ergo Chriſtus deus noſter, pax eſt. Vadens ad cœlum, nobis uexillũ dimiſit dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ioan.14.d
Seruemus quod Chriſtus donauit, habeamus pacem: Seruemus pacem & illa nos ſeruat in Chriſto Ieſu: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

multum incolâ fuit anima mea. Cum his qui oderũt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

COMMENTARIORVM
IN PSALTERIVM
FINIS

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM, ANNO
A CHRISTO NATO MDXXXVII
MENSE AVGVSTO

Series chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s
Omnes terniones, præter s qui est quaternio.




FRO
BEN.

APPENDICI HVIC

INEST QVADRVPLEX PSALTERIVM,
uidelicet Hebræum, punctis uocalibus atque accentibus
illuſtratum, & Hebraica ueritas, diuo Hieronymo
interprete: Græcum, & æditio ultima
Latina autore incerto.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XXXVII

BRVNO AMORBACHIVS
BASILIENSIS, PIO LECTORI S. D.

DICI non poteſt quàm gratulemur rem latinam ab interitu penè ſuperiori ſeculo reuocatam, Laurentij Vallæ primum opera, deinde proximis annis mirum in modum ſtudio Politiani Hermolaiq́ꝫ Barbari coilluſtratam. Sed eſt quur non minus aggaudere debeamus, nempe quòd hoc tempore ueteri probatæq́ꝫ theologiæ plurimum lucis acceſſurum ſperamus, ex hac caſtigatiſsima Hieronymianorũ operum æditione, quam in primis Eraſmo, nonnihil etiam nobis ſtudioſi ferre debent acceptam. Emerſerunt ab hinc pauculos annos literæ Græcæ, & nunc quod animo geſtienti referimus quum in Gallijs, tum in Germanijs permulti feliciſsime græcantur, quod, haud ita diu, uel in ipſa Italia rarum erat. Sed & Hebraicæ illæ ſacratiſsimæ, quibus bona pars arcanæ ſcientiæ, hoc eſt, propheticorum myſteriorum nobis tradita eſt, doceri cœperunt, ſed quas non perinde multi complectantur, nimirum quòd exemplaria non ſint obuia typis hebraicis excuſa. Quapropter in rem ſtudioſorũ huius linguæ, ſimul quòd diuus Hieronymus dum pſalmos exponit, aut illorum utitur teſtimonio, lectionem Hebraicam, & Græcam quæ eſt interpretum Septuaginta, frequentiſsime citat: nos huic octauo tomo corollarij uice quadruplex Pſalterium adiecimus, uidelicet Hebraicum, & huic oppoſitã diui Hieronymi uerſionem, quam uulgo Hebræam ueritatem appellant: Græcum item, cui reſpondet è regione translatio quæ paſſim legitur ἄδηλος, hoc eſt, autore incerto, nonnunquam (ut dicam id quod res eſt) δὶς δὶς πασῶν ab exemplari Græco diſſidens, cuius rei culpa in interpretis oſcitantiam, an in librariorum incuriam, aut quod ueriſimilius ſit, alicuius nebulonis audacem imperitiã reijci debeat, nolo excutere in præſentia. Quid quòd Hebraicam ueritatem, ut uocant, in Iudæorum noſtri temporis, ſic ſuſpicamur, gratiam: nam illorum expoſitionibus admodũ fauet, nonnihil immutatã comperimus, ab aliquo hebraice docto, ſiquidem exemplari Veneto, cum uetuſtiſsimis Hieronymi codicibus, multis locis non conueniebat. At enim nos pro uirili in hoc incubuimus, ut, quemadmodũ cætera noſtra, ſic hæc in manus hominum quàm emendatiſsima uenirent. Et in Hebraicis præcipue curauimus ut quàm minimum ab arche typis & his antiquiſsimis diſcederemus. Quòd ſi ſomnus obrepſit nobis alicubi, facile ueniam dabit æquus lector, qui quum ipſam prouinciæ difficultatem, tum anguſtiam temporis, quo hæc feſtinantes abſoluere coacti ſumus, ſecum perpenderit. Porrò fatemur ingenue hoc negocij οὐκ ἄνευ θησέως, quod aiunt, nos confeciſſe: ſed adiutos opera doctiſſimi pariter & humaniſsimi patris Chonradi Pelicani Rubeaquenſis, ex familia diui Franciſci, cuius auſpicio potiſsimum hæc res peracta eſt. Adiecimus ad ipſum Pſalterij calcem, inſtar coronidis, inſtitutiunculam in literas Hebraicas, uidelicet legendi modum oſtendentes, idq́ꝫ oppidò per quàm paucis. Neq́ꝫ enim is locus pati uidebatur, ut regularum quadrigas illuc inueheremus. Quòd ſi cui illa non ſatisfaciunt, opus undecunque doctiſsimi uiri Ioannis Reuchlini adeat, cui Rudimentorum Hebraicorum titulum præfixit.

Bene uale & Amorbachijs fauſta precator. Baſileæ, octauo calendas Septembreis Anno milleſimo quingenteſimo decimoſexto.

DIVI HIERONYMI

IN PSALMOS IVXTA HEBRAICAM VERITATEM AD SOPHRONIVM PRAEFATIO



CIO quoſdam putare Pſalterium in quinque libros eſſe diuiſum, ut ubicunque apud Septuaginta interpretes ſcriptum eſt, γένοιτο γένοιτο, id eſt, fiat fiat, finis librorum ſit: pro quo in Hebræo legitur, Amen amen. Nos autem Hebræorum autoritatem ſequuti, & maxime apoſtolorum, qui ſemper in Nouo teſtamento, Pſalmorum librum nominãt, unum aſſerimus Pſalmorum uolumen. Pſalmos omnes eorum teſtamur autorum, qui ponuntur in titulis, Dauid ſcilicet, Aſaph & Idithun, filiorum Core, Eman Ezrahitæ, Moyſi & Solomonis, & reliquorum quos Eſdras primo uolumine comprehendit. Si enim amen, pro quo Aquila tranſtulit πιστωθήσομαι, in fine tantummodo librorum poneretur, & non interdum aut in exordio, aut in calce ſermonis ſiue ſententiæ, nunquam ſaluator in Euangelio loqueretur, Amen amen dico uobis: nec Pauli epiſtolæ, in medio illud opere continerent. Moyſes quoq; & Hieremias, & cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in medijs uoluminibus ſuis, amen frequenter interſerunt. Sed & numerus uigintiduorum librorum Hebraicorum, & myſterium eiuſdem numeri commutabitur. Nam & titulus ipſe Hebraicus, ſepher tehillim סֵפֶר תְּהִלִּים quod interpretatur uolumen hymnorũ, apoſtolicæ autoritati congruens, non plures libros, ſed unum uolumen oſtendit. Quia igitur nunc cum Hebræo diſputans, quædam pro domino ſaluatore de pſalmis teſtimonia protuliſti, uolensq; te illudere, per ſermones penè ſingulos aſſerebat non ita haberi in Hebræo, ut tu de Septuaginta interpretibus opponebas: ſtudioſiſsime poſtulaſti, ut poſt Aquilam & Symmachum & Theodotionem, nouam æditionem latino ſermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum uarietate turbari, & amorem tuum quo laberis, uel translatione uel iudicio meo eſſe contentum. Vnde impulſus à te, cui & quæ poſſum debeo, & quæ non poſſum, rurſum me obtrectatorũ latratibus tradidi: maluiq; te uires potius meas, quàm uoluntatem in amicitia requirere. Certe confidenter dicam, & multos huius operis teſtes citabo, me nihil duntaxat ſententiæ de Hebraica ueritate mutaſſe. Sicubi ergo æditio mea à ueteribus diſcreparit, interroga quemlibet Hebræorum, & liquidò peruidebis, me ab æmulis fruſtra lacerari, qui malunt contemnere uideri præclara, quàm diſcere. Peruerſiſsimi homines. Nam quum ſemper nouas expetant uoluptates, & gulæ eorum uicina maria non ſufficiant, quur in ſolo ſtudio ſcripturarum, ueteri ſapore contenti ſunt? Nec hoc dico, quo prædeceſſores meos mordeam, aut quicquam his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentiſsime emendatam, olim meæ linguæ hominibus dederim: ſed quòd aliud ſit in eccleſijs Chriſto credentium Pſalmos legere, aliud Iudæis ſingula uerba calumniantibus, reſpondere. Quod opuſculum meum, ſi in Græcum (ut polliceris) tranſtuleris, & imperitiæ meæ doctiſsimos quoſque uiros teſtes facere uolueris, dicam tibi illud Horatianum, In ſyluam ne ligna feras. Niſi quòd hoc habebo ſolamen, ſi in labore communi intelligam mihi & laudem & uituperationem tecum eſſe communem.

Vale.

Δαυὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος. α

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς ἐκπορεύσεις τοῦ ὕδατος, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Οἶδεν γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Ανεπίγραφον παρ' ἑβραίοις. β

Ινα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ο κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐγγελάσεται αὐτοῖς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας μήποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Οταν ἐκκαυσθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Αβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. γ

Κύριε τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με, πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ, πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Σὺ δέ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου, ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὑπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τοῦ κύκλῳ συνεστηκότων μοι, ἀνάστα κύριε σῶσόν με ὁ θεός μου. Οτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως, ὀδόντας ἁμαρτωλῶν

Dauid prophetæ & regis Melos. I

LAudate nomen domini, laudate serui dominum. Qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus dominus, psallite nomini eius quoniam suaue. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est dominu, & deus noster præ omnibus dijs. Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit, in cœlo & in mari & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terrę, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit uentos de thesauris suis, qui percussit primogenita Ægypti, ab homine usq; ad pecus. Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regem Amorræorum & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo. Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum in generatione & generationem. Quia iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domino.

Domus

Canticum graduum Dauid. CXXXII

ECce quàm bonum & quàm decorum, habitare fratres in unum. Sicut unguentum optimum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit super oram uestimentorum eius. Sicut ros Hermon qui descendit super montana Sion, quoniam ibi mandauit dominus benedictionem, uitam usque in æternum.

Canticum graduum. CXXXIII

ECce benedicite domino omnes serui domini, qui statis in domo domini in noctibus. Leuate manus uestras ad sanctum, & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion, factor cœli & terræ.

Halleluia. CXXXIIII

LAudate nomen domini, laudate serui dominum. Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Laudate dominum quoniam bonus dominus, cantate nomini eius quoniam decens. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in peculium suum. Quia ego scio quòd magnus dominus, & dominus noster præ omnibus dijs. Omnia quæ uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Leuans nubes de summitatibus terræ, fulgura in pluuiam fecit, educens uentos de thesauris suis. Qui percussit primitiua Ægypti, ab homine usque ad pecus. Emisit signa & portenta in medio tui Ægypte, in Pharao & in cunctos seruos suos. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regem Amorræorum & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo. Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum in generatione & generatione. Quia iudicabit dominus populũ suum, & in seruos suos erit placabilis. Idola gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient, sed nec est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domino.

Domus

קלג

שִׁיר הַמַּעֲלוֹת לְדָוִד

הִנֵּה מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים שֶׁבֶת אַחִים
גַּם־יָחַד׃ כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב ׀ עַל־הָרֹאשׁ
יוֹרֵד עַל־הַזָּקָן זְקַן־אַהֲרֹן שֶׁיּוֹרֵד עַל־פִּי
מִדּוֹתָיו׃ כְּטַל חֶרְמוֹן שֶׁיּוֹרֵד עַל־
הָרְרֵי צִיּוֹן כִּי שָׁם ׀ צִוָּה יְהוָה אֶת־הַבְּרָכָה
חַיִּים עַד־הָעוֹלָם׃

קלד

שִׁיר הַמַּעֲלוֹת

הִנֵּה ׀ בָּרְכוּ אֶת־יְהוָה כָּל־עַבְדֵי
יְהוָה הָעֹמְדִים בְּבֵית־יְהוָה בַּלֵּילוֹת׃
שְׂאוּ יְדֵיכֶם קֹדֶשׁ וּבָרְכוּ אֶת־יְהוָה׃
יְבָרֶכְךָ יְהוָה מִצִּיּוֹן עֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ׃

קלה

הַלְלוּיָהּ ׀

הַלְלוּ אֶת־שֵׁם יְהוָה הַלְלוּ עַבְדֵי
יְהוָה׃ שֶׁעֹמְדִים בְּבֵית יְהוָה
בְּחַצְרוֹת בֵּית אֱלֹהֵינוּ׃ הַלְלוּיָהּ כִּי־
טוֹב יְהוָה זַמְּרוּ לְשְׁמוֹ כִּי נָעִים׃
כִּי־יַעֲקֹב בָּחַר לוֹ יָהּ יִשְׂרָאֵל לִסְגֻלָּתוֹ׃
כִּי אֲנִי יָדַעְתִּי כִּי־גָדוֹל יְהוָה וַאדֹנֵינוּ
מִכָּל־אֱלֹהִים׃ כֹּל אֲשֶׁר־חָפֵץ יְהוָה
עָשָׂה בַּשָּׁמַיִם וּבָאָרֶץ בַּיַּמִּים וְכָל־תְּהֹמוֹת
׃ מַעֲלֶה נְשִׂאִים מִקְצֵה הָאָרֶץ
בְּרָקִים לַמָּטָר עֹשֶׂה מוֹצֵא רוּחַ מֵאֹצְרוֹתָיו
׃ שֶׁהִכָּה בְּכוֹרֵי מִצְרַיִם מֵאָדָם עַד־
בְּהֵמָה׃ שָׁלַח אוֹתוֹת וּמוֹפְתִים
בְּתוֹכֵכִי מִצְרַיִם בְּפַרְעֹה וּבְכָל־עֲבָדָיו׃
שֶׁהִכָּה גּוֹיִם רַבִּים וְהָרַג מְלָכִים
עֲצוּמִים׃ לְסִיחוֹן ׀ מֶלֶךְ הָאֱמֹרִי
וְלְעוֹג ׀ מֶלֶךְ הַבָּשָׁן וּלְכֹל מַמְלְכוֹת כְּנָעַן׃
וְנָתַן אַרְצָם נַחֲלָה נַחֲלָה לְיִשְׂרָאֵל עַמּוֹ׃
יְהוָה שִׁמְךָ לְעוֹלָם יְהוָה זִכְרְךָ לְדֹר־
וָדֹר׃ כִּי־יָדִין יְהוָה עַמּוֹ וְעַל־עֲבָדָיו
יִתְנֶחָם׃ עֲצַבֵּי הַגּוֹיִם כֶּסֶף וְזָהָב
מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם׃ פֶּה לָהֶם וְלֹא
יְדַבֵּרוּ עֵינַיִם לָהֶם וְלֹא יִרְאוּ׃ אָזְנַיִם לָהֶם וְלֹא יַאֲזִינוּ אַף
אֵין־יֶשׁ־רוּחַ בְּפִיהֶם׃ כְּמוֹהֶם יִהְיוּ
עֹשֵׂיהֶם כֹּל אֲשֶׁר־בֹּטֵחַ בָּהֶם׃
בֵּית יִשְׂרָאֵל בָּרְכוּ אֶת־יְהוָה בֵּית אַהֲרֹן
בָּרְכוּ אֶת־יְהוָה׃

Οἶκος λευὶ εὐλογήσατε τὸν κν̄, οἱ φοβούμενοι τὸν κν̄ εὐλογήσατε τὸν κν̄. Εὐλογητὸς κς̄ ἐκ σιών, ὁ κατοικῶν ἰερουσαλήμ. Αλληλούϊα. ρλε

ΕΞομολογεῖσθε τῷ κῳ̄ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Εξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τῶν θεῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Εξομολογεῖσθε τῷ κυρίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τὸν ἥλιον εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον σὺν τοῖς πρωτοτόκοις αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ κατα διελόντι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ διαγαγόντι τὸν ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐκτινάξαντι φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν ἐρυθρὰν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ διὰ τῆς ἐρήμου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἀκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Τὸν σηὼν βασιλέα τῶν ἀμορραίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ τὸν ὼγ βασιλέα τῆς βασαν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ δόντι τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ὁ ἔλεος αὐτοῦ. Κληρονομίαν ἰσραὴλ δούλῳ αὐτοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ κς̄, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Ψαλμὸς τῷ δαυὶδ εἰς ἀναμνησίαν. ρλς

ΕΠΙ τῶν ποταμῶν βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς σιών. Επὶ τὰς ἰτέας ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. Οτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν. Καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς, ὕμνον ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν σιών.

Πῶς

Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominũ benedicite domino. Benedictus dñs ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Alleluia. cxxxv

CONfitemini dño qm̃ bonus, qm̃ in seculũ misericordia eius. Cõfitemini deo deorũ, qm̃ in seculũ misericordia eius. Cõfitemini dño dominorũ, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui fecit mirabilia magna solus, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui fecit cœlos in intellectu, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui firmauit terrã sup aquas, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui fecit luminaria magna, qm̃ in seculũ misericordia eius. Solẽ in potestatẽ diei, qm̃ in seculũ misericordia eius. Lunã & stellas in potestatẽ noctis, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui percussit Ægyptũ cũ primogenitis eorũ, qm̃ in seculum misericordia eius. Qui eduxit Israel de medio eorũ, qm̃ in seculũ misericordia eius. In manu potenti & brachio excelso, qm̃ in seculum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones, qm̃ in seculũ misericordia eius. Et eduxit Israel per mediũ eius, qm̃ in seculũ misericordia eius. Et excussit Pharaonẽ & uirtutẽ eius in mari rubro, qm̃ in seculum misericordia eius. Qui trãsduxit populũ suũ per desertũ, qm̃ in seculũ misericordia eius. Qui percussit reges magnos, qm̃ in seculum misericordia eius. Et occidit reges fortes, qm̃ in seculũ misericordia eius. Seon regẽ Amorræorũ, qm̃ in seculũ misericordia eius. Et Og regẽ Basan, quoniã in seculũ misericordia eius. Et dedit terrã eorum hæreditatẽ, qm̃ in seculũ misericordia eius. Hæreditatẽ Israel seruo suo, qm̃ in seculum misericordia eius. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in seculũ misericordia eius. Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniã in seculũ misericordia eius. Qui dat escã omni carni, quoniam in seculũ misericordia eius. Cõfitemini deo cœli, quoniã in seculum misericordia eius.

Psalmus Dauid Hieremiæ. cxxxvi

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymmum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo

Domus Leui benedicite domino, timentes dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem, Halleluia.

CXXXVI

COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui fecit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius. Qui fecit cœlos in sapiētia, qm̄ in æternū misericordia eius. Qui firmauit terram super aquas, quoniā in æternum misericordia eius. Qui fecit luminaria magna, quoniā in æternum misericordia eius. Solē in potestatē diei, quoniā in æternum misericordia eius. Lunam & stellas in potestatem noctis, quoniam in æternū misericordia eius. Qui percussit Ægyptum cum primitiuis eius, quoniam in æternum misericordia eius. Et eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æternum misericordia eius. In manu ualida & brachio extento, quoniam in æternum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam in æternum misericordia eius. Et eduxit Israel in medio eius, quoniam in æternum misericordia eius. Et conuoluit Pharao & exercitum eius in mari rubro, quoniam in ęternū misericordia eius. Qui duxit populū suum per desertum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui percussit reges magnos, quoniam in æternum misericordia eius. Et occidit reges magnificos, quoniā in æternum misericordia eius. Seon regem Amorræorū, quoniam in ęternum misericordia eius. Et Og regem Basan, quoniam in æternum misericordia eius. Et dedit terram eorū hæreditatem, quoniam in æternū misericordia eius. Hæreditatē Israel seruo suo, quoniam in æternum misericordia eius. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in æternum misericordia eius. Et redemit nos de hostibus nostris, quoniam in æternum misericordia eius. Qui dat panē omni carni, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini deo cœli, quoniam in æternum misericordia eius.

CXXXVII

SVper flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus, quum recordaremur Sion. Super salices in medio eius, suspendimus citharas nostras. Quoniam ibi interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba carminis: & qui affligebant nos læti, canite nobis de canticis Sion.

Quomodo

בֵּית לֵוִי בָּרְכוּ אֶת־יְהוָה יִרְאֵי
יְהוָה בָּרְכוּ אֶת־יְהוָה׃ בָּרוּךְ יְהוָה
מִצִּיּוֹן שֹׁכֵן יְרוּשָׁלָם הַלְלוּיָהּ׃

קלו

הוֹדוּ לַיהוָה כִּי טוֹב כִּי לְעוֹלָם
חַסְדּוֹ׃ הוֹדוּ לֵאלֹהֵי הָאֱלֹהִים כִּי
לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ הוֹדוּ לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים
כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ לְעֹשֵׂה נִפְלָאוֹת
גְּדֹלוֹת לְבַדּוֹ כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃
לְעֹשֵׂה הַשָּׁמַיִם בִּתְבוּנָה כִּי לְעוֹלָם
חַסְדּוֹ׃ לְרוֹקַע הָאָרֶץ עַל־הַמָּיִם כִּי
לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ לְעֹשֵׂה אוֹרִים
גְּדֹלִים כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ אֶת־
הַשֶּׁמֶשׁ לְמֶמְשֶׁלֶת בַּיּוֹם כִּי לְעוֹלָם
חַסְדּוֹ׃ אֶת־הַיָּרֵחַ וְכוֹכָבִים לְמֶמְשְׁלוֹת
בַּלָּיְלָה כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ לְמַכֵּה
מִצְרַיִם בִּבְכוֹרֵיהֶם כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃
וַיּוֹצֵא יִשְׂרָאֵל מִתּוֹכָם כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃
בְּיָד חֲזָקָה וּבִזְרוֹעַ נְטוּיָה כִּי לְעוֹלָם
חַסְדּוֹ׃ לְגֹזֵר יַם־סוּף לִגְזָרִים
כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ וְהֶעֱבִיר יִשְׂרָאֵל
בְּתוֹכוֹ כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ וְנָעֵר פַּרְעֹה
וְחֵילוֹ בְּיַם־סוּף כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃
לְמוֹלִיךְ עַמּוֹ בַּמִּדְבָּר כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃
לְמַכֵּה מְלָכִים גְּדֹלִים כִּי לְעוֹלָם
חַסְדּוֹ׃ וַיַּהֲרֹג מְלָכִים אַדִּירִים כִּי
לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ לְסִיחוֹן מֶלֶךְ הָאֱמֹרִי
כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ וּלְעוֹג מֶלֶךְ הַבָּשָׁן
כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ וְנָתַן אַרְצָם לְנַחֲלָה
כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ נַחֲלָה לְיִשְׂרָאֵל
עַבְדּוֹ כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ
זָכַר לָנוּ כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ וַיִּפְרְקֵנוּ
מִצָּרֵינוּ כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ נוֹתֵן לֶחֶם
לְכָל־בָּשָׂר כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ הוֹדוּ
לְאֵל הַשָּׁמָיִם כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃

קלז

עַל־נַהֲרוֹת בָּבֶל שָׁם יָשַׁבְנוּ גַּם־
בָּכִינוּ בְּזָכְרֵנוּ אֶת־צִיּוֹן׃ עַל־עֲרָבִים
בְּתוֹכָהּ תָּלִינוּ כִּנֹּרוֹתֵינוּ׃ כִּי שָׁם
שְׁאֵלוּנוּ שׁוֹבֵינוּ דִּבְרֵי־שִׁיר וְתוֹלָלֵינוּ
שִׂמְחָה שִׁירוּ לָנוּ מִשִּׁיר צִיּוֹן׃

Πῶς ἄσομεν τὸν ᾠδὸν κυρίου, ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου Ἱερουσαλήμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ. Ἐὰν μὴ προανα βήσομαι τὸν Ἱερουσαλήμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. Μνήσθητι κε τῆς ἡμέρας Ἰδὼμ, τὸν ἡμέραν Ἱερουσαλήμ. Τῶν λεγόντων ἐκκενοῦτε ἐκκενοῦτε, ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. Μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὸν πέτραν.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ξαχαρίου, ρλξ

Ἐξομολογήσομαί σοι κε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐνώπιον ἀγγέλων ψαλῶ σοι. Ὀλι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου, προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου. Ἐπὶ τῷ ἐλέῃ σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, ὅτι ἐμεγάλωσας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου, πληθυνεῖς με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ὅτι ἤκουσαν πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός σου. Καὶ ἀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου, ὅτι μεγάλη ἡ δόξα κυρίου. Ὅτι ὑψηλὸς κς καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ, καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. Ἐὰν πορεύθωμαι ἐν μέσῳ θλίψεως ἐκείσεις με, ἐπ' ὀργῇ ἐχθρῶν μου ἐξέτεινας χεῖρά σου, καὶ ἔσωσέ με ἡ δεξιά σου. Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ, κε τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς. Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς ζαχαρίου, ἐν τῇ δευτέρᾳ. ρλμ

Κύριε ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με, σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου. Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν, τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοινίσμα μου σὺ ἐξιχνίασας. Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες, ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν τῇ γλώσσῃ μου. Ἰδοὺ κε σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα, σὺ ἔπλασάς με καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐνεδυναμώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ, ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ἅδην πάρει. Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ κατέξει με ἡ δεξιά σου. Καὶ εἶπα ἄρα σκότος κατα πατήσει με, καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου. Ὅτι σκότος οὐ σκοτάσει ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτάσει, ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.

Ὅτι

Quomodo cãtabimus cãticum dñi, in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibꝰ meis, ſi nõ meminero tui. Si nõ propoſuero tui Hieruſalē in principio lętitię meæ. Memor eſto dñe filiorũ Edõ, in diem Hieruſalē. Qui dicũt exinanite exinanite, uſqꝫ ad fundamentũ in ea. Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

Pſalmus ipſi Dauid. cxxxvii

Confitebor tibi dñe in toto corde meo, qm̃ audiſti omnia uerba oris mei. In conſpectu angelorũ pſallã tibi, adorabo ad templũ ſanctũ tuum, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & ueritate tua, quoniã magnificaſti ſuper omne nomẽ ſanctum tuum. In quacunqꝫ die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem. Confiteantur tibi dñe omnes reges terræ, quia audierũt omnia uerba oris tui. Et cantent in uijs dñi, quoniam magna gloria dñi. Quoniam excelſus dñs, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, & ſuper iram inimicorũ meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me, dñe miſericordia tua in ſeculũ, opera manuũ tuarũ ne deſpicias.

In finẽ, pſalmus Dauid. cxxxviii

Domine probaſti me & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionẽ meam & reſurrectionẽ meam. Intellexiſti cogitationes meas de longe, ſemitã meam & funiculũ meũ inueſtigaſti. Et omnes uias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo in lingua meã. Ecce dñe tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua, tu formaſti me & poſuiſti ſup me manũ tuã. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, cõfortata eſt & non potero ad eam. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Si aſcẽdero in cœlũ, tu illic es: ſi deſcendero in infernũ, ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forſitã tenebrę cõculcabũt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebrę nõ obſcurabunt à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia

Quomodo cantabimus canticum domini, in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalem, in oblitione sit dextera mea. Adhærereat lingua mea gutturi meo si non recordatus fuero tui, si non proposuero Hierusalē in principio lætitiæ meæ. Memento domine filiorum Edom in die Hierusalem, dicentium euacuate euacuate, usque ad fundamentum eius. Filia Babylonis uastata, beatus qui retribuet tibi, uicissitudinem tuam quam tu retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

Dauid. CXXXVIII

COnfitebor tibi domine in toto corde meo, in conspectu deorum cantabo tibi. Adorabo in templo sancto tuo & confitebor nomini tuo super misericordia tua & ueritate tua, quia magnificasti super omne nomē eloquium tuum. In die inuocabo & exaudies me, dilatabis animæ meæ fortitudinem. Cōfiteantur tibi domine omnes reges terræ, quoniam audierunt eloquia oris tui. Et cantent in uijs domini, quoniam magna gloria domini. Quoniam excelsus dominus & humilia respicit, & excelsa de longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me: super furorem inimicorum meorum mittes manum tuam, & saluabit me dextera tua. Dominus operabitur pro me domine misericordia tua in æternum, opera manuum tuarum ne dimittas.

Victori, psalmus Dauid.
CXXXIX

DOmine inuestigasti me, & cognouisti. Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam, intellexisti malum meum de longe. Semitam meam & accubationem meam euentilasti, & omnes uias meas intellexisti. Quia non est eloquium in lingua mea, ecce domine nosti omnia. Retrorsum & ante formasti me, & posuisti super me manum tuam. Super me est scientia, & excelsior est, nō potero ad eam. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in celum, ibi es tu: si iacuero in inferno, ades. Si sumpsero pennas diluculo, habitauero in nouissimo maris. Etiam ibi manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Si dixero, fortè tenebræ operient me, nox quoque lux erit circa me. Nec tenebræ habent tenebras apud te, & nox quasi dies lucet, similes sunt tenebræ & lux.

Quia

תהלים

אֵיךְ נָשִׁיר אֶת־שִׁיר יְהוָה עַל אַדְמַת
נֵכָר׃ אִם־אֶשְׁכָּחֵךְ יְרוּשָׁלָם תִּשְׁכַּח
יְמִינִי׃ תִּדְבַּק לְשׁוֹנִי לְחִכִּי אִם־לֹא
אֲזְכְּרֵכִי אִם־לֹא אַעֲלֶה אֶת־יְרוּשָׁלַם עַל
רֹאשׁ שִׂמְחָתִי׃ זְכוֹר יְהוָה לִבְנֵי
אֱדוֹם אֶת־יוֹם יְרוּשָׁלַם הָאֹמְרִים
עָרוּ ׀ עָרוּ עַד הַיְסוֹד בָּהּ׃ בַּת־בָּבֶל
הַשְּׁדוּדָה אַשְׁרֵי שֶׁיְּשַׁלֶּם־לָךְ אֶת־גְּמוּלֵךְ
שֶׁגָּמַלְתְּ לָנוּ׃ אַשְׁרֵי ׀ שֶׁיֹּאחֵז וְנִפֵּץ
אֶת־עֹלָלַיִךְ אֶל־הַסָּלַע׃

קלח

לְדָוִד ׀

אוֹדְךָ בְכָל־לִבִּי נֶגֶד אֱלֹהִים אֲזַמְּרֶךָּ׃
אֶשְׁתַּחֲוֶה ׀ אֶל־הֵיכַל קָדְשְׁךָ וְאוֹדֶה
אֶת־שִׁמְךָ עַל־חַסְדְּךָ וְעַל־אֲמִתֶּךָ כִּי־הִגְדַּלְתָּ
עַל־כָּל־שִׁמְךָ אִמְרָתֶךָ׃ בְּיוֹם קָרָאתִי
תַּעֲנֵנִי תַּרְהִבֵנִי בְנַפְשִׁי עֹז׃ יוֹדוּךָ
יְהוָה כָּל־מַלְכֵי־אֶרֶץ כִּי־שָׁמְעוּ אִמְרֵי־
פִיךָ׃ וְיָשִׁירוּ בִּדְרָכֵי יְהוָה כִּי גָדוֹל
כְּבוֹד יְהוָה׃ כִּי־רָם יְהוָה וְשָׁפָל
יִרְאֶה וְגָבוֹהַ מִמֶּרְחָק יְיֵדָע׃ אִם־אֵלֵךְ
בְּקֶרֶב צָרָה תְחַיֵּנִי עַל אַף־אֹיְבַי תִּשְׁלַח
יָדֶךָ וְתוֹשִׁיעֵנִי יְמִינֶךָ׃ יְהוָה יִגְמוֹר
בַּעֲדִי יְהוָה חַסְדְּךָ לְעוֹלָם מַעֲשֵׂי יָדֶיךָ
אַל־תֶּרֶף׃

קלט

לַמְנַצֵּחַ לְדָוִד
מִזְמוֹר

יְהוָה חְקַרְתַּנִי וַתֵּדָע׃ אַתָּה
יָדַעְתָּ שִׁבְתִּי וְקוּמִי בַּנְתָּה לְרֵעִי מֵרָחוֹק׃
אָרְחִי וְרִבְעִי זֵרִיתָ וְכָל־דְּרָכַי
הִסְכַּנְתָּה׃ כִּי־אֵין מִלָּה בִּלְשׁוֹנִי
הֵן יְהוָה יָדַעְתָּ כֻלָּהּ׃ אָחוֹר וָקֶדֶם
צַרְתָּנִי וַתָּשֶׁת עָלַי כַּפֶּכָה׃ פְּלִיאָה
דַעַת מִמֶּנִּי נִשְׂגְּבָה לֹא־אוּכַל לָהּ׃
אָנָה אֵלֵךְ מֵרוּחֶךָ וְאָנָה מִפָּנֶיךָ אֶבְרָח׃
אִם־אֶסַּק שָׁמַיִם שָׁם אָתָּה וַאַצִּיעָה
שְׁאוֹל הִנָּךְ׃ אֶשָּׂא כַנְפֵי־שָׁחַר אֶשְׁכְּנָה
בְּאַחֲרִית יָם׃ גַּם־שָׁם יָדְךָ תַנְחֵנִי
וְתֹאחֲזֵנִי יְמִינֶךָ׃ וָאֹמַר אַךְ־חֲשֵׁךְ
יְשׁוּפֵנִי וְלַיְלָה אוֹר בַּעֲדֵנִי׃ גַּם־
חֹשֶׁךְ לֹא־יַחְשִׁיךְ מִמֶּךָּ וְלַיְלָה כַּיּוֹם יָאִיר
כַּחֲשֵׁכָה כָּאוֹרָהּ׃

כִּי־

Οτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου, ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου. Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης. Θαυμάσια τὰ ἔργα σου, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα. Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Τὸ ἀκατέργαστόν μου, εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐθεὶς ἐν αὐταῖς. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεός, λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται, ἐξηγέρθην καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ. Εἰ ἀποκτενεῖς ἁμαρτωλοὺς ὁ θεός, ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Ὅτι εἰσὶ οἳ εἰς διαλογισμὸς, λήψονται εἰς ματαιότητας τὰς πόλεις σου. Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην. Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. Δοκίμασόν με ὁ θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου, ἔτασόν με καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου. Καὶ ἴδε εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοὶ, καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ.

Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ρλθ

ΕΞελοῦ με κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ, ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με. Οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμους. Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Φύλαξόν με κύριε ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, ἀπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων ἐξελοῦ με. Οἵτινες διελογίσαντο τοῦ ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου, ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι. Καὶ σχοινίοις διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου, ἐπὶ σκάνδαλα ἔθηκάν μοι. Εἶπα τῷ κυρίῳ, θεός μου εἶ σύ, ἐνώτισαι κύριε τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. Κύριε κύριε δύναμις τῆς σωτηρίας μου, ἐπεσκίασας ὑπὲρ τὴν κεφαλήν μου, ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Μὴ παραδῷς με κύριε ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου τῷ ἁμαρτωλῷ, διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ μὴ ἐγκαταλίπῃς με, μήποτε ὑψωθῶσιν. Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν, πόνος τῶν χειλέων αὐτῶν καλύψει αὐτούς. Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες ἐν πυρί, καταβαλεῖς αὐτοὺς ἐν ταλαιπωρίαις, καὶ οὐ μὴ ὑποστῶσιν. Ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφοράν. Ἔγνων ὅτι ποιήσει κύριος τὴν κρίσιν τοῦ πτωχοῦ, καὶ τὸ δίκαιον τῶν πενήτων. Πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου, καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου.

Ψαλμὸς

Quia tu possedisti renes meos, suscepisti mè de utero matris meæ. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores, uiri sanguinum declinate à me. Quia dicitis in cogitatione, accipiant in uanitate ciuitates suas. Nónne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna.

In finem, psalmus Dauid.

CXXXIX

ERipe me domine ab homine malo, à uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia. Acuerunt linguam suam sicut serpentes, uenenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerũt mihi. Dixi domino, deus meus es tu, exaudi domine uocem deprecationis meæ. Domine domine uirtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli. Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me ne fortè exaltentur. Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & uindictam pauperum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo.

Psalmus

Quia tu possedisti renes meos, orsusq; es me in utero matris meæ. Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificasti me, mirabilia opera tua & anima mea nouit nimis. Non sunt operta ossa mea à te quibus factus sum in abscondito, imaginatus sum in nouissimis terræ. Informem adhuc me uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formati sunt & non est una in eis. Mihi autem quàm honorabiles facti sunt amici tui deus, quàm fortes pauperes eorum. Dinumerabo eos & arena plures erunt, euigilaui & adhuc sum tecum. Si occideris deus impium, uiri sanguinum declinate à me. Qui contradicent tibi scelerate, eleuati sunt frustra aduersarij tui. Nónne odientes te domine odiui, & contra aduersarios tuos distabui. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Scrutare me deus & cognoscet cor meum, proba me & scito cogitationes meas. Et uide si uia doli in me est, & deduc me in uia æterna.

Victori, Canticum Dauid.

CXL

ERue me domine ab homine malo, à uiris iniquis salua me. Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die uersati sunt in prælijs, Exacuerunt linguam suam quasi serpens, uenenum aspidis sub labijs eorum: semper.

Custodi me domine de manu impij, à uiro iniquitatum serua me, qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Absconderunt superbi laqueum mihi, & funibus extenderunt rete iuxta semitam, offendiculum posuerunt mihi: semper. Dixi domino deus meus es tu, audi domine uocem deprecationis meæ. Domine deus fortitudo salutis meæ, protexisti caput meum in die belli. Ne des domine desideria impij, scelera eius ne effundantur & eleuentur: semper. Amaritudo conuiuarum meorum, labor labiorum eorum operiet eos.

Cadent super eos carbones ignis, deijcies eos in foueas ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniquum mala capient in interitu. Scio quòd faciet dominus causam inopis, iudicia pauperum. Attamen iusti confitebuntur nomini tuo, habitabunt recti cum uultu tuo.

Psalmus

פִּי־אַתָּה קָנִיתָ כִלְיֹתָי תְּסָכֵנִי בְּבֶטֶן
אִמִּי׃ אוֹדְךָ עַל כִּי נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי
נִפְלָאִים מַעֲשֶׂיךָ וְנַפְשִׁי יֹדַעַת מְאֹד׃
לֹא־נִכְחַד עַצְמִי מִמְּךָ אֲשֶׁר־עֻשֵּׂיתִי
בַסֵּתֶר רֻקַּמְתִּי בְּתַחְתִּיּוֹת אָרֶץ׃
גֶּלְמִי רָאוּ עֵינֶיךָ וְעַל־סִפְרְךָ כֻּלָּם יִכָּתֵבוּ
יָמִים יֻצָּרוּ וְלֹא אֶחָד בָּהֶם׃ וְלִי
מַה־יָּקָרוּ רֵעֶיךָ אֵל מַה עָצְמוּ רָאשֵׁיהֶם׃
אֶסְפְּרֵם מֵחוֹל יִרְבּוּן הֱקִיצוֹתִי
וְעוֹדִי עִמָּךְ׃ אִם־תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע
וְאַנְשֵׁי דָמִים סוּרוּ מֶנִּי׃ אֲשֶׁר
יֹמְרוּךָ לְמִזְמָה נָשׂוּא לַשָּׁוְא עָרֶיךָ׃
הֲלֹא־מְשַׂנְאֶיךָ יְהוָה אֶשְׂנָא וּבְתָקוֹמְמֶיךָ
אֶתְקוֹטָט׃ תַּכְלִית שִׂנְאָה שְׂנֵאתִים
לְאוֹיְבִים הָיוּ לִי׃ חָקְרֵנִי אֵל וְדַע
לְבָבִי בְּחָנֵנִי וְדַע שַׂרְעַפָּי׃ וּרְאֵה
אִם־דֶּרֶךְ עֹצֶב־בִּי וּנְחֵנִי בְּדֶרֶךְ עוֹלָם׃

קמ

לַמְנַצֵּחַ מִזְמוֹר
לְדָוִד׃

חַלְּצֵנִי יְהוָה מֵאָדָם רָע מֵאִישׁ
חֲמָסִים תִּנְצְרֵנִי׃ אֲשֶׁר חָשְׁבוּ רָעוֹת
בְּלֵב כָּל־יוֹם יָגוּרוּ מִלְחָמוֹת׃ שָׁנְנוּ
לְשׁוֹנָם כְּמוֹ־נָחָשׁ חֲמַת עַכְשׁוּב תַּחַת
שִׂפְתֵימוֹ סֶלָה׃ שָׁמְרֵנִי יְהוָה מִיְּדֵי
רָשָׁע מֵאִישׁ חֲמָסִים תִּנְצְרֵנִי אֲשֶׁר חָשְׁבוּ
לְהַדְּחוֹת פְּעָמָי׃ טָמְנוּ גֵאִים פַּח לִי
וַחֲבָלִים פָּרְשׂוּ רֶשֶׁת לְיַד־מַעְגָּל מוֹקְשִׁים
שָׁתוּ־לִי סֶלָה׃ אָמַרְתִּי לַיהוָה אֵלִי
אָתָּה הַאֲזִינָה יְהוָה קוֹל תַּחֲנוּנָי׃
יְהוִה אֲדֹנָי עֹז יְשׁוּעָתִי סַכּוֹתָה לְרֹאשִׁי
בְּיוֹם נָשֶׁק׃ אַל־תִּתֵּן יְהוָה מַאֲוַיֵּי
רָשָׁע זְמָמוֹ אַל־תָּפֵק יָרוֹמוּ סֶלָה׃
רֹאשׁ מְסִבָּי עְמַל שְׂפָתֵימוֹ יְכַסֻּמוֹ׃
יִמּוֹטוּ עֲלֵיהֶם גֶּחָלִים בָּאֵשׁ יַפִּלֵם
בְּמַהֲמוֹרוֹת בַּל־יָקוּמוּ׃ אִישׁ לָשׁוֹן
בַּל־יִכּוֹן בָּאָרֶץ אִישׁ־חָמָס רָע יְצוּדֶנּוּ
לְמַדְחֵפוֹת׃ יָדַעְתִּי כִּי־יַעֲשֶׂה
יְהוָה דִּין עֲנִי מִשְׁפַּט אֶבְיוֹנִים׃
אַךְ צַדִּיקִים יוֹדוּ לִשְׁמֶךָ יֵשְׁבוּ יְשָׁרִים
אֶת־פָּנֶיךָ׃

קמא

Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ρμ

ΚΥριε ἐκέκραξα πρός σε, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρός σε. Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, θυσία ἑσπερινή. Θὲς κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. Σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν, καὶ οὐ μὴ συνδύασω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. Παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλὸς, μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. Ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν, κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας, οἱ κριταὶ αὐτῶν. Ἀκούσονται τὰ ῥήματά μου ὅτι ἠδυνήθησαν, ὡσεὶ πάχος γῆς, ἐρρήγη ἐπὶ τῆς γῆς. Διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ παρὰ τὸν ᾅδην, ὅτι πρός σε κύριε κύριε οἱ ὀφθαλμοί μου, ἐπὶ σοί ἤλπισα, μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου. Φύλαξόν με ἀπὸ παγίδος ἧς ἐσκλήνάντό μοι, καὶ ἀπὸ σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοὶ, καταμόνας εἰμὶ ἐγὼ, ἕως ἂν παρέλθω.

Σωίσεως τῷ Δαυὶδ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ προσευχόμενον. ρμα

ΦΩνῇ μου πρὸς κν ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐδεήθην. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου, τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου, καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου. Ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι. Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ καὶ ἐπέβλεπον, καὶ οὐκ ἦν ὁ γινώσκων με. Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου. Ἐκέκραξα πρός σε κε, εἶπα σὺ εἶ ἐλπίς μου, μερίς μου ἐν γῇ ζώντων. Πρόσχες πρὸς τὴν δέησίν μου, ὅτι ἐταπεινώθην σφόδρα. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με, ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου, ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι, ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ὅτε κατεδίωκεν αὐτὸν ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ρμβ

ΚΥριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, εἰσάκουσόν μου ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. Ὅτι κατεδίωξεν ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου. ἐταπείνωσεν εἰς γῆν τὴν ζωήν μου. Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος, καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ ὁ πνεῦμά μου, ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου.

Ἐμνήσθην

Psalmus Dauid. CXL

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende uoci meæ, quũ clamauero ad te. Dirigat oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo, eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ uespertinũ. Pone dñe custodiã ori meo, & ostiũ circunstantiæ labijs meis. Non declines cor meũ in uerba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Cũ hominib⁹ operãtibus iniquitatẽ, & non cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meum. Qm̃ adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ, absorpti sunt iuncti petræ iudices eorũ. Audiẽt uerba mea qm̃ potuerũt, sicut crassitudo terræ erupta est super terrã. Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ, quia ad te dñe dñe oculi mei: in te speraui, non auferas animã meã. Custodi me à laqueo quẽ statuerũt mihi, & à scãdalis operãtiũ iniquitatẽ. Cadent in retiaculo eius peccatores, singulariter sum ego donec trãseam.

Intellect⁹ Dauid quũ esset in spelũca oratio.

VOce mea ad dñm clamaui, uoce (CXLI mea ad deũ deprecatus sum. Effũdo in conspectu eius orationẽ meã, tribulationem meã ante ipsũ pronuntio. In deficiẽdo ex me spiritũ meum, & tu cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambulabam, abscõderunt laqueum mihi. Considerabã ad dexterã & uidebam, & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me, & non est qui requirat animã meã. Clamaui ad te dñe, dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentiũ. Intẽde ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad cõfitendum nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi.

Psalmus Dauid quando persequebatur eum filius suus Abessalom. CXLII

DOmine exaudi orationẽ meã, auribus percipe obsecrationẽ meam in ueritate tua, exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia non iustificabit in cõspectu tuo omnis uiuens. Quia persequut⁹ est inimicus animã meã, humiliauit in terra uitã meã. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est sup me spiritus meus, in me turbatũ est cor meum.

Memor

Psalmus Dauid.

CXLI

DOmine clamaui ad te festina mihi, exaudi uocem meam clamantis ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone domine custodiam ori meo, serua pauperatem labiorum meorum. Ne declines cor meum in uerbum malum uoluere cogitationes impias cum uiris operantibus iniquitatem, neque comedere in delitijs eorum. Corripiat me iustus in misericordia & arguat me, oleum amaritudinis non impinguet caput meum, quia adhuc oratio mea pro malicijs eorum. Sublati sunt iuxta petram iudices eorum, & audient uerba mea quoniam decora sunt. Sicut agricola cum scindit terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. Quia ad te dñe deus oculi mei, in te speraui ne euacues animam meam. Custodi me de manibus laquei quem posuerunt mihi, de offendiculis operantium iniquitatem. Incident in rete eius impij, simul autem ego transibo.

Eruditio Dauid, cum esset in spelunca, oratio. CXLIII

VOce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum. Effundam in conspectu eius eloquium meum, tribulationem meam coram illo annunciabo. Cum anxius in me fuerit spiritus meus tu enim nosti semitam meam in uia hac qua ambulabo, absconderunt laqueum mihi. Respice ad dexteram & uide quia non sit qui agnoscat me perijt fuga à me, & non qui quærat animam meam. Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea, pars mea in terra uiuentium. Ausculta deprecationem meam quoniam infirmatus sum nimis, libera me à persecutoribus meis, quoniam confortati sunt super me. Educ de carcere animam meam ut confiteatur nomini tuo, in me coronabuntur iusti, cum retribueris mihi.

Psalmus Dauid. CXLIII

DOmine exaudi orationem meam ausculta deprecationem meam, in ueritate tua exaudi me in iustitia tua. Et non uenias ad iudicandum cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, Persecutus est enim inimicus animam meam confregit in terra uitam meam, posuit me in tenebris quasi mortuos antiquos. Et anxius fuit in me spiritus meus, in medio mei sollicitum fuit cor meum.

Recordabor

קמח

מִזְמוֹר לְדָוִד

יְהוָה קְרָאתִיךָ חוּשָׁה לִּי הַאֲזִינָה
קוֹלִי בְּקָרְאִי־לָךְ׃ תִּכּוֹן תְּפִלָּתִי קְטֹרֶת
לְפָנֶיךָ מַשְׂאַת כַּפַּי מִנְחַת־עָרֶב׃
שִׁיתָה יְהוָה שֹׁמְרָה לְפִי נְצֹר־דֶּלֶת עַל־
שְׂפָתָי׃ אַל־תַּט לִבִּי לִדְבַר־רָע
לְהִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת בְּרֶשַׁע אֶת־אִישִׁים
פֹּעֲלֵי־אָוֶן וּבַל־אֶלְחַם בְּמַנְעַמֵּיהֶם׃
יַכֵּנִי צַדִּיק חֶסֶד וְיוֹכִיחֵנִי שֶׁמֶן רֹאשׁ
אַל־יָנֵי רֹאשִׁי כִּי־עוֹד וּתְפִלָּתִי בְּרָעוֹתֵיהֶם
נִשְׁמְטוּ בִידֵי־סֶלַע שֹׁפְטֵיהֶם׃
וְשָׁמְעוּ אֲמָרַי כִּי נָעֲמוּ׃ כְּמוֹ פֹלֵחַ
וּבוֹקֵעַ בָּאָרֶץ נִפְזְרוּ עַצְמֵינוּ לְפִי שְׁאוֹל׃
כִּי אֵלֶיךָ יְהוִה אֲדֹנָי עֵינָי כִּבְטָחְתִּי
חַסִּיתִי אַל־תָּעַר נַפְשִׁי׃ שָׁמְרֵנִי מִיְּדֵי
פַּח יָקְשׁוּ לִי וּמוֹקְשׁוֹת פֹּעֲלֵי אָוֶן׃
יִפְּלוּ בְמַכְמוֹרָיו רְשָׁעִים יַחַד אָנֹכִי עַד־
אֶעֱבוֹר׃

קמט

מַשְׂכִּיל לְדָוִד בְּהְיוֹתוֹ
בַּמְּעָרָה תְּפִלָּה׃

קוֹלִי אֶל־יְהוָה אֶזְעָק קוֹלִי אֶל־יְהוָה
אֶתְחַנָּן׃ אֶשְׁפֹּךְ לְפָנָיו שִׂיחִי צָרָתִי
לְפָנָיו אַגִּיד׃ בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי
וְאַתָּה יָדַעְתָּ נְתִיבָתִי בְּאֹרַח־זוּ אֲהַלֵּךְ
טָמְנוּ פַח לִי׃ חַבִּיט יָמִין וּרְאֵה
וְאֵין־לִי מַכִּיר אָבַד מָנוֹס מִמֶּנִּי אֵין
דּוֹרֵשׁ לְנַפְשִׁי׃ זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ יְהוָה
אָמַרְתִּי אַתָּה מַחְסִי חֶלְקִי בְּאֶרֶץ הַחַיִּים
׃ הַקְשִׁיבָה אֶל־רִנָּתִי כִּי־דַלּוֹתִי
מֵאֹד הַצִּילֵנִי מֵרֹדְפַי כִּי אָמְצוּ מִמֶּנִּי׃
הוֹצִיאָה מִמַּסְגֵּר נַפְשִׁי לְהוֹדוֹת אֶת־שְׁמֶךָ
בִּי יַכְתִּרוּ צַדִּיקִים כִּי תִגְמֹל עָלָי׃

קמג

מִזְמוֹר לְדָוִד

יְהוָה שְׁמַע תְּפִלָּתִי הַאֲזִינָה אֶל־
תַּחֲנוּנַי בֶּאֱמוּנָתְךָ עֲנֵנִי בְּצִדְקָתֶךָ׃
וְאַל־תָּבֹא בְמִשְׁפָּט אֶת־עַבְדֶּךָ כִּי לֹא־יִצְדַּק
לְפָנֶיךָ כָּל־חָי׃ כִּי־רָדַף אוֹיֵב נַפְשִׁי
דִּכָּא לָאָרֶץ חַיָּתִי הוֹשִׁיבַנִי בְמַחֲשַׁכִּים
כְּמֵתֵי עוֹלָם׃ וַתִּתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי
בְּתוֹכִי יִשְׁתּוֹמֵם לִבִּי׃

זכרתי

Εμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων, ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, ἐν τοῖς ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων. Διεπέτασα πρός σε τὰς χεῖράς μου, ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι. Ταχὺ ἐπάκουσόν μου κύριε, ἐλλέιπει τὸ πνεῦμά μου. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Ἀκουστόν ποίησόν μοι τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου, ὅτι σοὶ ἤλπισα. Γνώρισόν μοι κύριε ὁδὸν, ἐν ᾗ πορεύσομαι, ὅτι πρός σε ἦρα τὴν ψυχήν μου. Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου κύριε πρός σε κατέφυγον, δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεός μου. Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κύριε ζήσεις με. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου. Καὶ ἐν τῷ ἐλέει σου ἐξολοθρεύσεις τοὺς ἐχθρούς μου. Καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλίβοντας τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί. Κάθισμα ιθ.

Τῷ Δαυὶδ πρὸς τὸν Γολιάθ. ρμγ

Ευλογητὸς κύριος ὁ θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον. Ἐλεός μου καὶ καταφυγή μου, ἀντιλήπτωρ μου καὶ ῥύστης μου. Ὑπερασπιστής μου καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤλπισα, ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμέ. Κύριε τί ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι λογίζῃ αὐτῷ. Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι. Κύριε κλῖνον οὐρανοὺς καὶ κατάβηθι, ἅψαι τῶν ὀρέων καὶ καπνισθήσονται. Ἀστραπὴν καὶ σκορπιεῖς αὐτούς, βολίσαι τὰ βέλη σου καὶ συνταράξεις αὐτούς. Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἄνωθεν, ἐξελοῦ με καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. Ὁ θεὸς ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι. Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι, τῷ λυτρούμενον Δαυὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς. Ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων, ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. Ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἑδραιωμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. Τὰ ταμεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξηρευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, πληθυόντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν, οἱ βόες αὐτῶν παχεῖς. Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν. Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ τοῦτο τὰ ὄντα, μακάριος ὁ λαός, οὗ κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ.

Αἴνεσις

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuũ tuarũ meditabar. Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe, defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descẽdentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui. Notam fac mihi uiam in qua ambulẽ, quia ad te leuaui animã meã. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi, doce me facere uoluntatẽ tuã, quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam, propter nomẽ tuũ dñe, uiuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animã meã, & in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animã meam, quoniã ego seruus tuus sum.

Dauid aduersus Goliath. CXLIII

Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Misericordia & refugium meũ, susceptor meus & liberator meus. Protector meus & in ipso speraui, qui subdis populum meum sub me. Dñe quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eũ? Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Domine inclina cœlos tuos & descende, tange montes & fumigabunt. Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, de manu filiorũ alienorũ. Quorũ os locutũ est uanitatẽ, & dextera eorũ, dextera iniquitatis. Deus canticũ nouũ cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorũ alienorũ, quorũ os locutum est uanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Quorũ filij sicut nouellæ plantationes, in iuuentute sua. Filiæ eorũ cõpositæ, circũornatæ ut similitudo tẽpli. Promptuaria eorũ plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorũ fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neq; transitus neq; clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populũ cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.

Laudatio

Recordabar dierum antiquorum, meditabar omnia opera tua, facta manuum tuarum loquebar. Expandi manus meas ad te, anima mea quasi terra sitiens ad te: semper. Cito exaudi me domine, defecit spiritus meus, ne abscondas faciem tuam à me, & comparabor descendentibus in lacum. Fac me audire mane misericordiam tuam, quoniam in te confido: notam fac mihi uiam in qua ambulem, quoniam ad te leuaui animam meam. Libera me de inimicis meis domine, à te protectus sum. Doce me ut faciam uoluntatem tuam, quia tu deus meus, spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Propter nomen tuum domine uiuificabis me, in iustitia tua educes de angustia animam meam. Et in misericordia tua dissipabis inimicos meos, & perdes omnes ligantes animam meam, ego enim sum seruus tuus.

Dauid. CXLIIII

BEnedictus dominus fortis meus, qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum. Misericordia mea & fortitudo mea, auxiliator meus & saluator meus, scutum meum, & in ipso sperauí qui subiecit populos mihi. Domine quid est homo quia agnoscis eum, filius hominis quia computas eum. Homo uanitati assimilatus est, dies eius quasi umbra pertransiens. Domine inclina cœlos tuos & descende, tange montes & fumigabunt. Mica fulmine & dissipa eos, mitte sagittam tuam & interfice illos. Extende manum tuam de excelso, libera me & erue me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera mendacij. Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Qui dat salutem regibus, qui eruit Dauid seruum suum de gladio pessimo. Libera me & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est uanitatem, & dextera eorum dextera mendacij. Vt sint filij nostri quasi plantatio crescens in adolescentia sua, filiæ nostræ quasi anguli, ornati ad similitudinem templi. Promptuaria nostra plena & superfundentia ex hoc in illud, pecora nostra in milibus, & innumerabilia in cõpitis nostris. Tauri nostri pingues non est interruptio & non est egressus, & non est ululatus in plateis nostris. Beatus populus cuius talia sunt, beatus populus cuius dominus deus Ius.

Laudatio

זָכַרְתִּי יָמִים ׀ מִקֶּדֶם ׀ הָגִיתִי בְכָל־
פָּעָלֶךָ בְּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ אֲשׂוֹחֵחַ ׃
פָּרַשְׂתִּי יָדַי אֵלֶיךָ נַפְשִׁי כְאֶרֶץ־עֲיֵפָה לָךְ
סֶלָה ׃ מַהֵר עֲנֵנִי ׀ יְהוָה כָּלְתָה רוּחִי
אַל־תַּסְתֵּר פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי וְנִמְשַׁלְתִּי עִם־
יֹרְדֵי בוֹר ׃ הַשְׁמִיעֵנִי בַבֹּקֶר
חַסְדֶּךָ כִּי־בְךָ בָטָחְתִּי הוֹדִיעֵנִי דֶּרֶךְ זוּ אֵלֶךְ
כִּי אֵלֶיךָ נָשָׂאתִי נַפְשִׁי ׃ הַצִּילֵנִי
מִן־אוֹיְבַי ׀ יְהוָה אֵלֶיךָ כִּסִּיתִי ׃
לַמְּדֵנִי ׀ לַעֲשׂוֹת רְצוֹנֶךָ כִּי־אַתָּה אֱלוֹהַי
רוּחֲךָ טוֹבָה תַּנְחֵנִי בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר ׃
לְמַעַן שִׁמְךָ יְהוָה תְּחַיֵּנִי בְּצִדְקָתְךָ ׀
תּוֹצִיא מִצָּרָה נַפְשִׁי ׃ וּבְחַסְדְּךָ תַּצְמִית
אוֹיְבָי ׀ וְהַאֲבַדְתָּ כָּל־צוֹרְרֵי נַפְשִׁי כִּי־אֲנִי
עַבְדֶּךָ ׃

קמל

לְדָוִד

בָּרוּךְ יְהוָה ׀ צוּרִי הַמְלַמֵּד יָדַי לַקְרָב
אֶצְבְּעוֹתַי לַמִּלְחָמָה ׃ חַסְדִּי וּמְצוּדָתִי
מִשְׂגַּבִּי וּמַפְלְטִי לִי מָגִנִּי וּבוֹ חָסִיתִי
חָרוּרַךְ עַמִּי תַּחְתָּי ׃ יְהוָה מָה־אָדָם
וַתֵּדָעֵהוּ בֶּן־אֱנוֹשׁ וַתְּחַשְּׁבֵהוּ ׃ אָדָם
לַהֶבֶל דָּמָה יָמָיו כְּצֵל עוֹבֵר ׃
יְהוָה הַט־שָׁמֶיךָ וְתֵרָד גַּע בֶּהָרִים וְיֶעֱשָׁנוּ
׃ בְּרוֹק בָּרָק וּתְפִיצֵם שְׁלַח חִצֶּיךָ
וּתְהֻמֵּם ׃ שְׁלַח יָדֶיךָ מִמָּרוֹם פְּצֵנִי
וְהַצִּילֵנִי מִמַּיִם רַבִּים מִיַּד בְּנֵי נֵכָר ׃
אֲשֶׁר פִּיהֶם דִּבֶּר־שָׁוְא וִימִינָם יְמִין
שָׁקֶר ׃ אֱלֹהִים שִׁיר חָדָשׁ אָשִׁירָה
לָךְ בְּנֵבֶל עָשׂוֹר אֲזַמְּרָה־לָּךְ ׃ הַנּוֹתֵן
תְּשׁוּעָה לַמְּלָכִים הַפּוֹצֶה אֶת־דָּוִד עַבְדּוֹ
מֵחֶרֶב רָעָה ׃ פְּצֵנִי וְהַצִּילֵנִי מִיַּד
בְּנֵי־נֵכָר אֲשֶׁר פִּיהֶם דִּבֶּר־שָׁוְא וִימִינָם
יְמִין שָׁקֶר ׃ אֲשֶׁר בָּנֵינוּ ׀ כִּנְטִעִים
מְגֻדָּלִים בִּנְעוּרֵיהֶם בְּנוֹתֵינוּ כְּזָוִיֹּת
מְחֻטָּבוֹת תַּבְנִית הֵיכָל ׃ מְזֵוֵינוּ
מְלֵאִים מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן צֹאנֵנוּ
מַאֲלִיפוֹת מְרֻבָּבוֹת בְּחוּצוֹתֵינוּ ׃
אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים אֵין פֶּרֶץ וְאֵין יוֹצֵאת
וְאֵין צְוָחָה בִּרְחֹבוֹתֵינוּ ׃ אַשְׁרֵי
הָעָם שֶׁכָּכָה לּוֹ אַשְׁרֵי הָעָם שֶׁיְּהוָה
אֱלֹהָיו ׃

Αἴνεσις τῷ Δαυίδ. ρμδ

Ὑψώσω σε ὁ θεός μου ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καθ' ἡμέραν ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Μέγας κς καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τοῦ μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν πέρας. Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου, καὶ τὴν δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι. Τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου λαλήσουσι, καὶ τὰ θαυμάσιά σου διηγήσονται. Καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι, καὶ τὴν μεγαλωσύνην σου διηγήσονται. Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται, καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται. Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κς, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος. Χρηστὸς κς τοῖς σύμπασι, καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ, ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κε, πάντα τὰ ἔργα σου, καὶ οἱ ὅσιοί σου εὐλογησάτωσάν σε. Δόξαν τῆς βασιλείας σου ἐροῦσι, καὶ τὴν δυναστείαν σου λαλήσουσι. Τοῦ γνωρίσαι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων τὴν δυναστείαν σου, καὶ τὴν δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς βασιλείας σου. Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου, ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Πιστὸς κς ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὑποστηρίζει κς πάντας τοὺς καταπίπτοντας, καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατῃωρθωμένους. Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Δίκαιος κς ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἐγγὺς κς πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν, πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. Θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει, καὶ τὴν δέησιν αὐτῶν εἰσακούσεται καὶ σώσει αὐτούς. Φυλάσσει κς πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν, καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολεθρεύσει. Αἴνεσιν κε λαλήσει τὸ στόμα μου, καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἀλληλούϊα. ἀγγαίου καὶ ζαχαρίου. ρμε

Αἶνε ἡ ψυχή μου τὸν κν, αἰνέσω κν ἐν τῇ ζωῇ μου, ψαλῶ τῷ θεῷ μου ἕως ὑπάρχω. Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν. Μακάριος οὗ ὁ θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ κν τὸν θν αὐτοῦ. Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα, ποιοῦντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις, διδόντα βοφὴν τοῖς πεινῶσι.

Κύριος

Laudatio Dauid. CXLIIII

EXaltabo te deus meus rex, & benedicã nomini tuo in seculũ & in seculũ seculi. Per singulos dies benedicã tibi, & laudabo nomẽ tuum in seculũ & in seculũ seculi. Magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ est finis. Generatio & generatio laudabũt opera tua, & potentiã tuã pronuntiabũt. Magnificentiã glorię sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorũ dicent, & magnitudinẽ tuam narrabunt. Memoriam abũdantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabũt. Miserator & misericors dñs, patiens & multum misericors. Suauis dñs uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Cõfiteant tibi dñe omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notã faciant filijs hominũ potentiam tuam, & gloriam regni tui. Regnũ tuum, regnum omniũ seculorum, & dominatio tua in omni generatiõe & generatione. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Alleuat dñs omnes qui corruũt, & eriget omnes elisos. Oculi omniũ in te sperãt, & tu das escam illorũ in tẽpore opportuno. Aperis tu manũ tuã, & imples omne animal benedictione. Iustus dñs in omnibus uijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dñs omnibus inuocantibus, inuocantibus eum in ueritate. Voluntatẽ timentiũ se faciet, & deprecationẽ eorũ exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit dñs omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. Laudationẽ domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius, in seculum & in seculum seculi.

Alleluia. Aggæi & Zachariæ. CXLV

LAuda anima mea dñm, laudabo dominũ in uita mea, psallam deo meo quandiu fuero. Nolite confidere in principibus, in filijs hominũ iñ quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terrã suam, in illa die peribũt omnes cogitationes eorũ. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in dño deo ipsius, qui fecit cœlũ & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Qui custodit ueritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patiẽtibus, dat escam esurientibus.

Dominus

Laudatio Dauid.

CXLV

EXaltabo te deus meus rex,& benedicam nomini tuo in æternum & ultra. In omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in sempiternum iugiter. Magnus dominus & laudabilis nimis,& magnificentiæ eius non est inuentio. Generatio ad generationem laudabit opera tua, & fortitudines tuas annuntiabunt. Decorem gloriæ magnitudinis tuæ, & uerba mirabilium tuorum loquar. Et fortitudinem horribilium tuorum loquentur, & magnitudines tuas narrabunt. Memoriam multæ bonitatis tuæ loquentur, & iustitias tuas laudabunt. Clemens & misericors dominus,patiens & multæ miserationis. Bonus dominus omnibus, & misericordiæ eius in uniuersa opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua,& sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent,& fortitudines tuas loquentur. Vt ostendant filijs hominum fortitudines eius, & gloriam decoris regni eius. Regnum tuũ regnum omnium seculorum,& potestas tua in omni generatione & generationem. Sustentat dominus omnes corruentes,& erigit omnes iacentes. Oculi omnium in te sperant,& tu das eis escam suam in tempore suo. Aperis manus tuas, & imples omne animal refectione. Iustus dominus in omnibus uijs suis , & sanctus in omnibus operibus suis. Iuxta est dominus omnibus qui inuocant illum,omnibus qui inuocant illum in ueritate. Placitum timentium se faciet, & clamorem eorum exaudiet & saluabit eos. Custodit dominus omnes diligentes se, & uniuersos impios conteret. Laudem domini loquetur os meum,& benedicet omnis caro nomini sancto eius in æternum & iugiter.

Hallelui.

CXLVI

LAuda anima mea dominum. Laudabo dominum in uita mea, cantabo deo meo quandiu sum. Nolite confidere in principibus, in filio hominis cui non est salus. Egredietur spiritus eius & reuertetur in humum suam,in die illa peribunt cogitationes eius. Beatus cuius deus Iacob auxiliator eius, spes eius in domino deo suo. Qui fecit cœlos & terram, mare & omnia quæ in eis sunt,qui custodit ueritatem in sempiternum. Qui facit iudicium calumniam sustinentibus & dat panem esurientibus ,dominus soluit uinctos.

Dominus

קמח

תְּהִלָּה לְדָוִד

אֲרוֹמִמְךָ אֱלוֹהַי הַמֶּלֶךְ וַאֲבָרְכָה
שִׁמְךָ לְעוֹלָם וָעֶד : בְּכָל־יוֹם אֲבָרְכֶךָּ
וַאֲהַלְלָה שִׁמְךָ לְעוֹלָם וָעֶד : גָּדוֹל
יְהוָה וּמְהֻלָּל מְאֹד וְלִגְדֻלָּתוֹ אֵין חֵקֶר :
דּוֹר לְדוֹר יְשַׁבַּח מַעֲשֶׂיךָ וּגְבוּרֹתֶיךָ
יַגִּידוּ : הֲדַר כְּבוֹד הוֹדֶךָ וְדִבְרֵי
נִפְלְאוֹתֶיךָ אָשִׂיחָה : וֶעֱזוּז נוֹרְאוֹתֶיךָ
יֹאמֵרוּ וּגְדֻלָּתְךָ אֲסַפְּרֶנָּה : זֵכֶר רַב־
טוּבְךָ יַבִּיעוּ וְצִדְקָתְךָ יְרַנֵּנוּ : חַנּוּן
וְרַחוּם יְהוָה אֶרֶךְ אַפַּיִם וּגְדָל־חָסֶד :
טוֹב־יְהוָה לַכֹּל וְרַחֲמָיו עַל־כָּל־
מַעֲשָׂיו : יוֹדוּךָ יְהוָה כָּל־מַעֲשֶׂיךָ
וַחֲסִידֶיךָ יְבָרְכוּכָּה : כְּבוֹד מַלְכוּתְךָ
יֹאמֵרוּ וּגְבוּרָתְךָ יְדַבֵּרוּ : לְהוֹדִיעַ
לִבְנֵי הָאָדָם גְּבוּרֹתָיו וּכְבוֹד הֲדַר
מַלְכוּתוֹ : מַלְכוּתְךָ מַלְכוּת כָּל־
עוֹלָמִים וּמֶמְשַׁלְתְּךָ בְּכָל־דּוֹר וָדוֹר :
סוֹמֵךְ יְהוָה לְכָל־הַנֹּפְלִים וְזוֹקֵף לְכָל־
הַכְּפוּפִים : עֵינֵי כֹל אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ
וְאַתָּה נוֹתֵן־לָהֶם אֶת־אָכְלָם בְּעִתּוֹ :
פּוֹתֵחַ אֶת־יָדֶךָ וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי רָצוֹן :
צַדִּיק יְהוָה בְּכָל־דְּרָכָיו וְחָסִיד בְּכָל־
מַעֲשָׂיו : קָרוֹב יְהוָה לְכָל־קֹרְאָיו
לְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָאוּהוּ בֶאֱמֶת : רְצוֹן
יְרֵאָיו יַעֲשֶׂה וְאֶת־שַׁוְעָתָם יִשְׁמַע
וְיוֹשִׁיעֵם : שׁוֹמֵר יְהוָה אֶת־כָּל־
אֹהֲבָיו וְאֵת כָּל־הָרְשָׁעִים יַשְׁמִיד :
תְּהִלַּת יְהוָה יְדַבֶּר־פִּי וִיבָרֵךְ כָּל־בָּשָׂר
שֵׁם קָדְשׁוֹ לְעוֹלָם וָעֶד :

קמט

הַלְלוּיָהּ

הַלְלִי נַפְשִׁי אֶת־יְהוָה :
אֲהַלְלָה יְהוָה בְּחַיָּי אֲזַמְּרָה לֵאלֹהַי
בְּעוֹדִי : אַל־תִּבְטְחוּ בִנְדִיבִים בְּבֶן־
אָדָם שֶׁאֵין לוֹ תְּשׁוּעָה : תֵּצֵא
רוּחוֹ יָשׁוּב לְאַדְמָתוֹ בַּיּוֹם הַהוּא אָבְדוּ
עֶשְׁתֹּנֹתָיו : אַשְׁרֵי שֶׁאֵל יַעֲקֹב בְּעֶזְרוֹ
שִׂבְרוֹ עַל־יְהוָה אֱלֹהָיו : עֹשֶׂה
שָׁמַיִם וָאָרֶץ אֶת־הַיָּם וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם
הַשֹּׁמֵר אֱמֶת לְעוֹלָם : עֹשֶׂה
מִשְׁפָּט לָעֲשׁוּקִים נוֹתֵן לֶחֶם לָרְעֵבִים
יְהוָה מַתִּיר אֲסוּרִים :

Κύριος λύει πεπεδημένους, κς σοφοῖ τυφλούς.
Κύριος ἀνορθοῖ κατερραγμένους, κς ἀγαπᾷ δικαίους. Κς φυλάσσει τοὺς προσηλύτους, ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται, καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ. Βασιλεύσει κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ θεός σου σιὼν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Αλληλούια. ἀγγαίου καὶ ζαχαρίου. ψμς

Αἰνεῖτε τὸν κν ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός, τῷ θεῷ ἡμῶν ἡδυσθείη αἶνεσις. Οἰκοδομῶν ἱερουσαλὴμ ὁ κύριος, τὰς διασπορὰς τοῦ ἰσραὴλ συνάξει. Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. Ὁ ἀριθμῶν πλῆθος ἀστέρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. Μέγας ὁ κς ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Αναλαμβάνων πραεῖς ὁ κς, ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς. Ἐξάρξατε τῷ κῳ ἐν ἐξομολογήσει, ψάλατε τῷ θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ. Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν. Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς κεκραγόσιν αὐτόν. Οὐκ ἐν τῇ ἰσχύι τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ. Εὐδοκεῖ κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Αλληλούια. ἀγγαίου καὶ ζαχαρίου. ψμζ

Παίνει ἰερουσαλὴμ τὸν κύριον, αἶνει τὸν θεόν σου σιών. Οτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. Ὁ θεὶς τὰ ὅριά σου εἰρηνικά, καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ, ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. Διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσοντος. Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς, κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ τήξει αὐτούς, πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ ἰακὼβ, δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ ἰσραήλ. Οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς.

Αλληλούια. ἀγγαίου καὶ ζαχαρίου. ρμη

Αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου. Οτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν.

Εσηση

Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos, dñs diligit iustos. Dñs custodit aduenas, pupillum & uiduam suscipiet, & uiam peccatorũ disperdet. Regnabit dominus in secula, deus tuus Sion, in generationem & generationem.

Alleluia. Aggæi & Zachariæ. CXLVI

Laudate dñm quoniam bonus est psalmus, deo nostro sit iucunda laudatio. Ædificans Hierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat cõtritos corde, & alligat cõtritiones eorũ. Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus eis nomina uocãs. Magnus dñs noster & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dñs, humilians autẽ peccatores usq; ad terrã. Præcinite dño in cõfessione, psallite deo nostro in cithara. Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnũ, & herbam seruituti hominũ. Qui dat iumentis escã ipsorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, nec in tibijs uiri beneplacitũ erit ei. Beneplacitum est dño super timentes eũ, & in eis qui sperãt sup misericordia eius.

Alleluia. Aggæi & Zachariæ. CXLVII

Lauda Hierusalem dñm, lauda deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedicit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ, uelociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, nebulã sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet uerbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquæ. Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Alleluia. Aggæi & Zachariæ. CXLVIII

Laudate dominũ de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumẽ. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes quæ super cœlos sunt laudent nomẽ domini. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.

Statuit

Dominus illuminat cæcos, dominus erigit allisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & uiduam suscipiet, & uiam impiorum conteret. Regnabit dominus in æternum, deus tuus Sion, in generationem & generationem, Halleluia.

CXLVII

LAudate dominum quoniam bonum est canticum dei nostri, quoniam decorum est pulchra laudatio. Ædificabit Hierusalem dominus, eiectos Israel congregabit. Qui sanat contritos corde, & alligat plagas eorum. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnes nomine suo uocat. Magnus dominus noster & multus fortitudine, & prudentiæ eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus, humilians impios usque ad terram. Canite domino in confessione, canite deo nostro in cithara. Qui operit cœlos nubibus & præbet terræ pluuiam, & oriri facit in montibus germen. Qui dat iumentis panem suum, filijs corui clamantibus. Non est in fortitudine equi uoluntas eius, neque in tibijs uiri placetur ei. Placetur domino in his qui timent eum, & expectant misericordiam eius. Lauda Hierusalem dominum, cane deum tuum Sion. Quia confortauit uectes portarum tuarum, benedixit filijs tuis in medio tui. Qui posuit terminum tuum pacem, adipe frumenti saturauit te. Qui emittit eloquium suum terræ, uelociter currit uerbum eius. Qui dat niuem quasi lanam, pruinas quasi cinerem spargit. Proijcit glaciem suam quasi buccellas, ante faciem frigoris eius quis stabit? Mittet uerbum suum & soluet illa, spirabit spiritu suo & fluent aquæ. Qui annuntiat uerbum suum Iacob, præcepta sua & iudicia sua Israel. Non fecit similiter omni genti, & iudicia eius non cognoscent, Halleluia.

Halleluia. CXLVIII

LAudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes exercitus eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ luminis. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt. Laudent nomen domini, quoniam ipse mandauit & creata sunt.

Statuit

יְהוָה ׀ פֹּקֵחַ עִוְרִים יְהוָה זוֹקֵף
כְּפוּפִים יְהוָה אֹהֵב צַדִּיקִים ׃ יְהוָה ׀
שֹׁמֵר אֶת־גֵּרִים יָתוֹם וְאַלְמָנָה יְעוֹדֵד
וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים יְעַוֵּת ׃ יִמְלֹךְ יְהוָה ׀
לְעוֹלָם אֱלֹהַיִךְ צִיּוֹן לְדֹר וָדֹר הַלְלוּיָהּ ׃

קמז

הַלְלוּ־יָהּ כִּי־טוֹב זַמְּרָה אֱלֹהֵינוּ כִּי־
נָעִים נָאוָה תְהִלָּה ׃ בּוֹנֵה יְרוּשָׁלַ͏ִם
יְהוָה נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל יְכַנֵּס ׃ הָרֹפֵא
לִשְׁבוּרֵי לֵב וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם ׃
מוֹנֶה מִסְפָּר לַכּוֹכָבִים לְכֻלָּם שֵׁמוֹת יִקְרָא
׃ גָּדוֹל אֲדוֹנֵינוּ וְרַב־כֹּחַ לִתְבוּנָתוֹ
אֵין מִסְפָּר ׃ מְעוֹדֵד עֲנָוִים יְהוָה
מַשְׁפִּיל רְשָׁעִים עָדֵי־אָרֶץ ׃ עֱנוּ
לַיהוָה בְּתוֹדָה זַמְּרוּ לֵאלֹהֵינוּ בְּכִנּוֹר ׃
הַמְכַסֶּה שָׁמַיִם ׀ בְּעָבִים הַמֵּכִין
לָאָרֶץ מָטָר הַמַּצְמִיחַ הָרִים חָצִיר ׃
נוֹתֵן לִבְהֵמָה לַחְמָהּ לִבְנֵי עוֹרֵב אֲשֶׁר
יִקְרָאוּ ׃ לֹא בִגְבוּרַת הַסּוּס יֶחְפָּץ לֹא
בְשׁוֹקֵי הָאִישׁ יִרְצֶה ׃ רוֹצֶה יְהוָה
אֶת־יְרֵאָיו אֶת־הַמְיַחֲלִים לְחַסְדּוֹ ׃
שַׁבְּחִי יְרוּשָׁלַ͏ִם אֶת־יְהוָה הַלְלִי אֱלֹהַיִךְ
צִיּוֹן ׃ כִּי־חִזַּק בְּרִיחֵי שְׁעָרָיִךְ בֵּרַךְ
בָּנַיִךְ בְּקִרְבֵּךְ ׃ הַשָּׂם־גְּבוּלֵךְ שָׁלוֹם
חֵלֶב חִטִּים יַשְׂבִּיעֵךְ ׃ הַשֹּׁלֵחַ אִמְרָתוֹ
אָרֶץ עַד־מְהֵרָה יָרוּץ דְּבָרוֹ ׃ הַנֹּתֵן
שֶׁלֶג כַּצָּמֶר כְּפוֹר כָּאֵפֶר יְפַזֵּר ׃
מַשְׁלִיךְ קַרְחוֹ כְפִתִּים לִפְנֵי קָרָתוֹ מִי
יַעֲמוֹד ׃ יִשְׁלַח דְּבָרוֹ וְיַמְסֵם יַשֵּׁב
רוּחוֹ יִזְלוּ־מָיִם ׃ מַגִּיד דְּבָרָו לְיַעֲקֹב
חֻקָּיו וּמִשְׁפָּטָיו לְיִשְׂרָאֵל ׃ לֹא עָשָׂה
כֵן ׀ לְכָל־גּוֹי וּמִשְׁפָּטִים בַּל־יְדָעוּם
הַלְלוּיָהּ ׃

קמח

הַלְלוּיָהּ ׃

הַלְלוּ אֶת־יְהוָה מִן־הַשָּׁמַיִם הַלְלוּהוּ
בַּמְּרוֹמִים ׃ הַלְלוּהוּ כָּל־מַלְאָכָיו
הַלְלוּהוּ כָּל־צְבָאָו ׃ הַלְלוּהוּ שֶׁמֶשׁ וְיָרֵחַ
הַלְלוּהוּ כָּל־כּוֹכְבֵי אוֹר ׃ הַלְלוּהוּ
שְׁמֵי הַשָּׁמָיִם וְהַמַּיִם אֲשֶׁר ׀ מֵעַל הַשָּׁמָיִם ׃
יְהַלְלוּ אֶת־שֵׁם יְהוָה כִּי הוּא
צִוָּה וְנִבְרָאוּ ׃

Εστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πρόσταγμα ἔθετο καὶ οὐ παρελεύσεται. Αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. Πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος, τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. Τὰ ὄρη καὶ πάντες οἱ βουνοὶ, ξύλα καρποφόρα καὶ πᾶσαι κέδροι. Τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ πτερωτά. Βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ πάντες λαοὶ, ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς. Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου, ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανῶ, καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. Ὑμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ.

Αλληλούια. ρμθ

Ασατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. Εὐφρανθήτω ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, καὶ υἱοὶ σιὼν, ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ, ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ. Ὅτι εὐδοκεῖ κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τοῖς κοιτῶσιν αὐτῶν. Αἱ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμὸς ἐν τοῖς λαοῖς. Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς. Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρίμα ἔγγραπτον, δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. Αλληλούια. ρν

Αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυνατείαις αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ, πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον.

ΤΕΛΟΣ

Statuit ea in seculum & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Bestiæ & uniuersa pecora, serpentes & uolucres pennatæ. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudẽt nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cœlum & terram, & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel populo appropinquanti sibi.

Alleluia. CXLIX

CAntate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salute. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Alleluia. CL

LAudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.

FINIS

Statuit ea in ſeculum & in æternum, præceptum dedit & non præteribit. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyſſi. Ignis & grando, nix & glacies, uentus, turbo quæ facitis ſermonem eius. Montes & omnes colles, lignum frugiferum & uniuerſæ cedri. Beſtiæ & omnia iumenta, reptilia & aues uolantes. Reges terræ & omnes populi, principes & uniuerſi iudices terræ. Iuuenes & uirgines, ſenes cum pueris. Laudent nomen domini quoniam ſublime nomen eius ſolius, gloria eius in cœlo & in terra. Et exaltauit cornu populi ſui, laus omnibus ſanctis eius, filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi, Halleluia.

Halleluia. CXLIX

CAntate domino canticum nouum, laus eius in congregatione ſanctorum. Lętetur Iſrael in factore ſuo, filij Sion exultent in rege ſuo. Laudent nomen eius in choro, in tympano & cithara cantent ei. Quia complacet ſibi dominus in populo ſuo, exaltabit manſuetos in Ieſu. Exultabunt ſancti in gloria, laudabunt in cubilibus ſuis. Exaltationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam uindictam in gentibus, increpationes in populis. Vt alligent reges eorum catenis, & inclytos eorum in compedibus ferreis. Vt faciant in eis iudicium cõſcriptum, decor eſt omnium ſanctorum eius. Halleluia.

Halleluia. CL

LAudate dominum in ſancto eius, laudate eum in fortitudine potentiæ eius. Laudate eum in fortitudinibus eius, laudate eum iuxta multitudinem magnificentiæ ſuæ. Laudate eum in clangore buccinæ, laudate eum in pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis ſonantibus, laudate eum in cymbalis tinnientibus. Omne quod ſpirat, laudet dominum, Halleluia.

FINIS

וַיַּעֲמִידֵם לָעַד לְעוֹלָם חֹק נָתַן וְלֹא
יַעֲבוֹר׃ הַללוּ אֶת־יְיָ מִן־הָאָרֶץ
תַּנִּינִים וְכָל־תְּהוֹמוֹת׃ אֵשׁ וָבָרָד שֶׁלֶג
וְקִיטוֹר רוּחַ סְעָרָה עֹשָׂה דְבָרוֹ׃
הֶהָרִים וְכָל־גְּבָעוֹת עֵץ פְּרִי וְכָל־אֲרָזִים׃
הַחַיָּה וְכָל־בְּהֵמָה רֶמֶשׂ וְצִפּוֹר כָּנָף׃
מַלְכֵי־אֶרֶץ וְכָל־לְאֻמִּים שָׂרִים וְכָל־
שֹׁפְטֵי אֶרֶץ׃ בַּחוּרִים וְגַם־בְּתוּלוֹת
זְקֵנִים עִם־נְעָרִים׃ יְהַללוּ אֶת־שֵׁם
יְיָ כִּי־נִשְׂגָּב שְׁמוֹ לְבַדּוֹ הוֹדוֹ עַל־אֶרֶץ
וְשָׁמָיִם׃ וַיָּרֶם קֶרֶן לְעַמּוֹ תְּהִלָּה
לְכָל־חֲסִידָיו לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל עַם קְרוֹבוֹ
הַללוּיָהּ׃

ק מ ט

הַללוּיָהּ׃

שִׁירוּ לַיְיָ שִׁיר חָדָשׁ תְּהִלָּתוֹ
בִּקְהַל חֲסִידִים׃ יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל
בְּעֹשָׂיו בְּנֵי צִיּוֹן יָגִילוּ בְמַלְכָּם׃
יְהַללוּ שְׁמוֹ בְמָחוֹל בְּתֹף וְכִנּוֹר יְזַמְּרוּ־
לוֹ׃ כִּי־רוֹצֶה יְיָ בְּעַמּוֹ יְפָאֵר
עֲנָוִים בִּישׁוּעָה׃ יַעְלְזוּ חֲסִידִים
בְּכָבוֹד יְרַנְּנוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם׃
רוֹמְמוֹת אֵל בִּגְרוֹנָם וְחֶרֶב פִּפְיוֹת בְּיָדָם
׃ לַעֲשׂוֹת נְקָמָה בַגּוֹיִם תּוֹכֵחוֹת
בַּלְאֻמִּים׃ לֶאְסֹר מַלְכֵיהֶם בְּזִקִים
וְנִכְבְּדֵיהֶם בְּכַבְלֵי בַרְזֶל׃ לַעֲשׂוֹת
בָּהֶם מִשְׁפָּט כָּתוּב הָדָר הוּא לְכָל־חֲסִידָיו
הַללוּיָהּ׃

ק נ

הַללוּיָהּ׃

הַללוּ־אֵל בְּקָדְשׁוֹ הַללוּהוּ בִּרְקִיעַ
עֻזּוֹ׃ הַללוּהוּ בִּגְבוּרֹתָיו הַללוּהוּ
כְּרֹב גֻּדְלוֹ׃ הַללוּהוּ בְּתֵקַע
שׁוֹפָר הַללוּהוּ בְּנֵבֶל וְכִנּוֹר׃
הַללוּהוּ בְּתֹף וּמָחוֹל הַללוּהוּ בְּמִנִּים
וְעֻגָב׃ הַללוּהוּ בְּצִלְצְלֵי־שָׁמַע
הַללוּהוּ בְּצִלְצְלֵי תְרוּעָה׃ כֹּל־
הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל יָהּ הַללוּיָהּ׃

IN LITERAS HEBRAEAS
INSTITVTIVNCVLA C. P.

Saën	Vou		He	Doleth	Gimel	Beth		Aleph ſonat uocem additam.
s lene	u uocalis,u conſonans		h lene	d	g	b	f	
ז	ו	ו	ח	ר	ג	ב	ב	א

Nun		Mem		Lamed	Caf		Iod	Teth	Heth
n finale, n		m finale, m		l	ch finale, c	ch	i conſonans	t	h forte
ן	נ	ם	מ	ל	ך	כ	י	ט	ח

Rhes	Kuph		Zade		Phe		Ain ut aleph	Samech
r	k	q	s ſtridulũ finale,	s ſtridulum	f finale,	p f		s acutum
ר	ק		ץ	צ	ף	פ פ	ע	ס

Sic uides literarum nomina uigintiduo eſſe.

Thau		Sin	
t	th bleſum	s acutum,	s pingue
ת	ת	שׂ	שׁ

PVNCTA VOCALIA

SVB literis punctum ‒ uocatur patha,ſignificat a clarum.
Camez ‒ a obſcurum,quaſi o.
Cere ‥ e,rictu ſtrictiore.
Sægol ‥ æ,apertiore rictu.
Kybuz ׃ u,mixtum cum i.

Punctum unicum ſupra læuam literæ nominant holem,notat o commune.
Incluſum in literam Vou וֹ ſureck dicitur,ſonat u uocalem.
Sub litera He uel intra ה terminante dictionem non legitur,quod nõn ſit uocalis.
In alijs literis ſignificat duplicitatem uel duriorem prolationem,& dages uocatur.
Sub literis ſcriptum,hirick dicitur, i uocalem ſignat.

Duplex hæc punctuatio ְ ſeua dicitur uel hateph:legitur e uel a breuiſsimẽ,ſi ea cui iungitur conſonans,aliter audiri nequeat:aut per dages dupletur,alioquin omnino non legitur.
Componitur etiam cum ‒ ֵ & ֱ punctis,& ea raptim legi debere ſignificat.

Nota ſonum literarum in pronuntiatione citius audiri quàm punctorum uocalium annexorum,excepto ח & ע in calce dictionum non ha,ſed ah legatur.

Item Iod litera terminans dictionem pro i legitur uocali , ſi præcedat holem,ſureck aut patach,aliàs nunquam legitur, ſicut nec א & ה niſi punctentur.

FINIS

Index ternionum.
A B C D E F G H I K L M N O P Q.
Terniones omnes.





FRO BEN.

OPERVM D. HIERONYMI

NONVS TOMVS

COMPLECTENS COMMENTARIOS IN MATTHAEVM ET Marcum, & in diui Pauli epiſtolas: uidelicet ad Galatas, Epheſios, Titum, Philemonem, necnon Commentarios in omnes Pauli epiſtolas, ſed incerto autore: poſtremo Didymi de ſpiritu ſancto librum à Hieronymo uerſum.



BASILEAE ANNO M. D. XXXVII.

BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS
lectori candido S.



ABES in hoc ultimo Tomo lector optime, primum Commentarios diui Hieronymi in euangelium Matthæi,& in Paulinas epistolas,uide licet,ad Galatas,Ephesios, Titum,Philemonem: quos esse γνησίους, hoc est,legitimos & germanos,cũ stilus ipse qui doctis & ῆς, qui iudicio ualent,planè lydius lapis est,iuxta prouerbium: tum ex ῆς ipsis alibi citata testimonia certissimo comprobant. Deinde Commentarios in euangeliũ Marci planè supposititios,& Hieronymo hactenus inscriptos, sed impudentissime,quando ne pilum quidem habent Hieronymianæ eruditionis. Ad hæc Lucæ & Iohannis euangeliorum contextum, aliquanto quàm antehac castigatiorem: in hoc à nobis adiunctum,ut euangelico illi canoni cuius Eusebium autorem ferunt responderet: in quo restituendo uehementer est à nobis sudatum miniatulorum uice numerorũ uulgaribus istis notulis quas ciphras uocãt uti coactis. Postremo Commentarios in omnes diui Pauli epistolas, quas Hieronymo uendicabat codex quidam, obsoletæ uetustatis, Gotthicis characteribus exaratus: sic sane perplexis & iam præ uetustate euanidis, ut coacti fuerimus in elementariorum ordinem rursus descendere:& quod in ludo puelli faciũt, literarῆs apiculis noscitãdis operã dare:sed & hi sicut proxime superiores, indigni sunt iudicãdi qui Hieronymo tribuantur. Quãdo enim sic ineptit Hieronymus,ut hic interpres quisquis is demũ fuit:quando sic balbutit,ut hic frequentissime solœcissat? Tametsi is qui glossam(ut uocant) ordinariã consarcinauit, Hieronymi titulo nonnulla citat,quæ nominatim in his Commentarῆs cõperiuntur. At hoc neutiquã satis probauerit Hieronymi Stridonensis esse,quod scilicet sint illius nomine citata. Necῳ enim hoc agebat glossarius iste,siue Rabanus is fuit,siue alius quispiã:ut cuius essent,inquireret:sed pro tempore quod ad rem suã faciebat,id excerpebat. Dicet hic aliquis:quid igitur hic opus erat adulterina legitimis cũ excuderentur admiscere? Huic respõdebimus quod etiã in alῆs præfationibus ante diximus, nos uidelicet nõ doctis modo, sed indoctis uoluisse morẽ gerere. Si cõmentarios in Marcum omisissemus,aut in Paulum nõ appressissemus, quas statim imperiti tragœdias excitassent? Et habẽt qui sunt apud Hesiodũ,de primo secundóue hominũ genere, quod aut illi per seipsos,aut hi præmoniti cũ iudicio legant: & nõ deest stupidis illis tertiῆ generis apud eundẽ poetam quod amplectantur,ne scilicet nõ sit parœmiæ locus,similes habẽt labra lactucas. Quanquã in his ipsis in Marcũ & Paulum cõmentarῆs, quædam inuenire licet,quæ doctis etiã placere possint,nimirũ ex Hieronymi penu deprompta à studioso uidelicet aliquo,qui cũ percurrisset Hieronymianas lucubrationes, in hoc multa sublegerit: ut deinde suis admisceret,quo uerius huius fuci merito,Hieronymus uideri posset. Quod studiũ olim fuit monachis,his maxime qui de familia sunt diui Benedicti: nam apud hos ut religionis,sic etiã literarum multos annos(ut ita dicã) tyrannis fuit:cũ mundus à simplicitate Christi descisces,bellis operã daret:& in barbaricã quandam feritatẽ contempto sapiẽtiæ studio,sensim prolaberetur: & erat tempus quo nihil placeret quod Hieronymi nõ esset: haud secus ῳ hodie multis nihil probatur,nisi quod Scotũ aut Thomã sapiat. Tũ nebulonibus quibusdã ansa fuit præbita,simplicioribus imponẽdi, uenditabantῳ passim pro Hieronymo nænias suas:& celeberrimi sanctissimiῳ uiri titulum nugis quamlibet nugacibus præfigebant. Cæterum ut detur etiã inter multas paleas aliquod granulum reperire:cum tantum superῆit Hieronymi scriptorũ, istos cõmentarios nigro calculo notamus: & indignos censemus in quibus legendis studiosi bonas horas male collocẽt. Docti,quiῳ sunt naris emunctæ(certo scimus) nobiscum facient,imperitorum & crassorũ iudicium nihil mo/

A hil moramur. Quandoquidem autem huius uoluminis aciẽ occupant erudita, placuit quo commodius insulsa ista uelut in agmine medio milites ignauiores delitescerent, opus ipsum aliquo docto libello claudi: sic enim rei militaris periti, postremam agminis partẽ curiosius firmandam esse tradunt. Adiecimus itaq; Didymi de spiritu sancto insignem librum à diuo Hieronymo uersum, quem ab innumeris mendis uindicauimus, cuius rei qui certius uolet facere periculum, nostram hanc æditionem cum ueteri conferat. Bene uale candide lector. Basileæ, sexto Kalendas Iulias. M. D. XVI.

HIERONYMI IN QVATVOR EVANGELIA ad Damasum præfatio.

NOVVM opus me facere cogis ex ueteri: ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se uariant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant ueritate, decernã. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad infitia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen assumpserit: & à saliua quam semel imbibit, uiderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in uocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum: qui audeã aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere. Aduersus quã inuidiã duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & uerum non esse quod uariat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeãt quibus: tot enim sunt exẽplaria, pene quot codices. Sin aũt ueritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ uel à uitiosis interB pretibus male reddita, uel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, uel à librarijs dormitantibus aut addita sunt, aut mutata corrigimus? Neq; uero ego de ueteri disputo instrumento, quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguã uersum, tertio gradu ad nos usq; peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter nouos & ueteres medius incedat. Sit illa uera interpretatio, quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento, quod Græcum esse non dubium est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudea euangelium Christi, Hebraicis literis ædidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus utiq; nec in toto ueteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur, quatuor tantum euangelia, quorũ ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, sed & ueterum: nec quæ multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparent. Ita calamo temperauimus, ut in his tantũ quæ sensum uidebantur mutare, correctis: reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoq; quos Eusebius Cæsariensis episcopus Alexandrinus, sequutus Ammoniũ, in decem numeros ordinauit: sicut in Græco habent, expressimus. Quod si quis de curiosis uoluerit nosse, quæ in euangelijs, uel eadẽ, uel uicina, uel sola sint, eorũ distinctione cognoscet. Magnus siquidẽ hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadẽ re alius euangelista plus dixit: in alio quia minus putauerint, addiderũt. Vel dum eundẽ sensum alius aliter expressit: ille qui unũ è quatuor primũ legerat, ad eius exemplum cæteros quoq; existima-

uerit emendandos. Vnde accidit ut apud nos mixta ſint omnia: & in Marco plura Lucæ atque Matthæi: rurſus in Matthæo plura Ioannis & Marci: & in cæteris reliquorũ, quæ alijs propria ſunt, inueniantur. Cum itaq; Canones legeris qui ſubiecti ſunt, confuſionis errore ſublato, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua quæq; reſtitues. In canone primo cõcordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas Ioannes. In decimo, propria quique quæ non habentur in alijs, ædiderunt. Singulis uero euangelijs ab uno incipiẽs uſque ad finem librorum, diſpar numerus accreſcit. Hic nigro colore præſcriptus, ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum, qui ad decem uſque procedens, indicat, prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (uerbi gratia) illud ſiue illud capitulum ſcire uolueris, cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrẽs ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta congeries: eodemq; ſtatim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiuſdem euangeliſtæ, qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies: atq; è uicino cæterorum tramitibus inſpectis, quos numeros è regione habeant, annotabis: cum ſcieris, recurres ad uolumina ſingulorum, & ſine mora repertis numeris, quos ante ſignaueras, reperies & loca in quibus uel eadem uel uicina dixerunt.

Sciendum tamen ne quis ignarum ex ſimilitudine numerorum error inuoluat: quod ſi cubi in ſubnotatione canonum diſtinctorum in canone quolibet tres euãgeliſtæ bis, ter, uel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus econtrario diſcrepantes: quod id tres illi in eo loco ſemel dixerint, quartus toties in corpore uoluminis ſui ponat, quoties diuerſi numeri in eius canone poſiti ſtant, contra prædictorum numerorum continuatas ſimilitudines. Item ſi in uno quolibet eorum, aut etiam duobus, idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & diſpares inueniantur in cæteris: dubium non erit, quin id quod illius illorúmue canonis numerus bis terq; repetitum ab his in uolumine ſemel dictum eſſe oſtendit: alter alteriúe eorum toties uno atq; eodem ſenſu loquantur, quoties prætulerint in numerorũ annotatione diſtantiam. Et hoc in omnium nouem canonũ collatione ſeruabitur. Cæterum in decimo (quoniam propria ſingulorum tantũmodo continentur) nõ poteſt contra id cõparatio eſſe quod ſolum eſt. Opto ut in Chriſto ualeas, & memineris mei papa beatiſſime.

Canon

Canon Matt.	primus Mar.	in quo Lucas	quatuor Ioannes
8	2	7	10
11	4	10	6
11	4	10	12
11	4	10	14
11	4	10	28
14	5	13	15
23	27	17	46
23	27	34	46
23	27	45	46
70	20	37	38
87	139	250	141
98	96	116	120
98	96	116	111
98	96	116	40
98	96	116	144
98	96	116	129
98	96	116	131
133	37	77	109
141	50	19	59
142	51	21	35
147	64	93	49
166	82	94	74
209	119	234	100
211	121	238	21
220	122	239	85
220	129	242	88
220	122	261	77
244	139	250	141
244	139	250	146
274	156	260	20
274	156	260	48
274	156	260	96
276	158	74	98
280	162	269	122
284	165	266	55
274	165	266	63
284	165	266	65

Canon Matth.	primus Mar.	in quo Lucas	quatuor Ioann.
284	165	266	67
289	170	275	126
291	172	279	156
294	175	281	161
295	176	282	57
295	176	282	42
300	181	285	158
300	181	285	79
302	183	287	160
304	184	289	270
306	187	290	162
306	187	290	174
310	191	297	69
313	194	294	172
314	195	291	166
314	195	291	168
315	196	292	175
318	199	300	176
320	200	302	178
325	204	310	184
326	205	311	188
326	205	315	194
328	206	314	196
331	209	315	197
332	210	318	197
334	212	321	201
335	214	324	199
336	215	317	198
336	215	319	198
343	223	329	204
348	227	332	206
349	228	333	208
352	231	336	209
352	231	336	211


Matt.
Marcus
Lucas
Matt.
Mar.
Lucas
Matt.
Mar.
Lucas
15 21 31 32 32 50 62 62 63 67 69 71 72 72 73 74 76 79 80 82 82 83 83 85 85 88 88 92 94 94 103 114 116 116 116 121 122
6 10 102 39 39 41 13 13 18 15 47 21 22 22 23 49 52 29 30 53 53 54 54 55 55 41 141 40 86 86 1 24 25 25 25 32 33
15 32 185 133 79 56 4 24 33 26 83 38 39 186 40 85 169 86 44 87 110 88 112 114 88 148 251 80 97 146 70 41 42 165 177 127 129
123 130 131 135 137 143 144 149 149 153 164 168 168 170 172 174 176 178 178 279 190 192 193 193 194 194 195 198 199 201 203 205 206 208 217 219 223
34 35 36 38 44 57 59 66 66 69 79 83 83 85 87 91 93 95 95 99 105 106 107 107 108 108 109 110 111 112 114 116 117 118 127 128 130
147 82 76 78 167 90 12 43 53 63 144 95 206 96 98 99 101 102 217 197 195 216 121 218 152 219 220 221 173 222 270 224 232 233 240 241 243
225 226 229 229 242 242 245 248 248 249 251 253 258 259 264 269 271 278 281 285 285 296 296 301 308 312 316 317 322 328 339 340 342 344 346 353 354
134 133 135 135 137 137 138 143 143 144 146 148 150 151 155 154 42 160 165 166 166 177 177 182 189 193 197 198 202 218 219 220 222 224 225 232 237
245 244 137 246 237 248 249 209 253 254 255 204 257 258 156 228 230 263 268 265 267 280 284 286 305 299 295 295 309 322 325 327 323 328 330 337 338
Finis
Cano
nis se
cundi

CANON III

Canon Matthæus	tertius Lucas	in quo tres Ioannes
1	14	1
1	14	3
1	14	5
7	6	2
7	6	25
59	63	116
64	65	37
90	58	118
90	58	139
97	211	105
111	119	30
111	119	148
111	119	114
112	119	44
112	119	8
112	119	61
112	119	76
112	119	87
112	119	90
112	119	154
112	119	142
146	92	47

Finis Canonis tertij

CANON IIII.

Canon Matthæus	IIII. in quo Marcus	tres Ioannes
18	8	26
117	26	93
117	26	95
150	67	51
161	77	23
161	77	53
204	115	91
204	115	135
216	125	128
216	125	133
216	125	137
216	125	150
277	159	98
279	161	72
279	161	121
387	168	152
293	174	107
297	178	70
299	180	103
307	188	164
321	201	180
321	201	192
323	203	183
329	207	185
329	207	187
333	211	205

Finis Can. quarti

CANON V.

Canon V. Matthæus	in quo duo Lucas
3	2
10	8
12	11
16	16
25	46
26	47
28	48
30	49
34	194
36	162
38	53
40	52
41	55
43	123
46	153
47	134
48	191
49	150
51	59
53	125
54	54
55	170
57	61
58	60
60	171
61	64
65	172
66	66
68	105
78	108
84	111
86	109
93	145
95	160
96	182
96	184
102	69
104	71
105	193
107	73
108	115
110	118
119	126
125	62

CANON V.

Canon V. Matth.	in quo duo Lucas
127	128
128	132
129	130
132	81
134	120
158	168
156	57
158	226
162	161
175	200
182	187
182	189
183	198
187	199
197	272
213	235
221	181
228	139
231	179
231	215
232	142
234	136
236	135
237	138
238	140
240	141
241	175
255	202
256	205
257	213
261	207
262	212
265	257
266	155
267	158
270	229
272	231

CANON VI.

Canon VI. Matthæus	in quo duo Marcus
19	3
17	7
20	9
22	11
44	126
77	65
100	98
139	45
145	60
148	65
152	68
154	71
157	72
159	73
160	76
163	78
165	80
169	84
173	89
180	100
189	103
202	113
214	120
215	124
224	131
246	140
247	142
250	145
252	147
954	148
260	152
263	153
275	157
282	164
286	167
288	169
290	171
292	173
298	179
305	185
309	190
311	192
330	208
337	217
341	221
347	226
350	229


Can. VII.
Matthæus
5
19
19
19
120
185
207
in quo duo
Ioannes
83
19
32
34
82
215
101
Finis
Can. VIII.
Lucas
23
25
27
27
28
84
89
91
100
103
247
277
335
340
in quo duo
Marcus
12
14
16
28
17
48
56
61
75
97
136
216
230
234
Finis
Canon IX.
Lucas
30
30
262
267
274
274
274
303
303
303
307
307
307
312
312
312
340
341
341
342
342
in quo duo
Ioannes
219
222
113
124
227
229
231
182
186
190
182
186
190
186
190
182
213
217
221
223
225
Finis



Canon Matt.	decimus Matt.	in quo Mar.	singuli Lucas	proprie Lucas	scrit Ioan.	pse/ Ioan.	runt Ioan.
2	155	19	1	188	4	81	157
4	167	31	3	190	7	84	159
6	171	43	5	192	9	86	163
13	177	46	9	196	11	89	165
24	181	58	18	201	13	92	167
27	184	62	20	203	16	94	169
29	186	70	22	208	18	97	171
33	188	74	29	210	22	99	173
25	191	81	31	214	24	102	177
37	196	88	50	223	27	104	179
39	200	90	51	225	29	106	181
42	210	92	67	227	31	108	189
45	212	94	68	236	33	110	191
52	218	101	72	252	36	112	195
55	222	104	75	256	39	115	195
75	227	123	104	259	41	117	200
81	230	132	106	264	43	119	202
89	235	186	107	271	45	123	205
91	235	213	113	273	50	125	207
99	239	235	117	276	52	127	210
101	245		122	278	54	130	212
106	268		124	283	56	132	214
109	273		133	288	58	134	216
113	283	Finis	143	296	60	136	218
115	303		149	298	62	138	220
118	319		151	301	64	140	224
124	324		154	304	66	143	226
126	327		159	306	28	145	228
136	345		163	308	71	147	230
140	351		164	316	73	149	232
151	355		166	320	75	151	
			174	326	78	153	
	Finis		176	331	80	155	
			178	334			Finis
			180	339			
			183	343			
				Finis			

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN COMMENtarios ſuper Matthæum proœmium.

PLVRES fuiſſe qui euangelia ſcripſerunt, & Lucas euangeliſta teſtatur,dicens: Quoniamquidē multi conati ſunt ordinare narrationē rerum quæ in nobis cōpletæ ſunt:ſicut tradiderūt nobis,qui ab initio ipſi uiderunt ſermonē,& miniſtrauerunt ei: & perſeuerantia uſq; in præſens tēpus monimēta declarant:quæ à diuerſis autoribus ædita,diuerſarū hæreſeon fuere principia:ut eſt illud iuxta Aegyptios & Thomā & Mathiam & Bartholomæum,duodecimq; apoſtolorū,& Baſilidis atq; Apellis, ac reliquorum,quos enumerare longiſsimum eſt:cum tantum in præſentiarum hoc neceſſe ſit dicere:extitiſſe quoſdā qui ſine ſpiritu & gratia dei conati ſunt magis ordinare narrationē quàm hiſtoriæ texere ueritatē. Quibus iure poteſt illud propheticū coaptari: Væ qui prophetant de corde ſuo:qui ambulant poſt ſpiritum ſuum:qui dicūt,dicit dominus:& dominus nō miſit eos. De quibus & ſaluator in euangelio Ioannis loquitur: Omnes qui ante me uenerunt,fures & latrones fuerunt. Qui uenerunt,nō qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait: Veniebant,& ego non mittebam eos. In uenientibus enim præſumptio temeritatis: in miſſis obſequium ſeruitutis eſt. Eccleſia autem quæ ſupra petram,domini uoce fundata eſt: quā introduxit rex in cubiculū ſuum:& ad quam per foramen deſcēſionis occultæ miſit manum ſuam,ſimilis damulæ hinnuloq; ceruorum:quatuor flumina paradiſi inſtar eructans:quatuor angulos & anulos habet,per quos quaſi arca teſtamenti & cuſtos legis domini,lignis immobilibus uehitur. Primus omnium Matthæus eſt publicanus, cognomēto Leui:qui euangeliū in Iudæa Hebræo ſermone ædidit:ob eorum uel maxime cauſam,qui in Ieſum crediderant ex Iudæis:& nequaquā legis umbrā,ſuccedente euangelij ueritate,ſeruabant. Secundus Marcus,interpres apoſtoli Petri, & Alexandrinę eccleſiæ primus epiſcopus: qui dominū quidem ſaluatorē ipſe non uidit, ſed ea quæ magiſtrū audierat prædicantē, iuxta fidem magis geſtorū narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus,natione Syrus Antiochenſis:cuius laus in euangelio: qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli, in Achaiæ Bœotiæq; partibus uolumen condidit,quædam altius repetens:& ut ipſe in proœmio cōfitetur,audita magis quàm uiſa deſcribens. Vltimus Ioannes apoſtolus & euangeliſta, quē Ieſus amauit plurimū:qui ſupra pectus domini recūbens, puriſſima doctrinarū fluenta potauit:& qui ſolus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cū eſſet in Aſia, & iam tūc hæreticorum ſemina pullularent Cherinti,Hebionis,& cęterorum,qui negant Chriſtum in carne ueniſſe:quos & ipſe in epiſtola ſua antichriſtos uocat,& apoſtolus Paulus frequēter percutit:coactus eſt ab omnibus penè tunc Aſiæ epiſcopis, & multarum eccleſiarum legationibus,de diuinitate ſaluatoris altius ſcribere,& ad ipſum (ut ita dicam) dei uerbū,non tam audaci quàm felici temeritate prorumpere. Vnde & Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cū à fratribus cogerētur ut ſcriberet,ita facturum ſe reſpondiſſe,ſi indicto ieiunio in commune omnes deum deprecarentur,quo expleto,reuelatione ſaturatus, illud proœmium è cœlo ueniens eructauit,In principio erat uerbū,& uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Hæc igitur quatuor euangelia multo ante prædicta,Ezechielis quoq; uolumen probat.in quo prima uiſio ita contexitur. Et in medio ſicut ſimilitudo quatuor animaliū,& uultus eorum facies hominis,& facies leonis,& facies uituli, & facies aquilę. Prima hominis facies,Matthęū ſignificat,qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere,Liber generationis Ieſu Chriſti,filij Dauid,filij Abraham. Secunda Marcū,in qua uox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamātis in deſerto, parate uiā domini,rectas facite ſemitas eius. Tertia uituli,quæ euangeliſtā Lucā à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe

initium

initium præfigurat. Quarta Ioannem euangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altiora feſtinans, de uerbo dei diſputat. Cætera quæ ſequuntur, in eundem ſenſum proficiũt. Crura eorum recta, & pennati pedes: & quocunq; ibat ſpiritus, ibant & non reuertebãtur: & dorſa eorum plena oculis: & ſcintillæ ac lampades in medio diſcurrentes, & rota in rota, & in ſingulis quatuor facies. Vnde & Apocalypſis Ioannis, poſt expoſitionem uigintiquatuor ſeniorum, qui tenentes citharas & phialas, adorant agnum dei, introducit fulgura & tonitrua & ſeptem ſpiritus diſcurrentes, & mare uitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum ſimile leoni: & ſecundum ſimile uitulo: & tertium ſimile homini: & quartum ſimile aquilæ uolanti. Et poſt paululum, Plena erant, inquit, oculis, & requiem nõ habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotẽs, qui erat, & qui eſt, & qui uenturus eſt. Quibus cunctis perſpicue oſtenditur, quatuor tantũ debere euangelia ſuſcipi: & omnes apocryphorũ nænias mortuis magis hæreticis, quàm eccleſiaſticis uiuis canendas. Satisq; miror Euſebi dilectiſsime, cur Romam ſubito nauigaturus, hanc tibi à me quaſi ſitarciam dari uolueris: ut Matthæum breuiter exponens, uerbis ſtringerem, ſenſibus dilatarem. Si meminiſſes reſponſionis meæ, nunquam in paucis diebus rem annorũ peteres. Primũ enim difficile eſt omnes legere, qui in euangelia ſcripſerũt. Deinde multo difficilius adhibito iudicio, quæ optima ſunt excerpere. Legiſſe me fateor ante annos plurimos, in Matthæum Origenis uigintiquinq; uolumina, & totidẽ eius homilias, cõmaticumq; interpretationis genus, & Theophili Antiochenæ urbis epiſcopi cõmentarios, Hippolyti quoq; martyris & Theodori Heracleotæ, Apolinariiq; Laodiceni, ac Didymi Alexandrini, & Latinorum Hilarij, Victorini, Fortunatiani opuſcula, è quibus etiam ſi parua carperem, dignum aliquid memoria ſcriberetur. At tu in duabus hebdomadibus, imminente iam paſcha, & ſpirantibus uentis dictare me cogis, ut quãdo notarij excipiant, quando ſcribantur ſchedulæ, quando emendentur, quo ſpacio digerantur ad purũ, maxime cum ſcias me ita tribus mẽſibus languiſſe, ut uix nũc ingredi incipiam, nec poſſim laboris magnitudine, breuitatem temporis compẽſare. Igitur omiſſa autoritate ueterum, quos nec legendi, nec ſequendi mihi facultas data eſt, hiſtoricam interpretationem, quam præcipue poſtulaſti, digeſſi breuiter, & interdum ſpiritualis intelligentiæ flores miſcui, perfectum opus reſeruans in poſterum. Si autem mihi uita longior fuerit, aut tu in redeundo, tua promiſſa compleueris, tunc nitar implere quod reliquum eſt, imò iactis fundamentis, & ex parte conſtructis parietibus, pulcherrimum culmen imponã: ut ſcias quid interſit inter ſubitam dictandi audaciam, & elucubratam ſcribendi diligentiam. Certe noſti, & mendacij mei erubeſcerem te teſtẽ uocare, quod præſens opuſculum tanta celeritate dictauerim: ut aliena magis legere, quàm mea condere me putares. Nec hoc de arrogantia & fiducia ingenij dictum putes, ſed quod oſtendere tibi cupiam quantũ apud me ualeas, qui periclitari magis apud doctos uoluerim, quàm tibi ſedule poſtulanti quicquam negare. Vnde obſecro, ut ſi incomptior ſermo eſt, & non ſolito lapſu fertur oratio, feſtinationi hoc tribuas, non imperitiæ, & des exemplaria, cum Romam ueneris, uirgini Chriſti Principiæ, quæ me rogauit, ut in Canticumcanticorum ſcriberem, à quo opere excluſus ægrotatione diuturna, ſpem in futurum diſtuli, hac te lege conſtringens, ut ſi tu ei ad te ſcripta ſubtraxeris, illa quoq; armariolo ſibi poſtea ſcribenda concludat.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Matthæum euangelistam
liber primus.

LIber generatiõis Iesu Christi.] In Esaia legimus: Generationẽ eius quis enarrabit? Non ergo putemus euangelistã prophetæ esse contrariũ, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictũ. A carnalibꝰ autem cœpit, ut per hominem deum discere incipiamꝰ. b ¶ Filij Dauid, filij Abraham &c.] Ordo præposterus, sed necessario cõmutatus. Si enim primũ posuisset Abrahã, & postea Dauid: rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generatiõis series texeretur. Ideo aũt cæteris prætermissis, horum filiũ nuncupauit, quia ad hos tantũ est facta de Christo repromissio. B Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicẽtur omnes gentes, quod est Christꝰ. Psal.131.b Ad Dauid: De fructu uẽtris tui ponam super sedem tuam. c ¶ Iudas aũt genuit Phares &c.] Notandũ in genealogia saluatoris nullã sanctarum assumi mulierũ, sed eas quas scriptura reprehẽdit, ut qui propter peccatores uenerat, de peccatoribꝰ nascẽs, omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus, Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Vriæ. d ¶ Naasson autem genuit Salmon &c.] Iste est Salmon princeps tribu Iudæ, sicut in Numeris legimus. e ¶ Ioram autem genuit Oziam &c.] In quarto Regum uolumine legimus de Ioram Ochoziã fuisse generatum: quo mortuo, Iosabeth filia regis Ioram, soror Ochoziæ, tulit Ioas filiũ fratris sui, & eum internicioni quæ exercebat ab Athalia, subtraxit. Cui successit in regnũ filius eius Amasias; post quem regnauit filius eius Azarias, qui appellat & Oziας, cui successit Ioathã filius eius. Cernis ergo quod secundũ fidem historiæ tres reges in medio fuerint, quos hic euangelista prætermisit: Ioram quippe non genuit Oziam, sed Ochoziã, & reliquos quos enumerauimꝰ. Verum quia euãgelistæ propositũ erat tres tessaradecades in diuerso temporũ statu ponere, & Ioram generi se miscuerat impijssimæ Iezabel, idcirco usq; ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneret. f ¶ Et post transm. &c.] Si uoluerimus Iechoniã in fine primæ tessaradecadis ponere, in sequenti non erunt quatuor decim, sed tredecim. Sciamꝰ igitur Iechoniam priorem ipsum esse quem & Ioakim: secũdũ autem filium, nõ patrem, quorum prior per k & m, sequẽs per ch & n scribitur, quod scriptorum uitio & longitudine temporũ apud Græcos Latinosq; cõfusum est. g ¶ Iacob autẽ genuit Ioseph.] Hunc locum obiecit nobis Iulianꝰ Augustus de dissonantia euangelistarũ: cur euãgelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellarit Heli, non intelligens cõsuetudinem scripturarũ, quod alter secũdum naturam, alter secundum legẽ ei pater sit. Scimꝰ enim hoc per Deut.25.b Mosen deo iubente præceptum, ut si frater aut propinquus absq; liberis mortuꝰ fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semẽ fratris uel propinqui sui. Super hoc & Aphricanus tẽporũ scriptor, & Eusebius Cæsariensis in libris διαφωνίας εὐαγγελιῶν plenius disputarunt. h ¶ Virum Mariæ, de qua natꝰ est Iesus, q uocat Christus.] Quum uirum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarũ, sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi uiri, & sponsæ uocentur uxores. i ¶ Et à transmigratione Babylonis usque ad Christũ numera à Iechonia usque ad Ioseph, & inuenies generationes tredecim. Quartadecima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur. k ¶ Christi autem generatio sic erat.] Quærat diligens lector & dicat: Cum Ioseph non sit pater domini saluatoris, quid pertinet ad dominum generationis ordo deductus usque ad Ioseph? Cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph & Mariam, unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam: & quod simul censentur in Bethlehem, ut de una uidelicet stirpe generati.

MATTHAEVS



Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudã & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autẽ genuit Arã. Aram aũt genuit Aminadab. Aminadab aũt genuit Naasson. Naasson aũt genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autẽ rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Iorã autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autẽ genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et pòst transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salatiel. Salatiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autẽ genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autẽ genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph uirũm Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Omnes itaq; generationes ab Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à trãsmigratione Babylonis usq; ad Christũ, generatiões quatuordecim. Christi aũt generatio sic erat. Cum

A a ¶ Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph &c.] Quare non de simplici uirgine, sed de desponsata concipitur? Primum ut per generationem Ioseph, origo Mariæ monstraretur. Secundo ne lapidaretur à Iudæis ut adultera. Tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à despōsata cōceptus sit, ut partus, inquiens, eius cælaretur diabolo, dū eum putat non de uirgine, sed de uxore generatum.

c 3 V d 4 X

b ¶ Antequam conuenirent inuēta est in utero habens de spiritu sancto.] Non ab alio inuenta est nisi à Ioseph, qui penè licētia maritali futuræ uxoris oīa nouerat. Quod autē dicitur: antequam conuenirent: non sequitur ut postea conuenerint, sed scriptura quod factum nō sit ostendit.

c Ioseph autem uir eius cū esset iustus.] Si quis fornicariæ cō iungitur, unum corpus efficitur. Et in lege præceptum est, nō solum reos, sed & conscios criminū obnoxios esse peccati: quomodo Ioseph quum crimen cælaret uxoris, iustus scribitur? Sed hoc testimonīū Mariæ est quòd Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, cælat silentio cuius mysterium nesciebat.

Leui.5.a B

a 5 VII

d

b 6 X

¶ Ioseph fili Dauid noli timere &c.] Iam & supra diximus spōsas uxores appellari, quod plenio liber aduersus Heluidiū docet. Et blandientis affectu ei per somnium angelus loquitur, ut iusticiam silentij compararet. Simulq; notādum quod Ioseph filius esse dicatur Dauid, ut Maria quoq; de stirpe Dauid monstraretur.

e ¶ Et uocabis &c.] Iesus Hebræo sermone saluator dicitur. Etymologiam ergo nominis eius euāgelista signauit, dicens: Vocabis nomē eius Iesum, quia ipse saluum faciet populum suum.

f ¶ Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentē &c.] Pro eo quod euangelista Matthæus dicit, in utero habebit: In propheta scriptum est, in utero accipiet: Sed propheta quia futura prædicit, significat quid futurū sit, & scribit accipiet: Euangelista ḡa non de futuro, sed de præterito narrat historiā, mutauit accipiet, & posuit habebit. Qui enim habet, nequaq̄ accepturus est. Tale quid & in psalmis legimus: Ascēdens in excelsum captiuā duxit captiuitatē, accipiet dona in hominib⁹. Hoc testimonium Apostolus ponens, non dixit, accipiet, sed dedit, ḡa ibi de futuro significatū est, quod accepturus esset: hic de eo narrat historia, q̄ iam dederat quod acceperat.

E

Psal.67.d

g ¶ Et accepit coniugem suā &c.] Ex hoc loco quidam peruersissime suspicantur, & alios filios habuisse Mariā, dicentes: primogenitum non dici nisi qui habeat & fratres, cum hic mos sit diuinarum scripturarum, ut primogenitū non eum uocent quē fratres sequantur, sed eum qui primus natus sit. Lege supradictū libellū aduersus Heluidiū. Cap. II

h ¶ Et non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum, & uocauit nomen eius Iesum.

Cap. II

C Vm ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymam, dicētes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellā eius in oriēte, & uenimus adorare eum. Audiens aūt Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotū & scribas populi, sciscitabat ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptū est per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clàm uocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorē eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos, usq; dum ueniens staret supra ubi erat puer. Vidētes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et aperti thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad He-

D

Vidim⁹ eī stellā.] Ad confusionē Iudæorū ut natiuitatē Christi à gentibus discerēt, oritur in oriēte stella, quā futurā Balaā, cuius successores erant, uaticinio nouerāt. Lege Numerorū librū. Deferunt autē magi stellæ indicio in Iudæā, ut sacerdotes à magis interrogati, ubi Christus nasceretur, inexcusabiles fierent de aduētu eius.

Num.24.c

i ¶ At illi dixerūt.] Librariorū hic error est. Putamus eī abeuangelista primū ædidit, sicut in ipso Hebraico legimus Iudæ, non Iudææ. Quæ est enim aliarum gentium Bethlehē, ut ad distinctionē eius hic Iudææ poneretur? Iudæ autem idcirco scribitur, quia est & alia Bethlehē in Galilæa. Lege librum Iesu filij Naue. Denique & in ipso testimonio qd de Micheæ pphetia sumptum est, ita habetur: Et tu Bethlehem terra Iuda.

Iosue.19.d

Mich.5.d

k ¶ Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.] Pulcherrime munerum sacramenta Iuuencus presbyter uno uersiculo comprehendit: Thus, aurum, myrrham, regiq; hominiq; deoq;, Dona ferunt.

l ¶ Et responso acepto in somnis, ne redirent &c.] Qui munera obtulerant domino, consequēter responsum

ad Herodē, per aliam uiam reuersi sunt in regionē suā. Qui cū recessissent, eccē angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū, & esto ibi usq; dum dicam tibi. Futurū est enim ut Herodes quærat puerū ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptū, & erat ibi usq; ad obitum Herodis. Vt ādimpleretur quod dictū est à domino per prophetam dicentē: Ex Aegypto uocaui filium meum. Tunc Herodes uidens quoniam illusus esset à magis, iratus est ualde: & mittens occidit omnes pueros qui erāt in Bethlehē, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à magis. Tūc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetā dicentē: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terrā Israel. Dēfuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui surgens accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et uēniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut ādimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaræus uocabitur.

Cap. III

IN[a] diebus autem illis uenit Ioannes baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim qui dictus est per Esaiam prophetam, dicentem: [b] Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ipse aūtē Ionanes habebat uestimentū de pilis camelorū, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca

A responsum accipiunt. Responsum autem quod Græce dicitur χρηματισθέντες, nō per angelum fit, sed per ipsum dominum, ut meritorum Ioseph priuilegiū demonstretur. Reuertuntur autem per aliam uiam, quia infidelitati miscendi non erat Iudæorū. *a* ¶ Ecce angelus domini apparuit.] Quando tulit puerū & matrem eius ut in Aegyptum transeat, nocte tulit & tenebris: quando uero reuertitur in Iudæam, nec nox nec tenebræ ponuntur in euāgelio. *b* ¶ Vt ad impleretur &c.] Respōdeāt qui Hebræorum uoluminum denegāt ueritatem, ubi hoc in Lxx. legaī interpretib⁹. Quod cū nō inuenerint, nos eis dicemus in Oseæ prophetā scriptū: sicut & exemplaria probare possunt quæ nup ædidimus. Possumus autem locū istum & aliter consolari propter cōtentiosos, quorum consuetudinem Paulus apostolus habere se denegat & ecclesiā Christi, & testimoniū proferim⁹ ex Numeris, dicente Balaam: Deus ex Aegypto uocauit eū, gloria eius sicut unicornis. *c* ¶ Tunc adimpletum ē &c.] De Rachel natus est Beniamin, ī cuius tribu nō est Bethlehem. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Iudæ, id est, Bethlehē quasi suos ploret. Respondebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethlehē in Ephrata: & ex materno corpusculi hospitio matris nomen acceperit. Siue quoniā Iuda & Bēiamin duæ tribus iunctæ erāt: & Herodes præceperat non solū in Bethlehē iterfici pueros, sed & in omnibus finibus eius: per occasionē Bethlehem, intelligimus multos etiā de Beniamin fuisse cæsos. Plorat autem filios suos, & non recipit consolationē, secūdum duplicem intelligentiā. Siue quod eos in æternū mortuos æstimaret: siue quod cōsolari se nollet de his quos sciret esse uicturos. Quod autem dicitur, in Rama, nō putem⁹ loci nomen esse iuxta Gabaa, sed Rama excelsum interpretat, ut sit sensus: Vox in excelso audita est: id est, longe lateq; dispersa. *d* ¶ Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.] Ex hoc loco intelligimus non solum Herodem, sed & sacerdotes & scribas eodem tempore necem domini fuisse meditatos. *e* ¶ Qui surgens accepit &c.] Nō dixit, accepit filiū suum & uxorem suam, sed puerū & matrem eius, quasi nutritius, non maritus.

f ¶ Audiens autem &c.] Multi labūtur errore propter ignorantiam historiæ, putantes eundem esse Herodem à quo in passione sua dominus irridetur, & qui nunc mortuus referatur. Ergo Herodes ille qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai, quem & ipsum Tyberius Cæsar Lugdunum, quæ Galliarum est ciuitas, relegauit: fratrem'q; eius Herodem successorē regni fecit. Lege Iosephi hi- *Ioseph. 17. antiquit. cap. 10*
storiam. *g* ¶ Et ueniens &c.] Si fixū de scripturis posuisset exemplum, nunq; diceret quod dictum est per ꝓphetas, sed simpliciter quod dictū est per prophetā: nūc autem pluraliter prophetas uocās, ostēdit se non uerba de scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazaræ⁹ sanctus interpretat. Sanctum autem dominū futurū, omnis scriptura cōmemorat. Possumus & aliter dicere, quod etiam eisdē uerbis iuxta Hebraicam ueritatē in Esaia scriptum sit: Exiet uirga de radice Iesse, & Nazaræ⁹ de radice eius conscendet. *Esa. 11. a* D

P Oenitentiam agite &c.] Primus baptista Ioannes regnū cœlorum prædicat, ut præcursor domini hoc priuilegio honoret. *i* ¶ Hic est enim q dictus est &c.] Animas credentium præparabat, in q̄bus amabulaturus erat dominus, ut purus in uijs purissimis ābularet, dicens: Habitabo in eis & inambulabo, & ero deus ipsorum, & ipsi erunt mihi populus. Porphyri⁹ istum locum Marci euangelistæ principio cōparat, in quo scriptum est: Initium euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Vox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas eius. Quum enim testimonium de Malachia Esaiaq; contextum sit, quærit quomodo uelut ab uno Esaia exemplū putemus assumptum. Cui ecclesiastici uiri plenissime responderūt. Nos autem nomen Esaiæ putamus additum scriptorū uitio, quod & in alijs locis probare possumus: aut certe de diuersis testimonijs scripturarū unum corpus effectū. Lege XIII. psalmum, & hoc idem reperies. *k* ¶ Ipse autem Ioannes &c.] De pilis, inquit, habebat non de lana. Aliud austeræ uestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Zona aūt pellicea qua accinctus fuit &

C
a 7 III
Leui. 26. b *b* 8 I
Esa. 40. a
Malach. 3. a

A Helias, mortificationis cingulũ eſt. Porrò quod ſequit:
4.Reg.1.b *a* ¶ Eſca autẽ eius &c.] Habitatori ſolitudinis congruũ eſt, non delicias ciborũ, ſed neceſſitatem humanæ carnis explere. *b* ¶ Potẽs eſt deus &c.] Lapides ethnicos uocat, propter cordis duritiã. Lege Ezechiel: Auferã inqt,
Ezech.36 à uobis cor lapideũ,
c 9 & dabo cor carneũ.
VI In lapide duricia, in carne, mollicia monſtratur. Siue ſimpliciter indicat dei potentiã, ꝙ ꝙ de nihilo cun
d 10 cta fecerit, poſſit & de
VI ſaxis duriſſimis populũ ꝓcreare. *c* ¶ Iã eñ ſecuris &c.] Prædicatio ſermonis euãgelici, qui ex utraq; parte acutꝰ eſt gladius, ſecuris appellat,
Hiere.46.f iuxta Hieremiã ꝓphetam, qui uerbũ dñi ſecuri cõparat cædenti petrã. *d* ¶ Cuius nõ ſum.] In alio euange-
e 11 lio: Cuius, ait, nõ ſum
I dignus ſoluere corri-
f 12 giã calciamẽti: hic humilitas, ibi myſteriũ demonſtrat, ꝙ Chriſtus ſponſus ſit, & Io-
g 13 annes nõ mereat ſpõ
X ſi corrigiã ſoluere, ne
Deut.25.c uocet dom⁹ eius iuxta legẽ Moſi & exemplũ Ruth, domus diſcalciati. *e* ¶ Ipſe uos baptizabit &c.] Siue
h 14 ꝙa ignis eſt ſpũs ſanctus, ut Acta apoſtoI lorũ docẽt: quo deſcẽdẽte ſedit quaſi ignis ſup linguas credẽtiũ, & impletus eſt ſermo dñi dicẽtis: Ignẽ ueni
a 15 mittere ſup terrã, & ꝙ
II uolo ut ardeat. Siue
b 16 ꝙa in præſenti ſpiritu
V baptizamur, & in futuro igne: Apoſtolo
1.Cor.13.e quoq; huic ſenſui cõgruẽte: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis ꝓbabit. *f* ¶ Tunc uenit Ieſus &c.] Triplicem ob cauſam ſalua tor à Ioanne accepit baptiſmũ. Primũ, ut ꝙa homo natus erat, omnem iuſticiã & humilitatẽ legis impleret. Secũdo, ut baptiſmate ſuo, Ioannis baptiſma cõprobaret. Tertio, ut Iordanis aquas ſanctificans per deſcẽſionem columbæ, ſpiritus ſancti in lauacro credentiũ monſtraret aduentũ. *g* ¶ Sine modo.] Pulchre dixit: ſine modo, ut oſtẽderet Chriſtum in aqua, Ioannẽ à Chriſto in ſpiritu baptizandum. Siue aliter: Sine modo, ut ꝙ ſerui formã aſſumpſi, expleam & humilitatẽ eius. Alioquin ſcito in die iudicij, meo te eſſe baptiſmate baptizãdũ. Sine modo, dicit dñs Ieſus, habeo & aliud baptiſma quo baptizãdus ſum. Tu me baptizas in aqua, ut ego te baptizem pro me in ſanguine tuo. *h* ¶ Sic eñ decet &c.] Non addidit iuſticiã legis ſiue naturæ, ut nos utrũq; intelligam⁹, ut ſi deus ab hoĩe accepit baptiſma, nullus à cõſeruo dedignetur acci- C
pere. *i* ¶ Et ecce &c.] Myſteriũ trinitatis in baptiſmate demonſtrat: dominus baptizatur: ſpiritus deſcendit in ſpecie columbæ: patris uox, teſtimoniũ filio perhibẽtis, auditur. Aperiuntur aũt cœli nõ reſeratione elementorũ, ſed ſpũalibus oculis, quibꝰ & Ezechiel in principio uoluminis ſui aptos eos eſſe cõmemorat. Sedit ꝙq; colũba ſup caput Ieſu, ne quis putaret uocem patris ad Ioannẽ factã, nõ ad dominũ.

Cap. III

Eſcã autẽ eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. *c* Tunc exibat ad eum Hieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ. Et baptizabãtur ab eo in Iordane, cõfitẽtes peccata ſua. Videns aũt multos phariſæorum & Saducęorũ uenientes ad baptiſmum ſuũ, dixit eis: *d* Progenies uiperarũ, ꝙs demõſtrauit uobis fugere à uẽtura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, patrẽ habemus Abrahã: Dico eñ uobis, quõniã potẽs eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iã enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur & in ignem mittetur. Ego quidẽ baptizo uos in aqua in pœnitentiã: qui autem poſt me uenturus eſt, *e* fortior me eſt, cũius non ſum dignus calciamenta portare, ipſe uõs baptizabit ſpiritu ſancto & igne. *f* Cuius uentilabrũ in manu ſua, & permũdabit aream ſuam, & cõgrebabit triticũ in horreum ſuum: paleas aũt comburet igni inextinguibili. *g* Tunc uẽnit Ieſus à Galilæa in Iordanem ut baptizaretur ab eo. Ioannes aũt prohibebat eum, dicẽs: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Reſpondens aũt Ieſus dixit ei: Sinẽ modo, ſic ẽ eñ decet nos implere omnem iuſticiam. Tunc dimiſit eum. *h* Baptizatus aũt Ieſus confeſtim aſcendit de aqua: & ẽc ce aperti ſunt ei cœli, & uidit ſpiritum dei deſcẽdentem ſicut columbã, & uenientẽ ſuper ſe. Et ecce uox de cœlis dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui.

Cap. IIII

a Vnc Ieſus ductus eſt in deſertũ à ſpiritu, ut tẽtaretur à diabolo. *b* Et cũm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens ait: Scriptum eſt: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in oñi uerbo quod procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatẽ, & ſtatuit eum ſupra pinnaculũ tẽpli, & dixit ei: Si filius dei es, mittẽ te deorſum. Scriptum eſt enim, quia angelis

Exod.34.d 3.Reg.19.b
Deut.8.d
Eccli.2.d
Matth.4.f

more: & præpara aiam tuã ad tentationẽ. Sed & ipſa reſpõſio ſaluatoris hoĩem fuiſſe indicat ꝙ tẽtatꝰ eſt. Nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed ĩ oñi uerbo qd' ꝓcedit de ore dei. Si ꝙs ergo nõ ueſcit uerbo dei, iſte nõ uiuit. *p* Tũc aſſumpſit &c.] Aſſumptio iſta quæ dicit, nõ ex ibecillitate dñi uenit, ſed de inimici ſupbia, ꝙ uolũtatẽ ſaluatoris, neceſſitatẽ putat. Ex hoc aũt loco intelligit ꝙd ſit illd' qd' in alio ſcribit loco: Abierũt ĩ ſanctã ciuitatẽ, & multis apparuerũt. *q* ¶ Et ſtatuit &c.] Vt quẽ fame tẽtauerat, tentaret eũ & uana gloria. *r* ¶ Si filius &c.] In oĩbus tentationibꝰ hoc agit diabolꝰ, ut itelligat ſi filiꝰ dei ſit: ſed dñs ſic reſpõſionẽ tẽperat, ut eũ reliquat ambiguũ. *ſ* ¶ Mitte te deorſum.] Vox diaboli, qui ſemp oẽs cadere deorſum de-

A sum desiderat. Mitte te, inquit, deorsum: persuadere potest, præcipitare nō potest. a ¶ Angelis suis mandauit de te &c.] Hoc in XC. psalmo legimus: uerū ibi non de Christo, sed de uiro sancto, pphetia est. Male ergo interpretatur scripturas diabolus. Certe si uere de saluatore scriptum nouerat, debuerat & illud dicere quod in eodē psalmo contra se sequitur: Super aspidem & basilisc̄ ambulabis, & cōculcabis leonē & draconem. De angelorū auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sua conculcatione quasi tergiuersator tacet.

b ¶ Ait illi Iesus rursum: Scriptū est: Nō tentabis dominū deū tuum.] Falsas de scripturis diaboli sagittas, ueris scripturarū frangit clypeis. Et notādū q̄ testimonia necessaria de Deuteronomio tantum protulerit, ut secundæ legis sacramenta monstraret. c Iterum assumpsit eum diabolus.] Gloria mūdi quæ cū mundo præteritura

B est, in monte & in supercilio demonstrat: dominus autē ad humilia descēdit & campestria, ut diabolum humilitate superaret. Porrò diabolus duce re eū festinat ad mōtes, utq̄ ḡs ipse corruerat, etiam cæteri corruant, iuxta illud Apostoli: Ne inflatus incidat in iudiciū diaboli. d ¶ Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me.] Arrogans & superbę etiam hoc de iactantia loquitur, nō quod in toto mundo habeat potestatē: aut possit oīa regna dare diabolus, cum sciamus plerosque sanctos uiros à deo reges factos. Si cadens, inqt, adoraueris me. Ergo qui adoratur? est diabolum ante corruit. e ¶ Tunc dixit ei Iesus: uade satana &c.] Non ut plerique putant, eadem satanas & apostolus Petrus sententia condemnantur. Petro enim dicit: Vade retro me satana: id est sequere me qui contrarius es uoluntati meæ: hic uero audit, uade satana, & non ei dicitur retro me ut subaudiat: uade in ignem æternum qui præparatus est tibi & angelis tuis. f ¶ Dominū deum tuum adorabis, & illi soli seruies.] Dicens diabolus saluatori: si cadens adoraueris me: econtrario audit, q̄ ipse magis adorare eum debeat dominū & deum suū. g ¶ Tunc reliquit eum diabolus &c.] Præcedit tentatio, ut sequatur uictoria. Angeli ministrant, ut uictoris dignitas cōprobet. h ¶ Terra Zabulon &c.] Hi primum audiere dominum prædicātem, ut ubi Israelis fuerit ab Assyrijs prima captiuitas, ibi redemptoris præconiū nasceretur. i ¶ Exinde cœpit Iesus prædicare &c.] Ioanne tradito, recte ipse incipit prædicare: desinente lege consequenter oritur euāgelium. Si autem eadem prædicat saluator, quæ Ioannes baptista ante prædixerat: ostendit se eiusdem dei esse filium, cuius ille propheta sit. k ¶ Venite post me, & faciā uos fieri piscatores hominū &c.] Isti primi uocati sunt ut dominum sequerentur: piscatores & illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non uirtute dei, sed eloquentia atque doctrina fieri putaretur. l ¶ Et lunaticos &c.] Non uere lunaticos, sed qui putabantur lunatici, ob dæmonū fallaciam, qui obseruantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, ut in creatorem blasphemiæ redundarent. Cap. V

V Idens autem turbas &c,] Dominꝰ ad montana conscendit, ut turbas ad altiora secum trahat. Sed turbæ ascendere non ualent. Et sequuntur discipuli: quibus & ipsis non stans, sed sedens & contractus loquitur. Non enim intelligere poterant in sua maiestate fulgentem. Secūdū literam nonnulli simplicium fratrum putant eum beatitudines & cætera quæ sequuntur in oliueti monte docuisse, q̄ nequaq̄ ita est. Ex

Matth.16.d

1 Timoth.3.b

ångelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est: Non tentabis dominū deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montē excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorū, & dixit ei: Hæc ōmnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satana: Scriptū est enim: Dominum deum tuū adorabis, & illi soli seruies. c Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. d Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæā: e & relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictū est per Esaiam prophetam: f Terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Iordanem Galilææ gētium, populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. g Exindè cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erāt enim piscatores. Et ait illis: h Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. i Et procedens inde uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficiētes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. k Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habētes, uarijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunáticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutæ sūt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem. Cap. V

V l Idens autem Iesus turbas, ascendit in mōtem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, m & aperiens os suum docebat eos, dicens: n Beati pauperes spiritu

præcedētibus enim & sequētibus in Galilæa monstrat locus, quē putamus esse uel Thabor, uel quēlibet aliū excelsum montē. Deniq̄ postq̄ finiuit sermōes suos, statim sequitur: cum aūt introisset Capharnaū. n ¶ Beati pauperes &c.] Hoc est qđ alibi legimus: Et hūiles spiritu salua bit. Ne quis aūt putaret paupertatē quæ nonnunq̄ necessitate portat, à domino prædicari, adiunxit, spiritu, ut

Psal.33.b

humilitatẽ intelligeres, non penuriã. Beati pauperes ſpiritu, qui propter ſpiritũ ſanctum uoluntate ſunt pauperes. Vnde ſuper huiuſcemodi pauperib⁹ & ſaluator per Eſaiã loquitur: Dñs unxit me, propter quod euãgelizare pauperibus miſit me. *a* ¶ Beati mites &c.] Non terram Iudæ, nec terrã iſtius mũdi, nõ terrã maledictam ſpinas & tribulos afferẽtẽ, quã crudeliſſimus quiſq; & bellator magis poſſidet, ſed terrã quam pſalmiſta deſiderat, dicens: Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Huiuſcemodi poſſeſſor, & poſt uictoriã triũphator, etiã in XLIIII. pſalmo deſcribitur: Et intẽde proſpere, procede & regna, ꝓpter ueritatem & mãſuetudinem & iuſticiam. Nemo enim terrã iſtam per maſuetudinẽ, ſed per ſuperbiam poſſidet. *b* ¶ Beati q lugent &c.] Luctus hic non mortuorũ ponit cõmuni lege naturæ, ſed peccatis & uitijs mortuorũ. Sic fleuit & Samuel Saulẽ, qa pœnituerat deum ꝙ unxiſſet eum regẽ ſuper Iſrael. Sic & Paulus apoſtolus, flere ac lugere ſe dicit eos qui poſt fornicationẽ & immundiciã non egerunt pœnitentiam.

Eſa.61.a

a 27 V
d 27 V
e 28 V
f 29 X
Pſal.26.d
g 30 V
h 31 II
i 32 H
1.Reg.15.c
B
k 33 X
l 34 V
m 35 X

ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. [d] Beati mites, quoniã ipſi poſſidebunt terrã. [e] Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſticiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. [f] Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã cõſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiã, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. [g] Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum uos, mentientes propter me. Gãudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt prophetas qui fuerunt ante uos. [h] Võs eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilũm ualet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Võs eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, [i] neq; accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper cãdelabrum, ut luceat omĩbus qui in domo ſunt. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. [k] Nõlite putare quoniam ueni ſoluere legem aut prophetas. Non ueni ſoluere, ſed adimplere. [l] Amen quippe dico uobis, dõnec tranſeat cœlum & terra, iõta unũ aut apex unus, non præteribit à lege, donec omnia fiant. [m] Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dico autem uobis, quia niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus

c ¶ Beati q eſuriũt.] Nõ nobis ſufficit uelle iuſticiam, niſi iuſticiæ patiamur famẽ, ut ſub hoc exemplo nunquã nos ſatis iuſtos, ſed ſemp eſurire iuſticiæ opera intelligam⁹. *d* ¶ Beati miſericordes &c.] Miſericordia non ſolũ in eleemoſynis intelligitur, ſed in oĩ peccato fratris, ſi alter alterius onera portemus. *e* ¶ Beati mundo corde &c.] Quos non arguit cõſcientia ulla peccati. Mundus mũdo corde conſpicit, templum dei non poteſt eſſe pollutũ. *f* ¶ Beati pacifici &c.] Qui primum in corde ſuo, deinde & inter fratres diſſidentes pacem faciunt. Quid enim prodeſt alios pacare, cum in tuo animo ſint bella uitiorũ? *g* ¶ Beati qui perſecutionẽ patiuntur &c.] Signanter dixit, propter iuſticiã. Multi enim perſecutionẽ propter ſua peccata patiuntur, & non ſunt iuſti. Simulq; conſidera, ꝙ octaua ueræ circumciſionis beatitudo martyrio terminatur. *h* ¶ Beati eſtis &c.] Illud maledictũ cõtemnendum eſt, quod beatitudinẽ creat: quod falſo maledicẽtis ore profertur. Vnde & ſpecialiter definiuit quæ ſit beata maledictio: omne dicens maledictum aduerſum uos, mentientes ꝓpter me. Vbi ergo Chriſtus in cauſa eſt, ibi & optãda maledictio eſt. *i* ¶ Gaudete &c.] Neſcio qs hoc noſtrum poſſit implere, ut laceret opprobrijs fama noſtra, & nos exultemus in dño. Hoc qui uanã ſectat gloriã implere nõ poteſt. Gaudere igit & exultare debem⁹, ut merces nobis in cœleſtibus præparet. Eleganter in quodam uolumine ſcriptũ legimus: Ne quæras gloriã, & nõ doleb is cũ inglorius fueris. *k* ¶ Vos eſtis ſal terræ.] Sal appellant apoſtoli, quia per illos uniuerſum hominũ condit gen⁹. *l* ¶ Quod ſi ſal euanuerit &c.] Si doctor errauerit, a q̃ alio doctore emendabitur? *m* ¶ Ad nihilũ ualet &c.] Exemplum de agricultura ſumptũ eſt. Sal etem ſicut in ciborum condimẽtum & ad ſiccandas carnes neceſſariũ eſt, ita aliũ uſum non habet. Certe legimus in ſcripturis, urbes quaſdã ita uictorũ ſale ſeminatas, ut nullũ in ipſis germen orire tur. Caueant ergo doctores & epiſcopi, & uideant: Potentes potenter tormenta ſuſtinere, nihilq; eſſe remidij, ſed maiorem ruinam ad tartarũ ducere. *n* ¶ Vos eſtis lux mundi &c.] Docet ſi ducia prædicandi, ne apoſtoli abſcondant ob metũ, & ſint ſimiles lucernæ ſub modio, ſed tota libertate ſe prodant, ut qd' audierunt in cubiculis, prædicẽt in tectis. *o* ¶ Nolite putare.] Siue qd' de ſep alios ꝓphetata cõpleuerit: ſiue qd' ea quæ ante ꝓpter infirmitatẽ audiẽtiũ rudia & imperfecta fuerant, ſua prædicatione cõpleuerit: iram tollens & uicem talionis excludens, & occultã in mente concupiſcentiã. *p* ¶ Donec trãſeat cœlum & terra.] Promittit nobis cœli noui & terræ noua, quæ facturus eſt domin⁹ deus. Si ergo noua creanda ſunt, conſequenter uetera tranſitura. Quod autem ſequitur. *q* ¶ Iota unũ, aut unus apex nõ præteribit à lege donec omnia fiant.] Ex figura literæ oſtẽditur, quod etiam quæ minima putantur in lege, ſacramẽtis ſpiritualibus plena ſint, & omnia recapitulentur in euangelio. Cuius ergo eruditionis eſt, cuiusq; doctrinæ etiã diuerſa ſacrificia, & quæ ſuperſitioſa uidẽtur in uictimis, quotidie demõſtrare compleri? *r* ¶ Qui ergo ſoluerit unũ de mãdatis iſtis minimis &c.] Hoc capitulum cum ſuperiori hæret teſtimonio, in quo dixerat: Iota unum, aut apex unus nõ præteribit à lege donec omnia fiant. Sugillat ergo phariſæos, q contẽptis mãdatis dei, ſtatuebãt ꝓprias traditiões: ꝙ nõ eis ꝓfit doctrina in populis, ſi uel paruũ qd' in lege præceptũ eſt deſtruãt. Poſſum⁹ aũt & aliter itelligere, ꝙ magiſtri eruditio, etiã ſi paruo peccato obnoxius ſit, deducat eũ de gradu maximo: nec ꝓfit docere iuſticiã, quam minima culpa deſtruit. Et beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docueris, opere complere.

reus erit iudicio. Ego autem dico uobis: quia ὁmnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri ſuo raka, reus erit concilio. Qui autẽm dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Si ergȏ offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniẽs offeres munus tuũ. [n] Eſtȏ conſentiens aduerſario tuo cito dum es cum eo in uia: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. [o] Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico uobis: quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Quȏd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proĳce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorũ, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcide eam & proĳce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehẽnam.

A *a* ¶ Omnis qui iraſcitur fratri ſuo &c.] In quibuſdam codicibus additur, ſine cauſa: cæterum in ueris definita ſententia eſt, & ira penitus tollitur, dicẽte ſcriptura. Qui iraſcitur fratri ſuo. Si enim iubemur uerberanti alteram præbere maxillam, & inimicos noſtros amare, & orare pro perſequentibus, omnis iræ occaſio tollitur. Radendum eſt ergo, ſine cauſa: quia ira uiri iuſticiam dei nõ operat. *b* ¶ Qui autem dixerit fratri &c.] Hoc uerbum proprie Hebræorum eſt רֵקָה enim dicitur κενὸς id eſt, inanis aut uacuus: quẽ nos poſſumus uulgata in iuria abſq; cerebro nuncupare. Si pro otioſo ſermone reddituri ſumus rationẽ, quanto magis de contumelia? Sed & ſignãter additur: Qui dixerit fratri ſuo raka. Frater eñ noſter nullus eſt, niſi qui eundẽ nobiſcũ habet patrẽ. Cum ergo ſimiliter credat in deũ, & Chriſtum dei nouerit ſapientiam: qua ratione ſtulticiæ elogio denotari poteſt? *c* ¶ Qui B autem dixerit &c.] ἀπὸ κοινοῦ ex ſuperioribus ſubauditur: Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ: qui enim æque in deum credenti dicit fatue, impius eſt in religione. *d* ¶ Si ergo offers munus &c.] Non dixit, ſi tu habes aliquid aduerſus fratrẽ tuum: ſed ſi frater tuus habet aliquid aduerſum te: ut durior reconciliationis tibi imponatur neceſſitas. Quamdiu illũ placare non poſſumus, neſcio an conſequenter munera noſtra offeramus deo. *e* ¶ Eſto cõſentiens aduerſario tuo &c.] Pro eo quod nos habemus in Latinis codicibus, conſentiens, in Græcis ſcriptũ eſt εὐνοῶν, quod interpretatur beneuolus aut benignus. Ex præcedentibus aũt & cõſequentibus manifeſtus eſt ſenſus: quod nos dominus atq; ſaluator noſter dum in iſtius ſeculi uia currimus, ad Rom.12.d pacẽ & ad concordiã cohortetur, iuxta Apoſtolũ dicentem: Si fieri poteſt quantũ ex uobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Nam & in præcedenti capitulo dixerat: Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, & hoc finito, ſtatim infert: Eſto cõſentiens aut benignus aduerſario tuo, & reliqua. Et in conſequentibus iubet: Diligite inimicos ueſtros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos. Cum hæc manifeſta ſit & conſequens intelligentia, plericq; arbitrantur de carne dictũ & anima, uel de anima & ſpiritu: quod penitus non ſtat. Quomodo enim aut caro mittenda erit in carcerẽ ſi anima non cõſenſerit: cum & anima & caro pariter recludenda ſint: nec quicq; poſſit caro facere niſi quod animus imperarit, aut ſpiritus ſanctus habitans in nobis, uel carnem uel animã repugnantes iudi 1.Pet.5.c ci tradere, cum ipſe ſit iudex? Alĳ iuxta epiſtolã Petri dicentis: Aduerſarius ueſter diabolus quaſi leo rugiẽs circuit, & reliqua: aduerſariũ, diabolum interpretãtur, & uolunt à ſaluatore præcipi, ut dũ in poteſtate noſtra eſt, ſimus beneuoli erga diabolũ, qui eſt inimicus & ultor: nec faciamus eũ pœnas ſuſtinere pro nobis. Cum enim ipſe uitiorum incentiua ſuppediter, & nobis etiã uolun- C tate peccantibus, ſi cõſenſerimus ei uitia ſuggerenti, pro nobis quoq; eſſe torquendum. Et dicunt beneuolũ eſſe unumquemq; ſanctorum aduerſario ſuo, ſi eum non faciat pro ſe ſuſtinere tormenta. Quidã coactius diſſerũt, in baptiſmate ſingulos pactũ inire cum diabolo, & dicere: Renuncio tibi diabole & pompæ tuæ, & uitĳs tuis, & mũdo tuo qui in maligno poſitus eſt. Si ergo ſeruauerimus pactum, be- 1.Ioan.5.d neuoli & conſentientes ſumus aduerſario *n* 36 noſtro, & nequaq; in X carcere recludendi. Sin uero quicq; trãſgreſſi fuerimus eorũ quæ diabolo ſpopondimus, trademur iudici ac miniſtro, & *o* 37 mittemur in carcerẽ, X & nõ exibim⁹ ex eo, donec reddamus nouiſſimũ quadrãtem. Quadrans genus eſt Mar.12.d nũmi qui habet duo Luc.21.d minuta. Vnde & in alio euangelio, mulier illa pauper & uidua dicitur miſiſſe quadrantem in corbonã, & ĩ alio duo minuta. Non quod diſſonent D euangelia, ſed quod unus qnadrans duos minutos nummos habeat. Hoc eſt ergo quod dicit: Non egredieris de carcere, donec etiam minima peccata perſoluas. *f* ¶ Qui uiderit mulierem &c.] Inter πάθος & προπάθειαν id eſt, inter paſſionem & propaſſionem, hoc intereſt: quod paſſio reputatur in uitium: propaſſio licet uitĳ culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. Ergo qui uiderit mulierẽ, & anima eiꝰ fuerit titillata, hic propaſſione percuſſus eſt. Si uero conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit: ſicut ſcriptum eſt in Dauid: Tranſierunt in affectum cordis: de propaſ- Pſal.72.a ſione tranſiuit ad paſſionem, & huic non uoluntas peccandi deeſt, ſed occaſio. Quicunq; igitur uiderit mulierem ad concupiſcendum: id eſt, ſi aſpexerit ut concupiſcat, ut facere diſponat: iſte recte dicitur eam mœchari in corde ſuo. *g* ¶ Quod ſi oculus tuus dexter ſcãdalizat te, erue eum & proĳce abs te. &c.] Quia ſupra de concupiſcentia mulieris dixerat: recte nunc cogitationem & ſenſum in diuerſa uolitantem, oculum nuncupauit. Per dexteram autem & cæteras corporis partes, uoluntatis & affectus initia demonſtrantur: ut quod mente concipimus, opere compleamus. Cauendum eſt igitur ne quod in nobis optimum eſt, cito labatur in uitium. Si enim dexter oculus & dextera manus ſcandalizant, quanto magis ea quæ in nobis ſiniſtra ſunt? Si enim anima labitur, quanto plus corpus quod ad peccata procliuius eſt? Aliter: In dextero oculo & dextera manu, fratrum, uxorum, & liberorum atque affinium & propinquorum monſtratur affectus: quos ſi ad contemplandam ueram lucem nobis impedimento eſſe cernimus, debemus truncare iſtiuſmodi portiones: ne dum uolumus lucri cæteros facere, ipſi in æternum pereamus. Vnde dicitur & de ſacerdote magno, Leuit.21.a cuius anima dei cultui dedicata eſt: ſuper patre & matre & filĳs non polluetur: id eſt, nullum affectum ſciet, niſi eius cuius cultui dedicatus eſt.

A a ¶ Dictum est: Quicunq; dimiserit uxorem suam, det &c.] In posteriori parte locum istum plenius saluator
Deut.24 exponit: quod Moses libellum repudij dari iusserit propter duritiam cordis maritorum: non dissidium concedens, sed auferens homicidium. Multo enim melius est

Dictum est autem: quicunq; dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego aũt dico uobis: quia omnis qui dimiserit uxorẽ suã, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Egõ aũt dico uobis: non iurare omnino, neq; per cœlũ, quia thronus dei est: neq; per terram, quia scabellũ est pedum eius: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neq; per caput tuũ iurabis: quia non potes unum capillum albũ facere aut nigrũ. Sit aũt sermo uester, est est, non non: quod aũt his abundãtius est, à malo est. Audistis quia dictũ est: Oculũ pro oculo: dentẽ pro dente. Ego aũt dico uobis, non resistere malo: p sed si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam, præbe illi & alterã. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & palliũ. q Et quicũq; te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui petit à te, da ei, & uolenti mutuari à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est: Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. r Egõ aũt dico uobis: diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniãtibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est: qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. s Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedẽ habetis? Nõne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? Nõne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.

Cap. VI

A t Tendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus: ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est. u Cum ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te: sicut hypocritę faciũt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem

licet lugubrem, euenire discordiam, quàm per odiũ sanguinem fundi. b ¶ Ego aũt &c.] Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinem semp habuere Iudæi: sicut prophetalis eos frequenter arguit sermo. Qui iurat, aut ueneratur, aut diligit eũ
Deut.6.c.7.d per quem iurat. In lege præceptum est: ut non iuremus, nisi per dominum deum nostrum. Iudæi per angelos & urbem Hierusalem, & templum & elementa iurantes:
p 38 V creaturas resq; carnales uenerabantur honore & obsequio dei. Denicq; considera q
q 39 X hic saluator non per deum iurare prohibuerit: sed per cœlũ & terram & Hierosolymam & per caput tuũ. Et hoc quasi par
B uulis fuerat lege con-
r 40 V cessum: ut quomodo uictimas immolabãt deo, ne eas idolis immolarent: sic iurare
s 41 V permitterent in deũ: nõ quod recte hoc facerent, sed q melius esset, deo id exhibere q dæmonibus. Euangelica aũt ueritas nõ recipit iuramentum: cum omnis sermo fidelis pro iureiurãdo
d 42 X sit. c ¶ Audistis qa dictum &c.] Qui dicit oculũ pro oculo: non alterum uult auferre, sed utrunq; seruare. Dñs noster uicissitudinem tollens, truncat initia peccatorũ. Et in lege retributio est: in euãgelio gratia. Ibi culpa emendatur: hic peccatorum auferũtur exordia. d ¶ Sed si quis te percusserit &c.] Ecclesiasticus uir describit, imitator eius qui dicit: Discite à me:
Infra.11.d quia mitis sum & humilis corde. Et pollicitationẽ suam,
Ioan.18.d percussus alapa comprobat. Si male locutus sum, argue
Psal.7.b de malo: sin aũt bene, quid me cædis? Tale quid & Da-
Tren.3.d uid loquebatur in psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Et Hieremias in lamẽtationibus: Bonũ est homini cũ sederit ab adolescẽtia sua. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Hoc aduersum eos qui putãt alterũ deũ legis, alterũ euãgelij: qd & ibi & hic mansuetudo doceat. Secundũ mysticos intellectus: percussa dextera nostra, nõ iubemur sinistrã præbere, sed alterã: hoc est, alterã dexteram. Iustus enim sinistrã non habet. e Si nos hæreticus in disputatione percusserit: & dextrum dogma uoluerit uulnerare: opponat ei aliud de scripturis testimoniũ: & tãdiu uerberãti, succedentes sibi dexteras præbeamus, donec inimici ira lassescat. e ¶ Qui petit &c.] Si de eleemosyna tantũ dictũ intelligim9: ĩ plerisq; paucis hoc stare nõ potest. Sed & diuites si semp dederint, semper dare nõ poterũt. Post bonũ ergo eleemosynæ, apostolis: id est, doctorib9 præcepta tribuunt: ut qui gratis acceperũt, gratis tribuãt. Istiusmodi pecunia nunq; deficit: sed quãto plus data fuerit, tãto amplio9 duplicat. Et cũ subiecta sibi arua riget, nunq; fontis unda siccatur. f ¶ Ego aũt.] Multi præcepta dei imbecillitate sua non sanctorũ uiribus æstimãtes, putãt esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicũt sufficere uirtutibus nõ odisse inimicos: cæterũ diligere pl9 præcipi, q humana natura patiatur. Sciendũ est ergo Christũ nõ impossibilia præcipere, sed pfecta: quæ fecit Dauid in Saul & in Ab- Act.7.g
salon. Stephanus q; martyr pro inimicis lapidãtibus deprecatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro Rom.9.d
persecutoribus suis. Hæc aũt Iesus & docuit & fecit, dicẽs: Pa- Luc.23.c
ter ignosce illis: quod eũ faciunt, nesciunt.
g ¶ Vt sitis filij &c.] Si dei præcepta custodiẽs, filio9 quis efficitur dei: ergo nõ est natura filius, sed arbitrio suo. Cap. VI
A t tẽdite &c. Cum ergo facis eleemosynã, &c.] Qui tuba canit eleemosynã faciens, hypocrita est. Qui ieiunans de molitur faciem suã, ut uenẽris inanitatẽ monstret in uultu, & hic hypocrita ẽ. Qui in synagogis & in angulis plateari orat, ut uideat ab hominib. hypocrita est. Ex quibus omnibus colligitur hypocritas esse, qui quodlibet faciũt, ut ab hominibus glorificẽtur. Mihi uidetur & ille Luc.6.f
qui dicit fratri suo: Dimitte, ut tollã festucã de oculo tuo: nam propter gloriã hoc facere uidetur, ut ipse iustus esse uideatur. Vnde dicitur ei à domino: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo. Non itaq; uirtus, sed causa uirtutis apud deum mercedem habet. Et si à recta uia paululum declinaueris, non interest utrum ad dexteram uadas, an ad sinistram: cum uerum iter amiseris.

Te autem

mercedem ſuam. Tē autem faciente eleemoſynam,neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua:ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito,& pater tuus qui uidet in abſcondito reddet tibi.Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ: qui amāt in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare: ut uideantur ab hominibus. Amēn dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Tū aūt cum oraueris,intra in cubiculū tuum,& clauſo oſtio tuo , ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus qui uidet in abſcondito,reddet tibi.[b] Orāntes aūt nolite multum loqui, ſicut ethnici faciūt.Putant enim q̄ in multiloquio ſuo exaudiātur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit ēnim pater ueſter quid opus ſit uobis anteq̄ petatis eū. Sic ergo uos orabitis. Pāter noſter qui es in cœlis,ſanctificētur nomen tuum. Aduēniat regnum tuum : Fiāt uoluntas tua ſicut in cœlo,& in terra . Pānem noſtrū ſuperſubſtātialē da nobis hodie.Et dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Et ne nos inducas in tentationem:Sed libera nos à malo: Amēn. Si m̄ enim dimiſeritis hominibus peccata eorū,dimittet & uobis pater ueſter cœleſtis delicta ueſtra.[c] Si aūt non dimiſeritis hominibus,nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra.[d] Cum autē ieiunatis,nolite fieri ſicut hypocritæ,triſtes. Exterminānt enim facies ſuas,ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis:quia receperunt mercedem ſuam. Tū autem cum ieiunas, unge caput tuū:& faciem tuam laua , ne uidearis hominibus ieiunans: ſed patri tuo qui eſt in abſcondito , & pater tuus qui uidet in abſcondito , reddet tibi . Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra , ubi erugo & tinea demolitur , & ubi fures effodiunt & furantur. [e] Theſaurizate autem uobis theſauros in cœlo : ubi nec erugo , nec tinea demolitur,& ubi fures non effodiunt,nec furantur. Vbi ēnim eſt theſaurus tuus , ibi eſt & cor tuum.[f] Lucerna corporis

A [a] ¶ Te autem faciente eleemoſynam, &c.] Non ſolum eleemoſynam,ſed quodcūq̄ feceritis boni operis, debet ſiniſtra neſcire : ſi enim illa ſcierit , ſtatim dextera opera cōmaculantur. [b] ¶ Amen dico uobis receperunt &c.] Non dei mercedem, ſed ſuam. Laudati ſunt enim ab hominibus: quorū cauſa exercuere uirtutes. [c] ¶ Tu autē cum oraueris,&c.] Et ſimpliciter intellectum erudit auditorem,ut uanam orandi gloriam fugiat. Sed mihi uidetur hoc magis eſſe præceptum: ut inclusa pectoris cogitatione, labriſq̄ compreſſis, oremus dominū: quod & Annā in Regum uolumine feciſſe legimus: Labia, inquit,eius tantum mouebātur,& uox illius non audiebatur. [d] ¶ Orantes aūt &c.] Si ethnicus in oratione multum loquitur: ergo qui Chriſtianus eſt, debet parum loqui. Deus enim non uerborū, ſed cordis auditor eſt. [e] ¶ Scit eū pater &c.] Cōſurgit in hoc loco quædam hæreſis: philoſophorū quoq̄ peruerſum dogma dicētiū, Si nouit deus q̄d oremus , & anteq̄ petamus,ſcit quibus indigeamus:fruſtra ſcienti loquimur. Quibus breuiter reſpondendum eſt nos non narratores eſſe,ſed rogatores. Aliud eſt enim narrare ignoranti : aliud ſcientem petere. In illo indiciū eſt, hic obſequium. Ibi fideliter indicamus,hic miſerabiliter obſecramus. [f] ¶ Pater noſter qui es in cœlis.] Patrem dicendo,ſe filios confitentur. [g] ¶ Sanctificetur nomen tuum &c.] Non in te, ſed in nobis. Si enim propter peccatores nomen dei blaſphematur in gentibus, econtrario propter iuſtos ſanctificatur. [h] ¶ Adueniat regnum &c.] Vel generaliter pro totius mūdi petit regno, ut diabolo in mūdo regnare deſiſtat: uel ut in unoquoq̄ regnet deus , & nō regnet peccatū in mortali hominū corpore.Simulq̄ & hoc attendendū,q̄ grandis audaciæ ſit & puræ conſcientiæ, regnum dei poſtulare , & iudicium non timere. [i] ¶ Fiat uoluntas tua &c]. Vt quomodo angeli tibi inculpate ſeruiunt in cœlis,ita in terra ſeruiant homines. Erubeſcant ex hac ſententia,qui quotidie in cœlo ruinas fieri mentiūtur.Nam quid nobis prodeſt cœlorū ſimilitudo,ſi & in cœlo peccatum eſt? [k] ¶ Panem noſtrū &c.] Quod nos ſuperſubſtantialem expreſſimus, in Græco habetur ἐπιούσιον quod uerbū Lxx. interpretes περιούσιον frequentiſſime transferūt,Cōſiderauimus ergo in Hebræo,& ubicunq̄ illi περιούσιον expreſſerūt , nos inuenimus סְגֻלָּה quod Symmachus ἐξαίρετον, id eſt,præcipuum,uel egregium, tranſtulit: licet in quodam loco peculiare interpretatus ſit. Quando ergo petimus ut peculiarē uel præcipuum nobis deus tribuat panē, illum petimus qui dicit:Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. In euangelio quod appellatur ſecundū Hebræos, ,p ſuperſubſtātialem pane reperi מָחָר quod dicit crāſtinū: ut ſit ſenſus: panē noſtrum crāſtinum , id eſt,futurum da nobis hodie . Poſſumus ſuperſubſtantialem panem & aliter intellige re: qui ſuper oēs ſubſtantias ſit,& uniuerſas ſuperet creaturas. Alij ſimpliciter putāt (ſecundum Apoſtoli ſermonem dicentis: Habentes uictum & ueſtitum,his contenti ſumus) de præſenti tantum cibo ſanctos curā agere . Vnde & in poſterioribus ſit præceptū: Nolite cogitare de crāſtino. [l] ¶ Amen.] Signaculum orationis dominicæ eſt: quod Aquila interpretatur, fideliter: nos,uere,poſſumus dicere. [m] ¶ Si eū dimiſeritis &c.] Hoc q̄d ſcriptum eſt: Ego dixi , diij eſtis, & filij excelſi oēs: uos uero ut homines moriemini,& tanq̄ unus de principibus cadetis:ad eos dicitur qui propter peccata homines ex diis eſſe meruerūt. Recte ergo & hi quibus peccata dimittunt,homines appellati ſunt. [n] ¶ Exterminant enim &c.]

Ioan.6.c
b 43 V
1.Tim.6.b
c 44 VI
d 45 X
e 46 V
f 47 V
Pſal.81.b
Pſal.140.b
Pſal.44.b

corporis Verbū exterminat,quod in eccleſiaſticis ſcripturis uitio interpretū tritū eſt:aliud multo ſignificat,q̄ uulgo intelligitur.Exterminant quippe exules,q̄ mittunt extra terminos.Pro hoc ergo ſermone,demoliunt ſemp accipere debem: q̄d Græce dicitur ἀφανίζουσι. Demolit aūt hypocrita faciē ſuā, ut triſticiā ſimulet, & animo forte lætāte, luctū geſtet in uultu. [o] ¶ Tu aūt &c.] Iuxta ritū ,puiniciæ paæſtinæ loqtur:ubi dieb.feſtis ſolēt ungere capita. Præcepit igitur:ut qñ ieiunam,lætos & feſtiuos nos eſſe mōſtremus, Multi legētes illud pſal. Oleū peccatoris nō impinguet caput meū. Ecōtrario eſſe uolunt bonū oleū: de q̄ alibi dicit: Vnxit te de deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.Et id præcipi,ut exercētes uirtutes,ſpirituali oleo principale cordis noſtri ungere debeamus. [p] ¶ Vbi eū &c.] Hoc nō ſolū de pecunia, ſed & de cūctis paſſionib.ſentiēdū eſt.Guloſi deus, uenter eſt:ibi ergo habet

A go habẽt cor ubi eſt theſaurus. Luxurioſi theſaurꝰ, epulæ ſunt. Laſciui, ludicra. Amatoris, libido. Huic ſeruit unuſquiſq; q̃ uincitur. a ¶ Si oculus &c.] Lippiẽtes ſolẽt lucernas uidere numeroſas: ſimplex oculus & purꝰ, ſimplicia intuetur & pura. Hoc totũ trãsfert ad ſenſum.

Quomodo enim corpus, ſi oculus nõ fuerit, totũ in tenebris ẽ: ita anima ſi principalẽ fulgorẽ ſuũ perdiderit, uniuerſus ſenſus in caligine cõmorabit. Si ergo lumen
g 48 V q̃d in te eſt, tenebræ ſũt: ipſæ tenebræ quãtæ erũt? Si ſenſus qui lumẽ eſt, animæ uitio
h 49 V caligatur: ipſa putas caligo quib. tenebris obuolueẽ? h ¶ Non poteſtis.] Mãmona ſermõe Syriaco, diuitiæ nuncupãtur. Nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Audiathoc auarus: audiat q cẽſetur uocabulo Chriſti ano, nõ poſſe ſe ſimul diuitijs Chriſtoq; ſeruire. Et tamen nõ dixit: q habet diuitias, ſed q ſeruit diuitijs. Qui eñ diuitiarũ ſeruus eſt, diuitias cuſto
B dit ut ſeruus: qui autem ſeruitutis exculſit iugum, diſtribuit eas ut dñs. c ¶ Ideo dico uobis: &c.] In nõnullis codicibꝰ additũ eſt: neq; q̃d bibatis. Ergo q̃ omnib. natura tribuit, & iumẽtis ac beſtijs hominibuſq; cõmune eſt: huius cura nõ penitus li
d 50 II beramur. Sed præcipitur nobis ne ſoliciti ſimus quid comedamus: quia in ſudore
b 51 V uultus præparamus nobis panem. Labor exercendus eſt: ſolicitudo tollenda. Hoc quod dicitur: Ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ quid comedatis: neq; corpori ueſtro quid induamini: de carnali cibo & ueſtimento accipiamus. Cæterum de ſpiritualibus cibis & ueſtimentis ſemper debemus eſſe ſoliciti. d ¶ Nõne anima plus eſt q̃ eſca &c.] Quod dicit iſtiuſmodi eſt: Qui maiora
Rom.11.e præſtitit, utiq; & minora præſtabit. e ¶ Reſpicite uolatilia &c.] Apoſtolus præcipit, ne plus ſapiamus, q̃ oportet ſapere. Iſtud teſtimonium & in preſenti capitulo conſeruandum eſt. Sunt enim quidã qui dum uolũt ter minos patrũ excedere, & ad alta uolitare, in ima mergũtur: uolatilia dicentes cœli, angelos eſſe, cæteras q̃ in dei miniſterio fortitudines, quæ abſq; cura ſui, dei alantur prouidentia. Si hoc ita eſt, ut intelligi uolunt: quomodo ſequitur dictũ ad homines: Nõne uos magis pluris eſtis illis? Simpliciter ergo accipiendum: q̃ ſi uolatilia abſq; C cura & ærumnis, dei alũtur prouidẽtia: quæ hodie ſunt, & cras non erunt: quorũ anima mortalis eſt, & cum eſſe ceſſauerint, ſemper non erunt: quanto magis homines quibus æternitas promittitur, dei reguntur arbitrio?

corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? g Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Nõn poteſtis deo ſeruire & mammonæ. h Idẽo dico uobis: Ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ, quid manducetis: neq; corpori ueſtro quid induamini. Nonnẽ anima plus eſt q̃ eſca, & corpus plus eſt q̃ ueſtimentũ? Reſpicite uolatilia cœli: quoniã nõ ſerũt, neq; metũt, neq; cõgregãt in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nõne uos magis pluris eſtis illis? Quis autem ueſtrum cogitans poteſt adñ cere ad ſtaturã ſuam cubitũ unum? Et de ueſtimẽtis q̃d ſoliciti eſtis? Cõnſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neq; nent. Dico aũt uobis: quoniã nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unũ ex iſtis. Si enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic ueſtit: quãto magis uos modicæ fidei? Nõlite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gẽtes inquirũt. Scit enim pater ueſter, q̃a his omnib. indigetis. Quærite ergo primũ regnũ dei & iuſtitiã eius, & hæc omnia adñciẽtur uobis: Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibñpſi. Sufficit diei malicia ſua. Cap. VII

Nolitẽ iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condẽnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. b Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo? Frater ſine, eñciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eñce primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eñcere feſtucam de

f ¶ Quis aũt ueſtrũ &c.] Sicut animam plus eſſe q̃ cibũ, comparatione auium demonſtrauit: ſic corpus plus eſſe q̃ ueſtẽ, ex conſequentibus rebus oſtendit dicens.

g ¶ Cõſiderate lilia &c.] Et reuera quod ſericũ, quæ regũ purpura, quæ pictura textricũ poteſt floribus comparari? Quid ita rubet ut roſa? Quid ita candet ut lilium? Violæ uero purpurã nullo ſuperari murice, oculorũ magis q̃ ſermonis iudiciũ eſt.

h ¶ Nolite ergo ſoliciti &c.] De præſentibus ergo cõceſſit debere eſſe ſolicitos, qui futura prohibet cogitare. Vnde & Apoſto 1.Theſſa
lus: Nocte & die, inquit, manibus noſtris operantes: ne quẽ ueſtrum grauaremus. Cras in ſcripturis fu- D
turum tempus intelligitur, dicente Iacob: Et exaudiet me cras iuſtitia mea. Et in Samuelis phantaſmate, Phythoniſſa loquitur ad Saulem: Cras eris mecum. i ¶ Sufficit diei malicia &c.] Hic malitiã nõ contrariã uirtuti poſuit, ſed laborẽ & afflictionẽ, & anguſtias ſeculi: quomodo & Sara afflixit Agar ancillã ſuam: q̃d ſignificanter Græce dicit̃ ὑπάκουσον αὐτῆς. Sufficit ergo nobis præſentis tẽporis cogitatio: futurorũ curã quæ incerta eſt, relinquamus. CAP. VII

Nolite iudicare.] Si iudicare prohi
1.Cor.5.c
Act.5.d
bet: qua conſequentia Paulus in Corintho iudicat fornicantem, & Petrus Ananiam & Sapphiram mendacij coarguit? Sed ex conſequentibus quid prohibuerit, oſtendit dicens: Quomodo enim iudicaueritis ſic iudicabitur de uobis. Hic non prohibuit iudicare, ſed docuit. l ¶ Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? &c.] De his loquitur, qui cum ipſi mortali crimine teneãtur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt: culicẽ liquantes, & camelũ glutientes. Recte ergo & iſti ſimulatione iuſticiæ, ut ſupra diximus, appellantur hypocritæ: qui per trabem oculi ſui, feſtucam in oculo fratris ſui aſpiciunt.

Nolite

de oculo fratris tui. [c] Nolitè sanctũ dare canibus: neq; mittatis mărgaritas uestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant uos. [d] Petitè, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietˇ. Aut qs est ex uobis homo: quẽ si petierit filius suus panẽ, nunquid lapidem porriget eiˇ Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget eiˇ Si ergõ uos cũ sitis mali, nostis bona dare filijs uestris: quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petẽtibus seˇ [e] Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. [f] Intrãte per angustam portam: quia lata porta & spaciosa uia est quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arta uia est quæ ducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. [g] Attẽdite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. [h] Nunquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? [i] Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non põtest arbor bona, fructus malos facere: neq; arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. [k] Nõn omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolũtatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. [l] Multi dicent mihi in illa die, domine, domine, nónne in nomine tuo

A a ¶ Nolite sanctum dare canibus &c.] Sanctum panis est filiorum. Non debemus ergo tollere panem filiorum & dare eũ canibus. b ¶ Neq; mittatis margaritas &c.] Porcus non recipit ornatum, qui uersatur in uolutabris luti. Et iuxta Prouerbia Salomonis: Si habuerit circulũ aureum, fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi uolunt, qui post fidem Christi reuertuntur ad uomitum peccatorum suorum. Porcos autẽ eos qui necdum euangelio credi derunt, & in luto credulitatis, uitijsq; uersanẽ. Nõ cõuenit igitˇ istiusmodi hominibꝰ cito euangelicum credere margaritum: ne cõculcent illud, & cõuersi nos incipiãt dissipare. c ¶ Petite & dabitur &c.] Qui carnalia supra uetuerat postulari: quid quærere debeamus, ostendit. Si petẽti datur, & quærens inuenit, & pulsanti aperitur: ergo cui non datur, & qui nõ inuenit, & cui nõ aperitur: apparet quod nõ bene petierit, quæsierit, B pulsauerit. Pulsemus itaq; ianuam Christi, Psal.117.c de qua dictum est: Hæc porta domini, iusti intrabũt per eam: ut cũ intrauerimus, aperiantur nobis thesauri absconditi & tenebrosi in Christo Iesu in q̃ est omnis scientia. d ¶ Si ergo uos cum sitis mali &c.] Notandũ quod apostolos malos dixerit: nisi forte sub apostolorum persona, omne hominum damnetur genus: cuius Gen.8.d Ephes.5.d ad comparationem diuinæ clementiæ ab infantia cor ad malum positum est. Lege Genesim. Nec mirum si homines huius seculi dicit malos, cum & Paulus Apostolus memoret: Redimentes tempus, quoniã dies mali sunt.

e ¶ Intrate per angustam portam &c.] Lata uia, est seculi uoluptas quã appetunt homines. Angusta, quæ per labores & ieiunia panditur. Quam & Apostolus ingressus est: Et ut Timotheus per eã ingrediatur, hortatur. Si- 2.Cor.6.& u 1.Tim.5.c mulq; considera quam signanter de utraq; uia locutus sit. Per latam multi ambulant: angustã pauci inueniunt. Latam nõ quærimus, nec inuentione opus est: sponte se offert, & errantium uia est: Angustã uero, nec omnes inueniũt: nec qui inuenerint, statim ingrediũtur per eam. Siquidem multi inuenta ueritatis uia, capti seculi uoluptatibus, de medio itinere reuertuntur. f ¶ Attendite à falsis prophetis &c.] Et de omnibus quidẽ intelligi potest: qui aliud habitu, ac sermone promittũt, aliud opere demonstrãt. Sed specialiter de hæreticis intelligendum est: qui uidentur continentia, castitate, ieiunio, quasi quadã pietatis se uestẽ circundare: intrinsecus uero habentes animum uenenatũ, simpliciorum fratrum corda decipiunt. Ex fructibus ergo animæ, quibus innocentiã ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur. g ¶ Non potest arbor bona, &c.] Quæramus ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiã eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam potest: quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictiõis, & Dauid Vria interfecto, cum Bethsabeæ cõcubuerit: Petrus quoq; in passiõe dñi negarit dicẽs: Nescio hominẽ: aut qua cõsequẽtia Ietrosocer Moysi arbor mala, qui utiq; in deũ Israel nõ credebat: dederit consilium Moysi bonũ, & Achior ad Holofernem aliquid utile sit locutus, & Comicus dixerit, quod benedictum Aposto- Iudith.5.d lus cõprobauit: Corrumpunt mores bonos, colloquia mala. 1.Cor.5.d Et cũ non inuenerint Ioan.13.d quid respondeãt, nos inferemus & Iudam arborem quondã bonã, fecisse fructus malos posiq; tradiderit saluatorem, & Saulũ arborem malam eo tempore quo persequebatur ecclesiam Christi, fecisse postea fructus bonos, quando in uas electiõis de persecutore translatus est. Tamdiu ergo bona arbor, fructus nõ facit malos, quandiu in bonitatis studio perseuerat, & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorũ, quamdiu ad

c 52 X
d 55 V
Matth.26.g
Exod.18.c
e 54 V
f 55 V
g 56 X
h 57 V
i 58 V D
k 59 III
l 60 V

pœnitentiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id esse quod nec dum cœperit.

b ¶ Non omnis qui dicit mihi, domine, &c.] Sicut supra dixerat eos qui haberent uestem uitæ bonæ, non recipiẽdos propter dogmatum nequitiam: ita nunc econtrario asserit ne his quidem accõmodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter uiuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruũt. Vtrunq; enim dei seruis necessarium est: ut & opus sermone, & sermo operibus comprobetur. Huic sententiæ potest illud uideri contrarium: Nemo potest dicere, dominus Iesus, ni 1.Corinth si in spiritu sancto. Sed moris est scripturarũ, dicta pro factis accipere, ut statim in consequentibus approbatur refutari eos qui iactant sine operibus habere scientiam domini, & audiunt à saluatore: Discedite à me operarij Luc.13.f iniquitatis, nescio uos. Et Apostolus in hunc sensum loquitur: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Titum.1.d

i ¶ Multi dicent mihi in illa die: domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus &c.] Prophetare & uirtutes facere, & dæmonia ejicere: interdũ non eius meriti est qui operatur: sed uel inuocatiõe nominis Christi hoc agit: uel ob condemnationẽ eorum qui inuocant, &

utilitatem

A utilitatem eorum qui uident & audiunt conceditur, ut li cet homines deſpiciant ſigna facientes: tamen deum ho norent: ad cuius inuocationē fiunt tanta miracula. Nam
1.Reg.10.c & Saul & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, neſcien
Num.23.b tes quid dicerēt, & Pharao & Nabuchodonoſor ſomniſs
Ioan.11.f futura cognoſcīt. Et
Gen.41 in Actibus apoſtolo
Dan.2.a rum filij Scæuæ uide
Act.19.c bantur eijcere dæmo
m 61 nia. Sed & Iudas apo
V ſtolus cū animo pro
ditoris multa ſigna
inter cæteros apoſto
los feciſſe narratur.
a ¶ Et tunc confite
bor illis &c.] Signā
ter dixit, confitebor:
quia multo ante tem
pore dicere diſſimu
lauerat: nō noui uos.
Non nouit dominus
eos qui pereunt. Ob
ſerua autē quare ad
n 62 diderit, nunquam no
II ui uos, ſi iuxta quoſ
dam omnes homines
inter ratiōabiles ſem
per uerſati ſunt crea
turas. b ¶ Diſcedite
d 63 à me &c.] Non dixit
II qui operati eſtis ini
quitatem: ne uidere
tur tollere pœniten
tiā: ſed qui operami
ni, hoc eſt, qui uſq;
B in præſentem horam
cum iudicij tempus
aduenerit: licet nō ha
beatis facultatem pec
b 64 candi, tamen adhuc
III habetis affectum. c
¶ Et deſcēdit pluuia,
&c.] pluuia iſta quæ
domū ſubuertere ni
titur, diabol⁹ eſt: Flu
mina, oēs antichriſti
qui contra Chriſtum
ſapiūt. Venti ſpiritua
les nequitiæ in cœle
ſtibus. d ¶ Funda
ta enim erat ſupra petram &c.] Super hanc petram do
minus fundauit eccleſiā: ab hac petra apoſtolus Petrus
ſortitus eſt nomen. Super huiuſcemodi petram non in-
Pſal.39.a ueniuntur ſerpentis ueſtigia. De hac & propheta loqui
Ibid.103.c tur confidenter: Statuit ſupra petram pedes meos. Et in
alio loco: Petra refugium leporib⁹ ſiue herinacijs. Timi
dum enim animal in petræ cauernas ſe recipit, & cutis
aſpera & tota armata iaculis tali ſe protectione tutatur.
Exod.33.g Vnde & Moyſi dicitur eo tempore quo de Aegypto fu
gerat, & lepuſculus domini erat: Sta in foramine petræ,
& poſteriora mea uidebis. e ¶ Qui ædificauit &c.]
1.Cor.3.b Fundamentū quod Apoſtolus architectus poſuit, unus
eſt domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus: Super hoc fundamen
tum ſtabile & firmum, & per ſe robuſta mole fundatum,
ædificatur Chriſti eccleſia. Super arenam uero quæ flui
da eſt, & coagmentari non poteſt, nec in unam copulam
redigi: omnis hæreticorum ſermo ad hoc ædificatur, ut
corruat. f ¶ Erat enim docens &c.] Illi enim ea doce
bant populos, quæ ſcripta ſunt in Moyſe & prophetis.
Ieſus uero quaſi deus & domin⁹ ipſius Moyſi, pro liber
tate uoluntatis ſuæ, uel ea quæ minus uidebantur adde
bat in lege: uel cōmutans prædicabat in populos, ut ſu
pra quoq; legimus: Dictum eſt antiquis: Ego autem di C
co uobis.

CAP. VIII

CVm autem deſcendiſſet &c.] De monte domino de
ſcendente, occurrunt turbæ: quia ad altiora aſcende
re non ualuerunt. Et primus ei occurrit leproſus. Nec
dū enim poterat cū lepra tā multiplicem in mōte ſaluatoris au
dire ſermonem. Et no tandū, quod hic pri
mus ſpecialiter cura
tus ſit: ſecundo puer
centurionis: tertio ſo
crus Petri febriens in
Capharnaum, quar
to loco qui oblati ſūt
ei à dæmonio uexati:
quorum ſpiritus uer
bo eijciebat: quando
omnes male haben
tes curauit. Et ecce le
proſus ueniens, ado
rabat eum dicens: Re
cte poſt prædicatio
nem atq; doctrinā, ſi
gni offertur occaſio:
ut per uirtutū mira
cula, præteritus apud
audientes ſermo fir
metur. b ¶ Domine
ſi uis, potes me mun
dare &c.] Qui uo
luntatē rogat, de uir
tute non dubitat. i
¶ Et extendens Ieſus
manum &c.] Exten D
dente manum domi
no, ſtatim lepra fugit.
Simulq; conſidera q̄
humilis & ſine iactan
tia reſponſio. Ille di
xerat, ſi uis: dominus
reſpondit, uolo. Ille
præmiſerat, potes me
mundare. Dominus
iungit & dicit, mūda
re. Nō ergo ut pleriq;
Latinorum putant,
iungendum eſt, & le
gendum, uolo mun
dare: ſed ſeparatim: ut primum dicat, uolo: deinde impe
ret, mundare. k ¶ Et ait illi Ieſus. Vide nemini &c.]
Et re uera quid erat neceſſe: ut ſermone iactaret, quod
corpore præferebat? l ¶ Sed uade, &c.] Varias ob
cauſas mittit eum ad ſacerdotem. Primum propter hu
militatem, ut ſacerdotibus deferre honorem uideatur. Leuit.14
Erat enim lege præceptū: ut qui mundati fuerāt à lepra,
offerrēt munera ſacerdotib. Deinde ut mundatū uiden
tes leproſum, aut crederent ſaluatori aut nō crederēt. Si
crederēt, ſaluarent: ſi nō crederent, inexcuſabiles forent.
Et ſimul ne quod in eo ſæpiſſime criminabant, legem ui
deretur infringere. m ¶ Acceſſit ad eum &c.] Nō de
bemus iactantiæ arguere dominū, quia ſtatim ſe iturum
& ſanaturum eſſe promiſit, uidens centurionis fidem,
humilitatem, & prudentiā. Fidem, in eo quod credidit
ex gentibus paralyticū à ſaluatore poſſe ſanari. Humili
tatem, quod ſe iudicauit indignum, cuius tectum dīs in
traret. Prudentiā, quod intra corporis tegmen, diuinita
tē latentē uideret: ſciens nō id ſibi profuturū, quod etiā
ab incredulis uidebat, ſed id quod latebat intrinſecus.
De qua prudentia hoc etiā ait. n ¶ Nam & ego &c.]
Volēs oſtendere dominū quoq; nō per aduentū tantum
corporis

tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eieci
mus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc
cōfitebor illis, quia nunquā noui uos: Diſcēdite à me
qui operamini iniquitatem. m Omnis ergo qui audit uer
ba mea hæc & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti qui æ
dificauit domum ſuam ſupra petram, & dēſcendit plu
uia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti: & irruerunt
in domum illam, & non cecidit: fundāta enim erat ſupra
petrā. Et oīs qui uerba audit mea hæc & non facit ea, ſi
milis erit uiro ſtulto. Qui ædificauit domū ſuam ſuper
arenam, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & fla
uerūt uenti, & irruerunt in domum illā & cecidit, & fuit
ruina eius magna. n Et factum eſt cum cōſummaſſet Ie
ſus uerba hæc, admirabātur turbæ ſuper doctrina eius.
Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non
ſicut ſcribæ & phariſæi.

Cap. VIII

CVm autem deſcēdiſſet Ieſus de monte, ſecutæ
ſunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus ueniens
adorabat eum, dicens: Domine ſi uis, potes me munda
re. Et extendens Ieſus manū tetigit eum, dicens: Volo,
mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi
Ieſus: Vide, nemini dixeris: ſed uade oſtende te ſacerdo
ti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimoniū
illis. b Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad
eū centurio rogans eū, & dicens: Domine, puer meus ia
cet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ie
ſus: Ego ueniā & curabo eū. Et reſpondens centurio, ait:
Dñe, non ſum dignus ut intres ſub tectū meum: ſed tan
tū dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam & egō ho
mo ſum ſub poteſtate, habens ſub me milites: & dico
huic

A corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod uellet. a ¶ Audiens autem Iesus &c.] Quod uidit centurionem suã intelligere maiestatem. Pellendæ enim erant uel infirmitates corporũ uel fortitudines contrariæ, quibus homo ad debilitatem sæpe cõceditur, & uerbo domini & ministerijs angelorum.

huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amẽ dico uobis: non inueni tantam fidem in Israel. c Dicõ autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autẽm regni eijciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit flẽtus & stridor dentium. d Et dixit Iesus centurioni: Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. e Et cũm uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrũ eius iacentem & febricitantẽ: & tetigit manum eius, & dimisit eã febris. Et surrexit & ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus uerbo, & omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicẽtem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. f Et accẽdẽs unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocũq; ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent: & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. g Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uerõ dormiebat. Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eũ, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tũc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic: quia uenti & mare obediunt ei? Et cũ uenisset Iesus

b ¶ Amẽ dico uobis &c.] De præsentib⁹ loquitur, non de omnib. retro patriarchis & prophetis: nisi forte in cẽturione, fides gentium præponitur Israeli. c ¶ Dico autẽ uobis, quod multi &c.] Quia deus Abraham cœli conditor pater Christi est: idcirco in regno cœlorũ est & Abraham: cum quo accubituræ sunt natiões, quæ crediderint in Christum filium creatoris. Et ille pariter sensus impletur, de quo supra diximus, in centurione fidei gentium fieri prærogatiuã: dum ad illius credulitatẽ de oriente & occidente, crediturí populi commemorantur. d ¶ Filij autem regni, &c.] Filios regni, Iudæos significat: in q̃s ante regnauit de⁹. Tenebræ semper interiores sunt non exteriores. Sed quoniã qui à domino foras expelli tur, lumen relinquit: idcirco exteriores tenebræ nominatæ sũt. e ¶ Ibi erit fletus & stridor &c.] Si fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat: uera est ergo corporũ & eorundẽ membrorum quæ ceciderant resurrectio. f ¶ Et cum uenisset Iesus &c. tetigit manũ eius &c.] Tangitur manus mulieris, & sanatis operibus eius, peccatorum infirmitas fugit. Natura hominum istiusmodi est, ut post febrem magis lassescãt corpora, & incipiente sanitate ægrotationis mala sentiãt. Verum sanitas quæ confertur à domino, totũ simul reddit: nec sufficit esse sanatam: sed ut ἰσχύος fortitudinis indicetur, additum est, g ¶ Et surrexit & ministrabat &c.] Illa manus ministrabat, quæ & tacta fuerat & sanata. h ¶ Vespere autem facto, &c.] Omnes non mane, non meridie, sed ad uesperam curantur: quando sol occubiturus est: quãdo granum tritici in terra moritur, ut multos fructus afferat. i ¶ Et accedens unus scriba &c.] Scriba iste legis qui tantum literam nouerat occidentem: si dixisset: Domine sequar te quocũq; ieris, non fuisset repulsus à domino. Sed quia magistrũ unum de pluribus æstimabat, & literator erat, quod significãtius Græce dicitur γραμματεὺς, & nõ spiritualis auditor: ideo nõ habet locũ in quo posset Iesus reclinare caput suum. C Ostẽditur autem nobis & ob hoc scribam repudiatum, quod signorũ uidens magnitudinem, sequi uoluerit saluatorẽ, ut lucra ex operũ miraculis quæreret: hoc idem desiderans, quod & Simon Magus à Petro emere uoluerat. Talis ergo fides iuxta sententiam domini cõdemnatur, & dicitur ei: Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis seq: cũ tantæ sim paupertatis, ut ne hospitiolum quidẽ habeam, & nõ meo utar tecto? k ¶ Alius aũt de discipulis &c.] Quid simile est inter scribã & discipulũ? Ille magistrum uocat: hic dominum cõfitetur? Ille propter pietatis occasionem ad sepeliendũ patrem ire desiderat: Iste secuturũ se quolibet esse promittit: nõ magistrum quærens, sed ex magistro lucrum. l ¶ Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos &c.] Mortuus est quicunq; non credit. Si autem mortuum sepelit mortuus, nõ debemus curam habere mortuorum, sed uiuentium: ne dum soliciti sumus de mortuis, nos quoq; mortui appellemur. m Et ascendẽte eo in nauiculam &c.] Quintum signũ fecit: quando ascendens nauem de Capharnaũ, uentis imperauit & mari. Sextum, quando in regiõe Gerasenorum dedit potestatem dæmonibus in porcos. Septimum, quando ingrediens ciuitatem suam, paralyticum secundum curauit in lectulo. Primus enim paralyticus, est puer cẽturionis. n ¶ Ipse uero dormiebat, & accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum dicentes: Domine salua nos &c.] Huius signi typum in Iona legimus: quando cæteris periclitantibus, ipse securus est, & dormit, & suscitatur, & imperio ac sacramento passionis suæ liberat suscitantes. o ¶ Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna &c.] Et ex hoc loco intelligimus quod omnes creaturæ sentiant creatorem. Quas enim increpauit & quibus imperauit, sentiunt imperantem: non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris: quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. p ¶ Porrò homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic: quia uenti & mare obediũt &c.] Non discipuli, sed nautæ, & cæteri qui in naui erant mirabantur. Sin autem quis contentiose uoluerit eos qui mirabantur fuisse discipulos: respondebi-

Iona. 1. b

Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum, occurre-
runt ei duo habentes dæmonia: de monumentis exeun
tes ſæui nimis: ita ut nemo poſſet trāſire per uiam illam.
Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Ieſu fi
li dei? Veniſti huc ante tēpus torquere nos. Erat autem
non longe ab illis grex porcorum multorum paſcens.
Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos,
mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi ex-
euntes, abierunt in porcos: Et ecce magno impetu abiit
totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.
Paſtores autem fugerūt, & uenientes in ciuitatem, nun-
ciauerunt hæc omnia, & de his qui dęmonia habuerāt.
Et ęcce tota ciuitas exiit obuiā Ieſu, & uiſo eo, rogabant
eum ut tranſiret à finibus eorū. Cap. IX.

ET aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit, &
uęnit in ciuitatem ſuam. Et ecce offerebant ei para-
lyticum iacentem in lecto. Videns autem Ieſus fidem
illorum, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi
peccata tua. Et eccę quidam de ſcribis dixerunt intra ſe:
Hic blaſphemat. Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes eo-
rum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?
Quid eſt facilius, dicere: dimittuntur tibi peccata tua, an
dicere: ſurge & ambula? Vt autem ſciatis, quia filius ho
minis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tūc
ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum & uade in do-
mum tuam. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam. Viden
tes aūt turbæ timuerunt, & glorificauerunt deum qui de
dit poteſtatem talem hominibus. b Et cūm tranſiret in-
de Ieſus, uidit hominē ſedentem in telonio, Matthęum
nomine: Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt
eum

A mus recte homines appellatos: qui necdū nouerant po-
tentiam ſaluoris. a ¶ Quid nobis & tibi Ieſu fili dei?]
Non uoluntatis iſta confeſſio eſt, quam præmium ſequi
tur confitentis: ſed neceſſitatis extorſio, quæ cogit inui-
tos: uelut ſi ſerui fugitiui, poſt multum temporis domi-
num ſuum uideant:
nihil aliud niſi de uer
beribus deprecātur.
Sic & dæmones cer-
nentes dominū in ter
ris repēte uerſari, ad
iudicandos ſe ueniſſe
credebant. Præſentia
ſaluatoris, tormenta
ſunt dæmonum. Ridi
culęq; putāt quidam
dæmones ſcire filium
dei, & diabolū igno-
rare: eo quod mino-
ris maliciæ ſint iſti, q̄
ille cui⁹ ſatellites ſūt.
Cū omnis ſcientia di
ſcipulorum ad magi-
ſtrum referenda ſit, &
tam dæmones, quàm
diabol⁹ ſuſpicari ma
d 70 gis filium dei, quàm
I noſſe intelligēdi ſunt.
Matth.11.d Nemo enim patrem
nouit, niſi filius, & cui
uoluerit filius reuela
re. b ¶ Si eiicis nos,
mitte nos in gregem
porcorū. Et ait illis:
B Ite. At illi exeuntes,
abierunt in porcos:
Et ecce magno impe-
tu abiit totus grex p
præceps &c.] Non
quod conceſſerit ſal-
uator dæmonib⁹ q̄d
petebāt dixit, ite: ſed
ut per interfectionē
porcorum, hominib.
b 7 I salutis occaſio præbe
II retur. Paſtores enim
iſta cernentes, ſtatim
nunciant ciuitati. Eru
beſcat Manichæus: ſi
de eadem ſubſtantia,
& ex eodem autore hominum beſtiarum q̄ ſunt animæ:
quomodo ob unius hominis ſalutem, duo milia porco
rum ſuffocantur? c ¶ Et ecce tota ciuitas exiit obuiam
Ieſu. & uiſo eo, rogabant eū ut tranſiret à finibus eorum
&c.] Quod rogant ut tranſeat à finibus eorum, non de
ſuperbia hoc faciunt, ut nonnulli arbitrantur, ſed de hu
militate qua ſe præſentia domini indignos iudicabant:
ſicut & Petrus in captura piſcium cadēs ad genua ſalua
Luc.5.b toris, ait: Exi à me domine, quia uir peccator ſum.

CAP. IX.

ET aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit: &c.]
Ciuitatem eius non aliam intelligimus q̄ Nazareth:
unde & Nazaræus appellatus eſt. Obtulerunt aūt ei, ut
ſupra diximus, ſecundum paralyticū iacentem in lectu-
lo: quia ipſe ingredi non ualebat. Videns autē Ieſus: non
eius fidem qui offerebatur, ſed eorum qui offerebant,
dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata
tua. O mira humilitas, deſpectū & debilē, totis q̄ mem-
brorum compagibus diſſolutum filium uocat: quem ſa
cerdotes non dignabantur attingere. Aut certe ideo fi-
lium: quia dimittuntur ei peccata ſua. Iuxta Tropolo-
giam interdum anima iacens in corpore ſuo, totis mem
brorum uirtutibus diſſolutis à perfecto doctore offer- C
tur curāda domino: quæ ſi miſericordia eius ſanata fue-
rit: tantum roboris accipit, ut portet ſtatim lectulum
ſuum. e ¶ Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe:
Hic blaſphemat &c:] Legimus in propheta dicentem
deum: Ego ſum qui Eſa.43.d
deleo iniqtates tuas.
Conſequenter ergo
ſcribæ, quia hominē
putabāt, & uerba dei
non intelligebant: ar-
guunt eum blaſphe-
miæ. Sed domin⁹ ui-
dens cogitationes eo-
rum, oſtēdit ſe deum
qui poſſit cordis oc-
culta cognoſcere, &
quodammodo tacēs
loquitur: Eadem ma-
ieſtate & potētia qua
cogitationes ueſtras
intueor, poſsū & ho-
minibus peccata di-
mittere. Ex uobis in-
telligite quid paraly-
ticus conſequatur.
f ¶ Quid eſt facilius
dicere: dimittuntur ti
bi peccata tua, an di-
cere: ſurge & ambula
&c.] Inter dicere &
facere multa diſtātia
eſt. Vtrum ſint para-
lytico peccata dimiſ-
ſa, ſolus nouerat qui
dimittebat. Surge au D
tem & ambula: tā ille
qui conſurgebat, q̄
hi qui conſurgentem
uidebant, approbare
poterāt. Fit igitur car
nale ſignum, ut pro-
betur ſpirituale: quā-
quam eiuſdem uirtu
tis ſit, & corporis &
animæ uitia dimitte-
re. Et datur nobis in
telligentia, propter
peccata pleraſq; eue-
nire corporum debi-
litates. Et idcirco forſan dimittunt prius peccata: ut cau
ſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur. g ¶ Surge,
tolle lectum tuum, & uade in domum tuam &c.] Et
anima paralytica ſi ſurrexerit: ſi priſtinum robur recu-
perauerit, portat lectum ſuum in quo iacebat antea diſ-
ſoluta, & portat illum in domum uirtutum ſuarum.
h ¶ Et cum tranſiret inde Ieſus, uidit hominem ſeden-
tem in teloneo &c.] Cæteri euangeliſtæ propter uere-
cundiam & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine
appellare uulgato, ſed dixerunt Leui: Duplici quippe
uocabulo fuit. Ipſe autē Matthæus ſecundū illud quod
dicitur à Salomone: Iuſtus accuſator eſt ſui in principio Prou.18.c
ſermonis, Et in alio loco, Dic tu peccata tua ut iuſtifice- Eſa.43.d
ris: Matthæum ſe & publicanum nominat: ut oſtendat
legentibus nullum debere ſalutem deſperare, ſi ad melio
ra conuerſus ſit: cum ipſe de publicano in apoſtolum ſit
repente mutatus. Arguit in hoc loco Porphyrius & Iu-
lianus Auguſtus, uel imperitiam hiſtorici mentientis,
uel ſtulticiam eorum qui ſtatim ſecuti ſint ſaluatorem:
quaſi irrationabiliter quemlibet uocantem hominem
ſint ſecuti: cū tantæ uirtutes, tantaq; ſigna præceſſerint,
quæ apoſtolos antequam crederent uidiſſe, nō dubium
eſt

A est. Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat: ex primo ad se uidentes trahere poterat aspectu. Si em in magnete lapide & succinis hæc esse uis dicitur: ut anulos, & stipulam, & festucas sibi copulent: quãto magis dominus omniũ creaturarum ad se trahere poterat, quos uolebat? a ¶ Et factum est discumbête eo in domo, ecce multi publicani & peccatores &c.] Videbant publicanum à peccatis ad meliora cõuersum locum inuenisse pœnitentiæ, & ob id etiã ipsi non desperant salutẽ: neq; uero in pristinis uitijs permanẽtes, ueniũt ad Iesum, ut Pharisæi & scribæ murmurant: sed pœnitentiam agentes, ut sequẽs domini sermo significat, dicens. b ¶ Misericordiam uolo, & non sacrificium, non ueni uocare iustos, sed peccatores. &c.] Ibat autem dominus ad conuiuia peccatorum, ut occasionẽ haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis præbe-
B ret cibos. Deniq; cũ frequẽter pergere ad cõuiuia describatur: nihil refertur aliud, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit: ut & humilitas domini exundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuersione pœnitentiũ demonstraretur. Quod autem sequitur: Misericordiam uolo, & non sacrificium: Et, Non ueni uocare iustos sed peccatores: de propheta proferens testimoniũ, sugillat scribas & pharisæos: qui iustos se æstimantes, peccatorũ & publicanorum consortia declinabant. c ¶ Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter &c.] Superba interrogatio & plena supercilio pharisæorũ. Certe ut aliud non dicamus, reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterãt discipuli Ioannis non esse sub uitio, qui calumniabãtur eum, quem sciebant magistri uocibus prædicatũ & iungebantur pharisæis, quos à Ioanne nouerant condemnatos: Generatio uiperarum quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? d ¶ Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus &c.] Sponsus, Christus: sponsa, ecclesia est. De hoc sancto spirituali connubio, apostoli sunt procreati: qui lugere non possunt quãdiu spõsam in thalamo uidẽt: & sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando uero transierint nuptiæ, & passionis ac resurrectionis tẽpus aduenerit, tunc sponsi filij ieiunabũt. Nonnulli putant idcirco post dies quadraginta passionis ieiunia debere committi: licet statim dies pentecostes & spiritussanctus aduenies, indicent nobis festiuitatẽ. Et ex huius occasione testimonij, Montanus, Prisca & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam: quod ablato sponso, filij sponsi debeant ieiunare. Ecclesiæ autem consuetudo ad passionem domini & resurrectionem per humilitatem carnis

Osee.6.b

Supra.3.b

eum. c Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani & peccatores uenientes discumbebãt cum Iesu & discipulis eius. Et uidentes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat magister uester? d At Iesus audiens, ait: Non est opus medico ualentibus sed male habentibus. Euntes autem discite quid est, misericordiã uolo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Tũc accesserunt ad eũ discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autẽ tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Neq; mittunt uinum nouũ in uites ueteres: alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur: & utres pereunt. Sed uinũ uouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. e Hæc illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens: Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum tuam super eam & uiuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim: Si tetigero tantum uestimentum eius, saluabor. f At Iesus conuersus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua saluam te fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non enim mortua est puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta esset turba, introiit, & tenuit manum eius, & surrexit puella. Et exiit fama hæc in uniuersam terram illam. g Et transeunti inde Iesu, secutus est eum cæcus clamans & dicens: Miserere nostri fili Dauid. Et cum uenisset in domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia possum hoc facere? Dicunt ei: Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus, dicens: Uidete ne quis sciat. At illi exeuntes diffamauerunt eum in uniuersa terra illa. h Illis autem egredientibus, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus. Et mirabantur turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmonia. i Et circuibat Iesus ciuitates omnes & castella docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis, quia erant uexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. k Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spiritibus immundis, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Nomina autem duodecim apostolorum sunt hæc. Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Philippus & Bartholomæus. Thomas & Matthæus publicanus. Iacobus Alphæi, & Thaddæus. Simon Chananæus & Iudas Iscariotes, qui & traditor fuit eius. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquabit regnum cœlorum. Infirmos curate, mundate leprosos, mortuos suscitate, dæmonia ejicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum neq; argentum neq; pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis, requirite quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si fuerit domus illa digna, ueniat pax uestra super eam. Si autem non fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur. Et quicunq; non receperit uos, neq; audierit sermones uestros, exeuntes foras domum aut ciuitatem illam, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræ in die iudicij, quam ciuitati illi. l Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in consilijs suis, & in synagogis suis flagellabunt uos. Et ante præsides & reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Cum autem persequentur uos in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel donec ueniat filius hominis. m Non est discipulus super magistrum, neq; seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, & seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est operturum quod non reuelabitur, & occultum quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Timete autem magis eum qui animam & corpus potest perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse ueneunt? & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem capitis omnes capilli numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Nolite arbitrari quia ueni pacem mittere in terram. Non ueni pacem mittere sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. n Qui recipit uos me recipit, & qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. o Et factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transijt inde ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ioannes autem audiens in uinculis opera Christi, misit duos de discipulis suis, & ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium exspectamus? Et respondens Iesus, dixit eis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere? arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetam? Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ usq; nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt. Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. p In quo autem simili dicam generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, & clamantibus ad inuicem, & dicentibus: Cecinimus uobis tibia, & non saltastis. Lamentauimus, & non planxistis. Uenit enim Ioannes neq; manducans neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Uenit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapientia à filijs suis. q Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Uæ tibi Corozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Uerumtamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam uobis. Et tu Capharnaum, nunquid usq; in cœlum exaltaberis? usq; in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in te, forsitan remansissent usq; in hodiernum diem. Uerumtamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi. r In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. s In illo tempore ambulauit Iesus sabbatis per sata, discipuli autem eius esurientes cœperunt uellere spicas & manducare. Pharisæi autem uidentes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis: Nonne legistis quid fecerit Dauid quando esuriit ipse & qui cum illo erant? Quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis manducauerunt, quos non licebat ei manducare neq; his qui cum illo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo sabbatum uiolant & sine crimine sunt? Dico autem uobis quia templo maior hic est. Si autem scissetis quid est: Misericordiam uolo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. t Et cum inde transisset, uenit in synagogam suam. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogauerunt eum dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Qui respondens ait illis: Quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam, & si hæc cadat sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo ouis? Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisæi consilium faciebant aduersus eum quemadmodum illum perderent. Iesus autem sciens secessit inde. Et secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit sibi anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus annuntiabit. Non contendet neq; clamabit, neq; audiet quisquam in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad uictoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. u Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita ut cæcus & mutus loqueretur & uideret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes dixerunt: Hic non eijcit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si Satanas Satanam ejicit, contra se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij uestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei ejicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis & uasa eius diripere, nisi prius fortem alligauerit, & tunc domum eius diripiet? Qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum spargit. Ideo dico uobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Generatio uiperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis quod omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. x Tunc responderunt quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister uolumus à te signum uidere. At ille respondens dixit eis: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Uiri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. y Cum autem immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam uacantem, scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic nequissimæ. Adhuc illo loquente ad turbas, ecce mater & fratres eius stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem quidam ei: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ille respondens dixit ei qui sibi dixerat: Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. z In illo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauem ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Et locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exijt qui seminat ad seminandum. Et dum seminat, quædam cecidit secus uiam, & uenerunt uolucres & comederunt illud. Aliud autem cecidit in petrosa ubi non habebat terram multam, & statim exortum est quia non habebat altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauit, & quia non habebat radicem aruit. Et aliud cecidit inter spinas, & ascenderunt spinæ & suffocauerunt illud. Aliud autem cecidit in terram bonam, & dabat fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. a Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Ille autem respondens ait illis: Quia uobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei & abundabit. Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt neq; intelligunt. Et implebitur in eis prophetia Isaiæ dicentis: Auditu audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis & non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando uideant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Uestri autem beati oculi quia uident, & aures quia audiunt. Amen dico uobis, quia multi prophetæ & iusti desiderauerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ audiuistis, & non audierunt. b Uos ergo audite parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum regni & non intelligens, non intelligit. Hic est qui seminatus est secus uiam. Et hic est qui in petrosa seminatus est, qui audit uerbum & statim cum gaudio accipit illud, non habet autem radicem in se, sed temporalis est. Orta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, statim scandalizatur. Et hic est qui in spinas seminatus est, qui uerbum audit, & sollicitudo huius seculi & fallacia diuitiarum suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Et hic est qui in terram bonam seminatus est, qui audit uerbum & intelligit, & fructum affert, & facit alius centum, alius sexaginta, alius triginta. c Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Uis imus & colligamus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. d Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est inter olera, & fit arbor, ita ut uolucres cœli ueniant & habitent in ramis eius. e Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. f Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. g Tunc dimissis turbis ueniens in domum, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filij regni. Zizania autem sunt filij nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala & eos qui facit iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. h Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abijt & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam. i Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere congreganti. Quam cum impleta traxissent, & secus littus sedissent, elegerunt bonos in uasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. k Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas, transtulit se inde. Et ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Unde huic sapientia hæc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia hæc? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem eorum. l In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & dixit pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & propterea uirtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem & uinctum misit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim Ioannes illi: Non licet tibi habere eam. Et uolens eum occidere timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant. Natalitijs autem celebratis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunq; petisset. At illa ante instructa à matre sua, ait: Da mihi hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Et rex contristatus est propter iusiurandum & eos qui simul recumbebant, & iussit dari. Et misit & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum puellæ, & detulit matri suæ. Et accesserunt discipuli eius & tulerunt corpus & sepelierunt illud, & uenerunt & nunciauerunt Iesu. m Et audiens Iesus secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbæ secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exijt Iesus & uidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit infirmos eorum. Cum autem sero factum esset, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus & hora iam præterijt, dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire, date illis uos manducare. Respondit autem Petrus & dixit ei: Si tu es filius dei, iube me ad te uenire super aquas. Qui ait: Ueni. Et descendens Petrus de nauicula ambulauit super aquas ut ueniret ad Iesum. Uidens autem uentum ualidum timuit, & cum cœpisset mergi clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum, & dixit ei: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et ascendentibus eis in nauem cessauit uentus. Et uenientes in terram Genesar, cognouerunt eum uiri loci illius, & miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt, salui facti sunt. n Tunc accesserunt ad Iesum à Hierosolymis scribæ & pharisæi dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis: Quare & uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Deus enim dixit: Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Uos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri aut matri: Munus quodcunq; fit ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. o Et conuocata turba dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit de ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Manducare autem non lotis manibus non coinquinat hominem. p Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit dicens: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Mulier autem uenit & adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine, nam & catelli manducant de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus dixit ei: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. q Et cum transisset Iesus inde, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, claudos, cæcos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur uidentes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos uidentes, & magnificauerunt deum Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis ait: Misereor super turbam, quia ecce triduo sustinent me, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne forte deficiant in uia. Et ait illi discipuli: Unde nobis in deserto tanta turba ut saturemus? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & pauci pisciculi. Et præcepit turbæ ut discumberent super terram. Et accepit septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli turbis. Et manducauerunt omnes & saturati sunt, & quod superfuit fragmentorum tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantes quattuor milia hominum, exceptis paruulis & mulieribus. Et dimissis turbis ascendit in nauem, & uenit in fines Magedan. r Et accesserunt pharisæi & sadducæi tentantes, & rogauerunt eum ut signum de cœlo ostenderet eis. At ille respondens ait illis: Facta sero dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis? Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Et dimissis illis abijt. s Et cum uenissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes assumere. Iesus autem dixit illis: Uidete & cauete à fermento pharisæorum & sadducæorum. At illi cogitabant intra se dicentes: Panes non habemus. Quod cum sensisset Iesus, dixit: Quid cogitatis intra uos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis neq; recordamini quinq; panum in quinq; milia hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neq; septem panum in quattuor milia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quomodo non intelligitis quia non de pane dixerim uobis cauere à fermento pharisæorum & sadducæorum? Tunc intellexerunt quod non dixisset cauendum à fermento panum, sed à doctrina pharisæorum & sadducæorum. t Et uenit Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra uillam, & exspuens in oculos eius, imposuit manus suas super eum, & interrogauit eum si quid uideret. Et aspiciens ait: Uideo homines tamquam arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus est ita ut clare uideret omnia. Et misit eum in domum suam dicens: Nec in uillam introeas, neq; alicui dixeris in uilla. u Et egressus Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi, & in uia interrogabat discipulos suos dicens: Quem me dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero Hieremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Uos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram erit solutum & in cœlis. Tunc præcepit discipulis suis ne cui dicerent quia ipse esset Iesus Christus. x Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: Uade post me Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico uobis, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. y Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Helias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit Iesu: Domine bonum est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Heliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in facies suas, & timuerunt ualde. Et accessit Iesus & tetigit eos, & ait illis: Surgite & nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem uiderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte præcepit eis Iesus dicens: Nemini dixeritis uisionem donec filius hominis resurgat à mortuis. Et interrogauerunt eum discipuli dicentes: Quid ergo scribæ dicunt quod Heliam oporteat primum uenire? At ille respondens ait: Helias quidem primo uenturus est & restituet omnia. Dico autem uobis quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. z Et cum uenissent ad turbam, accessit ad eum homo genu flectens ante eum & dicens: Domine miserere filio meo quia lunaticus est & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem & sæpe in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus dixit: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscum? quousq; patiar uos? Adducite illum huc mihi. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accedentes discipuli secreto dixerunt Iesu: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dicit eis Iesus: Propter incredulitatem uestram. Amen enim dico uobis, si hab

A ad gentes. a ¶ Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantũ ueſtimentum eius, ſalua ero &c.] Iuxta legem qui mulierem menſtruatam, aut fluentem ſanguine tetigerit, immundus eſt. Iſta ideo tangit dominum, ut ſanguinis uitio etiam ipſa curaretur. b ¶ Confide filia, fides tua ſaluam te &c.] Ideo filia, quia fides tua te ſaluam fecit. Nec dixit: fides tua te ſaluã factura eſt: ſed, ſaluã te fecit. In eo enim qđ credidiſti, iam ſalua facta es. c ¶ Et cum ueniſſet Ieſus in domum principis, & uidiſſet tibicines &c.] Vſq; hodie puella iacet in domo princi-
f 75 pis mortua, &
X dentur magiſtri, tibicines ſunt: carmen lugubre canentes. Turba quoq; ludæorum non eſt turba credentiũ, ſed turba tumultuantium. d ¶ Recedite: nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. &c.] Quia deo uiuũt omnia. e ¶ Et cũ eiecta eſſet turba, &c.] Non enim erãt digni ut uiderent myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem in-
B dignis cõtumelijs de-
g 76 ridebant. f ¶ Et te-
II nuit manum eius. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc &c.] Ni-
h 77 ſi prius mundatæ fue-
VI rint manus Iudæorũ, quæ ſanguine plenæ ſunt: ſynagoga eo-
i 78 rum mortua non re-
V ſurget. g ¶ Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes & dicẽtes: Miſerere noſtri &c.] Tranſeunte per domum principis domino Ieſu, & pergẽte ad domum ſuam, ſicut ſupra legimus: Aſcendens nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatẽ ſuam: clamabãt duo cæci, dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid, & tamen nõ curantur in itinere: non tranſitorie, ut putabant: ſed poſtq; uenit in domũ ſuam, accedunt ad eũ & introeunt, & primũ eorũ diſcutitur fides, ut ſic ueræ fidei lumen accipiant. Priori ſigno quod expoſuimus de principis filia, de hæmorrhouſa muliere, cõſequẽter hoc iungitur: ut quod ibi mors & debilitas, hic cæcitas demõſtraret. Vterq; eñ populus cæcus erat, domino per hoc ſeculum tranſeunte & cupiente reuerti ad domũ ſuam. Qui niſi confeſſi fuerint & dixerint: Miſerere noſtri fili Dauid, & interrogante Ieſu: Creditis quia poſſum hoc facere: reſponderint ei: Vtiq; domine: lumen priſtinum non recipient. In alio euãgeliſta unus
Mar. 10. g cæcus ſcribitur ſciſſis ueſtibus, & in Hiericho ſedens qui ab apoſtolis prohibetur clamare: ſed per impudentiam recipit ſanitatem. Qui locus proprie ad gentium populũ pertinet, & in ſuo exponendus eſt uolumine. h ¶ Miſerere noſtri fili Dauid. Cum autem ueniſſet in domum acceſſerunt ad eum cæci, & dixit eis Ieſus: Creditis, quia &c.] Audiant Marcion & Manichæus, & cæteri hæretici qui uetus laniant inſtrumentum: & diſcant ſaluatorem appellari filium Dauid: Si enim nõ eſt natus in carne, quomodo uocatur filius Dauid? i ¶ Et cõminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa &c.] Et dominus propter humilitatem fugiens iactantiæ gloriam, hoc præcepe-
C rat, & illi propter memoriam gratiæ non poſſunt tacere beneficium. Nota ergo aliquid inter ſe iuſſum eſſe contrarium. Cæci iſti in decimo curãtur loco. k ¶ Egreſſis autẽ illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem &c.] Vndecimus mutus linguã recipit ad loquẽdum. Quod autem Græce dicitur ωφὸν, magis tritum eſt ſermone cõmuni: ut ſurdus magis quàm mutus intelligatur. Sed moris eſt ſcripturarũ ωφὸν indifferẽter, uel mutum uel ſurdum dicere. Spiritualiter autem ſicut cæci lumen recipiunt, ſic & muti ad loquendum
D lingua laxatur: ut cõfiteatur eum quẽ antea denegabat. l ¶ Et miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem &c.] Turba dei opera confitetur & dicit: Nunquam ſic apparuit in Iſrael. In turba confeſſio nationum eſt. Phariſæi autem, quia uirtutem dei negare non poterant, opera calumniantur & dicunt: In principe dæmoniorum eijcit dæmones: Per quam calumniam uſq; hodie Iudæorum infidelitatem demonſtrantes. m ¶ Et circumibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella &c.] Cernis quod æqualiter & uillis, & urbibus, & caſtellis, id eſt, & magnis & paruis euangelium prædicauerit, ut non conſideraret nobilium potentiam, ſed ſalutem credentium. Circumibat ciuitates: hoc habens operis quod mandauerat pater, & hanc eſuriem, ut doctrina ſua ſaluos faceret infideles. Docebat autem in ſynagogis & uillis euangelium regni, & poſt prædicationem atq; doctrinam curabat omnem languorem, & omnem infirmitatem: ut quibus ſermo non ſuaſerat, opera perſuaderent. De domino proprie dicitur: Curans omnem languorem, & omnem infirmitatem: nihil quippe ei impoſſibile eſt. n ¶ Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant uexati, &c.] Vexatio gregis & ouium atque turbarum, paſtorum culpa, & uitium magiſtrorum eſt. Vnde ſequitur: o ¶ Meſſis quidem multa, operarij autẽ pauci &c.] Meſſis multa, populorum ſignificat multitudinẽ: operarij pauci, penuriam magiſtrorum. Et imperat ut rogent dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuã. Iſti ſunt operarij de quibus loquitur

Dicẽbat enim intra ſe: Si tetigero tantum ueſtimẽtum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & uidens eam, dixit: Cõfide filia, fides tua ſaluam te fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cũm ueniſſet Ieſus in domũ principis, & uidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite nõn eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum. Et cũm eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit mãnum eius. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc in uniuerſam terram illam. f Et trãſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicentes: Miſerẽre noſtri fili Dauid. Cum autem ueniſſet in domum, acceſſerunt ad eum cæci, & dixit eis Ieſus. Creditis, quia hoc poſſum facere uobis? Dicunt ei: Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem ueſtram fiat uobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, & eiecto dæmonio, locutus eſt mutus: & miratæ ſunt turbæ, dicẽtes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. g Et circumibãt Ieſus omnes ciuitates & caſtella docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangeliũ regni: & curans omnẽ languorem & omnẽ infirmitatẽ. h Videns autẽ turbas, miſertus eſt eis: quia erant uexati, & iacentes ſicut oues nõ habentes paſtorẽ. i Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidẽ multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuã. Cap. x Et

loquitur psalmista dicens: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant: portantes semina sua. Venientes autē uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et ut apertius loquar, messis multa, omnis turba credentiū est. Operarij autem pauci & apostoli & imitatores eorum qui mittuntur ad messem.

Psal.125.a

Cap. X

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorū &c.] Benignus & clemens dominus ac magister, nō inuidet seruis atq; discipulis uirtutes suas. Et sicut ipse curauerat omnē languorem & omnem infirmitatē: apostolis ꝙq; suis tribuit potestatē, ut curarent oēm languorē & oēm infirmitatē i plebe. Sed multa distantia est inter habere & tribuere, donare & accipere. Iste quodcunq; agit, potestate domini agit: Illi si quid faciunt, imbecillitatem suam & uirtutem domini cōfitentur, dicentes: In nomine Iesu surge & ambula. Notandum autem quod in duodecimo loco, potestas signorum apostolis concedatur. *b* ¶ Duodecim autem &c.] Catalogus apostolorum ponitur: ut extra hos qui pseudoapostoli futuri sunt excludantur. *c* ¶ Primus Simon &c.] Ordinem apostolorum & meritū uniuscuiusq;, illius fuit distribuere, qui cordis arcana rimatur. Primus scribitur Simon, cognomento Petrus: ad distinctionē alterius Simonis qui appellatur Chananæus de uico Chana Galilææ: ubi aquam dominus uertit in uinū. Iacobum quoq; appellat Zebedæi: quia & alius sequit̄ Iacobus Alphæi. Et apostolorum paria iugaq; cōsociat. Iungit Petrum & Andream fratres nō tam carne, q̄ spiritu. Iacobum & Ioannem, qui patrem corporis relinquentes, uerū patrem secuti sunt. Philippū & Bartholomæū, Thomam quoq; & Matthæum publicanū. Cæteri euangelistæ in coniunctione nominum, primū ponunt Matthæum, & postea Thomam: nec publicani nomen asscribunt: ne antiquæ conuersationis recordantes, fugillare euangelistā uiderentur. Iste uero (ut supra diximus) & post Thomam seponit, & publicanū appellat: ut ubi abūdauit iniquitas, superabundet & gratia. *d* ¶ Simon Chananæus &c.] Ipse est qui in alio euangelista scribitur Zelotes. Chana quippe zelus interpretatur. Thaddæū apostolū, ecclesiastica tradit historia missum Edessan ad Abagarū regem Chosdroenæ, qui ab euāgelista Luca, Iudas Iacobi dicitur, & alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corculum. Credendum'q; est eum fuisse trinomiū: Sicut Simon Petrus & filij Zebedæi, Boanerges ex firmitate & magnitudine fidei nominati sunt. *e* ¶ Et Iudas Iscariotis &c.] Vel à uico aut urbe in quo ortus est, uel ex tribu Isachar uocabulū sumpsit: ut quodam uaticinio in condemnationē sui natus sit. Isachar enim interpretatur merces, ut significetur preciū proditoris. *f* ¶ In uiam gentium ne abieritis &c.] Non est contrarius locus iste ei præcepto quod postea dicitur: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Quia hoc ante resurrectionē, illud post resurrectionē præceptū est. Et oportebat primū aduentū Christi nunciare Iudæis: ne iustam haberent excusationem; dicentes ideo se dominum reiecisse: quia ad gentes & ad Samaritanos apostolos miserit. Iuxta Tropologiam uero præcipitur nobis, qui Christi censemur nomine: ne in uia gentium & hæreticorum ambulemus errore, ut quorum religio separata est, separetur & uita. *g* ¶ Euntes autem prædicate,] Ne hominibus rusticanis, & absq; eloquij uenustate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna cœlorum: dat potestatem infirmos curare, leprosos mūdare, dæmones eijcere: ut magnitudinē promissorū, probet magnitudo signorū. Et quia semp dona spiritualia (si merces media sit) uiliora fiunt, adiungitur auaritiæ cōdēnatio. *h* ¶ Gratis accepistis &c.] Ego magister & dominus absque precio hoc uobis tribui, & uos sine precio date: ne euāgelij gratia corrumpatur. *i* ¶ Nolite possidere aurum neq; argentū: &c.] Consequenter hæc dat præcepta euangelizatoribus ueritatis, quibus ante dixerat: Gratis accepistis, gratis date. Si enim sic prædicant ut preciū non accipiant, superflua est auri argentiq; & nummorū possessio. Nam si habuissent aurum & argentum, uidebantur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicare. Neq; æs in sacculis. Qui diuitias detruncarat, propemodum & necessaria uitæ amputat: ut apostoli doctores ueræ religionis qui instituebant omnia prouidentia dei gubernari, seipsos ostenderent nihil cogitare de crastino. Non peram in uia. Ex hoc præcepto arguit philosophos, qui uulgo appellantur Bactroperitæ: quod contemptores seculi & omnia pro nihilo ducentes, cellariū secum uehebant. Neq; duas tunicas. In duabus tunicis uidetur mihi duplex ostendere uestimentū: Non quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus: sed quo in tunica uestimentum intelligamus: ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus. Neq; calciamenta. Et Plato præcepit duas corporis summitates non esse uelandas: nec assuefieri debere molliciei capitis & pedū. Cum hæc enim habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt. Neq; uirgam. Qui domini habemus auxilium, baculi præsidium cur quæramus? Et quia quodāmodo nudos & expeditos ad prædicandum apostolos miserat, & dura uidebatur esse conditio magistrorum, seueritatem præcepti sequēti sententia temperauit, dicens: Dignus est operarius cibo suo. Tantum, inquit, atcipite, quantū in uictu & uestitu uobis necessarium est. Vnde & Apostolus replicat: Habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Et in alio loco: Communicet autem is qui catechizatur ei qui se catechizat in omni bono: ut quorum discipuli metunt spiritualia, consortes eos faciant carnalium suorum: non in auaricia, sed in necessitate. Hæc historice diximus. Cæterum secundum Anagogen, nō licet magistris aurum & argentum & pecuniam quæ in zonis est, possidere. Aurum sæpe legimus pro sensu: argentum pro sermone: æs pro uoce: hæc nobis non licet ab alijs accipere, sed data à domino possidere. Neq; hæreticorū & philosophorū

a 79 11 *b* 80 11 *c* 81 X *d* 82 11 *i* 1.Tim.6.c Gal.6.d

duas tunicas, neq; calciamẽta, neq; uirgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.[c] Inquãmcũq; enim ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis.[f] Intrantẽs autem in domum, ſalutate eam. Et ſiquidẽ fuerit domus illa digna, ueniet pax ueſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax ueſtra reuertetur ad uos.[g] Et quicunq; nõn recepe/rit uos, neq; audierit ſermones ueſtros: exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus ue ſtris. Amen dicõ uobis: tolerabilius erit terræ Sodomo rum & Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.[h] Ecce ego mittõ uos ſicut oues in medio luporum. Eſto/te ergõ prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut co/lumbæ.[i] Cauete autem ab hominibus: tradent enim uos in concilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt uos, & ad præſides & ad reges ducemini propter me in teſti/monium illis & gentibus.[k] Cum aũtem tradent uos, no lite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur e/nim uobis in illa hora qd loquamini: nõ enim eſtis uos qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri q loquitur in uo bis. Trãdet aũt frater fratrem in mortẽ, & pater filiũ, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficiẽt. Et eritis odio omnibus propter nomẽ meũ. Qui autẽm perſeue rauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit.[l] Cũm aũt perſequen tur uos in ciuitate iſta fugite in aliam. Amen dico uo bis: non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec ue/niat filius hominis.[m] Non eſt diſcipulus ſuper magi/ſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit di/ſcipulo ut ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius.[n] Si pãtrẽfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto/magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos.[o] Ni/hil enim opertũ eſt quod non reuelabitur, & occultum quod

A peruerſæq; doctrinæ ſuſcipere diſciplinas: nõ ſeculi pon dere premi, neq; duplici eſſe animo, neq; pedes noſtros mortiferis uinculis alligari: ſed ſanctam terram ingredi/entes eſſe nudos: neque habere uirgam quæ uertatur in colubrũ: neq; in aliquo præſidio carnis inniti: quia iſti/uſmodi uirga & bacu lus arundineus eſt: quẽ ſi paululũ preſſe ris, frangitur & ma/num trãsforat incum bentis. a ¶ In quã/cũq; enim ciuitatem aut caſtellum intraue ritis, &c.] Super or dinatione epiſcopi & diaconi, Paulꝰ loqui/tur: Oportet autem eos & teſtimoniũ ha/bere bonũ ab his qui foris ſunt. Apoſtoli nouam introeuntes urbem, ſcire non po/terant quis qualis eſ/ſet. Ergo hoſpes fama eligendus eſt populi, & iudicio uicinorũ: ne prædicationis di/gnitas ſuſcipientis in/famia deturpet. Cũ uniuerſis debeãt præ dicare, hoſpes unus eligitur, non tribuẽs beneficium ei qui a/pud ſe manſurus eſt, ſed accipiens: hoc eñ dicitur: quis in ea di/gnus eſt: ut magis ſe nouerit accipere gra/tiam quàm dare. b ¶ Intrantes autem in domum, ſalutate eã. Et ſiquidẽ fuerit do/mus illa digna, ueniet &c.] Occulte ſaluta tionem Hebræi ac Sy ri ſermonis expreſſit. Quod enim Græce dicitur χαῖρε: & Lati ne, aue: hoc Hebrai/co Syroq; ſermone appellat שְׁלוֹם לָהּ ſalom lach: ſiue שְׁלוֹם עִמָּהּ id eſt, pax tecum. Quod autem præcipit, tale eſt: Introeuntes domum, pacem imprecamini hoſpiti, & quantum in uo bis eſt, diſcordiæ bella ſedate. Sin autem orta fuerit con tradictio, uos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum quod habere uoluerint, poſſidebunt. c ¶ Et quicunq; non receperit uos &c. excutite puluerem de pedibus ueſtris &c.] Puluis excutitur de pedibus in te ſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſint ciuitatẽ, & præ dicatio apoſtolica ad illos uſq; peruenerit. Siue excuti/tur puluis, ut nihil ab eis recipiant, ne ad uictum qui/dem neceſſarium, qui euangeliũ ſpreuerint. d ¶ Amen dico uobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum &c.] Si tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorũ, quàm illi ciuitati quæ non receperit euangelium: & idcir co tolerabilius, quia Sodomis & Gomorris nõ fuit præ/dicatum: huic autem prædicatum ſit, & tamen non rece/perit euangelium: ergo & inter peccatores diuerſa ſup/plicia ſunt. e ¶ Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum &c.] Lupos, ſcribas & Phariſæos uocat: qui ſunt clerici Iudæorum. f ¶ Eſtote ergo prudentes, ſi/cut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ &c.] Vt per prudentiam deuitent inſidias: per ſimplicitatem nõ ſa/ciant malum. Serpentis aſtutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo uita eſt, protegit. Ita & nos toto periculo corpo/ris caput noſtrum, q Chriſtus eſt, cuſto diamus. Simplicitas columbarum ex ſpi/ritu ſancti ſpecie de/monſtratur. Vnde di cit & apoſtolus: Ma/licia paruuli eſtote. g ¶ Cum autem tra/dent uos, nolite cogi/tare quomodo, aut qd loquamini &c.] Supra dixerat: Tra/dent enim uos in con cilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabũt uos, & ad præſides & re/ges ducemini pro/pter me. Cum ergo propter Chriſtũ du/camur ad iudices, uo luntatem tantum no/ſtram pro Chriſto de bemus offerre. Cæte/rũ ipſe Chriſtus qui in nobis habitat, lo/quetur pro ſe, & ſpi/ritu ſancti gratia in reſpondendo mini/ſtrabitur. h ¶ Tra/det autem frater fra/trem in mortẽ &c.] Hoc in perſecutioni/bus fieri crebro uide mus: nec ullus eſt in/ter eos fidus affectus, quorũ diuerſa fides eſt. i ¶ Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus e/rit &c.] Non enim cœpiſſe, ſed perfeciſ/ſe uirtutis eſt. k ¶ Cũ autem perſequentur &c.] Hoc ad illud tẽ/pus referendum eſt, cũ ad prædicationẽ apoſtoli mittebãtur: quibus & pro/prie dicitur: In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitate Sa maritanorũ ne intraueritis: qd' perſecutionẽ timere non debeãt, & debeãt declinare. Qd' quidẽ uidemus in prin cipio feciſſe credẽtes: quãdo orta Hieroſolymis perſecu/tiõe, diſperſi ſunt in uniuerſam Iudæã: ut tribulatiõis oc caſio fieret euãgelij ſeminariũ. Spiritualiť aũt poſſumus dicere: Cũ pſecuti nos fuerint in una ciuitate, hoc eſt, in uno ſcripturarũ libro uel teſtimonio: nos fugiamꝰ ad a/lias ciuitates, i. ad alia uolumina. Quãuis cõtentioſus fu erit pſecutor, ante præſidiũ ſaluatoris aduenier, cũ aduer ſarijs uictoria cõcedať. l ¶ Si patrẽfam.] Beelzebub, idolũ eſt Acaron, qd uocať in Regũ uolumine idolũ mu ſcæ. Beel, ipſe eſt Bel ſiue Baal: Zebub aũt muſca dicitur. Principẽ ergo dæmoniorũ ex ſpurciſſimi idoli appella/bãt uocabulo: q muſca dicit, ppter immundiciã quæ ex/terminat ſuauitatẽ olei. m ¶ Nihil enim.] Et qmodo in præſenti ſeculo multorũ uitia neſciunt? Sed de futuro ſe/culo ſcribit: qñ iudicabit deꝰ abſcondita hoim, & illumi/nabit

c 83 II
f 84 V
g 85 II
h 86 V
i 87 I
k 88 II
B
l 89 X
m 90 III
n 61 X
o 92 II
C
D
בעל זבוב
4. Reg. 1.

A nabit latebras tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et est sensus: Nolite timere persecutorum sæuitiã, & blasphemantiũ rabiẽ, quia ueniet dies iudicij, in quo & uestra uirtus, & eorum nequitia demonstrabitur. a ¶ Quod dico uobis in tenebris, dicite &c.] Quod audistis in mysterio, apertius prædicate: quod didicistis, absc̃dite, publice loqmini: qđ uos eruditi in paruulo Iudææ loco, in uniuersis urbibus, & in toto mũdo audacter dicite. b ¶ Et nolite timere eos q occidũt corpus, animam autem non possunt occidere &c.] Si q corpus occidunt, animã nõ possunt occidere, ergo anima inuisibilis et incorporalis est, secũdum crassiorem dico nostri corporis substantiã. Vel eo certe tempore punietur, & supplicia sentiet, quando pristinũ corpus receperit, ut cum quo peccauit, cũ ipso & puniatur. c ¶ Sed potius timete eum.] Nomen gehennæ, in
B ueteribus libris non inuenitur, sed primũ à saluatore ponitur. Quæramꝰ ergo quæ sit sermonis huius occa-
3.Reg.11.b sio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalẽ ad radices mõtis Moria, in quibus Siloa fluit, non semel legimus. Hæc uallis & parua campi planicies, irrigua erat & nemorosa, plena q̃ delitijs, lucusq̃ in ea idolo cõsecratus erat. In tantam autem dementiã populus Israel uenerat, ut deserta templi uicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis delitiæ uincerent, filiosq; suos dæmonijs incende-
4.Reg.23.c rent uel initiarẽt. Et appellabatur locus ille gehennom,
2.Paral.28.d id est uallis filiorũ Hennom. Hoc Regum uolumen & Paralipomenon, & Hieremias scribunt plenissime. Et cõmi-
Hiere.7.g.et natur deus se locum ipsum impleturũ cadaueribꝰ mor-
19.d.et32.f tuorum, ut nequaq̃ uocetur Topheth & Baal, sed uocetur polyandrium, id est tumulꝰ mortuorũ. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci uocabulo denotatur. Duplicem autẽ
Iob.24.c esse gehennã, nimirũ ignis & frigoris, in Iob plenissime legimus. d ¶ Nõne duo passeres asse &c.] Hæret sibi sermo dominicus, & sequẽtia pendẽt ex superioribus. Prudens lector, caue semper superstitiosam intelligentiã, ut non tuo sensui attemperes scripturas, sed scripturis iungas sensum tuũ, & intelligas quid sequatur. Supra dixerat: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã autem non possunt occidere: nunc loquitur consequenter: Nõne duo passeres asse ueneũt, & unus ex illis nõ cadet sup terrã sine patre uestro? Et est sensus: Si parua animalia & uilia absq̃ deo autore nõ decidunt, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt, sine dei uoluntate non pereunt: uos qui æterni estis, non debetis timere quod absq̃ dei uiuatis prouidẽtia. Iste sensus & supra dictus est: Respicite uolatilia cœli, quoniã non serunt, neque metunt, neq̃ cõgregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa: Nõne uos pluris estis illis? Ac deinceps: Considerate lilia agri, quomodo crescunt, & reliqua. Si aũt fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quãto magis uos modicæ fidei? Quidam coacte duos passeres, animam & corpus interpretantur. Quinq̃ quoq; passeres secundũ Lucam, qui duobus assibus ueneunt, ad sensus referunt. Sed quomodo illa intelligẽtia toto euangelici sermonis corpori coaptetur, non paruæ difficultatis est. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. Manifestiꝰ superior nostræ expositiõis sensus expressus est, qđ timere non debeant eos qui possunt occidere corpus, & animam non possunt: quoniã si sine dei scientia parua quoq; animalia non decidunt, quanto magis homo qui apostolica fultus sit dignitate? Quod autẽ ait: uestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt: immẽsam dei erga homines ostẽdit prouidentiã, & ineffabilem signat affectũ, quod nihil nostrũ lateat deum, etiam parua & ociose dicta, eiꝰ scientiam non fugiãt. D Deridentintelligentiam ecclesiasticã in hoc loco, q carnis resurrectionem negant, quasi nos & capillos qui numerati sunt, & à tonsore decisi, omnes dicamus resurgere, cum saluator non dixerit: Vestri autem & capilli capitis omnes saluãdi sunt, sed numerati sunt. Vbi numerꝰ est, scientia numeri demonstratur, non eiusdem numeri cõseruatio. e ¶ Nolite arbitrari, quia ueni pacem &c.] Supra dixerat: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta: Nunc infert quid post prædicationẽ sequatur. Ad fidẽ Christi, totus orbis contra se diuisus est, unaquæq̃ domus & infideles & credentes habuit, & propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Tale quid & in Genesi aduersus rebelles homines, qui moti fuerant de oriente, & turrem extruere festinabãt, per quam cœli alta penetrarent, fecisse scribitur deus, ut diuideret linguas eorũ. Vnde & in psalmo Dauid precatur: Dissipa domine gentes quæ bella uolũt. f ¶ Veni enim separare hominẽ &c.] Hic locus prope eisdem uerbis in Michea propheta scribitur. Et notandum ubicunq̃ de ueteri testamento testimonium ponitur, utrum sensus tantum, an sermo consentiat. g ¶ Qui amat patrem aut matrem &c.] Qui ante præmiserat: Non ueni pacem mittere, sed gladium, & diuidere homines aduersum patrem & matrem, nurũ & socrum, ne quis pietatem religioni anteferret, subiecit dicens: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me. Et in Cantico legimus canticorum: Ordinate in me charitatem. Hic ordo in oĩ affectu necessarius est. Ama post deum, patrem, ama matrem, ama filios. Si autem necessitas uenerit, ut amor parẽtum ac filiorum dei amori comparetur, & nõ possit utrunq̃ seruari: odiũ in suos, pietas in deũ est. Nõ ergo prohibuit amare patrẽ aut matrem, sed signanter addidit: Qui amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me. h ¶ Et qui nõ &c.] In alio euãgelio scribit: Qui nõ accipit crucẽ suã quotidie. Ne semel putemꝰ ardore fidei

quod non scietur. p Quod dico uobis in tẽnebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate sup tecta. Et nõlite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere: sed põtius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennã. Nõnne duo passeres asse ueneunt, & unus ex illis nõ cadet super terram sine patre uestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. q Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. r Nõlite arbitrari, quia ueni pacem mittere in terram: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hõminem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suã, & inimici hominis domestici eius. s Qui amat patrẽm aut matrẽ plus q̃ me, non est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiam super me, nõ est me dignus. Et qui non accipit crucem suã et sequitur me, nõ est me dignus. t Qui inuenerit animã suam, perdet illã: & q perdiderit animam

p 93 V

q 94 II

r 95 V

s 96 V

D

t 97 III

A posse sufficere, semp crux portãda est, ut semp nos Christum amare doceam⁹. a ¶ Qui recipit uos.] Ordo pulcherrim⁹. Ad prædicationẽ mittit: docet picula nõ timẽda: affectum subijcit religioni. Aurũ supra tulerat: æs dezona excusserat. Dura euangelistarum conditio. Vnde ergo sumptus, unde uictus necessaria? Au

u 98 I steritatem mandatorum, spe tẽperat promissorũ. Qui recipit

x 99 X (inquiens) uos, me recipit: & q me recipit, recipit eũ qui me misit, ut in susci-

y 100 VI piendis apostolis, unusquisq; credentiũ Christũ se susscepisse arbitretur.

b ¶ Qui recipit prophetã in nomine prophetæ &c.] Qui prophetã recipit ut prophetã, & intelligit eũ

a 101 X de futuris loquẽtem, hic mercedẽ prophetæ accipiet. Igitur Iudæi carnaliter ꝓphetas intelligentes, mercedem prophetarum non accipient. Aliter: In omni professione zizaniũ mixtum est tritico. Præmiserat: Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum q me misit. Ad susceptionẽ magistrorũ discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudoprophetas & Iudam proditorem debem⁹ recipere, & illis alimoniam ministrare. Hoc dominus ante procurãs dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina: & mercedem nõ perdere susscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit. c ¶ Et quicunq; potum &c.] Legimus in propheta Dauid: Ad excusandas excusationes in peccatis: quod multi peccatorum suorum quasi iustas prætendant occasiones, ut quod uoluntate delinquunt, uideantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis & renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. Dixerat: Qui recipit uos, me recipit. Sed hoc præceptũ multi pseudoprophetæ, & falsi prædicatores poterant impedire, medicatus est huic quoque scandalo dicens: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Rursus poterat alius causari & dicere: Paupertate ꝓhibeor, tenuitas me retinet, ut hospitalis esse nõ possim. Et hanc excusationem leuissimo præcepto diluit, ut calicẽ aquæ frigidæ, toto animo porrigamus. Frigidæ, inquit, aquæ, non calidæ, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occasio quæreret. Tale quid & apostolus (ut antea iam diximus) ad Galatas præcipit: Communicet autem is qui catechizat uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortatur. Quia poterat quilibet obtendere paupertatem, & præceptũ eludere, prius quàm ille præponat, imminentem soluit quæstionem dicens: Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

Gal.6.b

Gal.6.b

Et est sensus: Frustra causaris inopiam, quum aliud habeat conscientia tua, ne putes fallere cohortãtem, sed scito quod quantumcunque seminaueris, tantum & messurus sis.

B

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Matthæum liber secundus. Cap. XI

ET factum est &c. Ioannes autem cum audisset in uinculis opera Christi &c.] Non quasi ignorãs interrogat, ipse em̃ cæteris ignorantibus demonstrauerat dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: & patris uocem audierat intonantis: Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi cõplacui: Sed quomodo saluator interrogat, ubi sit positus Lazarus, ut qui locũ sepulchri in, dicabãt, saltem sic parrarentur ad fidem, & uiderẽt mortuum resurgentẽ: sic & Ioannes interficiendus ab Herode, discipulos suos mittit ad Christũ, ut per hanc occasionem uidẽtes signa atque uirtutes crederẽt in eũ, & magistro interrogante sibi discerẽt. Quod aũt supbirent discipuli Ioãnis aduersus dominum, & haberẽt aliq̃d moracitatis ex liuore & iuidia: superior quo D que interrogatio demonstrauit, euãgelista referẽte: Tunc accesserũt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et alibi: Magister, cui tu præbuisti testimoniũ ad Iordanem, ecce discipuli eius baptizant, & plures ueniunt ad eum, quasi dixerint: Nos deserimur, hic raritas est: ad illũ tuba concurrit. e ¶ Tu es qui uenturus es &c.] Non ait, tu es qui ueneris, sed tu es qui uenturus es. Et est sensus: mãda mihi, q ad infernũ descẽsurus sum, utrum te & inferis debeã nunciare, qui nunciaui superis: An non conueniat filio dei, ut gustet mortem, & alium ad hæc sacramenta missurus es? f ¶ Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis &c.] Ioannes interrogauerat per discipulos: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Christus signa demõstrat, nõ ad ea respondẽs quæ interrogatus fuerat, sed ad scandalum nunciorum: Ite, inquit, & dicite Ioãni signa quæ cernitis, cæcos uidentes, & claudos ambulantes, & reliqua. Et quod his non minus est. g ¶ Pauperes euangelizantur.] Vel pauperes spiritu, uel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione distantia sit. Hæc magistri rigorem, hæc præceptoris cõprobant ueritatem, quando omnis apud eũ qui saluari potest æqualis est. Quod autem ait: b ¶ Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.] Internuncios percutit, sicut in sequentibus demonstrabitur. i ¶ Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioãne: Quid existis &c.] Si superior sententia contra Ioannem prolata fuerat, ut plerique arbitrantur, in eo quod ait: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me: quomodo nunc Ioannes tantis laudibus prædicat? Sed quia turba circũstãs interrogationis mysterium nesciebat, & putat Ioannem dubitare de Christo, quẽ ipse monstrauerat digito, ut intelligerẽt Ioannẽ non sibi

Ioan.1.d

Ioan.1.d

Ioan.3.e

ANIMAM suam propter me, inueniet eam. u Qui recipit uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. x Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. y Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Cap. XI

a ET factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, trãsijt inde ut doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. b Ioannes autem cum audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et respõdens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ auditis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt: Pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere, arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere, hominem

A nō sibi interrogasse,sed discipulis suis:Quid, inquit,exi stis in desertum? Nūquid ob hoc,ut hominem uideretis calamo similem,qui omni uento circunfertur,& leuitate mentis de eo ambigeret quem antea prædicarat? An for sitan stimulis contra me inuidiæ cogitur, & prædicatio eius uanam sectatur gloriā, ut ex ea quæ rat lucra? Cur diuiti as cupiat? ut affluat dapibus? Locustis ue scitur & melle sylue stri. An ut mollibus uestiatur? Pili camelo rum tegmē eius sunt. Istiusmodi cib⁹ & ue stis, carceris hospitio recipiuntur: & prædi catio ueritatis tale ha bet habitaculū. Qui autē adulatores sunt, & sectantur lucra, & quærunt diuitias, & delicijs affluunt, & mollibus uestiuntur: isti in domibus regū sunt.Ex quo ostendi tur rigidam uitam & austeram prædicatio nem uitare debere au las regū, & mollium hominum palatia de clinare. *a* ¶ Sed qd existis uidere, ꝓphe tam &c.] In eo Ioan nesprophetis cæteris B maior est, quod quē illi prædicauerant esse uenturum: hic uenisse digito de monstrauit dicens:Ecce agnus dei, ecce qui tollit pecca ta mundi. Et quia ad priuilegium prophetale etiam ba Malach.3.b ptistæ accessit præmium, ut dominū suum baptizaret: unde infert meritorum αὔξησιν, faciens de Malachia testi monium,in quo etiam angelus prædicatur. Angelū au tem hic dici Ioannem non putemus naturæ societate,sed officij dignitate:id est nuncium quod ueturū dominum nunciarit. *b* ¶ Amen dico uobis,non surrexit inter na tos mulierū maior Ioāne baptista.] Inter natos,inquit, mulierum. His ergo præfertur hominibus qui de mulie ribus nati sunt,& de concubitu uiri,& non ei qui est na tus ex uirgine & spiritu sancto,quāquam in eo quod di xit: Non surrexit maior inter natos mulierū Ioanne ba ptista:non cæteris prophetis & patriarchis cūctisq; ho minibus Ioannem prætulit,sed Ioannē cæteris exæqua uit. Non enim statim sequitur, ut si alij maiores eo non sunt,ille maior aliorum sit: uerum ut æqualitatem cum cæteris sanctis habeat. *c* ¶ Qui autem minor est in re gno cœlorum,maior est illo.] Multi de saluatore hoc in telligi uolunt,quod qui minor est tempore,maior sit di gnitate. Nos autem simpliciter intelligamus, quod om nis sanctus qui iam cum deo est,maior sit illo qui adhuc consistit in prælio.Aliud est enim coronā uictoriæ possi dere, aliud adhuc in acie pugnare. Quidam nouissimū angelum in cœlis domino ministrantem: meliorem uo lunt accipere quolibet primo homine qui uersetur in ter ris. *d* ¶ A diebus Ioannis baptistæ usq; nunc regnum cœlorum uim patitur.] Si primus Ioannes ut supra di ximus pœnitentiam populis nunciauit dicens:Pœniten tiam agite,appropinquabit enim regnum cœlorū:conse quēter à diebus illius regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Grandis enim est uiolentia in ter ra nos esse generatos,& cœlorum sedem quærere: possi dere per uirtutem quod non tenuimus per naturam.
e ¶ Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannem pro phetauerunt.] Non quod post Ioannem excludat pro phetas: Legimus enim in Actibus apostolorū, & Aga bum prophetasse,& quatuor uirgines filias Philippi,sed quod lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetauerunt,de domino uaticinati sunt. Quando er go dicit: omnes pro phetæ & lex usque ad Ioannem propheta uerunt, Christi tem pus ostēditur,ut quē illi dixerunt esse uen turū, Ioannes uenisse *c* 105
ostenderet. *f* ¶ Et si II
uultis recipere, ipse est Helias qui uentu rus est. Qui habet au *d* 104
res audiēdi audiat.] V
Hoc quod dictū est: *e* 105
si uultis recipere ipse V
est Helias: mysticum esse & egere intelligē *f* 106
tia, sequēs sermo dñi X
demonstrat, dicens: Qui habet aures au diendi,audiat. Si eñ *g* 107
planus esset sensus & V
manifesta sentētia,qd necesse fuit nos ad illi us intelligētiam præ parari? Helias ergo Ioannes dicitur, non secūdum stultos phi losophos & quosdam hæreticos, qui μετεμ ψύχωσιν introducunt: D
sed quod iuxta aliud testimonium euāgelij uenerit in spiritu & uirtute Heliæ, & eandem sancti spiritus uel gratiā habuerit uel mensu ram. Sed & uitæ austeritas,rigorq; mentis Heliæ & Ioan nis pares sunt. Ille enim in eremo,iste in eremo. Ille zo na pellicea cingebatur,& iste simile habuit cingulum. Il le quoniam regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis il licitas arguit nuptias,capite truncatur. Sunt qui propte rea Ioannem Heliam uocari putant: quod quomodo in secundo saluatoris aduentu iuxta Malachiam præcessu rus est Helias,& uenturum iudicem nunciaturus: sic Io annes in primo aduentu fecerit: & uterque sit nuncius uel primi aduentus domini uel secundi. *g* ¶ Cui au tem assimilabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus suis di cunt: Cecinimus uobis,& non saltastis: lamentauimus uobis,& non planxistis. Venit enim Ioannes neq; man ducans,neque bibens &c.] Pueris in foro sedentibus & clamantibus atque dicentibus ad coæquales suos:Ceci nimus uobis,& non saltastis:lamētati sumus, & nō plan xistis: comparatur generatio Iudæorū,scriptura dicen te: Cui similem æstimabo generationē istam? similis est pueris sedentibus in foro, & reliqua. Non ergo no bis tribuitur libera intelligentia, & allegoriæ interpreta tio passiua,sed quicqd dicturi sumus de pueris, ad simi litudinem generationis est referendū.Pueri isti qui sedēt in foro,hi sunt de quibus Esaias loquit: Ecce ego & pue Esa.8.d
ri mei quos dedit mihi deus.Et in XVIII.psalmo:Testi Psal.8.a
monium dñi fidele sapientiā præstans paruulis. Et alibi: Ex ore infantiū & lactentiū perfeciſti laudē.Isti ergo pue ri sederūt in foro, siue ἐν ἀγορᾷ cp significātius græce dici tur ubi multa uenalia sunt. Et qa popul⁹ Iudæorū audi re nolebat,nō ei tantū locuti sunt,sed plenis faucib.incla marūt: Cecinim⁹ uobis,& nō saltastis:,puocauim⁹ ut ad nostrū canticū bona opa faceretis, & saltaretis ad nostrā tibiā,sicut saltauit & Dauid ante arcam dñi,& noluistis.

Lamentati

A Lamẽtati ſumus,& uos ad pœnitentiã ꝓuocauim⁹:& ne hoc quidẽ facere uoluiſtis, ſpernẽtes utranq; prædicationem, tam exhortationis ad uirtutes,q̃ pœnitentiæ poſt peccata. Nec mirum ſi duplicem uiam contempſeritis ſalutis: cum & ieiunium & ſaturitatem pariter ſpreueritis.

b 108 V Si ieiuniũ uobis placet, cur Ioãnes diſpliciuit? Si ſaturitas, cur filius hominis diſpliciuit? Quorum alterũ dæmoniũ habẽtem: alterum, uoratorem & ebrium nuncupaſtis. Ergo q̃a uos noluiſtis utranque reciꝑere diſciplinam, iuſtificata eſt ſapientia
i 109 X à filiꝭ ſuis: id ẽ dei diſpenſatio atq; doctrina. Et ego q̃ ſum dei
k 110 V uirtus & ſapiẽtia dei, iuſte feciſſe ab apoſtolis meis filiꝭ comprobatus ſum, quibus reuelauit pater, quæ à
l 111 III ſapientibus abſcõderat, & prudentibus a-
m 112 III ꝑud ſemetipſos. In q̃buſdam euangeliꝭ legitur: iuſtificata eſt ſa-
n 113 X pientia ab operibus ſuis. Sapientia quipꝑe non quærit uocis teſtimonium ſed ope-
B rum. a ¶ Tunc cœꝑpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ ſũt plurimæ uirtutes eius, quia nõ egiſſent pœnitentiã.] Exprobratio ciuitatũ Chorozain & Bethſaida & Capharnaũ, capituli huius titulo pandit: Quod ideo exprobrauerit eis, quia poſt factas uirtutes & ſigna quãplurima, non egerint pœnitentiã b ¶ Væ tibi Chorozain: Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent uirtutes quæ factæ ſunt in uobis &c.] Chorozain & Bethſaida urbes Galilææ à ſaluatore plangũtur, quod poſt tãta ſigna atq; uirtutes non egerint pœnitentiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon, urbes idololatriæ & uitiꝭ deditæ. Præferuntur autem ideo, quod Tyrus & Sidon naturalem tantũ legem calcauerint: iſtæ uero poſt trãſgreſſionem naturalis legis & ſcriptæ, etiam ſigna quæ apud eas facta ſunt parui duxerint. Quærim⁹ ubi ſcriptum ſit, quod in Chorazain & in Bethſaida dominus ſigna fecerit. Supra legim⁹: Et circuibat ciuitates omnes & uicos, curans omnem infirmitatem, & reliqua. Inter cæteras ergo ciuitates & uiculos æſtimãdum eſt in Chorozain quoq; & Bethſaida dominum ſigna feciſſe. c ¶ Et tu Capharnaũ nunquid uſq; in cœlum exaltaberis? uſq; ad infernum deſcendes.] In altero exemplari reperimus: Et tu Capharnaũ quæ uſq; in cœlum exaltata es, uſq; ad inferna deſcendes. Et eſt duplex intelligentia. Vel ideo ad inferna deſcendes, quia contra prædicationem meã ſuperbiſſime reſtitiſti. Vel ideo, quia exaltata uſq; ad cœlũ, meo hoſpitio, & meis ſignis atq; uirtutib⁹, tantum habens priuilegiũ, maioribus plecteris ſuppliciꝭ, q̃ his quoq; credere noluiſti. d ¶ Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent &c.] Quærat prudens lector & dicat: ſi Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prædicationem ſaluatoris, ſignorum q̃ miracula: non ſunt in culpa quod nõ crediderunt, ſed uitium ſilentiꝭ in eo eſt, qui acturis pœnitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta reſponſio eſt, ignorare nos

Sup. 4. c

filiꝭ ſuis. b Tunc cœpit ẽxprobrare ciuitatibus in q̃bus ſunt factæ plurimæ uirtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiã. Væ tibi Chorazain, uæ tibi Bethſaida, q̃a ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent uirtutes quæ factę ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiã egiſſent. Verũ tamẽ dico uobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudiciꝭ q̃ uobis. Et tũ Capharnaũ, nunquid uſq; in cœlũ exaltaberis? Vſq; in infernũ deſcendes. i Q̃uia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in te, forte mãſiſſent uſq; in hunc diẽ. Verũtamen dico uobis, quia terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudiciꝭ q̃ tibi. k In illõ tempore reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ: Q̃uia abſcõdiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Itã pater, quoniã ſic placitũ fuit ante te. l Omniã mihi tradita ſunt à patre meo. m Et nemõ nouit filium niſi pater: neq; patrẽ quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. n Venite ãd me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refi-
ciam uos. Tollite iugum meũ ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris, Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue eſt.

Cap. XII

In illo tempore, reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi pater &c.] Cõfeſſio nõ ſemper pœnitẽtiam, ſed & gratiarum actionem ſignificat, ut in pſalmis ſæpiſſime legimus. Audiant q̃ ſaluatorem nõ natum, ſed creatũ calumniantur, quod patrem ſuum uocet cœli & terræ dominũ. Si enim & ipſe creatura eſt, & creatura conditorem ſuum patrem appellare poteſt: ſtultum fuit non & ſui & cœli ac terræ dominum uel patrem ſimiliter appellare. f Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus.] Gratias agit & exultat in patre, quod apoſtolis ſui aduẽtus aperuerit ſacramẽta, quæ ignorauerint ſcribæ & phariſæi, qui ſibi ſapientes uidentur, & in conſpectu ſuo prudentes. Iuſtificata eſt ſapientia à filiꝭ ſuis. g ¶ Ita pater, quoniã ſic fuit placitum ante te.] Blandientis affectu loquitur ad patrem, ut cœptum in apoſtolis beneficium cõpleatur. h ¶ Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.] Et tradentem patrem & accipientẽ filium myſtice intelli-
ge. Alioquin ſi iuxta fragilitatem noſtram ſentire uolumus, cũ cœperit habere qui accipit, incipiet non habere qui dederit. Tradita autẽ ſibi omnia, non cœlũ & terra & elementa intelligenda ſunt, & cætera quæ ipſe fecit & condidit: ſed & hi qui per filiũ acceſſum habent ad patrem, & ante rebelles deum poſtea ſentire cœperunt. i ¶ Et nemo nonit filium niſi pater, neq; patrem &c.] Erubeſcat Eunomius tantam ſibi noticiam patris & filiꝭ quantam alterutrum inter ſe habeant iactitans. Quod ſi inde contendit, & ſuam inſaniam cõſolatur, quia ſequitur: Et cui uoluerit filius reuelare: Aliud eſt naturæ æqualitate noſſe q̃ noueris, aliud reuelantis dignatione. k ¶ Venite ad me omnes qui laboratis & onerati &c.] Grauia onera eſſe peccati, & Zacharias propheta teſtatur, dicens iniquitatem ſedere ſuper talentum plumbi. Et pſalmiſta complorat: Iniquitates meæ aggrauatæ ſunt ſuper me. Vel certe eos qui grauiſsimo legis iugo premebantur ad euãgeliꝭ inuitat gratiã. l ¶ Iugũ enim &c.] Quomodo leuius lege euãgelium: cum in lege homicidium, in euangelio ira damnetur? Q̃a ratione euãgeliꝭ gratia facilior, cum in lege adulteriũ, in euãgelio cõcupiſcentia puniat? In lege multa præcepta ſunt, quæ apoſtol⁹ non poſſe

Ezech. 16. f

Zach. 5. a
Pſal. 37. a
Aug. ad Aſt. 23. c

A posse compleri, plenissime docet. In lege opera requirun tur, quæ qui fecerit, uiuet in eis. In euangelio uoluntas quæritur, quæ etiam si effectū non habuerit, tamen præ mium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possu, mus, ne scilicet cōcupiscamus, hoc in arbitrio nostro est. Lex cum uolūtatem non puniat: punit ef, fectum, ne adulteriū facias. Finge in perse, cutione aliquā uirgi, nem prostitutā. Hæc apud euāgeliū, quia uoluntate nō peccat, uirgo suscipitur: in le ge quasi corrupta re, pudiatur. Cap XII

IN illo tēpore, abijt Iesus sabbato &c.] In alio quoq; euange lista legimus, qđ pro pter nimiā importu, nitatem, nec uescendi quidem habebant lo cum, et ideo quasi ho mines esuriebāt. Qđ autem spicas segetū manibus confricant, & inediam consolan, tur: uitæ austerioris indiciū est, nō præpa ratas epulas sed ci, bos simplices quærē tium. b ¶ Pharisæi autem uidentes dixe rūt &c.] Nota quod

B primi apostoli salua, toris, litteram sabbati destruunt, aduersum Hebionitas, qui cum cæteros recipiāt apo stolos, Paulum quasi transgressorē legis repudiant. c ¶ At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid &c.] Ad confutandam calu, mniam pharisæorū, ueteris recordatur historiæ, quādo

1.Reg.21.b Dauid fugiēs Saulem uenit in Nobe, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulauit cibos: qui cum panes lai cos non haberet, dedit ei consecratos, quibus nō licebat uesci nisi solis sacerdotibus & leuitis. Et hoc tātum inter, rogauit si essent mūdi pueri à mulieribus: & illo respon,

Osee.6.c dente, ab heri & nudiustertius, non dubitauit panes da, re: melius arbitratus, propheta dicente: Misericordiam uolo & non sacrificiū: de famis periculo homines libera re, q; deo offerre sacrificium: Hostia enim placabilis deo hominum salus est. Opponit ergo dominus & dicit: Si & Dauid sanctus est, & Achimelech pontifex à uobis nō reprehenditur, sed legis uterq; mandatū probabili excu satione trāsgressi sunt: & fames in causa est, cur eandem famem non probatis in apostolis quam probatis in cæ, teris? Quanq; & in hoc magna distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricant, illi panes comederunt leuiti, cos, & ad sabbati solennitatem accedebant Neomeniarū dies, quibus in conuiuio requisitus fugit ex aula regia. Obserua quod panes propositionis nec Dauid, nec pue ri eius acceperint, anteq; se à mulieribus mundos esse re sponderent. d ¶ Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt?] Calumniamini, inquit, discipulos meos cur per segetes transeuntes spicas triuerint, & hoc fecerint famis necessitate cogēte, cum ipsi sabbatum uioletis in templo immolātes uictimas, cædentes tauros, holocausta super lignorum struem incendio concremantes, & iuxta alte, rius euangelij fidem: Circūcidentes paruulos in sabba, to, ut dum aliam legem seruare cupitis, sabbatū destrua tis: Nunquam autem leges dei sibi cōtrariæ sunt. & pru, denter ubi transgressionis discipuli sui argui poterant, Dauid & Achimelech dicit exempla sectatos: ueram au, tem & absq; necessitatis obtentu sabbati præuaricationē in ipsos refert qui ca, lumniam fecerant.

e ¶ Dico autem uo, bis quia templo ma, ior ē hic &c.] Hic nō pronomen sed aduer biū loci est, quod ma ior templo sit locus qui dominū tēpli te, neat. f Si autem sci, retis quid est, miseri, cordiam &c.] Quid sit, uolo misericordiā & non sacrificium, su, pra diximus. Quod autem sequitur: Nun quam condemnasse, tis innocētes: de apo, stolis intelligendum est. Et ē sensus. Si mi, sericordiam compro basti Achimelech, eo quod fame pericli tantem refocillauerit Dauid & pueros ei⁹, quare discipulos me, os cōdemnatis qui ni hil tale fecerunt?

g ¶ Et cū trāsisset in, de uenit in synagogā eorum, & ecce homo manum habēs &c.] Tertiusdecim⁹ iste est qui curat in synago, ga. Et notandum qđ non in itinere & foris sed in conciliabulo Iudæorum manus arida fuerit sana, ta. h ¶ Et interrogabant eum dicentes: Si licet sabba, to curare &c.] Quia destructionem sabbati quam pha, risæi in discipulis arguebant, probabili exemplo excusa uerat, ipsum calumniari uolunt: & interrogant utrum li ceat curare in sabbatis, ut si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis: si curauerit, transgressionis accusarēt. i ¶ Ipse autem dixit eis: Quis &c.] Sic soluit propositā quæstionem, ut interrogantes auariciæ condemnaret. Si uos, inquit, in sabbato ouem & aliud quodlibet animal in foueam decidens eripere festinatis, nō animali sed ue, stræ auariciæ consulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior est oue, debeo liberare? k ¶ Tunc ait ho. &c.] In euangelio quo utuntur Nazareni & Hebio, nitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone tran, stulimus. & quod uocatur à pleriq; Matthæi autēticum, homo iste qui aridam habet manum, cementarius scri, bitur: istiusmodi uocibus auxilium precans: Cementa, rius eram manibus uictum quæritans, precor te Iesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Vsque ad aduentum saluatoris arida manus in synago, ga fuit Iudæorum, & dei opera non fiebant in ea: postq; ille uenit in terras, reddita est in apostolis credētibus de xtera & operi pristino restituta l ¶ Exeuntes aūt &c.] Quod dominū molliū insidias, liuor in causa est. Quid ēm fecerat ut pharisæos ad interfectionē sui, puocaret? nē pe q; homo extenderat manū. Quis enim pharisæorū in die sabbati nō extendit manū portās cibos, calicēq; por rigēs, & cætera quæ uictui necessaria sunt? Si ergo manū extēdere & alimēta subleuare uel potū, in sabbato nō est criminis, cur hoc in alio arguūt qđ ipsi facere coarguun tur: præ,

a 114 II

b 115 X

c 116 II

D

d 117 IIII

A tur, præsertim cū iste cemētarius nihi tale portauerit, sed ad præceptū domini solam extenderit manum. a ¶ Ie sus autem sciēs recessit inde &c.] Sciens insidias eorum quod uellent perdere saluatorem suum, recessit inde, ut pharisæis contra se occasionem impietatis auferret.

b ¶ Ecce puer meus quem elegi &c.] Per
c 118 Esaiam prophetā ex
X persona patris hoc di
Esa.42.a citur: Ponam spiritū meū super eum. Spi ritus ponitur non su per dei uerbum, & su per unigenitū qui de sinu processit patris, sed sup eum, de quo dictum est: Ecce puer meus. c ¶ Neq; au diet quis ī plateis uo cem eius.] Lata enim
f 119 ē & spacioſa uia quæ
V ducit ad perditionē,
g 120 & multi ingrediūtur
VII per eā: Qui multi uo cem non audiunt sal uatoris, quia nō sunt
h 121 in arta uia, sed in spa
II cioſa. d ¶ Arundinē
i 122 quassatā non confrin
II get &c.] Qui pecca tori non porrigit ma num, nec portat on⁹ fratris ui, iste calamū quassatum cōfringit.
B Et qui modicā scintil lā fidei cōtēnit in par uulis, hic linū extin guit fumigās. Quorū Christus utrunq; nō fecit: ad hoc enim ue nerat, ut saluum face ret quod perierat.
e Tunc oblatus est ei dæmonium habēs.]
k 123 Tria signa simul in u
II no homine perpetra ta sunt: Cæcus uidet, mutus loquitur, pos sessus à dæmone libe ratur. Quod & tunc quidem carnaliter fa

aduersus eum, quomodo perderent eum. c Iesus autem sciēs, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestū eum facerent, ut ad impleretur quod dictū est per Esaiam prophetā dicen tem: Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus in quo be ne cōplacuit animæ meæ. Ponā spiritū meū super eum, & iudiciū gentibus nūciabit. Non cōtendet neq; clama bit: Nēq; audiet aliquis in plateis uocē eius. Arundinē quassatā non confringet, & linum fumigans non extin guet, donec eiciat ad uictoriā iudiciū, et in nomine eius gentes sperabūt. f Tunc oblatus est ei dæmoniū habēs, cæcus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uide ret. g Et stupebant oēs turbæ, & dicebāt: Nunquid hic est filius Dauid? h Pharisęi aūt audientes, dixerunt: Hic non eicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmo niorū. i Iesus aūtē sciens cogitationes eorū dixit eis: Om ne regnum in se diuisum desolabitur, & omis ciuitas uel domus diuisa contra se nō stabit. Et si satānas satanam eicit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit reg num eius? Et si egō in Beelzebub eicio dæmones, filij uestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autēm ego in spiritu dei eicio dæmones, igitur per uēnit in uos regnum dei. Aūt quomodo potest quis quam intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius di ripiet? m Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. k Ideo dico uobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiri tus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui au

dæmonibus assignatis. b ¶ Si ego in Beelzebub eicio C dæmonia, filij uestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices ue stri erunt.] Filios Iudæorum, uel exorcistas gentis illius ex more significat, uel apostolos ex eorum stirpe genera tos. Si exorcistas qui ad inuocationē dei eiciebāt dæmo nes, coartat interroga tione prudenti, ut cō fiteantur spūs sancti esse op⁹. Quod si ex pulsio dæmonum, in quit, in filijs uestris deo non dæmonibus deputat, quare in me idem opus nō eandē habeat causam? Ergo ipsi iudices uri erūt, nō potestate sed cōpa ratione, dū illi expul sionem dæmonū deo assignant: uos Beelze bub principi dæmo niorum. Sin autē de apostolis dictū est, q & magis itelligere de bemus, ipsi erunt iu dices eorū, quia sede būt in duodecim so lijs iudicantes duode cim trib⁹ Israel. i Si autem ego in spiritu dei eicio dæmōes.] in Luca istum locum Luc.11.e ita scriptum legim⁹: Si autē ego in digito D dei eicio dæmones. Iste est digitus quem confitentur & magi, qui contra Moysen & Aarō signa faciebāt, dicentes: Digitus dei Exod.8.a est iste, quo tabulæ la Deut.9.b pideæ scriptæ sunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium, dei filius est, & digit⁹ eius spiritus sanctus: patris & filij & spirit⁹ sancti una substantia est: nō te scandalizet membrorū inæqualitas, cum ædificet uni tas corporis. k ¶ Igitur peruenit in uos regnum dei.] Luc.17.c Vel seipsum significat, de quo in alio loco scriptū est: Re Ioan.1.d gnum dei intra uos est. Et: Medius stat inter uos quē ne Supra.3.a scitis: Vel certe illud regnum quod & Ioannes & ipse do Infra.21.d minus prædicauerāt: Pœnitentiam agite, appropinqua bit enim regnum cœlorum. Est & tertiū regnum scriptu ræ sanctæ quod auferetur à Iudæis, & tradetur genti fa cienti fructus eius. l ¶ Aut quomodo potest quisquā intrare domū fortis & uasa eius diripere, nisi prius alliga uerit fortem, & tunc domum illius diripiet?] Non debe mus esse securi: Aduersarius noster fortis, uictoris quo que uocibus comprobatur. Domus illius mundus, qui in maligno positus est, nō creatoris dignitate, sed magni tudine delinquentis: Vasa eius nos quondam fuimus. Alligatus est fortis & religatus in tartarum, & domini contritus pede: & direptis sedibus tyranni, captiua du cta est captiuitas. m ¶ Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecū, spargit &c.] Non pu tet hoc quisquam de hæreticis dictum & schismaticis, quanquam & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex con sequentibus textuq; sermonis, ad diabolum refertur, eo quod

A quod non possint opera saluatoris Beelzebub operibus cõparari. Ille cupit animas hominũ tenere captiuas, dominus liberare. Ille prædicat idola, hic unius dei noticiã. Ille trahit ad uitia, hic ad uirtutes reuocat. Quomodo ergo possunt inter se habere cõcordiam quorum opera diuersa sunt. a ¶ Et quicunq; dixerit uerbum cõtra filium hominis, remittetur ei: qui autẽ dixerit contra spiritum sanctũ.] Et quomodo quidã nostrorũ episcopos atq; presbyteros post blasphemiam spiritꝰ sancti in suũ recipiũt gradum, cũ saluator dicat, omne peccatũ & blasphemiã dimitti hominibus: qui autẽ in spiritũ sanctũ blasphemauerit, non dimitti ei, neque in præsenti tempore neq; in futuro: Nisi forte il- Mar.3.d lud de Marco euãgelista sumamus exemplum, qui causas tantæ iræ manifestius expressit, dicens: Quia dicebãt, spiritum immũdum habet. Ergo quicunq; opera saluatoris Beelzebub principi dæmoniorũ de- B putarit, & dixerit filium dei habere spiritum immũdum: huic nullo tẽpore blasphemia remittetur. Vel ita locus iste intelligendus est. Qui uerbum dixerit contra filiũ hominis scandalizatus carne mea, & me hominẽ tantum arbitrans, quod filius sim fabri, & fratres habeam Iacobũ & Ioseph & Iudã, & homo uorator & uini potator sim, talis opinio absque blasphemia, quanquam culpa non careat, erroris tamẽ habet ueniam propter corporis utilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera dei, cum de uirtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum deiq; uerbum & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub: isti non dimittetur neq; in præsenti seculo neq; in futuro. b ¶ Aut facite arborẽ bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborẽ malam & fructum &c.] Constringit eos syllogismo quem Græci uocant ἐφυπόφορ, nos ineuitabilem possumꝰ appellare, qui interrogatos hinc inde concludit, & utroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest. Si autem bona sunt quæ facta cernitis, sequitur ut non sit diabolus q ea facit. Neq; enim fieri potest ut ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum. Quod autem sequitur. c ¶ Progenies uiperarum quomodo potestis &c.] Ostendit illos arborem malam, & tales afferre fructus blasphemiæ redundantes, qualia habeant semina diaboli. d ¶ Bonus homo de bono thesauro &c.] Vel ipsos Iudæos dominum blasphemantes ostendit de quali thesauro blasphemias proferant, uel cum superiori quæstione hæret sententia, quod quomodo non possit bonus homo proferre mala, nec malus bona: sic non possit Christus mala, & diabolus bona opera facere. e ¶ Dico autem uobis, quoniam omne uerbum ociosum &c.] Hoc quoque hæret cum superioribus. Et est sensus. Si ociosum uerbum quod nequaquam ædificat audientes, non est absq; periculo eius qui loquit̃, & in die iudicij redditurus est unusquisque rationem sermonum suorum, quanto magis uos qui opera spiritus sancti calumniamini, et dicitis me in Beelzebub principe dæmoniorum ejicere dæmonia: reddituri estis rationem calumniæ uestræ. Ociosum uerbum est, quod sine utilitate & loquentis dicitur & audientis: si omissis se- C rijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. l 124 Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non ociosi uerbi, sed criminosi tenebit̃ reus f ¶ Tũc m 125 responderunt ei &c. V Magister uolumus.] n 126 Sic signum postulãt, X quasi quæ uiderãt signa non fuerint. Sed in alio euãgelista qd petant plenius explicatur. Volumꝰ à te signum uidere de cœlo. Vel in morem Heliæ ignem de sublimi o 127 uenire cupiebant, uel V in similitudinem Samuelis tempore æstiuo cõtra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calũniari & dicere ex occultis & uarijs aeris pas- D sionibꝰ accidisse. Nã q calũniaris ea quæ

qũi autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neq; in futuro. l Aut facitẽ arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructum eius malum. Siquidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Prõgenies uiperarum quomodo potestis bona loqui quum sitis malic̃? Ex abundantia enim cordis os loquitur. m Bõnus homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. n Dico ãutem uobis, quoniam omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. o Tunc respõderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister uolumus à te signum uidere. p Qui respondens, ãit illis: Generatio mala & adultera signum qũærit, & signum nõ dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ. Et ẽcce plus cꝫ Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit

oculis uides, manu tenes, utilitate sentis: quid facturus es de his quæ de cœlo uenerint? Vtiq; respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de cœlo. Exod. 7. et 8 g ¶ Ait illis: generatio mala & adultera &c.] Egregie dixit adultera, quia dimiserat uirum, & iuxta Ezechielem multis se Ezech.16.d amatoribus copulauerat. h ¶ Signũ quærit, & signum nõ dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibꝰ, Ione.2.b sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus &c.] De hoc loco plenius in commẽtarijs Ionæ prophetæ disputauimꝰ: ad illum ergo locum lectoris diligentiã remittimus, hoc breuiter nunc dixisse contenti, quod synecdochice totum intelligatur ex parte: nõ quod omnes tres dies & tres noctes in inferno dominus steterit, sed quod in parte parasceues & dominicæ, & tota die sabbati, tres dies & totidem noctes intelligantur. i ¶ Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatio ne ista &c.] Non sententiæ potestate, sed cõparationis exemplo. k ¶ Et ecce plus quàm Iona hic &c.] Hic, aduerbium loci non pronomen intelligas. Ionas secundum Lxx. interpretes triduo prædicauit, ego tanto tẽpore. Ille Assyrijs genti incredulæ, ego Iudæis populo dei. Ille peregrinis, ego ciuibus. Ille uoce locutus est simplici, nihil signorum faciens, ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic: id est, in præsentiarum inter uos. l ¶ Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomo. &c.] Eodem modo condemnabit regina austri populum Iudæorum, quo condemnabunt uiri Niniuitæ Israelem incredulum. Ista autem est regina Saba, de qua in Regum uolumine & in Paralipomenon legimus, quæ per tantas difficultates, gente sua & impe-

A rio derelictis, uenit in Iudæam audire ſapientiam Salomonis, & ei multa munera detulit. In Niniue autem et in regina Saba occulta fides nationum præfertur Iſraeli.

a ¶ Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærẽs requiem &c.] Quidam iſtum locum de hæreticis dictum putant, quod immundus ſpiritus qui in eis antea habitauerat quando gentiles erant, ad confeſſionẽ ueræ fidei eiſciatur: poſtea uero cũ ſe ad hæreſim tranſtulerint, & ſimulatis uirtutib⁹ ornauerint domum ſuam, tũc aliis ſeptem nequam ſpiritibus adiũctis, reuertatur ad eos diabol⁹, & habitet ī illis, fiãtq; nouiſſima eorum peiora prioribus. Multo quippe peiori conditione ſunt hæretici quàm gẽtiles, quia in illis ſpes fidei eſt: in iſtis pugna diſcordiæ. Cum hæc intelligentia plauſum quẽdam & colorem doctrinæ præferat, neſcio an habeat ueritatem. Ex eo enim quod finita uel parabola uel exẽplo ſequitur: Sic erit et generationi huic peſſimæ: compellimur nõ ad hæreticos & quoslibet homines, ſed ad Iudæorũ populum referre parabolam: ut contextus loci non paſſim & uagus in diuerſum fluctuet, atq; inſipientiũ more turbetur, ſed hærens ſibi uel ad priora uel ad poſteriora reſpondeat. Immundus ſpiritus exiuit à Iudæis, quãdo acceperunt legem, & ambulauit per loca arida quærens ſibi requiem. Expulſus uidelicet à Iudæis, ambulauit per gentium ſolitudines, quæ cum poſtea domino credidiſſent, ille non inuento loco in nationibus dixit: b ¶ Reuertar in domum meam &c.] Hoc eſt, abibo ad Iudæos quos ante dimiſeram. c ¶ Et ueniens inuenit uacantẽ, ſcopis mundatam &c.] Vacabat enim templum Iudæorum, & Chriſtum hoſpitem non habebat dicentem: Surgite eamus hinc. Et in alio loco: Dimittetur uobis domꝰ ueſtra deſerta. Quia igitur & dei & angelorum præſidia non habebant, & ornati erant ſuperfluis obſeruationib⁹ legis, & traditionibus phariſæorum: reuertitur diabolus ad ſedem ſuam priſtinam, & ſeptenario ſibi numero dæmonum addito, habitat priſtinam domum, & fiunt illius populi nouiſſima peiora prioribus. Multo enim nũc maiori dæmonum numero poſſidentur blaſphemantes in ſynagogis ſuis Chriſtũ Ieſum, quàm in Aegypto poſſeſſi fuerant ante legis noticiam: quia aliud eſt uẽturum non credere, aliud eum non ſuſcepiſſe qui uenerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, uel propter ſabbatũ intellige, uel propter numerum ſpiritus ſancti, ut quomodo in Eſaia ſuper uirgam de radice Ieſſe, & florem qui de radice conſcendit, ſeptem ſpiritus uirtutũ deſcendiſſe narrantur, ita econtrario uitiorum numerus in diabolo conſecratus ſit. d ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres &c.] Occupat⁹ erat dominus in opere ſermonis, in doctrina populorum, in officio prædicandi: mater & fratres ueniunt & foris ſtant, & ei deſiderant loqui: Tunc quidam nunciat ſaluatori quod mater ſua & fratres ſtent foris, quærentes eum. Vt, C deẽ mihi iſte qui nunciat, non fortuito & ſimpliciter nunciare, ſed inſidias tendere ſaluatori, utrum ſpirituali operi carnem & ſanguinem præferat. Vnde & dominus, non quod negaret matrem & fratres exire contempſit: ſed q reſponderet inſidianti, extendens manum in diſcipulos, ait:

e ¶ Ecce mater &c.] Iſti ſunt mater mea, q me q̃tidie in credẽtiũ animis generant. Iſti ſunt fratres mei, q faciunt opa patris mei. Non ergo iuxta Marcionem & Manichæũ matrẽ negauit, ut natus de phãtaſmate putaret: ſed apoſtolos cognationi prætulit, ut & nos in comparatione dilectiõis carni ſpiritum præferam⁹. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtãt quærẽtes te. Quidam fratres domini de alia uxore Ioſeph filios ſuſpicantur, ſequentes delyramenta apocryphorũ, & à quadam Eſcha muliercula cõfingentes. Nos autem ſicut in libro quẽ contra Heluidiũ ſcripſimus continetur: fratres domini, nõ filios Ioſeph, ſed conſobrinos ſaluatoris Mariæ liberos intelligimus materteræ domini, quæ eſſe dicitur mater Iacobi minoris, & Ioſeph & Iudæ. quos in alio euangelio loco fratres domini legimus appellatos. Fratres autem conſobrinos dici, omnis ſcriptura demonſtrat. Dicamus & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinſecus erudit nationes. Mater eius & fratres, hoc eſt, ſynagoga & populus Iudæorum foris ſtant, & intrare deſiderant, & ſermone eius indigni fiunt. Cũq; rogauerint & quæſierint & nuncium miſerint, reſpõſum accipiunt: liberi eos eſſe arbitrij, & intrare poſſe ſi uelint & ipſi credere: qui tamen intrare non poterunt niſi alios rogauerint.

Cap. XIII

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare, & congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauicula aſcenderet &c.] Populus domum Ieſu non poterat intrare, nec eſſe ibi ubi apoſtoli audiebant myſteria. Idcirco miſerator & miſericors dominus egreditur de domo ſua: & ſedet iuxta huius ſeculi mare, ut turbæ congregentur ad eum, & audiant in littore quæ intus non merebantur audire: ita ut in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtaret in littore. Ieſus in medijs fluctibus, hinc inde mari tundit, & in ſua maieſtate ſecur⁹, appropinquare facit terræ nauiculam ſuam. At populus nequaquam periculum ſuſtinens, nec tentationibus circũdatus, quas ferre nõ poterat, ſtat in littore fixo gradu ut audiat quæ dicuntur. g ¶ Et locutus eſt eis multa in parabolis dicens.] Turba non unius ſententiæ eſt, ſed diuerſarum in ſingulis uoluntatũ. Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, ut iuxta uarias uoluntates, diuerſas reciperet diſciplinas. Et notandum quod non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa. Si enim dixiſſet omnia in parabolis, abſq; emolumẽto populi receſſiſſent. Perſpicua miſcet obſcuris, ut p ea quæ intelligũt, puocent ad eorũ noticiã quæ nõ intelligũt. b Ecce exijt &c.] Intus erat, do-

mi ueri

nabit eam, quia uenit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce plus q̃ Salomon hic. q Cum autẽm immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertãr in domum meam unde exiui. Et q̃niens inuenit uacantem, ſcopis mundatam et ornatam. Tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ. r Adhũc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris quærẽtes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtãt quærẽtes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manũ in diſcipulos ſuos, dixit: Eccẽ mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

Cap. XIII

IN illõ die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. t Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita ut naui culam aſcendens ſederet, & oĩs turba ſtabat in littore: & locũtus eſt eis multa in parabolis, dicẽs: Eccẽ exijt qui ſeminat

Ioan.14.d
Luc.13.b
Eſa.11.d

A mi uersabatur, loquebatur discipulis sacramenta. Exiuit ergo de domo sua qui seminat uerbum dei, ut seminaret in turbis. Significatur autem sator iste qui seminat esse filius dei, & patris in populis seminare sermonẽ. Et simul obserua hanc esse primam parabolã, quæ cum interpretatione sua posita sit.

Et cauẽdũ est ubicunque dñs exponit sermones suos, & rogato à discipulis intrinsecꝰ differit, ne uel aliud uel plus qd uelimus intelligere ꝯ ab eo expositũ est. *a* ¶ Quædam ceciderũt secus uiã &c.] Hanc parabolam ad cõprobandam hæresim suã Valentinus assumit, tres introducẽs naturas, spiritualem, animalẽ, atq; terrenã, cum hic quatuor sint, una iuxta uiam, alia petrosa, tertia plena spinis, quarta terræ bonæ. Differimus parump̃ interpretationẽ eiꝰ, cũ discipulis uolentes secrete audire. Quod dicitur: *b* ¶ Qui habet aures.] prouocamur ad dictorũ intelB ligẽtiam, quoties his sermonibus cõmonemur. *c* ¶ Et accedẽtes discipuli.] Quærẽdum est quomodo accedãt ad eum discipuli, cum Iesus in naui sedeat: nisi forte intelligi datur, qd̃ dudum cũ ipso nauem conscenderint, & ibi stãtes sup̃ interpretatione parabolæ sciscitati sũt. *d* ¶ Qui eñ habet dabit̃ ei &c.] Non inæqualitate iudicij habẽtibus additur, & nõ habentibus id qd̃ habere uidetur auferẽ: sed quod apostolis in Christo habẽtibus fidẽ, etiam si quid minꝰ uirtutũ habeant conceditur. Iudæis autẽ qui non crediderunt in filium dei, etiam si quid per naturæ bonũ possident, tollitur. Neq; enim possunt aliqd sapienter intelligere qui caput nõ habent sapiẽtiæ. *e* Ideo in parabolis loquor.] Hæc de his loquitur qui stant in littore, & diuidũtur ab Iesu, & sonitu fluctuum perstrepente, non audiunt ad liquidum quæ dicuntur: Impleturq; in eis ꝓphetia Esaiæ: Auditu audietis, & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis, & nõ uidebitis. Hæc de turbis prophetata sunt, quæ stãt in littore, et dei nõ merentur audire sermonẽ. Accedamꝰ ergo & nos cũ discipulis ad Iesum, & rogemus eum dissertionem parabolæ, ne cum turbis frustra aures & oculos habere uideamur. *f* ¶ Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt.] Reddit causas quare uidentes nõ uideant, & audientes nõ audiant: Quia incrassatũ est, inquit, cor populi huius, & auribus suis grauiter audierũt. Ac ne forte arbitremur crassitudinem cordis, & grauitatẽ aurium naturæ esse non uoluntatis, subiungit culpam arbitrij & dicit: *g* ¶ Et oculos suos clauserunt, ne quando oculis uideãt, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur &c.] In parabolis ergo audiunt & in ænigmate, qui clausis oculis nolũt cernere ueritatẽ. *h* ¶ Vestri autem beati oculi quia uident, & aures uestræ quia audiũt.] Nisi supra legissemꝰ auditores ad itelligẽtiam prouocatos, saluatore dicẽte: qui habet aures audiẽdi audiat: putaremus nũc oculos & aures quæ beatitudinẽ accipiũt carnis intelligi. Sed mihi uidẽtur illi beati oculi, qui possunt Christi cognoscere sa*b* 132 cramenta, & quos leV uari Iesus in sublime præcepit, ut cãdentes *c* 135 segetes aspiciant, & illI læ aures beatæ, de q̃ *Psal. 50. b* bus Esaias loquitur: Dominꝰ apposuit mihi auriculã. *i* ¶ Amen quippe dico uobis, quia multi &c.] Videtur huic loco ilD lud esse contrariũ qd̃ alibi dicitur: Abrahã cupiuit diem meũ uidere, & uidit, & lætatus est. *d* 134 Non autem dixit omnes prophetæ V & iusti cupierũt uidere quæ uidetis: sed, multi. Inter multos *e* 135 potest fieri, ut alij uiderint, alij non uidere- 11 rint: licet in hoc periculosa sit interpretatio, ut inter sanctorũ merita, discretionem quãlibet facere uideamur. Ergo Abraham uidit in ænigmate, uidit in specie: uos autẽ in præsentiarum tenetis, & habetis dominum uestrum, & ad uoluntatem interrogatis & conuescimini ei. *k* ¶ Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit &c.] Hoc præmittẽs hortatur nos, ut quæ dicuntur diligentius audiamus. *l* ¶ Venit malus & rapit qd̃ seminatum est in corde eius &c.] Malus bonum semen rapit: Et simul intellige quod in corde fuerit seminatũ, & diuersitas terræ, animæ sint credentium. *m* ¶ Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbũ, continuo scandalizatur &c.] Attende quod dictum sit, continuo scandalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum qui multis tribulationibus pœnisq; compellitur Christum negare, & eum qui ad primam persecutionẽ statim scandalizatur & corruit. *n* ¶ Qui autem seminatus est in spinis, hic est &c.] Mihi uidetur & illud quod iuxta li*Gen. 3. c* teram ad Adam dicitur: Inter spinas & tribulos panem tuũ manducabis: hoc significare mystice, quod quicũq;

Et cum turbis dimissis, uenit in domum. Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filij regni. Zizania autem sunt filij nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis autem consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

A se seculi uoluptatibus dederit curisq; istius mundi, panem cœlestem & cibum uerum inter spinas comedat. Et eleganter adiunxit: fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Blandæ enim sunt diuitiæ, & aliud agentes & aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illucq; circumferuntur, & instabili gradu uel habentes deserunt, uel non habentes resarciunt. Vnde & dominus diuites asserit difficulter intrare in regnum cœlorum, suffocantibus diuitijs uerbum
f 136 dei & rigorem uirtutum emollientibus.
X a ¶ Qui uero in terram bonã seminatus est, hic est q audit uerbũ & intelligit, & fructum facit.] Sicut in terra mala tres fuere diuersitates, secq uiã, & petrosa, & spinosa loca: sic in terra bona trina diuersitas est, cẽtesimi, sexagesimi & tricesimi fructq. Et in illa autẽ & in ista non mutat substantia, sed uolũtas, & tam increduloru cq̃ credentium corda sunt quæ semen recipiunt. Venit
g 137 inquit, malus & rapit
II quod seminatum est
B in corde eius, & secundo ac tertio: hic ẽ, ait, qui uerbum audit. In expositiõe quoq; terræ bonæ, iste est q audit uerbum. Primum ergo debemq audire,
h 138 deinde intelligere, &
V post intelligẽtiam fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, uel sexagesimum, uel tricesimum, de quibus plenius in libro contra Iouinianum diximus, & nunc breuiter perstringimus: Centesimum fructũ uirginibus, sexagesimum uiduis & continentibus: tricesimum casto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiæ & cubile immaculatũ. Quidam nostrum, centesimum fructum ad martyres referunt: quod si ita est, sancta consortia nuptiarum excluduntur à fructu bono. b ¶ Aliam parabolam &c.] Hæc secunda parabola est cum interpretatione sua non statim posita, sed interiectis alijs parabolis edisserta. Hic enim proponitur, & postea dimissis turbis uenitur domum, & accedũt ad eum discipuli eius rogantes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri, & reliqua. Non ergo debemus præpropero intelligendi desiderio ante eius notitiã quærere q̃ à domino differatur. c ¶ Aliam parabolam proposuit eis dicens &c.] Sedebat dominq in naui, & turba stabat in littore: illi procul, discipuli uicinius audiebant. Proponit eis & aliam parabolam, quasi diues paterfamilias inuitatos diuersis reficiens cibis, ut unusquisq; secundum naturam stomachi sui uaria alimenta susciperet. Vnde & in priori parabola non dixit alteram, sed aliam. Si enim præmisisset alterã, expectare tertiam nõ poteramus: præmisit aliam, ut plures sequantur. d ¶ Simile est &c.] Non sit molestũ lectori, si totas parabolas proponimus. Quæ enim obscura sunt, plenius differenda sunt, ne breuitate nimia inuoluantur magis sensus q̃ exponantur. Regnum cœlorum C
prædicatio euangelij est, & noticia scripturarum quæ ducit ad uitã, & de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Si- Infra.21
mile est ergo huiusce modi regnum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Homo qui seminat in agro suo, à plerisque saluator intelligitur, qd in animis credentiũ seminet: Ab alijs. ipse homo seminãs in agro suo: hoc est, in semetipso & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus: qui suscipiens granum prædicationis, & fouẽs sementẽ humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare? Prædicatio euangelij minima est omnibus discipulis. Ad primã qpe doctrinam fidem non habet ueritatis, hominẽ deum, mortuum, & scandalum crucis prædicãs. Confer huiusce modi doctrinam dogmatibus philosophorum, & libris eorũ & splendori eloquentiæ, & compositioni sermonum, D
& uidebis quanto minor sit cæteris seminibus sementis euangelij. Sed illa quũ creuerit, nihil mordax, nihil uiuidum, nihil uitale demonstrat, sed totum flaccidũ marcidum q̃ & mollitum ebullit in holera & in herbas quæ cito arescunt & corruunt. Hæc autem prædicatio quæ parua uidebatur in principio, cum uel in anima credentis, uel in toto mundo sata fuerit: non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ita ut uolucres cœli, quas uel animas credentium, uel fortitudines dei seruitio mancipatas sentire debemus, ueniant & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradictarum uolucrum unaquæq; requiescit. Assumamus & nos pennas columbæ, ut uolitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq; fugiẽtes ad cœlestia festinare. Multi legentes granum sinapis minimum omnibus seminibus, & illud quod in euangelio à discipulis dicitur: Domine Luc.17.5
adauge nobis fidem, & respõdetur eis à saluatore: Amen dico uobis, si habueritis fidem quasi granum sinapis, & dixeritis monti huic, migra de loco isto, migrabit: putãt apostolos uel paruam fidem petere, uel dominũ de parua fide dubitare, cum apostolq Paulus fidem grano sinapis comparatam maximam iudicet. Quid enim dicit? Si 1.Cor.13.d
habuero tantam fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo qd dominq dixit, fide fieri quæ grano sinapis comparatur: hoc Apostolus docet tota fide posse fieri e ¶ Aliam parabolam &c.] Diuersus est hominũ stomachus: alij amaris, alij dulcibus, alij austerioribus, alij lenibus delectantur cibis

eis. Simile est regnũ cœlorum fermẽto quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum [i]. Hęc ōmnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis nō loquebatur eis: Vt implẽretur [h] quod dictum est per prophetam dicentẽ: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi [k]. Tũc dimissis turbis uenit in domũ, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorũ agri. Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum uero semen, hi sunt filij regni: zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis uero consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet ergo filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis

A tur cibis. Proponit itaq; dominus ut iam supra diximus, diuersas parabolas, ut iuxta uulnerum uarietates & medicina diuersa sit. Mulier ista quæ fermentum accepit, & abscondit illud in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totũ, uel prædicatio mihi uidet apostolica, uel ecclesia quæ de diuersis gẽtibus congregata est. Hæc tollit fermẽtum, noticiam scilicet & intelligẽtiam scripturarum, & abscõdit illud in farinæ satis tribus, ut spiritus, anima, & corp⁹ in unum redacta, non discrepent inter se, sed cum duob⁹ & tribus cõuenerint, impetrent à patre qđ cunq; postulauerint. Differitur loc⁹ iste & aliter. Legim⁹ in Platone, & philosophorum dogma uulgatũ est, tres esse in humana anima passiones, τὸ λογικὸν qđ nos possumus interpretari rationabile, τὸ θυμικὸν, q̃ dicim⁹ plenũ iræ uel irascibile, τὸ ἐπιθυμητικὸν, quod appellam⁹ concupiscibile: & putat ille philosoph⁹ rationabile nostrum in cerebro, iram in felle, desiderium in iecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentum euangelicum sanctarum scripturarũ, de quo supra

B dictum est, tres humanæ animæ passiones in unum redigentur, ut in ratione possideamus prudentiam: in ira, odium contra uitia: in desiderio, cupiditatem uirtutum, & hoc totum fiet per doctrinam euangelicam quam nobis mater ecclesia præstitit. Dicam & tertiam quorundã intelligentiã, ut curiosus lector è pluribus quod placuerit eligat: Mulierem istam & ipsi ecclesiã interpretantur, quæ fidem hominis farinæ satis tribus commiscuerit, credulitati patris & filij & spiritus sancti. Cumq; in unũ fuerit fermentata, non nos ad triplicem deum, sed ad unius diuinitatis perducit noticiã. Farinæ quoq; sata tria, dum non est in singulis diuersa natura, ad unitatem trahunt substantiæ. Pius quidem sensus, sed nunquam parabolæ & dubia ænigmatum intelligẽtia, potest ad autoritatem dogmatum proficere. Satum autem genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, unum & dimidium modium capiens. Dicuntur & alia de hac parabola, sed non est præsentis materiæ totum de omnibus dicere.

a ¶ Hæc omnia locut⁹ est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.] Non discipulis, sed turbis per parabolas loquitur, & usq; hodie turbæ in parabolis audiunt: discipuli domi interrogant saluatorem. b ¶ Vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meũ &c.] Hoc testimonium de septuagesimo septimo psalmo sumptũ est. Legi in nonnullis codicibus, & studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco ubi nos posuimus & uulgata habet æditio, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ, ibi scriptum, per Esaiam prophetã dicentem. Quod quia minime inueniebatur in Esaia: arbitror postea à prudentibus uiris esse sublatum. Sed mihi uidetur in principio ita æditum: Quod scriptum est per Asaph prophetam dicentem: Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo hoc sumptũ est testimoniũ: Asaph prophetæ titulo inscribitur: Et primum scriptorem non intellexisse Asaph, & putasse scriptoris uitium, atq; emẽdasse nomen Esaiæ, cuius uocabulum manifestius erat. C Sciendum est itaq; quod in psalmis & hymnis & cãticis dei, non solum Dauid, sed & cæteri, quorum præscripta sunt nomina, prophetæ sint appellandi, Asaph uidelicet & Idithum & Hemã Ezraites, & Aethan & filij Chore, & reliqui quos scripturarum cõmemorat. Qđ q̃ ex psona domini dicitur: Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abscondita à constitutione mũdi: considerãdum attentius & inueniẽdum describi egressum Israelis ex Aegypto, & oĩa signa narrari quæ in Exodi cõtinentur historia. Ex quo intelligimus uniuersa illa quæ scripta sunt parabolice sentiẽda, nec manifestam tantũ sonare literam, sed abscondita sacramenta, hoc enim se saluator dicturũ esse promittit: Aperiens os suum in parabolis, & eructans abscondita à cõstitutione mundi.

i 139 VI

k 140 X

c ¶ Tũc dimissis turbis uenit in domũ, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicẽtes: edissere nobis parabolam zizaniorum.] Dimittit turbas Iesus, & domum reuertitur, ut accedant ad eum discipuli, & secretò D interrogent quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. Dissere nobis parabolam zizaniorum. d ¶ Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis.] Perspicue expositit quod ager mundus sit: sator filius hominis: bonum semen, filij regni, zizania filij pessimi: zizaniorum sator, diabolus, messis consummatio mundi: messores, angeli. Omnia scandala referuntur ad zizania: Iusti reputantur in filios regni. Ergo ut supra dixi, quæ exposita sunt à domino, his debemus accommodare fidem. Quæ autem tacita & nostræ intelligentiæ derelicta, perstringenda sunt breuiter. Homines qui dormiunt, magistros ecclesiarum intellige. Seruos patrisfamilias, ne alios accipias q̃ angelos, qui quotidie uident faciem patris. Diabolus autem propterea inimicus homo appellatur, quia deus esse desiuit. Et in nono psalmo scriptum est de eo: Exurge dñe, nõ confortet homo. Quam obrẽ nõ dormiat q ecclesiæ præpositus est, ne p illius negligẽtiam inimicus homo superseminet zizania: hoc est, hæreticorũ dogmata. Quod aũt dicitur: Ne forte colligẽtes zizania, eradicetis simul & frumentum: datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem: quia fieri potest, ut ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat ueritatem. Illud quoq; quod sequitur: Sinite utraq; crescere usquè ad messem: uidetur illi præcepto esse contrarium: Auferte malum de medio uestrum, & nequaquam societatem habendam cum his qui fratres nominẽtur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & usque ad messem tenenda est patientia, quomodo efficiendi sunt quidam de medio nostrum? Inter triticum & zizania, quod nos appellamus lolium, quãdiu herba est, & nondum culmus uenit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernẽdo aut nulla aut pdifficilis distãtia. Præmonet ergo dominus, ne ubi quid ambiguũ est, cito sententiam proferamus, sed deo iudici terminum reseruemus: ut cum dies iudicij uenerit, ille non suspicionem cri-

Deut. 13. b

A minis, sed manifestum reatum de sanctorũ cœtu ejiciat. Quod autem dixit, zizaniorum fasciculos ignibus tradi,& triticum congregari in horrea,manifestum est hæreticos quosq; & hypocritas fidei gehennæ ignibus cõcremandos: sanctos uero qui appellãtur triticum, horreis, id est,mãsionibus cœlestibus suscipi.

a ¶ Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui.] In præsenti seculo fulget lux sãctorum coram hominibus: post consummationem autẽ mundi, ipsi iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui. b ¶ Simile ẽ regnum cœlorũ thesauro absc̃dito in agro,quẽ q; inuenit homo absc̃ondit.] Creb̃ris parabolarũ obscuritatibus retardati,commaticam interpretationem excedimus,ut propè de alio interpretationis genere ad aliud transisse uideamur. Thesaur⁹ iste in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ &
Col.2.d scientiæ absc̃oditi,aut deus uerbum est, qui in carne Christi uide,
¶ 141 tur absconditus: aut
I sanctæ scripturæ,in q̃
B bus reposita est notitia saluatoris: quem cum quis in eis inuenerit, debet omnia istius mundi emolumenta cõtemnere, ut
m 142 illũ possit habere quẽ
I reperit. Quod autem sequitur: Quem cum inuenerit homo, absc̃ondit: idcirco dicit, non quod hoc de inuidia faciat,sed quod timore seruantis & nolentis perdere, absc̃ondat in corde suo,quem pristinis prætulit facultatibus. c ¶ Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas &c.] Alijs uerbis idipsum quod supra dicitur. Bonæ margaritæ quas quærit institor, lex & prophetæ sunt. Audi Marcion, audi Manichæe, Bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ,& noticia ueteris instrumẽti. Vnum autem est precios̃imũ margaritũ,scientia saluatoris & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcanum. Quod cum inuenerit homo negociator,similis Pauli apostoli, omnia legis prophetarum q̃ mysteria & obseruationes pristinas in quibus inculpate uixerat,quasi purgamenta contemnit & quisq̃ilias,ut Christum lucrifaciat. Non quo inuẽtio nouæ margaritæ condemnatio sit ueterum margaritarũ,sed quo comparatione eius omnis alia gemma uilior sit. d ¶ Iterũ simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare &c.] Impleto Hieremiæ uaticinio dicentis:Ecce ego mittam ad uos pi-
Hiere.16.e scatores multos: post quã audierunt Petrus & Andreas, Iacob⁹ & Ioãnes filij Zebedæi: Sequimini me,& faciam uos piscatores hominũ: cõtexuerunt sibi ex ueteri & nouo testamento sagenam euangelicorum dogmatũ,& miserunt eam in mare huius seculi, quæ usque hodie in me

ignis,ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ. Qui habet aures audiendi,audiat. Simile est regnũm cœlorũ thesauro absc̃ondito in agro,quem qui inuenit homo, absc̃ondit,& præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Itèrum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: Inuenta autem una preciosa margarita, abijt & uendidit omnia quæ habuit,& emit eam. Itèrum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta essẽt educentes,& secus littus sedentes,elegerunt bonos in uasa,malos autem foras miserunt. Sic erit in cõsummatione seculi. Exibunt angeli & separabũt malos de medio iustorum,et mittent eos in caminum ignis,ibi erit fletus & stridor dentium. Intẽllexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Idẽo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. Et factũm est quum consummasset Iesus parabolas istas,transijt inde. Et ueniens in patriam suam,docebat eos in synagoga eorũ,ita ut mirarentur & dicerent: Vndẽ huic sapientia hæc & uirtutes? Nõnẽ hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria,& fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? & sorores eius nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & scãdalizabãtur in eo. m Iẽsus autem dixit eis: Non est propheta sine honore,nisi in patria sua & in domo sua. Et nõn fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatẽ eorum.

Cap. XIIII

In illo

dijs fluctibus tenditur, capiens de salsis & amaris gurgi C
tibus quicquid inciderit: id est, & bonos homines & malos,& optimos pisces & pessimos. Cum autẽ uenerit consummatio & finis mundi, ut ipse infra manifestius disserit,tunc sagena extrahetur ad littus, tunc uerũ secernendorũ piscium signũ demonstrabitur, & quasi in quodã quietissimo portu,boni mittẽtur in uasa cœlestium mansionũ: malos autem torrẽdos & exiccandos gehẽnæ flamma suscipiet. e ¶ Intellexistis hæc omnia? Dicũt ei: Etiam.] Ad apostolos proprie sermo est,& illis dicitur: Intellexistis hæc omnia? Quos nõ uult audire tantum ut populum,sed intelligere ut magistros futuros.

f ¶ Ideo omnis scriba doct⁹ &c.] Instructi erant apostoli, scribæ & notarij saluatoris,qui uerba illius & præcepta signabãt in tabulis cordis carnalib⁹, regnorum cœlestium sacramentis, & pollebant opibus patris familiæ, ejicientes de thesauro doctrinarum suarum noua & uetera, ut quicquid D
in euangelio prædicabant,legis & prophetarum uocibus comprobarent. Vnde & sponsa dicit in Cantico canticorũ: Noua & uetera fratruelis meo seruaui tibi. g ¶ Et factum est cũ consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde: et ueniens in patriam suam docebat eos in synagoga eorum.] Post parabolas quas locutus est ad populum,& quas soli apostoli intelligunt,transit in patriam suam,ut ibi apertius doceat.

b ¶ Vnde huic sapientia hæc & uirtutes?] Mira stultitia Nazarenorum,miratur unde habeat sapiẽtiam sapientia,& uirtutes uirtus,sed error in promptu est, quod fabri filium suspicantur. i ¶ Nonne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioseph,Simon & Iudas &c.] Error Iudæorũ salus nostra est,& hæreticorum condemnatio. Intãtum enim cecinebãt hominem Iesum Christum ut fabri putarent filiũ. Nõne hic est fabri filius? Miraris si errent in fratribus,cũ errent in patre. Locus iste plenius in supradicto contra Heluidium libello expositus est. k ¶ Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua.] Propemodum naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim cõsiderant præsentia uiri operã,sed fragilis recordãtur infantiæ, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem uenerint.

l ¶ Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem.] Non q̃ etiã illis incredulis facere nõ potuerit uirtutes multas, sed ne multas faciẽs uirtutes, ciues incredulos condẽnaret. Potest aũt & aliter intelligi, q̃ Iesus despi-

ciatur

A clas in domo & in patria sua: hoc est, in populo Iudæorum. Et ideo ibi pauca signa fecerit: ne penitus inexcusabiles fierent. Maiora autem signa quotidie in gentibus per apostolos facit: non tam in sanatione corporum q̃m in animarum salute.

CAP. XIIII

IN illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes baptista: ipse surrexit à mortuis &c.] Quidam ecclesiasticorum interpretum causas quærit: quare Herodes ista sit suspicatus: ut putet à mortuis Ioannem resurrexisse, & ideo uirtutes operari in eo: quasi erroris alieni nobis reddenda sit ratio: aut μετεμψύχωσιν secta ex his uerbis habeat occasionem: cum utiq; eo tempore quo Ioãnes decollatus est, dominus triginta esset annorum: μετεμψύχωσιν autẽ post multos annorum circulos, in diuersa copora dicat animas insinuari.

b ¶ Herodes autem tenuit Ioannem & al-
B ligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui &c.] Vetus narrat historia Philippum Herodis maioris filiũ, sub quo dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis sub quo passus est Christus, duxisse uxorem Herodiadem filiam regis Aretæ: postea uero socerum eius, exortis quibusdam cõtra generum simultatibus, tulisse filiam suam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulasse. Quis sit autem
Luc.3.a hic Philippus, euangelista Lucas plenius docet: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris: procurante Pontio Pilato Iudæam: Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo uero fratre eius tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionis. Ergo Ioannes baptista qui uenerat in spiri-
3.Reg.21.f tu & uirtute Heliæ, eadem autoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel: arguit Herodem & Herodiadem q̃ illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre uiuente germano uxorem illius ducere: malens periclitari apud regem, q̃ propter adulationem esse immemor præceptorum dei. c ¶ Et uolens illum occidere timuit populũ &c.] Seditionẽ quippe populi uerebatur propter Ioannẽ, à q̃ sciebat turbas in Iordane plurimas baptizatas. Sed amore uincebatur uxoris, ob cuius ardorem etiam dei præcepta neglexerat. d ¶ Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi &c.] Nullum alium inuenimus obseruasse diem na-
Gen.3.d talis sui, nisi Herodem & Pharaonem: ut quorũ erat par impietas, esset & una solennitas. e ¶ Cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunq; postulasset ab eo &c.] Ego non excuso Herodem, quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit: qui ad hoc forte iurauit, ut futuræ occasioni machinas præpararet. Alioquin si ob iusiurandum feciſſe se dicit: si patris, si matris postulasset interitum, facturus fuerat an non? Quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta. f ¶ Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis baptistæ &c.] Herodias timens ne Herodes aliquando resipisceret: uel Philippo fratri amicus fieret: atq; illicitæ C nuptiæ repudio soluerentur: monet filiam ut in ipso statim conuiuio, caput Ioannis postulet: digno operi saltationis, dignum sanguinis præmium. g ¶ Et contristatus est rex &c.] Consuetudinis scripturarum est, ut opinionem multorũ sic narret historicus, q̃ modo eo tempore ab omnib⁹ credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quoq; Maria appellabatur pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur contristatus: quia hoc discumbẽtes putabant. Dissimulat enim mentis suæ maliciam artifex homicida, cum tristiciam in facie, & læticiã haberet in mẽte. h ¶ Propter iusiurandum.] Scelus excusat iuramento: ut sub occasione pietatis impius fieret. Quod autem subiecit: Et propter eos qui pariter discũbebant: uult omnes sceleris sui esse cõsortes: ut in luxurioso impuro q̃ conuiuio cruentæ epulæ deferrẽtur. i ¶ Et allatum est caput eius in disco, & attulit matri suæ.] D

d 143 II
b 144 II
c 145 VI
d 146 III

Legimus in Romana historia Flaminiũ ducem Romanum, quod accumbenti iuxta meretriculæ, quæ nunquam se uidisse diceret hominem decollatum, assensus sit ut reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à censoribus pulsum curia: quod epulas sanguini miscuerit, & mortem quamuis noxij hominis in alterius delicias præstiterit: ut libido & homicidium pariter miscerentur. Quanto sceleratior Herodes & Herodias, ac puella quæ saltauit in precium sanguinis, caput postulat prophetæ: ut habeat in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Hoc iuxta literam factum sit: nos autem usq; hodie cernimus in capite Ioannis prophetæ, Iudæos Christum, qui caput est prophetarum, perdidisse. k ¶ Et accedentes &c.] Refert Iosephus in quodã Arabiæ oppido Ioannẽ capite truncatum. Et qd' sequit: Accedẽtes discipuli eius tulerũt corpus, & ipsius Ioannis & saluatoris discipulos possumus intelligere. l ¶ Et uenientes &c.] Necem baptistæ nunciãt saluatori: qua audita, secessit in locũ desertũ. Non ut quidã arbitrantur timore mortis: sed parcẽs inimicis suis, ne homicidio homicidiũ iungerent. Vel in diẽ paschæ suũ interitũ differens: in q̃ propter sacramentũ immolãdus est agn⁹, & postes credentiũ sanguine respergẽdi. Siue ideo recessit, ut nobis præberet exemplũ uitandæ ultro tradentium se temeritatis: quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se torquẽdos offerunt. Ob hanc causam & in alio loco præcipit. Cum uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Eleganter quoq; euangelista non ait: fugit in locum desertum, sed secessit: ut persecutores uitauerit magis quàm timuerit. Aliter: Postquam à Iudæis & rege Iudæorum prophetæ truncatum est caput, & linguam ac uocem apud eos perdidit prophetia: Iesus trãsijt ad desertũ ecclesiæ locum: quæ uirum ante non habuerat. m ¶ Et cum audissent turbæ, sequutæ sunt eum &c.] Potest & aliam ob causam audito Ioannis interitu secessisse in desertum locum

A ut credentium probaret fidem. Denicꝫ turbæ ſequutæ ſunt eum pedeſtres: non in iumentis:nō in diuerſis uehiculis,ſed proprio labore pedum, ut ardorem mentis oſtenderent. Si uolumus ſingulorum uerborum aperire rationes,propoſiti operis breuitatem excedimus. Attamen dicendū eſt tranſitorie: quod poſtꝫ dominus uenerit in deſertū,ſequutæ ſunt
e 147 eum turbæ plurimæ.
I Nam anteꝫ ueniret in ſolitudines gentiū, ab uno tantū populo colebaꝛ. a ¶ Et exiens &c.] In euangelicis ſermonibus ſemper literæ iunctus eſt ſpiritus, & quicquid primo frigere uideꝛ aſpectu,ſi tetigeris calet. In loco deſerto erat dominus: ſequutæ ſunt eum turbæ relinquentes ciuitates ſuas: hoc eſt priſtinas conuerſationes, & uarietates dogmatum.
f 148 Egreſſus autem Ieſus
V I ſignificat ꝙ turbæ
g 149 habuerint quidem eundi uoluntatem,ſed
II uires peruenīēdi non
h 150 habuerint:Ideo ſalua
IIII tor egreditur de loco ſuo, & pergit obuiā:
B ſicut & in alia parabola filio pœnitenti occurrerat. Viſaꝫ turba miſeretur, & curat languores eorū:ut fides plena ſtatim præmium conſequatur. b ¶ Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,dicentes: Deſertus &c.] Omnia plena myſteriis ſunt. Recedit de Iudæa,uenit in deſertum locum:ſequuntur eum turbæ relictis ciuitatibus ſuis:egreditur ad eos Ieſus:miſeretur turbis,curat languidos eorum,& hoc facit non mane,non creſcente die,non meridie,ſed ueſpere quando ſol iuſticiæ occubuit. c ¶ Ieſus autem dixit eis: Non habent &c.] Non habent neceſſe diuerſos cibos quærere,& emere ſibi ignotos panes, cū ſecum habeant cœleſtē panem. d ¶ Date illis uos manducare.] Prouocat apoſtolos ad fractionē panis,ut illis ſe non habere teſtantibus, magnitudo ſigni notior fiat.
e ¶ Reſponderunt ei: Non habemus hic niſi quinꝫ pa
Ioan.6.d nes &c.] In alio euangeliſta legimus:Eſt hic quidā puer qui habet quinꝫ panes,qui mihi uideꝛ ſignificare Moſen. Duos autem piſces, uel utrunꝫ intelligimus teſtamentum: uel quia par numerus refertur ad legem. Igitur apoſtoli ante paſſionem ſaluatoris & coruſcationem euangelij fulgurantis non habebāt niſi quinꝫ panes & duos piſciculos:qui in ſalſis aquis & in amaris fluctibus uerſabantur. f ¶ Qui ait eis:Afferte mihi illos huc.] Audi Marcion: audi Manichæe: quinꝫ panes & duos piſciculos ad ſe afferri iubet Ieſus:ut eos ſanctificet atꝫ multiplicet. g ¶ Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum &c.] Iuxta literā manifeſtus eſt ſenſus: ſpiritualis interpretationis ſacramēta pandamus. Diſcumbere iubentur ſupra fœnum:& ſecundum alium euange
Luc.8.b liſtam ſupra terram,per quinquagenos aut centenos:ut poſtꝫ calcauerint carnem ſuam, & omnes flores illius, & ſeculi uoluptates quaſi arens fœnum ſibi ſubiecerint: tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam, ad perfectum centeſimi numeri culmen aſcendant. h ¶ Acceptis quinꝫ panibus & duobus piſcibus,aſpiciens in cœlum, benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes &c.]

ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus. Et exiēns uidit turbam multam,& miſertus eſt eius, & curauit languidos eorum. e Vēſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterīt: dimitte turbas ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Iēſus autem dixit eis. Non habent neceſſe ire. Datē illis uos manducare. Reſpōnderunt ei: Non habemus hic niſi quinꝫ panes & duos piſces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cūm iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum: accēptis quinꝫ panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cœlum, benedixit & fregit: & dedit diſcipulis panes: diſcipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt. Et tulērunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Mānducantium autem fuit numerus quinꝫ milia uirorum: exceptis mulieribus & paruulis. f Et ſtātim compulit Ieſus diſcípulos ſuos aſcendere in nauiculā, & præcedere eū trans fretū, donec dimitteret turbas. g Et dimiſſa turbā aſcendit in montē ſolus orare. h Veſpere autē facto ſolus erat ibi. Nāuicula aūt in medio mari iactabaꝛ fluctibus

Aſpicit in cœlum, ut illuc oculos dirigendos doceat. C Quinꝫ panes & duos piſciculos ſumpſit in manus, & fregit eos, tradiditꝫ diſcipulis. Frangēte dño, ſeminariū fit ciborum. Si enim fuiſſent integri, & non in fruſta diſcerpti, nec diuiſi in multiplicē ſegetem: turbas, & pueros, & fœminas & tantam multitudinem alere nō poterāt. Frangitur ergo lex cū prophetis, & in fruſta diſcerpiē, & eius in medium myſteria proferuntur: ut quod integrū & permanens in ſtatu priſtino non ualebat, diuiſum in partes alat gentium multitudinem. i ¶ Diſcipuli autem &c.] Turbæ à domino per apoſtolos alimēta ſuſcipiunt. k ¶ Et tulerunt reliquias duodecim cophinos &c.] Vnuſquiſqꝫ apoſtolorum de reliquijs ſaluatoris implet cophinum ſuum: ut uel habeat unde poſtea gentibus cibos præbeat: uel ex reliquijs doceat ueros fuiſſe panes: qui poſtea multiplicati ſūt. Et ſimul quære quomodo in eremo & in tam uaſta ſo D litudine panes non inueniantur niſi quinꝫ tantum & duo piſciculi, & tam facile duodecim cophini repleantur. l ¶ Manducantium autem fuit numerus quinꝫ milia uirorum: exceptis mulieribus & paruulis &c.] Iuxta numerum quinꝫ panum, & comedentium uirorum, quinꝫ milium multitudo eſt. Necdum enim ſecundum alterius loci narrationem ad ſeptenarium numerum uenerat: quē qui comedunt, quatuor milia ſunt, uicina euangeliorum numero. Comedunt autem quinque milia uirorum qui in perfectum uirum creuerant, & ſequebantur eum de quo dicit Zacharias: Ecce uir, oriens nomen eius. Mulieres autem & paruuli, ſexus fragilis & ætas minor, numero indigni ſunt. Vnde & in Numerorum libro quotiens ſacerdotes atꝫ leuitæ & ex Num.1.g ercitus uel turbæ pugnantium deſcribuntur, ſerui & mulieres & paruuli & uulgus ignobile abſqꝫ numero prætermittitur. m ¶ Et ſtatim compulit diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas &c.] Diſcipulis præcepit trāſfretare, & compulit ut aſcenderent nauiculam: quo ſemone oſtenditur inuitos eos à domino receſſiſſe: dum amore præceptoris ne punctum quidem temporis ab eo uolunt ſeparari. n ¶ Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare &c.] Si fuiſſent cū eo diſcipuli Petrus & Iacobus & Ioannes, qui uiderant gloriam transformati: forſitan aſcendiſſent in mōtē cum eo: ſed turba ad ſublimia ſequi non poteſt, niſi docuerit eam iuxta mare in littore, & aluerit in deſerto. Quod autem aſcendit ſolus orare: nō ad eum referas qui de quinꝫ panibus, quinꝫ milia ſaturauit hominum, exceptis paruulis & mulieribus: ſed ad eum qui audita morte Ioannis receſſit in ſolitudinē: non quod perſonā domini ſeparemus: ſed quod opera eius inter deum hominemꝫ diuiſa ſint. o ¶ Nauicula aūt in medio mari iactabatur fluctibus: &c.] Recte quaſi inuiti & retractantes apoſtoli à dño receſſerant: ne illo abſente, naufragia ſuſtinerēt. Denicꝫ dño in montis

A montis cacumine cõmorante, ſtatim uentus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitãtur apoſtoli: Et tãdiu imminens naufragiũ perſeuerat, quamdiu Ieſus ueniat. *a* ¶ Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos, ambulans ſupra mare &c.] Stationes & uigiliæ militares in terna horarũ ſpacia diuidũtur. Quando ergo dicit: quarta uigilia noctis ueniſſe ad eos dominum: oſtendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis atq; in cõſummatione mũdi eis auxilium præbiturum. *b* ¶ Et uidentes eum &c.] Si iuxta Marcionẽ & Manichæũ, dominus noſter non eſt natus ex uirgine, ſed uiſus in phantaſmate: quomodo nũc apoſtoli timent ne phantaſma uideant? *c* ¶ Et præ timore clamauerũt &c.] Confuſus clamor, & incerta uox, magni timoris indicium eſt. *d* ¶ Statimq; Ieſus locutus eſt eis, dicẽs: Habete fiduciã: ego ſum, nolite timere.] Quod primum uerſabat in cauſa, hoc curat: & timẽtibus præcipit, dicens: Habete fiduciam, nolite timere. Et quod ſequitur: Ego ſum: nec ſubiungit quis ſit: uel ex uoce ſibi nota poterant eum intelligere, qui per obſcuræ noctis tenebras loquebatur: uel ipſum eſſe repetebant, quem loquutum ad Moyſen nouerant: Hæc dices filijs Iſrael: qui eſt, miſit me ad uos. *e* ¶ Reſpondens autem Petrus, dixit: Domine, &c.] In omnib. locis ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis diſcipulis: quem homines dicerent Ieſum, dei filium confitetur. Volentem ad paſſionem pergere, prohibet, & licet erret in ſenſu, tamen non errat in affectu: nõlens eũ mori, quem filium dei fuerat pauloante confeſſus. In montem cum ſaluatore inter primos primus aſcendit, & in paſſione ſolus ſequitur. Peccatum negationis quod ex repentino timore deſcẽderat, amaris ſtatim abluit lachrymis. Poſt paſſionem cum eſſent in lacu Genezareth & piſcarẽtur, & dominus ſtaret in litore: aliis paulatim nauigantibus, ille nõ patitur moras: ſed accinctus ependyte ſuo, ſtatim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore quo ſemper, nunc quoq; cæteris tacentibus credit ſe poſſe facere per uoluntatẽ magiſtri, quod ille poterat per naturam. Iube me uenire ad te ſuper aquas. Tu præcipe & illico ſolidabuntur undæ: leue fiet corpus quod per ſe graue eſt. *f* ¶ Et deſcendens Petrus &c.] Qui putant domini corpus ideo nõ eſſe uerũ: quia ſuper molles aquas, molle & aereum inceſſerit: reſpondeãt quomodo ambulauerit Petrus: quem utiq; uerum hominẽ nõ negabunt. *g* ¶ Videns uero uentũ &c.] Ardebat animi fides, ſed humana fragilitas in profundũ trahebat. Paululũ ergo relinquitur tentationi, ut augeatur fides, & intelligat ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentia domini conſeruatum. *b* ¶ Et continuo Ieſus &c.] Si apoſtolo Petro, de cuius fide & ardore mentis ſupra diximus, qui confidenter rogauerat ſaluatorem, dicens: Domine, ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas: quia paululũ timuit dicitur: Modicæ fidei, quare dubitaſti: quid nobis dicendum eſt, qui huius modicæ fidei ne minimam quidem habemus portiunculam? *i* ¶ Qui autem in nauicula.] Ad unum ſignũ tranquillitate maris redita, quæ poſt nimias procellas interdũ & caſu fieri ſolet, nautæ atq; uectores uere filium dei cõfitentur, & Arius in eccleſia prædicat creaturam. *k* ¶ Et cum transfretaſſent, uenerũt &c.] Si ſciremus quid in noſtra lingua reſonaret Genezareth, intelligeremus quomodo Ieſus per typum apoſtolorum & nauis, eccleſiam de perſecutione & naufragio liberatam tranſducat ad littus, & in trãquilliſſimo portu faciat requieſcere. *l* ¶ Et cũ cognouiſſent &c.] Cognouerũt eum rumore, nõ facie: uel certe pro ſignorum magnitudine, quæ patrabat in populis, etiam uultu plurimis notus erat. Et uide quanta ſit fides hominũ terræ Genezareth: ut nõ morte præſentium tantum ſalute contenti ſint, ſed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad me dicum. *m* ¶ Et obtulerunt ei &c.] Qui male ſe habẽt, non tangant corpus Ieſu: neq; totum ueſtimentum eius, ſed extremam fimbriam, & quicunq; tetigerint, ſanabuntur. Fimbriam ueſtimenti eius, uel minimũ mandatum intellige: quod qui tranſgreſſus fuerit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Vel aſſumptionem corporis, per quam uenimus ad uerbum dei, & illius poſtea fruimur maieſtate.

Cap. XV

T Vnc acceſſerunt ad eum &c.] Mira phariſæorum ſcribarumq; ſtulticia, dei filium arguunt: quare hominum traditiones & præcepta non ſeruet. *o* ¶ Non enim lauant manus ſuas, cum panem manducant &c.] Manus, id eſt, opera: non corporis utiq;, ſed animæ lauandæ ſunt: ut fiat in illis uerbum dei. *p* ¶ Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & uos &c.] Falſam calumniam uera reſponſione confutat: Cum, inquit, uos propter traditionem hominũ præcepta domini negligatis, quare diſcipulos meos arguendos putatis, quod ſenioꝝ iuſſa paruipendãt, ut dei ſcita cuſtodiãt? *q* ¶ Nã deus dixit: Honora patrem & matrem &c.] Honor in ſcripturis non tantum in ſalutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemoſynis ac munerum oblatione ſentitur. Honora, inquit Apoſtolus, uiduas, quæ uere uiduæ ſunt: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco:

Presbyteri

fluctibus: erat enim cõtrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulãs ſupra mare. Et uidẽntes eum ſupra mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Ieſus loquutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam, ego ſum: nolite timere. Reſpondens autem Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam ut ueniret ad Ieſum. Videns uero uentum ualidum, timuit. Et cum cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac. Et cõtinuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et cum aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit uentus. Qui autem in nauicula erant, uenerunt & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius dei es. Et cũm transfretaſſent, uenerunt in terram Genezareth. Et cum cognouiſſent eum uiri loci illius, miſerunt in uniuerſam regionẽ illã: & obtũlerunt ei oẽs male habentes, & rogabãt eũ ut uel fimbriã ueſtimenti eius tangerent. Et quicũq; tetigerũt, ſalui facti ſunt. Cap. XV

T Vnc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis ſcribæ & phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Nõn enim lauant manus ſuas, cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & uos tranſgredimini mandatum dei propter traditionem ueſtram? Nam deus dixit: Honora patrẽ & matrẽ: & qui maledixerit patri uel matri, morte

Exod.5.d

Ioan.21.b

1.Tim.5.a

A Presbyteri duplici honore honorãdi: maxime qui labo/
Deut.52.a rant in uerbo & doctrina dei. Et per hoc mandatum iu/
bemur boui trituranti os non claudere. Et dignus sit o/
perarius mercede sua. Præceperat dominus, uel imbe/
cillitates, uel ætates, uel penurias parentũ considerans,
ut filij honorarent, e/
tiam in uitæ necessa/
rijs ministrandis pa/
rentes suos. Hãc pro/
uidentissimam dei le/
gem uolentes scribæ
& pharisæi subuerte/
re: ut impietatem sub
nomine pietatis indu
cerent, docuerũt pes/
simos filios: ut si quis
ea quæ parentibus of
ferenda sunt, deo uo/
uere uoluerit, qui ue
rus est pater: oblatio
b 155 domini præponatur
X parentum munerib.
uel certe ipsi parẽtes
quæ deo consecrata
cernebant, ne sacrile/
gij crimẽ incurrerẽt,
c 156 declinantes, egestate
V cõficiebant. Atq; ita
fiebat ut oblatio libe/
d 157 rorum sub occasione
templi & dei, in sacer
VI dotum lucra cederet.
Hæc pessima phari/
sæorum traditio, de
alia ueniebat occasio
B ne. Multi habẽtes ob
ligatos ære alieno, &
nolentes sibi creditũ
reddere, delegabant sacerdotibus: ut exacta pecunia, mi
nisterijs templi & eorum usibus deseruiret. Potest autem
& hũc breuiter habere sensum: Munus quod ex me est,
tibi proderit. Cõpellitis, inquit, filios, ut dicant parenti
bus suis: quodcunq; donum oblaturus eram deo, in tu/
os consumo cibos: tibiq; prodest ò pater & mater: ut illi
timentes accipere quod deo mancipatum uideant, ino/
pem magis uelint uitam ducere, quàm comedere de
consecratis. a ¶ Non quod intrat in os, coinquinat ho
minem, &c.] Verbum communicat, proprie scriptu/
rarum est, & publico sermone non teritur. Populus Iu/
dæorum partem dei esse se iactitans, cõmunes cibos uo/
cat, quibus omnes utuntur homines. Verbi gratia: suil/
lam carnẽ, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quæ
ungulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in
Act.10.c piscibus sunt. Vnde & in Actibus apostolorũ scriptum
est: Quod deus sanctificauit, tu ne cõmune dixeris: Com
mune ergo quod cæteris hominibus patet, & quasi non
est de parte dei, pro immundo appellatur. Non quod in
trat in os, coinquinat hominẽ: sed quod procedit ex ore,
hoc coinquinat hominem. Opponat prudens lector &
dicat: Si quod intrat in os, non coinquinat hominẽ: qua
1.Cor.10.c re idolothytis non uescimur? Et Apostolus scribit: Non
potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorũ.
Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi & dei creatura,
per se omnis munda sit: sed idolorum ac dæmonum in/
uocatio ea faciat immunda. b ¶ Tunc accedentes disci
puli eius dixerũt ei: &c.] Ex uno sermone omnis super/
stitio obseruationum Iudaicarũ fuerat elisa: qui in cibis
sumendis abominãdisq; religionẽ suam sitam arbitran/
tur. Et quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis, scã/
dalum: breuiter dicamus quid significet. σκομίζειν & scan
dalum, nos offendiculum, uel ruinã & impactionem pe
dis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunq;

morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit
patri uel matri: munus quodcunq; est ex me, tibi prode
rit: & non honorificabit patrem suum aut matrẽ suam:
& irritum feciſtis mandatum dei propter traditionem
uestram. Hypocritę, bene prophetauit de uobis Esaias,
dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ
longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes
doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se
turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Nõn quod intrat
in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore,
hoc communicat hominem. b Tũnc accedentes discipu
li eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc
scandalizati sunt? At illẽ respondens, ait: Omnis plan/
tatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradica/
bitur. c Sinitẽ illos, cæci sunt, duces cæcorum. Cæcus au/
tem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.
d Respondẽs autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis pa/
rabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intelle/
ctu estis? Nõn intelligitis, quia omne quod in os intrat,
in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ aũt pro
cedũt de ore, de corde exeũt, & ea coinquinãt hominẽ.

De

C
L.Cor.3.b
3.Ioan.b
Hiere.2.d
D
Tit.3.c

quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitẽ. Ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed soluitẽ quæstio ex eo quod scribitur: Deus autem incrementum dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Et in alio loco: Cooperatores dei sumus. Si autem cooperatores: igitur plantante Paulo, & rigante Apolline, deus cum operatoribus suis plantat & rigat. Abutũtur hoc loco qui diuersas naturas introducũt, dicentes: Si plãtatio quam non plantauit pater, eradicabitẽ: ergo quã plantauit ille, non potest eradicari. Sed audiãt illud Hieremiæ: Ego uos plantaui uineam ueram, quomodo uersi estis in amaritudinem uitis alienæ? Plantauit quidem deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniã ista plantatio in uoluntate propria arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa præbuerit assensum. d ¶ Sinite illos, cæci sunt: duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum.] Hoc est quod Apostolus præceperat: Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem deuita: sciens quod peruersus sit huiusce modi, & à semetipso damnatus. In hunc sensum & saluator præcepit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo: sciẽs eos difficulter ad ueritatem posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. e ¶ Respondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolã istam &c.] Quod aperte dictum fuerat, & patebat auditui, apostolus Petrus per parabolam dictum putat, & in re manifesta mysticã quærit intelligentiã. Corripitur q; à domino, quare parabolice dictum putet, quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus uitiosum esse auditorem: qui aut obscura manifeste, aut manifeste dicta obscure uelit intelligere.
f ¶ Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autẽ procedunt de ore &c.] Omnia euangeliorum loca apud hæreticos & peruersos plena sunt scandali. Et ex hac sententiola quidam calumniãtur, quod dominus physicæ disputationis ignarus, putet omnes cibos in uentrem ire, & in secessum dirigi: cum statim infusæ escæ per artus & uenas ac medullas, neruosq; fundantur. Vnde & multos qui uitio stomachi perpetem sustineant uomitũ, post cœnas & prandia, statim euomere quod ingesserint, & tamen corpulentos esse: quia ad primum tactum liquidior cibus & potus per membra fundantur. Sed istiusmodi homines dum uolunt alterius imperitiam reprehendere, ostendunt suam. Quamuis enim tenuis humor & liquens esca, tamen cum in uenis & artubus concocta

De cor̄de enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominē. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis: Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio uexatur. Qui nō respondit ei uerbū. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. [c] Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. [f] At illa uenit & adorauit eum dicēs: Domine adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine: Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. [g] Et cum transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendēs in montē sedebat ibi. Et accesserūt ad eū turbæ multæ, habētes secū mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos. Et proiecerūt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbę mirarent: uidētes mutos loquētes: claudos ambulātes, cęcos uidētes: & magnificabāt deū Israel. Iesus aūt conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ: quia

A concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis quos Græci πόρους uocant, ad inferiora dilabitur, & in sessum uadit. a ¶ De corde enim exeunt &c.] De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale non secundū Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est, & arguendi ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo immitti putāt, & nō ex propria nasci uoluntate. Diabolus adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, autor esse non potest. Sin autē semper in insidijs positus, leuem cogitationū nostrarum scintillā suis fomitibus inflammarit, non debemus opinari eum cordis ꝙq; occulta rimari: sed ex corporis habitu & gestibus æstimare quid uersem⁹ intrinsecus. Verbi gratia: si pulchram mulierem nos crebro uiderit inspicere, intelligit cor amoris iaculo uulnerātum. b ¶ Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis &c.] Scribis & B pharisæis calumniatoribus derelictis, trāsgredit in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidoniosq; curaret. Mulier autem Cananæa egreditur de finibus pristinis, ut clamans filiæ impetret sanitatem. Obserua quod in quintodecimo loco filia Cananææ sanetur. c ¶ Miserere mei domine &c.] Inde nomit uocare filium Dauid: quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorē Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei cōmutatione dimiserat. d ¶ Filia mea male à dæmonio uexatur &c.] Ego filiam Cananææ, puto animas esse credentium: quæ male à dæmonio uexabantur ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. e ¶ Qui non respondit ei &c.] Non de superbia pharisaica, nec de scribarū supercilio: sed ne ipse sententiæ suæ uideretur esse contrarius, per quam iusserat: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare: perfectam ꝙq; salutem gentium, passionis & resurrectionis tempori reseruabat. f ¶ Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat &c.] Discipuli illo adhuc tēpore mysteria domini nescientes, uel misericordia cōmoti, roga- Matt.7.c bant pro Cananæa muliere, quam alter euangelista Syrophœnissam appellat: uel importunitate eius carere cupientes: quia non ut clementem, sed ut curum medicum crebrius inclamaret. g ¶ Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus.] Non quo & ad gentes non missus sit, sed quo primum missus sit ad Israel: ut illis non recipientibus euāgelium, iusta fieret ad gentes transmigratio. Et significanter dixit: ad oues perditas domꝰ Israel, ut ex hoc loco etiā unā erroneam ouem de alia parabola intelligamus. h ¶ At illa uenit & adorauit eum, dicens: Domine &c.] Mira sub persona mulieris Cananitidis, ecclesiæ fides, patientia & humilitas prædicatur. Fides, qua credidit sanari posse filiam suā. Patientia, qua totiens contempta, in precibus perseuerat. Humilitas, qua se non canibus, sed catulis comparat. Canes autem ethnici propter idolatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum feruntur in rabiem. Nota quod ista Cananitis perseueranter primum filium Dauid, deinde dominū uocet, & ad extremum adoret ut deum. i ¶ At illa dixit: Etiam dñe &c.] Scio me, inquit, filiorum panem non mereri: nec integros posse capere cibos: nec sedere ad mēsam cum patre, sed contenta sum reliquijs catulorum: ut per humilitatem micarum, ad panis integri ueniā magnitudinem. O mirarerū conuersio: Israel quondam filius, nos canes. Pro diuersitate fidei, ordo nominū cōmutatur. De illis postea dicit: Circumdederunt me canes multi. Et uidete canes: uidete malos operarios: uidete concisionem. Nos audimus cum Syrophœnissa, & muliere quæ sanguine fluxerat: magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et: Filia, fides tua te saluā fecit. k ¶ Et cum transisset inde Iesus &c.] In eo loco ubi Latinus interpres transtulit, debiles: in Græco scriptum est, κυλλοὺς: quod non generale debilitatis, sed unius infirmitatis est nomen: ut quomodo claudus dicitur, qui uno claudicat pede: sic κυλλὸς appelletur qui unam manū debilem habet. Nos proprietatem huius uerbi non habemus. Vnde & in consequentibus euangelista cæterorū debilium exposuit sanitates, horum tacuit. Quid enim sequitur? l ¶ Et curauit eos, &c.] De κυλλοῖς tacuit: quia quid ecōtrario diceret, nō habebat. Hoc de uno uerbo. Intueamur autem ꝙ sanata Cananææ filia, reuertatur ad Iudæam, & ad mare Galilææ, & ascendat in montē, & quasi auis teneros fœtus prouocet ad uolandū, ibiq; sedeat: & turbæ concurrant ad eum, deducentes siue portantes secum uarijs oppressos infirmitatibus: quos postquam curauit, dedit eis cibos, & hoc opere completo, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Et ascendens in montem, sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ. Obserua quod muti, claudi & cæci, ducuntur ad montem, ut ibi curentur à domino. m ¶ Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ &c.] Vult pascere ꝙs curauit: prius aufert debilitates, ut postea sanis offerat cibos. Cōuocat quoq; discipulos suos, & quod facturus est, loquitur: ut uel magistris exemplū tribuat, cum minoribus atq; discipulis cōmunicanda esse cōsilia: uel ex cōfabulatione intelligant signi magnitudinē: respondentes se panes in eremo nō habere: Misereor, inquit, turbæ: quia triduo iam perseuerant mecū. Miseretur turbæ,

C

e 158 V

f 159 VI

g 160 VI

Psal.21.d

D

quia

A quia in trium numero, patri, filio, spirituſcꝫ ſancto credebant. Et non habent quod manducẽt. Turba ſemper eſurit, & cibis indiget, niſi ſaturetur à domino. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Eſuriebãt poſt magnas debilitates: & per patientiam futuros expectabant cibos. Non uult eos Ieſus dimittere ieiunos, ne deficiant in uia. Periclitatur ergo qui ſine cœleſti pane ad optatam manſionẽ peruenire feſtinat. Vnde & angelꝰ loquitur ad Heliã: Surge, & mãduca: quia grandem uiam ambulaturus es. a ¶ Et dicũt ei diſcipuli: Vnde ergo.] De hoc ſigno iam ſupra diximus, & eadem repetere, otioſi eſt: tantũ in his quæ diſcrepant, immoremur. Supra legimus: Veſpere autẽ facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli, dicentes: Deſertꝰ eſt locus, & reliqua. Hic diſcipulis cõuocatis, ipſe dominus loquitur: Miſereor turbæ: quia triduo iam perſeuerãt mecũ. Ibi quinq; panes erant & duo piſces: hic ſeptẽ panes & pauci piſciculi. Ibi ſuper fœnum diſcumbunt: hic ſuper terrã. Ibi qui comedunt, quinq; milia ſunt, iuxta panum numerũ quos comedunt, hic quatuor milia. Ibi duodecim cophini replentur de reliquijs fragmentorum: hic ſeptem ſportæ. In ſuperiori ergo ſigno, quia propinqui erant & uicini quinq; ſenſuum: non ipſe dominus eorum recordatur, ſed diſcipuli, & recordantur ueſpere uicina noctẽ, & inclinante iam ſole. Hic autẽ ipſe dominus recordatur, & miſereri ſe dicit, & cauſam miſerationis exponit: quia triduo iam perſeuerant mecum, & dimittere eos ieiunos non uult, ne deficiant in uia. Iſti qui de ſeptẽ panibus hoc eſt, in ſacrato aluntur numero atq; perfecto, non ſunt quinq; milia, ſed quatuor milia: qui numerus ſemper in laude ponitur, & quadrangulus lapis non fluctuat, & non eſt inſtabilis, & ob hanc cauſam etiam euangelia in eo numero conſecrata ſunt.

3.Reg.19.b

a 161 IIII

b 162 V

c 163 VI

B

d 164 II

e 165 VI

quia triduo iam perſeuerant mecũ, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes tãtos, ut ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus: Quot habetis panes? At illi dixerũt: Septem, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ ut diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes & piſces, & gratias agens, fregit & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo. Et comederũt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerũt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducauerunt, quatuor milia hominũ, extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam, & uenit in fines * Magedan.

Cap. XVI

ET acceſſerunt ad eum phariſæi & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eum ut ſignũ de cœlo oſtenderet eis. b At illẽ reſpondens, ait illis: Facto ueſpere dicitis, ſerenum erit: rubicundum eſt enim cœlum. & mane, hodie tempeſtas: rutilat enim triſte cœlum. Faciem ergo cœli diſcernere noſtis: ſigna autem temporũ non poteſtis ſcire. c Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cum ueniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere. d Qui dixit illis: Intuẽmini & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. e At illi cogitabant inter ſe, dicentes: Quia panes nõ accepimus. Sciens autem Ieſus dixit eis: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei: quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neq; recordamini quinq; panum quinq; milium hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? Neq; ſeptem panum quatuor milium hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis: quia nõ de pane dixi uobis: cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

* Magedan

C

c ¶ Et relictis illis abijt. Et cum ueniſſent &c.] Relictis ſcribis & phariſæis quibus dixerat: Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ: recte abijt trans fretum, & gentiũ ſecutus eſt populos. Quid aũt ſibi uelit ſignum Ionæ, iam ſupra dictum eſt.

d ¶ Qui dixit illis: Intuemini &c.] Qui cauet à fermento phariſæorũ & ſadducæorum, legis ac literæ præcepta non ſeruat, traditiones hominũ negligit, ut faciat mãdatum dei. e ¶ Sciens autẽ Ieſus, dixit: Quid cogitatis &c.] Per occaſionem præcepti quod ſaluator iuſſerat, dicens: cauete à fermento phariſæorum & ſadducæorum: docet eos quid ſignificent quinq; panes, & ſeptem: quinq; milia hominũ, & quatuor milia, quæ paſta ſunt in eremo: quod licet ſignorũ magnitudo perſpicua ſit, tamen & aliud in ſpirituali intelligentia demonſtretur. Si enim fermentum phariſæorũ & ſadducæorum non corporalem panẽ, ſed traditiones peruerſas & hæretica ſignificat dogmata: quære & cibi quibus nutritus eſt populꝰ dei, non ueram doctrinã integrãq; ſignificent? Quærat aliquis & dicat: Quomodo panes nõ habebant, qui ſtatim impletis ſeptẽ ſportis, aſcenderunt in nauiculã: & uenerũt in fines Magedã: ibiq; audiũt nauigantes, q̃ cauere debeant à fermento phariſæorum & Sadducæorũ? Sed ſcriptura teſtatur quod obliti ſint eos ſecum tollere. Hoc eſt fermentum, de quo & Apoſtolus loquitur: Modicum fermentum, totam maſſam corrumpit. Iſtiuſmodi fermentũ quod omni ratione uitandum eſt, habuit Marcion & Valẽtinus & omnes hæretici. Fermentum hanc ũim habet, ut ſi farinæ mixtum fuerit, quod paruũ uidebatur, creſcat in mãius, & ad ſaporem ſuum uniuerſam conſperſionem trahat: ita & doctrina hæretica, ſi uel modicam ſcintillam in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma ſuccreſcit, & totam hominis poſſeſſionem ad ſe trahit. Deniq; ſequitur: Tunc intellexerunt, quia non dixiſſet cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

1.Cor.5.b

CAP. XVI.

ET acceſſerunt ad eum phariſæi &c.] Hoc in pleriſq; codicibus non habetur: ſenſuſq; manifeſtus eſt, quod ex elementorum ordine atq; conſtantia, poſſint & ſereni & pluuiæ dies prænoſci. Scribæ autem & phariſæi qui uidebantur legis eſſe doctores, ex prophetarum uaticiniꝰ non potuerunt intelligere ſaluatoris aduentum.

Commentarij ſecundi in Matthæum finis.

Commentarium

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Matthæum liber tertius.

VEnit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.] Philippus iste est frater Herodis de quo supra diximus, tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionum: qui in honorē Tiberij Cæsaris, Cæsareā Philippi, quæ nūc Paneas dicitur, appellauit, & est in prouincia Phœnices: imitatus Herodē patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellauit cæsareā, quæ prius turris Stratonis uocabatur, & ex nomine filiæ eius Iuliadē trās Iordanem extruxit. Ille locus est Cæsareæ Philippi, ubi Iordanis oritur ad radices Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, & alterum Dan: qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt. b ¶ Et interrogabat discipulos suos, dicēs: &c.] Nō dixit, quem me dicunt esse homines, sed filium hominis: ne iactāter de se quærere uideretur. Et nota quod ubicunq; scriptum est in ueteri testamento, filius hominis, in Hebræo, filius Adam positū sit. Illud quoq; quod
B Psal.4.a in psalmo legimus: Filij hominum usq; quo graui corde: in Hebræo dicitur, filij Adam. Pulchre autē interrogat: Quem dicunt homines esse filium hominis: quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt: qui uero diuinitatem eius intelligunt, non homines, sed dij appellātur. c ¶ At illi dixerunt: Alij Ioannem baptistam, alij autem Heliam &c.] Miror quosdam interpretes causas errorum inquirere singulorū, & disputationē longissimam texere: quare dominum nostrum Iesum Christum, alij Ioannem putauerint, alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis: cum sic potuerint errare in Helia & Hieremia: quomodo Herodes errauit in Ioanne, dicens:
Mar.6.b Quem ego decollaui Ioannem, ipse surrexit à mortuis, & uirtutes operantur in eo. d ¶ Vos autem quem me esse dicitis &c.] Prudens lector attende, quod ex consequentibus textu'q; sermonis, apostoli nequaquam homines, sed dij appellantur. Cū enim dixisset: Quem dicunt homines esse filium hominis: subiecit: Vos aūt quem me esse dicitis? Illis quia homines sunt humana opinantib. uos qui estis dij quem me esse existimatis? Petrus ex persona omnium apostolorum profitetur: Tu es Christus filius dei uiui. Deum uiuum appellat ad distinctionem eorum deorum qui putantur dij, sed mortui sunt: Saturnum, Iouem, Cererem, Liberū, Herculem, & cætera idolorum portenta significans. e ¶ Respondens aūt Iesus dixit ei: Beatus es Simon &c.] Testimonio de se apostoli reddit uicem. Petrus dixerat: Tu es Christus filius dei uiui: mercedem recepit uera confessio: Beatus es Simon Bariona. Quare? quia nō reuelauit tibi caro & sanguis, sed reuelauit pater. Quod caro & sanguis reuelare non potuit, spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex confessione sortitur uocabulum quod reuelationem ex spiritu sancto habeat: cuius & filius appellandus sit. Si quidem Bariona in nostra lingua sonat, filius columbæ. Alij simpliciter accipiunt, quōd Simon, id est, Petrus, sit filius Ioannis, iuxta alterius loci interrogationē: Simon Ioannis diligis me? Qui respondit: Domine tu scis. Et uo C
lunt scriptorum uitio deprauatum: ut pro Bariohanna, hoc est, filius Ioannis, Bariona scriptum sit, una detracta syllaba. Iohāna autem interpretatur domini gratia. utrunq; autem nomen mystice intelligi potest, quod & columba, spiritū sanctū, & gratia dei, do- f 166
num significet spiri- I
tuale. Illud quoq; q̄d ait: Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, apostolicæ narrationi comparatur, in qua ait: Continuo nō acquieui carni & sanguini: Carnem ibi & sanguinē, Iudæos si- g 167
gnificās: ut hic quoq; X
sub alio sensu demonstretur: quod ei non per doctrinam pharisæorum, sed per dei gratiā Christus dei filius reuelatus sit.

f ¶ Et ego dico tibi.] Quid est quod ait: Et ego dico tibi? Quia tu mihi dixisti: Tu es Christus filius dei ui h 168
ui, & ego dico tibi, nō 11
sermone cassō, & nullum habēte opus, sed dico tibi: quia meum dixisse, fecisse est. g ¶ Quia tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam &c.] Sicut ipse lumen apostolis donauit, ut lumē mundi appellarentur: cætera q̄ ex domino sortiti sunt uocabula: ita & Simoni qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomē. Ac secundum metaphoram petræ, recte dicitur ei: Aedificabo ecclesiam meam super te. h ¶ Et portæ inferi non prælualebunt aduersus eam &c.] Ego portas inferi reor uitia atq; peccata: uel certe hæreticorum doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum. Nemo itaq; putet de morte dici, quod apostoli conditioni mortis subiecti non fuerint: quorū martyria uideat coruscare. i ¶ Et dabo tibi claues regni cœlorum. Et quodcunq; &c.] Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorum assumunt supercilio: ut uel damnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur: cum apud deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quæratur. Legimus in Leuitico de leprosis: ubi iubentur, ut Leuit.14.a
ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant: nō quo sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quo habeant noticiam leprosi & non leprosi, & possint discernere qui mundus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum uel immundum facit: sic & hic alligat, uel soluit episcopus & presbyter: nō eos qui insontes sunt uel noxij: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit uarietates, scit qui ligandus sit, quiue soluēdus. k ¶ Tūc præcepit discipulis suis ut nemini dicerēt, quia ipse esset Iesus Christus &c.] Supra mittens discipulos ad prædicandum, iusserat eis ut annunciarent aduentū suum: hic præcipit, ne se dicant esse Iesum Christum. Mihi uidetur aliud esse Christum prædicare, aliud Iesum Christum. Christus cōmune dignitatis est nomen: Iesus proprium uocabulum saluatoris. Potest autem fieri ut idcirco ante passionem & resurrectionem se noluerit prædicari: ut completo postea sanguinis sacramento, opportunius apostolis diceret: Euntes docete oēs gentes &c. Matth.ult.
Quod ne quis putet nostræ tantum esse intelligentiæ, & non sensus euangelici; quæ sequuntur, causas prohibitæ

A tunc prædicationis exponunt. a ¶ Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis &c.] Et est sensus: Tũc me prædicate, cũ ista passus fuero: qa non pdest Christũ publice prædicare, & eius uulgare in populis maiestatẽ, quẽ post paululum flagellatũ uisuri sint & crucifixum, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum. Et nũc Iesus multa patitur ab his qui rursum sibi crucifigũt filium dei, & cum seniores putentur in ecclesia, & principes sacerdotũ: simplicem sequentes literam, occidũt filiũ dei, qui totus sentitur in spiritu. b ¶ Et assumens eum Petrus &c.] Sæpe diximus nimiq; ardoris amoris q; quam maximi fuisse Petrum in dominum saluatorem. Quia ergo post confessionem suam, qua dixerat: Tu es Christus filius dei uiui, & præmium saluatoris quod audierat: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meꝰ qui in cœlis est: repẽte audiuit à domino, oportere se ire Hierosolymã ibiq; multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum & occidi, & tertia die resurgere: non uult destrui confessionem suam: nec putat fieri posse, ut filius dei occidatur: assumit que eum in affectum suum, uel separatim ducit, ne præsentibus cæteris condiscipulis magistrum uideatur arguere, & cœpit increpare illũ amantis affectu & optãtis dicere: Absit à te domine. Vel ut melius habetur in Græco: ἵλεώς σοι κύριε, οὐμὴ ἔσται σοι τοῦτο, hoc est, propicius sis tibi domine, non erit tibi hoc: Non potest fieri, nec recipiunt aures meæ ut dei filius occidẽdus sit. Ad quem dominus conuersus ait: Vade retro me satana, scandalum mihi es. Satanas interpretatur, aduersarius, siue contrarius. Quia contraria, inquit, loqueris uoluntati meæ: debes aduersarius appellari. Multi putãt quod nõ Petrus correptus sit, sed aduersarius spiritus: qui hæc dicere apostolum suggerebat. Sed mihi hic error apostolicus & de pietatis affectu ueniens, nunquam incentiuum diaboli uidebitur. Vade retro me satana. Diabolo dicitur: Vade retro. Petrus audit: Vade retro me, hoc est, sequere sententiam meam: quia nõ sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Meæ uoluntatis est & patris, cuius ueni facere uoluntatem: ut pro hominum salute moriar: tu tuam tantũ considerans uoluntatem: non uis granum tritici in terrã cadere, ut multos fructus afferat. Prudens lector inquirat quomodo post tantam beatitudinem: Beatus es Simon Bariona. Et: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prꝰualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quod ligaueris uel solueris super terram, erit ligatum uel solutum in cœlo: nũc audiat: Vade retro me satana, scandalũ mihi es. Aut quæ sit tam repentina conuersio, ut post tanta præmia, satanas appelletur. Sed si consideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionem & beatitudinem ac potestatem, & ædificationem super eum ecclesiæ, in futuro promissam, non in præsenti datam intelliget. Aedificabo, inquit, super te ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & dabo tibi claues regni cœlorum: omnia de futuro. Quæ si statim dedisset ei, nunq; in eo prauæ confessionis error inuenisset locum. c ¶ Tũc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, &c.] Qui deponit ueterem hominem cum operibus suis, denegat semetipsum, dicens: Viuo autem non ego, uiuit uero in me Christus: tollitq; crucem suam, & mundo crucifigit. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixũ. d ¶ Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua &c.] Pro Israel datur cõmutatio Aegyptus & Aethiopia, & Syene: pro anima humana illa sola est retributio, quam psalmista canit: Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. e ¶ Filius enim hominis uenturus est &c.] Petrus ad prædicationem dominicæ mortis scandalizatus, sententia domini fuerat increpatus: prouocati discipuli, ut abnegarent se & tollerent crucem suam, & morientium animo sequerentur magistrum. Grandis terror audientiũ, & qui posset principe apostolorum perterrito, etiam aliis metum injicere: idcirco tristibus læta succedunt, & dicit: Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Times mortem, audi gloriam triumphantis. Verberis crucem, ausculta angelorum ministeria. Et tunc, inquit, reddet unicuiq; secundum opera eius. Non est distinctio Iudæi & ethnici, uiri & mulieris, pauperũ & diuitum: ubi nõ personæ, sed opera cõsiderantur. f ¶ Amen dico uobis: sunt quidam de hic stantibus qui non &c.] Terrorem apostolorũ spe medicari uoluerat promissorum, dicens: Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cũ angelis suis. Insuper autoritate iudicis addita, & reddet unicuiq; secundũ opera sua. Poterat apostolorum tacita cogitatio, istiusmodi scandalum sustinere. Occisionẽ & mortem nunc dicis esse uenturã: Quod autem promittis te affuturum in gloria patris cum angelorum ministeriis & iudicis potestate, hoc in dies erit, & in tempora longa differtur. Præuidens ergo occultorum cognitor quid possent obijcere: præsentẽ timorem, præsenti compensat præmio. Quid enim dicit? Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo: ut qualis est postea uenturus, ob incredulitatem uestram præsenti tempore demonstretur.

Exindẽ cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. i Et assumẽs eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine, nõ erit tibi hoc. Qui cõuersus dixit Petro: Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominũ. k Tũc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationem pro anima sua? l Filius enim hominis uẽturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opus eius. m Amẽn dico uobis: sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.

Cap. XVII.

ET põst dies sex assumẽs Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius &c.] Quare Petrus & Iacobus & Ioannes in quibusdam euangeliorum locis separentur à cæteris; aut quid priuilegij habeant extra alios apostolos, crebro

A crebro diximus: Nunc quæritur quomodo post dies sex assumpserit eos, & duxerit in mõtem excelsum seorsum: cum Lucas euangelista octonarium numerum ponat. Luc.8.d Sed facilis responsio est: quia hic medij ponuntur dies: ibi primus additur & extremus. Non enim dicitur: Post dies octo assumpsit Iesus Petrum & Iacobũ & Ioannẽ, sed die octauo. a ¶ Ducit illos in mõtem excelsum seorsum &c.] Ducere ad montana discipulos pars regni est. Ducũtur seorsum: quia multi uocati, pauci uero electi. b ¶ Et transfiguratꝰ est ante eos &c.] Qualis futurus est tẽpore iudicandi, talis apparuit apostolis Quod autem dicit: transfiguratus est ante eos: nemo putet pristinam eum formam & faciem perdidisse: uel amisisse corporis ueritatẽ, & assumpsisse corpus uel spirituale, uel aereũ: sed quomodo transformatus sit, euangelista demonstrat, dicens. c ¶ Et resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix &c.] Vbi splendor faciei ostenditur & candor describi-

B tur uestium: non substantia tollitur, sed gloria commutatur. Resplenduit facies eius sicut sol. Certe transformatus est dominus in eam gloriã qua uẽturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit. Esto corpus spirituale fuerit: num & uestimenta mutata sunt: quæ in tantũ fuere candida, ut alius euangelista dixerit, qualis fullo super terram non potest facere. Quod autem fullo super terram potest facere, corporale est, & tactui subiacet, & non spirituale & aereũ: quod illudat oculis, & tantum in phantasmate cõspiciatur. d ¶ Et ecce apparuit illis Moyses & Helias cum eo loquentes &c.] Scribis & pharisæis tentantibus se, & de cœlo signa poscentibus dare noluit: sed prauam postulationem confutauit responsione prudenti. Hic uero ut apostolorum augeat fidem, dat signum de cœlo: Elia inde descendente quo conscenderat, & Moyse ab inferis Esa.7.b resurgente: quod & Achaz per Esaiam præcipitur: ut petat sibi signum de excelso aut de inferno. Nam quod di-

Luc.9.d ctum est: Apparuit illis Moyses & Elias cum eo loquentes, & in alio refertur euangelio nunciasse ei quæ Hierosolymis passurus esset: lex ostenditur & prophetæ: qui & passionem domini & resurrectionẽ crebris uocibus nunciarunt. e ¶ Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum Domine, bonum est nos hic esse &c.] Qui ad montana conscenderat, nõ uult ad terrena descendere: sed semper in sublimibus perseuerare. f ¶ Si uis, faciamus hic tria tabernacula: tibi unũ, Moysi unũ, &c.] Erras Petre si-

Luc.9.d cut & alius euangelista testatur: Nescis quid dicas: Noli tria tabernacula quærere: cum unum sit tabernaculum euangelij, in quo lex & prophetæ recapitulanda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino conferas: sed fac tria tabernacula, imò unum patri, & filio, & spiritui sancto: ut quorũ est una diuinitas, unum sit & in pectore tuo tabernaculum. g ¶ Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox &c.] Quia imprudenter interrogauerat, propterea responsionem domini non meretur: sed pater respondet pro filio, ut uerbum domini compleretur: Ego testi- C monium non dico pro me, sed pater qui me misit, ipse pro me dicit testimonium. Nubes autem uidetur lucida & obumbrat eos: ut qui carnale è frondibus aut tentorijs quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operirentur umbraculo. Vox quoq; de cœlo patris loquẽtis auditur, quæ & testimonium perhibeat filio, & Petri errore sublato, doceat ueritatem: imò p Petrũ cæteros apostolos. Hic est, ait, filius meus dilectus: huic figendum est tabernaculum, huic obtemperandũ. Hic est filius, illi serui sunt. Moyses & Elias debẽt & ipsi uobiscũ in penetralibus cordis sui domino tabernaculũ præparare. h ¶ Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suã, & timuerunt ualde &c.] Triplicem ob causã pauore terrentur: uel quia se erraſſe cognouerãt: uel a 173 V I quia nubes lucida operuerat eos: aut quia dei patris uocem loquentis audierant: quia humana fragilitas conspectũ maioris gloriæ ferre nõ sustinet, ac toto animo & corpore cõtremiscens ad terrã cadit. Quãto quis ampliora quæsierit, tãto ma- D gis ad inferiora collabitur, si ignorauerit mensuram suam. i Et accessit Iesus & tetigit eos &c.] Quia illi iacebant & surgere non poterant, ipse clementer accedit, & tangit eos: ut tactu timorem fuget, & debilitata membra solidentur. k ¶ Dixitq; eis: Surgite, & nolite timere &c.] Quos manu sanauerat, sanat imperio, Nolite timere. Primum timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. l ¶ Leuãtes autem oculos suos, neminem uiderũt nisi solum Iesum &c.] Rationabiliter postquam surrexerunt, non uiderunt nisi solum Iesum: ne si Moyses & Elias perseuerassent cum domino, patris uox uideretur incerta: cui potissimum daret testimonium. Videt ergo Iesum stantem ablata nube, & Moysen & Eliam euanuisse: quia postquam legis & prophetarum umbra discesserit: quæ uelamento suo apostolos texerat, utrunq; in euangelio reperitur. m ¶ Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis uisionẽ, donec filius hominis à mortuis resurgat &c.] Futuri regni præmeditatio, & gloria triumphantis demonstrata fuerat in monte. Non ergo uult hoc in populos prædicari: ne & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos, sequens crux scandalum faceret. n ¶ Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicũt, quod Eliam oporteat &c.] Nisi causas nouerimus, quare interrogauerint discipuli super Eliæ nomine, stulta uidetur & extraordinaria eorum interrogatio. Quid enim pertinet ad ea quæ supra scripta sunt, de Eliæ aduentu quærere? Traditio pharisæorum est, iuxta Malachiam prophetam, qui est Malach.4.b nouissimus in duodecim, quod Elias ueniat ante aduentum saluatoris, & reducat cor patrum ad filios, & filiorum ad patres, & restituat omnia in antiquum statum. Aestimãt ergo discipuli transformationem gloriæ hanc esse quam in monte uiderant, & dicunt: Si iam ueniisti in gloria, quomodo præcursor tuus non apparet: maxime quia Eliam uiderant recessisse. Quando autem adij-

A ciunt: Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum uenire: primum dicendo ostendunt, quod nisi Elias uenerit, non sit secundum scripturas saluatoris aduentus. *a* ¶ At ille respondens, ait illis: Elias quidem uenturus est & restituet omnia &c.] Ipse qui uēturus est in secundo saluatoris aduentu iuxta corporis fidem: nunc per Ioannem uenit in uirtute & spiritu. *b* ¶ Et nō cognouerunt eum: sed fecerūt in eo quæcunq; uoluerūt &c.] Hoc est, spreuerunt & decollauerūt eum.

b 174 II *c* ¶ Sic & filius hominis passurus est ab eis &c.] Quæritur autem cum Herodes & Herodias Ioānem interfecerint: quomodo ipsi Iesum quoq; crucifixisse dicantur: cum legamus eum à scribis & pharisæis interfectū. Et breuiter respondendū, quod

c 175 V & in Ioānis nece pharisæorum factio consenserit, & in occisione domini Herodes iunxerit uoluntatem suā: qui illusum atq; despectum remiserit ad Pilatum ut crucifi

d 176 II B geret eum. *d* ¶ Domine, miserere filio meo: quia lunaticus est, & male patitur:

e 177 X nā sæpe cadit in ignē, &c.] Quam obcausam dæmon obseruās lunæ cursum, corripiat hoīes: & p creaturas infamare studeat creatorē, supra diximus. Mihi autē uidetur iuxta Tropologiam lunaticus esse, qui per horarū momenta mutatur ad uitia: nec persistit in cœpto, sed crescit atq; decrescit, & nunc in ignem fertur, quo adulterantium corda succensa sunt: nūc in aquas, quæ non ualent extingue re charitatem. Quod autem dicit: Obtuli eum discipulis tuis, & non potuerūt curare eum: latenter accusat apostolos: cum impossibilitas curandi, interdum non ad imbecillitatē curantium, sed ad eorum qui curādi sunt fidem referatur: dicēte domino: Fiat tibi secundū fidem tuam. *e* ¶ Respondēs autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa, &c.] Nō quod tædio superatus sit, mansuetus ac mitis: qui non aperuit, sicut agnus coram tondēte, os suum: nec in uerba furoris eruperit: sed quod in similitudinem medici, si ægrotum uideat contra sua præcepta se gerere dicat: Vsq; quo accedā ad dormum tuam, quousq; artis perdam industriā: me aliud iubente, & te aliud perpetrante? Intantum autem non est iratus homini, sed uitio, & per unum hominem Iudæos arguit infidelitatis, ut statim intulerit: Afferte eum huc ad me. *f* ¶ Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium &c.] Non ille qui patiebatur, sed dæmon deberat increpari. Siue increpauit puerū & exiuit ab eo dæmon: quia propter peccata sua, à dæmone fuerat oppressus. *g* ¶ Et dixerunt: quare nos non potuimus ejicere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram &c.] Hoc est quod in alio loco dicit: Quæcunq; cunt, quod Eliam oporteat primum uenire? At ille respōdēs, ait illis: Elias quidem uenturus est & restituet omnia. Dico autem uobis: quia Elias iam uenit, & nōn cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt. Sic & filiūs hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerūt discipuli: quia de Ioanne baptista dixisset eis. *b* Et cum uenisset ad turbā, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Dōmine miserere filio meo: quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem & crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis: & non potuerūt curare eum. Respondēns autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscum? Vsq; quo patiar uos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. *c* Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerūt: quare nos nō potuimus ejicere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis: Si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis mōti huic: Trāsi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non ejcitur, nisi per orationem & ieiuniū. *d* Cōuersantibus aūt eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominū, & occident eū, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. *e* Et cūm uenissent Capharnaū, accesserunt qui didrachma accipiebāt ad Petrum, & dixerūt: Magister uester non soluit

in nomine meo petieritis, credentes accipietis. Ergo quotiens non accipimus: non præstantis est impossibilitas, sed culpa deprecantium. *b* ¶ Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic &c.] Putant aliqui fidem grano sinapis comparatam paruam dici, quo regnum cœlorum grano sinapis cōferatur, cū Apostolus dicat: 1.Cor.13.d Et si totam fidem habuero, ita ut montes transferam. Ergo magna est fides quæ grano sinapis coæquatur. Montis trāslatio non eius significatur quem oculis carnis aspicimus, sed illius qui à domino trāslatus fuerat ex lunatico. Quod enim ait: Dicetis monti huic: transi hinc, & transibit: de dæmone intelligitur. Ex quo stultitiæ coarguendi sunt, qui contendunt apostolos omnesq; credentes, ne paruā quidem habuisse fidem: quia nullus eorum montes transtulerit. Neq; enim tantū prodest mōtis de alio in alium locum translatio, & uana signorum quærenda ostentio, quantū in utilitatem omniū iste mōs transferendus est: qui per prophetam dicitur corrumpere omnem terram. *i* ¶ Hoc autem genus non ejcitur, nisi per orationē & ieiunium &c.] Dum docet quomodo nequissimus dæmon possit expelli, omnes instituit ad uitam. *k* ¶ Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget &c] Semper prosperis miscet tristia: ut cum repente uenerint, non terreant apostolos, sed à præmeditatis ferantur animis. Si enim contristat eos quod occidendus est, debet lætificare quōd die tertio dicitur resurrecturus. Porro quod contristantur, & contristantur uehementer, non de infidelitate uenit: alioquin sciebant & Petrum esse correptum: quare non saperet ea quæ dei sunt, sed quæ hominum: uerum quia pro dilectione magistri nihil de eo finistrum & humile patiuntur audire. *l* ¶ Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt: Magister uester non soluit didrachma? Ait: Etiam &c.] Post Augustum Cæsarem, Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur. Vnde & Ioseph cum Maria cognata sua professus est in Bethlehem. Rursum quoniam nutritus erat in Nazareth, quod est oppidum Galilææ Capharnaum urbi subiacens: ex more poscunt tributa, & pro signorum magnitudine hi qui exigebant, non audent ipsum repetere, sed discipulum conueniunt: Siue malitiosē interrogant: utrum reddat tributa, an contradicat Cæsaris uoluntati: iuxta quod in alio loco legimus: Li- Marci.12 cet tributa Cæsari soluere an nonc?

¶ Et

soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cùm intrasset in domum: præuenit eum Iesus dicens: Quid tibi uidetur Simon: Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel censum: à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos: uade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

Cap. XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum: statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorũ. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris.

A a ¶ Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus dicens &c.] Qui didrachma exigebant, seorsum cõuenerant Petrum. Cumq; intrasset domum, antequã Petrus suggereret, interrogat dominus, ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributi: cum uideant eum nosse quæ absente se gesta sunt. b ¶ Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributũ uel cẽsum: à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non &c.] Dominus noster, & secundum carnẽ, & secundum spiritum filius regis erat: uel ex David stirpe generatus, uel omnipotentis uerbum patris. Ergo tributa quasi regum filius non debebat: sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iusticiam. Nosq; infelices qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tãta facimus maiestate: Ille pro nobis & crucem sustinuit, & tributa

B reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis à uectigalibꝰ immunes sumus. c ¶ Vt autem nõ scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum, & eũ piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me &c.] Quid primũ mirer in hoc loco, nescio: utrum præscientiam an magnitudinem saluatoris. Præscientiã, quod nouerat piscem habere in ore staterem, & quod primus ipse capiendus esset. Magnitudinem atq; uirtutem: si ad uerbum eius, statim stater in ore piscis creatus est, & quod futurum erat, ipse loquendo fecerit. Videtur autem mihi secundum mysticos intellectus, iste esse piscis qui primus captus est: q in profundo maris erat, & in salsis amarisq; gurgitibus morabatur: ut per secundum Adam liberaretur primus Adã: & id quod in ore eius, hoc est in confessione fuerat inuentum, pro Petro & domino redderetur. Et pulchre idipsum quidem datur precium, sed diuisum est: quia pro Petro quasi pro peccatore precium reddebatur. Dominus autem noster peccatum nõ fecerat: nec dolus inuentus est in ore eius. Stater dicitur, qui duo habet didrachma: ut ostenderetur similitudo carnis, dum eodem & seruus & dominus precio liberantur. Sed & simpliciter intellectum ædificat auditorem: dum tantæ dominus fuerit paupertatis: ut unde tributa pro se & apostolo redderet, non habuerit. Quod si quis obijcere uoluerit: & quomodo Iudas in loculis portabat pecuniam? Respõdebimus, rem paucum in usus suos conuertere, nefas putauit: nobisq; idem tribuit exemplum.

Cap. XVIII

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorũ?] Quod sæpe monui, etiam nunc obseruandum est. Causæ quærendæ sunt singulorum domini dictorum atq; factorum. Post inuentum staterem post tributa reddita: quid sibi uult apostolorum repentina interrogatio? In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Quia uiderant pro Petro & domino idem tributum redditum: ex æqualitate precij, arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis esse prælatum: qui in redditione tributi domino fuerat cõparatus: ideo interrogãt: quis maior sit in regno cœlorum? Videns q; Iesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens: uult desiderium gloriæ, humilitatis contẽtione sanare. c ¶ Et aduocans Iesus paruulum, statuit eũ in medio eorum &c.] Vel simpliciter quem libet paruulũ: ut ætatem quæreret, & similitudinem innocẽtiæ demõstraret. Vel certe paruulũ statuit in medio eorũ seipsũ: q nõ ministrari sed ministrare uenerat: ut eis humilitatis tribueret exemplũ. Alij paruulum interpretantur spiritũ sanctum: quem posuerit in cordibus discipulorum, ut superbiam in humilitatem mutaret.

f ¶ Amẽ dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c.] Non præcipitur apostolis: ut ætatẽ habeant paruulorum, sed ut innocentiam, & quod illi per annos possident, hi possideant per industriã: ut malicia, non sapientia paruuli sint.

a 178 II

b 179 II

D g ¶ Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum &c.] Sicut iste paruulus, cuius uobis exemplum tribuo: nõ perseuerat in iracundia: non læsus meminit: non uidens pulchram mulierem delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur: sic & uos nisi talem habueritis innocentiam & animi puritatem, non poteritis regna cœlorum intrare. Siue aliter: Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Qui imitatus fuerit me & se in exemplum mei humiliauerit: ut tantum se deijciat, quantum ego deieci, formam serui accipiens: hic intrabit in regnum cœlorum. h ¶ Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit &c.] Qui talis fuerit ut Christi imitetur humilitatem & innocentiam, in eo Christus suscipitur. Et prudenter, ne cum delatũ fuerit apostolis, se putent honoratos, adiecit: non illos sui merito, sed magistri honore suscipiendos.

i ¶ Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis &c.] Nota quod qui scandalizatur, paruulus est: maiores enim scandala non recipiunt. k ¶ Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris &c.] Quanquam hæc generalis possit esse sententia aduersus omnes qui aliquem scandalizant: tamen iuxta consequentiam sermonis, etiam contra apostolos dictum intelligi potest: qui interrogando quis maior esset in regno cœlorum, uidebantur inter se de dignitate cõtendere: & si in hoc uitio permansissent, poterant eos quos ad fidem uocabant, per suum scandalum perdere, dum apostolos uiderent inter se de honore pugnare. Quod autem dixit: Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius: Secundum ritum prouinciæ loquitur: quo maiorum criminum ista apud ueteres Iudæos pœna fuerit, ut in profundũ ligato saxo demergerentur. Expedit autem ei: quia multo melius est pro culpa breuẽ recipere pœnam, q; æternis

A seruari cruciatibus. Non enim uindicabit dominus bis in idipsum. a ¶ Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut ueniant scandala. Veruntamen uæ homini per quem scandalum uenit &c.] Non quod necesse sit ueniant scandala: alioquin sine culpa essent qui scandalum faciunt, sed cum necesse sit in isto mũdo fieri scãdala, unusquisq; suo uitio scandalis patet. Simul'q; per generalem sententiam per cuiũ Iudas, qui proditioni animum præparauerat. b ¶ Si autẽ manus tua uel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & proji ce abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi &c.] Necesse est qui dem uenire scandala: Væ tamen ei est homini: qui quod necesse est ut fiat in mundo, uitio suo facit ut perse fiat. Igitur omnis truncatur affectus, & uniuersa propinquitas amputat: ne per occasionem pietatis unusquisq; credentiũ scandalis pateat. Si, inquit, ita est quis tibi coniunctus, ut manus, pes, oculꝰ, & est utilis atq; sollicitus, & acutus ad perspicendum: scandalũ autem tibi facit, & propter dissonantiã morũ te pertrahit in gehennam: melius est ut & propinquitate eiꝰ, & emolumentis carnalibus careas: ne dum uis lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarum. Itaq; nõ frater, non uxor, non filij, non amici, non omnis affectus qui nos excludere potest à regno cœlorum, amori domini præponatur. Nouit unusquisq; credentium, quid sibi noceat: uel in quo sollicitetur animus ac sæpe tentetur. Melius est uitam solitariam ducere, q̃ ob uitæ præsentis necessaria, æternam uitam perdere. c ¶ Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum &c.] Supra dixerat per manũ, & pedem, & oculum, omnes propinquitates & necessitudines quæ scandalum facere poterant amputandas: austeritatem itaq; sententiæ, subiecto præcepto temperat, dicẽs: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis. Sic, inquit, præcipio seueritatem, ut commisceri clementiam doceam. Quantum in uobis est, nolite contemnere: sed per uestram: sed per uestram salutem etiam illorum quærite sanitatẽ. Sin autem perseuerantes in peccatis uideritis & uitijs seruientes: melius est solos saluos fieri q̃ perire cũ pluribus. Quia angeli eorum in cœlis uidẽt semper faciem patris. Magna dignitas animarum: ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Vndelegimus in Apocalypsi Ioãnis: Angelo Ephesi, Thyatiræ, & angelo Philadelphiæ, & angelo quatuor reliquarũ ecclesiarũ scribe hæc. Apostolus quoq; præcipit uelari capita in ecclesijs fœminarũ, ppter angelos. d ¶ Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in mon

Apoc.1.2.3

1.Cor.11.b

demergatur in profundum maris. Væ mundo à scãndalis. Necesse est enim ut ueniant scandala. Veruntamen uæ homini per quem scandalum uenit. c Si autẽm manus tua, uel pes tuus scandalizat te: abscide eũ, & proji ce abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proji ce abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare: quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. d Vidẽte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid uobis uidetur? e Si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & uadit quærere eam quæ errauit? Et si contigerit ut inueniat eã: amen dico uobis: quia gaudebit super ea magis q̃ super nonagintanouẽ, quæ non errauerũt. Sic nõn est uoluntas ante patrem uestrum qui in cœlis est: ut pereat unus de pusillis istis. f Si aũtem peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eũ inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuũ. g Si aũt te nõ audierit: adhibe tecũ adhuc unũ uel duos: ut in ore duorũ uel triũ testiũ stet omne uerbũ. Quod si nõ audierit eos, dic ecclesiæ. Si autẽ ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus

b 180 VI

c 181 X

d 182 V

e 183 V B

f 184 X

g

rius propositum, de quo dixerat: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, & docet idcirco parabolam positã, ut pusilli non contemnantur. In eo aũt quod dicit: Non est uoluntas ante patrem uestrum, ut pereat unus de pusillis istis: quotiẽs aliquis perierit de pusillis istis, ostenditur quod non uoluntate patris perierit. f ¶ Si autẽ peccauerit &c.] Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imò necessitatem: qua præcipitur, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem in deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Dicit enim scriptura diuina: Si peccauerit homo in hominẽ, rogabit pro eo sacerdos. Si autem in deũ peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos econtrario in dei iniuria benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Corripiendus est autem frater seorsum: ne si semel pudorem ac uerecũdiam amiserit, remaneat in peccato. Et si quidem audierit, lucrifacimus animam eius, & per alterius salutem, nobis quoq; acquiritur salus. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater. Quod si nec illum audierit, adhibeatur & tertius: uel corrigendi studio, uel conueniendi sub testibus. Porrò si nec illos audire uoluerit, tunc multis dicendum est: ut detestationi eum habeant, & qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. Quando autem dicitur: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus: ostenditur maioris esse detestationis: qui sub nomine fidelis agit opera infidelitũ: q̃ hi qui aperte gentiles sunt. Publicani enim uocãtur secundũ Tropologiam, qui seculi sectantur

Philip.2.a

Luc.15.f

D

ethnicus & publicanus.[h] Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erũt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. [i] Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. [k] Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usq; septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagiessepties. [l] Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari et uxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centũ denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem cõserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde, & uenerunt & narrauerũt domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tunc uocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet uniuersum debitum: Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Cap. XIX

Et factum

A sectantur lucra, & exigunt uectigalia per negociationes & fraudes, ac furta sceleratáq; periuria. a ¶ Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.] Quia dixerat, si autem ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & poterat cõtẽptoris fratris hæc occulta esse respõsio uel tacita cogitatio: si me despicis, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: Potestatẽ tribuit apostolis, ut sciãt qui à talibus condemnãtur, humanam sententiam diuina sentẽtia roborari, & quodcũq; ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo.

b ¶ Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis cõsenserint super terrã de omi re quancunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est &c.] Omnis supra sermo nos ad cõcordiam prouocarat. Igitur & præmiũ pollicet, ut sollicitius festinem⁹ ad pacem, cũ se dicat inter duos B & tres medium fore: Iuxta illud exemplũ tyrãni, qui duos amicos captos, cum un⁹ ad uisendã matrẽ reuertisset, & amicum ꝓ se uadem dedisset, sic ꝓbare uoluit, ut uno tento, alterum dimitteret: Cumq; reuertisset ad condictam diẽ, admirans amborum fidẽ, rogauit ut se haberent tertium. Possumus & hoc spiritualiter intelligere, quod ubi spiritus & anima corpusq; cõsenserint, & nõ inter se bellum diuersarũ habuerint uoluntatum, carne concupiscente aduersus spiritum, & spiritu aduersus carnem, de omni re quam petierint, impetrent à patre. Nulliq; dubium quin bonarum rerũ postulatio sit, ubi corpus ea uult habere quæ spiritus.

c ¶ Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittã ei &c.] Hæret sibi sermo dominic⁹, & in modum funiculi triplicis, rumpi non potest. Supra dixerat: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, & adiecerat: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, & præmium repromiserat, dicens: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re impetrabunt quã petierint, & ego ero in medio eorum. Prouocat⁹ apostolus Petrus interrogat quotiens fratri in se peccanti dimittere debeat, & cum interrogatione profert sententiam, usque septies. Cui respondit Iesus: Non usque septies, sed usq; septuagiessepties, id est quadringẽtis nonaginta uicib⁹, ut totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ille C peccare non possit. d ¶ Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis.] Familiare est Syris & maxime Palæstinis ad omnẽ sermonem suũ parabolas iũgere, ut qd' per simplex præ- h 185 VII ceptum teneri ab auditoribus nõ potest, per similitudinem exẽpláq; teneat. Præ- i 186 X cepit itaq; Petro sub comparatiõe regis & domini, & serui, q debitor decem milium k 187 V talentorum, à domino rogãs, ueniã impetrauerat, ut ipse quoque dimittat conseruis suis minora peccantibus. Si enim ille l 188 X rex & dominus seruo debitori decem milia talentorum tam facile dimisit, quãto magis serui cõseruis suis debẽt minora dimittere? Quod ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo: Si quis nostrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegiũ, maiora crimina decẽ milium talentorum, ro- D gantibus dimittũtur, si & ipsi dimittãt minora peccãtibus. Sin autem ob factã contumeliam simus implacabiles, & ꝓpter amarum uerbũ perpetes habeamus discordias, nonne nobis uidemur recte redigendi in carcerem, & sub exẽplo operis nostri hoc agere, ut maiorum nobis delictorum uenia nõ relaxetur. e ¶ Et cum cœpisset rationem ponere, oblat⁹ est ei unus qui debebat decẽ milia talenta. Cum autẽ non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari & uxorẽ eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicẽs &c.] Scio quosdam istum qui debebat decem milia talenta, diabolum interpretari, cuius uxorem & filios uenundatos perseuerante illo in malicia, insipientiam & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut enim iusti uxor, dicitur sapientia: sic uxorem iniusti & peccatoris, appellari stulticiam. Sed quomodo ei dimittat dominus decem milia talenta, & ille nobis conseruis suis centũ denarios non dimiserit: nec ecclesiasticæ interpretatiõis est, nec à prudentibus uiris recipiendæ. f ¶ Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusqsq; fratri suo &c.] Formidolosa sententia, si iuxta nostrã mentem sententia dei flectit atq; mutat. Si parua fratribus nõ dimittim⁹, magna nobis à deo nõ dimittent. Et qa potest unusqsq;

A dicere: nihil habeo contra eum, ipse nouit, habet deum iudicem: non mihi curæ est, quid uelit agere, ego ignoui ei: confirmat sententiam suam, & omnem simulationem fictæ pacis euertit, dicens: Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Cap. XIX

C rium secundarum coniugum, quæ uel ditiores, uel iuniores, uel pulchriores essent, primas uxores iterfici, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discordiam, quàm odia & homicidia perseuerare. Simulq; considera, quod nō dixit: Propter duritiam cordis uestri permisit uobis deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolū, consiliū sit hominis, non imperiū dei. g ¶ Dico autem uobis, quia quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem &c.] Sola fornicatio ê quæ uxoris uincat affectū: imò cum illa unā carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, nō debet teneri, ne uirum quoq; sub male dicto faciat, dicente scriptura: Qui adulterā tenet, stultus & impius est. Vbicunq; est igitur fornicatio, & fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliqs calumniā faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundam prima uiuente non habeat. Quod enim dicit, tale est: Si nō propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis uxorem, quare expertꝰ infelices priores nuptias, nouarum te immittis periculo? Necnon quia poterat euenire, ut iuxta eandem legem, uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secūdum accipiat uirum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerat adultera opprobriū non timebat: secundo præcipitur uiro, quod si talem duxerit, sub adulterij sit crimine. h ¶ Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa homini &c.] Graue pondus uxorum est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si uaga, si iurgatrix, si maledica, tenenda erit huiusmodi? Volumus, nolumus, sustinenda est. Cū enim essemus liberi, uoluntarie nos subiecimus seruituti. Videtes ergo apostoli graue uxorum iugum, proferunt motū animi sui & dicunt: si ita est causa homini cum uxore, non expedit nubere. i ¶ Qui dixit illis: Non omnes capiunt &c.] Nemo putet sub hoc uerbo uel fatum, uel fortunam introduci, quod hi sunt uirgines, quibus à deo datum sit, aut quos quidam ad hoc casus adduxerit: sed his datum est qui petierūt, qui uoluerunt, ut qui acciperent, laborauerūt. Omni em petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur. k ¶ Sunt em eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibꝰ: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt propter regnum cœlorum.] Triplex genus est eunuchorum, duorum carnalium, & tertij spiritualis. Alij sunt qui de matris utero sic nascuntur. Alij quos uel captiuitas facit, uel deliciæ matronales. Tertij sunt qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorū: & qui cū possint esse uiri, propter Christū eunuchi fiunt, istis promittit præmiū: superioribus aūt qbus castimoniæ

1.Cor.7.b

Prou.18.d

D

¶ 189 VI ET factum est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa &c.] Et accesserūt ad eum pharisæi tentātes eū, & dicētes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa?] De Galilæa uenerat ad Iudæam, idcirco pharisæorum scribarumq; factio interrogat eum, utrū liceat homini dimittere uxorē suam qualibet causa, utqua si cornuto teneant eū syllogismo, & quodcunq; responderit, captioni pateat. Si dixe

b 190 II rit dimittēdas esse uxores qualibet ex causa, & ducendas alias,

c 191 X pudicitiæ prædicator sibi uidebitur docere contraria. Si autem responderit, non omnē ob causam debere dimitti, quasi sa

B crilegij reus tenebit: & aduersus doctrinā Moysi ac p Moysen dei facere iudicabit. Igitur dominꝰ sic responsionem temperat, ut decipulam eorum transeat: scripturam sanctam adducēs in testimonium, & naturalem legem, primamq; dei sententiā secundæ opponens, quæ non uoluntate dei, sed peccantiū necessitate concessa est. b ¶ Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos?] Hoc in exordio Geneseos scriptum est. Dicendo autem masculum & fœminam, ostendit secunda uitāda coniugia. Non enim ait, masculum & fœminas, quod ex priorū repudio quærebatur, sed masculum & fœminā, ut unius coniugis consortia necterētur. c ¶ Et dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ.] Similiter ait, adhærebit uxori suæ, non uxoribus. Et erunt duo in carne una. Præmium nuptiarum, è duobus unam carnem fieri. Castitas iuncta spiritui, unus efficitur spiritus. d ¶ Quod ergo deus coniunxit, homo nō separet &c.] Deus coniunxit, unam faciendo carnem uiri & fœminæ, hanc homo non potest separare, nisi forsitan solus deus. Homo separat, quando propter desiderium secundæ uxoris, primam dimittit. Deus separat qui & cōiunxerat, quando ex consensu propter seruitutē deꝰ eo quod tempus in arto sit: sic habemus uxores, quasi nō habentes.

1.Cor.7.e e ¶ Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere?] Aperiunt calumniam quam parauerant. Et certe dominus non propriam sententiam protulerat, sed ueteris historiæ & mandatorum dei fuerat recordatus. f ¶ Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiā cordis uestri p̄misit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic.] Quod dicit istiusmodi est:

Deut.24.a Nunquid potest deus sibi esse contrarius, ut aliud ante iusserit, & sententiā suam nouo frangat imperio? Non ita sentiendum est: sed Moyses cum uideret, propter deside-

ET factū est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicētes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa? Qui respondēs, ait eis: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & fœminā fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. b Dico autem uobis, quia quicūq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. c Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa homini cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiūt uerbum istud, sed quibus datū est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi q facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Tunc

A castimoniæ necessitas non uoluntas est, nihil omnino debetur. Possumus & aliter dicere. Eunuchi sunt ex matris utero, qui frigidioris naturæ sunt, nec libidinem appetentes. Et alij qui ab hominibus fiunt, quos aut philosophi faciunt, aut propter idolorũ cultum emolliuntur in fœminas, uel persuasione hæretica simulant castitatẽ, ut mentiantur religionis ueritatem. Sed nullus eorũ cõsequitur regna cœlorũ, nisi qui se castrauerit ꝓpter Christũ. Vnde & ifert: Qui potest capere capiat, ut unusquisq; cõsideret uires suas, utrũ possit uirginalia & pudicitiæ iplere præcepta. Per se eñ castitas blãda ẽ, & quẽlibet ad se alliciens. Sed considerandæ sunt uires, ut q̃ potest capere, capiat. Quasi hortantis uox dñi est, & milites suos ad pudicitiæ præmiũ concitantis. Qui potest capere capiat: qui potest pugnare, pugnet, superet ac triumphet. a ¶ Tũc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret, discipuli autem increpabãt eos.]

B Non quo nollent eis saluatoris & manu & uoce benedici, sed q̃ necdum habẽtes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem hominum, offerentium importunitate lassari.

b ¶ Sinite paruulos, & nolite prohibere eos ad me uenire, talium est enim regnum cœlorum.] Significanter dixit talium, non istorum, ut ostenderet nõ ætatem regnare sed mores, & his quos similem haberẽt innocentiam & simplicitatem, præmium repromitti. Apostolo quoq; in eandem sententiam congruente: Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote, sensu autẽ ut perfecti sitis. c ¶ Et ecce unus accedẽs, ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam æternã &c.] Iste qui interrogat quomodo uitam cõsequatur æternam, & adolescens & diues est & superbꝰ, & iuxta alium euangelistam, non uoto discentis, sed tentãtis interrogat.

d ¶ Quid me ĩterrogas de bono? Vnus est bonꝰ deus.] Qui magistrum uocauerat bonum, & non deum, uel dei filium confessus erat: discit quamuis sanctum hominem cõparatione dei non esse bonum, de quo dicitur: Confitemini domino quoniã bonus. Ne quis autem putet in eo quod bonus deus dicitur, excludi à bonitate filiũ dei, legimus in alio loco: Pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Et in propheta: Spiritũ bonum, terrãq; bonam. Igitur & saluator non bonitatis testimonium renuit, sed magistri absq; deo excluſit errorem. e ¶ Si autem uis ad uitam ingredi, serua mãdata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non furtum facies. Nõ falsum testimonium &c.] Adolescentem istum tentatorẽ esse, & ex eo probare possumus, quod dicente sibi domino: si uis ad uitam ingredi, serua mandata: rursum fraudulenter interrogat quæ sint illa mandata, quasi nõ ipse legerit, aut dominus possit deo iubere contraria. f ¶ Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest?] Mentitur adolescens. Si enim hoc quod positũ est in mandatis: Diliges proximũ tuum sicut teipsum, opere complesset, quomodo postea audiens: Vade & uende quæ habes, & da pauperibus, tristis recessit, quia habebat possessiones multas?

g ¶ Si uis perfectus esse, uade & uende quæ habes & da pauperibus &c.] In potestate nostra est utrum uelimus esse perfecti. Tamen quicunq; perfectꝰ esse uoluerit, debet uendere quæ habet, & nõ ex parte uẽdere, sicut Ananias fecit & Sapphira, sed totum uendere, & cũ uendiderit oñe dare pauperibꝰ, & sic sibi præparare thesaurũ in regno cœlorũ. Et hoc ad perfectionem non sufficit, nisi post contemptas diuitias, saluatorem sequatur: id est, relictis malis faciat bona. Facilius enim sacculus contemnit̃ quam uoluptas. Multi diuitias relinquentes, dominũ nõ sequuntur. Sequitur autem dominũ, qui imitator eiꝰ est, & per uestigia illius graditur. Qui enim dicit se ĩ Christo credere, debet q̃modo ille ambulauit & ipse ambulare. b ¶ Abijt tristis, erat eñ habens multas possessiones.] Hæc est tristicia quæ ducit ad mortẽ. Causaq; tristiciæ redditur, quod habuerit multas possessiones: id est spinas & tribulos quæ sementem dominicam suffocauerint. i ¶ Iesus autẽ dixit discipulis suis: Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum.] Et quomodo Abraham, Isaac & Iacob diuites intrarunt in regnum cœlorum: & in euangelio Matthæus & Zachæus diuitijs derelictis, domini testimonio prædicantur? Sed considerandum quod eo tempore quo intrauerunt, diuites esse desierunt. Tam diu ergo non intrabunt, quãdiu diuites fuerint. Et tamen quia difficulter diuitiæ cõtemnuntur, non dixit: Impossibile est diuites intrare in regnum cœlorum, sed difficile. Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. k ¶ Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis aũt his discipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus dixit illis: Apud &c.] Hoc dicto ostenditur nõ difficile esse, sed impossibile. Si enim quomodo camelus non potest intrare per foramen acus, sic diues intrare nõ potest in regna cœlorum, nullus diuitũ saluus erit. Sed si legamus Esaiã quomodo cameli Madiã & Epha ueniãt Hierusalẽ cum donis atq; muneribus: & qui prius curui erant & uitiorum prauitate distorti, ingrediãtur portas Hierusalem: uidebimꝰ q̃modo & isti cameli qbus diuites cõparant̃, cũ deposuerint grauẽ sarcinã peccatorũ, & totius corporis prauitatẽ, intrare possint per angustã portã & artam uiam

d 192 II
e 193 II
f 194 II
g 195 II
D
Act.5.a
Luc.19.a
Esa.60.a

a 1.Cor.14.d
Mar.10.c
Psal.117.d
Ioan.10.b
Psal.142.c

A uiam quæ ducit ad uitam. Interrogantibus autem discipulis, & admirantibus austeritatē dicti, quis ergo saluus fiet: clementia sua seueritatem sententiæ temperauit, dicens: Quæ apud homines impossibilia, apud deū possibilia sunt. a ¶ Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumꝰ te, qd ergo erit nobis.] Grandis fiducia: Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat: & tamē loquitur confidenter, reliquimus omnia. Et quia non sufficit tātum relinquere, iūgit quod perfectum est, & secuti sumus te. Fecimus quod iussisti, quid igitur nobis dabis prǽmijs? b ¶ Iesus autē dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me.] Non dixit, qui reliquistis oīa: hoc enim & Socrates fecit philosophus, & multi alij diuitias contempserūt, sed q̄ secuti estis me, quod proprie apostolorum est atq; credentium. In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, quādo & mortui de corruptione resurgent incorrupti, sedebitis & uos in solijs iudicantium, condemnātes duodecim tribus Israel, quia uobis credentibus illi credere noluerunt. c ¶ Et omnis qui reliquerit domū, uel fratres aut sorores &c.] Locus iste cum illa sententia cōgruit, in qua saluator loquitur: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem à patre suo, & matrem à filia, & nurum à socru, & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidem Christi & prædicationem euangelij omnes affectus contempserint, atq; diuitias & seculi uoluptates, isti centuplum recipient, & uitam æternam possidebunt. Ex occasione huius sententiæ, quidam introducunt mille annos post resurrectionē, dicentes tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & uitam æternam esse reddendam, non intelligentes quod si in cæteris digna sit repmissio, in uxoribus appareat turpitudo, ut qui unam pro domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui ita erunt, quasi in paruo numero centenarius numerus comparetur. Vnde dicit & Apostolus, qui unā tantū domū & unius prouinciæ paruos agros dimiserat. Quasi nihil habētes & oīa possidentes. Cap. xx

S Imile est regnū cœlorū homini patrifamilias &c.] Parabola ista uel similitudo regni cœlorum, ex his quæ præmissa sunt intelligitur. Scriptum est enim ante eam: Multi erūt primi nouissimi, & nouissimi primi. Non tempore differente domino, sed fide: Dicitq; patremfamilias primo mane exisse ut conduceret operarios in uineam suam, & precium operis constituisse denarium. Deinde egressum circa horam tertiam uidisse alios stantes in platea ociosos, & illis nequaq; denarium, sed quod iustū est fuisse pollicitū. Sexta quoq; hora & nona fecisse similiter. Vndecima autē inuenisse alios stantes, qui tota die ociosi fuerant, & misisse eos i uineā. Cum autē sero factū esset præcepisse procuratori suo, ut à nouissimis inciperet reddere: hoc est, ab operarijs horæ undecimæ usq; ad operarios horæ primæ, oīesq; pariter contra nouissimos inuidia concitatos, iniquitatē arguisse patrisfamilias. Nō quod minus acceperint q̄ fuerat constitutū, sed quod plus accipere uoluerint his in quos se clementia cōductoris effuderat. Mihi uidētur primæ horæ esse operarij, Samuel & Hieremias & baptista Ioannes, qui possunt cum psalmista dicere: Ex utero matris meæ deus meus es tu. Tertiæ uero horæ operarij sunt, q̄ à pubertate seruire deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate susceperunt iugum Christi. Nonæ, q̄ iam declinant ad senium. Porrò undecimæ, qui ultima senectute, & tamen oīes pariter accipiunt prǽmium, licet diuersus labor sit.

apud deum autē omnia possibilia sunt. b Tūnc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? i Iesus aūtē dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos sup sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. k Et ōmnis qui reliquerit domū uel fratres aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut uxorē, aut filios, aut agros, propter nomen meū, centuplū accipiet, & uitam æternā possidebit. l Multi aūt erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Cap. xx

S Imilē est regnum cœlorū homini patrifamilias qui exijt primo mane cōducere operarios in uineā suā. Conuentione aūt facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in uineā suam. Et egressus circa horam tertiam, uidit alios stātes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineā meā, & q̄d iustū fuerit dabo uobis. Illi aūt abierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimā uero exijt, & inuenit alios stātes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis usq; ad primos. Quum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes aūt & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portauimus

Sunt qui hanc parabolam aliter differāt. Prima hora uolunt missum esse in uineā Adā, & reliquos patriarchas, usq; ad Noe. Tertia, ipsum Noe usq; ad Abraham, & circuncisionem ei datam. Sexta ab Abraham usq; ad Moysen, quādo lex data est: Nona, ipsum Moysen & prophetas. Vndecima, apostolos & gentium populum quibus omnes inuident. Vnde hoc ipsum intelligens post horam iam undecimam, quum esset propè solis occasum & ad uesperam, Ioannes euangelista loquitur: Filioli mei nouissima hora est. Et simul considera quod iniusticiam patrisfamilias, quam in undecimæ horæ operarijs omnes pariter accusant, in seipsis non intelligunt. Si enim iniquus est paterfamilias, non in uno iniquus est, sed in omnibus: quia non sic laborauit tertiæ horæ operarius, quomodo ille qui prima hora est missus in uineam. Similiter & sextæ horæ operarius, minus laborauit tertiæ horæ operario, & nonæ, sextæ horæ operario. Omnis itaque retro uocatio gentibus inuidet, & in euangelij torquetur gratia. Vnde & saluator concludens parabolam: Erunt, inquit, primi nouissimi, & nouissimi primi: Quod Iudæi de capite uertantur in caudam, & nos de cauda mutemur in caput.

Amice

portauimus pondus diei et æstus? At ille respõdens uni eorum, dixit: Amicè non facio tibi iniuriam. Nonnè ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt & uade. Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Sic erũt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi. [b] Et aſcẽdens Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendũ & flagellandum & crucifigendũ, & tertia die reſurget. [c] Tũc ácceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filij mei, unus ad dexterã tuam, & unus ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpõdẽns aũt Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Põteſtis bibere calicẽ quem ego bibiturus ſum? Dicũt ei: Poſſumus. Ait illis: Cálicẽ quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam & ſiniſtram, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratũ eſt à patre meo. [d] Et aũdiẽtes decem indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus aũt uocauit eos ad ſe, & ait: Scitis qa principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter uos, ſed quicunque uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter. Et qui uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter

A a ¶ Amice non facio tibi iniuriam.] Legi in cuiuſdam libro: amicum iſtum qui increpatur à patrefamilias, primæ horæ operarium, protoplaſtum intelligi, & eos qui illo tempore crediderunt. b ¶ Nõne ex denario &c.] Denarius figuram regis habet. Recepiſti ergo mercedem quam tibi promiſerã: hoc eſt imaginẽ & ſimilitudinem meam, quid quæris amplius, & non tã ipſe plus accipere quàm alium nihil accipere deſideras, quaſi alterius conſortio minuatur præmij meritũ? c ¶ Tolle quod tuũ eſt &c.] Iudæos intellige, non gratia ſed opere ſaluatos. Qui enim fecerit eam, uiuet in ea. Vnde dicitur ad eum: d ¶ An oculus tuus nequã &c.] Idipſum ſonat & illa Lucæ parabola, ubi maior filius minori inuidet, & nõ uult eũ recipi pœnitentem, & patrẽ accuſat iniuſticiæ. Et ut ſciamus hunc eſſe ſenſum quem diximus, titulus parabolæ huius finiſcꝫ conſentiũt. Sic erunt, inquit, nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi. e ¶ Et aſcendẽs Ieſus Hieroſolymã &c.] Crebro hoc ipſum diſcipulis dixerat, ſed quia multis in medio diſputatis poterat labi de memoria qd audierant: iturus Hieroſolymã, & ſecum ducturus apoſtolos, ad tentationem eos parat, ne cum uenerit perſecutio & crucis ignominia, ſcandalizentur. f ¶ Tunc acceſſit &c.] Vnde opinionem regni habet mater filiorum Zebedæi, ut cum dominus dixerit: filius hominus tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendum & flagellandũ & crucifigendum, & ignominiam paſſionis timentibus diſcipulis nunciaret, illa gloriam poſtulet triũphãtis? hac ut reor ex cauſa, quia poſt oĩa dixerat dñs, & tertia die reſurget: putauit eum mulier poſt reſurrectionem ilico regnaturũ: & hoc quod in ſecundo aduentu promittitur, in primo eſſe cõplendũ, & auiditate fœminea præſentia cupit, immemor futurorum. Quod autem interrogat dominus, & illa petente reſpondit: qd uis? nõ uenit de ignorantia, ſed ex eius perſona dicitur qui flagellãdus & crucifigendus erat, quomodo & in hæmorrhouſa: Quis me tetigit? Et de Lazaro: Vbi poſuiſtis eum? In ueteri quoq; teſtamento: Adã ubi es? Et deſcendẽs uidebo ſi iuxta clamorem qui uenit ad me perficiãt: ſin autem non eſt, ut ſciam. Poſtulat autem mater filiorum Zebedæi errore muliebri & pietatis affectu, neſciẽs quid peteret. Nec mirum ſi iſta arguatur imperitiæ, cum de Petro dicatur, quãdo tria uult facere tabernacula: Neſciens quid diceret. g ¶ Reſpondens autem Ieſus dixit: Neſcitis quid petatis.] Mater poſtulat, & dominus diſcipulis loquitur, intelligens preces eius ex filiorum deſcendere uoluntate. b ¶ Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Calicem in ſcripturis diuinis, paſſionem intelligimus, iuxta illud: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et in pſalmo: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiã, & nomen domini inuocabo. Statimꝫ infert quis iſte ſit calix. Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius. i Ait illis: calicem quidem meũ bibetis &c.] Quærit quomodo calicẽ martyrij filij Zebedæi, Iacobus uidelicet & Ioannes biberint, cum ſcriptura narret Iacobum tantum apoſtolum ab Herode capite trũcatum: Ioannes autem propria morte uitam finierit. Sed ſi legamus eccleſiaſticas hiſtorias, in quibus ferẽ, quod & ipſe propter martyriũ ſit miſſus in feruentis olei dolium, & inde ad ſuſcipiendam coronã Chriſti athleta proceſſerit: ſtatimꝫ relegatus in Pathmos inſulam ſit, uidebimus martyrio animũ non defuiſſe, & bibiſſe Ioannem calicẽ confeſſionis, quẽ & tres pueri in camino ignis biberunt: licet perſecutor nõ fuderit ſanguinem. Quod autem dicit, ſedere ad dexterã meam & ſiniſtrã, non eſt meũ dare uobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo, ſic intelligendũ eſt: Regnum cœlorum nõ eſt dantis, ſed accipientis. Non eſt enim acceptio perſonarum apud deum, ſed quicunꝫ talem ſe præbuerit ut regno cœlorum dignus fiat: hic accipiet, quod non perſonæ ſed uitæ paratum eſt. Si itaꝫ tales eritis qui conſequamini regnum cœlorum, quod pater meus triumphantibus & uictoribus præparauit, uos quoꝫ accipietis illud. Alij de Moyſe & Helia dictũ uolunt, quos paulo ante in monte cum eo uiderant loquentes, ſed mihi nequaquam uidetur. Ideo enim ſedentium in regno cœlorum uocabula non dicuntur, ne paucis nominatis, cæteri putarentur excluſi. k ¶ Et audiẽtes decem indignati ſunt de duobus fratribus.] Decem apoſtoli non indignantur matri filiorũ Zebedæi, nec ad mulieris audaciam referunt poſtulantis, ſed ad filios, quod ignorantes menſuram ſuam, immodica cupiditate exarſerint, quibus & dominus dixerat: Neſcitis quid petatis. Subintelligitur autem uel ex reſpõſione domini, uel ex indignatione apoſtolorum, quod filij matrem immiſerint ad grandia poſtulanda. l ¶ Ieſus autem uocauit eos ad ſe & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores &c.] Humilis magiſter & mitis, nec cupiditatis ĩmodicæ duos arguit poſtulantes: nec decẽ reliquos indignatiõis increpat & liuoris, ſed talem ponit exemplũ, quo doceat eum maiorẽ eſſe q minorem fuerit: & illũ dñm fieri q omniũ ſeruus ſit. Fruſtra igitur

aut illi

Pſal. 115. a

b 201 II

c 202 VI

D

d 203 II

Luc. 8. f
Ioan. 11. d
Gen. 3. b
Ibidem 18. c
Marc. 9. a

A aut illi immoderata quæſierant, aut iſti dolent ſuper ma iorum deſiderio, cum ad ſummitatem uirtutum non po tētia ſed humilitate ueniatur. Deniq; ſui proponit exem plum, ut ſi dicta paruipenderent, erubeſcerent ad ope ra, & dicit: a ¶ Sicut filius hominis non uenit miniſtra ri ſed miniſtrare etc.] Nota quod crebro di

e 204 IIII ximus, eum qui mini ſtrat, appellari filium hominis. b ¶ Et da

f 205 II re animā ſuā redem ptionē pro multis.] Quando formam ſer ui accepit, ut p mun do ſanguinem funde ret. Non dixit animā ſuam redemptionem dare pro oīnibus, ſed pro multis: id eſt, pro his qui credere uolue rint. c ¶ Et egredien tibꝰ illis ab Hiericho, ſecuta eſt eum turba multa &c.] Multi la

a 206 II trones erant in Hieri cho, qui egrediētes & deſcendentes de Hie ruſalem, interficere & uulnerare conſueue rāt. Idcirco dominus uenit Hiericho cū di ſcipulis ſuis, ut libe ret uulneratos & mul

b 207 VII tam turbā ſecum tra hat. Deniq; poſtquā egredi uoluit ab Hie richo, ſecuta eſt eum turba multa. Si man

B c 208 II ſiſſet Hieroſolymis & nūquam ad humilia deſcēdiſſet, turba uſq; hodie ſederet in tene bris & umbra mortis. Sed & duo cæci erant iuxta uiam.

Pſal.35.c Cæcos appellat qui necdum dicere poterant: In lumine tuo uidebimus lumen. Secus uiam, quia uidebātur qui dem legis habere noticiā, ſed uiam quæ Chriſtꝰ eſt igno rabant, quos plericq; phariſæos intelligūt & Saducæos: alij uero utrunq; populum, & ueteris teſtamenti & noui: quod alter ſcriptam legem, alter naturalem ſequens, ſine Chriſto cæcus erat. Hi quia per ſe uidere non poterant, audierunt præconia ſaluatoris, & cōfeſſi ſunt filium Da uid. Sin autem utercq; cæcus refertur ad populū Iudæo

Rom.11.b rum, hoc quod ſequit: Increpabat eos turba, ſup ethni cis intelligendum eſt, quos apoſtolus monet ne glorien tur & ſuperbiant contra radicem ſuam, ſed cum ipſi er rore priorū inſerti fuerint ex oleaſtro in bonam oliuam, nequaquam debeant inuidere priorum ſaluti. Miſerere noſtri filij Dauid. Increpantur à turbis, & nihilominus non tacent, ſed crebrius idipſum ingeminant, ut deſide rium plenum ueræ lucis oſtendant. d ¶ Et ſtetit Ieſus, & uocauit eos, & ait.] Cæci erant, quò pergerent ignora bant, & ſequi non poterant ſaluatorem. Multæ foueæ in Hiericho, multæ rupes & prærupta in profundū uergen tia: idcirco dominus ſtat, ut uenire poſſint: & uocari iu bet, ne turbæ prohibeant: & interrogat quaſi ignorans quid uelint, ut ex reſponſione cæcorum manifeſta debili tas pateat, & uirtus ex remedio cognoſcatur. e ¶ Miſer tus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum, & cōfeſi im uiderunt, & ſecuti ſunt eum.] Tangit oculos, & præſtat artifex quod natura non dederat. Aut certe quod debili tas tulerat, donat miſericordia. Statimq; uiderunt & ſe cuti ſunt eum. Qui ante in Hiericho contracti ſedebant,

uester seruus.[c] Sicut filius hominis non uenit miniſtra ri, ſed miniſtrare: Et dare animam ſuam redemptionem pro multis.[f] Et egrediētibus illis ab Hiericho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus uiam, audierunt quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt, dicentes: Domine miſerere noſtri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miſere noſtri fili Dauid. Et ſtetit Ieſus & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. Et confeſtim uiderunt, & ſecuti ſunt eum. Cap. XXI

ET cum appropinquaſſet Hieroſolymis, & uenisſet Bethphage ad montem oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum quod contra uos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam et pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis uobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.[b] Hoc autem factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.[c] Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerūt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos ueſtimēta ſua, & eum deſuper ſedere fecerūt.] Hoc autem factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi māſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.] Hoc in propheta Zacharia ſcriptū eſt, de quo plenius, ſi uitæ ſpacium fuerit, in ſuo dicetur loco. Nūc ſtringendum breuiter, q; ſecundum literam in paruo itineris ſpacio ſuper utrunq; animal ſedere non quiuerit. Aut enim ſedit aſinæ, & pullus abſq; ſeſſore fuit: aut ſi pullo, quod magis competit, uſus eſt ad ſedendum, aſina ducta eſt libera. Ergo cum hiſtoria uel impoſſibilitatem habeat uel turpitudinem, ad altiora trāſmittimur, ut aſina iſta quæ ſubiugalis fuit, & edomita & iugum legis traxerat, ſynagoga intelligatur. Pullus aſinæ laſciuus & liber, gentium populus, quibus ſederit Ieſus, miſſis ad eos duobꝰ diſcipulis ſuis, uno in circumciſionem, & altero in gentes.

Zach.9.c

b ¶ Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit eis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua, & eum deſup ſedere fecerūt.] Pullus iſte & aſina, quibus apoſtoli ſternunt ueſtimenta ſua, ut Ieſus mollius ſedeat: ante aduentum ſaluatoris nudi erant, multisq; ſibi in eos dominatum uendicātibus, abſque operimento frigebant. Poſtquam uero ſuſcepere apoſtolicos

& clamare tantū nouerant, poſtea ſequuntur Ieſum, non tam pedibus quàm uirtutibus. Cap. XXI

ET cum appropinquaſſet Hieroſolymis, & uenisſet in Bethphage ad montem oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos ſuos, dicens eis: Ite in caſtellum quod contra uos eſt &c.] Egreditur de Hiericho, turbis eductis inde quā plurimis, & cæcis redditа ſanitate appropinquat Hieroſolymis, magnis ditatus mercibꝰ, ſalute credentiū reddita, ingredi cupit urbem pacis, & locū uiſionis dei, & arcem ſpeculatorij. Cūq; appropinquaret Hieroſolymis, & ueniſſet Bethphage ad domū maxillarū, qui ſacerdotum uiculus erat, & confeſſionis portabat typum, & erat ſitus in monte oliueti, ubi lumē ſciētiæ, ubi laborum & dolorum requies, miſit duos diſcipulos ſuos θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν, id eſt, ſcientiam & operam, ut ingrederentur caſtellū. Dixitq; eis: Ite in caſtellum quod contra uos eſt. Contra apoſtolos enim erat, nec iugum doctrinarum uolebat accipere. Et ſtatim, inquit, inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi.

Alligata erat aſina multis uinculis peccatorum. Pullus quoq; laſciuus, & frenorum impatiens cum matre, ſecundum euangelium Lucæ, multos habebat dominos, non uno errori & dogmati ſubditos: & tamen multi domini qui ſibi poteſtatem illicitā uendicabāt, uidentes uerum dominum & ſeruos eius uenisſe, qui ad ſoluendum miſſi fuerant, non audent reſiſtere. Quæ ſit autem aſina & pullus aſinæ, dicemus in ſubditis. g ¶ Hoc autem factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi māſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.]

Luc.19.c

Pſal.44.b

A apostolicas uestes, pulchriores effecti, dominum habue re sessorem. Vestis autem apostolica, uel doctrina uirtu tum, uel edissertio scripturarū intelligi potest, siue eccle siasticorum dogmatum uarietates, quibus nisi anima in structa fuerit & ornata, sessorem habere dominum non meretur. a ¶ Pluri ma autē turba straue runt uestimēta sua in uia:] Videte differen tiā ūniuscuiusq; per sonæ. Apostoli uesti mēta sua super asinū ponūt: turba quæ ui lior est, substernit pe dib⁹ asini, necubi of fendat in lapidem, ne calcet spinā, ne laba tur in foueā. b ¶ Alij aūt cædebant ramos de arboribus & sterne bāt in uia.] De arbo ribus frugiferis, qui bus mons oliueti con situs est, cædebant ra mos sternebant q; in uia, ut praua recta fa cerent, & æquarent inæqualia, quo rectius atq; securius in corde credentium Christus dæmonum atq; uitiorum uictor incederet. c ¶ Turbæ autem quæ præcedebāt.] Quia manifesta est historia, spiritualem sequamur ordi nem disserendi. Turbæ quæ egressæ fuerāt de Hiericho, & sequutæ sunt saluatorem ac discipulos eius, postquam pullum asinæ solutum uiderunt, qui ante ligatus fuerat, & apostolorum uestibus exornatum, & sedentem super eum dominum Iesum, supposuerunt uestimenta sua, & strauerunt uiam ramis arborum. Cum q; opere cuncta
B fecissent, uocis quoq; tribuūt testimonium, & præceden tes atq; sequentes non breui atq; silenti confessione, sed clamore plenissimo resonant: Osanna filio Dauid, bene dictus qui uenit in nomine domini. Quod autem dicit: Turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur, utrunq; ostendit populū, & qui ante euangeliū, & qui post euan gelium domino crediderunt, consona Iesum cōfessionis uoce laudare: & secundum superioris parabolæ exem plum diuersarum horarum operarios, unum fidei acci pere præmium. Porro quod sequitur: Osanna filio Da uid, quid significet, & ante annos plurimos in breui epi stola ad Damasum tunc Romanæ urbis episcopum di xisse me memini, & nunc perstringam breuiter. In cente simo decimoseptimo psalmo, qui manifeste de aduentu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoq; legim⁹: La pidem quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, hoc est mirabi le in oculis nostris. Hæc est dies quā fecit dominus, exul temus & lætemur in ea. Statimq; iūgitur: O domine sal uum me fac: O domine bene prosperare. Benedict⁹ qui uenit in nomine dñi: benedixim⁹ uobis de domo domi ni, & cætera. Pro eo quod habetur in Lxx. interpretib⁹, ὦ κύριε σῶσον δή, id est: O domine saluum fac. In Hebræo le gimus: אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא quod manifestius in terpretatus est Symmachus, dicens: Obsecro domine sal uum me fac, obsecro. Nemo ergo putet ex duobus uer bis, Græco uidelicet & Hebræo sermone esse compositū, sed totum Hebraicū, & significare quod aduentus Chri sti salus mundi sit. Vnde & sequitur: Benedictus qui ue nit in nomine domini. Saluatore quoq; id ipsum in euan
Ioan.5.g gelio cōprobante: Ego ueni in nomine patris mei, & non me recepistis. Alius ueniet in noīe suo, & recipietis eum. Necnon quod iungitur: Osanna, id est, salus in excelsis: perspicue ostenditur, quod aduentus Christi non tantū
Phil.2.b hominum salus, sed totius mundi sit, terrena iungēs cœ lestibus: Vt omne genu et flectatur cœlestiū, terrestrium & infernorum. d ¶ Et cum intrasset Hierosolymā, com C mota est uniuersa ciuitas, dicēs: Quis est hic?] Introeun te Iesu cum turba, tota Hierosolymorum ciuitas commo uetur, mirans frequentiam, nesciens ueritatem & dicens: Quis est hic? Quod quidem in alio loco dicētes angelos legimus: Quis est iste rex gloriæ? Alijs autē uel ambigētibus uel interrogantibus, uilis plebecula confitetur, à minorib⁹ incipiēs, ut ad maiora perue niat, & dicit: e ¶ Hic est Iesus ꝓpheta à Na zareth Galilææ &c.] Propheta, quē & Mo ses similem sui dixe rat esse uenturum, & qui ꝓprie apud Græ cos scribitur cum τοῦ ἄρθρου μαρτυρίας, id est, cū articuli testimonio. A Nazareth autē Ga lilææ, quia ibi educa tus fuerat, ut flos cam pi nutriretur in flore uirtutum. f ¶ Et intrauit Iesus in templum dei.] Co mitatus Iesus turbam credentium, quæ uestimenta sua ut illæso pede pull⁹ incederet, strauerat: ingreditur tem plum, & ejcit omnes qui uendebant & emebant in tem plo, mēsasq; nummulariorū subuertit, & cathedras uen dentiū columbas dissipauit, dixitq; eis de scripturis san ctis testimoniū proferens, quod domus patris eius, ora tionis domus esse deberet, nō spelunca latronum, uel do mus negociationis: sicut in alio euāgelista scriptum est. Et hoc primum sciendum, quod iuxta mādata legis, au gustissimo in toto orbe templo domini, & de cunctis pe nè regionibus Iudæorum illuc populo confluente, innu merabiles immolabantur hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum: pauperibus ne absque sa crificio essent, pullos columbarum & turtures offerenti bus: accidebat plerunque, ut qui de longe uenerant, nō haberent uictimas. Excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia anima lia quibus opus erat ad sacrificia, uendebāt, ut & uende rent non habentibus, & ipsi rursum empta susciperent. Hanc stropham eorum crebra uenientium inopia dissi pabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed ne unde emerent quidem aues & ui lia munuscula. Posuerūt itaque & nummularios qui mu tuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, ut nemo usuras acciperet, & prodesse nō po terat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, &
Deut.23.d interdum sortem perderet, excogitauerūt & aliam tech nam, ut pro nummularijs colybistas facerent, cuius uer bi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colyba di cuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, uel ui lia munuscula: Verbi gratia: frixi ciceris, uuarū q; passa rum, & poma diuersi generis. Igitur quia usuras accipe re non poterant colybistæ, qui pecuniam fœnerati erāt, pro usuris accipiebāt uarias species, ut quod nō in num mo licebat, in his rebus exigerent quæ nummis coemun tur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit, dicens:
Ezech.22.c Vsuram & superabundantiam non accipietis. Istiusmo di dominus cernens in domo patris negociationem seu latrociniu, ardore spiritus concitatus: iuxta quod scri ptum est in sexagesimooctauo psalmo: Zelus domus tuæ comedit me: fecit sibi flagellum de funiculis, & tan tam hominum multitudinem eiecit de templo, dicens: Scriptum est, domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam spelūcam latronum. Latro enim est, & templum dei in latronum cōuertit specum, qui de

sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autēm tur ba strauerūt uestimenta sua in uia. Alij aūt cædebant ra mos de arboribus & sternebant in uia. d Turbæ aūtem quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabāt, dicen tes: Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomi né domini, osanna in excelsis. e Et quūm uenisset Hie rosolymam, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic ēst Iesus propheta à Nazareth Galilææ. f Et intrāuit Iesus in templū dei, & ejciebat omnes uendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras uendentium co lumbas euertit. Et dixit eis: Scriptum est: Domus mea, domus orationis uocabitur: uos autem fecistis illam spelūcam

Psal.23.b

d 209 I

e 210 X

f 211 I

religione sectatur, cultusq́ eius non tam cultus dei q̃ negociationis occasio est. Hoc iuxta historiam, cæterum secundum mysticos intellectus, quotidie Iesus ingreditur templum patris, & eiicit oñes tam episcopos & presbyteros & diaconos, quàm laicos, & uniuersam turbam de ecclesia sua, & unius criminis habet uendētes pariter & ementes. Scriptū est enim: Gratis accepistis, gratis date. Mensas quoque nūmulariorum subuertit. Obserua propter auariciam sacerdotū, altaria dei, nummulariorū mensas appellari. Cathedrasq́ uendentiū columbas euertit, quē dūt gratiam spiritus sancti, & omnia faciūt ut subiectos populos deuorent, de quibus dicitur: Qui deuorāt populum meum sicut escam panis. Iuxta simplicem intelligentiā, columbæ non erāt in cathedris, sed in caueis, nisi forte columbarum institores sedebant in cathedris. Quod penitus absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Quod de ecclesijs diximus, unusquisque de se intelligat. Dicit enim apostol⁹: Vos estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in uobis. Non sit in domo pectoris nostri negociatio: non ementium uendentiūq́ commercia, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suū, nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum & de domo negociationis, domum faciat orationis. a ¶ Et accesserūt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.] Nisi mensas nummulariorum euertisset, cathedrasq́ columbas uendentium, cæci & claudi lucem pristinam & concitum gradum non meruissent recipere. b ¶ Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamātes in templo, & dicentes &c.] Plerique arbitrātur maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus eit, quod cæcus ex utero lumen acceperit, quod ad Iordanem uox audita sit patris, quod trāsfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphātis. Mihi inter omnia signa quæ fecit, hoc uidet mirabilius esse, quod unus homo & illo tempore contemptibilis, & intantum uilis ut postea crucifigeretur, scribis & pharisæis cōtra se sæuiētibus & uidētibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli uerbera tantam efficere multitudinē, mensasq́ subuertere, & cathedras confringere, & alia facere quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam atq́ sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Cumq́ manum non audeant inijcere sacerdotes, tamen opera calumniantur, & testimonium populi atque puerorum qui clamabant: Osanna filio Dauid, uertunt in calumniam, quod uidelicet hoc nō dicatur nisi soli filio dei. Videant ergo episcopi & quamtumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur, si domino cui uere hoc dicebatur, quia necdum erat solida credentium fides, pro crimine impingitur. c ¶ Iesus autem dicit illis: utique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?] Quam immoderate sententiā temperat, & responsio utrunque uergens, & calumniæ non patens. Non dixit quod scribæ audire cupiebant, bene/

g 212 X
b 213 V
i 214 VI
k 215 VI
Psal.13.b
2.Cor.6.d
Marc.9.d

speluncam latronum. g **Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.** b **Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt. Et dixerunt ei: Audis quid isti dicūt? Iesus autem dicit eis: Vtiq́: Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? i Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibiq́ mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt. Et uidens ficī arborem unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum. Et ait illi: Nunq́ ex te fructus nascatur in sempiternū, & arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? k Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic**

niam, ibiq́ mansit.] Reliquit incredulos, & urbē egressus contradicentium, iuit Bethaniam, quod interpretatur domus obedientiæ: iam tunc uocationem gentiū præfigurās, ibiq́ mansit, quia in Israel permanere non potuit. Hoc quoque intelligendū est quod tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulato⁹ sit, ut in urbe maxima nullū hospitem, nullam inuenerit mansionem, sed in agro paruulo apd Lazarum sorores q̃ ei⁹ habitaret, eorum quippe uicus Bethania est. e ¶ Mane autem reuertens in ciuitatē, esurijt. Et uidens ficī arborem unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea &c.] Discussis noctis tenebris, matutina luce radiante, & uicina meridie, in qua dominus passione sua illustraturus erat orbem, cum in ciuitatem reuertere tur, esurijt, uel ueritatem humanæ carnis ostendens, uel esuriens salutem credentium, & æstuans ad incredulitatem Israelis. Cumq́ uidisset arborem unam, quam intelligimus synagogam, & conciliabulum Iudæorum iuxta uiam: habebat enim legem, & ideo iuxta uiā erat, quia non credebant in uiam: uenit ad eam, stantem scilicet & immobilem, & nō habentem euangelij pedes: nihilq́ inuenit in ea, nisi folia tantum, promissionum sirepitum, traditiones pharisaicas, & iactationem legis, & ornamenta uerborum absq́ ullis fructib⁹ ueritatis. Vnde & alius euangelista dicit: Nondum enim erat tempus, siue quod tempus nōdum uenerat saluationis Israel, eo quod nondum gentilium populus subintrasset: siue quod prætersisset tempus fidei, quia ad illum primū ueniens, & spretus, transisset ad nationes. Et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur, uel in sempiternum uel in seculum, utrunque enim αἰῶνα Græcus sermo significat. Et arefacta est ficulnea, quæ esurienti domino cibos quos ille cupierat non habebat. Sic autem aruerūt folia, ut truncus ipse remaneret, & fractis ramis uireret radix, quæ in nouissimo tempore si credere uoluerit, uirgulta fidei pullulet, impleaturq́ scriptura, dicēs: Est arbori spes. Iuxta literam autem dominus passurus in populis, & baiulatur⁹ scandalum crucis, debuit discipulorum animos signi antici/ patione firmare. Vnde & discipuli mirantur, dicentes: Quomodo continuo aruit? Potuit ergo saluator eadem uirtute etiam inimicos siccare suos, nisi eorum per pœnitentiam expectasset salutem. f ¶ Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, no solū de ficulnea facietis: & si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet.] Latrant cōtra nos gentilium canes in suis uoluminibus, quæ in impietatis propriæ memoriā reliquerunt, asserentes apostolos non habuisse fidem, quia mōtes trāsferre nō potuerint. Quibus nos respondebimus multa facta esse signa à domino, iuxta Ioannis euangelistæ testimoniū, quæ si scripta essent, mundus capere nō posset. Non quo mundus uolumina capere nō potuerit, quæ potest, q̃uis multiplicia sint, unum

Marc.11.b
Ioh.14.b
Ioh.21.d

A sint,unum armariolū uel unum capere scrinium,sed qđ magnitudinem signorum præ miraculis & incredulitate ferre non possit.Igitur & hæc credimus fecisse apostolos,sed ideo scripta non esse, ne infidelibus contra dicendi maior daretur occasio. Alioquin interrogemus eos utrum credant his signis,quæ scripta narrantur an nō.Et cum incredulos uiderim⁹, consequenter probabimus,nec maioribꝰ eos credituros fuisse, qui minoribꝰ nō crediderint.Hoc aduersum illos. Cæterum nos ut ante iam dixi,mus,mōtē diabolū intelligamus superbientem, & iactātē se contra creatorem suum, qui à propheta mōs corruptꝰ appellatur. Et cum animā hominis possederit,& in ea fuerit radicatus,ab apostolis & his qui similes apostolorū sūt, trāsferri potest in mare: hoc est in loca salsa et fluctuātia & amara,quæ nullā habent dulcedinem dei,& apud incredulorū mētem, ut porcorū duo milia suffocari. Idipsum & in psalmis legi
B tur: Non timebimus
Psal.45.a dum turbabitur terra, & trāsferentʳ montes i cor maris. a ¶ Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotū & seniores populi &c.] Diuersis uerbis eandem quam supra calumniā struūt,quando dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit hic dæmonia. Quando enim dicunt: In qua potestate hæc facis: de dei dubitant potestate, & subintelligi uolunt diaboli esse quod faciat.Addētes quoq; Quis tibi dedit hanc potestatē,manifestissime dei filium negant, quem putant non suis uiribus,sed alienis signa facere. b ¶ Respondens autem Iesus dixit illis:Interrogabo &c.] Hoc est quod uulgo dicitur:Malo arboris nodo,malus clauus aut cuneus infigendus est.Poterat dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare,sed prudenter interrogat,ut suo ipsi uel silentio uel sententia cōdemnētur. Si enim respondissent baptisma Ioannis esse de cœlo,ut ipsi sapientes in malicia pertractarunt,consequens erat responsio: quare ergo non estis baptizati à Ioānē? Si dicere uoluissent,humana deceptione esse compositū,& nihil habuisse diuinum,seditionem populi formidabāt. Oīnes enim gregatim multitudines Ioannis receperant baptisma, & sic eum habebant ut prophetam. Respondit itaque impijssima factio, & humilitatis uerbo quo nescire se diceret,usa est ad insidias coaptandas. c ¶ Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio.] Illi in eo quod nescire se responderant, mentiti sunt:consequēs ergo erat iuxta responsionē eorum dominum quoq; dicere, nec ego scio: sed mentiri ueritas non potest, & ait: Nec ego dico uobis. Ex quo ostendit & illos scire,sed respondere nolle:& se nosse, & ideo nō dicere,qa illi quod sciunt,taceāt:& statim infert parabolam,quæ & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum dei doceat transferendum. d ¶ Quid autē uobis uidetur, homo habebat duos filios.] Hi sunt duo filij,qui & in Lucæ parabola describuntur, frugi & luxuriosus, & de quibus Zacharias propheta loquitur: Assumpsi mihi duas uirgas, unā uocaui decorem,& alteramuocaui funiculū, & paui gregem. Primo dicitur gētilium populo per naturalis legis noticiam: Vade & operare in uinea mea: hoc ē, quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Qui superbe respondit:Nolo. Postea uero in aduentu saluatoris,acta pœnitentia,operatus est in uinea dei,& sermonis contumaciam labore correxit. Secūdus autem filius, populus Iudæorum est, qui respondit Mosi: Omnia quæcunq; dixerit dominus,faciemus, & non iuit in uineam,quia interfecto patrisfamilias filio,se putauit hæredē. Alij uero non putant gentilium & Iudæorum esse parabolā,sed simpliciter peccatorū & iustorum, ipso quoq; domino propositionem suam postea disserente. e ¶ Amen dico uobis,quia publicani & meretrices præcedūt uos in regno dei.] Eo quod illi q per mala opera deo se seruire negauerāt, postea pœnitentiæ baptismum acceperint à Ioanne. Pharisæi autem qui iusticiam præferebant,& legem se dei facere iactabant, Ioannis contēpto baptismate, dei præcepta non fecerunt. Vnde dicit: f ¶ Venit enim ad uos Ioannes in uia iusticiæ, & non credidistis ei &c.] Porrò quod dicitur: Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Et illi dicunt: Nouissimus. Sciendum est in ueris exemplaribus nō haberi nouissimum,sed primum, ut proprio iudicio cōdemnentʳ. Si autem nouissimū uoluerimus legere, manifesta est interpretatio,ut dicamus intelligere quidem ueritatem Iudæos,sed tergiuersari,& nolle dicere quod sentiunt:sicut & baptismum Ioannis scientes esse de cœlo dicere noluerunt. g ¶ Aliam parabolam audite:Homo erat pater familias qui plantauit uineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eā agricolis &c.] Hoc est quod dominus sumptum de proAct.9.d uerbio significauit: Durum est aduersus stimulum calcitrare.Principes sacerdotū & seniores populi qui interrogauerant dominū, in qua potestate hæc facis,& quis tibi dedit hanc potestatē: & uoluerant in uerbo capere sapientiam

huic dixeritis: tolle & iacta te in mare, fiet. l **Et omnia quæcūq; petieritis in oratione credentes accipietis.** m **Et cū uenisset in templum, accesserūt ad eum docentem, principes sacerdotū & seniores populi,dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hāc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interogabo uos & ego unum sermonem,quem si dixeritis mihi, & ego uobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat,è cœlo an ex hominibus? At illi cogitabāt inter se,dicentes: Si dixerimus,è cœlo,dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus,ex hominibus,timemus turbam.Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam.Et respondentes Iesu, dixerūt: Nescimus. Ait illis ēt ipse: Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio.** n **Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primū dixit: Fili,uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus abijt.Accedens autem ad alterum,dixit similiter.At ille respondens,ait:Eo domine,& non iuit.Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Et dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amēn dico uobis, quia publicani & meretrices præcedunt uos in regno dei. Vēnit enim ad uos Ioannes in uia iusticiæ,& nō credidistis ei:publicani autem & meretrices crediderunt ei: uos autē uidentes nec pœnitentiam habuistis postea ut crederetis ei.** o **Aliām parabolam audite:Homo erat paterfamilias,qui plantauit uineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre**

l 216 IIII
m 217 II
Luc.15
Zach.11.b
n 218 X
o 219 II
D
Exod.24.a

A pientiã, ſua arte ſuperanẽ, & audiunt in parabolis quod aperta facie non merebantur audire. Homo iſte paterfamilias, ipſe eſt qui habebat duos filios, & qui in alia parabola conduxit operarios in uineam ſuam, qui plantauit uineam: de qua & Eſaias pleniſſime per canticum loquitur, ad extremum inferens: Vinea domini ſabaoth domus Iſrael eſt. Et in pſalmo: Vineam de Aegypto, inquit, tranſtuliſti: eieciſti gentes, & plantaſti eam. Et ſepem circumdedit ei, uel murũ urbis, uel angelorum auxilia: & fodit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia, quorum & tres pſalmi titulo prænotanẽ, octauus & octogeſimus & octogeſimus muſterti⁹. Et ædificauit turrim, haud dubium quin templũ, de quo dicit̃ per Michęã: Et tu turris nebuloſa filia Sion. Et locauit eam agricolis, quos alibi uineæ operarios appellauit, quiconducti fuerant hora prima, tertia, ſexta, nona & undecima. Et pegre profectus eſt, nõ loci mutatiõe. Nam deus unde abeſſe poteſt quo copulẽtur omnia? & q dicit per Hieremiã: Ego deus appropinquans, & non de longinquo, dicit dominus. Sed abire uidetur à uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.

Eſa.5.a
Pſal.79.b
Mich.4.c
p 220 I B
Hiere.23.c

a ¶ Cum autem tempus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus eius.] Dederat eis legẽ, & in hac eos uinea operari iuſſerat, ut fructum legis in operibus exhiberẽt. Poſtea miſit ad eos ſeruos, quos illi apprehenſos uel cæciderunt, ut Hieremiam: uel occiderunt, ut Eſaiam: uel lapidauerunt, ut Naboth: & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Legamus epiſtolam Pauli ad Hebræos, & ex ea pleniſſime diſcemus qui ſeruorũ domini quãta perpeſſi ſint.

4.Reg.21
2.Paral.24.f
Heb.11

b ¶ Nouiſſime autẽ miſit &c.] In eo quod ſupra legimus: Iterum miſit alios ſeruos plures prioribꝰ, & fecerunt illis ſimiliter: patientiam oſtendit patrisfamilias, q̃ frequẽtius miſerit, ut malos colonos ad pœnitentiam prouocaret: illi autem theſaurizauerunt ſibi iram in die iræ. Porrò quod iungitur: Verebũtur filium meum, non de ignorãtia uenit. Quid enim neſciat paterfamilias, qui hoc loco deus pater intelligitur? Sed ſemp ambigere dicitur deus, ut libera uolũtas homini reſeruetur. Interrogemus Arium & Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare, & ſententiam temperat, & quantũ in uobis eſt probatur eſſe mentitus. Quicquid pro patre reſpõderint, hoc intelligant pro filio, qui ſe dicit ignorare conſummationis diem.

c ¶ Et apprehenſum eum &c.] Et Apoſtolus loquitur, q̃ extra portam Ieſus crucifixus ſit. Poſſumus & aliter intelligere, q̃ electus ſit extra uineam, & ibi occiſus, ut ſuſcipientibus ſe gentibus, alijs uinea locaretur.

d ¶ Cũ ergo uenerit &c.] Interrogat eos dominus, non q̃ ignoret quid reſponſuri ſint, ſed ut propria reſponſione damnẽtur. Locata eſt autem nobis uinea, & locata ea conditione, ut reddamus domino fructum temporibus ſuis: & ſciamus unoquoque tempore quid oporteat nos uel loqui uel facere.

e ¶ Dicit illis Ieſus: Nunq̃ legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprob. &c.] Varijs parabolis diuerſiſq́ue ſermonibus res eædem contexuntur. Quos eñ ſupra operarios et uinitores & agricolas appellarat, nũc ædificatores, id ẽ, cemẽtarios uocat. Vnde dicit apoſtol⁹: Dei agricultura, dei ædificatio eſtis. Hi ergo cemẽtarij q̃modo & uinitores accipiũt uineã, ſic acceperũt lapidẽ, quẽ uel in fundamentis ponãt, iuxta architectum Paulũ, uel in angulo, ut duos parietes, id eſt populũ utrunq̃, cõſociet: qui reprobatus ab eis, factus eſt ī caput anguli. Et hoc à domino factum eſt, non humanis uiribꝰ, ſed dei potentia. De hoc lapide adiutorij Petrus quoque loquitur cõfidenter: Iſte lapis qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, hic factꝰ eſt in caput anguli. Et Eſaias: Ecce, ait, immittam in fundamenta Sion lapidem electum, precioſum, angularem, & qui crediderit in eum, non confundetur.

4.Corin.3
1.Petri.2
D
Eſa.28.d

f ¶ Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius.] Aliquotiens dixi, regnum dei, ſcripturas ſanctas intelligi, quas dominus abſtulit à Iudæis & nobis tradidit, ut faciamus fructus earũ. Iſta eſt uinea quæ traditur agricolis & uinitoribus, in qua qui operati non fuerint, nomen tantum habentes ſcripturarũ, fructus uineæ perdituri ſunt.

g ¶ Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem uerò ceciderit, conteret eum.] Aliud eſt offendere Chriſtum per mala opera, aliud negare. Qui peccator eſt, & tamen in illum credit, caditquidem ſuper lapidem & confringitur, ſed non omnino conteritur: reſeruatur enim per pœnitentiam ad ſalutem. Super quẽ uero ille ceciderit: hoc eſt, cui lapis ipſe irruerit, & qui Chriſtum penitus negauerit, ſic conteret eum, ut nec teſta quidẽ remaneat in qua hauriat̃ aquæ puſillum.

h ¶ Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerũt quod de ipſis diceret, & quærentes eum tenere, timuerũt turbas, quoniã ſicut prophetam eum habebant.] Quamuis duro corde eſſent, & propter incredulitatem & impietatem in filium dei, habentes tamen apertas propoſitiones negare non poterant: & intelligebãt cõtra ſe omnes domini ſententias dirigi. Vnde uolebant quidẽ eum interficere, ſed timebant turbas, quia ſicut prophetam eum habebant. Semp turba mobilis eſt, nec in propoſita uoluntate perſiſtens, atque in morem fluctuum diuerſorumq́ue uentorum, huc illuc q̃ trahitur. Quem nunc quaſi prophetam uenerantur & colunt, poſtea contra eum clamant: Crucifige, crucifige talem.

A ET respondens Iesus, dixit in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.] Pharisæi intelligentes de se dici parabolas, quærebāt eum tenere & occidere. Hanc eorum sciens dominus uoluntatem nihilomin⁹ increpat sæuientes, nec timore superatur, quo min⁹ arguat peccatores. Rex iste qui fecit nuptias filio suo, deus omnipotēs est. Facit aūt nuptias domino nostro Iesu Christo & ecclesiæ, quæ tam ex Iudæis q̄ ex gentibus cōgregata est. *b* ¶ Et misit seruum suum uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire.] Haud dubium quin Mosen per quem legem iuitatis dedit. Si autē seruos legerim⁹, ut pleraque habent exemplaria, ad prophetas referendū est, q̄ inuitati per eos uenire contempserint. *c* ¶ Iterū misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prādiū meū paraui &c.] Serui qui secundo missi sunt, meli⁹ est ut prophetæ intelligātur q̄ apostoli: ita tamen si supra seruum, scriptū fuerit. Sin autem seruos, ibidem legas: hic secundi serui, apostoli intelligendi sunt. Prandiū paratum, & tauri & altilia occisa, uel per metaphoram opes regiæ describuntur, ut ex carnalibus intelligantur spiritualia: uel certe dogmatum magnitudo & doctrina dei lege plenissima sentiri potest. *d* ¶ Et abierunt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius &c.] Inter eos qui nō recipiunt euangelij ueritatem, multa diuersitas est. Minoris enim criminis sunt qui occupati alijs rebus uenire noluerunt, his qui contempto inuitantis affectu, uerterunt humanitatem in crudelitatem, & tentos seruos regis, uel contumelijs affecerunt, uel occiderunt. In hac parabola sponsi silet⁹ occisio, & per seruorum mortes, contemptus ostēditur nuptiarum. *e* ¶ Rex autem cum audisset, iratus est.] De quo dictum supra fuerat: Simile factū est regnum cœlorum homini regi. quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomen appositum est: nunc quando ad ultionem uenit, homō silet⁹, & rex tantū dicitur. *f* ¶ Et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos &c.] Exercitus seu ultores angelos, de quibus in psalmis scribitur: Immissiones per angelos pessimos: seu Romanos intelligamus sub duce Vespasiano & Tito, qui occisis Iudææ populis, præuaricatricem succenderint ciuitatē. *g* ¶ Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus uiarum &c.] Gentilium populus non erat in uijs, sed in exitibus uiarum. Quæritur autem quomodo in his qui foris erāt inter malos, & boni aliqui sint reperti? Hūc locum plenius tractat Apostolus ad Romanos, quod gentes naturaliter factētes ea quæ legis sunt, condemnent Iudæos, qui scriptam legem non fecerint. Inter ipsos quoq; ethnicos est diuersitas infinita, cum sciam⁹ alios esse procliues ad uitia & ruentes ad mala, alios ob honestatem morum uirtutibus deditos. *b* ¶ Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominē non uestitū ueste nuptiali &c.] Hi qui inuitati fuerant ad nuptias, de sepibus & angulis & plateis & diuersis locis, cœnā regis impleuerāt. Sed postea quum uenisset rex ut uideret discumbētes in conuiuio suo, hoc ē, in sua quasi fide requiescentes, ut in die iudicij uisitaret cōuiuas, & discerneret merita singulorū: inuenit unū qui ueste indutus nō erat nuptiali. Vnus iste, omnes q̄ sociati sunt malicia intelliguntur. Vestis autem nuptialis, præcepta sunt domini, & ōpera quæ complētur ex lege & euangelio, nouiq; hominis effici unt uestimentum. Si quis igitur in tempore iudicij inuent⁹ fuerit sub nomine Christiano non habere uestem nuptialem: hoc est, uestem super cœlestis hominis, sed uestem pollutam, id est, ueteris hominis exuuias: hic statim corripitur, & dicit ei: Amice quomodo huc intrasti? Amicum uocat quod inuitatus ad nuptias est: arguit impudentiæ quod ueste sordida, mundicias polluerit nuptiales. At ille obmutuit. In tempore enim illo non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cum omnes angeli & mundus ipse testis sit peccatorum. *i* ¶ Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eū in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.] Manus ligatas & pedes, fletumq; oculorū & stridorem dentium, uel ad comprobandā resurrectionis intellige ueritatem. Vel certe ideo ligātur manus & pedes, ut male operari & currere desistant ad effundēdum sanguinem. In fletu quoq; oculorū & stridore dentium, per metaphoram membrorum corporalium, magnitudo ostenditur tormentorum. *k* ¶ Multi autem sunt uocati, pauci uero electi.] Omnes parabolas breui sententia comprehēdit, quod & in opere uineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali, non initia, sed finis quæratur. *l* ¶ Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierunt ut caperent eū &c.] Nuper sub Cæsare Augusto Iudæa subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat: & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate & quiete, quia Romani pro omnibus militarent debere tributa persolui: Pharisæis uero qui sibi applaudebāt de iusticia contrario dicentibus, nō debere populum dei qui decimas solueret, & primitiua daret: & cætera quæ in lege scripta sunt, facerēt, humanis legib⁹ subiacere: Cæsar Augustus Herodem filium Antipatris alienigenam, & proselytum

E T respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruum suum uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos, dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prandium meū paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & cōtumelijs affectos occiderūt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. *b* Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dētium. Multi aūt sunt uocati, pauci uero electi. *c* Tunc abeuntes pharisęi, consiliū inierūt ut caperent eum in sermone: Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis

a 221 V

b 222 X

c 223 II

D

A regem Iudæis constituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur pharisæi discipulos suos cum Herodianis, id est, militibus Herodis, seu quos illudentes pharisæi, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos uocabant, & non diuino cultui dedi-

Herodianis, dicentes: Mågister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum: Dic ergo nobis quid tibi uidetur: Licet censum dari Cæsari, an nó? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et åit illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Et audientes, mirati sunt. Et relicto eo, abierunt. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogaue runt eum, dicentes: Magister, Moses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septe fratres, & primus uxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius usq; ad septimu. Nouissime aut omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septe uxor? Omnes em habuerut eam. Respondes aut Iesus, ait illis: Erratis, nescietes scripturas neq; uirtute dei. In resurrectione em neq; nubent neq; nubent, sed sunt sicut angeli dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à deo, di-

nia denegabant. Istæ sunt duæ domus, de quibus Esaias manifesti docet, qd offensuræ sint in lapidem scãdali. i ¶ Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moses dixit: si quis mortuus fuerit nõ habẽs filiũ, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri.] Qui resurrectionem corporum non credebãt, & animam putabant interire cũ corporibus, recte istiusmodi fingunt fabulã, quæ delyramenti arguat eos qui resurrectionẽ asserant mortuorũ. Potest autem fieri ut uere in gente eorum aliquãdo hoc acciderit. k ¶ In resurrectione ergo cuius erit de septe uxor? Omnes em habuerunt eam.] Turpitudinẽ fabulæ opponunt, ut resurrectionis denegent ueritatẽ. l ¶ Respondens autẽ Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neq; uirtutem dei.] Pro-

B tæ?] Prima uirtus est respondentis, interrogantium mentem cognoscere, & non discipulos, sed tentatores uocare. Hypocrita ergo appellat, q aliud est, & aliud simulat: id est, aliud opere agit, & aliud uoce prætendit. c ¶ Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerũt ei &c.] Sapientia semper sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confutentur. Ostendite, inquit, mihi denarium: hoc est genus nũmi quod pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginẽ Cæsaris. d ¶ Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & supscriptio?] Qui putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem: discant ex præsenti loco, quod utique potuerit scire Iesus cuius imago esset in nummo, sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat. e ¶ Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo.] Cæsarem non putemus Augustum, sed Tyberium significari priuignum eius, qui in locum successit ipsius, sub quo passus est dominus. Omnes autem reges Romani, à primo Caio Cæsare qui imperium arripuerat, Cæsares appellati sunt. Porrò quod ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, id est nummũ, tributum & pecuniã, & quæ sunt dei deo: decimas, primitias, & oblationes ac uictimas sentiamus, quomodo & ipse reddidit tributa pro se & Petro, & deo reddidit quæ dei sunt, patris faciens uoluntatem. f ¶ Et audiẽtes, mirati sunt.] Qui credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt, q̃ callliditas eorum insidiandi non inuenisset locum. g ¶ Et relicto eo abierunt.] Infidelitatem cum miraculo pariter reportantes. h ¶ In illo die accesserũt ad eum Sadducæi, qui dicũt non esse resurrectionem.] Duæ hæreses erãt in Iudæis, una Pharisæorum, altera Sadducæorum. Pharisæi traditionum & obseruationũ, quas illi δευτερώσεις uocãt,

pterea errant, quia scripturas nesciũt, & quia scripturas ignorant, cõsequenter nesciunt uirtutẽ dei: hoc est, Christum qui est dei uirtus & dei sapientia. m ¶ In resurrectione enim neq; nubent neq; nubẽtur &c.] Latina consuetudo, græco idiomati non respondet. Nubere enim proprie dicũtur mulieres, & uiri uxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligamus, quod nubere de uiris, & nubi de uxoribus scriptum sit. Si in resurrectione non nubent, neq; nubẽtur, resurgent ergo corpora quæ possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore, & his rebus quæ non habent membra genitalia, q̃ non nubant neq; nubantur, sed de his qui cum possunt nubere, tamen alia ratione non nubunt. Quod autem infertur: Sed sunt sicut angeli dei in cœlo, spiritualis repromittitur cõuersatio. n ¶ De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à deo dicente uobis: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuentium. Et audientes turbæ mirabantur de doctrina eius.] Ad comprobandam resurrectionis ueritatẽ, multo alijs manifestioribus exemplis uti potuit, è quibus est illud: Suscitabuntur mortui, & resurgẽ qui in sepulchris sunt. Et in alio loco: Multi dormientium de terræ puluere consurgent, alij in uitam, & alij in opprobrium & confusionem æternam. Quæritur itaque quid sibi uoluerit dominus hoc proferre testimoniũ, quod uidetur ambiguũ, uel nõ satis ad resurrectionis pertinẽs ueritatẽ: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob, & quasi hoc plato pbauerit qd uolebat, statim intulerit: Nõ est deus mortuorũ, sed uiuentiũ. Cuius rei turbæ quoq; circũstantes mysterium cognoscentes

A cognoscentes, admiratæ sunt de doctrina & responsis illius. Supra diximus Sadducæos, nec angelum, nec spiritum nec resurrectionem corporum confitentes: animarum quoq; interitum prædicasse. Hi quinq; tantum libros Mosi recipiebant, prophetarum uaticinia respuentes. Stultũ ergo erat inde proferre testimonia: cuius autoritatẽ non sequebãtur. Porro ad æternitatẽ animarum probandam de Mose ponit exemplum: Ego sum deus Abrahã, & deꝰ Isaac, & deꝰ Iacob: statimq; infert: Non est mortuorum deus, sed uiuentium: ut cum probauerit animas permanere post mortẽ: neq; enim poterat fieri, ut eorũ esset deus qui nequaquam subsisterent: consequenter introduceretur & corporũ resurrectio quæ cum animabus bona malaue gesserunt. Hunc locũ plenius in extrema parte primæ epistolæ ad Corinthios Paulus apostolos exequitur. 1.Cor.4.15

a ¶ Pharisæi audito &c.] Quod de Herode & Pontio Pilato legimꝰ in domini nece eos feciſſe concordiã: hoc etiã nunc de pharisæis cernimꝰ & Sadducæis, qui inter se contrarij sunt: sed ad tentandum Iesum pariter consentiunt. Qui ergo iam supra in ostensione denarij fuerant confutati, & aduersæ partis factionem uiderant subrutam, debuerãt exemplo moneri ne ultra molirentur insidias: sed maliuolentia & liuor nutrit impudentiam. Interrogat unus ex legis doctoribus, non scire desiderans, sed tentans, an interrogatus nosset quod interrogabatur, quod sit maius mandatum: non de mandatis interrogãs, sed quod sit primũ magnumq; mandatũ: ut cum omnia quæ deus mandauerit magna sint: quicquid ille responderit, occasionem habeat calumniandi: aliud asserens magnum esse de pluribus. Quicunq; igitur nouit & interrogat non uoto discendi, sed studio cognoscendi, an nouerit ille qui responsurus est: in similitudinem pharisæorum nõ quasi discipulus, sed quasi tentator accedit.

B

deo, dicente uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuentium. Et audientes turbæ, mirabantur de doctrina eius. [d] Phãrisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in unum: & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentãs eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

[e] Congregãtis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? [f] Si ergo Dauid uocat eũ dñm, quomodo filius eius est? Et nẽmo poterat ei respondere uerbũ: neq; ausus fuit quisq; ex illa die eũ amplius interrogare. Cap. XXIII.

[4] Vnc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi: omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciũt. [b] Alligãt aũt onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito

d 224 VI

Gen.14.c & 15.c

e 225 II

f 226 II

4 227 II

b 228 V

suo nolunt ea mouere. Omnia autem opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos discubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi. Vnus enim est magister uester, omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. Vnus enim est pater uester, qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Qui maior est uester, erit minister uester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur.

[c] ¶ Et nemo poterat ei respõdere uerbũ, neq; ausus fuit quisq; ex illa die eũ amplius interrogare &c.] pharisæi & Sadducæi quærentes occasionem calumniæ, & uerbum aliquod inuenire quod pateret insidijs: quia in sermonib. confutati sunt: ultra non interrogãt, sed apertissime comprehensum, Romanæ tradunt potestati. Ex quo intelligimus uenena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere. Cap. XXIII.

c 229 II

Vnc Iesus locutus est ad turbas &c.] Quid mansuetius, quid benignius domino? Tentatur à pharisæis: confringuntur insidiæ eorum, & secundum psalmistam: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & nihilominus propter sacerdotij & nominis dignitatem: hortatur populos ut subijciãtur eis, nõ opera sed doctrinam considerantes. Quod autem ait: super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi: per cathedram doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in psalmo: In cathedra pestilentiæ nõ sedit, & cathedras uendentium columbas euertit: doctrinã debemus accipere. e ¶ Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros &c.] Hoc generaliter aduersus omnes magistros qui grauia iubent & minora non faciunt. Notandum aũt quod & humeri & digitus & onera & uincula quibus alligantur onera, spiritualiter intelligenda sunt.

Psal.63.b

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Matthæum liber quartus.

Congregatis &c:] Qui ad tentandũ Iesum fuerant congregati, & ueritatem fraudulenta interrogatione capere nitebãtur: occasionem præbuerũt confutationis suæ. Interrogantur q; de Christo cuius filius sit. Interrogatio Iesu nobis, pficit usq; hodie cõtra Iudæos. Et hi eũ qui confitentur Christũ esse uenturũ, hominẽ simplicem & sanctũ uirũ asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti à domino: si simplex homo est, & filiꝰ tan

digito autem suo nolunt ea mouere.[c] Omniâ uero opera ſua faciũt ut uideantur ab hominibus. Dilatant ẽnim phylacteria ſua,& magnificãt fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis,& primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro: & uocari ab hominibus rabbi.[d] Vos aũtem nolite uocari rabbi: Vnus eſt enim magiſter ueſter:omnes autẽ uos fratres eſtis. Et patrem nolite uocare uobis ſuper terram: Vnus eſt enim pater ueſter,qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri:quia magiſter ueſter unus eſt, Chriſtus.[e] Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur:& qui ſe humiliauerit, exaltabitur.[f] Væ aũtem uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia claudi/tis regnum cœlorum ante homines. Vos enim nõ intratis:nec introeũtes ſinitis intrare. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia comeditis domus uiduarum,orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudiciũ.[g] Væ uõbis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia circuitis mare & aridã ut faciatis unum proſelytũ: & cũ fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm uos. Væ uõbis duces cæci, quia dicitis: quicunq; iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt. Stulti & cæci, quid enim maius eſt:aurum,an templũ quod ſanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari,nihil eſt:quicũq; autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud,debet. Cæci,quid enim maius eſt:donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et quicũq; iurauerit in tẽplo,iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno

a ¶ Omnia uero opera ſua faciunt ut uideantur ab hominibus &c.] Quicunq; igitur ita facit quodlibet, ut uideatur ab hominibus,ſcriba & phariſæus eſt. b ¶ Dilatant enim phylacteria ſua &c.] Væ nobis miſeris, ad quos phariſæorum uitia tranſierunt. Dominus cum de rabbi,quod Latino ſermone magiſter dicitur. Deniq; ſequitur. c ¶ Vos autem nolite &c.] Nec magiſter,nec pater uocandus eſt alius:niſi deus pater,& dominus noſter Ieſus Chriſtus.Pater, quia ex ipſo ſunt omnia.Magiſter: quia per ipſum omnia:uel quoniã per diſpenſationem carnis eius omnes recõciliati ſumus deo. Quæritur quare aduerſum hoc præceptũ, doctorẽ gẽtium Apoſtolus ſe eſſe diſ/xerit: aut quomodo uulgato ſermone,maxime in Palæſtina & Aegypti monaſterijs ſe inuicem patres uocẽt. Quod ſic ſoluit: Aliud eſſe natura patrem uel magiſtrum: aliud indulgentia. Nos ſi hominẽ patrẽ uocamus, honorẽ/tati deferimus: nõ autorẽ noſtræ oſtẽdimus uitæ. Magiſter quoq; dicit ex cõſortio ueri magiſtri. Et ne infinita replicẽ: quomodo unus per naturã deus & unus filius nõ præiudicat cæteris ne per adoptionẽ dei uocentur & filij: ita & unus pater & magiſter nõ præiudicat alijs, ut abuſiue appellentur patres & magiſtri. 2.Cor.5.d Col.1.c D

d ¶ Væ uobis &c.] Habentes ſcribæ & phariſæi legis ꝓphetarum'q; noticiam:ſciunt Chriſtum eſſe filium dei:non ignorãt natum eſſe de uirgine:ſed dum prædam deſubiecta ſibi plebe appetunt:nec ipſi introeunt regna cœlorum: nec eos qui poterant intrare permittunt.Hoc eſt quod in Oſee prophetã arguit: Abſcondẽrunt ſacerdotes uiam,interfecerunt Sicimã. Et rurſum: Sacerdotes non dixerunt,ubi eſt dominus. Vel certe omnis magiſter qui ſcandalizat malis operibus diſcipulos ſuos,claudit ante eos regnũ cœlorum. e ¶ Væ uobis &c.] Non eo ſtudio ſeruamus quæſita quo quærimus. Scribæ & phariſæi totum luſtrantes orbem, propter negociationes uel diuerſa lucra tam à diſcipulis captanda,quàm per imaginem ſanctitatis, ſtudij habebãt de gentibus facere proſelitum, id eſt aduenam. & incircumciſum miſcere populõ dei. Sed qui ante dum eſſet ethnicus ſimpliciter errabat, & erat ſemel filius gehẽnæ, uidens magiſtrorum uitia, & intelligens deſtruere eos opere,quod uerbis docebant,reuertitur ad uomitũ ſuũ: & gentilis factus quaſi præuaricator pœna maiori dignus erit. Filius autem uocatur gehẽnæ quomodo filius perditionis & filius huius ſeculi. Vnuſquiſq; enim cuius opera agit, eius filius appellatur. f ¶ Væ uobis cæci, quia dicitis:quicunq; iurauerit &c.] Supra ut nobis uiſum eſt expoſuimus quid ſignificaret traditio phariſæorum, dicentium: donum quodcunq; eſt ex me,tibi proderit; nunc duplex & ad unã auariciæ occaſionẽ trahẽs pharisæorum

Osee.6.d Ibid.4.c

c 229 II diſſet mandata legis per Moſen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erũt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint in manu tua, ut opere compleantur: ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc phariſæi male interpretantes: ſcribebant in membranis decalogũ Moſi, id eſt, decem uerba legis: complicantes ea & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes: ut ſemper ante oculos mouerentur: quod uſq; hodie Indi & Perſæ & Babylonij faciunt: & q hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iudicat. Iuſſerat q ꝙ aliud Moſes: ut in q̃tuor angulis palliorũ hyacinthinas fimbrias facerẽt: ad Iſraelis populũ dinoſcendum: ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum Iudaicæ gentis daret: ita & ueſtis habereret aliquã differentiam. Superſtitioſi magiſtri captãtes auram populare, atq; ex mulierculis ſectantes lucra, facie/bãt grãdes fimbrias: & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant: ut uidelicet ambulantes & ſedentes interdum pungerentur: & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia domini & miniſteria ſeruitutis eius. Quia ergo dixerat dominus:omnia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus:quod generaliter accuſarat, nũc per partes diuidit: Pictaciola illa decalogi, phylacteria uocabãt: quod quicunq; habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam & monimentum ſui haberet: non intelligentibus phariſæis quod hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros,& noticiã dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ, in paruulis euangelijs & in crucis ligno,& iſtiuſmodi rebus:quæ habẽt quidem zelũ dei, ſed non iuxta ſcientiã, uſq; hodie factitãt: culicem liquantes & camelum glutiẽtes. Iſtiuſmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta: quã & mulier illa quæ ſanguine fluebat, tetigit in pallio Chriſti: ſed non eſt cõpuncta ſuperſtitioſis ſentibus phariſæorũ, magiſq; ſanata ad tactũ eius. Cum'q; ſuperflue dilatẽt phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriã captantes ab hominibus: arguuntur in reliquis, cur quærãt primos accubitus in cœnis,& primas cathedras in ſynagogis, & in publico gulam ſectẽtur & gloriã, & uocẽtur ab hominibus

d 230 X

e 231 V

f 232 V

g 233 X

Num.15.d

B

A pharisæorum traditio condemnatur: ut arguantur cuncta pro lucro facere, & non pro timore dei. Sicut enim in phylacteriis & fimbriis dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriæ quærebat lucra: sic alia traditionis inuēta stropha, impietatis arguit præceptores. Si quis in contentione seu in aliquo iurgio, uel in causæ ambiguo iurasset in tẽplo, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iurasset in auro & pecunia, quæ in tẽplo sacerdotibus offerebatur, statim id in quo iurauerat cogebatur exoluere. Rursum: si quis iurasset in altari, periurij reũ nemo retinebat. Sin autem periurasset in oblationibus: hoc est in hostijs, in uictimis & in simila, & cæteris quæ offerunẽ deo super altare: hæc studiosissime repetebantur. Arguit ergo eos dominus & stulticiæ & fraudulẽtiæ, quod multo maius sit templum quàm aurum, quod sanctificatur à
B tẽplo, & altare q̃ hostiæ, quæ sanctificantur ab altari. Totum autem faciebant, non ob dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem. a ¶ Væ uobis &c.] Multa in lege præcepta sũt, quæ typos præferant futurorum. Alia uero aperta sunt iuxta
Psal.18.b psalmistam dicentem: Mandatum domini lucidum illuminans oculos: quæ statim opera desiderant. Verbi gratia. Non adulterabis: non furtũ facies, non testimonium falsum dices &c. Pharisæi autem, quia præceperat dominus, interim ut intellectus mysticos dimittamus, propter alimoniam sacerdotum & leuitarum, quorum pars erat dominus: omniũ rerum offerẽdi in templo decimas: hoc unum habebant studij: ut quæ iussa fuerant, cõporrarentur: cætera quæ erant maiora, utrum quis faceret, an non, paruipendebant. Et ex hoc itaq; capitulo arguit eos auariciæ, quod studiose etiam uilium holerum decimas exigant: & iudicium in disceptatione negociorum, misericordiam q̃ in pauperes, pupillos & uiduas, & fidem in deum, quæ magna sunt, prætermittãt. b ¶ Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes &c.] Camelum puto esse secundum sensum præsentis loci, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & misericordiam, & fidem. Culicem autem decimas menthæ, anethi, & cymini, & reliquorum uilium holerum. Hæc cõtra præceptum dei, quæ magna sunt deuoramus atq; negligimus, & opinionẽ religiõis in paruis quæ lucrum habent, diligentiam demõstramus. c ¶ Væ uobis scribæ &c.] Diuersis uerbis, eodẽ sensu quo supra arguit pharisæos simulationis atq; mendacij, quod aliud ostendant hominibus foris, aliud domi agant. Non quod in calice & paropsi de eorũ supstitio moraretur, sed quod foris hominib, ostẽderẽt sanctitatẽ, in habitu, in sermone, throno dei, & in eo qui sedet super eum. [b] Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. [i] Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. [k] Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immundicia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis: ut fiat & id quod de foris est mundum. [l] Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. [m] Væ uobis scribę & pharisæi, hypocritæ: qa ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorũ, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, nõ fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis uobismetipsis: quia filij estis eorũ qui prophetas occiderũt. [n] Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? [o] Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapiẽtes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis

[h] cus lita sunt calce, & ornata marmoribus, & auro coloribusq; distincta: intus autẽ plena sũt ossib⁹ mortuorum: sic & peruersi magistri, qui alia docent, & alia faciũt, mundiciã habitu uestis, & uerborum humilitate demonstrãt: intus autẽ pleni sunt omni spurcitia, auaricia, & libidine. Denique manifestius hoc ipsum exprimit, inferens: Sic & uos à foris quidẽ paretis hominib⁹ iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

e ¶ Væ uobis &c.] Prudentissimo syllogismo coarguit eos filios esse homicidarũ: dũ ipsi opinione bonitatis & gloriæ in populos, sepulchra ædificant prophetarum quos maiores eorum interfecerũt, & dicũt: Si fuissemus tempore illo, non feciissemus ea quæ fecerunt patres nostri. Hoc autẽ etiam si sermone non dicant, opere loquuntur: ex eo quod ambitiose & magnifice ædificent memorias occisorum, quos à patribus suis esse iugulatos non negant. f ¶ Et uos implete mensuram &c.] Probato superioribus dictis quod filij essent homicidarum, & eorum qui prophetas occidissent: nunc cõcludit quod uoluerat, & quasi extremã syllogismi partem ponit. Et uos implete mensuram patrum uestrorũ. Quod illis defuit, uos adimplete. Illi interfecerunt seruos: uos dominum crucifigite. Illi prophetas: uos eum qui à prophetis prædicatus est. g ¶ Serpentes, genimina uiperarum, &c.] Hoc ipsum & Ioannes baptista dixerat. Sicut ergo de uiperis nascuntur uiperæ: sic de homicidis patribus, uos, inquit, nati estis homicidæ. h ¶ Ideo ecce &c.] Hoc quod antea dixeramus: implete mensurã patrum uestrorum: ad personã domini pertinere, eo quod occidendus esset ab eis: potest & ad discipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad uos ꝓphetas, & sapiẽtes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis uestris, & psequemini de ciuitate in ciuitatem: ut impleatis mensurã patrũ uestrorũ. Simulq; obserua iuxta Apostolũ scribentem ad Corinth. uaria esse dona discipulorũ Christi. Alios prophetas, qui uentura prædicent. Alios sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonẽ. Alios scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus: Paulus occisus, crucifixus Petrus: flagellati in Actibus apostolorum discipuli, & persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem: expellentes de Iudæa, ut ad gentiũ populum transmigrarent.

[i] [k] [l] [m] [n] [o] C D

Luc.3.b

1.Cor.7.b

¶ Vt

A a ¶ Vt ueniat ſuper uos &c.] De Abel nulla eſt ambiguitas, quin is ſit quem Cain frater eius occiderit. Iuſtus autem non ſolum ex domini nunc ſententia, ſed ex Geneſis teſtimonio cõprobatur: ubi accepta eius à deo Gen.4.a narrantur munera. Quærimus quis iſte ſit Zacharias filius Barachiæ: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas additũ eſt: quẽ occidiſtis inter templũ & altare. In diuerſis diuerſa legi, & debeo ſingulorum opiniones pone p 241 re. Alij Zachariam filium Barachiæ dicũt, V qui in duodecim prophetis undecimꝰ eſt: patrisq; in eo nomen conſentiat: ſed ubi occiſus ſit inter templũ & altare, ſcriptura nõ loquitur: maxime cũ a 242 temporibus eius uix II ruinæ templi fuerint. Alij Zachariam, patrem Ioannis intelligi uolunt: ex quibuſdã apocryphorum ſo- b 243 mnijs approbantes, II quod propterea occiſus ſit: quia ſaluatoris prædicarit aduentũ. Hoc quia de ſcriptu- B ris non habet autoritatem: eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alij iuſtũ uolunt eſſe Zachariam, qui occiſus eſt à Ioas rege Iudæ inter templũ & altare, ſicut Regum narrat hiſtoria. Sed 2.Paral.24.c obſeruandum, quod ille Zacharias non ſit filius Barachiæ, ſed filius Ioiadæ ſacerdotis. Vndẽ & ſcriptura refert: Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quia ſibi feciſſet bona. Cum ergo & Zachariam teneamus, & occiſionis conſentiat locus: quærimus quare Barachiæ dicatur filius, & non Ioiadæ? Barachia lingua noſtra, benedictus domini dicitur, & ſacerdotis Ioiadæ iuſticia, Hebræo nomine demonſtratur. In euangelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filium Ioiadæ reperimus ſcriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris: ſiue in portarum exitibus, quæ Siloam ducũt, rubra ſaxa monſtrantes, Zachariæ ſanguine putant eſſe polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Iudæorum, & fidei pietate deſcendit. Dicamus breuiter quare ſanguis Abel iuſti, uſq; ad Zachariam filium Barachiæ ab illa generatione requiratur, cum neutrum eorum occiderit. Regula ſcripturarum eſt, duas generationes bonorum & malorum noſſe, hoc eſt, ſingulorum ſingulas. De bonis ſumamus exempla: Quis aſcendet in Pſal.23.a montẽ domini? aut quis requieſcet in mõte ſancto eius? cumq; plures qui aſcenſuri ſunt in montem domini deſcripſiſſet, qui diuerſis fuere ætatibus: poſtea infert: Hæc eſt generatio quærentium dominum: quærentiũ faciem dei Iacob. Et in alio loco de omnibus ſanctis: Generatio Pſal.111.a iuſtorum benedicetur. De malis uero, ut in præſenti loco: Generatio uiperarum. Et: Requirentur omnia à generatione iſta. Et in Ezechiel cum peccata terræ deſcripſiſſet, ſermo propheticus adiecit: Si Noe, & Iob, & Daniel ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terræ illi: Omnes iuſtos qui ſimiles forent uirtutibus eorum, per Noe Ezech.14.c & Iob & Daniel, uolens intelligi. Ergo & iſti qui ſimilia Cain & Ioas contra apoſtolos geſſerint, de una generatione eſſe referuntur. C

b ¶ Hieruſalẽ, Hieruſalem &c.] Hieruſalẽ, non ſaxa & ædificia ciuitatis, ſed habitatores uocat, quã patris plãgit affectu: ſicut & in alio loco legimus quod uidens eam fleuerit. In eo autem quod dicit: Luc.19.f quotiens uolui congregare filios tuos: omnes retro prophetas à ſe miſſos eſſe teſtatur. Gallinæ quoq; ſimilitudinem cõgregantis ſub alas pullos ſuos, in cantico Deuteronomij legimus: Sicut aquila prouocat ad uolandum pullos ſuos, & ſuper eos uolitabit, expandit alas ſuas & aſſumpſit eos, & tulit eos humeris ſuis. Et alibi: Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos deſiderauit: expandens alas ſuas ſuſcepit eos: & tulit ſuper pennas ſuas. c ¶ Ecce relinquetur uobis &c.] Hoc ipſum ex perſona Hieremiæ iam ante dixerat: Reliqui domum meam: dimiſi hæreditatem meam: facta eſt mihi hæreditas mea quaſi ſpelunca hyenæ. Deſertam Iudæorum domum, id eſt templum illud quod fulgebat auguſtius, oculis comprobamus: quia habitatorem Chriſtum perdidit, & hæreditatem prærripere geſtiẽs, occidit hæredẽ. d ¶ Dico enim uobis: non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini &c.] Ad Hieruſalem loquitur, & ad populum Iudæorum. Verſiculum autem iſtum, quo & paruuli atq; lactẽtes in ingreſſu Hieruſalem domini ſaluatoris uſi ſunt: quando dixerunt: Benedictus qui uenit in nomine domini, oſanna in excelſis: ſumpſit de CXVII. pſalmo: qui manifeſte de aduentu domini ſcriptus eſt. Et quod dicit, hoc uult intelligi: Niſi pœnitentiã egeritis, & confeſſi fueritis ipſum me eſſe, de quo prophetæ cecinerunt, filium omnipotentis patris: meam faciem non uidebitis. Habent Iudæi datum ſibi tempus pœnitentiæ: confiteantur benedictum qui uenit in nomine domini, & Chriſti ora conſpicient.

gogis ueſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ: ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templũ & altare. Amen dico uobis: uenient hæc omnia ſuper generationem iſtam. e Hierũſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Eccè relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dicõ enim uobis: nõ me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Cap. XXIIII.

E T egreſſus Ieſus de templo ibat: Et acceſſerunt diſcipuli eius, ut oſtenderent ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. f Sedẽte autem eo ſuper montem oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſeculi? Et reſpondens Ieſus dixit eis: Videte ne quis uos ſeducat. Multi ẽnim ueniẽt in noĩe meo, dicẽtes: Ego ſũ Chriſtus: & multos ſeducent

Cap. XXIIII

E T egreſſus Ieſus &c.] Iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus. Recedente autem domino de templo: omnia legis ædificia, & compoſitio mandatorum ita deſtructa eſt: ut nihil à Iudæis poſſit impleri, & capite ſublato, uniuerſa inter ſe membra cõpugnent. f ¶ Sedente aũt.] Sedit in monte oliueti, ubi uerum lumen ſcientiæ naſcebatur, & accedũt ad eum diſcipuli ſecreto: qui myſteria, & futurorum reuelationem noſſe cupiebant: & interrogant tria: Quo tempore Hieruſalem deſtruenda ſit: quo uenturus Chriſtus: quo conſummatio ſeculi futura ſit.

g ¶ Multi enim ueniẽt in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent &c.] Quorum unus Act.8.b eſt Simon Samaritanus: quem in actibus apoſtolorum legimus: qui ſe magnam dicebat eſſe dei uirtutem: hæc quoq; inter cætera in ſuis uoluminibꝰ ſcripta dimittẽs: Ego ſum ſermo dei, ego ſum ſpecioſus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei. Sed & Ioannes apoſto- 1.Ioan.2.c lus in epiſtola ſua loquitur: Audiſtis, quia antichriſtus uenturus eſt: nunc aũt antichriſti multi ſunt. Ego reor omnes

A oēs hæreſiarchas, antichriſtos eſſe,& ſub nomine Chriſti ea docere quæ contraria ſunt Chriſto. Nec mirum ſi aliquos ab his uideamus ſeduci, cum dominus dixerit: Et multos ſeducent. a ¶ Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorum, uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis &c.] Cum hæc igitur fieri uiderimus, non putemus diem inſtare iudicij: ſed in tempus aliud reſeruari: cuius ſignū perſpicue in cōſequētibus ponitur. b ¶ Conſurget enim gens contra gentem: & regnum in regnū, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum &c.] Non ambigo & hæc quidē iuxta literam futura quæ ſcripta ſunt: ſed mihi uidetur regnū contra regnum, & peſtilentia eorum quorum ſermo ſerpit ut cancer, & fames audiendi uerbum dei, & commotio uniuerſæ terræ, & à uera fide ſeparatio, in hæreticis magis intelligi: qui B contra ſe inuicem dimicantes, eccleſiæ uictoriā faciunt. Quod autem dixit: Hæc autem omnia initia ſunt dolorū: melius tranſfertur parturitionū: ut quaſi conceptus quidā aduentus antichriſti, non partus intelligatur. c ¶ Tunc tradent uos &c.] Per apoſtolos omnium credentium perſona ſignatur: non quo eo tempori apoſtoli in corpore reperiendi ſint. d ¶ Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum &c.] Non omnium negauit fidem, ſed multorū. Multi enim uocati, pauci uero electi. Nam in apoſtolis & ſimilibus eorum permāſura eſt charitas: de qua ſcriptum eſt: Aquæ multæ non poterūt extinguere charitatem. Et ipſe Paulus: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti: tribulatio, an anguſtia, an fames? & reliqua. e ¶ Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerſo orbe.] Signum dominici aduentus, eſt euangelium in toto orbe prædicari: ut nullus ſit excuſabilis: quod aut iā completum, aut in breui cernimus eſſe complendum. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorē: tamen ex uicinis nationibus, opinionem fidei nō poteſt ignorare. f ¶ Cum ergo uideritis abominationem deſolatiōis, quæ dicta eſt à Daniele propheta &c.] Quando ad intelligentiam prouocamur, myſticum monſtratur eſſe quod dictū eſt. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium & libamina: & in templo abominatio deſolationum erit uſq; ad conſummationem temporis, & conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem. De hoc & Apoſtolus loquitur: quod homo iniquitatis & aduerſarius eleuādus ſit contra omne quod dicitur deus & colitur: ita ut audeat ſtare in templo dei, & oſtendere quod ipſe ſit deus: cuius aduentus ſecundum operationem ſatanæ deſtruat eos, & ad dei ſolitudinē redigat, qui ſe ſuſceperint. Poteſt autem ſimpliciter aut de antichriſto accipi, aut de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo: aut de Hadriani equeſtri ſtatua, quæ in ipſo ſancto ſanctorū loco uſq; in præſentem diem ſtetit. Abominatio quoq; ſecundum ueterem ſcripturam, idolum nuncupatur, & idcirco additur de ſolatiōis: quod in deſolato templo atq; deſtructo, idolum poſitum ſit. g ¶ Tūc hi qui in Iudæa ſunt, fugiāt ad montes, & qui in tecto, non deſcendat &c.] Abominatio deſolationis intelligi poteſt, & omne dogma peruerſum: quod cū uiderimus ſtare in loco ſancto, hoc eſt, in eccleſia, & ſe oſtēdere deum: debemus fugere de Iudæa ad montes: hoc eſt, dimiſſa occidente litera & Iudaica prauitate, appropinquare montibus æternis: de quibus illuminat mirabiliter deus: & eſſe in tecto & in domate, quo nō poſſint ignita diaboli iacula peruenire: nec deſcendere & tollere aliquid de domo conuerſationis priſtinæ: nec quærere quæ retrorſum ſunt: ſed magis ſerere in agro ſpiritualium ſcripturarum, ut fructus capiamus ex eo. Nec tollere alteram tunicā, quam apoſtoli habere prohibentur. De hoc loco, id eſt de abominatione deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtante in loco ſancto: multa Porphyrius tertiodecimo operis ſui uolumine contra nos blaſphemauit: cui Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, tribus reſpondit uoluminibus, decimooctauo, decimonono, & uiceſimo. Apollinaris quoq; ſcripſit pleniſſime: ſuperfluēq; conatus eſt uno capitulo uelle diſſerere, de quo tantis uerſuum milibus diſputatum eſt. h ¶ Væ autē prægnantibus &c.] Væ illis animabus, quæ non in perfectum uirum ſua genimina perduxerunt: ſed initia habent fidei, ut enutritione in digeant magiſtrorū. Hoc quoq; dici poteſt, quod in perſecutione antichriſti, ſeu Romanæ captiuitatis, prægnantes & nutrientes uteri, & filiorum ſarcina prægrauati, expeditā fugam habere non quiuerint. i ¶ Orate autem ut non fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato &c.] Si de captiuitate Hieruſalē uoluerimus accipere, quādo à Tito & Veſpaſiano capta eſt: orare debēt, ne fuga eorum hyeme uel ſabato fiat: quia in altero duricia frigoris prohibet ad ſolitudines pergere: & in montibus deſertis q; latitare: In altero, aut tranſgreſſio legis eſt, ſi fugere uoluerint: aut mors imminens, ſi remanſerint. Si autem de cōſummatione mundi intelligitur: hoc præcipit, ut non refrigeſcat fides noſtra & in Chriſtum charitas, neq; ut ocioſi in opere dei torpeamus uirtutū ſabbato. k ¶ Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nō fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos &c.] Abbreuiatos dies, nō ſecundū delyramenta quorundā, qui putant temporū momenta mutari; nec recordantur illius ſcripti: Ordinatione tua permanet

ſeducēt. Audituri enim eſtis prælia & opiniones prælio rum: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis. Cōſurget enim gens contra gentem: & regnum contra regnum: & erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. c Tunc trādent uos in tribulationem, & occidēt uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. d Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent & ſeducent multos: & quoniām abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Qui aūt perſeuerauerit uſq; in finē, hic ſaluus erit. e Et prædicābitur hoc euangeliū regni in uniuerſo orbe in teſtimoniū omnibus gentibus: & tūc ueniet cōſummatio. f Cū ergō uideritis abominationē deſolationis, quę dicta eſt à Daniele propheta ſtantē in loco ſancto: q legit, intelligat. g Tūnc qui in Iudæa ſunt, fugiāt ad montes: & qui in tecto, nō deſcēdat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā ſuam. h Væ aūt prægnātibus & nutriētibus in illis diebus. i Orāte aūt ut nō fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato. k Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi uſq; modo, neq; fiet. l Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nō fieret ſalua oīs caro: ſed propter electos breuiabūtur dies illi.

Tunc

Cant.8.e
Rom.8.g
Dan.9.g
2.Theſ.2.d

permanet dies: sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus id est abbreuiatos non mensura, sed numero: Psal.118.m ut quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nunc abbreuiati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutiatur credentium.

a ¶ Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic
m 253 Christus aut illic, nolite credere.] Multi
II
n 254 captiuitatis Iudaicæ
VI tẽpore principes exti
o 255 tere, qui Christos es-
V se se dicerent: intantũ
ut obsidentibus Ro-
p 256 manis, tres intus fue-
V rint factiões. Sed me-
q 257 lius de consummatio
V ne mũdi intelligitur.
b ¶ Surgent em̃ pseu-
r 258 dochristi & pseudo-
II prophetæ, & dabunt
signa magna & prodigia: ita ut in errorẽ
s 259 inducantur &c.]
II Tripliciter ut ante iã dixi, locus hic dissererẽdus est: aut de tempore obsidionis Romanæ: aut de cõsummatione mundi: aut de hæreticorum contra ecclesiam pugna, & istiusmodi antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra
B Christum dimicant.
c ¶ Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce
t 260 in penetralibus, noli-
VI te credere &c.] Si
quis ꝓmiserit uobis quod in deserto gentium & philosophorum dogmate Christus moretur: aut in hæreticorũ penetralibus, qui dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: siue quia persecutionis & angustiarũ tempore semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum: si quis sub nomine Christi se iactare uoluerit, non statim accommodetis fidem. d ¶ Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis &c.] Nolite exire: nolite credere, quod filius hominis uel in deserto gentiũ sit, uel in penetralibus hæreticorũ: sed quod ab oriente usq; in occidentem, fides eius in catholicis ecclesijs fulgeat. Hoc quoq; dicendum, quod secundus saluatoris aduentus non in humilitate ut prius, sed in gloria demonstrandus sit. Stultum est itaq; eum in paruo loco uel abscondito quærere, qui totius mundi lumen sit. e ¶ Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ &c.] De exemplo naturali quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilæ & uultures etiam trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad æscam huiuscemodi congregari. Si ergo irrationabiles uolucres naturali sensu tantis terrarum spacijs, & maris fluctibus separatæ, paruum cadauer sentiunt ubi iaceat: quanto magis nos, & omnis multitudo credentium debet festinare ad eum, cuius fulgur exit ab oriente, & paret usq; ad occidentem? Possumus autem corpus, id est, σῶμα: quod significantius Latine dicitur cadauer, ab eo quod per mortem cadat, passionem Christi intelligere: ad quã prouocamur: ut ubicunq; in scripturis legitur, congregemur, & per illã uenire possimus
Psal.21.d ad uerbum dei: ut est illud: Foderunt manus meas & pedes meos. Et in Esaia: Sicut ouis ad uictimam ductus: & cætera his similia. Aquilæ autem appellantur sancti, C Esa.40.e quibus innouata est iuuentus ut aquilæ, & qui iuxta Esaiam plumescunt, & assumunt alas, ut ad Christi uenient, ant passionem. f ¶ Statim aũt post tribulationem dierum illorum sol obscurabit, & luna non dabit &c.] Sol & luna obscurabuntur, & non dabunt lumen suum, & cætera astra cadent de cœlo: uirtutes q; cœlorum commouebuntur, non diminutione luminis: Alioquin legimus sole Esa.30.f septuplum habiturũ luminis: sed ad comparationẽ ueræ lucis omnia uisui tenebrosa sint. Si itaq; iste sol qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ secundũ est luminare, & stellæ quæ ad solatium noctis accensæ sunt: omnes q; uirtutes, quas angelorum multitudines intelligimus; in aduentu Christi in tenebras reputabũtur: decutiatur superciliũ eorum: qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non for-D midãt. g ¶ Et tunc parebit signũ filij hominis in cœlo &c.] Signum hic, aut crucis intelligamus: ut uideant, iuxta Zacha Zach.12.c

m Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic Christus aut illic: nolite credere. n Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errorem inducãtur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi uobis. o Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. p Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. q Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. r Statim autẽ post tribulationẽ dierum illorũ sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadẽt de cœlo, & uirtutes cœlorũ cõmouebuntur, & tunc parebit signũ filij hominis in cœlo. s Et tunc plangent omnes tribus terræ & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabũt electos eius à quatuor uentis, à summis cœlorũ usq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata: scitis quia propè est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc omnia scitote quia propè est in ianuis. Amen dico uobis: quia non præteribit generatio hæc donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non præteribunt. t De die autem illa & hora nemo scit: neque angeli cœlorum

Dum illorum sol obscurabit, & luna non dabit &c.] Sol & luna obscurabuntur, & non dabunt lumen suum, & cætera astra cadent de cœlo: uirtutes q; cœlorum commouebuntur, non diminutione luminis: Alioquin legimus sole Esa.30.f septuplum habiturũ luminis: sed ad comparationẽ ueræ lucis omnia uisui tenebrosa sint. Si itaq; iste sol qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ secundũ est luminare, & stellæ quæ ad solatium noctis accensæ sunt: omnes q; uirtutes, quas angelorum multitudines intelligimus; in aduentu Christi in tenebras reputabũtur: decutiatur superciliũ eorum: qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non formidãt. g ¶ Et tunc parebit signũ filij hominis in cœlo &c.] Signum hic, aut crucis intelligamus: ut uideant, iuxta Zacha Zach.12.c riam & Ioannem, Iudæi quem compunxerunt: aut uexillum uictoriæ triumphantis. h ¶ Et tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filiũ hominis &c.] Plangent hi qui municipatum non habuere in cœlis, sed scripti sunt in terra. i ¶ Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius &c.] De hac tuba & Apostolus loquitur, & in Apocalypsi Ioannis legimus, & in ueteri testamento, tubæ ductiles ex auro, & ære argento q;, fieri præcipiuntur: ut sublimia doctrinarum resonent sacramenta. k ¶ Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas &c.] Sub exemplo arboris, docuit consummationis aduentũ. Quomodo, inquit, quando teneres fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortex q; folia parturit, intelligitis æstatis aduentum, & Fauonij ac ueris introitum: Ita cum hæc omnia quæ scripta sunt, uideritis: nolite putare iã adesse consummationẽ mundi, sed quasi procœmia & præcursores quosdam uenire: ut ostendãt quod propè sit & in ianuis. l ¶ Amen dico uobis: quia non præteribit generatio hæc, &c.] Supra diximus generationes bonorum & econtrario malorum esse singulas. Igitur aut omne genus hominum significat, aut specialiter Iudæorum. m ¶ Cœlum & terra transibunt.] Cœlum & terra transibunt immutatione, non abolitione sui: alioquin quomodo sol obscurabit, & luna non dabit lumẽ suũ, & stellæ cadẽt: si cœlũ in quo ista sunt, terra q; non fuerit. n ¶ De die autem illa & hora &c.] In quibusdam Latinis codicibus additum est, neq; filius: cum in Græcis, & maxime Adamantij & Pierij exemplaribus

A ribus hoc non habeatur asscriptum: sed quia in nonnul lis legitur, dissérendum uidetur. Gaudet Arius & Euno/ mius: quasi ignorantia magistri, gloria discipulorū sit, & dicunt: Non potest æqualis esse qui nouit & qui igno rat. Contra quos breuiter ista dicenda sunt: cum omnia tẽpora fecerit Iesus, hoc est, uerbum dei: Omnia em̃ p̃ ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: In o/ mnibus autem tem/ poribꝰ, etiam dies iu dicij sit: qua cõsequẽ/ tia potest eius ignora re partem, cuius to/ tũ nouerit? Hoc q̃q; dicendum est: Quid est maius, noticia pa/ tris: an iudicij? Si ma/ ius nouit, quomodo ignorat quod minus est? Scriptũ legimus: Luc.10.c Omnia quæ patris sunt, mihi tradita sũt. Si omna patris filij sunt, qua ratiõe uniꝰ sibi diei noticiam re/ seruauit, & noluit eã communicare cum fi lio? Sed & hoc inferẽ dum: Si nouissimum diem temporũ igno/ rat, ignorat & penè ul timum & retrorsum omnes. Non enim po B test fieri: ut qui pri/ mum ignorat, sciat quid secundũ sit. Igi/ tur quia probauimꝰ non ignorare filium consummationis diẽ, causa reddẽda est cur Col.2.d ignorare dicatur. A/ postolus super salua/ tore scribit: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Sunt ergo omnes thesauri in Chri/ sto sapientiæ & scientiæ? sed absconditi sunt. Quare ab/ Act.1.d sconditi sunt? Post resurrectionem interrogatus ab apo/ stolis, de die manifestius respondit. Non est uestrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua po/ testate. Quando dicit, non est uestrũ scire, ostendit quod ipse sciat: sed non expediat nosse apostolis: ut semper in/ certi de aduentu iudicis, sic quotidie uiuant, quasi die alia iudicandi sint. Denicq; & consequens euãgelij sermo idipsum cogit intelligi: dicẽs quoq; patrem solum nosse, in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij nomen est. *a* ¶ Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim &c.] Quæritur quo modo supra scriptum sit: Surget enim gens contra gen/ tem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiæ, & fa mes, & terræmotus, & nunc ea futura memorentur quæ pacis indicia sunt. Sed existimãdum iuxta Apostolum, quod post pugnas, & dissensiones, pestilentias, & fames, & terræmotus, & cætera quibus genus uastatur huma/ num: breui subsecutura sit pax, quæ quieta omnia repro mittat, ut fides credentium comprobetur, utrum transa ctis malis sperent iudicem esse uenturum. Hoc est enim 1.Thess.5.a quod in Paulo legimus: Quando dixerint, pax & securi tas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor parturientis, & non effugient. *b* ¶ Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur &c.] Tunc, inquit, duo erunt in agro, quãdo tempore uidelicet con

lorum, nisi solus pater. [u] Sicũt autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nu ptui tradentes, usq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcam: & non cognouerunt donec uenit diluuium & tu lit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. [x] Tũc duo erũt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur. Duæ molentes in mola: una assumetur, & una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur, & alter relinquetur. [y] Vi/ gilãte ergo: quia nescitis qua hora dominus uester uen turus sit. [z] Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfa milias qua hora fur uenturus esset: uigilaret utiq;, & nõ sineret perfodi domum suam. Ideò & uos estote parati: qa nescitis qua hora filius hominis uenturus est. [a] Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit do minus eius super familiã suam, ut det illis cibum in tem pore? [b] Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis: quoniã super omnia bona sua constituet eum. [c] Si aũtem dixe/ rit malus seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conseruos suos: man/ ducet autem & bibat cum ebrijs: ueniet dominus serui illius in die qua non sperat: & hora qua ignorat: & diui/ det eum, partemq; eius ponet cum hypocritis: Illic erit fletus & stridor dentium.

Cap. XXV.

Tunc exemplo, cur reticeat consummationis diem, manife/ stius docet dicens. *d* ¶ Ideo & uos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quis pu/ tas est fidelis seruus & prudens, quem constituit &c.] Plenius inculcat & replicat: quare de die consummatio/ nis & hora, nec angelos cœlorum scire prædixerit, sed solum patrem, quod non expediat scire apostolis: & ex/ emplum patrisfamilias, hoc est, sui & fideliũ seruorum, id est apostolorum ad cohortationem sollicitæ mentis interserit: ut spe præmiorum ministrent cõseruis in tem/ pore suo cibaria doctrinarũ. *e* ¶ Si autem dixerit ma/ lus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conseruos: manducet au/ tem & bibat cum ebrijs &c.] Ex superioribus pendet: quod sicut sollicitus seruus & semper aduentum domi/ ni præstolans, tradit conseruis cibaria in tempore suo, & postea super omnia bona patrisfamilias constituitur: ita econtrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora longa fiet istud, & non putat dominum cito esse uentu/ rum: factus securior, uacat epulis atq; luxuriæ, & non le/ nem patremfamilias, sed seueriſſimum sentiet iudicem. *f* ¶ Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius po/ net cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium.] Hoc ipsum docet: ut sciant quando non putatur domi/ nus tunc eum esse uenturum, & uigilantiæ ac sollicitudi nis dispensatores admonet. Porrò quod dicit, diuidet eum: non quo gladio eum dissecet, sed quo à sanctorum

C

u 261 V

x 262 V

y 263 V I

z 264. II

a 265 V

b 266 V

c 267 V

D

A consortio eum seperet,& partem eius ponat cum hypocritis: cum his uidelicet qui erant in agro, & qui molebant,& nihilominus derelicti sunt. Sæpe diximus hypocritam aliud esse,aliud ostẽdere: sicut & in agro & in mola idem uidebatur facere quod ecclesiasticus uir: sed exitus diuersæ uoluntatis apparuit.

Cap. XXV

268 X T Vnc simile erit regnum cœlorum &c.] Hanc parabolam,id est,similitudinem decẽ uirginum fatuarũ atq; prudentium,quidam simpliciter in uirginibus interpretantur: quarũ aliæ iuxta Apostolũ, 1.Cor.7 & corpore & mente sunt uirgines: Aliæ uirginitatem tantum corporum reseruantes: uel cætera opera non habent proposito suo similia: uel parentum custodia reseruatæ, nihilominus mente nupserũt. Sed mihi uidetur ex superioribus alius sensus esse qui dicitur, & nõ ad uirginalia corpora,sed ad omne hominum genus comparatio pertinere. Sicut enim duo in agro,& duæ molentes, duos significant populos, Christianorum & Iudæorum, siue sanctorum & peccatorum: qui in ecclesia constituti,uidentur quidem & ipsi arare & molere, sed cuncta in hypocrisi faciunt: sic & nunc decem uirgines omnes homines complectuntur: qui uidentur deo credere,& applaudunt sibi in scripturis sanctis, tam ecclesiasticos q̃ Iudæos atq; hæreticos. Qui idcirco omnes uirgines appellantur: quia gloriantur in unius dei noticia, & mens eorum idololatriæ turbine non cõstupratur. Oleum habent uirgines,quæ iuxta fidẽ & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ uidentur simili quidem fide dominum cõfiteri, sed uirtutum opera negligunt. Possumus quinq; uirgines sapientes & stultas,quinq; sensus interpretari: quorum alij festinant ad cœlestia, & superna desiderant: alij terrenis fecibus inhiantes,fomenta non habent ueritatis, quibus sua corda illuminent. De uisu & auditu & tactu spiritualiter dictum est: Quod uidimus,quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ palpauere. De gustu: Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. De odoratu: In odorem unguentorũ tuorum currimus. Et: Christi bonus odor sumus. b ¶ Moram autem faciente sponso,dormitauerunt omnes & dormierunt &c.] Non enim parum temporis inter priorem & secundum aduentum domini prætergreditur. Omnes dormitauerũt, id est, mortuæ sunt: quia sanctorũ mors, somnus appellatur. Consequenter autem dicitur, dormierũt: quia postea suscitandæ sunt. c ¶ Media autem nocte clamor factus est: ecce spõsus uenit, exite obuiam ei &c.] Subito enim quasi intẽpesta nocte & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per angelorũ clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum, Christi resonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forsitan lectori utile sit. Traditio Iudæorum est, Christum media nocte uenturum in similitudinem Aegyptij temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator uenit, & dominus super tabernacula transijt, & sanguine agni

Psal.33.b Cant.1.a 1.Cor.2.d

T[a] Vnc similẽ erit regnum cœlorum decem uirginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus,non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Mŏram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Mẽdia autem nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrẽxerunt omnes uirgines illæ,& ornauerunt lampades suas. Fatuæ autẽm sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro: quia lãpades nostræ extinguũtur. Respõderũt prudentes, dicẽtes: Ne forte nõ sufficiat nobis & uobis: ite põtius ad uendentes, & emite uobis. Dũm autem irent emere, uenit sponsus: & quæ pãratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nŏuissime uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille rẽspondens ait: Amen dico uobis, nescio uos. Vigilãte itaq;, quia nescitis diem neq;

B

C

D

ens, nec opera perpetua. Si quis igitur habet animam uirginalem, & amator est pudicitiæ, non debet mediocribus esse contentus,quæ cito exolescunt, & exorto cumate arefiunt: sed perfectas uirtutes sequatur, ut lumen habeat sempiternum. f ¶ Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte nõ sufficiat nobis & uobis &c.] Hoc non de auaricia, sed de timore respondent. Vnusquisq; enim pro operibus suis mercedem recipiet: neq; possunt in die iudicij aliorum uirtutes, aliorum uitia subleuare. Et quomodo tẽpore Babyloniæ captiuitatis, Hieremias Hiere.7.d peccatores iuuare non potuit,& dicitur ad eum: Ne ores pro populo isto: sic formidolosa erit illa dies, cum unusquisq; pro semetipso sollicitus erit. g ¶ Ite potius ad uendentes & emite uobis &c.] Venditur hoc oleum & multo emitur precio, ac difficili labore conquiritur: quod in eleemosynis cunctis q̃ uirtutibus & consilijs intelligimus magistrorum. h ¶ Dum autem irent emere, uenit sponsus &c.] Dant quidem quasi prudentes consilium, quod non debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere: uerũ quia iam emendi tempus excesserat: Psal.6.d & aduenientе iudicij die,locus non erat pœnitentiæ: psalmista dicente: In inferno autẽ quis confitebitur tibi: non noua opera parare, sed præteritorũ coguntur rationem exoluere. i ¶ Et quæ paratæ erant,intrauerunt cum eo &c.] Post iudicij diem, bonorũ operũ,& iusticiæ occasio non relinquetur. k ¶ Nouissime ueniũt & reliquæ uirgines &c.] Egregia quidem in domini appellatione cõfessio: idemq; repetitum,indicium fidei est. Sed quid prodest uoce inuocare, quem operibus negas? l ¶ At ille respondẽs,ait: Amen dico uobis &c.] Nouit dominus eos qui eius sunt,& qui ignorat, ignorabitur: Nescit dominus operarios iniquitatis,& licet uirgines sint,& secundum duplicem intelligentiã de corporis puritate,& de cõfessione ueræ glorientur fidei: tamen quia oleũ non habent scientiæ, sufficit eis pro pœna quod ignorantur à sponso. m ¶ Vigilate itaq; : quia nescitis diem &c.] Prudentem semper admoneo lectorem: ut non superfluis

Psal.6.d 2.Tim.2.c 1.Cor.14.d

A tiosis acquiescat interpretationib. & quæ comatice pro fingentium dicuntur arbitr o. sed consideret priora, media, & sequentia, & nectat sibi uniuersa quæ scripta sunt. Ex hoc ergo quod infert: Vigilate, quia nescitis diē neq; horam: intelliguntur uniuersa quæ dixit: id est de duobus qui in agro sunt, & de duabus molentibus, & de patrefamilias qui seruo suo credidit substantiam, & de decē uirginibus, ideo parabolas esse præmissas: utqa ignoramus omnes iudicij diem, sollicite nobis lumen bonorū operum præparemus: nedum ignoramus, iudex ueniat. a ¶ Sicut enim homo &c.] Homo iste paterfamilias, haud dubium quin Christꝰ sit: qui ad patrem post resurrectionē uictor ascendens, uocatis apostolis, doctrinam euangelicam tradidit: non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuēs, sed pro accipientium uiribus: quomodo & 1.Cor.3.d Apostolus eos qui solidum cibum capere B non poterāt, lacte potasse se dicit. Deniq; & illū qui de quinq; talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, simili recepit gaudio: non considerans lucri magnitudinē, sed studij uoluntatem. In quinq; & duobus & uno talēto: uel diuersas gratias intelligamꝰ: quæ unicuiq; traditæ sūt. Vel in primo, omnes sensus examinatos: In secundo, intelligentiam & opera: In tertio, rationem, qua homines à bestijs separamur. b ¶ Abijt aūt qui quinq; talenta acceperat &c.] Acceptis terrenis sensibus, cœlestium sibi noticiam duplicauit, ex creaturis intelligens creatorem: ex corporalibus, incorporalia: ex uisibilibus inuisibilia: ex breuibus, æterna. c ¶ Similiter qui duo acceperat &c.] Et iste pro uiribus quicquid in lege didicerat, in euangelio duplicauit: Siue scientiam & opera præsentis uitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit. d ¶ Qui autem unum &c.] Nequam seruus terrenis operibus & seculi uoluptate, dei præcepta neglexit & polluit: quanquam in alio euan Luc.19.d gelista scriptum sit, quod in sudario ligauerit: id est, doctrinā patrisfamilias molliter & delicate uiuendo eneruarit. e ¶ Post multum uero temporis &c.] Grande tempus est inter ascensionem saluatoris, & secundū eius aduētum. Si autem apostoli reddituri sunt rationem, & sub metu iudicis surrecturi, quid nos oportet facere? f ¶ Ait illi dominus eius: &c.] Vtriq; seruo (ut ante iā dixi) & q de quinq; talentis, decē fecerat, & qui de duob. quatuor: idem patrisfamilias sermo blanditur. Et notandum quod omnia quæ in præsenti habemus, licet magna uideantur & plurima: tamen comparatione futurorum, parua & pauca sunt. Intra, inquit, in gaudium domini tui: & suscipe quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quid autem potest maius dari fideli seruo, q̄ esse cū domino, & uidere gaudium domini sui? C

g ¶ Accedēs autem &c.] Vere quod scriptum est: Ad excusandas excusationes in peccatis: etiam huic seruo contigit, ut ad pigritiam & negligentiam, superbiæ quoq; crimē accederet. Qui enim simpliciter debuit inertiam confiteri & orare patremfamilias: econtrario calumniatur, & dicit se prudenti fecisse consilio: ne dū lucra pecuniæ quæreret, etiā de sorte periclitaret. b 269 II

b ¶ Respondens autem &c.] Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam uertitur. Seruus autē malus appellatur: quia calumniam domino facit. Piger: quia noluit talentum duplicare: ut in altero superbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si, inquit, durum & crudelē esse me noueras, & aliena sectari: ibiq; metere ubi nō seuerim: q̄re nō tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem: ut scires me mea diligentius quæsiturum, & dares pecuniam meam siue argentum nūmularijs? Vtrunq; enim ἀργύριον Græcus sermo significat. Eloquia, inquit, domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatū terræ, purgatum septuplum. Pecunia ergo & argentum, prædicatio euangelij est, & sermo diuinus: qui dari debuit nummularijs & trapezitis: id est uel cæteris doctoribus, quod fecerūt & apostoli, per singulas prouincias presbyteros & episcopos ordinantes: uel cunctis credentib. qui possunt pecuniā duplicare, & cum usuris reddere: ut quicquid sermone didicerāt, opere explerent. Tollitur aūt talentum, & datur ei qui decē talenta fecerat: ut intelligamus licet in utriusq; labore æquale sit gaudiū domini, hoc est, & eius q quinq; in decē duplicauerat, & eius qui duo in quatuor: tamē maius deberi præmiū ei qui plus in domini pecunia laborarit. Vnde dicit & Apostolus: 1.Tim.5.c Presbyteros honora q uere presbyteri sunt: maxime qui laborāt in uerbo dei. Ex eo quod malus seruꝰ ausus est dicere: Metio ubi nō seminasti, & cōgregas ubi non sparsisti: intelligimus, etiā gentiliū & philosophorū bonā uitam recipere dominū, & aliter habere eos qui iuste, aliter qui iniuste agāt, & ad comparationem eius qui naturali legi seruiat condemnari eos qui scriptam legem negligat. i ¶ Omnia enim &c.] Multi cū sapientes sint naturaliter D

Psal.11.b

naturaliter, & habeant acumen ingenij: ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint: ad cõparationem eius qui paululum tardior, labore & induſtria compenſauit quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromiſſum, uident tranſire ad alios. Poteſt & ſic intelligi: ei qui fidē habet, & bonam in domino uoluntatem: etiã ſi quid minus in opere ut homo habuerit, dabit̃ à bono iudice. Qui autem fidem nõ habuerit, etiam cæteras uirtutes quas uidebatur naturaliter poſſidere, perdet. Et elegãter etiam quod uidetur, inquit, habere auferetur ab eo. Quicquid enim ſine fide Chriſti eſt, non ei debet imputari qui male eo abuſus eſt: ſed illi qui malo etiam ſeruo naturæ bonum tribuit. a ¶ Et inutilẽ ſeruum eĳcite &c.] Dominus lumen eſt: qui ab eo foras mittitur, caret uero lumine. Quid ſit autem fletus & ſtridor dentiũ, ſupra diximus.

b ¶ Cũ autẽ uenerit &c.] Poſt biduũ paſcha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominib. & aceto ac felle potandus, recte præmittit gloriam triumphantis: ut ſecutura ſcandala, pollicitationis præmio cõpenſaret. Et notandum quod qui in maieſtate cernendus eſt, filius hominis ſit. Quodq; ſequitur: Statuet oues quidẽ à dextris ſuis: hœdos autem à ſiniſtris: iuxta illud intelligendum, quod alibi legis: Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Et ſupra in hoc eodem euangelio: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Oues in parte iuſtorũ ſtare iubentur ad dexteram: hœdi, hoc eſt, peccatores ad ſiniſtrã, qui ſemper pro peccato offerũtur in lege. Nec dixit, capras: quæ poſſunt habere fœtus & tõſæ egrediũtur de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas: ſed hœdos, laſciuum animal & petulcũ & feruens ſemper ad coitũ. c ¶ Venite benedicti &c.] Hoc iuxta præſcientiam dei accipiendũ, apud quẽ futura iã facta ſunt. d ¶ Amen dico &c.] Libera nobis erat intelligentia, q̃ in omni paupere, Chriſtus eſuriens paſceretur: ſitiens potaretur: hoſpes induceretur in tectũ: nudus ueſtiretur, infirmus uiſitaretur, clauſus carcere haberet ſolatiũ colloquentis. Sed ex hoc quod ſequitur: Quando feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis: non mihi uidetur dixiſſe generaliter de pauperib. ſed de his qui pauperes ſpiritu ſunt, ad q̃s tendẽs manum dixerat: Fratres mei & mater mea hi ſunt, qui faciunt uoluntatem patris mei. e ¶ Et ibũt hi in ſuppliciũ &c.] Prudens lector attende, q̃d & ſupplicia æterna ſint, & uita ppetua, metũ deinceps non habeat ruinarũ.

Cap. XXVI.

ET factum eſt &c.] Erubeſcãt qui putant ſaluatorem timuiſſe mortem, & paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Poſt biduum paſcha facturus, tradendum ſe ut crucifigatur nouit, & tamen non declinat inſidias: nõ territus fugit: intantum ut etiã cæteris ire nolentibus, pergat intrepidus: quando dicit Thomas: Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Et finem carnali ſeD ſtiuitati uolens imponere: umbraq; tranſeunte, paſchæ reddere ueritatẽ, dixerit: Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare uobiſcum, anteq̃ patiar. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus: ſi tamen comedamus illud in azymis ſynceritatis & ueritatis. Porrò quod ait, Poſt biduum paſcha fiet: ſimplici intelligentia prætermiſſa: id quod ſacratum eſt, requiramus. Poſt duos dies clariſſimi luminis, ueteris ac noui teſtamẽti: uerum pro mundo paſcha celebraẽ. Paſcha quod Hebraice dicitur פֶּסַח non à paſſione ut pleriq; arbitrantur, ſed à trãſitu nominatur: eo quod exterminator uidens ſanguinẽ in foribus Iſraelitarũ pertranſierit, nec percuſſerit eos: Vel ipſe dominus præbens auxiliũ populo ſuo deſup ambulauerit. Lege Exodi librũ: de quo plenius, ſi uita comes fuerit, diſputabimus. Tranſitus autem noſter, id eſt phaſe, ita celebratur: ſi terrena & Aegyptum dimittentes, ad cœleſtia feſtinemus. g ¶ Tunc congregati ſunt &c.] Qui debuerant paſchate uicino præparare uictimas: leuigare templi parietes: pauimenta uerrere: uaſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari

non habet, & quod uidetur habere auferetur ab eo. e Et inutilẽm ſeruũ eĳcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentiũ. f Cum autẽ uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos aũt à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Vẽnite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes erã, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus & uiſitaſtis me: In carcere erã & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quãdo te uidimus eſurientẽ, & pauimus te: ſitientẽ, & dedimus tibi potũ? Quãdo aũt te uidimus hoſpitẽ, & collegimus te: aut nudũ, & cooperuimus te: aut quãdo te uidimus infirmũ, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpõdens rex, dicet illis: Amẽn dico uobis: quamdiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erũt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi mãducare: Sitiui, & nõ dediſtis mihi potũ: Hoſpes erã, & nõ colleGiſtis me: Nudus, & nõ operuiſtis me: Infirmus & in carcere erã, & nõ uiſitaſtis me. Tũc reſpondebũt ei & ipſi, dicẽtes: Domine, quãdo te uidimus eſurientẽ, aut ſitientem, aut hoſpitẽ, aut nudũ, aut infirmũ, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico uobis: q̃diu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibũnt hi in ſuppliciũ ẽternũ: iuſti autem in uitam æternam.

Cap. XXVI.

ET factũm eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. b Tũnc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, ut Ieſum dolo tenerent

e 272 V
f 273 X
a 274 I
b 275 VI

A ficari, ut eũ agni digni fierent: congregant ineuntes consilium, quomodo occidant dominum: non timentes seditionem, ut simplex sermo demonstrat: sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. a ¶ Cũ autẽ Iesus esset in Bethania &c.] Passurus pro omni mundo, & uniuersas nationes suo sanguine redempturus: moratur in Bethania, domo obediẽtiæ: quæ quondam fuit Simonis leprosi. Non quod leprosus & illo tempore permaneret: sed q̃ antea leprosꝰ, postea à saluatore mũdatus est: nomine pristino permanẽte, ut uirtus curantis appareat. Luc.5.f Nã in Catalogo apostolorum cum pristino uitio & officio, Matthæus publicanus appellatur: qui certe publicanus esse desierat. Quidam Simonis leprosi domũ, eam uolunt intelligi partẽ populi quæ crediderit domino, & ab eo curata sit. Simon quoq; ipse obediens dicitur: qui iuxta aliã intelligentiam mundus interpretari potest: in cuius domo B curata est ecclesia.

b ¶ Accessit ad eum mulier &c.] Nemo putet eandẽ esse quæ sup̃ caput effudit unguentum, & quæ super pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeste meretrix appellatur. De hac aũt nihil tale scriptũ est. Nec enim poterat statim capite domini meretrix digna Ioan.12.a fieri. Alius euangelista pro alabastro unguenti precioſi: quod genus est marmoris, nardum pistícam posuit: hoc est ueram, & absq; dolo: ut fidem ecclesiæ & gentium demonstraret. c ¶ Videntes autem discipuli, &c.] Scio quosdam hunc locum calumniari: quare alius euangelista Iudam solum dixerit contristatum, eo quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthæus scribat omnes apostolos indignatos: nescientes tropum qui uocatur ἀνθονομασία: quo & pro uno, omnes, & pro multis, unus appellari soleat. Nam & Paulus in epistola sua quæ scribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitẽt: cum sanctorum passiones & merita descripsisset, intulit: Heb.11.g Lapidati sunt, tentati sunt, serrati sunt, in occisione gladij mortui sunt: cum unum tantũmodo Esaiam prophetam sectum Iudæi autument. Possumus & aliter dicere, quod apostoli uere propter pauperes indignati sint: Iudas autẽ propter lucra sua. Vnde & mussitatio eius cum crimine ponitur: quod nõ curam pauperum habuerit, sed suo furto uoluerit prouidere. d ¶ Sciens autem Iesus, ait illis: &c.] Alia oboritur quæstio: quare dominus post resurrectionem dixerit ad discipulos: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationẽ mundi, & nunc loquatur: me aũt non semper habetis. Sed mihi uidetur in hoc loco de præsentia dicere corporali: quod nequaq̃ cum eis ita futurus sit post resurrectionem: quomodo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. c Cum aũt Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi: accẽssit ad eum mulier habẽs alabastrum unguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aũtem discipuli, indignati sunt, dicẽtes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud uenũdari multo, & dari pauperibus. Sciens aũtem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum: me autem non semper habetis. d Mittẽs enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amẽn dico uobis: ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. e Tunc abijt unus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotis ad principes sacerdotũ, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi cõstituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet. Prima aũtem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatẽ ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum propè est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerũt discipuli sicut constituit illis Iesus & parauerũt pascha. f Vespere aũt facto, discumbebat cũ duodecim discipulis, & edentibus illis, dixit: Amen dico uobis: quia unus uestrum

i ¶ Prima autem die azymorum &c.] Prima azymorum, quartadecima dies mensis primi est, quãdo agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abijcitur. Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Iesum interrogantes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha, & Iudam æstimo fuisse proditorẽ. k ¶ At Iesus dixit: Ite in ciuitatem &c.] Morem ueteris testamenti, noua scriptura conseruat. Frequenter legimus: Dixit ille illi, & in loco illo & illo: quod Hebraice dicitur אל מרבי & פלרבי & tamen personarum locorumq; non ponitur nomen. Et inuenietis ibi quendam portantem lagenam aquæ. Quorũ idcirco uocabula prætermissa sunt: ut omnibus qui pascha facturi sunt, libera festiuitatis occasio pãderetur. l ¶ Et fecerunt discipuli &c.] In alio euangelista scriptum est: quod inueneriũt cœnaculũ magnum, stratum atq; mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autem mihi cœnaculum, lex spiritualis intelligi: quæ de angustijs literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem, Paulo idipsum loquente: quod ea quæ ante pro lucro reputabat, quasi purgamenta quisquilias q̃ contempserit, ut dignum domino hospitium præpararet. m ¶ Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis &c.] Omnia sic agit Iudas, ut tollatur suspicio proditoris. n ¶ Et edentibus illis, dixit: Amen dico uobis: quia unus uestrum me traditurus est &c.] Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit: dans locum pœnitentiæ: ut cum intellexisset

c 26 d 27 IIII e 28 II f 29 IIII D Luc.22.b Philip.3.b

A sciri cogitationes suas & occulta consilia, pœniteret eum facti sui: & tamen nō designat specialiter, ne manifeste co argutus impudentior fieret. Mittit crimē in numero, ut cōscius agat pœnitentiam. a ¶ Et contristati ualde, cœperūt singuli dicere. Nūquid ego sum? &c.] Et certe nouerant undecim apostoli, quod nihil tale contra dominum cogitarent: sed plus credūt magistro, q̄ sibi, pertimescentes fragilitatem suam, tristes interrogant de peccato, cuius cōscientiam nō habebāt. b ¶ At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manū in paropside, hic me tradet.] O mira domini patientia. Primum dixerat: Vnus uestrū me traditurus est. Perseuerat proditor in malo: manifestius arguit, & tamen nomē proprie non designat. Iudas cæteris cōtristatis, & retrahentibus manū, & interdicentibus cibos ori suo: temeritate & impudētia, qua proditurus erat: etiā manū cum magistro mittit in paropsidē, ut audacia bonā conscientiā mentiretur.

g 280 I
b 281 II
i 282 VI
k 283 X
l 284 I
m 285 II
n 286 VI
o 287 IIII
p 288 VI
B
q 289 I

c ¶ Filius quidē hominis uadit.] Nec primo nec secundo correptus à proditione retrahit pedē: sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Pœna prædicitur: ut quem pudor non uicerat, corrigant denunciata supplicia. Quod autem sequitur, d ¶ Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille &c.] Non ideo putandus est ante fuisse q̄ nasceretur: quia nulli possit bene esse, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est: multo melius esse non subsistere, quàm male subsistere. e ¶ Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti &c.] Quia cæteri tristes, & ualde tristes interrogauerant: Nunquid ego sum domine? Ne tacendo se prodere uideretur, & ipse similiter interrogat, quem cōscientia remordebat: qui manum audacter miserat in paropside. f ¶ Nunquid ego sum rabbi &c.] Et blandientis iungit affectum, siue incredulitatis signum. Cæteri enim qui non erant prodituri, dicunt: Nunquid ego sum domine? Iste qui proditurus erat: non dominum, sed magistrum uocat: quasi excusationem habeat: si domino denegato, saltem magistrum prodiderit. Et ait illi: Tu dixisti. Eadem responsione confutatus est proditor, qua Pilato postea respōsurus est. g ¶ Cænantibus autem eis, accepit Iesus panem &c.] Postquam typicum pascha fuerat impletū, & agni carnes cum apostolis comederat: assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad uerum paschæ transgreditur sacramentum: ut quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi dei sacerdos, panem & uinum offerens fecerat, ipse quoq; ueritatem sui corporis & sanguinis repræsentaret. In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinarit. Vnū primi mensis, & alterum secūdi: ut qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter pœnitentes hœdum comedat. h ¶ Dico autem uobis: non bibā amodo de hoc genimine &c.] De carnalibus transit ad spiritualia: quod uinea de Aegypto transplantata sit populus Israel: cui per Hieremiam dominus loquitur: Ego te plantaui uineam uerā: quomodo mutata es in amaritudinem uitis alienæ. Et Esaias, ppheta in cantico, quod dilecto canit, & omnis sparsim scriptura testatur. Dicit ergo se dominus de hac uinea nequaquam esse bibiturū, nisi in regno patris sui. Regnum patris, fidē puto esse credentium: apostolo quoq; idipsum cōfirmante. Regnū dei intra uos est. Ergo cum Iudæi receperint regnū patris: attende quod dicat patris, nō dei. Omnis pater nomē est filij. Cum, inquam, crediderint in deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de uino eorum bibet dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. i ¶ Et hymno dicto, exierūt in mōtē oliueti.] Hoc est quod in quodam psalmo legimus: Mā-

Gen.14.d
Luc,22.b
Hierem.2.d
Esa.5.a
Luc.17.a
D
Psal.21.d

uestrum me traditurus est. g Et cōtristati ualde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum dñe? h At ipse respondēs, ait: Qui intingit mecū manū in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo: i Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. k Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nūnquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. l Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. m Et accipiēs calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. n Dicō autem uobis: non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum: cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Et hymnō dicto exierunt in montem oliueti. o Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. p Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam aūt resurrexero, præcedā uos in Galilæam. q Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi: qa in hac nocte anteqū gallus cantet, ter me negabis. Ait illi

ducauerūt & adorauerunt oēs pingues terræ. Iuxta hoc exemplū, qui pane saluatoris saturatus, & calice inebriatus fuerit, potest laudare dominū: & conscendere in mōtem oliueti: ubi laborū refectio, doloris q̄ solatiū, & ueri luminis noticia est. i ¶ Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte] Prædicit quod passuri sunt: ut cum passi fuerint non desperēt salutem: sed agentes pœnitentiā, liberentur. Et signāter addidit, in ista nocte scandalum patiemini: quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uero dicamus: Nox præterijt: dies autem appropinquauit.

Rom.13.d

k ¶ Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis &c.] Hoc alijs uerbis in Zacharia propheta scriptum est, & (ni fallor) ex persona prophetæ ad deum dicitur: Percute pastorem & dispergentur oues gregis. Sexagesimo quoq; & octauo psalmo quitus à domino canitur, huic sensui cōgruente. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persequuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut porrat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorū fiat unus grex, & unus pastor. De hoc testimonio in libello quem de optimo genere interpretandi scripsimus, plenius dictū est. l ¶ Respondens aūt Petrus, ait illi: &c.] Nō est temeritas nec mendacium sed fides est apostoli Petri, & ardēs affectus erga dñm saluatorem: de quo supra diximus. m ¶ Ait illi Iesus: Amen dico tibi &c.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & saluator quasi deus futura nouerat. Et nota q̄ Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postq̄ autē gallus cecinit & decrescentibus tenebris uicina lux nunciata

Zach.13.a
Ioan.10.c

A ciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauans. *a* ¶ Tunc uenit Iesus cum &c.] Gethsemani, interpretatẽ uallis pinguissima, in qua iussit discipulos sedere paulisper & expectare redeuntem, donec pro cunctis solus dominus oraret. *b* ¶ Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse.] Illud quod supra diximus de passione & propassione, etiam in præsenti capitulo ostenditur: qđ dominꝰ ut ueritatem ꝓbaret assumpti hominis, uere quidẽ cõtristatꝰ sit, sed ne passio in animo illius dominaret, per propassionem cœperit contristari. Aliud est em̃ contristari, & aliud incipere cõtristari. Contristabatur autem nõ timore patiendi, qui ad hoc uenerat ut pateretur, & Petrum timiditatis arguerat, sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum omnium apostolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euersionẽ miseræ Hierusalem. Vnde & Ionas super aridítate cucurbitæ uel hederæ contristatus est, nolẽs perire quõdam tabernaculũ suum. Si autem tristiciã animi non affectũ saluatoris erga peritu-
B Ionæ.4.c ros, sed passionẽ hæretici interpretantur: respondeant, quomodo exponũt illud qđ ex persona dei per Ezechielem dicitur: Et in omnibus istis contristabas me. *c* ¶ Tunc ait illis: Tristis est anima mea &c.] Quæ contristatur, anima est, & non propter mortem, sed usque ad mortem contristatur, donec apostolos sua liberet passione. Quod aũt præcepit: Sustinete hic & uigilate mecum: non à somno prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed à somno infidelitatis & torpore mẽtis. Dicant ergo qui irrationabilẽ Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo cõtristetur & nouerit tempus tristiciæ. Quanq; enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt, nec causas, nec tempus, usq; ad quod debeant contristari. *d* ¶ Et progressus pusillum &c.] Dato apostolis præcepto ut sustinerẽt, uigilarentq; cum domino, paululum procedens cecidit in faciem suam, & humilitatẽ mentis habitu carnis ostendit, dicitq; blandiẽs: Mi pater: & postulat, ut si possibile est, trãseat ab eo passionis calix, de quo supra diximus. Postulat autem non timore patiẽdi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatũ. Vnde & signanter nõ dixit: transeat à me calix, sed calix iste: hoc est, populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiæ habere non potest, si me occiderit, habens legem & prophetas, qui me quotidie uaticinantur. Attamen reuertens in semetipsum, qđ ex hominis ꝑsona trepidanter renuerat, ex dei filijq; con-

[r] Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerũt. [s] Tunc uenit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: [t] Sedete hic donec uadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. [u] Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: Sustinete hic & uigilate mecum. [x] Et prõgressus pusillũ, procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. [y] Verumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. [z] Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. [a] Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. [b] Iterum secũdo abijt & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et uenit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt & orauit tertio eundem sermonem dicens. [c] Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradet in manus peccatorũ. Surgite eamus, ecce appropinquauit q me tradet. [d] Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas unus de duodecim uenit, & cũ eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotũ & senioribus populi. [e] Qui aũt tradidit eum, dedit illis signũ, dicens: Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. Et cõfestim accedẽs ad Iesum, dixit: Aue rabbi. Et osculatus est eum

firmat. Verũtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Non inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed ꝓpter quod ad terras tua uoluntate descendi. *e* ¶ Et uenit ad discipulos &c.] Ille qui supra dixerat: Etiam si oẽs scandalizati fuerint in te, ego nunq; scandalizabor: nũc tristiciæ magnitudine somnum uincere non potest. *f* ¶ Vigilate & orate etc.] Impossibile est humanã animam non tentari. Vide & in oratiõe dominica dicimus: Ne nos inducas in tẽtationẽ, quam ferre nõ possimus: non tentationẽ penitus refutãtes, sed uires sustinẽdi in tentationibus deprecantes. Ergo & in præsentiarum nõ ait: Vigilate & orate ne tentemini, sed ne ĩtretis in tentationem: hoc est, ne tẽtatio uos superet & uincat, & uos ĩtra casses teneat. Verbi gratia: Martyr qui ꝓ cõfessiõe domini sanguinem fundit, tentatus quidẽ est, sed tentatio num retibꝰ nõ ligat. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. *g* ¶ Spiritus quidem &c.] Hoc ad uersum temerarios, q̃ quicqd crediderint, putant se posse consequi. Itaq; quãtum de ardore mentis confidimus, tãtum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamẽ iuxta Apostolũ, in spiritu, carnis opera mortificantur. *h* ¶ Iterũ secundo abijt & orauit, dicens &c.] Secũdo orat, ut si Niniue aliter saluari non potest nisi aruerit cucurbita, fiat uolũtas patris, quæ nõ est contraria filij uoluntati, dicente ipso per prophetam: Vt facerem uoluntatẽ tuã deus meus uolui. *i* ¶ Et uenit iterum &c.] Solus orat pro oẽibus, sicut & solus patitur pro uniuersis. Langueſcebant aũt & opprimebantur apostolorũ oculi negatione uicina. *k* ¶ Tunc uenit ad discipulos &c.] Postq; tertio orauerat, ut in ore duorum uel trium testium staret omne uerbũ: & apostolorũ timorem sequenti pœnitẽtia impetrauerat corrigendũ, securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se interficiendum præbet, dicitq; discipulis suis: *l* ¶ Surgite eamus &c.] Ne nos inueniant quasi timentes & retrahentes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudiũ passuri uideant. *m* ¶ Qui aũt tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quencunq; &c.] Miser Iudas & tamen non miserabilis, eadem infidelitate qua magistrum & dominum tradidit, putabat signa quæ saluatorem uiderat facientẽ, nõ maiestate diuina, sed magicis artibus facta. Et quia eum forte audierat in monte trãsfiguratum, timebat ne simili trãsformatione elaberetur è manibus ministrorũ. Dat ergo signum, ut sciant ipsum esse quem osculo demonstraret. *n* ¶ Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue rabbi &c.] Impudens quidem &

A scelerata cõfidentia, magistrum uocare, & osculum ei ingerere, quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de uerecundia discipuli, cum nõ eum palam tradit persecutoribus, sed per signum osculi. Hoc est signum quod posuit deus in Cain, ne quicũq; inuenisset, interficeret eum

Gen.4.c

est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice, ad quid uenisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. [f] Et ecce unus ex his qui erãt cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. [g] Tũc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia nõ possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? [h] In illa hora dixit Iesus turbis: Tanq̃ ad latronem existis cũ gladijs & fustibus comprehendere me: quoti die apud uos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. [i] Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt. [k] At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribę & seniores conuenerant. [l] Petrus autem sequebatur eum à longe usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut uideret finem. [m] Principes autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent. Et non inuenerunt quum multi falsi testes accessissent. [n] Nouissime autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. [o] Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium

a ¶ Dixitq; illi Iesus: Amice ad &c.] Verbum, amice, uel κατὰ ἀντίφρασιν intelligẽdũ.

ſ 302 I Vel certe iuxta illud quod supra legimus: Amice, q̃modo huc intrasti nõ habens uestem nuptialem?

g 303 X b ¶ Et ecce unꝰ &c.] In alio euãgelista scriptũ est, q̃ Petrus hoc fecerit eodem mentis ardore q̃ cætera. Seruus quoq; principis sacerdotũ, Malchus

b 304 I appellatur, auricula quæ amputatur, dextra est. Transitorie dicendum q̃ Malchus,

i 305 VI id est, rex quondã populus Iudæorum, seruus factus sit impietatis & deuorationis

k 306 I sacerdotũ: Dexterãq; perdiderit auriculã, ut totam literæ uilitatem audiat ĩ sinistra,

l 307 IIII sed dominus in his q̃ ex Iudæis credere uoluerunt, reddidit aurem dextram, & fecit

m 308 II B seruũ genus regale & sacerdotale. c ¶ Tũc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuũ &c.]

n 309 VI Et si nõ frustra portat gladiũ, qui ultor dominicæ iræ positꝰ est in eum qui malũ operatur: attamẽ qui cunq; gladium sumpserit, gladio peribit. Quo gladio? Illo nẽ-

o 310 I pe qui igneꝰ uertitur ante paradisũ: & gladio spiritꝰ, qui in dei describitur armatura.

d ¶ An putas &c.] Nõ indigeo duodecim apostolorũ auxilio, etiam si omnes me defendere nt, qui possum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud ueteres, sex militꝰ compleba tur hominum. Pro breuitate temporis numerum nõ occurrimus explicare, typos tãtum dixisse sufficiat: septuaginta duo milia angelorum, in quot gẽtes hominum lingua diuisa est, de duodecim legionibus fieri. Sequẽs sententia promptum ad patiendum demonstrat animum, quod frustra prophetæ cecinerint, nisi dominus eos uere dixisse passione sua asseruerit. e ¶ In illa hora dixit Iesus turbis &c.] Stultum est, inquit, eum cum gladijs & fustibus quærere, qui ultro se tradit uestris manibus, & in nocte quasi latitantem, & à uestris oculis declinantem, per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est. f ¶ Hoc autem

Psal.21.d totũ factũ &c.] Quæ sunt scripturæ prophetarum? Fo-
Esa.53.c derũt manus meas & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad uictimam ductus est. Et in alio loco: Ab iniquitatibꝰ populi mei ductus est ad mortem. g ¶ At illi tenentes Ie- C
sum &c.] Moyses deo iubente præceperat, ut pontifices Exod.29.c
patribus succederent, & generationis in sacerdotibus series texeretur. Refert Iosephus istum Caiphã unius tantum anni pontificatũ ab Herode precio redemisse. Non ergo mirum est, si nequam põtifex inique iudicet. h ¶ Petrus autẽ sequebatur eum à lõge usq; in atrium pricipis sacerdotũ.] A longe sequebatur qui erat dominũ negaturus. i ¶ Et ingressus.] Vel amore discipuli, uel humana curiositate scire cupiebat, qd iudicaret de domino pontifex, utrum eum neci addi ceret, an flagellis cæsum dimitteret. Et in hoc diuersitas decẽ apostolorũ & Petri. Illi fugiunt, iste quanquam procul, sequitẽ tamen saluatorem.

k ¶ Nouissime autẽ uenerunt duo falsi testes &c.] Quomodo falsi testes sũt, si ea dicunt quæ dominum supra dixisse legimꝰ? Sed falsus testis est, q̃ nõ eodem sensu dicta intelligit quo dicunt. Dominus enim dixerat de templo corpo- D
ris sui. Sed & in ipsis uerbis calumniãtur, & paucis additis uel mutatis quasi iustam calumniã faciunt. Saluator dixerat: Solute templum hoc: isti commutant & aiunt: possum destruere tẽplum dei. Vos, inquit, solutte, non ego, quia illicitũ est ut ipsi nobis inferamus manꝰ. Deinde illi uertũt, &

o ¶ Veruntamen dico uobis &c.] Quid aduersus Caiphã? Tunc prin-

tis filium hominis ſedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli.[p] Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit ueſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit.[q] Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiã. Quid uobis uidet? At illi reſpondentes, dixerũt: Reus eſt mortis.[r] Tũc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij aũt palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?[s] Petrus uero ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eũ una ancilla, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Neſcio quid dicis.[t] Exeunte autem illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et itẽrũ negauit cum iuramento, quia nõ noui hominem. Et poſt pusillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nã & loquela tua te manifeſtũ facit. Tũc cœpit deteſtari & iurare, quia nõ nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit.[u] Et recordatus eſt Petrus uerbi Ieſu quod dixerat, prius q̃ gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare. Cap. XXVII

A Manè autem facto, cõſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum morti traderent.[b] Et uinctũ adduxerunt & tradiderũt eum Pontio Pilato preſidi.[c] Tũc uidens Iudas qui eum tradidit quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtum. At illi dixerũt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpẽdit. Principes autem ſacerdotũ acceptis argenteis, dixerũt: Non licet eos mittere in corbonã, quia precium ſanguinis eſt. Cõſilio aũt inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepul-

a ¶ Tunc princeps &c.] Quem de ſolito ſacerdotali furor excuſſerat, eadem rabies ad ſcindẽdas ueſtes prouocat. Scidit autem ueſtimenta ſua, ut oſtendat Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & uacuã ſedem habere pontifices. Sed & conſuetudinis Iudaicæ eſt, cum aliquid blaſphemiæ & quaſi contra deum audierint, ſcindere ueſtimenta ſua. Quod Paulum quoq; & Barnabam quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, feciſſe legimus. Herodes autem quia non dedit honorem deo, ſed acquieuit immoderato fauori populi, ſtatim ab angelo percuſſus eſt. Act.14.b

b ¶ Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eũ cæciderunt.] Vt adimpleretur qđ dictum eſt: Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti à cõfuſiõe ſputorum. Thren.3.d

c ¶ Alij autem &c.] Stultũ erat uerberãtibus reſpondere, & prophetizare cædentibus, cum palàm percutiẽtis uideret inſania. Sed ſicut hoc uobis non ꝓphetauit, ſic illud manifeſtiſſime uaticinatus ẽ, q̃ circũdaretur Hieruſalem ab exercitu, & non relinqueretur lapis ſuper lapidẽ in templo.

d ¶ Petrus uero ſedebat foris in atrio.] Foris ſedebat, ut uideret exitũ rei. Et nõ appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio naſceretur.

e ¶ Et iterum negauit cũ iuramento, quia non noui hominem.] Scio quidam pij affectus erga apoſtolum Petrum, locum hunc ità interpretatos, ut dicerent Petrum non deum negaſſe, ſed hominẽ, & eſſe ſensum: Neſcio hominem, quia ſcio deum. Hoc q̃ friuolum ſit, prudens lector intelligit, ſi defendunt apoſtolum ut deum mendacij reum faciãt. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte anteq̃ gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem.

f ¶ Vere tu ex illis es, nam &c.] Nõ q̃ alterius ſermonis eſſet Petrus aut gentis exteræ. Omnes quippe Hebræi erãt, & qui arguebant & qui arguebãtur, ſed quod unaquæq; prouincia & regio habeat proprietates ſuas, & uernaculum loquendi ſonum uitare non poſſit. Vnde & Ephratæi in Iudicum libro non poſſunt σύνθημα dicere. Iudic.12.e

g ¶ Tunc cœpit deteſtari &c.] In alio euãgelio legimus, quia poſt negationem Petri & cãtum galli reſpexerit ſaluator Petrũ, & intuitu ſuo eum ad amaras lachrymas ꝓuocarit. Nec fieri poterat, ut in negationis tenebris permaneret, quem lux reſpexerat mundi.

h ¶ Et egreſſus foras fleuit amare.] In atrio Caiphæ ſedens non poterat agere pœnitentiam. Egreditur foras de impiorum conſilio, ut pauidæ negationis ſordes, amaris fletibus lauet. Cap. XXVII

M Ane autem facto &c.] Non ſolum ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem ductus eſt, ut uterq; domino illuderet. Et cerne ſolicitudinem ſacerdotum in malũ. Tota nocte uigilauerũt, ut homicidiũ facerent. Et uinctum tradiderunt Pilato. Habebant enim hũc morem, ut quem adiudicaſſent morti, ligatum iudici traderent.

k ¶ Tũc uidẽs Iudas &c.] Auariciæ magnitudine impietatis põdus excluſit. Videns Iudas damnum adiudicatũ morti, precium retulit ſacerdotibus, quaſi in poteſtate ſua eſſet, perſecutorũ mutare ſententiã. Itaq; licet mutauerit uolũtatẽ ſuã, tamen uoluntatis primæ exitum non mutauit. Si autem peccauit ille q̃ tradidit ſanguinem iuſtũ, quanto magis Iudæi peccauerunt, qui emerunt ſanguinem iuſtum, & offerẽdo precium ad proditionem diſcipulum ꝓuocarunt? Qui diuerſas naturas conantur introducere, & dicunt Iudam proditorẽ malæ fuiſſe naturæ: nec electionem apoſtolatus potuiſſe ſeruare, reſpondeant q̃modo natura mala egerit pœnitentiam.

l ¶ At illi dixerunt: Quid ad nos? &c.] Nihil profuit ei ſera pœnitẽtia, per quam ſcelꝰ corrigere nõ potuit. Si quãdo ſic frater peccat in fratrem, ut emendare ualeat quod peccauit, poteſt ei dimitti. Sin aũt permanent opera, fruſtra uoce aſſumitur pœnitẽtia. Hoc eſt quod in pſalmo de eodem infeliciſſimo Iuda dicitur: Et oratio eius fiat in peccatũ, ut non ſolum emẽdare nequiuerit proditionis nefas, ſed ad prius ſcelus etiam proprij homicidij crimen addiderit. Tale quid & Apoſtolus in ſecũda ad Corinthios epiſtola loquitur: Ne abundantiori triſticia abſorbeat frater. Pſal.108.c 2.Cor.2.b

m ¶ Principes autem &c.] Vere culicem liquantes & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam: hoc eſt, in gazophylacium & dona dei, quia precium ſanguinis eſt, cur ipſum ſanguinem effundunt.

n ¶ Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figulum in ſepulturam peregrinorum &c.] Illi quidem fecerũt alia uolũtate, ut æternũ impietatis ſuæ relinquerent ex agri emptione monimentũ. Cæterũ nos q̃ peregrini eramus à lege & ꝓphetis, praua eorũ ſtudia ſuſcepimus in ſalutẽ, & in precio ſanguinis eius requieſcimꝰ. Figuli aũt ager appellat, qa figulus noſter eſt Chriſtus.

Tunc

A a ¶ Tunc impletum est &c.] Hoc testimonium in Hieremia non inuenitur. In Zacharia uero qui penè ultimus est duodecim prophetarum, quædam similitudo fertur, & quanq; sensus nō multum discrepet, tamen & ordo & uerba diuersa sunt. Legi nuper in quodam Hebraico uolumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphum, in quo hæc ad uerbum scripta reperi. Sed tamē mihi uidetur magis de Zacharia sumptum testimonium, euangelistarū & apostolorū more uulgato, qui uerborum ordine prætermisso sensus tantum de ueteri testamēto proferūt in exemplum. b ¶ Iesus autem stetit ante præsidem &c.] Pilato nihil aliud interrogāte criminis, nisi utrum rex Iudæorum sit: arguuntur impietatis Iudæi, q; ne falso quidem inuenire potuerint quod obijcerēt saluatori. c ¶ Dixit illi Iesus: Tu dicis.] Sic respondit ut & uerū diceret, & sermo eius calūniæ non pateret. Et attende q; Pilato qui inuitꝰ promebat sententiam, aliqua ex parte responderit: sacerdotibꝰ autem & principibus respondere noluerit, indignos suo sermone iudicans. d ¶ Tunc dicit illi Pilatus: Non audis &c.] Ethnicus quidem est, qui condēnat Iesum, sed causam refert in populū Iudæorum. Non audis quāta aduersum te dicunt testimonia? Iesus autem nihil respōdere uoluit, ne crimen diluens à præsidē dimitteretur, & crucis utilitas differretur. e ¶ Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur Barrabas.] Iste in euangelio quod scribitur iuxta Hebræos, filius magistri eorū interpretatur, qui propter seditionem & homicidiū fuerat condemnatus. Offert autē eis optionem Pilatus dimittēdi quem uelint, latronem, an Iesum, non dubitans Iesum potius eligendum, sciens eum propter inuidiam traditum. Igitur causa crucis manifeste inuidia est. f ¶ Sedente autem &c.] Nota q; gentibus sæpe à deo somnia reuelentur: & quod in Pilato & uxore eius iustum dominum confitentibus gentilis populi testimonium sit. g ¶ Dicit illis Pilatus: Quid &c.] Multas liberandi saluatoris Pilatus occasiones dedit. Primū latronem iusto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus: hoc est, qui rex uester est. Cum q; responderent: Crucifigatur, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionē uxoris quæ mandauerat: Nihil tibi & iusto illi, ipse quoq; respondit: Quid em̄ mali fecit? Hoc dicēdo Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabāt, dicentes: Crucifigatur. Vt impleret quod in XXI. psalmo dixerat: Circūdederūt me canes multi, & cōgregatio malignantiū obsedit me. Et illud Hieremiæ: Facta ē mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaia quoque in hac sententia cōgruente: Expectaui ut facerēt iudicium: fecerūt autem iniquitatē, & non iusticiam, sed clamorem. b ¶ Vidēs autem Pilatus &c.] Pilatus accipit aquam, iuxta illud ꝓpheticum: Lauabo inter innocētes manꝰ meas: ut in lauacro manuū eius, gentilium opera purgarentur, & ab impietate Iudæorū qui clamauerunt, crucifige eum, nos alienos faceret: quodāmodo hoc contestans & dicens: Ego quidē innocentē uolui liberare, sed q; niā seditio oritur, & ꝓduellionis mihi contra Cæsarem crimen impingitur, innocens ego sum à sāguine iusti huiꝰ. Iudex qui cogitur contra Christū sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronuncias qui crucifigēdus est. Vos inquit, uideritis. Ego ministerium legū, uestra uox sanguinē fundit. i ¶ Et respōdēs uniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.] Perseuerat usq; in præsentem diem hæc imprecatio sup Iudæos, & sanguis domini non auferetur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudiā uos. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine. Optimam hæreditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. k ¶ Tunc dimisit illis Barrabā, Iesum aūt flagellatū tradidit eis ut crucifigeret.] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorū autor erat: dimissus est populo Iudæorū, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere nō possunt. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Centurio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatū lauisse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatū tradidisse Iesum ut crucifigeret. Sed sciendum est Ro. eum legibus ministrasse, q; sancitū est, ut q; crucifigit, prius flagellis uerberet. Traditꝰ est itaq; Iesus mi-

a 320 I

b 321 IIII

c 322 II

d 323 IIII

e 324 X B

f 325 I

g 326 I

h 327

i 328 I

in sepulturam peregrinorum, propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, usq; in hodiernū diem. Tūnc impletū est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quod appreciauerunt à filijs Israel, & dederūt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. d Iesus aūtem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorū? e Dixit illi Iēsus: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tūnc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum uerbū, ita ut miraretur præses uehementer. f Per diem aūt solennē consueuerat præses populo dimittere unum uinctū quem uoluissent. g Hābebat autem tunc uinctū insignem, qui dicebatur Barrabas. Cōgregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem uultis dimittā uobis: Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent eum. h Sedēnte aūt illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. i Principes autem sacerdotum & seniores persuaserūt populis ut peterent Barrabam, Iesum uero perderent. Respondens autem præses, ait illis: Quē uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabā. Dicit illis Pilatus: k Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid em̄ mali fecit? At illi magis clamabant, dicētes: Crucifigatur. l Vidēns aūt Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, acceptа aqua, lauit manus corā populo, dicens: Innocēs ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. m Tūnc dimisit illis Barabbā: Iesum autem

k 326 I

l 327

m 328 I

A sus militib⁹ uerberãdus, & illud sacratissimũ corpus pe/ctusq; dei capax, flagella secuerũt. Hoc aũt factum est, ut Psal.31.c qa scriptum erat: Multa flagella peccatorũ, illo flagellato nos à uerberibus liberaremur, dicente scriptura ad uirũ iustum: Flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo.

autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.[n] Tũnc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortẽ, & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, et genuflexo ante eum illudebãt ei, dicentes: Aue rex Iudæorum.[o] Et ẽxpuentes in eum, acceperunt arundinẽ & percutiebant caput eius. Et póst quã illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. [p] Exẽuntes aũt inuenerunt hominẽ Cyreneum, nomine Simonẽ, hunc angariauerũt ut tolleret crucem eius.[q] Et uẽnerũt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus.[r] Et dẽderunt ei acetum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. [s] Póstq; aũtem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meã miserunt sortem. Et sedẽntes seruabant eum. [t] Et impósuerunt super caput eius causam ipsius scriptã: Hic est Iesus rex Iudæorum. [u] Tũnc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus à dextris, & unus à sinistris.[x] Prætereũntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicẽtes: Vah qui destruis templũ dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum, si filius dei es, descẽde de cruce.[y] Similiter & principes sacerdotũ illudẽtes cum scribis

n 329 IIII

o 330 VI

p 331 I

q 332 I

r 335 IIII

s 334 I

t 335 I

u 336 I

x 337 VI

y 338 II

Ioan.11.f

Esa.50.c

Ephe.5.d

Hiere.2.d

Psal.68.c

Psal.21.d

B

a ¶ Tũc milites præsidis &c.] Milites qui dem quia rex Iudæorũ fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimen obiecerãt, quod sibi in populo Israel usurparet imperium: illudentes hoc faciunt, ut nudatum pristinis uestib⁹ induant chlamydem coccineam, p rufo limbo, quo reges uteres utebantur: & pro diademate ponunt ei coronam spineam, pro sceptro regali dãt calamũ, & adorant quasi regem. Nos autem oĩa hæc intelligamus mystice. Quomodo enim Caiphas dixit: Oportet unũ hominem mori pro omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quæcũque fecerũt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, sacramẽta tribuerũt. In chlamyde coccinea, opera gentium cruenta sustẽtat: in corona spinea, maledictum soluit antiquũ: in calamo, uenenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, ut sacrilegiũ scriberet Iudæorum. b ¶ Et expuentes in eum acceperunt arundinem & percutiebant caput eius.] Eo tempore completum est: Non auerti faciem meam à confusione sputorum, & tamen cum caput eius percutiant arundine, sustinet cuncta patienter, ut Esaiæ uerum ostendat uaticinium, dicentis: Arundinem quassatam nõ confringet. c ¶ Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde &c.] Quando flagellatur Iesus & conspuitur & irridetur, non habet propria uestimenta, sed ea quæ ꝓpter nostra peccata sumpserat. Cum autem crucifigitur, & illusionis atque irrisionis pompa præterierit, tunc pristinas uestes recipit, & propriũ assumit ornatum, statimq; elementa turbantur, & creatori testimonium dat creatura. d ¶ Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius.] Ne quis putet huic loco Ioannis euangelistæ historiam esse cõtrariam. Ille enim dixit exeuntem dominũ de prætorio portasse crucem suam: Matthæus autem refert quod inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem, quem angariantes imposuerunt ei crucem Iesu. Sed hoc intelligendum est, quod egrediens de prætorio Iesus, ipse portauerit crucem suam: postea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucem imposuerint. Iuxta Anagogen uero, crucem Iesu suscipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam salnatoris. e ¶ Et uenerunt in locum qui dicitur Golgatha, quod est caluariæ locus.] Audiui quendam exposuisse caluariæ locum in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatũ esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput, & hoc esse quod Apostolus dicat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christ⁹. Fauorabilis interpretatio, & mulcẽs aurem populi, nec tamen uera. Extra urbẽ eñ & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum: & caluariæ, id est decolatorũ sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur uexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictũ crucis factus est, & flagellatus est, & crucifix⁹, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigerẽ. Sin autem quispiam contendere uoluerit, ideo ibi dominũ crucifixũ, ut sanguis ipsius super Adæ tumulum distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodẽ loco crucifixi sint? Ex quo apparet Caluariam nõ sepulchrũ primi hominis, sed locũ significare decollatorum, ut ubi abũdauit peccatum, superabundaret gratia. Adam uero sepultũ iuxta Hebrõ & Arbee, i Iesu filij Naue uolumine legim⁹. f ¶ Et dederunt &c.] Deus loquitur ad Hierusalem: Ego te plãtaui uineam ueram, quomodo facta es in amaritudinem uitis alienæ? Amara uitis, amarum uinũ facit, quod propinat domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod autẽ dicitur: Et cũ gustasset noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. g ¶ Postq; autem &c.] Et hoc in eodem psalmo fuerat prophetatum: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. h ¶ Et sedentes seruabant eum.] Diligentia militũ & sacerdotum nobis profecit, ut maior & apertior resurgentis uirtus appareat. i ¶ Et imposuerunt super caput.] Nõ possum digne admirari pro rei magnitudine, quod redemptis prẽcio falsis testibus, & ad seditionem clamoremq; infelici populo cõcitato, nullam aliam inuenerint causam interfectionis eius, nisi quod rex Iudæorũ esset: Et illi forsitan illudentes ridentesq; hoc fecerint. Cæterũ Pilatus etiam nolentibus respõdit: Quod scripsi scripsi. Velitis, nolitis Iudæi, omnis uobis gentiũ turba respondit: Iesus rex Iudæorũ est: hoc est, imperator credentium & confitentium. k ¶ Tunc crucifixi sunt &c.] Si Golgatha tumulus est Adam, & non damnatorum locus, & ideo domin⁹ ibi crucifigitur, ut suscitet Adam, duo latrones quare in loco isto eodẽ crucifigunt. l ¶ Prætereuntes autem &c.] Blasphemant, quia prætergrediebantur uiam, & in uero itinere scripturarum ambulare nolebãt.

Mouebant

A Mouebant capita sua, quia iam antea mouerant pedes, & non stabant super petram. Idipsum autem insultãs dicit fatuus populus, quod falsi testes confinxerant.
a ¶ Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere.] Etiam nolentes cõfitentur scribæ & pharisæi, quod alios saluos fecerit. Itaque uos uestra cõdemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si uellet, seipsum saluare poterat.

x 339 II b ¶ Descendat nunc de cruce, & credemꝰ ei.] Fraudulẽta promissio. Quid est plꝰ, de cruce adhuc descẽ-
c 340 II dere uiuentem, an de
b 341 VI sepulchro mortuum resurgere? Resurrexit & non credidistis: Ergo si etiã de cruce de-
c 342 II scẽderet, similiter nõ crederetis. Sed mihi hoc uidentur dæmones ĩmittere. Statim enim ut crucifixꝰ est
d 343 I dominus, senserũt uirtutem crucis, & intel-
e 344 II lexerũt fractas esse uires suas, & hoc agunt
f 345 X ut de cruce descẽdat: sed dominꝰ sciens ad uersariorũ insidias, permanet in patibulo, ut diabolum destruat. c ¶ Idipsum autem & latrones qui crucifixi erãt cum eo, improperabant ei.] Hic per tropũ qui appellatur σύλληψις pro uno
B latrone uterq; inducitur blasphemasse. Lucas uero asserit, q̃ altero blasphemante, alter confessus sit, & econtrario increpauerit blasphemantem. Non quod discrepent euangelia, sed quod primum uterq; blasphemauerit: dehinc sole fugiente, terra commota, saxisq; disruptis, & in gruẽtibus tenebris, unus crediderit in Iesum, & priorem negationem sequenti confessione emendauerit. In duobus latronibus, uterq; populus, & gentilium & Iudæorum primum dominũ blasphemauit. Postea signorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & usque hodie Iudæos increpat blasphemantes. d ¶ A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam.] Qui scripserunt contra euangelia, suspicantur deliquiũ solis, quod certis statutisq; temporibꝰ accidere solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurrectione domini interpretatos, cum defectus solis nunquam nisi ortu lunæ fieri soleat. Nulli autẽ dubium est paschæ tempore lunam fuisse plenissimã. Et ne forsitã uideretur umbra terræ, uel orbis lunæ soli oppositus, breues & ferrugineas feciſſe tenebras: trium horarum spacium ponitur, ut omnis causantium occasio tolleretur. Et hoc factum reor ut compleatur prophetia, di-
Amos 8.c cens: Occumbet sol meridie, & contenebrabit̃ super ter-
Hiere.15.b ram in die lux. Et in alio loco: Occubuit sol cum adhuc media esset dies. Videturq; mihi clarissimũ lumen mundi, hoc est, luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentem uideret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. e ¶ Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, Eli lamma azabthani, Hoc est: Deus meus, deus meus, ut quid dereliqsti me.] Principio uicesimiprimi psalmi abusus est, illudq; quod in medio uersiculo legitur: Respice in me, superfluũ est. Legitur enim in Hebræo: Deus meus, deus meus quare me dereliquisti? Ergo impij sunt qui psalmum istum ex persona Dauid siue Hester & Mardochæi dictũ putant, cum etiã euangelistæ testimonia ex eo sumpta super saluatore intelligant. Vt est illud: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserũt sortem. Et aliud: Foderunt manꝰ meas & pedes meos. Ne mireris uerborum humilitatem & querimonias dereliscti, cum formam serui sciens, scãdalũ crucis uideas. f ¶ Quidam autem illic stantes &c.] Non omnes, sed quidã, quos arbitror milites fuisse Romanos, nõ intelligentes sermonis Hebraici proprietatẽ, sed ex eo qd̃ dixit: Eli, Eli, putãtes Eliam ab eo inuocatũ. Sin autem Iudæos qui hoc dixerint intelligere uoluerimus, & hoc more sibi solito faciũt, ut dominũ ibecillitatis infament, qui Eliæ auxiliũ deprecet̃. g ¶ Et cõtinuo &c.] Et hæc facta sunt ut compleretur prophetia: In siti mea potauerũt me aceto. Vsq; hodie Iudæi & oĩes incredu- Psal.68.c
li dominicæ resurrectionis, aceto & felle potant Iesum, & dant multis ei uinum myrrhatum, ut eum cõsopiant, & mala eorum non uideat. h ¶ Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spiritum.] Diuinæ potestatis indicium est emittere spiritum, ut ipse quoq; dixerat: Nemo potest tollere animam meam à me, sed ego pono eam à meipso, & rursum accipiam eam. i ¶ Et uelum templi scissum est in duas partes, à summo usq; deorsum.] Velum templi scissum est, & omnia legis sacramenta quæ prius tegebantur prodita sunt, atq; ad gentium populum transierunt. In euãgelio cuius sæpe facimus mentionem, superliminare templi infinitæ magnitudinis fractum esse atque diuisum legimus. Iosephus quoq; refert uirtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter conclamasse: Transeamus ex his sedibus. k ¶ Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt.] Nulli dubium est quid significet iuxta literam magnitudo signorum, ut crucifixum dominũ suum & cœlum & terra & omnia demonstrarent. Sed mihi uidetur terræmotus & reliqua typum ferre credẽtium, quod pristinis errorum uitijs derelictis & cordis emollita duricia, qui prius simules erant tumulis mortuorum, postea agnouerint creatorẽ. l Et multa corpora &c.] Quomodo Lazarus mortuus resurrexit, sic & multa corpora sanctorũ resurrexerunt, ut dominum ostenderẽt resurgentẽ. Et tamen cum Ioan.11.c
monumenta aperta sint, non antea resurrexerunt q̃ dominus resurgeret, ut esset primogenitꝰ resurrectionis ex mortuis. Sanctam aũt ciuitatẽ in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierosolymã cœlestem intelligamus, aut hãc terrenam, quæ ante sancta fuerat. Sicut & Matthæus appellatur publicanus, non q̃ & apostolus adhuc permaneat publicanus, sed q̃ pristinũ uocabulũ teneat. Sancta appellabat̃ ciuitas Hierusalẽ propter templũ & sanctorum, & ob distinctionẽ aliarum urbiũ, in quibus idola colebantur. Quando uero dicitur, apparuerunt multis, ostendit̃ nõ generalis fuisse resurrectio, quæ omnibꝰ appareret, sed specialis ad plurimos, ut hi uiderent qui cernere

multis. [g] Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. [b] Erant aũt ibi mulieres multæ à longe quæ secutę fuerant Iesum à Galilæa ministrãtes ei: inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. [i] Cũm autem sero factũ esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. [k] Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illũd in monumento suo nouo, quod excíderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. [l] Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes cótra sepulchrum. [m] Altera aũt die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgam. Iubẽ ergo custodiri sepulchrũ usq; in diem tertium: ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi aũt abeuntes munierũt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Cap. XXVIII.

[d] Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrũ. Et ecce terræmotus factus est magnus. [e] Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit

A cernere merebantur. [a] ¶ Centurio autem &c.] In alio euangelio post terræmotum manifestior causa miraculi Cẽturionis exponitur: quod cum uidisset eum spiritum dimisisse dixerit: Vere filius dei erat iste. Nullus enim habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille qui animarum cõditor est. Spiritum autẽ in hoc loco pro anima intelligamus, seu quod spirituale & uitale corpus faciat: seu qd' animæ ipsius substantia spiritꝰ fit, iuxta illud Psal.103.d quod scriptũ est: Auferes spiritum eorum & deficiẽt. Et hoc considerandũ quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis uere dei filiũ confiteatur: & Arius in ecclesia prædicet creaturam. [b] ¶ Erãt autem ibi mulieres multæ à longe, quæ sequutæ fuerãt Iesum à Galilæa ministrãtes ei.] Consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebat in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua uictum atq; uestitum præceptoribus ministrarent. Hoc qa scandalum facere poterat
B in nationibꝰ, Paulus abiecisse se memorat.
1.Cor.9.d Dicit enim ipse: Nunqd non habemus potestatem sorores mulieres circũducẽdi, sicut & cæteri apostoli faciunt. Ministrabant autẽ domino de substantia sua, ut meteret earum carnalia, cuiꝰ illæ metebãt spiritualia. Non quod indigeret cibis dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, q̃ uictu atq; uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed uideamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam à qua septem dæmonia ejecerat, & Mariam Iacobi & Ioseph matrẽ, materterã suam, sororem Mariæ matris domini, & matrem filiorũ Zebedæi, quæ paulo ante regnũ liberis postulauerat, & alias quas in cæteris euãgelijs legimus. [c] ¶ Cum sero factũ esset &c.] Diues refertur, nõ de iactantia scriptoris, quo uirum nobilem atq; ditissimũ referat Iesu fuisse discipulum, sed ut ostendat causam quare à Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatum præsidem Romanæ potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio euangelista Ioseph iste βουλευτὴς appellatur, id est, consiliarius, & de ipso quidã putant primum psalmum esse compositũ: Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum, & reliqua. [d] ¶ Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda.] Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis quidem possunt carere diuitijs. Possumus autem iuxta intelligentiam spiritualem & hoc sentire, q̃ corpus domini non auro, gemmis & serico, sed linteamine puro obuoluendum sit, quanquam &

Luc.8.d

Luc.23.g

Mariæ uirginalẽ uterum demonstrare, saxumq; ostio appositum, & saxũ magnũ, ostendere absq; auxilio plurimorũ sepulchrum nõ potuisse reserari. [f] ¶ Erat autẽ ibi &c.] Cæteris relinquentibus dominũ, mulieres ĩ officio perseuerant, expectantes quod promiserat Iesus, & ideo meruerũt primæ uidere resurgentem, quia qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. [g] ¶ Iube ergo &c.] Non sufficerat principibus sacerdotum & scribis ac pharisæis crucifixisse dominũ saluatorem, nisi sepulchrum custodirẽt, cohortem acciperent, signarẽt lapidẽ, & quãtum in illis est, manũ opponerent resurgenti, ut diligẽtia eorum
D nostræ fidei ꝓficeret. Quanto eñ amplius reseruatur, tanto magis resurrectionis uirtus ostenditur. Vnde & in monumento nouo quod excisum fuerat in petra, conditus est, ne si ex multis lapidibus ædificatũ esset, suffossis tumuli fũdamentis, ablatus furto diceret. Quod autem in sepulchro ponendus esset, prophetæ testimonium est, dicentis: Hic habitabit in excisa spelũca petræ fortissimæ. Statimq; post duos uersiculos sequitur: Regem cum gloria uidebitis.

g 346 II
b 347 VI
i 348 I
k 349 I
l 350 VI
m 351 X
d 352 I
Esa.33.a

Cap. XXVIII

[e] Vespere autem &c.] Quod diuersa tempora istarum mulierum in euangelijs describuntur, non mendacij signum est, ut impij obijciunt, sed sedulæ uisitationis officium, dum crebro abeunt ac recurrunt, & nõ patiuntur à sepulchro domini diu abesse uel longius. [b] ¶ Et ecce terræmotus &c.] Dominus noster unus atq; idem filius dei & filius hominis, iuxta utrãq; naturam diuinitatis & carnis, nunc magnitudinis suæ, nũc humilitatis signa demonstrat. Vnde & in præsenti loco, quanq; homo sit qui crucifixus est, qui sepultꝰ est, qui clausus tumulo, quem lapis oppositus cohibet: tamen quæ foris aguntẽ, ostendunt filiũ dei, sol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, uelũ scissum, saxa dirupta, mortui suscitati, angelorum ministeria, quæ ab initio natiuitatis eius deũ probabant. Ad Mariã Gabriel uenit, cum Ioseph angelꝰ loquitur: idem pastoribus nunciat, angelorũ postea auditur chorꝰ, dicentiũ: gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Tentatur in solitudine, & post uictoriã statim seruiunt angeli. Nunc quoq; angelus ue-

h nit custos

A nit cuſtos ſepulchri dominici, & in ueſtitu cãdido ſignat gloriam triumphantis. Necnon aſcendente ad cœlos dominо, duo angeli in oliueti monte cernuntur, pollicentes apoſtolis ſecundũ ſaluatoris aduentum. a ¶ Præ timore autẽ &c.] Cuſtodes timore perterriti, inſtar mortuorum ſtupefacti iacẽt, & tamẽ angelus non illos, ſed mulieres cõſolatur: Nolite timere uos. Illi, inqt, timeãt: in his perſeueret pauor, in quibus permanet incredulitas. Cæterũ uos quia Ieſum quæritis crucifixum, audite quod reſurrexerit, & promiſſa perfecerit. b ¶ Venite & uidete ubi poſitus erat &c.] Vt ſi meis uerbis nõ creditis, uacuo credatis ſepulchro, & gradu cõcito pergite ac nũciate diſcipulis eiº. c ¶ Quia ſurrexit &c.] Hoc ẽ, in uolutabrũ gẽtium, ubi ante error erat & lubricum, & firmo ac ſtabili pede ueſtigiũ nõ ponebat. d ¶ Et exierũt &c.] Duplex mẽtes mulierum tenebat affectº, timoris & gaudij: alter de miraculi magnitudine, alter ex deſiderio reſurgentis, & tamen uterque fœmineum cõcitabat gradum. Pergebant ad apoſtolos, ut per illos fidei ſeminarium ſpargeretur. e ¶ Et ecce Ieſus occurrit illis &c.] Quæ ſic quærebãt, quæ ita currebant, merebanẽ obuiũ habere dominum reſurgentem, & primum audire: Aue te, ut maledictũ Euæ mulieris, in mulieribus ſubuerteretur. f ¶ Illæ autem acceſſerunt & tenuerũt pedes eius &c.] Iſtæ accedũt & tenent pedes eius, quia adorauerũt eum. Cæterũ illa quæ quærebat uiuentem cum mortuis, & neſciebat adhuc filium dei ſurrexiſſe, merito audit: Ne tangas me, nondũ enim aſcendi ad patrẽ meũ. g ¶ Tũc ait illis Ieſus: Nolite timere.] Et i ueteri & in nouo teſtamẽto hoc ſemper obſeruandũ eſt, ꝙ quando auguſtior aliqua apparuerit uiſio, primum timor pellitur, ut ſic mente placata poſſint quæ dicunẽ audiri. h ¶ Ite nunciate fratribus meis &c.] His fratribus de quibus in alio loco dixit: Annũciabo nomẽ tuũ fratribº meis, qui ſaluatorem nequaq̃ in Iudæa cõſpiciunt, ſed in gentium multitudine. i ¶ Et congregati &c.] Cuſtodes miraculum confitentur, ad urbem cõciti redeunt: nunciãt principibus ſacerdotum quæ uiderint, quæ facta conſpexerint. Illi qui debuerant conuerti ad pœnitentiã, & Ieſum quærere reſurgentẽ, perſeuerant in malicia, & pecuniam quæ ad uſus templi data fuerat, uertunt in redemptionẽ mendacij, ſicut antea triginta argenteos dederant Iudæ proditori. Omnes igitur qui ſtipe templi, & his quæ conferuntur ad uſus eccleſiæ abutuntur in alijs rebus, qbus ſuam expleãt uoluntatẽ: ſimiles ſunt ſcribarũ & ſacerdotum redimentium mendaciũ, & ſaluatoris ſanguinem.

b 353 II

reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autẽ aſpectus eius ſicut fulgor, & ueſtimentũ eius ſicut nix. [b] Præ timõre autẽ eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere uos. Scio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt quæritis: Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit. Venite & uidete lõcum ubi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius: Quiã ſurrexit, & ecce prẽcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, ecce prædixi uobis. [c] Et exiẽrunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius. [d] Et eccẽ Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accẽſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tũnc ait illis Ieſus: Nolite timere: Itẽ nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt. Quæ cum abijſſent, ecce quidam de cuſtodibus uenerunt in ciuitatem & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et cõgregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte uenerunt & furati ſunt eum, nobis dormiẽtibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros uos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt uerbum iſtud apud Iudæos uſque in hodiernum diem. Vndẽcim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat illis Ieſus. Et uidentes eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Ieſus, loquutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: docẽtes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui uobis. Et eccẽ ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi.

k ¶ Vndecim aũt.] Poſt reſurrectionẽ Ieſus in monte Galilææ conſpicitur, ibiq; adoratur, licet quidã dubitẽt, & dubitatio eorum noſtram augeat fidem. Tunc manifeſtius oſtenditur Thomæ, & latus lãcea uulneratum, & manus fixas demõſtrat clauis l ¶ Accedẽs Ieſus loquutus eſt eis dicens: Data eſt &c.] Illi poteſtas data eſt, q̃ paulo ante crucifixº, qui ſepultus in tumulo, qui mortuº iacuerat, qui poſtea reſurrexit. In cœlo autẽ & in terra poteſtas data ẽ, ut qui ante regnabat in cœlo, per fidẽ credentium regnet in terris. m ¶ Euntes autẽ docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.] Primũ docẽt omnes gẽtes, deinde doctas intingũt aqua. Non enim poteſt fieri ut corpus baptiſmi recipiat ſacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit ueritatem. Baptizantur autem in nomine patris & filij & ſpiritº ſancti, ut quorũ una eſt diuinitas, una ſit largitio: nomenq; trinitatis, unº deus eſt. n ¶ Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui uobis.] Ordo præcipuº: Iuſſit apoſtolis ut primũ docerẽt uniuerſas gẽtes, deinde fidei intingerent ſacramento: & poſt fidem ac baptiſma quæ eſſent obſeruanda præciperent. Ac ne putemus leuia eſſe quæ iuſſa ſunt & pauca, addidit: Omnia quæcunque mandaui uobis. Vt quicunque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciãt quæ præcepta ſunt. o ¶ Et ecce ego uobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi.] Qui uſque ad conſummationem ſeculi cum diſcipulis ſe futurum eſſe promittit, & illos oſtendit ſemper eſſe uicturos, & ſe nunquã à credentibus receſſurum. Qui autem uſque ad conſummationem mundi ſui præſentiam pollicetur, non ignorat eam diem in qua ſe ſcit futurum cum apoſtolis.

Pſal. 21. c

Diuo

Commentariorum Hieronymi in Matthæum, finis.

A DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INSCRIPTA IN C
euangelium ſecundum Marcum præfatio.

OMnis ſcriba doctus in regno cœlorum,ſimilis eſt homini patrifamilias,qui profert de theſauro ſuo noua & uetera.Ego uero ſimilis pauperculæ uiduæ,duo minuta in gazophylacium mittenti,diſcentibus meis pauperculis,ac de paupere pera ſperantibus alimenta: has de menſa diuitum mitto micas, quas catuli mei auide cum Syrophœniſſa flagitãt.Porrò anxiata,aurum & argentum, lapides precioſos minime habens:pelles ſcilicet hyacinthinas de cœleſtibus, non de terreſtribus offeram,ſi potuero de naturis: id eſt, de Marci euangeliſtæ hiſtoria,uel myſtico intellectu,ut maiores mei tradiderunt, deo adiuuante intimare curabo.Quem ideo euangeliſtã tractantes intactũ ut puto prætereunt,quia eadem penè quæ Matthęus narrat,licet in propriis quibuſdam ſint diſtincti teſtimoniis,ut ala alterius, alam alterius tangat animalis,& rota rotam eadem ſequatur uia, ut uerſis inuicem uultibus,ſeſe ſancta contueantur animalia. In primo canone Marcus cum Matthæo Lucaq; comitatur & Ioanne. In ſecundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In ſexto canone uelut in uno uecte duo anuli, Matthæus ſemper coniungitur & Marcus, id eſt, in quadragínta & ſeptem capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur: id eſt, in tredecim capitulis. In propriis uero quæ maxime utcunque explanare diſpono, decem & octo incedit ſpeciatim capitulis, quæ ſimul omnia ducenta & triginta quinque ſunt capitula. Marcus euangeliſta dei, Petri diſcipulus, Leuiticus genere, & ſacerdos in Italia hoc ſcripſit euangelium. Qui initium euangelij ſui de uocibus prophetarum præſumens, præcurſorem Chriſti Ioannem, Malachiæ, id eſt, angeli teſtimonio comprobans, uerbum caro factum,uoce Eſaiæ deſignans,principium euangelicæ prædicationis inſtituit: & inuenit in uerbo uocis quod in cõſonantibus, id eſt, in genealogiis dei & hominis perdiderat. Vnde totus in primis à perfectione Chriſti ętatis prædicare inchoat: nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filij dei. Sed & ieiunium numeri legalis, repulſam diaboli, miniſterium angelorum proferens, magna in breui
B comprehendit.Qui primus Alexandriæ fuit epiſcopus, cuius per ſingula opus fuit ſcire,& euan D
gelij in ſe dicta diſponere, & diſciplinam in ſe legis cognoſcere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. Qui ſeminat poſt Matthæum, qui fremit ut leo, qui uolat ut aquila, qui diſcit ut homo, qui immolat ut ſacerdos, qui irrigat ut flumen, qui floreſcit ut ager, qui feruet ut uinum: Chriſtus etenim de quo loquitur, homo naſcendo, uitulus moriendo, leo ſurgendo,aquila eſt aſcendendo. Quatuor ſunt qualitates de quibus ſancta euangelia contexuntur: præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis iuſticia, in mandatis charitas, in teſtimoniis fides, in exemplis perfectio conſiſtit. Vt ſunt hæc præcepta. Tunc Ieſus præcepit diſcipulis ſuis duodecim: In uiam gentium ne abieritis, & reliqua: hoc eſt, diuertere à malo. Mandata autem hæc ſunt quibus dicitur: Mandatum nouum do uobis,ut diligatis inuicem: hoc eſt, facere bonum, & charitatem implere. Teſtimonia ſunt, quæ in ore duorum uel trium teſtium ſtant. Vt eſt illud: Ioannes teſtimonium perhibet de me, ſed habeo teſtimonium maius Ioanne. Pater ipſe qui in me manet, teſtimonium perhibet de me. Et ipſa opera quæ ego facio,teſtimonium perhibent de me, & ego teſtimonium perhibeo ueritati. Exempla uero ſunt quibus Ieſum imitantur dicentem: Diſcite à me, quia mitis ſum, & reliqua. Et: Eſtote perfecti: id eſt, miſericordes, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Et alibi: Exemplum enim dedi uobis, ut & uos ita faciatis.Has quatuor qualitates pſalmographi uerſus cõcinunt,dicẽtes:Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Hiſtoriam maxime præcepta continent. Et alibi: Latum mandatum tuum nimis. Quia qui diligit proximum, totam legem impleuit. Item, teſtimonia tua intellexi: non eſt enim omnium teſtimonia intelligere. Vnde aliàs dicit: Teſtimonium domini fidele. Quia potius fide animi, quàm oculis carnis teſtimonium indiget. Quarto: Iudicia dei uera iuſtificata in ſemetipſa: id eſt, ut ſic ſint iudiciorum exempla noſtrorum iuſtificata ſicut in iudiciis dei comperta habemus. Vnde idem Videns alio loco ait: à iudiciis enim tuis timui.In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis.In his quatuor qualitatibus ſunt, timor, fides,ſpes,charitas. Timore nanque incipimus, fide ſeruamus quod incipimus,ſpe erigi-

h 2 mur,cha-

Hi commentarij non ſunt Hieronymi, tametſi non indigni qui legantur.

A mur,charitate consummamur. Finis enim præcepti est charitas. Hi sunt quatuor menses quos c Christus ante messem prædixit,dicens: Nónne quatuor menses sunt usque ad messem? Vt & nos per præcepta dei & mandata ac testimonia atque exempla, maturos post iudicium meta/ mus cum gaudio fructus, qui in lachrymis timoris semina pœnitentiæ iactauimus in terra, no/ stros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cœlo.

COMMENTARII HIERONY/ mi in euangelium secundum Marcum.

INitium euangelij &c.] κατὰ μάρκον euan gelium per quod uenit redemptio fide/ liũ & beatitudo sanctorũ, quia quatuor unum sunt,& unũ quatuor: q̃tuor euãgelia mul/ tarum cõstat esse uir/ tutũ. Quid enim for/
a 1 tius q̃ animas salua/
II re,quæ errorum suo/ rum uitijs poterãt in/
b 2 terire? Secundum qđ
I i sexagesimo septimo
c 3 psalmo iamdudum
VI propheta spiritu san cto instigãte denuda/ uit: Dominus dabit uerbum euãgelizan/ tib⁹ uirtutes multas. Versus istius ordo ta lis est, qui huic operi cõgruenter inseritur, dominus dabit uirtutes multas euangelizantibus uer/
B bum. Dedit enim uirtutes multas apostolis qui uerbum eius ueneranda cõfessione prædicabant, quando eis lan guentiũ turbas sanare concessum est. εὐαγγέλιον Græce,la tine bona annunciatio prædicatur,quod proprie ad re/ gnum dei & remissionem pertinet peccatorũ. Vnde dici tur:Pœnitemini & credite euangelio,& appropinquabit regnum cœlorum. Iesu Christi,id est saluatoris uncti. In Hebræo יְהשׁוּעַ In Græco σωτὴρ, in Latino saluator. מְשִׁיחַ Hebraice, χριστὸς Græce,unctus Latine Idem rex & sacerdos dicit̃, dum de genere Dauid regis Chri/ stus nascitur,& uocibus uatum Leuitici generis prophe tatur. Vnde sequit̃: Vox clamantis in deserto,& reliqua.
Matth.11.b Vox est Ioannes, de qua uoce clamabat dominus Iesus ad Iudæos, quod inter natos mulierũ maior illo esset ne mo. Clamor autem ad surdos longe positos siue cum in dignatione fieri solet, quæ Iudaico certũ est euenisse po/ pulo, dũ longe est à peccatorib⁹ salus,& aures suas gra/ uiter obturauerunt,sicut aspides surdæ, & indignationẽ & iram & tribulationem à Christo audire meruerunt. In deserto autem fit uox & clamor, quia deserti à spiritu dei sicut domus uacans & scopata,deserti à propheta,à rege atq; sacerdote. Vnde Ioannes & Iesus quærunt quod in deserto amissum est. Vbi uicit diabolus,ibi uincitur:ubi cecidit homo,ibi exurgit. Ecce ego mitto angelũ meum. Vox πνεύματος ἁγίου per Malachiam ad patrem sonat de fi/ lio qui est facies patris,unde agnitus est. Angelus autem nuncius interpretatur qui prænunciat de Christo. Post me uenit qui ante me factus est, qui præparauit uiã tuã. Via domini qua ad homines ingreditur,pœnitentia est, per quam deus ad nos descendit,& nos ad illum ascendi mus. Vnde angeli ascendentes descendẽtes q; memoran/ tur ad filium hominis: Parate uiam domini: hoc est,pœ/ nitentiam agite & prædicate. Vnde παρασκευὴ ante sabba tum dicitur,id est pœnitentia ante requiem futurã. Hinc nanq; initiũ prædicationis Ioannis & Christi oritur. Pœ nitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorũ, quia in die septima requieuit deus ab omnib⁹ operibus suis: Septẽ etenim nobis necesse est delere uitia per pœniten/ tiam uelut mala genera,ut requiescentes postea possidea mus desiderabilẽ terrã. Rectas facite semitas eius. Quas semitas incuruauimus declinantes in dexteram atq; sini stram. Nunc deus præcipit nobis ut uia regia inceden/ tes,,pximos nostros ut nos,& nosmetipsos ut proximos diligamus. Nam qui diligit iniquitatem,o/ dit animã suam. Qui enim semetipsum dili git, & non diligit pro ximum, ad dexterã declinat. Et qui semet ipsum odiens proxi/ mum diligit, ad sini/ stram diuertit. Nam multi bene agunt,sed non bene corrigunt, ut fuit Heli. Et multi bene corrigũt, sed nõ bene agunt,ut fuerũt scribæ & pharisæi,qui sedebant super cathe drã Moysi. Vnde os turturis i lege ad ascel las eius retorqueri iu betur,ne separetur os ab opere, & opus nostrum non diuidatur ab ore. Semi/ tæ autem post uiam sequuntur, quia mandata moralia D post pœnitentiam secundum Marcum explanantur. Pa ratur uia per fidem & baptismum & pœnitẽtiam. Rectæ semitæ fiunt per austera indicia uestis cilicinæ,& zonæ pellicææ,& cibi locustini,& potus mellis syluestris & hu/ millimæ uocis. Vnde sequitur. b ¶ Fuit in deserto Ioan nes baptizans &c.] Ioannes gratia dei interpretatur. A gratia narratio incipitur. Vnde sequitur: Baptizans,per baptismum enim gratia datur qua peccata gratis dimit/ tuntur. Vnde dicitur: Quod gratis accepistis,gratis da/ te. Et apostolus ait: Gratia salui facti estis per fidẽ,& hoc non ex uobis, dei enim donum est, ne quis glorietur. Et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem pec/ catorum. Quod consumatur per sponsum, initiatur per paranymphum. Vnde catechumeni, hoc est instructi in/ cipiunt per sacerdotem,& chrismantur per episcopum. Nunc autem per amicũ sponsi inducitur spõsa, ac si per Isaac puerum Rebecca pallio uelata albo conducitur. Et egrediebatur ad illum omnis Iudææ regio & Hierosoly/ mitæ uniuersi,& baptizabãtur ab illo in Iordane flumi/ ne cõfitentes peccata sua. Cõfessio & pulchritudo in con spectu eius,id est sponsi. Vnde desilit sponsa de camelo, cum humiliat se nunc ecclesia uiso uero Isaac Iesu Chri/ sto,in cuiꝰ natiuitate risum fecit deus Saræ,sicut ad Ma riam dicitur,quæ est princeps cum deo. Benedicta tu in ter mulieres. Iordanis autem descensio aliena interpreta tur,ubi peccata abluuntur. Arca enim Iordane transua/ tur,ubi peccata abluuntur. Arca enim Iordane transfuit alienam: dato per marmora peregrinam in terrã transfuit alienam: & media parte in mare defluẽte,altera pars turgida mõ/ tis erigitur forma. Sic nos olim alienati à deo per super/ biam,per baptismi symbolũ humiliati, erigimur in alta. Quia qui se humiliauerit exaltabitur. Pars autem quæ fluit in mare amaricatur: cum arca dei, hoc est corpus Christi,non mundatis nõ profuit,sed in deterius illa mu tauit. Sequitur. c ¶ Et erat Ioannes uestitus de pilis ca meli,& zona pellicea circa lũbos eius,& locustas & mel syluestre edebat &c.] Vestis prophetæ & cibus & potus, totam austeram uitam prædicãtium significant, & futu/ ras gen/

Ephe.2.b
Matth.10.d
Gen.18.b
Luc.14.c

MARCVS

IN ITIVM euangelij Iesu Christi filij dei sicut scriptũ est in Esaia pro pheta :[a] Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,qui prępa rabit uiam tuam ante te.[b] Vox cla/ mantis in deserto: Parate uiam do/ mini, rectas facite semitas eius.[c] Fuit in desertõ Ioan/ nes baptizãs & prædicãs baptismũ pœnitẽtiæ in remis/ sionẽ peccatorũ. Et egrediebat̃ ad eum omnis Iudęæ re gio,& Hierosolymitę uniuersi,et baptizabant̃ ab illo in Iordanis flumine,cõfitentes peccata sua. Et ẽrat Ioãnes uestitus

I.Reg.2.c
Matth.11.d
Leuit.11.d

A ras gentes ad gratiã dei, quæ est Ioannes, intus & foris esse coniungendas. Pilis uero cameli, diuites gẽtium, & zona pellicea, pauperes mundo mortui, & locustis serratis, sapientes huius mũdi, qui stipulas Iudæis aridas relinquentes, frumẽta mystica cruribꝰ trahunt, & in calorẽ fidei saltus inhabitãt, & melle syluestri, fideles ĩspiratis de inculta sylua ignibus præparati ac mergentes significãtur. Quæ omnia à gratia euangelij sumũtur: In qua non est distinctio Iudæi & Græci. a ¶ Et prædicabat dicẽs: Veniet fortior me post me.] Quis fortior est gratia qua peccata abluuntur? Ille nimirum qui septies & septuagiessepties remittit peccata. Gratia prior quidem est, sed semel remittit per baptismũ. Misericordia uero in miseros ab Adam usque ad Christum, per septuaginta septem generationes: & usque ad centũ quadraginta quatuor milia peruenit.

ueſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas & mel ſylueſtre edebat, & prędicabat, dicẽs: d Veniet fortiõr me poſt me, cuiũs nõ ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius: egõ baptizaui uos in aqua, ille uero baptizabit uos in ſpiritu ſancto. Et factum ẽſt in diebus illis, uenit Ieſus à Nazareth Galilææ: e Et baptizatus eſt in Iordane à Ioanne: Et ſtatim aſcendens de aqua uidit cœlos apertos & ſpiritum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo. Et uox facta eſt de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te cõplacui: f & ſtatim ſpiritus expulit eũ in deſertũ, & erat ibi in deſerto quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, & tentabat à ſatana. g Eratq; cũ beſtijs, & angeli miniſtrabãt illi. h Poſtq; autẽ traditus eſt Ioãnes, uenit Ieſus in Galilæã i prædicãs euãgeliũ regni dei, & dicens: Quoniã impletũ eſt tempus, & appropinquabit

b ¶ Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius.] Non est digna sola gratia
Pſal.59.b procumbens in baptismo soluere corrigiam, calciamentorum eius: id est mysteriũ incarnationis dei. Calx enim
B extrema pars est corporis. In fine ẽm ad iusticiã adest saluator incarnatus. Vnde bene per prophetam dicitur: In Idumæam extendam calciamentũ meum: quia nisi iungatur scientia spiritus, nemo per gratiam remissionis inuestigat incarnationis Christi mysteriũ, quomodo uerbum caro factum est, unde caro Christi, unde anima, unde spiritus sumit exordium, ut homo uerus fiat per omnia absq; peccato, & deus uerus in deo uero sine principio idem filius hominis qui est in cœlo, & quomodo tanquam sponsus procedens de thalamo suo, id est uirginali utero, clausum relinquens. Vnde aduenięte uero sponso, domus discalciati dicitur domus Ioannis, q dicit: qui habet spõsam sponsus est. Vnde in specie columbæ spiritus sanctus descendit, cui in cantico canticorum canitur:
Can.3.c Sponsa mea, amica mea, proxima mea, dilecta mea, columba mea. Sponsa in patriarchis, amica in prophetis, proxima in Ioseph & Maria, dilecta in Ioanne baptista, columba in Christo & apostolis, q̃ibus dicitur: Estote
Matth.10.b prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ. Sequitur: c ¶ Ego baptizaui uos in aqua, ille uero &c.] Dei uero fluuius semper plenus, semper est æqualis, de
Pſal.45.a quo dictum est: Fluminis impetꝰ lætificat ciuitatem dei. Quid interest inter aquam & spiritum sanctum qui ferebatur super aquas? Aqua ministerium est hominis: Spi-
Gen.1.a ritus uero ministerium est dei. Vnde scriptum est: Spiritus dei ferebatur super aquas: Super, inquit, nõ subter. Sicut excellẽtior est anima q̃ corpus quod regit, ita eminentior est spiritus q̃ anima. Sed mansit super eum spi-
Pſal.44.b ritus: hæc est unctio Christi secundũ carnem, de qua dicit: Propterea unxit te deus deus tuus oleo læticiæ præcõsortibus tuis. Oleũ nõ potest esse sub aqua, sic creator non potest esse sub creatura. Oleum de amaritudine surgit radicis & in pabulum luminis, & in medicamina uulnerum, & in refectionem esurientiũ, in cacumine crescit. Vnde fit unctio corporis Christi de amaritudine passionis, & peruenit ad gloriã resurrectionis, unde nos Apo-
Philip.2.a stolus admonet, dicens: Hoc enim sentite in uobis quod

tentatum à satana quadraginta diebus & noctibus fuisse cum bestijs, & angelis ministrantibus commoratũ esse. Qui ordo moraliter nobis secũdum Christi exemplum sequendus est, festinantibus ad consortia angelica, quem Iesus prius opere ostendit q̃ uoce doceret. Sic nos de uo lubilitate mundi, pendulæ uoluntatis odore floris mundicia tracti, cum adolescẽtibus post sponsum currimus, & per baptismi sacramenta de duobus fontibus dilectionis dei & proximi à gratia remissiõis abluimur, & ascendentes spe cœlestia secreta mundis cordis oculis intuemur. Dehinc spiritum sanctum spiritu contrito & humiliato cum simplici corde descendentem ad mansuetos, & cum charitate nunq̃ cadente manentem suscipimus, & uox de cœlis domini ad nos à deo dilectos dirigitur. Beati pacifici, quoniã filij dei uocabuntur. Et tunc in nobis complacet pater cum filio & spiritu sancto, quando efficimur unus spiritus cum deo. Vnde filius patrẽ interpellat pro nobis dicens: Pater sancte conserua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Tũc spiritus nos expellit in desertũ quadragenario numero tentãdos à satana, ut patiẽtia nobis probationem: probatio autem spem, spes uero charitatẽ generet: Cum nõ sit nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & reliqua. Et tunc bestiæ pacatæ erunt nobiscũ, cum in arca animæ nostræ, munda cum immundis animalibus mansuescimus: & cum leonibus sicut Daniel cubamus, cum spiritus non sit aduersus carnem & sanguinem, nec caro concupiscit aduersus spiritum. Post hæc angeli ministri qui uidẽt faciem patris nostri in cœlis, semper mittũtur nobis, ut responsa & solatia cordibus uigilãtibus dent, dicentes: Exaudita est oratio tua: Et, nolite timere, Iesum quærentes Nazarenum. Et, ego quos amo arguo & castigo: Et, uincenti dabo edere de ligno quod est in paradiso dei mei. Sequitur. e ¶ Postq; autem &c.] Postq; accepimꝰ gratiam pro gratia, carnalia decollantur, spiritualia uiuificantur: cessante umbra adest ueritas. Ioannes in carcere, lex in Iudæa, Iesus in Galilæa, salus in gẽtibus, prædicãs euangeliũ regni: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. Regno terreno succedit paupertas, paupertati Christianorũ tribuitur regnũ sempiternum. Vnde dominus dicit: Regnũ meũ non est de hoc mũdo.

Ioan.17.b

Eph.6.b

Dan.6.c

Apoc.3.c

Matth.6.a

A Omnis enim honor terren⁹ ſpumæ aquæ gracili, uel fumo, uel ſomnio comparatur. Sequitur. a ¶ Pœnitemini & credite euangelio &c.] Nam niſi crediderit⁹ nō intelligetis. Amaritudinē radicis, dulcedo pomi compenſat: pericula maris, ſpes lucri delectat: dolorem medicinæ, ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleum, frāgit nucem. Pœnitētiā agit q uult æterno bono adhære

k 10 re. Præconia Chriſti
11 narrare digne poſſūt, qui ad palmā indul

l 11 gentiæ meruerūt per
VI uenire. Poſt hæc uocantur miſſi quatuor piſcatores, Simon & Andreas, Iacobus & Ioannes, relictis reti

m 12 bus, patre & naue cū
VIII mercēnarijs. Hac qua
n 13 driga uehimur ad æ
II thera, ut Elias: his q̄
o 14 tuor angulis conſtrui
VIII tur primaeccleſia, his quatuor literis Hebraicis, id ē tetragrāmaton nomen domini agnoſcit̄ à nobis. Quibus ſimili exemplo præcipitur, ut audiamus uocem domini uocantis, & obliuiſcamur populum uitiorum et domum pa

B ternæ traditiōis quæ
p 15 eſt ſtulticia deo: Et re
11 te aranearum in quo nos uelut culices penè lapſos tenebat aer inanis, nauē priſtinæ cōuerſationis abominātes: pellibus enim mortuis tegitur Adā, qui genitor eſt noſter ſecūdum carnem. Et nunc depoſito uetere homine cum actibus ſuis, nouum ſequētes

q 16 hominem, pellib⁹ te
VIII gimur Salomonis, q
r 17 bus ſponſa gloriatur
VIII ſe factam eſſe formoſam. Simon, obediēs: Andreas, uirilis, Iacob, ſupplantans, Ioannes gratia, in Latino ſonat. Quib⁹ quatuor nominib⁹ in agmen domini cōiungi

s 18 mur: obediētia, ut au
11 diamus: uirilitate, ut pugnemus: ſupplantatione, ut perſeueremus: gratia, ut conſeruemur. Niſi enim dom⁹ ædificauerit domum, inuanum laborant qui ædificāt eā.

t 19 Quæ quatuor uirtu
X tes cardinales dicuntur, quia per pruden

quabit regnum dei: Pœnitēmini & credite euāgelio. Et præteriens ſecus mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius mittētes retia in mare. Erant autē piſcatores. k Et dixit eis Ieſus: Venite poſt me, et faciā uos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum. l Et progreſſus inde puſillum, uidit Iacobum Zebedæi & Ioannē fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui, & ſtatim uocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedęo in naui cū mercennarijs, ſecuti ſunt eū. m Et ingrediūt̄ Capharnaū, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogā docebat eos: n Et ſtupebant ſup doctrina eius. Erat enim docens eos quaſi poteſtatē habens, & nō ſicut ſcribæ. o Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immūdo, & exclamauit, dicēs: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene, ueniſti p̄dere nos? Scio qui ſis, ſanctus dei. Et comminatus eſt ei Ieſus: dicēs. Obmutеſce & exi de homine. Et diſcerpens eum ſpiritus immūdus, & exclamans uoce magna, exīit ab eo. Et mirati ſunt omnes, ita ut cōquirerent inter ſe, dicentes: Quidnam eſt hoc? Quæ nam doctrina hæc noua? Quia in poteſtate ſpiritibus immūdis imperat, & obediunt ei. Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionē Galilææ. p Et protinus egredientes de ſynagoga uenerunt in domū Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat autem ſocrus Simonis febricitans, & ſtatim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius, & cōtinuo dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. Veſpere aūt facto cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum oēs male habentes & dæmonia habētes. Et ērat omnis ciuitas congregata ad ianuā, & curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus. q Et dæmonia multa eīciebat, & nō ſinebat ea loqui, quoniā ſciebant eum. r Et diluculo ualde ſurgēs, egreſſus abīit in deſertū locum, ibiq̄ orabat, & p̄ſecutus eſt eum Simon & qui cum illo erāt. Et cum inueniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quęrunt te. Et ait illis: Eamus in p̄ximos uicos & ciuitates, ut & ibi prędicem: Ad hoc enim ueni. Et erat prædicans in ſynagogis eorū & in omni Galilæa, & dæmonia eīciēs. s Et uenit ad eum leproſus deprecās eum, & genu flexo dixit: Si uis potes me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit manū ſuam, & tangens eum, ait illi: Volo, mūdare. Et cum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo leprā, et mundatus eſt, & comminatus eſt ei, ſtatimq̄ eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris, ſed uade oſtende te principi ſacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis. t At ille egreſſus cœpit prædicare

c Rarantiam ſerpentē calcamus: per fortitudinē gratiam dei meremur. Curis fratrum occupatus Marcum euangeliſtam explanare ut uolui non ualui, ſed illum imitatus ſummatim eius propria tango: & ſicut Ruth cognata Ruth.2.a Chriſti ſpicas & racemos de poſt metētes, Noemi orbatæ colligo. Sed utinā ad Booz p̄ hanc penuriam meam conuiuia peruenirem, furtum laudabile faciēs. Marcus dicta euangelij in ſemetipſo, non in ſemet ipſis diſponens, ordinem hiſtoriæ nō ſecutus, myſteriorum ordinē ſeruat. Vnde in ſabbatis primam uirtutem narrat, dicens:

b ¶ Et ingrediuntur Caph.] Capharnaū uilla conſolationis interpretatur: Sabbatū autē requies. Homo in ſpiritu immundo, genus humanum eſt, in quo immūdicia regnarit ab Adam uſq̄ Moyſen. Nam qui ſine lege peccauerunt, ſine lege pereunt, q̄ ſciēs ſanctum dei ob

D muteſcere iubeē: dū Rom.2.b
ſcientes quidem deū, non ſicut deum glorificauerunt, ſed ſeruierunt potius creaturæ q̄ creatori. Spirit⁹ diſcerpens hominem exīit ab eo. Appropinquante ſalute, appropinquat tentatio. Pharao dimiſſ⁹ a⁹ Iſrael p̄ſequitur Iſrael: diabolus cōtemptus ſurgit in ſcādala. Socrus Petri febricitās, ſecunda uirtute leuatur: & apprehēſa manu ei⁹ ſanatur. Febris intemperantiam ſignificat, de qua nos filij ſynagogæ per manū diſciplinæ, & eleuationem deſiderij ſanamur, & huius q ſanat nos ad ueſperū declinantis à nobis miniſtram⁹ uoluntati. c Et erat.] Ianua regni moralitter pœnitētia eſt cum fide, quæ operatur ſalutē languoribus uarijs. Varia etem̄ ſunt uitia, quibus langueſcit ciuitas mūdi. Vnde leproſus tertia uirtute mūdatur, deprecās genuflexo dñi uoluntatē, qui non uult mortem

prædicare & diffamare ſermonem: ita ut iam nõn poſſet manifeſte introire in ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis eſſe, & conueniebant ad eum undiq;. Cap. II.

E[a] T iterũ intrauit Capharnaum poſt dies: & auditum eſt quod in domo eſſet, & conuenerũt multi, ita ut nõ caperet neq; ad ianuã, & loquebatur eis uerbũ. Et uenerunt ad eũ ferentes paralyticũ qui à quatuor portabatur, & cum nõ poſſent offerre eũ illi præ turba, nudauerunt tectũ ubi erat: & patefacientes ſubmiſerunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem uidiſſet Ieſus fidem illorum ait paralytico: Fili dimittũtur tibi peccata tua. Erant aũt illic quidã de ſcribis ſedentes & cogitãtes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur? Blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordib. ueſtris? Quid eſt facilius dicere paralytico, dimittũtur tibi peccata: an dicere: Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula? Vt aũt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico: Surge, tolle grabatũ tuũ, & uade in domũ tuã. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato abiit inde corã omnib. ita ut mirarentur oẽs & honorificarẽt deũ, dicẽtes: quia nunq; ſic uidimus. [b] Et egreſſus eſt rurſus ad mare omnisq; turba ueniebat ad eũ, & docebat eos. Et cũ præteriret, uidit Leui Alphæi ſedentẽ ad teloniũ, & ait illi: Sequere me. Et ſurgẽs ſecutus eſt eũ. [c] Et factũ eſt cum accũberet in domo illius: multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebãt cũ Ieſu & diſcipulis eius. Erãt enim multi qui ſequebantur eũ. Et ſcribæ & phariſæi uidentes quia mãducaret cũ peccatoribus & publicanis, dicebant diſcipulis eius. Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter ueſter? [d] Hoc audito, Ieſus ait illis: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habẽt. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Et erant diſcipuli Ioãnis & phariſæi ieiunãtes, & ueniũt & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorũ ieiunãt, tui aũt diſcipuli non ieiunãt? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij nuptiarũ quamdiu cũ illis ſponſus eſt ieiunare? Quanto tempore habent ſecũ ſponſum non poſſunt ieiunare. Venient aũt dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt in illis diebus. Nemo aſſumentũ panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri: alioquin aufert ſupplementum nouum à ueteri, & maior ſciſſura fit: Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres: alioquin diſrumpet uinum utres, & uinum effundetur & utres peribunt. Sed uinum nouũ in utres nouos mitti debet. [e] Et factum eſt iterum cum dominus ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt prægredi & uellere ſpicas. Phariſæi aũt dicebant ei: ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet. Et ait illis: Nunq; legiſtis quid fecerit Dauid quãdo neceſſitatẽ habuit, & eſurijt ipſe & qui cũ eo erant: quomodo introiuit in domũ dei ſub Abiathar principe ſacerdotũ, & panes ꝓpoſitionis manducauit quos nõ licebat manducare niſi ſacerdotibus, & dedit eis & qui cũ eo erãt. Et dicebat eis: [f] Sabbatũ propter hominẽ factũ eſt, & nõ homo propter ſabbatũ. Itaq; dñs eſt filius hominis etiã ſabbati. Cap. III.

E T introiuit iterum in ſynagogã, & erat ibi homo habens manum aridam, & obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret ut accuſarent illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in mediũ. Et dicit eis: Licet ſabbatis bene facere, an male: animã ſaluã facere, an perdere? At illi tacebãt. Et circun

A mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Lepra noſtra, peccatum primi hominis eſt: quæ à capite cœpit, quando regna mundi deſiderauit. Radix em̃ omniũ malorum eſt cupiditas. Vnde Giezi a uariciam ſecutus lepra ſuffunditur: quæ ſacerdoti uero ſecundum ordinẽ Melchiſedec oſtenſa oblatione mundatur dicẽti: Date eleemoſynã: & ecce omnia munda ſunt uobis. Sequitur de propꝛijs Marci:

a ¶ Quod non poterat Ieſus &c.] Certe non omnibus manifeſtatꝰ eſt Ieſus qui latis atq; planis ſeruiunt laudibus & propꝛijs uoluptatibꝰ: ſed his qui foris cum Petro exeunt, & in deſertis locis quæ elegit dominus ad orandũ & reficiendum populum: qui deſerunt delectationes mundi & deſerunt omnia quæ poſſident: ut dicant: Portio mea dominꝰ. Gloria uero domini manifeſtatur his, qui cõueniunt undiq;: id eſt, ꝓ plana & ardua: quosq; nihil poteſt à charitate Chriſti ſeparare.

Cap. II.

E T iterũ &c.] Deinde quarta uirtute, ueniunt quatuor uiri portantes paralyticum in grabato: qui turba offenſi nudant tectum. Quorum perfidem dimittũtur paralytico peccata: qui portat lectũ, quo portatus eſt, & uadit in domum ſuam coram omnib. Paralyſis aũt typus eſt torporis: q̃ piger iacet in mollicia carnis habens defideriũ ſalutis: & torporis ignauia & duplis cogitationibus, ac ſi eneruatus membris offẽdit: quẽ portant quatuor quas ſupra dixim⁹ uirtutes, ad tegulas diuinitatis & ſapientiæ in domo carnis Chriſti patefactas. Cui uice dicitur muneris, portare carnẽ quæ ſe portabat: ut per aliã uiam cũ magis in ſuã redeat regionẽ. Poſt hæc uocat̃ Leui Alphæi. Leui appoſitus interpretatur: qui relicto telonio negociorũ ſeculariũ, ſolũ ſequitur uerbum quod dicit: Qui non renunciauerit omnibꝰ quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.

Cap. III.

E T introiuit &c.] Quinta uirtute, erat homo manum habens aridam cui dicitur. Extende manum

b 21 II

c 22 II D

d 23 II

e 24 II

f 25 II

A tuam: qui significat auaros: qui nolentes dare, uolunt accipere: prædari & non largiri. Quibus dicitur: ut extendant manus suas: id est qui furabatur iam non furetur: magis autem laboret operando manu sua quod bonum est: ut habeat unde communicet indigentibus. a ¶ Et ascendēs in montem &c.] Est consuetudo

a 26 IIII scripturæ diuinæ allegorice loqui, & cum aliud dicat, aliud uelit intelligi. Quod in

b 27 I euangelijs positum frequenter inuenies: sed nobis necesse est: ut sic excelsiora sensibus nostris applicemus, ut tamē cuncta secundū historiæ ueritatē cernamus: Christus enim solus spiritualiter mōs est: mōs

c 28 V III quidē breuiter à nobis laudatus: sed cœlestium rerum qualitate copiosus: ex quo

d 29 II aquæ uiuæ decurrūt: lac in paruulorum salutē præparatur: pinguedo spiritualis agnoscit, & quicquid summe bonum creditur, in montis ist̄ius

e 30 II est gratia constitutū: qui est mōs montiū, & sanctus sanctorū:

B quos quotidie ad se de præsentibus æruminis inuitat. In mon

f 31 X tem uocantur excelsi merito & uerbo: ut locus meritis congruat altis, ut essent duodecim cū illo. Speciem Iacob dilexit dominus & cum diuideret altissimus gentes & separaret filios Adæ: statuit terminos populorū iuxta numerū filiorū Israel: ut sint ipsi sup thronos duodecim iudicātes duodecim tribus Israel: quibus data est potestas quam filius à patre accepit secundum carnem: ut opera quæ ipse fecit & ipsi faciant, & maiora horū faciant. Et imposuit Simoni nomen Petrus. De obedientia ascendit ad agnitionē: Qui enim habet, dabitur ei & abundabit, & Iacobū qui supplantata habet tota desideria carnis, & Ioannē qui gratia accepit quod alij per laborē tenent: & imposuit eis nomina boanerges, quod est filij tonitrui quorū trium sublime meritum, in monte meret̄ audire tonitruū patris, per nubem de filio tonantis: Hic est filius meus dilectus: ut p nubem carnis, & ipsi ignē uerbi ac si fulgura in pluuiā spargerēt in terris: quoniā deus fulgura in pluuiam fecit: ut extinguat misericordia quod iudiciū inurit: Vnde propheta

Psal.100.a dicit: Misericordiā & iudicium cantabo tibi dñe. Et Andreā qui uirili forma uim facit perditionis suæ: ut respon sum mortis in se semper habeat, & anima eius sit semper in manibus suis. Et Philippū qui est os lampadis: qui illuminare potest ore quod corde concepit. Cui dedit dominus apertionē oris illuminati. Scimus hunc modū locutionis propriū scripturarū esse diuinarū, quando Hebræorum nomina ad aliquod mysterium significationis sunt posita: quod nunc euangelista ex dei persona uehementer affectās interserit. Et Bartholomæū qui filius est suspendentis aquas. Et quis est filius suspendētis aquas:

Esa.5.b nisi qui dixit: Et mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem? Nomen uero filij dei, per pacē & dilectionē acquiritur inimici. Beati enim pacifici, quoniam filij dei sunt, & diligite inimicos uestros ut sitis filij dei & reliqua. Et Matthæum qui est donatus: cui donatur à domino ut non solū remissionē peccatorū adipiscatur: sed in numero asscribat̄ apostolorū: ut leo & bos simul comedant, & lupus cū agno pascatur. Et Thomā qui est abyssus. Multi enim profunda scientes dei, minime p̄cerunt: ut Paulus ait: Scio hominē, & reliqua: usq; quæ non licet hominibus loqui. Et Iacobū Alphei: id est docti uel millesimi. Cuius à latere cadunt mille, & decē milia à dextris eius. Iacobus alter, cui colluctatio nō est aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus spirituales nequitias. Et Thaddæum qui est corculū: id est cordis cultor: q̄ conseruat cor suū omni custodia. Munditia nanq; cordis deus uidetur, ut per uitrum mundum forma ostenditur expressa. Et Simonem Canaæum qui & zelotes, Simon ponens tri-D stitiā interpretatur. Beati nanque qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Trinum luctum implet qui consolationem su

Matth.5.a

Esa.65.d

2.Cor.11.d

Psal.90.d

Eph.6.b

manducare

turā quærit. Defiet peccata propria, cum Dauid & Maria: flet cum flentibus cum Paulo: & flet multum cum Ioanne qui dicebat: Et ego flebam multum: quia nemo dignus inuētus est qui aperiret librū & solueret signacula eius. Zelotes aūt dicitur, quē zelus domus dei comedit: ut Phinees sacerdos, ut cesset quassatio. Et Iudā Iscariotē qui tradidit illū: qui non delet peccatū suū per pœnitentiā: nec illud delet̄ per memoriā. Vnde de eo dicitur: Et peccatū matris eius nō deleatur. Fiāt cōtra dñm semper. Iudas, cōfitens uel gloriosus interp̄etat̄. Iscariotis aūt, memoria mortis. Confessores sunt multi in ecclesia super bi & gloriosi: quorū primus Simon magus & Arius, & cæteri hæretici: quorū memoria mortalis ideo in ecclesia celebratur, ut deuitētur. Hæ sunt duodecim differentiæ apostolorū & prædicatorū: qui terni, quaterni circa tabernaculū domini excubāt: & sancta dñi uerba humeris operū prop̄rijs portant: ut tabernaculū unum mansionibus multis ad terram repromissionis portēt: quos unius exemplum ad timorem humiliat, ut angelos luciferi illius casus conseruat: ut non glorietur sapiens in sapientia sua: sed qui gloriatur, in domino glorietur.

Apoc.5.d

Psal.62.b

1.Mach.2.c

Psal.108.b

Titum.3.c

Hiere.9.f

b ¶ Et ueniunt ad domum & conuenit iterum turba, &c.] Hic propr̄ie Marcus cōuenire Iesum cum discipulis suis ad domum narrat: Et iterum turbas ut non possent panem manducare, conuenisse commemorat: Et discipulos putasse quod in furorem uerteretur: quia scribæ qui ab Hierosolymis uenerant, dicebant: Beelzebub habet. Sicut exaltātur cœli à terra: sic exaltatæ sunt uiæ dñi à uijs nostris. Ad hoc nanq; uenit qd' audiuit & patiet̄, qui nobis dicit: Beati eritis cū maledixerint uobis homines

Matth.5.d

manducare: & cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum. Dicebant enim: quoniam in furorem uerſus eſt. [g] Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorũ eiȝcit dæmonia. [b] Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eiȝcere? Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare: & ſi ſatanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non porerit ſtare, ſed finẽ habet. Nemo poteſt uaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi prius fortem alliget, & tunc domũ eius diripiet. [i] Amen dico uobis: quoniam omnia dimittẽtur filiȝs hominum peccata & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerunt. Qui autẽm blaſphemauerit in ſpiritũ ſanctum, non habet remiſſionem in æternũ, ſed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant, ſpiritum immundũ habet. [k] Et ueniũt mater eius & fratres, & foris ſtantes miſerunt ad eum uocantes eum, & ſedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis ait: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus, & ſoror mea & mater mea eſt.

Cap. IIII.

[a] Et itẽrum cœpit docere ad mare, & cõgregata eſt ad eum turba multa: ita ut in nauim aſcendens, ſederet in mari: & omnis turba circa mare ſuper terrã erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite. Ecce exiȝt ſeminans ad ſeminandum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam, & uenerunt uolucres cœli & comederũt illud. Aliud uero cecidit ſuper petroſa ubi non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt: quoniam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eo quod non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem, & afferebat unum triceſimum, & unum ſexageſimum, & unum centeſimum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei. [b] Illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non uideant, & audientes audiant & non intelligant: ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoſcetis? [c] Qui ſeminat, uerbum ſeminat. Hi autem ſunt qui circa uiam ubi ſeminatur uerbum, & cum audierint, confeſtim uenit ſatanas & aufert uerbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cum audierint uerbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatione & perſecutione propter uerbum, confeſtim ſcandalizantur. Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur. Hi ſunt qui uerbũ audiũt, & ærumnæ ſeculi & deceptio

A homines, & reliqua uſq; merces ueſtra in cœlis. Dom⁹ ad quã ueniũt primitiua eſt eccleſia. Turbæ quæ impediũt panẽ manducare, peccata & uitia ſunt: quia qui mãducat indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Vnde dominus in furorem uertitur cum dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & reliqua: uſq; non habebitis uitam in uobis. 4 ¶ Et qui blaſphemauerit ĩ ſpiritum ſanctum &c.] Quia nõ meretur pœnitentiam agere ut recipiatur: qui Chriſtũ intelligẽs, principem dæmoniorum eſſe dicebat: quia nũquam ſoluitur à carcere, qui quadrantẽ uerbi noniſſimum non ſoluerit ante finem uitæ. Quatuor namq; partibus denarius uitæ fundatur æternæ: ut quod corde credis, B ore confitearis: & q̃d confiteris, opere impleas, & quod impleueris, docere non ceſſes. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorũ. b ¶ Et ueniunt mater eius.] Vt ſciamus nos eſſe fratres eius & matrẽ: ſi uoluntatem patris eius impleuerimus: ut cohæredes ſimus eius qui non in ſexibus, ſed in factis diſcernit. Cap. IIII. E Titerum cœpit.] Vt locus docendi indicet auditores amaros fuiſſe, ac inſtabiles. Et ideo in parabolis loquitur eis: ut requirerẽt quod non intelligerent, & per apoſtolos quos contemptos habebãt, diſcerẽt myſterium regni quod ipſi non habebant. Mare, mundum iſtum debere ſuſcipi, frequenti lectione iam notũ eſt: quod & guſtu amarum eſt, & uitiorum fluctibus inquietũ eſt. Sed ab ipſo domino eripi potuiſſent, qui amara mutat in dulcedinẽ, triſtia uertit in gaudium, & ægritudines deteſtabiles in ſalutem. Parabola eſt natura diſcrepantiũ rerum, ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio more prouidentiæ ſuæ, ut qui cœleſtia capere non poterant, per ſimilitudines terrenas, audita percipere potuiſſent. παραβολὴ Græco uocabulo dicitur ſimili tudo: quando illud quod intelligi uolumus, per comparationes aliquas indicamus: Sic enim ferreum quempiam dicimus: quando durum ac fortem deſideramus intelligi: cũ uelocem uentis aut auibus cõparamus: Quod in trigeſimo, & ſexageſimo, & centeſimo fructu continetur: hoc eſt, lege, & prophetia, & euangelio: quod in ore trium teſtium myſterium regni in monte oſtenſum, id eſt Moyſi, & Eliæ, & Ieſu conſiſtat.

g 32 II
h 33 II
i 34 II
k 35 II
D
4 36 II
b 37 I
c 38 II

deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant uerbum, & ſine fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper terram bonā ſeminati ſunt: qui audiūt uerbum & ſuſcipiunt, & fructificant unum triceſimum, unum ſexageſimū, & unum centeſimū. [d] Et dicebat illis: Nunquid uēnit lucerna ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto: Nonne ut ſuper candelabrū ponatur? [e] Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur: nec factum eſt occultū quod non ueniat in palàm. Si quis habet aures audiendi audiat. [f] Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis, & adiĳcietur uobis. [g] Qui enim habet dabitur illi: & qui non habet, etiā quod habet, auferetur ab eo. [h] Et dicebat: Sic eſt rēgnum dei, quemadmodū ſi homo iaciat ſementē in terrā, & dormiat & exurgat nocte & die & ſemen germinet, & increſcat dū neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbā, deinde ſpicam, deinde plenū frumentū in ſpica. Et cū ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem: quoniā adeſt meſſis. [i] Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnum dei: aut cui parabolæ cōparabimus illud? Sicut granū ſinapis quod cum ſeminatū fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra, & cum ſeminatū fuerit, aſcendit & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos: ita ut poſſint ſub umbra eius aues cœli habitare. [k] Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbū prout poterāt audire: ſine parabola aūt non loquebatur eis. [l] Seorſum aūt diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. [m] Et ait illis in die illa cum ſero eſſet factū: Tranſeamus contra. Et dimittentes turbam, aſſumunt eū ita ut erat in naui, & aliæ naues erāt cū illo. Et facta eſt procella magna uenti, & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erāt ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magiſter, nō ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cōminatus eſt uento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et ceſſauit uentus, & facta eſt trāquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi eſtis? Necdum habetis fidem. Et timuerūt timore magno, & dicebāt ad alterutrū: Quis putas eſt iſte, quia uentus & mare obediūt ei? Cap. V.

ET uenerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat

A a ¶ Et dicebat illis: Nunquid uenit lucerna &c.] Lucerna, uerbum eſt de tribus ſeminibus. Modius autem tegens, auditus eſt inobedientium. Candelabrum apoſtoli ſunt: quos illuminauit uerbū domini abſconditum & occultum. Parabola utriuſq; ſeminis eſt. In palam uero uenit, dum à domino tractatur. Et dicebat: In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. Etenim ſecundū menſuram fidei, unicuiq; diuiditur intelligētia myſteriorum: & adiĳcietur, dum ſciētiæ etiā adiĳcientur uirtutes. Qui enim habet, dabitur ei, id eſt, qui habet fidem, habebit uirtutē: Et qui habet opus uerbi, habebit intelligentiam myſteriĳ. Et qui non habet econtra fidem, deficit uirtute. Et qui nō habet opus uerbi, eius intelligentia caret. Et qui non intelligit, iam auditum perdidit, ac ſi non audiſſet. b ¶ Et dicebat: Sic eſt regnū dei &c.] Et hanc parabolā prædictis conſequētē proprie ſumpſit Marcus. Scripturas nouimus diuinas per ſimilitudines terrenas plerunq; cœleſtia ſacramenta monſtrare: ſicut totū corpus conſtat euangeliorum. Regnum dei, eccleſia eſt, quæ regitur à deo, & ipſa regit homines, & cōtrarias uirtutes & uitia calcat: ut eſt centurio habens ſub ſe milites. Homo iactās ſemen, filius hominis eſt: ſemen, uerbū uitæ: terra, corda humana. Dormitatio hominis mors eſt ſaluatoris. Exurgit ſemen nocte & die. Poſt ſomnum Chriſti, numerus credentiū per aduerſa & proſpera magis magisq; germinabat in fide, & creuit in opere, dū neſcit ille. Tropica eſt iſta locutio, & in ſcripturis diuinis creberrima cōſuetudine ſeminatur, id eſt, neſcire nos fecit, quis fructū in finem afferat: dum dicit: qui perſeuerauerit uſq; in finem, ipſe ſaluabitur. Vltro enim terra fructificat, dū uoluntatem noſtram deus expectat, dicens: Si uis peruenire ad uitā, ſerua mandata. Primū, herbam, id eſt, timorem. Initium enim ſapientiæ timor domini. Deinde ſpicam, id eſt pœnitentiā lachrymoſam. Deinde plenum fructū in ſpica, id eſt, charitatē. Plenitudo eīm legis, charitas eſt. c ¶ Et cum ex ſe produxerit &c.] Falx, eſt mors uel iudicium, quod ſecat omnia: quoniam adeſt meſſis, id eſt conſummatio ſeculi: In qua iuſti gaudebunt, qui in lachrymis ſeminauerunt. Quod ſemen iterum ſimilat grano ſinapis: quod minimū in timore eſt, magnum autem in charitate: quæ eſt maior omnibus holeribus: quia deꝰ charitas eſt. 1.Ioan.4.c Et: omnis caro fœnū Eſa.40.b Et, qui infirmus eſt, Rom.14.d holera manducet: & fert ramos miſericordiæ & compaſſionis. Cuiꝰ ſub umbra pauperes Chriſti, q ſunt cœli animalia, delectantur habitare.

d ¶ Seorſum autem &c.] Illi enim digni erāt audire myſteria in penetrali intimo ſapientiæ: qui remotis cogitationum malarum tumultibus in ſolitudine uirtutum permanebant. Sapientia enim eſt in tempore ociĳ. Deinde ad mare ueniunt, & fluctibus turbantur.

e Et erat ipſe &c.] Puppis, mortuis pellibus uiuos continet, & fluctus arcet, & ligno ſolidaſ, id eſt cruce & morte dñi, eccleſia ſaluaſ. Ceruical, corpus dñi eſt: cui diuinitas ſicut caput inclinata eſt. Puppis, initiū eccleſiæ eſt: in qua dñs dormit morte corporali: Quia nunq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Cōminatur uento & mari, ut taceat: de quo dicitur: Tu dominaris poteſtati maris, & reliqua. Ventus & mare, Pſal.88.b dæmones & perſecutores ſunt: quibus dicit, tace: quādo cōpeſcit edicta regum iniquorū ut uoluerit, qa non eſt hominis ut dirigat greſſus ſuos. Trāquillitas magna, pax eccleſiæ eſt poſt preſſuram: ſiue theoria, poſt actualem uitam.

Cap. V.

ET uenerunt &c.] Sexta uirtute ſanaſ, qui in monumentis domiciliū habebat, nec catenis ligatus, nec cō pedibus. Nemo eīm domare eū poterat. In mōtibus & in monumentis

habebat in monumẽtis. Et neq; catenis iam quisquam poterat eum ligare: quoniam sæpe compedibus & catenis uinctus, dirupisset catenas & compedes comminuisset: & nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce magna dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? Adiuro te per deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus im mũde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legiõ mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multũ ne se expelleret extra regionem. Erat aũt ibi circa montẽ grex porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt uidere quid esset factí, & ueniunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur sedentem uestitum & sanæ mẽtis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum esset ei q dæmoniũ habuerat & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum. [a] Cumq; ascenderet nauim, cœpit illũ deprecari qui à dæmonio uexatus fuerat, ut esset cum illo. Iesus aũt non admisit eum, sed ait illi: Vade in domũ tuã ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dñs fecerit & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prędicare in decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. [b] Et cũ transcendisset Iesus in naui rursus transfretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis nomine Iairus, & uidens eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est: ueni, impone manus super eam: ut salua sit, & uiuat. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebãt eum. Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à cõpluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicq; profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, & tetigit uestimentum eius Dicebat enim: quia si uel uestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et circunspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & procidit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te saluã fecit: uade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente, ueniũt ad archisynagogũ, dicentes, quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus aũt audito uerbo quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quemq;

A monumentis erat: clamans & concidens se lapidibus. Hic est desperatissimus gẽtium populus, quem enumerat Apostolus: Superbus, elatus, immũdus, sanguinarijs, idololatra, ignominiosus, nec lege naturæ, nec dei, nec humano timore alligatus. [a] ¶ Cui legio.] Id est decẽ milia, quæ cadũt ad dexteram patris, quæ est Christus. Cui dæmonio grex porcorũ credit: cuinihil est utile, nisi ut simul in abyssо, id est, in inferno, sine respectu misericordiæ sufferet, per impetũ immaturæ mortis: à qb. fugiunt multi qui pascebant eos. Flagellato etenim stulto, sapiens prudentior fit. Et rogant Iesum, ut exeat à finibus eorum ut ait Petrus: Exi à me domine, quoniam immundus sum: Ne tangant arcam dei ut Oza. Homo sanatus mittitur in domum suã, & prædicat in decapoli: dum à Romano nunc regno, Iudæi cõuertuntur, qui in litera tantũ pendent decalogi. Post hæc uenit Iairus archisynagogus: quia cũ intrauerit plenitudo gentiũ, tunc oĩs Israel saluus fiet. Iairus, siue illuminãs, siue illuminatus interpretatur, id est, Iudaicus populus umbra literæ depositа, spiritu illustratus & illuminatus: procidẽs ad pedes uerbi, id est ad incarnationẽ Iesu se humilians, rogat, p filia. Qui sibi uiuit, alios uiuere facit. Abraham & Moyses & Samuel rogant pro plebe mortua & sequitur Iesus preces eorum. Septima uirtute suscitatur mortua. Sed inter uiam tãgit fimbriam retro mulier sanguinaria: quæ profligatam cum salute perdidit in medicos nihil proficientes substantiã. Septimo die requieuit deab omnibus operibus suis. Quando suscitatur mortua intus, & semiuiua foris cum turbis. fluxus sanguinis sterilitatem facit. unde dicitur ad ecclesiam gentium: Lætare sterilis quæ non paris. [b] ¶ Venit in turba retro, & tetigit uestimentum eius &c.] Id est post resurrectionem. Fimbriã tangit, ac si cymbala & mala punica, quæ pendẽt de extremis oris tunicæ summi sacerdotis. Cymbalum, cõfessionem: malum punicũ, martyrij uoluntatem, & uirtutum candorem: siue unitatem significat. Ad puellam dicitur: Tabita cũi, id est puella surge. Archisynagogo dicitur: Filia tua mortua est. Iesus autem dixit: Non est mortua, sed dormit. Vtrunq; est: mortua est uobis, mihi dormit. Annorum duodecim erat puella: & annis duodecim erat mulier perpessa. Peccata non credentium, apparent in initio fidei credentium. Vnde dicitur. Credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iusticiam.

1.Tim.2.a
Esa.59.a
a 48 VIII
Gal.3.a
b 49 II
Rom.11.c
Prouer.19.d
1.Reg.b
Hebr.11.g

A Cap. VI.

ET egressus &c.] Deinde iens in patriam suam, filius fabri Iesus uocatur. Et hoc mystice: sed fabri qui fabricatus est auroram & solem, id est ecclesiam primam & sequentē: in quarum figura, mulier & puella sanant. b ¶ Quia non est propheta.]

a 50 I Comitatur sæpe uilitas originem: ut est, 1.Reg.25.b quis est filio Isai? Sed b 51 I humilia dominus respicit, & alta à longe cognoscit. Mittuntur deinde duodecim apostoli, & dat eis potestas præcepta docendi: ut comitetur uerbum simul & factum: & cum promis- c 52 II sis inuisibilibus, uisibiles uirtutes micēt, d 53 II & cum ungebāt oleo ægros, infirmitatem fidei uirtute corroborant. c ¶ Et audiuit e 54 II &c.] Lucernam sub modio abscondi fas non est. d ¶ Quo audito, Herodes ait:] f 55 II Per Ironiam expresse pronunciat Herodes g 56 VIII pelliceus. Caput legis quod est Christo h 57 II de corpore abscidit proprio, id est Iudaico populo, & datur i 58 X gentili puellæ, id est Romanæ ecclesiæ, & k 59 II puella dat matri suæ adulteræ, id est synagogæ, credituræ in fine. Corpus Ioannis sepelitur: caput in disco collocatur: litera humo tegitur: spiritus in altari honora- l 60 VI tur ac sumit. e ¶ Et cōuenientes apostoli ad Iesum, renunciaue runt ei omnia quæ egerant & docuerant Eccēs.1.b &c.] Ad locum unde exeūt flumina reuertuntur. Deo semper gratias referunt missi quod acceperant. f ¶ Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum &c.] Et hoc proprie Marcus. Seorsum ducit m 61 VIII ꝙs elegit: ut inter malos uiuentes, mala nō intēdāt: ut Lot in Sodomis, & Iob in terra n 62 V Hus, & Abdias in do

quenquam se sequi: nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et c ueniunt in domum archisynagogi, & uidit tumultum & flentes & eiulantes multum: & ingressus ait illis: Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebāt eum. Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur ubi puella erat iacens, & tenens manum puellæ, ait illi: Tabita cumi, quod est interpretatum: Puella tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella & ambulabat. Erat autem annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer, ut nemo id sciret, & dixit dari illi manducare. Cap. VI.

E [a]T egrēssus inde abijt in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapiētia quæ data est illi, & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Non ne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. [b] Et dicebat illis Iesus: Qūia nō est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutē ullam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatē eorum: [c] & circuibat castella in circuitu docens. [d] Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum: Et præcepit illis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum: non peram, non panem, neq; in zona æs, sed calciatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: [e] Quocunq; introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. [f] Et quicunq; non receperint uos, neq; audierint uos: exeuntes inde, excutite puluerē de pedibus uestris in testimoniū illis. [g] Et exeuntes D prædicabāt ut pœnitentiā agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & ungebāt oleo multos ægros, & sanabantur. [h] Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes baptista resurrexit à mortuis: & propterea uirtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Elias est: alij uero dicebant, quia propheta est, quasi unus ex prophetis. [i] Quō audito, Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. [k] Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & uinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioānes Herodi: Nō licet tibi habere uxorē fratris tui. Herodias aūt insidiabatur illi, & uolebat occidere eū, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannē, sciens eū uirum iustū & sanctū, & custodiebat eū, & audito eo multa faciebat, & libenter eū audiebat. [l] Et cū dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnā fecit principibus, & tribunis & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi: simulq; recūbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi: licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis baptistæ. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis baptistæ. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul recumbentes noluit eam contristare: sed misso speculatore, præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerūt illud in monumēto. [m] Et conuēnientes apostoli ad Iesum, renunciaue runt ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait illis: [n] Vēnite seorsum in desertum

sertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui ueniebant & redibant, C
multi. Et nec spacium manducandi habebant. [o] Et ascendentes in nauim, abie o 63
runt in desertum locum seorsum. Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerunt VI
multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerũt
eos. Et exiens uidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos: quia erãt
sicut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa. [p] Et cum iam p 64
hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic: & I
iam hora præterijt: dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos emant
sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis: Date illis uos manducare.
Et dixerũt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis man
ducare. Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouissent,
dicunt: Quinq;, & duos pisces. Et præcepit illis, ut accumbere facerent omnes,
secundum contubernia super uiride fœnum. Et discubuerũt in partes per cen
tenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, intu
ens in cœlũ benedixit: & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent an
te eos. Et duos pisces diuisit omnibus, & manducauerunt omnes, & saturati
sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, &
de piscibus. Erant aũt qui manducauerũt, quinq; milia uirorũ. [q] Et statim coe q 65
git discipulos suos ascendere nauim, ut præcederẽt eũ trans fretũ ad Bethsai VI
dam, dum ipse dimitteret populũ. [r] Et cum dimisisset eos: abijt in montẽ ora r 66
re. [s] Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, & uidens II
eos laborãtes in remigãdo: erat enim uentus cõtrarius eis. Et circa quartã uigi s 67
liã noctis uenit ad eos ambulãs sup mare, & nolebat præterire eos. At illi ut IIII
uiderunt eum ambulantẽ super mare, putauerũt phantasma esse, & exclama
uerũt: Omnes enim uiderũt eũ, & cõturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis, D
& dixit eis: Cõfidite, ego sum, nolite timere. [t] Et ascendit ad illos in nauim, & t 68
cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebãt. Non enim intellexerũt de pa VI
nibus: erat enim cor eorũ obcæcatũ. Et cum transfretassent, uenerunt in terrã
Genezareth, & applicuerũt. [u] Cumq; egressi essent de naui, cõtinuo cogno u 69
uerunt eum, & percurrentes uniuersam regionem illam, cœperũt in grabatis II
eos qui se male habebant circunferre, ubi audiebant eum esse: & quocunq;
introibat in uicos, uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, &
deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot
tangebant eum, salui fiebant.

Cap. VII.

ET [a] conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis uenientes ab Hie a 70
rosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius cõmunibus ma X
nibus, id est non lotis, manducare panes, uituperauerunt. Pharisæi autem &
omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant: tenentes traditio
nem seniorum: Et à foro uenientes nisi baptizentur non comedunt. Et alia
multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare: baptismata calicum & urceorum &
æramentorum & lectorum. [b] Et interrogabãt eum pharisæi & scribæ: Qua b 71
re discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum: sed communibus VI
manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis: Bene propheta
uit Esaias de uobis hypocritis: sicut scriptum est: Populus hic labijs me hono
rat: cor autem eorum longe est à me. In uanum autem me colũt, docentes do
ctrinas & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei, tenetis
traditionem hominum: baptismata urceorum & calicum, & alia similia his
facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum dei, ut traditio
nem uestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem
tuam, & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis:

i Si dixerit

A mo Achab. a ¶ Et ait illis: requiescite.] Vt aues in ramis sinapis. Pusilla hic sanctis requies, lõgus labor. Sed postea dicit illis, ut requiescãt à laboribus suis. Erãt enim qui ueniebãt & redibant multi, nec mãducãdi spaciũ habebãt in arca Noe: & animalia quæ intus erant foris nitebant, & quæ foris erãt, intro erũpebãt. Sic nimirũ agit in ecclesia: Iudas recessit: Iatro accessit. Q3 diu receditur à fide, nec ecclesiæ requies est sine mœrore. Rachel plorãs filios suos, noluit cõsolari. Non est hic cõuiuium, in quo bibitur uinum nouum, quando cantabitur canticum nouum, in cœlo nouo, & in terra noua, ab hominibus nouis: cum mortale hoc induerit immortalitatem, cum quinq; panibus & duobus piscibus, quinq; milia
B hominum uespera uitæ pascentur, & duodecim cophini octaua uirtute pleni fragmentis colliguntur, cum sedẽt super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Qui sunt fragmẽta? Abraham, Isaac & Iacob: quando reliquiæ saluæ fiẽt ex Israel? qñ facie ad faciẽ uidebimus, q̃d in lege Moysi, & prophetis, & psalmis, scripturis legimus de Christo. Vnde post quar
1.Ioan.3.a tam uigiliam noctis, compescit Iesus tumorem maris, ambulãs super illud, & dicit: Confidite, ego sum: quia uidebimus eum sicuti est. Tunc cessauit uẽtus & procella Iesu sedente, id est regnante in naui: quæ est uniuersalis ecclesia. Sequitur. b ¶ Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.] Quãdo fugiet dolor & gemitus.

Cap. VII.

ET conueniunt ad eum &c.] Phari

A sæorum superfluum latratum, furca rationis obtundit, id est Moysi & Esaiæ increpatione: ut nos aduersantes hæreses uerbis scripturæ uincamus. Videtes discipulos nõ lotis manib⁹ manducare: quod futurã gentium communionem significat. Mundicia & baptismum pharisaicũ sterile est. Cõmunicatio non lota apostolica, extendit palmites suos usque ad mare: qđ culpa maius est. Traditio autẽ pharisaica in mensis & puris uasis non est tractanda: sed abscindẽda & radenda. Sæpe enim traditionibus hominũ, mandata dei cedunt. Post hoc signum, mulier
c 72 Syrophœnissa, cuius
VI filia spiritum immundum habebat, intrãs ꝓcidit ad pedes eius. Erat enim gẽtilis mulier: rogat ꝓ filia, quæ est mater nostra, Romana ecclesia, & nata dæmoniaca, barbarica est occidentalis natio: cuius fides fecit de cane ouem: micas spiritualis intellect⁹, non panem fractum literæ sumere cupit. Fidelis prudẽs & humilis meretur quod
B poscit. a ¶ Et iterũ exiens de finibus.] Et hic proprie narrat Marcus decimã uirtutẽ. Tyrus interpre-
d 73 tatur angustia signifi-
VI cans Iudææ: cui dominus dicit: Coangustatum est stratũ: breue est palliũ, utrũq; operire nõ potest: ut trãsferat se ad gẽtes alias. Sidon uero uenatio intrepretatur, quæ fera indomita q; nostra natio est, & uenit ad
e 74 mare Galilææ, quod
X fluctuosa uolubilitas est: inter medios fines decapoleos, quod interpretatur decalogi mãdata. Saluator ad saluandas gentes ab apostolis duci: qui interroganti se adolescenti quid faceret, respõdit: Nosti manda-
f 75 ta. b ¶ Et adducũt
VIII &c.] Genus humanum per multa membra, ac si unus homo
g 76 uaria pesteabsumpta
VI enumeratur: in protoplasto cæcatur, dum uidet. Surdus fit, cũ audit: dum odora-

tur, emungitur. Obmutescit, dum loquitur. Mancus fit C
dum manũ extendit. Incuruatur, dum erigitur. Hydropicus fit: dũ concupiscit: claudus fit, dũ progreditur. Lepra suffunditur, dũ nudatur. Dæmone impletur, dũ diuinitatẽ appetit. Morte moritꝫ, dũ audacter excusat q̃d in obediẽter cõmisit.

Si dixerit homo patri uel matri corban, quod est donum quodcunq; ex me tibi proderit, & ultra non dimittitis eum quicq̃ facere patri suo aut matri: rescindentes uerbũ dei per traditionẽ uestram, quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans iterũ turbam, dicebat illis: Audite me omnes & intelligite: Nihil est extra hominẽ introiens in eũ, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedũt, illa sunt quæ coinquinãt hominẽ. Si quis habet aures audiendi, audiat.
c Et cum introisset in domũ à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolã. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis. Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, nõ potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in uentrem & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat aũt: quoniã quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominẽ. Ab intus enim de corde hominũ malæ cogitationes procedũt: adulteria, fornicatiões, homicidia, furta, auariciæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedũt, & coinquinãt hominẽ. Et inde surgens, abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domũ, neminẽ uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundũ, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat eñ mulier gentilis Syrophœnissa genere: d & rogabat eũ, ut dæmoniũ eijceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Nõ est enim bonũ sumere panem filiorũ, & mittere canibus. At illa respondit, & dicit illi: Vtiq; domine, nã & catelli comedũt sub mensa de micis puerorũ. Et ait illi: Propter hunc sermonẽ uade: exijt dæmoniũ à filia tua. Et cum abijsset domũ suã, inuenit puellã iacentem supra lectũ, & dæmoniũ exijsse.
e Et iterũm exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonẽ ad mare Galilææ inter medios fines decapoleos: & adducũnt ei surdũ & mutum: & deprecábãtur eum, ut imponat illi manũ, & apprehẽndens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuẽns tetigit linguam eius: & suspiciẽns in cœlũ, ingemuit, & ait illi: Ephẽta: quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutũ est uinculũ linguæ eius, & loquebatur recte, & præcepit illis, ne cui dicerent.
f Quanto aũt eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabãt, & eo amplius admirabantur, dicentes: g Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Cap. VIII.

IN diebus illis, iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis

c ¶ Et deprecabãtur &c.] Incarnatũ forẽ dñm, multi iusti & patriarchæ cupiebant.
d ¶ Apprehẽdens.] Seorsum semp à turbulẽtis cogitationib. & actib⁹ inordinatis, sermonibus q̃ incompositis ducit, qui sanari meretur. Digiti qui in aures eius mittũtur, uerba spiritus sunt: de quo dicitur: Digit⁹ dei hic est. Et: Opera digitorũ tuorũ sunt cœli. Exod. 8. Psal. 8.
e ¶ Et expuens.] Spuma de carne dñi, est diuina sapientia: quæ soluit uinculũ labiorũ humani generis: ut dicat: Credo in deũ patrẽ omnipotentem &c.
f ¶ Et suspiciẽs &c.] Id est, nos gemere docuit, & in cœlum thesaurũ cordis nostri erigere: q̃d per gemitũ cõpunctionis D intimæ, friuola lætitia carnis purgat: ut dicitur: Rugiebã à gemitu cordis mei. Psal. 37.
g ¶ Et ait illi.] Corde enim creditur ad iustitiã: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ.
h ¶ Et statim &c.] Aperta sunt aures eius ad hymnos, & cantica, & psalmos: soluitur lingua, ut eructet uerbũ bonũ quod non possunt minæ nec uerbera cohibere: ut ait apostolus Paulus: Ego uinctus: sed nõ est alligatũ in me uerbum dei.
i ¶ Et præcepit illis &c.] Nõ in uirtutibus gloriãdũ esse docuit: sed in cruce & in humiliatione.
k ¶ Quantũ autem.] Ciuitas in monte posita undiq; circunspecta abscondi non potest: humilitas semp præcedit gloriam.

Cap. VIII.

IN diebus illis &c.] Vndecima uirtute septẽ panes, quatuor ieiunis milibus frangũtur: & pauci piscicul

illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domum suã, deficiẽt in uia. Quidã enim ex eis de longe uenerũt. Et responderũt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerent. Et apposuerunt turbæ, & habebant piscículos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et mãducauerũt, & saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmẽtis septem sportas. Erant aũt qui manducauerant, quasi quatuor milia, & dimisit eos. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha: [a] & exierunt pharisęi, & cœperunt cõquirere cum eo, quærentes ab illo signũ de cœlo, tentãtes eum. Et ingemiscens spiritu ait: Quid generatio ista signum quærit? [b] Amen dico uobis, si dabitur generationi isti signũ. Et dimittens eos ascendens iterum nauim, abijt trãs fretum. Et obliti sunt panes sumere, & nisi unum panẽ non habebant secum in naui. [c] Et præcipiebat eis, dicens: Videte & cauete à fermento pharisæorum & fermento Herodis. [d] Et cogitabant ad alterutrũ dicẽtes: quia panes nõ habemus. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes nõ habetis? Nondũ cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cęcatũ habetis cor uestrum: oculos habentes, nõ uidetis, & aures habentes, non auditis. Nec recordamini, quando quinq; panes fregi in quinq; milia, & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quãdo & septẽ panes in quatuor milia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? [e] Et ueniũt Bethsaida, & adducunt ei cæcũ, & rogãbant eũ ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, ẽduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum, si quid uideret. Et ãspiciens ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus est, ita ut clare uideret omnia, & misit illum in domũ suam, dicens: Vade in domũ tuam: & si in ũicũ introieris, nemini dixeris. [f] Et egressus est Iesus & discípuli eius in castella Cæsareæ Philippi, & in uia interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes: Ioannẽ baptistã: alij Eliam: alij uero quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. [g] Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Et cœpit dõcere eos, quoniã oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotib. & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere, & palã uerbum loquebat: [h] Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & uidens discípulos suos, cõminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniã non sapis q̃ dei sunt, sed quæ sunt hominũ. [i] Et cõuocata turba cũ discípulis suis, dixit eis: Si qs uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur

A culi benedicuntur: & de fragmẽtis septem sportæ plenæ sustollũtur. Septem panes, dona sunt septem spiritus sancti. Quatuor mília, annus est noui testamenti cum quatuor temporibus. Septem sportæ, primæ septem ecclesiæ: Fragmenta panũ, mystici intellectus primæ septimanæ sunt. Pisciculi benedicti libri sunt noui testamenti: quoniã pisces assi partem, dominus resurgens postulat, & piscem superpositum prunis, discipulis in captura piscium porrigit. Post hæc ueniũt Bethsaida, quæ domus uallis interpretatur: quæ est alia nisi mundus, qui est uallis lachrymarũ? Adducunt duodecima uirtute, cæcũ qui non uidet: nec ante, nec retro: id est, qui fuit, qui est, qui erit. *a* ¶ Et rogabant eum ut illum &c.] Quis est q tangitur, nisi qui cõpungitur? Et apprehẽdit manũ cæci, ut lamentationem de cæcitate cordis sui agat deflẽs ut Hieremias euersionem ciuitatis dei: hoc est, aĩæ suæ. *b* ¶ Eduxit eũ extra uicũ.] Id est uicinitatẽ malorũ. 1.Cor.15.d Corrũpunt enim mores bonos colloquia mala. Et expuens in oculos eius, ut uideat uoluntatem domini per flatum spiritus sancti: impositis manibus, interrogat eũ si aliqd uideret. Per opera domini uidet maiestatẽ eius. A magnitudine enim creaturæ, creator agnoscitur. *c* ¶ Et aspiciens ait: &c.] Id est, omnes homines existimans superiores sibi: 1.Reg.16.d indignum se iudicãs, 2.Reg.16.b ut Dauid uocari hominem, & canẽ mortuum, & pulicẽ unũ. Iterum manus posuit super oculos eius, ut uideret clare omnia: id est, per opera uisibilia, inuisibilia intelligeret, & quæ oculus non uidit, & clare animæ suæ statum, post rubiginem peccati, mundi cordis oculo contueretur. Beati enim mundo corde: quoniã ipsi deum uidebunt. Et misit eum in domum suam, ut uideret in se quod ante non uidit. Non ẽm putat homo desperans de salute omnino posse, quod facile illuminatus per spẽ potest perficere. Et dicit ei: *d* ¶ Si in ũicũ introieris, nemini dixeris &c.] Id est, uicinis cæcitatem tuam semper enarra, nõ uirtutem: ut ait Paulus: Qui fui blasphemus, & persequutus sum ecclesiã dei. *e* ¶ Post hæc cœpit docere illos: quia oportet filiũ hominis multa pati, &c.] Sicut gubernator peritus tempestatem in tranquillitate prævidẽs, nautas paratos uult esse suos. Vnde dominus: Si quis uult post me sequi deneget semetipsum, id est, alter ex altero efficiatur. Post confirmationem crucis, gloria resurrectionis ostenditur. Vnde & sequitur tertiadecima uirtute.

Cap. IX.

a 77 IIII
b 78 VI
c 79 II
d 80 VI
D
e 81 X
f 82 I
g 83 II
h 84 VI
i 85 II

A ET dicebat illis.] Post dies sex inmõte excelso transfiguratus est coram discipulis suis: ne timerẽt opprobria crucis, q uiderant oculis suis
k 86 gloriã futuræ resurrec
II tionis. b ¶ Et uerbum &c.] Hoc proprie Marci: Id est cũ
1.Cor.15.g absorpta fuerit mors
d 87 in uictoria, non erũt
II in memoria priora, & non ascendent super cor: cum abstulerit dominus sordes filiæ Sion, auferẽs om-
Esa.4.b nem lachrymã ab omni facie sanctorum. c ¶ Et uenies &c.] Nõ est homini reqes sub sole. Semper paruulos occidit inuidia: magnos percuti-unt fulgura montes. Alij discentes cum fide: alij inuidentes cũ fastu, ad ecclesiã conueniunt. Et populus uidens eum, stupefactus est, & expauerũt. Non est timor in charitate. Timor em̃ est seruorum, stupescere
B stultorũ. d ¶ Et in-
b 88 terrogauit eos &c.]
X Quod scit dominus,
c 89 rogat: ut confessio pa-
VI riat salutem, & murmur cordis nostri, sermonib. soluatur pijs: ut est illud: Dic tu iniEsa.43.d quitates tuas prius, ut iustificeris. Postea quartadecima uirtute unus de turba af-
d 90 fert filium spiritũ ha-
X bentem immundũ & reliqua. Quẽ non poterant discipuli curare, saluator curauit.
e 91 Infidelitas utrorũq; impediuit salutẽ. Spi-
II ritus discerpit spumãtem & stridentẽ & arescentẽ. Peccator spumat inuidia, stultitia: stridet iracundia: arescit ignauia. Discerpit eum spiritus appropinquantẽ ad salutẽ, q̃d est esca dilecta: quos in uentrem suum trahere desiderat, per terrores & damna: ut fecit in Iob. Interrogat Iesus tempus. e ¶ Et ait pa.] Hic significatur gentilis populus: cui à natiuitate increuit cultus

sequatur me. Qui enim uoluerit animã suã saluã facere, perdet eã: qui aũt perdiderit animã suã propter me & euangeliũ, saluã faciet eã. Quid enim proderit homini, si lucretur mundũ totũ, & detrimentũ animę suæ faciat? Aut q̃d homo cõmutationis dabit p̃ anima sua. [k] Qui enim me cõfusus fuerit, & uerba mea in generatiõe ista adultera & peccatrice, & filius hominis cõfundet eũ cũ uenerit in gloria patris sui cũ angelis sanctis. Cap. IX

ET [a] dicebãt illis: Amen dico uobis: quia sunt quidã de hic stantibus, qui nõ gustabũt mortẽ, donec uideant regnũ dei uenies in uirtute. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobũ & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et uestimenta eius facta sunt splendẽtia & candida nimis uelut nix: qualia fullo non potest super terrã candida facere. Et apparuit illis Elias cũ Mose, & erant loquentes cũ Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu: Rabbi, bonũ est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unũ, & Moysi unum, & Eliæ unũ. Non enim sciebat quid diceret. Erãt enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrãs eos, & uenit uox de nube, dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illũ. Et statim circumspicientes, neminẽ amplius uiderunt nisi Iesum tantũ secum. Et descendentibus illis de monte præcepit illis ne cui quæ uidissent, narrarẽt: nisi cũ filius hominis à mortuis resurrexerit. [b] Et uerbum cõtinuerũt apud se: cõquirentes, quid esset. cum à mortuis resurrexerit. [c] Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt pharisæi & scribæ: quia Eliam oportet uenire primũ? Qui respondẽs ait illis: Elias cum uenerit, primo restituet omnia, & quomodo scriptũ est in filiũ hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Sed dico uobis, quia & Elias uenit, & fecerunt illi quæcunq; uoluerunt, sicut scriptũ est de eo. [d] Et uẽniens ad discipulos suos uidit turbã magnã circa eos, & scribas cõquirentes cum illis. Et confestim omnis populus uidens Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eũ, & interrõgauit eos: Quid inter uos cõquiritis? [e] Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui ubicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, ut eicerent illũ, & non potuerunt. Qui respondens eis, dicit: O generatio incredula, quamdiu apud uos ero, quamdiu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset eum, statim spiritus cõturbauit illũ, & elisus in terrã, uolutabat spumans, & interrogauit patrem eius: Quãtum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: ab infantiã, & frequẽter eũ in ignẽ & aquas misit, ut eũ perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cũ uidisset Iesus concurrentẽ turbã, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spũs, ego præcipio tibi; exi ab eo, & amplius ne introeas in eum

inutilis idolorum: ut c stulte immolaret filios suos dæmonijs. Vnde sequit. f ¶ Et frequenter eum &c.] Alij enim de gentib. ignem uenerabãtur, alij aquã. g ¶ Et ait illi Iesus: &c.] Liber tatem hic arbitrij indicat. h ¶ Omnia possibilia sunt &c.] Quæ sunt omnia, nisi quæ in nomine Iesu, id est, salutis postulantur cum lachrymis? Pater pueri aiebat: Credo domine: adiua incredulitatẽ meam. Credulitas nostra ut rostrata lingua infirma est, nisi innixa subsistat robori adiutorij dei. Pides cum lachrymis, optata uota capit: ut est: Fiat tibi secundũ fidẽ tuam. i Et cum uideret &c.] Dehinc Marcus proprie narrat. Mina domini, potẽtia eius ẽ. k ¶ Surde &c.] Spiritui imputat deus, quod homini diabolꝰ præstat dũ ille nunq̃ audiret
D nec loqueret: quod peccator penitus audiuit & loquitur. l Exi ab eo &c.] Exiens ab homine, nunq̃ reuertitur: si corsuũ clauis serauerit humilitatis & charitatis, & ostium obtinuerit homo munitatis. Vnde ppheta dicit: Esto mihi in deũ protectorẽ, Psal.30.a & in locũ munitum, ut saluum me facias.

eum. Et exclamans & multum diſcerpens eum, exiit ab eo. Et factus eſt ſicut mortuus: ita ut multi dicerent, quia mortuus eſt. Ieſus autẽ tenens manũ eius eleuauit eũ, & ſurrexit. [f] Et cũ introiſſet in domũ, diſcipuli eius ſecreto interrogabãt eũ: Quare nos nõ potuimus eiicere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. [g] Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec uolebat quenq; ſcire. Docebat aũt diſcipulos ſuos, & dicebat illis: quoniã filius hominis tradetur in manus hominũ, & occident eum, & occiſus, tertia die reſurget. At illi ignorabant uerbum & timebãt eum interrogare. [h] Et uẽnerunt Capharnaũ. Quũ cũ domi eſſent, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? [i] At illi tacebant. Siquidẽ in uia inter ſe diſputauerant, quis eorũ maior eſſet. Et reſidens uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omniũ miniſter. Et accipiẽs puerũ ſtatuit eum in medio eorũ. Quem cum cõplexus eſſet, ait illis: [k] Quiſquis unũ ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunq; me ſuſceperit, nõ me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit. [l] Reſpondit illi Ioannes, dicens: Magiſter, uidimus quendã in nomine tuo eiicientem dæmonia: qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. [m] Ieſus aũt ait: Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui facit uirtutẽ in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum uos, pro uobis eſt. Quiſquis enim potum dederit uobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico uobis, nõ perdet mercedẽ ſuã. [n] Et quiſquis ſcandalizauerit unũ ex his puſillis credentibus in me: bonũ eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. [o] Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam: Bonũ eſt tibi debilẽ introire in uitam, q̃ duas manus habentẽ ire in gehennã, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum. Bonum eſt tibi claudum introire in uitam æternã, q̃ duos pedes habentem mitti gehennã ignis inextinguibilis: [p] ubi uermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum. Bonũ eſt tibi luſcum introire in regnũ dei, q̃ duos oculos habentem mitti in gehennã ignis: ubi uermis eorũ non moritẽ, & ignis nõ extinguitur. Omnis enim igne ſalietur, & omnis uictima ſale ſalietur. [q] Bonum eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? Hãbete in uobis ſal, & pacem habete inter uos.

Cap. x.

Et

A a ¶ Et factus eſt &c.] Sanatis etenim dicitur: Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Vnde ĩfirmitas Chriſtianorũ nõ eſt mors, ſed mortis ſimilitudo. b ¶ Et dixit illis &c.] Stulticia ad luxuriã carnis pertinet, & ieiunio ſanatur & oratiõe. Ira & ingratia, oratione depellitur. Medicina cuiuſq; uulneris adhibenda eſt ei. Non ſanat oculum, quod calcaneo adhibetur. Ieiunio, paſſiones corporis: & oratione peſtes ſanandæ ſunt mẽtis. c ¶ Et uenerunt &c.] Capharnaum, uilla conſolationis. Congruit interpretatio prædictæ ſententiæ, qua dicit: Et occiſus, tertia die reſurget. Granum frumenti moritur, ut multiplicius colligatur: ſi nõ moritur, ſolũ manet. d ¶ Qui cũ domi eſſent &c.] In uia enim tractabãt de principatu: ſimilis tractatio loco. Principatus namq; ut ingreditur, ſic deſeritur, & quamdiu tenetur, labitur, & incertum eſt in qua manſione, id eſt, in qua die finiat. B Vnde dicit: Qui uult eſſe primus, ut puer ſit miniſter. e ¶ Bonum eſt tibi &c.] Id eſt ſine cupito principatu. f Quàm duas manus.] Duæ manus, principatus ſunt & ſuperbia. Abſcinde ſuperbiam tenens humilẽ principatũ. g ¶ Vermis non moritur &c.] Vermis, eſt conſcientia ſera. Ignis, pœna incõſummata. Vnde per prophetam dicitur: Ambulate ĩ lumine ignis ueſtri, & in flãmis q̃s ſuccendiſtis uobis. Eſa.50.b h ¶ Omnis eñ igne ſalietur &c.] Mire dictum eſt: Quod enim ſale conditur, uermis putredinẽ arcet. Qđ uero, id eſt, aſperſo ſale carnem quæq; conſumit: hoc ſecundũ legem in hoſtijs fiebat, quæ in altari cremabantur. Vnde in omni uictima & ſacrificio, ſal offerri præceptũ eſt. Sal, dulcedo ſapientiæ, & ignis ſpiritus ſancti gratia. Omnis ignis ſalietur: Leuit.2.d quia omnis electus, ſapientia cõditur: ut digna uictima dei altaribus efficiatur. Vnde bene addit: i ¶ Et omnis uictima &c.] Ille eñ uere uictima dñi eſt, qui corpus & animã à uitijs emundando deo per amorem ſpiritus ſancti cõſecrat: nec ſale aſpergitur, ſed igne conſumitur: quando non peccati tantum cõtagio pellitur, ſed & præſẽtis uitæ delectatio tollitur, & futuræ cõuerſatiõi tota mẽte ſuſpiratur. Vñ, noſtra cõuerſatio in cœlis ẽ. Et, obſecro per miſericordiã dei, ut exhibeatis corpora ueſtra &c. Altare dei, eſt cor bonorum: hoſtiæ & ſacrificia, bona opa fideliũ. In omnib. ſacrificijs ſal: qa nullũ opus bonũ ſine ſapiẽtia. Ignis ſacrificia altare cõſumit: de q̃ ipſe nos baptizauit ſpiritu ſancto & igne. Ignis, tribulatiões: reſpicit hoc ad ſuperiora, ubi ſcandalizãtia mẽbra euelli præcepta ſunt: qa & hoc eſt igne ſaliri, tẽtationib. exerceri, ob Chriſti amorẽ dilectos & ꝓximos nobis abnegare. Oñis eñ uictima ſalieẽ. Victima dñi, eſt genꝰ humanũ, q̃d hic ratione ſapiẽtiæ ſaliẽ: dũ corruptio ſanguinis cuſtodia putredinis. i. mater uermiũ cõſumiẽ, & illic purgatorio igne examinaẽ. k ¶ Bonũ eſt ſal &c.] Sal inſulſum, q̃ amat principatũ: qui increpare nõ audet & cõſiteri, ne de ſynagoga eiiciat: diligẽs gloriã hominũ magis q̃ dei. l ¶ Habete.] Salſitudinẽ correctionis, amor ꝓximi tẽperet: & dilectionẽ ꝓximi ſal iuſticiæ cõdiat. Et in domo iterum diſcipuli eius interrogabant eum de eodẽ. Et hoc ꝓprie: in iterata ſcientia uerbi nõ faſtidium, ſed eſuriẽ & ſitim præſtat: ut eſt illud ſapiẽtiæ: Qui me comedũt, adhuc eſuriẽt, & qui me bibũt, adhuc ſitient. Melliflua ſapiẽtiæ eloquia guſtata diligentius, multimodũ ſaporem reddũt. Quãdo pluit dominus manna ad mãducandũ ſub ſole

C
f 92 X
g 93 II
h 94 X
i 95 II
k 96 I
l 97 VIII
m 98 VI
n 99 II
o 100 VI
p 101 X
q 102 II

A liquescẽs ut cera, red
a 103 dens mollita dicta:ut
VI est illud: Fulgebũt iu
sti sicut sol in regno
patris eorũ. Ad ignẽ
duratur:ut,Panis cor
hominis confirmãs.
Ad aspera: ut est: Si
quis uult post me ue/
nire,abneget seipsum
sibi, & tollat crucem
suam & sequatur me.

Cap. X.

b 104 ET inde &c.] Pha/
X risæi interrogabãt
c 105 eũ:si licet uiro dimit/
II tere uxorẽ suam, ten/
d 106 tantes eum.) Itẽ post
II aliquãta: b ¶ In do/
mo &c.] Id est, de
cõiugij statu: sicut se/
quens capitulũ indi/
dicat. Et dicit illis:
Quicunq; dimiserit
e 107 uxorem suam, & reli/
II qua. Sed quod dicit
Marcus,Iterum disci
puli eius interrogaue
runt eum: Non disci/
puli interrogauerunt
prius, sed pharisæi.
f 108 Sed secunda interro/
II gatio ab alijs, id est,
g 109 ab apostolis: iterum
II dicta est de eadem re,
de qua pharisæi eum
interrogauerunt.

Et [a]inde exurgens uenit in fines Iudææ ultra Iordanem, & conueniunt c
iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et acce
dentes pharisæi interrogabant eum: si licet uiro uxorem dimittere, tentantes
eum. At ille respondẽs dixit eis: Quid uobis præcepit Moses? Qui dixerũt:
Moses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens
Iesus ait: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis præceptũ istud: Ab initio
autem creaturæ masculũ & fœminam fecit eos deus. Propter hoc relinquet
homo patrem suum & matrẽ, & adhærebit ad uxorem suam, & erunt duo
in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniun/
xit, homo non separet. [b] & in dõmo iterum discipuli eius de eodem interro/
gauerunt eum. [c] Et ait illis: Quicunq; dimiserit uxorem suam & aliam duxe
rit, adulteriũ cõmittit super eam. Et si uxor dimiserit uirum suũ & alij nupse/
rit, mœchat. [d] Et offerebãt illi paruulos ut tãgeret eos. Discipuli aũt cõmina/
bantur offerentibus. Quos cum uideret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite
paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos: taliũ est enim regnum cœlo
rum. Amen dico uobis: quisquis nõ receperit regnũ dei uelut paruulus, non
intrabit in illud. Et cõplexans eos, & imponens manus super illos, benedice/
bat eos. [e] Et cũ egressus esset in uiã, procurrens quidã genu flexo ante eũ, ro/
gabat eum, dicẽs: Magister bone, quid faciã ut uitam æternã percipiã? Iesus
aũt dixit ei: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi unus deus: Præcepta no
sti: Ne adultereris, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris: ne
fraudem feceris: honora patrem tuum & matrem. At ille respondens, ait illi:
Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. [f] Iesus aũt intuitus eum, di
lexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: uade, quæcũq; habes uende & da pau
peribus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. [g] Qui contrista/ D
tus in uerbo, abijt mœrẽs. Erat enim habens multas possessiones. Et circun/
spiciens Iesus, ait discipulis suis: Quàm difficile qui pecunias habent in regnũ dei introibunt. Di/
scipuli aũt obstupescebant in uerbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis: Filioli, cũ difficile est
confidentes in pecunijs in regnum dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire,
cũ diuitem intrare in regnũ dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest
saluus fieri? Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non est apud deum: om
nia enim possibilia sunt apud deum. Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & se/
quuti sumus te. [b] Respondens Iesus ait: Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fra/
b 110 tres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros, propter me & propter euangeliũ: qui
II non accipiet centies tantũ nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios,
i 111 & agros cũ persecutionibus, & in seculo futuro uitã æternã. [i] Multi aũt erunt primi nouissimi, &
II nouissimi primi: [k] Erant aũt in uia ascendẽtes Hierosolymã, & præcedebat illos Iesus, & stupebãt,
k 112 & sequẽtes timebãt. Et assumẽs iterũ duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei uẽtura. Quia ecce
II ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis & seniorib.
& dãnabũt eũ morte, & tradẽt eũ gentibus, & illudẽt ei, & cõspuent eũ, & flagellabũt eũ, & interfi
l 113 cient eũ, & tertia die resurget. [l] Et accedũt ad eũ Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magi
VI ster, uolumus ut quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciã uobis?
Et dixerunt: Da nobis ut unus ad dexterã tuã, & alius ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua.
Iesus aũt ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicẽ quẽ ego bibo: aut baptismo quo ego
baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus aũt ait eis: Calicem quidẽ quem ego bi/
bo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere aũt ad dexterã meam uel ad si/
m 114 nistram, nõ est meũ dare uobis, sed quibus paratũ est. [m] Et audientes decẽ, cœperunt indignari de
II Iacobo & Ioãne. Iesus aũt uocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, do
minantur eis, & principes eorũ potestatẽ habent ipsorũ. Non ita est aũt in uobis: sed quicunq; uo
luerit fieri maior, erit uester minister. & quicunq; uoluerit in uobis primus esse, erit omniũ seruus.

Nam

A a ¶ Post hæc uenerunt in Hiericho.] Hiericho, luna, si, ue anathema interpretatur, quod congruit passioni appropinquanti. Defectus nanq; carnis Christi, neomenia est cœlestis Hierusalem. Vnde Hiericho deserentes, Hierosolymæ, id est, uisioni pacis appropinquant. b ¶ Et proficiscẽte eo de Hiericho &c.] Quintade cima uirtute illuminatur cæcus. Cæcitas ex parte facta Iudæis illustrabitur in fine, quando eis mittet Eliam prophetam. Iuxta uiam mendicans. Qui scripturam conseruat, nec cõplet, iuxta uiam mendicans esurit. c ¶ Et quum audiuit &c.] Per merita patriarcharum, Iudaicus illuminatur populus. Cui misericors & miserator dominꝰ adest, illuminãs cæcos, erigens elisos, diligens pauperes, custodiens aduenas.

d ¶ Et comminabantur ei multi ut tace.] Peccata & dæmonia compescunt clamorẽ pauperis, quem exaudiuit dominus. At ille magis clamabat. In graueſcente bello, manus ad lapidem adiu
B torij: hoc ẽ, Iesum Nazarenũ, cum clamore leuandæ sunt.

e ¶ Et præcepit Iesus eum &c.] Quàm conueniens est ordo salutis, audimus primo, deinde clamamꝰ, postea uocamur, postremo surgimus. Audimus per prophetas, clamamꝰ per fidem, uocamur per apostolos, surgimus per pœnitentiam, exuimur p baptismũ, interrogamur p uoluntatẽ. Vnde sequitur: Can.2.b f ¶ Qui proiecto &c.] Exilire nudus ueteri homine dicitur, ut hinnulꝰ saliens super colles, exiliens sup montes, segnitiam deponens, patriarchas, prophetas, & apostolos in altis considerans, ad supna se extendit. g ¶ Dixit illi Iesus: Quid tibi uis faciam?] Considerans Iesus promptã uoluntatem, completione desiderij remunerat. Vnde & aliàs dicit: Omne quodcunq; petieritis in oratione, credentes accipietis. Ioan.15.a h ¶ Cæcus autẽ &c.] Vnam petijt à domino, hoc requirit, ut uideat uoluntatem domini, & inde uidens uisitet templũ eius. Psal.26.b Vnde sequitur: i ¶ Iesus autem &c.] In uia cæcus mendicabat, qui dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Hæc est uia angusta quæ ducit ad ardua Hierosolymæ & Bethaniæ ad montem oliuarum, qui est mons luminis & consolationis. Ioan.14.a

Cap. XI

ET cum appropinquarẽt.] Quæ est uisio pacis in qua manet fixa immobilisq; felicitas, quæ secundũ Apostolũ matꝛ est omnium credentiũ, & bene uiuentium in Christo. l ¶ Misit duos &c.] Bini uocantur, & bini mittuntur discipuli Christi, quoniã charitas non consistit cum uno, unde dicit: Væ soli, & reliq̃. Duo educunt Hebræos de Aegypto. Duo deportãt botrum de terra sancta, ut semper præpositi cõiungant opus & scientiam: & duo mandata de duabus tabulis proferãt, & duobꝰ fontibꝰ abluãt, & abluãt: & duobus uectibꝰ arcã dñi portent, & inter duos cherubim deũ cognoscant, spiritu & mente psallẽtes. Pullũ ligatũ ducunt & indomitũ, quẽ soluũt & domãt, qui est populus gentilis ligatus ante ianuã fidei cũ uinculis peccatorum suorũ, in biuio stantẽ, in libertate arbitrij dubitantẽ inter uitam & mortem.

m ¶ Quidã dicebãt.] Ac si dicerẽt, quis potest dimittere peccata? n ¶ Et imponunt uest.&c.] Id est, stolã primam immortalitatis per baptismi sacramẽta afferũt. o ¶ Et sedit Iesus sup eum.] Id ẽ, in eo regnare cœpit, ut non regnet peccatũ in lasciua carne, sed iustitia & pax & gaudiũ in spiritu sancto. p ¶ Multi aũt.] Qui sunt pedes, nisi q portãt, & extremi q̃s ad iudicandũ constituit Apostolꝰ? Qui & ipsi & si non sunt dorsum in quo sedit dñs, tamen cũ militibus à Ioanne instruuntur.

q ¶ Alij aũt &c.] Magis hoc ad orãdũ & sacramentũ pertinet, q̃m ad necessitatẽ. Iusti ut palma florebũt, angusti in radicibus, lati in floribus & fructibus, quoniã bonus odor Christi sunt, & sternunt uiam mandatorũ dei bona fama. Qui præibãt, pphetæ sunt, & q sequebanꝰ, apostoli: Vt abyssus abyssum iuocat, id est, lex legem alterã. Osanna, id est, saluifica, dicentes in excelsis & imis, ut iusti ædificẽtur in ruinã angelorũ: & terreni & subterranei saluẽtur ab eo benedicto uincente & ueniẽte in noïe domini, id est patris sui, quoniã filius de patre susc epit nomen, & pater de filio. Psal.41.b r ¶ Et intrauit &c.] Et reliqua, usq; ad speluncã latronũ. Iesus intrat in templũ, uespera exijt in Bethaniã cũ duodecim, mane ad Iudæã uenit, atq; nos in uespera mundi uisitat. Esuriens dñs salutem hominũ, uidit à longe ficum, folijs non fructibus ornatã: id est, synagogã uestitã mãdatis hominũ & superstitionibꝰ scopatã, cui denegat fructũ in æuũ. Inde templũ

n Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionẽ pro multis. Et uẽniũt Hiericho, & o prõficiscente eo de Hiericho & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cũ audisset quia Iesus Nazarenus esset, cœpit clamare & dicere: Fili Dauid Iesu miserere mei. Et comminabãtur illi multi ut taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum uocari. Et uocant cæcum, dicentes ei: Animæquior esto, surge, uocat te. Qui, iecto uestimento suo, exiliens uenit ad eũ. Et respondens Iesus, dixit illi: Quid tibi uis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut uideam. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et cõfestim uidit, & sequebatur eum in uia. Cap. XI

ET cum appropinquarent Hierosolymę & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis: dicite, quia domino necessarius est, & continuo illum dimittet huc. b Et abeuntes, inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Et quidã de illis stantibus dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerunt eis sicut præceperat eis Iesus, & dimisẽrũt eis. Et duxerunt pullum ad Iesum, & impõnunt illi uestimenta sua, & sedit supẽr eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia. Alij aũt frondes cædebant de arboribus, & sternebant in uia, c & qui præibant & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini: benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid, Osanna in excelsis. d Et introiuit Hierosolymam in templum, & circumspectis omnibus, quum iam uespera esset hora, exijt in

n	115
	IIII
o	116
	II
a	117
	II
	D
b	118
	II
Rom.5.d	
c	119
	I
d	120
	VI

A ingressus, eiecit uendentes & ementes, & mẽsas & cathedras euertit: id est, qui uendunt honorẽ, & gradus emũt. Scriptum
Esa.56.c est enim: Domꝰ mea,
Hiere.7.b domus orationis uocabitur, iuxta Esaiã.
c 121 Vos autẽ feciſtis eam
I ſpelũcam latronum, iuxta Hieremiam.
a ¶ Et cum ueſpera facta eſſet egred. &c.] Et hoc proprie. Poſt ſe relinquẽs tenebras ut ſol in Iudæorũ cordibus, egrediebaꝫ de
f 122 ciuitate ad aliã, quæ
I eſt beneuola & obediens. Mane reuertẽtes uiderũt ficum aridã.
g 123 Occidit ſol, oritur ſol, lux ablata à ſcribis lu
X cet in apoſtolis. Ficus arida à radicibus, ſynagoga eſt à Cain et à
b 124 cæteris, à quibus om-
VI nis ſãguis ab Abel uſque ad Zachariã requiritur. b ¶ Et dixit Petrus: Ecce ficꝰ.] Petrus agnoſcit aridã
i 125 & abſciſam radicem,
IIII cui ſuccedit oliua pulchra, fructifera uoca-
k 126 ta à domino. Vnde ſe
VI quitur: c ¶ Amen dico uobis: Quicunq; ex uobis dixerit huic monti.] Id eſt, Chriſto, qui eſt mons cre-
l 127 ſcens de lapide abſci-
II ſo ſine manibus.
d ¶ Tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit ĩ corde ſuo, ſed crediderit, qa qd̃cunque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico uobis, oĩa quæcunque &c.] Hoc factũ ẽ, quãdo dixerunt apoſtoli: Digne transferimur ad gentes, quia uos indignos iudicaſtis audiẽdi uerbum dei. Sequitur: e ¶ Et cum ſtatis ad orationem &c.] Septẽ ueꝛſus orationis domini
a 128 cæ, Marcus ſuo more
II in una oratione comprehendit. Is nanque cui dimiſſa ſunt omnia, quid amplius rogabit, niſi q̃ perſeueret in eo qd̃ obtinuit? f ¶ Et ueniunt &c. Et dicunt illi ſeniores: In qua poteſtate hæc facis? Reſpondit illis Ieſus: Baptiſma Ioãnis de cœlo erat, an ex hominibus? Et cogitantes, dixerunt: Neſciꝰ.] De lucerna inuidi obſcurantur, ut dicitur: Paraui lucernã Pſal.131.c
Chriſto meo, inimicos eius induam cõfuſione. g ¶ At Ieſus ait: nec ego dico uobis, in qua poteſtate hæc facio.] Hic cum peruerſo ſubuertitur deus. Cap. XII

ET cœpit illis in parabolis loqui: Homo paſtinauit uineã, & circund. &c.] Homo deus dicit̃ pater humano affectu. Vinea, domus Iſrael eſt. Eſa.5.d
Sepis, eſt cuſtodia angelorũ. Lacus, eſt lex: turris, templum: agricolæ, ſacerdotes. Peregrinatio dei, libertas eſt noſtri arbitrij. Serui miſſi, ꝓphetæ. Fructus uineæ, obedientia. De prophetis alij cæſi, alij uulnerati, alij occiſi ſunt. Filius chariſſimus & nouiſſimꝰ unigenitus eſt. Vere- D
bũtur filium meum. Per ironiam hoc dicitur. Et eiecerunt eum extra uineã: id eſt, extra plebem, dicentes: Quia Samaritanꝰ es, & dæmonium habes. Datur uinea aliis, id eſt, ab oriente & occidente & auſtro & ab aquilone uenientibꝰ, & recũbentibus cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno dei. Hic eſt lapis reprobꝰ quẽ geſtat angulus, coniungens in cœna puꝛa agnum cum pane, finiens uetus, nouum inchoans teſtamentum. Hic præſtat mira in oculis noſtris, ut topazion. Tunc interrogant eum mellitis uerbis, & circũdabãt eũ ſicut apes, mel portantes in ore, aculeũ in tergo, dicentes:

exijt in Bethaniam cum duodecim, & alia die cum exirent à Bethania, eſurijt. Cumq; uidiſſet à longe ficũ habentem folia, uenit ſi quid forte inueniret in ea. Et cum ueniſſet ad eam, nihil inuenit niſi folia. Non enim erat tempus ficorum. Et reſpondẽs, dixit ei: Iam nõ amplius in æternum ex te fructum quiſq; mãducet. Et audiebãt diſcipuli eius, c & ueniunt Hieroſolymã. Et cũ introiſſet in templum, cœpit eijcere uendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorũ, & cathedras uẽdentium columbas euertit. Et non ſinebat ut quiſquam transferret uas per templum, & docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt, quia domus mea, domus orationis uocabitur omnibus gentibus? Vos aũt feciſtis eam ſpeluncam latronum. f Quo audito, principes ſacerdotum & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent, Timebant enim eum, quoniã uniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. g Et cũm ueſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane trãſirent, uiderunt ficum aridam factam à radicibus, & recordatus Pẽtrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. h Et reſpondens Ieſus ait illis: Habete fidem dei, amẽn dico uobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollerẽ & mittere in mare, & nõ hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunq; dixerit, fiat, fiet ei. i Propterea dico uobis, oĩa quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis & eueniẽt uobis. k Et cũm ſtabitis ad orandũ, dimittite ſi qd habetis aduerſus aliquẽ, ut & pater ueſter qui in cœlis eſt, dimittat uobis peccata ueſtra. Quod ſi uos non dimiſeritis, nec pater ueſter qui in cœlis eſt, dimittet uobis peccata ueſtra. l Et uẽniunt rurſus Hieroſolymã. Et cum ambũularet in tẽplo, accedunt ad eum ſummi ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores, & dicũt ei: In qua poteſtate hæc facis, & quis dedit tibi hãc poteſtatẽ ut iſta facias? Ieſus autem reſpondens ait illis: Interrogabo uos & ego unum uerbum, & reſpondete mihi, & dicam uobis in qua poteſtate hęc faciam. Baptiſma Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum, dicentes: Si dixerimus de cœlo, dicet, quare ergõ non credidiſtis ei? Si dixerimus ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannẽ quia uere prophe ta eſſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et rẽſpõdens Ieſus ait illis: Neque ego dico uobis, in qua poteſtate hæc faciam. Cap. XII

ET cœpit illis in pãrabolis loqui: Vineam paſtinauit homo, & circũdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre ꝓfectus eſt. Et miſit ad agricolas in tempore ſeruũ, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehẽſum eũ cæciderunt & dimiſerũt uacuũ. Et iterũ miſit ad illos aliũ ſeruũ, et illũ in capite uulnerauerunt, & cõtumelijs affecerũt. Et rurſum aliũ miſit, & illũ occiderũt, & plures alios, quoſdã cædentes, alios uero occidentes. Adhuc ergo unũ habens

filium

filium chariſſimũ, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: quia reuerebuntur filiũ meum. Coloni autem dixerunt adinuicem: Hic eſt hæres, uenite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Et apprehendẽtes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineã. Quid ergo faciet dñs uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uineã alijs. Nec ſcripturam hanc legiſtis: Lapidem quem reprobauerũt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli, à dño factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. [b] Et quærebãt eum tenere, & timuerunt turbã. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolã hanc dixerit. Et relicto illo abierunt. [c] Et mittunt ad eum quoſdã ex phariſæis & Herodianis, ut eum caperent in uerbo. Qui uenientes dicunt ei: Magiſter, ſcimus quia uerax es, & non curas quenq; Nec enim uides in faciem hominũ, ſed in ueritate uiam dei doces: Licet dare tributum Cæſari, an nõ dabimus? Qui ſciens uerſutiã illorum, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium ut uideam. At illi obtulerunt ei, & ait illis: Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Reſpõdens aũt Ieſus, dixit illis: Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei deo. Et mirabantur ſuper eo. Et uenerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionẽ non eſſe, & interrogabãt eum, dicentes: Magiſter, Moſes nobis ſcripſit, ut ſi cuius frater moriens fuerit, & dimiſerit uxorẽ, & filios non reliquerit, ac cipiat frater eius uxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erãt, & primus accepit uxorem, & mortuus eſt non relicto ſemine, & ſecundus accepit eam & mortuus eſt, & nec iſte reliquit ſemẽ: & tertius ſimiliter. Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem, & non reliquerũt ſemen. Nouiſſima aũt omniũ defuncta eſt et mulier: in reſurrectiõe ergo cum reſurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem enim habuerũt eam uxorem. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Nónne ideo erratis, nó ſcientes ſcripturas neq; uirtutem dei? Cum enim à mortuis reſurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur, ſed ſunt ſicut angeli in cœlis. Dẽ mortuis autem quod reſurgant, non legiſtis in libro Moſi ſuper rubum quomodo dixerit illi deus, inquiens: Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac, & deus Iacob. Non eſt deus mortuorum, ſed uiuorum. Vos erratis multum.

A a ¶ Magiſter, ſcimus quia uerax es &c. Licet dare tributum Cæſari &c.] Malæ ſiquidem cogitationes in imaginem merguntur, quia de ipſis exeunt, & in eadem iterum cœnolitate uoluuntur. Quod Iudæis euidenter accidit cum blaſphemi, in innocẽtis Chriſti cruore uerſati ſunt. Reſpondit illis imaginem Cæſaris habentibus, nummũ coactũ Cæſari, uos ipſos libẽter deo reddite. Signatũ eſt ſuper nos lumen uultꝰ tui dei, nõ Cæſaris. Et ueniũt ad eũ Sadducæi, & reliqua. De hac quæſtione aliàs diſputabimꝰ: hic nobis non eſt cura erroris alieni. Sed q̃ erũt homines ſicut angeli dei: id ẽ, nemo ibi moritur, nemo ibi naſcit, nec infans nec ſenex. Mulier ſterilis nõ relinquens ſemen ex ſeptẽ fratribus nouiſſime moriẽs, quid aliud ſignificat q̃ Iudaicam ſynagogã relictam quaſi mortuam à ſpiritu ſeptiformi q̃ ſeptẽ patriarchas impleuit? Qui non reliquerũt ſemẽ ei Abrahæ qđ eſt Ieſus Chriſtus. Licet enim puer natꝰ eſt illis, nobis tamen gentibus datus eſt. Quæ mulier mortua erat Chriſto, nec cuiq̃ patriarchæ de ſeptem in reſurrectione cõiungetur. Septeno nãq; numero uniuerſitas perfectorum ſignatur, ut uerſa uice per Eſaiã dicitur: Apprehendent ſeptẽ mulieres uirum unũ: id eſt ſeptẽ eccleſiæ, quas dominus unus amat, arguit & caſtigat, adorãt eum una fide. Hæ ſunt ſeptem ſportæ fragmentis panũ plenæ. Panes uerba ſunt ſpiritꝰ ſancti. Sportæ uero eccleſiæ Quos panes Ieſus benedicens fregit, & diſcipuli eius diuiſerũt turbæ, dum die ſeptimo benedixit omnia opera ſua, requieſcẽs i eis. Vnde luce facta primo die qui eſt ſapientiæ, & firmamento in ſecũdo, qui eſt intellectus, & arida tertio, qui eſt cõſilij, & luminaribus accenſis quarto, quæ ſunt uirtutes, & uolatilibus piſcibus q̃ factis quinto, quæ ſunt ſcientiæ, & anima uiuente ſexto, id eſt, homine ad imaginem dei facto, quod eſt pietatis: ſeptimo die ſpiritu timoris domini, qui permanet ſanctꝰ in ſeculum ſeculi, & replet orbem terrarũ, ſancta repleẽ eccleſia, non habens maculam neq; rugam. Cur autem eccleſia ſe ptiformis: id eſt, perfecta, timore repletur? Quia iuſtus uix ſaluabitur, qui rogat: Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Vnde his ſeptẽ qualitatibus ſpiritus pſalterium cantauit: commemorãs in eo, quid negligentia noſtra pepererit, quid diligentia quæſierit, qd diuina prouidentia cõtulerit, quid inimici inſtigatio fraudauerit, quid obliuio lubrica ſubtraxerit, quid humana fragilitas intulerit, quid ignorantia improuida fefellerit. Omnes hos ſeptẽ affectus in pſalmis inuenimus expreſſos, ut ẽ illud Primus: Concepit dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Secũdus: Præueni in maturitate & clamaui. Tertiꝰ: Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſta ſti mihi. Quartus: Inimici mei animã meã circundederũt. Quintus: Obliuioni datus ſum tanq̃ mortuus à corde. Sextus: Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibꝰ. Septimꝰ: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris dñe. Quos affectꝰ ſpiritꝰ ſeptiformis emundat & illuminat, ut ſeptem lucernæ ab auſtro ardentes, aquilonares tenebras expellant in tabernaculo dñi. Spiritꝰ ſapientiæ in pigro negligentiam repellit. Spiritꝰ intellectus diligentiã ratiõabiliter quærit. Spiritus conſilij, diuinam prouidẽtiã prudenter inuenit. Spiritus uirtutis, inſtigationes fortiter retundit. Spiritus ſcientiæ, obliuionẽ lubricã diu eſſe integre nõ ſinit. Spiritus pietatis, humanã fragilitatẽ clemẽter indulget. Spiritus timoris, dei ĩprouidã ignorantiã ardẽter decoqt ac plene replet. Sapiẽtia domũ ædificat: intellectꝰ, gubernacula ĩuenit, cõſiliũ bona diſcretã facit: uirtꝰ in patiẽtia animã poſſidet: ſcientia, diuitiæ fidei & ſalutis acquirunt. Pietate proſperitas præſentis uitæ & futuræ cõſiſtit. Timore humilitas cõſeruatur, & omne peccatũ expellit. Quia initiũ ſapientiæ timor domini eſt. b ¶ De mortuis autem q̃ reſurgant.] In quo eſt ſimilitudo ueſtra, in quo ignis ardebat, ſed non eius

B C D

Eſa.4.d

a 129 I

P ſal.7.d

c 130 II

P ſal.16.e

D

P ſal.37.b

P ſal.24.b

C

1.Pet.4.d

P ſal.142.a

b 129 I

A non eius ſpinas con/
d 131 ſumebat? Sic uos in/
VI flammat eloquiũ me/
um: nec ſpinas uãs
ſub maledicto germi/
natas abſumpſit: In/
quiens, deus Abra/
ham & deus Iſaac &
deus Iacob: ter deũ
nominando, trinitatẽ
intimauit. Non eſt de
us mortuorũ, ſed ui/
uorum. Vnum deum
e 132 iterãs, unam ſubſtan/
X tiam ſignificat. Viuũt
autẽ qui uendicabãt
portionem quam ele
gerant: mortui uero
ſunt, qui quod uendi
cauerunt, ꝓdiderunt.
a ¶ Et interrogauit
eum unus &c.] Quæ
f 133 eſt hæc quæſtio pro/
II blematis, quod eſt cõ
mune omnibus peri/
g 134 tis in lege, niſi quod
II diuerſa in Exodo &
Leuitico & Deutero/
nomio ordinant mã/
data? Vnde non unũ,
ſed duo intulit mãda
ta, de his etenim duo/
bus uberib⁹ ſuper pe
h 135 ctora ſponſæ eleuatis,
II noſtra alitur infantia.
B b ¶ Et ait illi ſcriba:
Bene magiſter in ueri
i 136 tate dixiſti. Et dixit il/
VIII li Ieſus: Non longe es
à regno dei.] Quare
non eſt longe qui ue/
nit callide? Longior
nanq; eſt ignorantia à
regno dei q̃ ſcientia.
Vnde ſupra Saddu/
cæis: Erratis, inqt, ne/
ſcientes ſcripturas ne
que uirtutem dei. Et
docebat eos Ieſus in
templo: id eſt, palàm
eis de ſe loquit̃, ut in/
excuſabiles ſint: & ut
k 137 ignis incendat arida
II ſcribarũ & phariſæo/
rum exempla, qui uo
lunt in ſtolis ambula/
re. c ¶ Hi accipient
prolixius iudiciũ. Et
l 138 ſedens Ieſus cõtra ga/
II zophylaciũ.] Id eſt,
diuitiarum cuſtodiã.
d ¶ Aſpiciebat quo/
modo diuites iacta.]
Diuites qui ſunt, niſi
qui proferunt de the/
ſauro cordis ſui noua
& uetera, quæ ſunt in-
certa & occulta ſapiẽ/
tiæ utriuſq; teſtamen/
ti? Paupercula uero
quæ eſt, niſi & ego &
ſimiles mei, qui mit/

Vos ergo multũ erratis. d Et acceſſit unus de ſcribis qui
audierat illos conquirentes, & uidens quoniam bene il/
lis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum o/
mnium mandatum. Ieſus autem reſpondit ei: Quia pri/
mum omnium mandatum eſt: Audi Iſrael, dominus de
us tuus, deus unus eſt. Et diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota men/
te tua, & ex tota uirtute tua. Hoc eſt primũ mandatum.
Secundum aũt ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum
ſicut teipſum. Maius horum aliud mandatũ nõ eſt. e Et
ait illi ſcriba: Bene magiſter in ueritate dixiſti, quia unus
eſt deus, & non eſt alius præter eum. Et ut diligatur ex
toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex
tota fortitudine, & diligere proximum tanq̃ ſeipſum,
maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Ie
ſus autem uidens quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi:
Non es longe à regno dei. f Et nemo iam audebat eum
interrogare. g Et reſpondẽs Ieſus, dicebat docens in tem
plo: Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe Da
uid? Ipſe enim Dauid dixit in ſpiritu ſancto: Dixit dñs
dño meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos
tuos ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid dixit
eum dominum, & unde eſt filius eius? Et multa turba
eum libẽter audiuit. h Et dicebat eis in doctrina ſua: Ca
uete à ſcribis qui uolunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in
foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & pri/
mos diſcubitus in cœnis, i qui deuorant domos uidua/
rum ſub obtentu prolixæ orationis, hi ãccipient prolixi
us iudicium. Et ſedens Ieſus contra gazophylaciũ, aſpi/
ciẽbat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium,
& multi diuites iactabant multa. Cum ueniſſet aũt una
uidua pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans. Et
cõuocãs diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico uobis, quo/
niam uidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſe/
runt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abun/
dabat illis, miſerũt: hæc uero de penuria ſua omnia quæ
habuit miſit totum uictum ſuum. Cap. XIII

E T cũm egrederet̃ de templo, ait illi unus ex diſci/
pulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides et quales
ſtructuræ? Et reſpondẽs Ieſus ait illi: Vides has omnes
magnas ædificatiões: Non relinquetur lapis ſuper lapi/
dem, qui non deſtruatur. k Et cum ſederet in monte oli/
uarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim
Petrus & Iacobus & Ioãnes & Andreas: Dic nobis quã
do iſta fient, & quod ſignũ erit, quando hæc omnia inci
pient cõſummari Et reſpondens Ieſus, cœpit dicere illis:
Videte ne quis uos ſeducat. Multi enim uenient in nomi
ne meo, dicẽtes, quia ego ſum, & multos ſeducẽt. Cum
audieritis autem bella & opiniones bellorum, ne timue
ritis, oportet enim hæc fieri, ſed nondum finis. Exurget
enim

to q̃ poſſum, & deſi
dero quod non poſ/
ſum uobis explana/
re? Non quantum ut
audiſtis, ſed ex quan
to conſiderat deus.
Vnuſquiſq; quadran
tẽ poteſt offerre. Hæc
eſt torta panis in Le/
uitico, quæ eſt uolun/
tas prõpta. Quæ cur
quadrãs dicit̃? Quia
ex tribus conſiſtit, co/
gitatu, uerbo, ac fa/
cto. Quod dicit, totũ
uictum ſuũ miſit. To/
ta enim uoluptas cor
poris ĩ uictu cõſiſtit.
Vnde dicit̃: Totus la/
bor hominis ĩ ore ſuo
eſt. Cap. XIII
E T quum egrederet̃
de templo.] Enu/
merat diſcipulis cla/
dem nouiſſimi tẽpo/
ris: id eſt, deſtructio/
nem templi cum ple/
be & litera ſua. De
qua lapis ſuper lapi/
dem nõ relinquatur:
id eſt, teſtimonia pro/
phetarum ſuper eos
in quos Iudæi retor/
quebant ea, ut eſt in
apoſtolum, in Eſdrã, D
in Zorobabel, in Ma/
chabæos. Quæ enu/
merat, omnia ſperan/
da ſunt potius quàm
tractãda. Pſeudochri/
ſti & pſeudoprophe/
tæ, gens ſuper gẽtem,
regnum ſuper regnũ,
terræmotus, uapula/
tio prædicantiũ, præ/
dicatio euangelij uſq;
ad fines terræ, ut ante
iudicium clamet ec/
cleſia: A finibus ter/
ræ ad te clamaui do/
mine. Domeſtici in
domeſticos ſurgẽtes,
abominatio in tẽplo,
fuga in mõtes, ut non
deſcendat ad ima qui
aſcendit ad alta. Ora/
te ut hyeme nõ fiat fu
ga ueſtra uel ſabbato:
id eſt, ne finiantur fru
ctus ueſtri operis cũ
fine temporis. Hyeme
eñ finit̃ fructꝰ, ſabba
to uero tempꝰ. Tribu
latio ingẽs, & dies bre
ues ꝓpter electos, ne
malicia huiꝰ tẽporis
mutet ĩtellectũ eorũ.
Sicut de Noe dicitur.
Poſt hæc ſol contene/
brabit̃ ad gelida cor/
da ut hyeme, & luna
nõ ſplendebit ſerena
tempe/

A tempestate dissensio-
num: & stellæ erũt de
cidẽtes lumine, quan
do penè deerit semen
Abrahæ cui assimila-
tæ sunt stellæ: & uirtu
tes quæ sunt in cœlis
mouebũtur ad iram
uindictæ, quãdo mit
tentur à filio hominis
ueniente in nubibus
cœli cum uirtute, qui
prius sicut pluuia in
uellꝰ Gedeon descen
dit cũ humilitate. Et
congregabit electos à
quatuor uentis, ut tri
ticum uentilatum de
area totius terræ. Fici
parabola hæc ẽ ꝓphe
tia. Folia nata, uerba
sunt præsentia: æstas
uero proxima, dies ẽ
iudicij, in q̃ unaquæ-
que arbor manifesta-
bit quæ intus habuit,
an aridũ ad combu-
rendum, an uiride ad
plantãdum in Eden
cum ligno uitæ, cuius
folia in salutem genti
Matth.11.d um, id est, uerba, qui-
bus dicet: Venite be-
nedicti patris mei, &
reliqua. Sequitur:
a ¶ Cœlum & terra
transibũt &c.] Quid
est quod dicit, neq; fi
Ioan.14.d lius? de quo dicitur:
Pater maior me ẽ: id
est, corpus eius in ter
ra positum, quod est
ecclesia. b ¶ Vigila-
te & orate, nescitis ẽm
quãdo tempus fit.]
Vigilia opus est men
tis ante mortem cor-
poris. Homo peregre
proficiscens, corpus
est Christi in cœlum
eleuatum, relinquens
domũ suam, quæ est
ecclesia. Dans seruis
suis potestatem uniuſ
cuiusq; operis, id est,
Matth.25.b octo talẽta, iuxta Mat
Luc.19.b thæũ, uel decẽ mnas,
iuxta Lucam. Et iani-
tori præcepit ut uigi-
let: id est, ei qui prædi
cat, cui dicitur: Si nõ
annũciaueris iniquo
iniquitatẽ suam, san-
guinem suum de ma-
nu tua requiram. Vi-
gilate ergo, & reliqua
Sero an medianocte,
quãdo sunt occisa Ae
gyptiorum primoge
nita, ne inueniat uos
dormiẽtes. Nam qui
dormit, non corpora

enim gens super gentem, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca & fames. Initium dolorum hæc.[c] Videte autem uosmetipsos. Tradent enim uos in cõcilijs, & in synagogis uapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me in testimoniũ illis.[d] Et in omnes gẽtes primũ oportet prædicari euangeliũ. [e] Et cum duxerint uos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, sed quod datum uobis fuerit in illa hora, id loquamini. Non enim estis uos loquẽtes, sed spiritus sanctus. Tradet aũt frater fratrem in mortem, & pater filium: & cõsurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio oĩbus propter nomen meũ. Qui aũt sustinuerit in finẽ, hic saluus erit.[f] Cum aũt uideritis abominationem desolationis stantẽ ubi nõ debet, qui legit, intelligat.[g] Tunc qui in Iudæa sunt, fugiãt in montes, & qui super tectum, nõ descendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit, nõ reuertatur retro tollere uestimentum suum.[h] Væ aũt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.[i] Orate uero ut hyeme nõ fiat.[k] Erunt enim dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus usq; nunc, neque fient.[l] Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.[m] Et nũc si quis uobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne crediderit is.[n] Exurgent eĩ pseudochristi & pseudoꝓphetæ, & dabũt signa & portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. Vos ergo uidete, ecce prædixi uobis omnia.[o] Sed in illis diebus post tribulationẽ illam sol cõtenebrabitur, & luna non dabit splendorẽ suum, & stellæ cœli erunt decidentes, & uirtutes quæ in cœlis sunt, mouebunt.[p] & tunc uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus cum uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & cõgregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terrę usq; ad summũ cœli. A ficu aũt discite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & uos cũ uideritis hæc fieri, scitote q̃ in proximo sit in ostijs. Amen dico uobis, quoniã non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt, uerba autẽ mea non transibunt.[q] De die aũt illa uel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neque filius, nisi pater.[r] Videte, uigilatẽ & orate, nescitis enim quando tẽpus sit.[s] Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ suam, & dedit seruis suis potestatẽ cuiusq; operis, & ianitori præcepit ut uigilet.[t] Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus ueniet, sero an media nocte, an gallicãtu, an mane, ne cum uenerit repente, inueniat uos dormiẽtes. Quod E aũt uobis dico, oĩbus dico: Vigilate. Ca. XIIII

[a] Rãt aũt pascha, & azyma post biduũ,[b] & quærẽbant sum-

uera, sed phantasmata intendit, & uacuus uigilat de his quæ uiderat. Sic nimirum c 139
sunt quos mundi amor rapit in uitæ de- I
serit post uitã quod
somniabant pro cer- d 140
to. Sequit: c ¶ Quæ VI
uobis dico, omnibus e 141
dico: Vigilate.] Hoc II
fine concludit sermonem, ut cõmune omnium præceptum no
uissimi ꝓ primos au-
diant. Cap. XIIII
E Rat autem pascha
& azyma post bi-
duum.] Nunc aspergam librum nostrũ f 142
sãguine & limina do- VI
morum, & funẽ cocci g 143
neũ circundemus do- II
mui orationis nostræ:
& coccũ in manu no- h 144
stra ut Sara ligemus: II
ut uaccam rufam in i 145
ualle occisam enarra- VI
re possimus. Pascha, k 146
transitus interpreta- II
tur. Phase uero imola l 147
tio. In immolatione VI
agni & trãsitu popu-
li per mare uel ꝓ Ae- m 148
gyptum, præfigura- II
tur passio Christi, & n 149
redemptio populi de VI
inferno, quando nos
post biduum uisitat,
idẽ, plenissima luna o 150
ætate Christi pfecta: II
ut nec cũ aliqua par-
te tenebrosa, carnes
agni immaculati, qui p
tollit peccata mundi, II
in una domo, quæ est
una electa matris suæ
ecclesia catholica, cal
ciati charitate, & ar-
mati uirtute comeda
mus, dicẽtes: Etenim
pascha nostrum im-
molatus est Christꝰ.
e ¶ Et quærebãt sum- IIII
mi sacerdotes & scri-
bæ quomodo eũ do-
lo tenerent & occide- q 152
rent. dicebãt autem: VI
Non &c.] A principi- r 155
bus egressa est iniqui- VI
tas in Babylõe. Occi- s 154
so etenim capite, totũ II
corpus enerue effici-
tur. Vnde miseri faci-
unt quod capita mo- t 155
liuntur. Vitant diem II
festum quod conue-
nit illis. Non est enim
festiuitas his q̃ uitã & a 156
misericordiã perdide- I
rũt. Venit Iesus Betha
niã. Hinnulꝰ ceruorũ b 157
semper VI

A semper ad lectum suum redit, id est filius obediens patri usq; ad mortem, obedientiã à nobis petit. Simon leprosus, mundum infidelem primo, & postea fidelem significat. Mulier cum alabastro, ecclesiasticam fidem, quæ dicit: Nardus mea dedit odorem suum. Pistica nardus dicitur, id est mystica & preciosa. Domus impleta odore, cœlum & terra est. Fractũ alabastrũ, carnale est desiderium, quod frangit ad caput ex quo
c 158 omne corpus compa
I ginatum est. Recumbente ipso, id est, humiliante, ut eum tangeret fides peccatricis, quæ de pedibus ascendit ad caput, & ad pedes à capite descendit per fidem: id est ad Christum et ad mẽbra eius. a ¶ Qui dã indigne ferentes.] Per synecdochẽ dicitur unus pro multis, & multi pro uno: Di-
d 159 centes intra se: Vt qd
III perditio hæc unguenti? Perditus de salute perditionẽ inuenit, & in ficu fructifera mor-
e 160 tis laqueum nanciscitur. Trecẽtis denarijs
II poterat uenũdari unguentum & dari pauperibus. Sub prætextu auariciæ mysteriũ loquitur fidei. Etẽ nostra fides trecentis emitẽ denarijs, id est decẽ sensibus per corpus & animam & spiritum triplicatis, ut & nos sicut Gedeon
Iudic.7.b trecẽtorum uirorum numerum assumẽtes, allophylorum castra pauperes spiritu fractis lamunculis nostris cum tubis & lucernis destruamus, &
f 161 ut Abraham cum tre
IIII centis uiris, spolia ad. uesperum diuidam⁹. Sequitur: b ¶ Bonũ
g 162 opus operata est in
I me.] Qui credit in deũ, reputatur ei in
h 163 opus iusticiæ. Aliud
II est enim credere ei, a-
i 164 liud credere in eum,
VI id est, totum eijcere te
k 165 in illũ. Quod habuit,
I hæc fecit. Nõ aliunde speremus quod in nobis habem⁹. c ¶ Præ

bant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent. dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fiat in populo. [c] Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, uenit mulier habens alabastrum unguẽti nardi spicati precio si, & fracto alabastro effudit super caput eius. Erãt autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud uenundari plus q̃ trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eam. Iesus autem dixit: Sinite eam: Quid illi molesti estis? Bõnum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, & cum uolueritis, potestis illis benefacere: me autem non semp habebitis. Quod habuit, hæc fecit: [d] Præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis, ubicunq; prędicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriã eius. [e] Et Iudas Iscariotis unus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo eum opportune traderet. Et primo die azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò uis eamus & paremus tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse uobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt pascha. [f] Vespere autem facto, uenit cum duodecim, & discũbentibus eis & manducantibus, ait Iesus: Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me, q manducat mecũ. [g] At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Nũquid ego? [h] Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecũ in catino. Et filius quidẽ hominis uadit sicut scriptũ est de eo. [i] Væ aũt homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei si natus non fuisset homo ille. [k] Et mãducãtibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite hoc est cor-

C oculorũ tuorum, & in uno crine colli tui. Oculus & cri-
nis, sapientiæ est uirtus, quoniam Iudæ cum cæteris di-
citur: Vobis datum est nosse mysterium regni, & dedi
Matth.13 uobis potestatem & reliqua. Abijt ad principes. Posq; exijt, satanas in eum intrauit. Hic nox nocti indicat scientiam. Vnumquodq; animal ad simile sibi iungitur. Maria currit ad apostolos, ut dies diei eructet uerbum: Et Iudas ad Iu
Psal.18.a dæos, ut nox nocti indicet scientiam. Promittunt pecuniam, amittunt uitam, quam ipse recepit quum uitam amisit. Quærebat opportunitatem. Opportunitas doli nunquam inuenitur, ut nõ uindicetur hic aut illic. Promittit se tradere, ut magister eius diabolus ante docebat: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam. Et primo die azymorum, quæ cum amaritudine manducantur: azyma nobis ẽ redemptio nostra. Amaritudo uero passio domini. Dicũt discipuli: Quò uis eamus? Vt cum uolũtate dei dirigamus gres- D
sus nostros. Domin⁹ indicat cum quo mãducat pascha, & more suo mittit duos, qđ supra exposuim⁹: Et dicit: Ite in ciuitatem, & reliqua. Ciuitas est ecclesia quæ muro fidei cingit̃: Homo occurrens, populus primitiuus est. Amphora aquæ, lex literæ ẽ. Sequimini eum, qui ducit in altum ubi est refectio Christi. Vnde Raab exploratoribus mandat, ut non irent per ima, sed per excelsa pergerẽt. Cœnaculum grande, ecclesia magna est, qua narratur nomen domini, strata uarietate uirtutũ & linguarũ, ut est illud: Circumamicta uarietate, in qua paratur domino pascha. Dominus domus, Petrus apostol⁹ est. Cui dominus domum suam credidit,

d ¶ Vespere autem facto, uenit cum duodecim, & discumbẽtibus eis & manducantibus &c.] Vespera diei, uesperam indicat mundi. Circa undecimam nanque horam ueniunt nouissimi qui primi denariũ uitæ accipiunt æternæ: quia ante cru-

eniret is qui excluderet. Iudas Iscariotis un⁹ de duodecim. Vnus numero, non unus merito: unus nomine, nõ unus numine: unus corpore, nõ unus animo. Vnde sponsus ad sponsam canit: Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, in uno ut sit una fides sub uno pastore.
Cant.4.c

cem Abra-

Acem Abrahã erat in inferno, & poſt crucem latro in paradiſo. Manducantibus autem eis ait: Vnus ex uobis me tradet qui mãducat mecum panem. Quia dum falſitas arguitur, nihilominus ueritas comprobatur, ut implere tur quod dicitur: Qui edebat panes meos, magnificabat Pſal.40.c ſuper me ſupplãtatio nem. Omnes tangun tur ut fiat harmonia in cithara: oẽs nerui bene ſuſpenſi, conſona uoce reſpondent: Nũquid ego ſum domine? Vnus remiſſus & pecuniæ amore affectus dixit: Nũquid ego ſum rabbi? Et dicit illis: Vnus de duodecim. Separat lupꝰ ſeorſum ouem quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi patet morſib. Filius hominis uadit, ſed uæ homini per quem tradetur. Multi bonũ ut Iudas faciunt, ſed omnino illis nõ proficit. Bonum erat ei ſi non eſſet natus, intimo latens utero materno, melius eſt non eſſe q̃ ad tormenta eſſe. Accepit Ieſus panẽ & benedicens fregit, transfigurãs corpus ſuum B in panem quod eſt eccleſia præſens, quæ accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in paſſionibus, datur in exemplis, ſumitur ĩ doctrinis: formans ſanguinem ſuũ in calicẽ, uino & aqua mixtum, ut alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine nanque agni ſeruantur domus à percuſſione angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ ſunt myſteria eccleſiæ Chriſti. *a* ¶ Gratias agẽs dedit illis.] Gratia nõ meritis ſaluati ſumus à deo. *b* ¶ Et biberunt ex eo omnes.] Ebrietas felix, ſatietas ſalutaris, quæ quãto copioſius ſumitur, tanto maiorem ſobrietatẽ mentibus donare dignatur. Et Iudas bibit, ſed non ſaturatur, nec ſitim extinguit ignis æterni, qa indigne ſumit myſteria Chriſti. Hic macula in luna oſtenditur, quæ nunquam deletur. Luna eccleſiæ merito cõparat, quæ non habet ſplendorẽ: ſed à ſole certis modis ſuſcipit lumen, id eſt à Chriſto qui ꝑmanet in æternũ. Sunt enim in eccleſia quos ſacrificium nullũ emundat, ſed eos cogitatio inſipiens perducit ad culpas, qui ſe cœnoſæ crudelitatis fœtoribꝰ miſcuerunt. Sanguis enim noui teſtamenti, qui pro multis effunditur, non omnes emundat. *c* ¶ Non bibã de genimine uitis uſq; in diem illum &c.] Hic mutat tantum ſacrificiũ, ſed non mutat tempus, ut nos nunq; cœnã domini ante quartamdecimam lunam faciamus. Qui facit in quartadecima reſurrectionem, in undecima luna cœnam domini facit, quod nunq; inuentum eſt, nec in ueteri teſtamẽto, nec in nouo. *d* ¶ Et hymno dicto &c.] Id Pſal.12.f eſt laude domini, ut eſt in pſalmo: Et laudabunt dominum qui requirunt eum, & mãducauerunt eum & adorauerunt omnes pingues terræ. *e* ¶ Et exierũt &c.] In monte olueti Ieſus tenetur, & inde ad cœlos aſcendit, ut nos ſciamus, quia inde aſcendimus ad cœlos, unde uigilamus & oramus & ligamur, nec repugnamus in terra. Omnes uos ſcandalũ patiemini. Omnes cadunt, ſed non omnes iacent. Nunquid qui dormit nõ adiiciet ut reſurgat? Carnale eſt cadere, ſed diabolicũ iacere. Scriptũ eſt, percutiã paſtorẽ. Propheta Zacharias poſtulat paſſionem domini. Pater reſpõdet, percutiã paſtorẽ, precibus ſanctorũ inferialium. Filius à patre mittit & percutitur, id ẽ incarnatur & patitur. Diſpergũtur oues paſtore capto, reſurrectio promittit, ut ſpes non extinguatur. *f* ¶ Petrus ait: Et ſi omnes &c.] Et auis ſine pennis inaltum uolare nitit: Sed corpus aggrauat animã, ut timore humanæ mortis, timor domini ſuperet uel uincatur. *g* ¶ Prius q̃ gallꝰ &c.] Gallus cãtat, Petrus negat ter. Gallus lucis nuncius qs eſt, niſi ſpiritꝰ ſanctus? cuius uoce in ꝓphetis & apoſtolis nos de terna abnegatione qua deũ negauimus noſſe, uoce ancillarũ exterriti, excitamur ad amariſſimos poſt lapſum fletꝰ, qui male cogitauimus de deo, & male locuti ſumus ad proximos, & male fecimus ad noſmetipſos. Et uenit in prædiũ Gethſemani, id eſt uallis pinguedinũ, ubi tauri pingues obſederunt eum, & uituli multi circũdederũt eum. *h* ¶ Sedete hic donec orem.] Separat in oratione qui ſeparatur in paſſione, quia ille orat, illi dormiunt pinguedine cordis oppreſſi. *i* ¶ Cœpit pauere, & ait: Triſtis eſt anima mea.] Pauere & triſtificari docemur ante iudicium mortis, qui non poſſumus per nos dicere niſi per illum: Venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicq̃. Et dixit, Abba pater. Hebraice & Græce loquitur, quia nõ eſt diſtinctio Iudæi & Græci. *k* ¶ Si poſſibile eſt trãsfer calicem hunc à me, ſed nõ quod ego uolo.] Vſq; in finẽ non ceſſat nos docere patribus obedire, & uoluntatẽ eorum uoluntati noſtræ præponere. Inuenit eos dormiẽtes. Sicut dormiunt mente, ſic & corpore. *l* ¶ Vigilate & orate ne intretis in tentationem.] In tentationem intrat, qui orare negligit. Ter diſcipuli dormiunt, & ter dominus orãs ſuſcitat. Terna dormitatio, tres mortuos quos dñs ſuſcitauit ſignificat. Primũ in domo: Secundũ ad ſepulchrũ: *Matth.9.c* Tertiũ de ſepulchro. Terna uigilia dñi, tres perſonas habere nos in orando docet: & de præteritis & futuris & de præſentibus ueniã rogare. Venit Iudas cum gladijs & lignis. Incũbit uirtuti ſeculi q deſperat de adiutorio dei. *Luc.7.c* dat ſignũ oſculi cum ueneno doli: Sicut Cain obtulit ſacrificium ſubdolũ & reprobatum. Vnde uinũ cum aceto in cruce ponunt. Et tenuerũt Ieſum. Hic adeſt Ioſeph uinctus, uenditus à fratribus, & ferrũ pertrãſiuit animã eius. Vnus educens gladium amputauit auriculam ſer-

A ui. Prædicatio Petri, auditũ à Iudæis abscidit regni dei.
a ¶ Tunc discipuli eius omnes relinquentes eum fugie/runt.] Tunc adimpletum est quod dicitur: Elongasti à me amicũ & proximũ,& notos meos à miseria. b ¶ A/dolescens quidam &c.] Hoc proprie Marcus. Sicut & manibus nõ agnoscit,sed lõge de eo futura canit. c ¶ Ie/sus autem dixit illi: Ego sum.] Vt inexcusabiles sint. f ¶ Et uidebitis filium hominis.] Sacerdos interrogat filium dei: Iesus autem respondit filiũ hominis, ut hic in telligamus dei filiũ eundem esse & filiũ hoĩs,& ne quater nitatem faciamus in trinitate,sed homo in deo,& deus in homine necesse sit. g ¶ A dextris uirtutis &c.] Id est in uita regnantem sempiterna et uirtute diuina. h ¶ Et uenientẽ in nubibus cœli &.] In nube ascendit, cum nube ueniet, id est in corpore suo solo, qđ sumpsit à uirgine ascendit: & cũ multiformi ecclesia quæ est corpꝰ ipsius & plenitudo eius ad iudicium uẽturus est, sicut dicit secundum Matthæũ: Cum autẽ uenerit filius hominis,& omnes angeli cum eo, & reliqua. i ¶ Summus sacerdos scidit uestimenta sua.] Hoc ẽ Ephod, in quo habebant honorem, Iudæi amisérũt. Hic adest Samuel scisso pallio de manibus Saul, id est regno. Milites gentiles non scindũt tunicam Christi. Sacerdotes uero scindunt dignitatẽ sacerdotij sui. Et condẽnant eũ reũ esse mortis. Quo reatu suo, reatũ nostrũ solueret, & uelamine faciei suæ, uelamen cordiũ nr̃orum auferret, & sputaminibꝰ susceptis, factẽ animæ nostræ lauaret. Et colaphis quibus in caput pcussus est, caput humani generis, quod ẽ Adam sanaret: Et alapis quibus expalmatus est, maxima laus eius, nr̃is manibus & labijs plauderet, unde: Oẽs gentes plaudite manibus. Et cruce sua, cruciatum nostrũ solueret, & morte sua mortem nostrã necaret: cũ forma serpentis serpẽtẽ necat, quia serpente de uirga facto alij absorbẽtur serpẽtes. Vndeꝑ ꝓphetã ipse dicit: Ero mors tua ò mors, & morsus tuꝰ ò inferne. Opprobria eius, nostrum

a 179 VI Ioseph relicto pallio nudus de manib. impudicæ dominæ effugit. Qui aũt uult effugere manus iniquorum relinquens mentẽ quæ mũdi sunt,fugiat post Iesum. Et
b 180 IIII cõuenerunt sacerdotes & scribæ. Tunc fit
c 181 I congregatio taurorũ in uaccis populorũ. Petrus à longe sequebat. Vir duplex animo, inconstans est in
d 182 II omnibus uijs suis. Timor retrahit, charitas trahit. In atrio cũ ministris calefacit se ad ignẽ. Atriũ sacer-
e 183 I dotis,est secularis circuitꝰ: ministri,dæmonia sunt: Ignis,desiderium carnale,cũ quibus qui manet, flere
f 184 I peccata non potest. Summi sacerdotes quærebant falsum te-
g 185 VI stimonium aduersus Iesum. Mentita est iniquitas sibi, ut regina
h 186 X aduersus Ioseph,& sacerdotes aduersꝰ Su-
i 187 I sannã: sed ignis sine materia deficit. Et cõ-
k 188 IIII uenientia testimonia non erant: Quod uariatur incertũ habe-
l 189 II tur. c ¶ Quidam dicebãt &c.] Moris est hæreticorũ umbram de ueritate trahere. Non ille dixit qđ illi dicunt,sed simile uerbum de templo cor-
m 190 VI poris sui qđ post triduum resuscitauit. Exurgẽs summꝰ sacerdos iterrogat Iesum: Ille autẽ tacebat. Ipse deꝰ & saluator noster qui mũdo salutẽ contulit,& humano generi sua pietate subuenit: sicut ouis ad occi-
n 191 I sionem sine uoce ducitur, & obmutuit & siluit à bonis. Taciturnitas Christi apologiã Adæ absoluit.
o 192 VI d ¶ Et dixit ei: Tu es Christꝰ filius dei be-
p 193 II nedicti?] Quem expectabant de longe, in propè non uident.
q 194 I Sicut Isaac caliganti-bus oculis,Iacob sub

quidem promptus est, caro autem infirma.[a] Et iterum abiens orauit,eundem sermonem dicens.Et reuersus denuo inuenit eos dormientes.Erant enim oculi eorũ grauati,& ignorabant quid responderent ei,Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam & requiescite.[b] Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite eamus.Ecce qui me tradet propè est.[c] Et adhuc eo loquẽte,uenit Iudas Iscariotis unus de duodecim,& cum eo turba multa, cũ gladijs & lignis à summis sacerdotibus & scribis & senioribus.[d] Dederat autẽ traditor eius signum eis,dicens: Quẽcunq; osculatus fuero,ipse est,tenete eum & ducite caute.Et cum uenisset,statim accedẽs ad eum,ait:Rabbi,& osculatus est eum.At illi manus iniecerũt in Iesum,& tenuerunt eum.[e] Vnus autem quidã de circũstantibus educens gladiũ, percussit seruũ summi sacerdotis,& amputauit illi auriculã.[f] Et respondens Iesus,ait illis: Tanq; ad latronem existis cum gladijs & lignis cõprehẽdere me, quotidie eram apud uos in templo docens & nõ me tenuistis.[g] Sed ut implean-tur scripturæ. Tunc discipuli eius relinquentes eum,omnes fugierunt.[h] Adolescẽs aũt quidã sequebatur eum, amictus sindone super nudo,& tenuerunt eum. At ille reiecta sindone,nudus profugit ab eis.[i] Et adduxerunt Iesum ad summũ sacerdotem, & conueniunt omnes sacerdotes & scribę & seniores.[k] Petrus autem à longe secutus est eum usq; intro in atriũ summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem,& calefaciebat se.[l] Summi uero sacerdotes & omne conciliũ quærebant aduersus Iesum testimoniũ,ut eum morti traderent,nec inueniebant. Multi aũt falsum testimoniũ dicebãt aduersus eum,& cõuenientia testimonia non erant.[m] Et quidã surgentes, falsum testimoniũ ferebant aduersus eum,dicentes: Quoniã nos audiuimus eum dicentem:Ego dissoluam templũ hoc manufactũ, & post triduum aliud non manufactũ ædificabo.Et non erat conueniens testimonium illorũ.Et exurgẽs summus sacerdos in mediũ, interrogauit Iesum dicens: Non respõdes quicq; ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille aũt tacebat,& nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Christus filij dei benedicti? Iesus autẽ dixit illi: Ego sum.[n] Et uidebitis filium hominis sedẽtem à dextris uirtutis,& uenientem cum nũbibus cœli.[o] Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua,ait:[p] Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Qui omnes cõdemnauerunt eum esse reum mortis.[q] Et cœperunt quidã conspuere in eum

Matth.26.c

I.Reg.15.f

Psal.44.d

m 52 V oderunt: benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. n Et qui te percusse
rit in maxillam unam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi uestimentũ, etiam tunicam
n 53 V noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. o Et prout
o 54 V uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. p Et si diligitis eos qui uos diligunt,
quæ uobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui uos dili-
p 55 V gunt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis his à qui-
bus speratis recipere, quæ gratia est uobis? Nã & peccatores peccatoribus fœnerãtur ut recipiãt
æqualia. Veruntamen diligite inimicos uestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes,
& erit merces uestra multa. Et eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.
q 56 II Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. q Nolite iudicare, & non iudicabimi
ni. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur uobis. Date, & dabitur
r 57 V uobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum ue
strum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. r Dicebat autem illis & si-
s 58 III militudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere: nonne ambo in foueam cadunt? s Non est
discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. t Quid autem
t 59 V uides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quę in oculo tuo est, non consideras? Aut quo
modo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem

non

A non uides? Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui. [u] Non enim eſt arbor bona quæ facit fructus malos: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. [x] Neq; enim de ſpinis colligunt ficus: neq; de rubo uindemiant uuam. [y] Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. [z] Quid autem uocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? [a] Omnis qui uenit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendam uobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petrã. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſupra petram. Qui autem audiuit & non fecit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuã ſupra terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit: & facta eſt ruina illius domus magna.

u 60 V
x 61 V
y 62 V
z 63 III
a 64 V

Caput VII.

C [a] Vm autem impleſſet omnia uerba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens, erat moriturus: qui illi erat precioſus. Et cum audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & ſanaret ſeruum eius: At illi cum ueniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicite, dicentes ei: Quia dignus eſt ut hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autẽ ibat cum illis: & cum iam non longe eſſet à domo, miſit ad eum centurio amicos, dicens: Domine, noli uexari. Non enim ſum dignus ut ſub tectum meum intres: propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus ut uenirẽ ad te, ſed dic uerbo & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & ſeruo meo fac hoc, & facit. Quo audito Ieſus miratus eſt: & conuerſus ſequentibus ſe turbis, dixit: Amen dico uobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni. [b] Et reuerſi qui miſſi fuerant domum, inuenerunt ſeruum qui languerat ſanum. [c] Et factum eſt deinceps ibat Ieſus in ciuitatem quæ
B uocatur Nain: & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ, & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere. Et acceſſit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait: Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illũ matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum, dicẽtes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus uiſitauit plebem ſuam. [d] Et exijt hic ſermo in uniuerſam Iudæam de eo & omnem circa regionem. [e] Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his: & conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes: & miſit ad Ieſum dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem ueniſſent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In ipſa autem hora multos curauit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit uiſum. Et reſpõdens dixit illis: Euntes, renunciate Ioanni quæ uidiſtis & audiſtis: quia cæci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus eſt quicunque non fuerit ſcandalizatus in me. Et cum diſceſſiſſent nunciĳ Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum uidere arundinem uento agitatam? Sed quid exiſtis uidere hominem mollibus ueſtimentis indutum? Ecce qui in ueſte pretioſa ſunt & delicijs, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis uidere? Prophetam? Vtiq; dico uobis, & plus quàm prophetam. [f] Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. [g] Dico enim uobis, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptiſta nemo eſt. Qui autem minor eſt in regno dei, maior eſt illo. [h] Et omnis populus audiens & publicani, iuſtificauerunt deum, baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo. [i] Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius, & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro & loquentibus ad inuicem & dicentibus, Cantauimus uobis tibijs, & non ſaltaſtis, lamentauimus, & non ploraſtis. Venit autem Ioannes baptiſta, neque manducans panem neq; bibens uinũ, & dicitis, dæmoniũ habet. Venit filius ho-

a 65 III
b 66 V
c 67 X
d 68 X
e 69 V
f 70 II
g 71 V
h 72 X
i 73 V

l minis

k 74 I minis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator & bibens uinũ, amicus publicanorum & peccatorũ. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia ab omnibus filiis ſuis. [k] Rogabat autẽ illum quidam C de phariſæis, ut manducaret cum illo. Et ingreſſus in domum phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit quod Ieſus accubuiſſet in domo phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem phariſæus qui uocauerat eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos: & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utriſq;. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, hęc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti, hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperũt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit, uade in pace.

Cap. VIII

a 75 X [a] ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella, prædicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant: & Ioanna uxor Chuza procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de b 76 II facultatibus ſuis. [b] Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſe- D cus uiam, & conculcatum eſt, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram, & natũ aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius quæ eſſet c 77 hæc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei, [c] cæteris autem in I parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. [d] Eſt autem hæc parabola. Se- d 78 men eſt uerbum dei. Qui autem ſecus uiam, hi ſunt qui audiunt, deinde uenit diabolus & tollit II uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Qui autem ſupra petram, hi ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt uerbũ, & radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem inter ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & uoluptatibus uitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum, retinent & fructũ affe- e 79 runt in patiẽtia. [e] Nemo autem lucernam acccendens operit eam uaſe, aut ſubtus lectum ponit, II ſed ſupra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. [f] Non eſt enim occultum, quod non f 80 manifeſtetur, nec abſconditum quod non cognoſcatur & in palàm ueniat. [g] Videte ergo quid II audiatis. Qui enim habet, dabitur illi, & quicunq; non habet, etiam quod putat ſe habere, aufere g 81 tur ab illo. [h] Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turV ba: & nunciatum eſt illi: Mater tua & fratres tui ſtant foris uolentes te uidere. Qui reſpondens h 82 II dixit ad eos. Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui uerbum dei audiunt & faciunt. [i] Factum eſt au- i 83 tem in una dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam & diſcipuli eius, & ait ad illos. Transfretemus II trans ſtagnum. Et aſcenderunt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit, & deſcendit procella uenti in ſtagnum, & complebantur & periclitabantur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes. Præceptor, perimus. At ille ſurgens increpauit uentum & tempeſtatem aquæ, & ceſſauit, & facta eſt tranquillitas. Dixit autẽ illis. Vbi eſt fides ueſtra? Qui timentes mirati ſunt, ad inuicem dicentes. Quis putas hic eſt, quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei? Et nauigauerunt ad

regionem

A regionem Geraſenorum,quæ eſt contra Galilæam.Et cum egreſſus eſſet ad terram,occurrit illi uir quidã qui habebat dæmonium iam temporibus multis,& ueſtimento non induebatur, neq; in domo manebat,ſed in monumentis.Is ut uidit Ieſum, procidit ante illum, & exclamans uoce magna,dixit: Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei altiſſimi? Obſecro te ne me torqueas.Præcipiebat enim ſpiritui immundo,ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illũ, & uincie/batur catenis,& cõpedibus cuſtoditus,& ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deſerta.Interro gauit autem illum Ieſus dicens: Quod tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio,quia intrauerunt dæ/monia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne imperaret illis ut in abyſſum irent.Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte, & rogabant eum ut permitteret eis in illos in/gredi.Et permiſit illis.Exierũt ergo dæmonia ab homine,& intrauerũt in porcos,& impetu abiit grex per præceps in ſtagnũ,& ſuffocatus eſt. Quod ut uiderunt factum qui paſcebãt,fugierunt & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas.Exierunt autem uidere quod factum eſt,& uenerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominem ſedentem,à quo dæmonia exierant,ueſtitum,ac ſana mente,ad pedes eius,& timuerunt. Nunciauerunt autem illis & qui uiderant quomodo ſanus factus eſſet à legione.Et rogauerunt eum omnis multitudo regionis Geraſenorũ,ut diſcederet ab ipſis,quia magno timore tenebãtur.[k] Ipſe autem aſcendens nauim,reuerſus eſt:& rogabat illum uir à quo dæmonia exierant,ut cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Ieſus,dicens:Redi in domũ tuam,& nar/ra quanta tibi fecerit deus.Et abiit per uniuerſam ciuitatem, prædicans quanta illi feciſſet Ieſus. [l] Factũ eſt aũt cum rediſſet Ieſus,excepit illũ turba.Erant enim omnes expectãtes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat,& cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum ut intraret in domũ eius, quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.Et contigit dum iret,à turbis cõprimebatur. Et mulier quædã erat in fluxu ſanguinis ab annis duo/decim,quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam,nec ab ullo potuit curari, acceſſit retro,& tetigit fimbriã ueſtimenti eius,& confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.Et ait Ieſus: Quis B eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt,& dicis,quis me tetigit? Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis, nam & ego noui uirtutem de me exiſſe. Videns autem mulier,quia non latuit, tremens uenit & pro/cidit ante pedes eius,& ob quam cauſam tetigerit eum,indicauit coràm omni populo,& quem/admodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit ei. Filia, fides tua te ſaluam fecit, uade in pace.Ad/huc illo loquente,uenit quidam ad principem ſynagogæ,dicens ei: Quia mortua eſt filia tua,noli uexare illum. Ieſus autem audito hoc uerbo, reſpondit patri puellæ: Noli timere,crede tantum & ſalua erit. Et cum ueniſſet ad domum, non permiſit intrare ſecum quenquam, niſi Petrum & Ioannem & Iacobum,& patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere,non eſt enim mortua puella,ſed dormit. Et deridebant eũ, ſcientes quia mortua eſſet. Ipſe autem tenens manum eius,clamauit dicens: Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiri/tus eius,& ſurrexit cõtinuo. Et iuſſit illi dari manducare: & ſtupuerũt parentes eius, quibus præ/cepit,ne alicui dicerent quod factum erat.

Caput IX.

C[a] Onuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis uirtutem & poteſtatem ſuper om/nia dæmonia,& ut languores curarent: & miſit illos prædicare regnum dei, & ſanare infir/mos. Et ait illis: [b] Nihil tuleritis in uia,neq; uirgam,neq; peram,neq; panem,neq; pecuniam,ne/que duas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domum intraueritis,ibi manete, & inde ne exeatis. [c] Et quicunq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum ueſtrorum excutite in teſtimonium ſuper illos. [d] Egreſſi autem circumibant per caſtella, euangelizantes & curantes ubiq;. [e] Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat:eo quod diceretur à quibuſdam, quia Ioannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam uero, quia Helias apparuit: ab aliis autem,quia prõpheta unus de antiquis ſurrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. [f] Et reuerſi apo/ſtoli narrauerunt illi quæcunq; fecerunt: [g] & aſſumptis illis, ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaida. Quod cum cognouiſſent turbæ,ſequutæ ſunt illum: & excepit eos & loquebatur illis de regno dei: & eos qui cura indigebant,ſanabat. [h] Dies autem cœperat declinare:& acce/

k 84 VIII
l 85 II
a 86 II
b 87 II
c 88 II
d 89 VIII
e 90 II
f 91 VIII
g 92 III
h 95 I

dentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbam, ut euntes in castella, uillasq; quæ circa sunt, di-
uertant & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis man- c
ducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinq; panes, & duo pisces, nisi forte nos ea-
mus & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem ferè uiri quinq; milia. Ait autem ad
discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt, & discubue-
runt omnes. Acceptis autem quinq; panibus & duobus piscibus, respexit in cœlum & benedixit
illis, & fregit & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, &
i 94 saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorũ cophini duodecim. i Et factum
I est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt
esse turbæ? At illi respondentes dixerunt: Ioannem baptistam: alij autem Eliam: alij quia
unus propheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Re-
k 95 spondens autem Simon Petrus, dixit: Christum dei. k At ille increpans illos, præcepit ne cui di-
II cerent hoc, dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & princi-
l 96 pibus sacerdotum & scribis: & occidi, & tertia die resurgere. l Dicebat autem ad omnes: Si quis
II uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Qui
enim uoluerit animã suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam pro-
pter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum
autem perdat, & detrimentum sui faciat? m Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc fili-
m 97 us hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, & patris & sanctorum angelorum. n Dico
II autem uobis, uere sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec uideãt regnum dei.
n 98 Factum est autem post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Ioannem, & Iaco-
II bum, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species uultus eius altera, & uesti
tus eius albus refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo, erant autẽ Moyses & Elias uisi in
maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui
cum illo erant, grauati erant somno, & euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui d
stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum
est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Mosi, & unum Eliæ, nesciens
quid diceret. Hæc autem illo loquente facta est nubes, & obumbrauit eos, & timuerunt intran-
tibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.
Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus
o 99 quicquam ex his quæ uiderant. o Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de mon-
II te, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro te, respice
in filium meum, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & eli-
dit, & dissipat eum cum spuma, & uix discedit dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos, ut eijce-
rent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis & peruersa,
usq; quo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filiũ tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmo
nium & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum
p 100 patri eius. p Stupebant autem omnes in magnitudine dei. q Omnibusq; mirantibus in omnibus
VIII quæ faciebat, dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. Filius enim
q 101 hominis, futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat
II uelatum ante eos, ut non sentirẽt illud, & timebant eum interrogare de hoc uerbo. r Intrauit au-
r 102 tem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitatiões cordis illorum, appre-
II hendens puerum, statuit illum secus se, & ait illis: Quicunq; susceperit puerum istum in nomine
meo, me recipit, & quicunq; me recipit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos
s 103 omnes, hic maior est. s Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in no-
VIII mine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos
t 104 Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. t Factum est autem
X dum complerẽtur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit ut iret in Hierusalem, &
misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pa
rarent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum uidissent au-
tem

tem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicimus, ut ignis descendat de cœ/
lo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis? Filius ho/
minis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. [u] Factum est autem u 105
ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunq; ieris. Et dixit illi Iesus: Vul/ V
pes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum recli/
net. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, &
sepelire patrem meum. Dixitq; ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade
& annuncia regnum dei. [x] Et ait alter: Sequar te domine, sed permitte mihi primum renunciare x 106
his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens re/ X
tro, aptus est regno dei.

Caput X

P[a]Ost hæc autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante fa/ a 107
ciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse uenturus. [b] Et dicebat illis: Messis qui X
dem multa, operarij autem pauci. Rogate autem dominum messis, ut mittat operarios in mes/ b 108
sem suam. [c] Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. [d] Nolite ergo portare sacculum, neq; V
peram, neq; calciamenta, & neminem per uiam salutaueritis. [e] In quamcunq; domum intraueri/ c 109
tis, primum dicite: pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: V
sin autem, ad uos reuertetur. [f] In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud d 110
illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. [g] Nolite transire de domo in domum. Et in II
quamcunq; ciuitatem intraueritis & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, & cu/ e 111
rate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in uos regnum dei. [h] In quamcunq; V
autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam pulue f 112
rem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamen hoc scitote, quia appropin/ II
quauit regnum dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. [i] Væ tibi g 113
Chorozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt X
in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit h 114
in iudicio, quàm uobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlum exaltata, usq; ad infernum demerge II
ris. [k] Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, qui autē me spernit, spernit eum qui i 115
misit me. [l] Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia V
subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. k 116
Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem I
inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subijciun/ l 117
tur. Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. [m] In ipsa hora exultauit in spiritu X
sancto, & dixit. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus m 118
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. [n] Omnia mi/ V
hi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius, & n 119
cui uoluerit filius reuelare. [o] Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos III
uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetæ & reges uoluerūt uidere quæ uos uidetis, & non o 120
uiderūt, & audire quæ auditis, & non audierūt. [p] Et ecce quidā legisperitus surrexit, tentans illum V
& dicens: Magister, quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid p 121
scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominū deum tuum ex toto corde II
tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum
sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti, hoc fac & uiues. [q] Ille autem uolens iustificare se/ q 122
ipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam X
descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, &
plagis impositis abierūt, semiuiuo relicto. Accidit autē ut sacerdos quidam descenderet eadem
uia, & uiso illo, præteriuit. Similiter & leuita cum esset secus locum & uideret eum, pertransijt. Sa
maritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum: & uidens eum, misericordia motus est. Et
appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Et imponens illum in iumentum
suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabu/
lario, & ait: Curam illius habe, & quodcunq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Quis horum trium tibi uidetur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit c
misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter. Factum est autem dum irent,&
ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædã Martha nomine excepit illum in domum
suam. Et huic soror erat nomine Maria. Quæ etiã sedens secus pedes domini, audiebat uerbum
illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit & ait: Domine, non est
tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respon-
dens dixit illi dominus: Martha, Martha solicita es & turbaris erga plurima. Porrò unum est ne
cessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cap. XI

a 123 V EAT factum est cum esset in quodam loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad
eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis
dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: panem nostrum quotidianum
da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti no-
b 124 bis: & ne nos inducas in tentationem. b Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad
X illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit
de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi
molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, &
dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans, dico uobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus
eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego
c 125 dico uobis. c Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiet uobis. Omnis enim
V qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem pe-
tit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut
si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data
d 126 dare filijs uestris: quanto magis pater uester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? d Et
V erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus,
e 127 & admiratæ sunt turbæ. e Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum
II
f 128 eijcit dæmonia. f Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. g Ipse autem ut uidit cogita-
V tiones eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum
g 129 cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis, in
II Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo
eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in
uos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si au-
tem fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spo-
h 130 lia eius distribuet. Qui non est mecum, cõtra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. h Cum
V immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem & non in-
ueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis munda
tam & ornatam. Et tunc uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant
i 131 ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. i Factum est autem cum hæc diceret: ex-
X tollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ su-
k 132 xisti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. k Turbis autẽ con-
V currentibus, cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit, & signum non
dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius homi-
nis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum uiris generationis huius, & condemna
bit illos, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm Salomon
hic. Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabũt illam, quia pœniten-
l 133 tiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. l Nemo lucernam accendit,
II & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen uide
m 134 ant. m Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lu-
V cidum erit: sin autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen
quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, nõ habens aliquam par-
n 135 tem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. n Et cum loquere-
V

tur

A tur,rogauit illum quidam phariſæus,ut prandere apud ſe.Et ingreſſus,recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere: quare nõ baptizatus eſſet ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc uos phariſæi quod deforis eſt calicis & catini mundatis, quod autem intus eſt ueſtrum,plenum eſt rapina & iniquitate.Stulti,nónne qui fecit quod deforis eſt, etiam id quod deintus eſt fecit? Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis.° Sed uæ uobis phariſæis,quia decimatis mentham & rutam,& omne holus,& præteritis iudicium & charitatem dei.Hæc autem oportuit facere,& illa non omittere.[p] Væ uobis phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis,& ſalutationes in foro.[q] Væ uobis,quia eſtis ut monumenta quæ non parent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt.[r] Reſpondens autem quidam ex legiſperitis,ait illi: Magiſter,hæc dicens etiam nobis contumeliam facis.At ille ait: Et uobis legiſperitis uæ,quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi uno digito ueſtro nõ tangitis ſarcinas.[s] Væ uobis,quia ædificatis monumenta prophetarũ,patres autẽ ueſtri occiderũt illos. Profecto teſtificamini quod cõſentitis operibus patrũ ueſtrorum, quoniam quidẽ ipſi eos occiderunt,uos autem ędificatis eorũ ſepulchra.[t] Propterea & ſapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apoſtolos,& ex illis occident,& perſequẽtur,ut inquiratur ſanguis omniũ prophetarũ,qui effuſus eſt à cõſtitutione mũdi,à generatione iſta,à ſanguine Abel uſq; ad ſanguinẽ Zachariæ,qui perĳt inter altare & ædẽ: Ita dico uobis,requiretur ab hac generatione.[u] Væ uobis legiſperitis,quia tuliſtis clauẽ ſciẽtiæ,ipſi non introiſtis,& eos qui introibãt,prohibuiſtis.[x] Cũ aũt hæc ad illos diceret,cœperũt phariſæi & legiſperiti grauiter inſiſtere,& os eius opprimere,de multis inſidiãtes ei,& quærẽtes aliqd capę de ore eius,ut accuſarẽt eũ. Cap.XII

MVltis autem turbis concurrentibus,ita ut ſeinuicem conculcarent,cœpit dicere ad diſcipulos ſuos.[a] Attendite à fermento phariſæorum,quod eſt hypocriſis.[b] Nihil enim opertum eſt quod non reueletur,neq; abſconditum quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur,& quod in aure loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem
B uobis amicis meis,ne terreamini ab his qui occidunt corpus,& poſt hoc nõ habent amplius quid faciant. Oſtendam autem uobis quem timeatis. Timete eum qui poſtquam occiderit,habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico uobis,hunc timete. Nónne quinq; paſſeres ueneunt dipondio,& unus ex illis non eſt in obliuione coràm deo? Sed & capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere,multis paſſeribus pluris eſtis uos. Dico autem uobis. Omnis quicunq; confeſſus fuerit me coràm hominibus, & filius hominis confitebitur illum coràm angelis dei.[c] Qui autem negauerit me coràm hominibus, denegabitur coràm angelis dei.[d] Et omnis qui dixit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in ſpiritum ſanctum blaſphemauerit,non remittetur.[e] Cum autem inducent uos in ſynagogas,& ad magiſtratus & poteſtates,nolite ſoliciti eſſe qualiter,aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim ſanctus docebit uos in ipſa hora, quæ oporteat uos dicere.[f] Ait autem ei quidam de turba: Magiſter,dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſupra uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia:quia non in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex his quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis,uberes fructus ager attulit,& cogitabat intra ſe,dicens: Quid faciam quod non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi,& bona mea, & dicam animæ meæ: Anima,habes multa bona poſita in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare.Dixit autem illi deus:Stulte,hac nocte animam tuam repetunt à te,quæ autem paraſti, cuius erũt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat,& non eſt in deum diues.Dixitq; ad diſcipulos ſuos.[g] Ideo dico uobis: Nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm ueſtimentum. Conſiderate coruos, quia non ſeminant neq; metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & deus paſcit illos: Quanto magis uos pluris eſtis illis? Quis autem ueſtrum cogitando poteſt adĳcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Si ergo neq; quod minimum eſt poteſtis,quid de cæteris ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia quomodo creſcunt, non laborant,neq; nent. Dico autem uobis: quia nec Salomon in

omni gloria ſua ueſtiebatur,ſicut unum ex iſtis.Si autem fœnum agri quod hodie eſt in agro, e
& cras in clibanum mittitur,deus ſic ueſtit,quanto magis uos puſillæ fideiꝯ Et uos nolite quæ/
rere quid manducetis,aut quid bibatis,& nolite in ſublime tolli.Hæc enim omnia gentes mun
di quærunt.Pater autem ueſter ſcit,quoniam his indigetis. Veruntamen primum quærite re/
b 151 gnum dei & iuſtitiam eius,& hæc omnia adiȝcientur uobis.[b] Nolite timere puſillus grex, quia
X complacuit patri ueſtro dare uobis regnum.[i] Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.
i 152 [k]Facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quò fur non
II appropiat,neq; tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum erit.[l] Sint
k 153 lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris, & uos ſimiles hominibus ex/
V pectantibus dominum ſuum,quando reuertatur à nuptiȝ,ut cum uenerit & pulſauerit, con/
l 154 feſtim aperiant ei.[m] Beati ſerui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen di/
X co uobis quod præcinget ſe,& faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi uene/
m 155 rit in ſecunda uigilia,& ſi in tertia uigilia uenerit,& ita inuenerit,beati ſunt ſerui illi.[n]Hoc autem
V ſcitote,quoniam ſi ſciret pater familias qua hora fur ueniret,uigilaret utiq;, & non ſineret per/
n 156 fodi domum ſuam.Et uos eſtote parati,quia qua hora non putatis,filius hominis ueniet.[o] Ait
II autem ei Petrus:Domine,ad nos dicis hanc parabolam,an ad omnesꝯ Dixit autem dominus:
o 157 Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens,quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam,
V ut det illis in tempore tritici menſuramꝯ Beatus ille ſeruus,quem cum uenerit dominus,inuene/
p 158 rit ita facientem. Vere dico uobis, quia ſuper omnia quæ poſſidet,conſtituet illum.[p] Quod ſi
V dixerit ſeruus ille in corde ſuo:Moram facit dominus meus uenire,& cœperit percutere ſeruos
& ancillas,& edere,& bibere,& inebriari,ueniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat,& ho
q 159 ra qua neſcit,& diuidet eũ,partemq; eius cum infidelibus ponet.[q] Ille aũt ſeruus qui cognouit
X uoluntatẽ domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundũ uoluntatem eius, uapulabit
multis.Qui autem non cognouit & fecit digna plagis,uapulabit paucis. Omni autem cui mul/
tum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum,plus petent ab eo. D
r 160 [r]Ignem ueni mittere in terram,& quid uolo niſi ut accendaturꝯ Baptiſmo autem habeo bapti/
V zari, & quomodo coartor uſq; dum perficiaturꝯ Putatis,quia pacem ueni dare in terrãꝯ Non,
dico uobis,ſed ſeparationem.Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuiſi,tres in duo,& duo
in tres,diuidetur pater in filium,& filius in patrem ſuum, mater in filiam,& filia in matrem,ſo/
s 161 crus in nurum ſuam,& nurus in ſocrum ſuam.[s] Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nu
V bem orientem ab occaſu,ſtatim dicitis,nimbus uenit,& ita fit;& cum auſtrum flantem, dicitis,
quia æſtus erit,& fit.Hypocritæ,faciem cœli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quo/
t 162 modo non probatisꝯ Quid autem & à uobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?[t] Cum autem
V uadis cum aduerſario tuo ad principem in uia, da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad
iudicem,& iudex tradat te exactori,& exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde,
donec etiam nouiſſimum minutum reddas. Cap. XIII

a 163 [a]Aderant autem quidam ipſo tempore nunciantes illi de Galilæis, quorũ ſanguinem Pi/
X latus miſcuit cum ſacrificiȝ eorum.Et reſpondens dixit illis:Putatis quod hi Galilęi præ
omnibus Galilæis peccatores fuerint,quia talia paſſi ſunt?Non, dico uobis, ſed niſi pœniten/
tiam habueritis omnes, ſimiliter peribitis ſicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris
Siloe,& occidit eos.Putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in
b 164 Hieruſalem?Non,dico uobis,ſed ſi pœnitentiam nõ habueritis omnes,ſimiliter peribitis.[b] Di/
X cebat aũt & hanc ſimilitudinẽ: Arborẽ ficí habebat quidã plantatã in uinea ſua, & uenit quæ/
rens fructũ in illa,& nõ inuenit.Dixit aũt ad cultorem uineæ:Ecce anni tres ſunt,ex quo uenio,
quęrens fructũ in ficulnea hac,& nõ inuenio,ſuccide ergo illã,ut quid etiã terrã occupat?At ille
reſpondens,dixit illi:Dñe,dimitte illã & hoc anno,uſq; dum fodiã circa illam,& mittam ſterco
ra.Et ſi quidẽ fecerit fructũ:ſin aũt,in futurũ ſuccides eam.Erat autem docens in ſynagoga eo
rum ſabbatis.Et ecce mulier quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis decẽ & octo,& erat inclina/
ta,nec omnino poterat ſurſum reſpicere:quã cũ uidiſſet Ieſus,uocauit eã ad ſe,& ait illi:Mulier,
dimiſſa es ab infirmitate tua.Et impoſuit illi manus,& cõfeſtim erecta eſt,& glorificabat deũ.

Reſpon/

A Respondens autem archisynagogus,indignans,quia sabbato curasset Iesus,dicebat turbæ:Sex
dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini,& non in die sabbati.[c] Respon c 164
dit autem ad illum dominus,& dixit: Hypocritæ, unusquisq; uestrum sabbato nõ soluit bouem II
suum aut asinum à præsepio,& ducit adaquare?Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit sa/
tanas ecce decem & octo annis,non oportuit solui à uinculo isto die sabbati?[d] Et cum hæc dice/ d 166
ret,erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuersis quæ glorioſe X
fiebant ab eo.[e] Dicebat ergo. Cui simile est regnum dei,& cui simile æstimabo illud? Simile est e 167
grano sinapis,quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem II
magnam,& uolucres cœli requieuerunt in ramis eius.[f] Et iterum dixit: Cui simile æstimabo re/ f 168
gnum dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fer/ V
mentaretur totum.[g] Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem.[h] Ait g 269
autem illi quidam:Domine,si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite in/ II
trare per angustam portam,quia multi(dico uobis)quærunt intrare,& non poterunt.[i] Cum au h 170
tem intrauerit paterfamilias,& clauserit ostium, & incipietis foris stare & pulsare ad ostium di/ V
centes: Domine,aperi nobis:& respondens,dicet uobis: Nescio uos unde sitis: Tunc incipietis di i 171
cere: Manducauimus coràm te, & bibimus,& in plateis nostris docuisti. Et dicet uobis: Nescio V
uos unde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis,ibi erit fletus & stridor dentium.[k] Cum k 172
uideritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. V
Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & austro,& accumbent in regno dei.[l] Et ecce sunt l 173
nouissimi qui erant primi,& sunt primi qui erant nouissimi.[m] In ipsa die accesserunt quidã pha/ II
risæorũ,dicentes illi: Exi & uade hinc,quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi m 174.
illi: Ecce eijcio dæmonia,& sanitates perficio hodie & cras,& tertia die consumor. Veruntamen X
oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare,quia non capit prophetam perire extra Hie
rusalem.[n] Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, n 175
B quoties uolui congregare filios tuos,quemadmodum auis nidum suum sub pennis,& noluisti? V
Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis,quia non uidebitis me, donec
ueniat cum dicetis:benedictus qui uenit in nomine domini. Cap. XIIII

ET factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato a 176
manducare panem,& ipsi obseruabant eum: & ecce homo quidam hydropicus erat ante X
illum.[b] Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? b 177
At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum,ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: V
Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet,& non cõtinuo extrahet illum die sabbati? Et
non poterant ad hæc respondere illi.[c] Dicebat autem & ad inuitatos parabolã,intendens quo c 178
modo primos accubitus eligerent,dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias,non discum X
bas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illum uoca/
uit,dicat tibi,da huic locum,& tunc incipias cum rubore nouissimũ locum tenere. Sed cum uo/
catus fueris, uade recumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit,dicat tibi: Amice
ascende superius. Tunc erit tibi gloria coràm simul discumbentibus.[d] Quia omnis qui se exal/ d 179
tat,humiliabitur,& qui se humiliat,exaltabitur.[e] Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum V
facis prandium aut cœnam,noli uocare amicos tuos,neq; fratres tuos,neq; cognatos,neq; ui/ e 180
cinos,neq; diuites,ne forte & ipsi te reinuitent,& fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, X
uoca pauperes,debiles,claudos,cæcos,& beatus eris.quia non habẽt retribuere tibi. Retribue/
tur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cum audisset quidã de simul discumbentibus, dixit
illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei.[f] At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnã ma f 181
gnam,& uocauit multos,& misit seruũ suum hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent, quia iam V
parata sunt omnia. Et cœperũt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villã emi,& necesse ha
beo exire & uidere illã,rogo te habe me excusatũ. Et alter dixit: Iuga boũ emi quinq;,& eo pro
bare illa,rogo te habe me excusatũ. Et alius dixit: Vxorẽ duxi,& ideo nõ possum uenire. Et re/
uersus seruus,nũciauit hæc dño suo. Tũc iratus paterfamilias,dixit seruo suo. Exi cito in plate/
as & uicos ciuitatis,& pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Do/
mine

mine,factũ eſt ut imperaſti,& adhuc locus eſt.Et ait dominus ſeruo.Exi in uias & ſepes, & com c
pelle intrare,ut impleatur domus mea. Dico autẽ uobis, quod nemo uirorũ illorum qui uocati
g 182 ſunt,guſtabit cœnã meam.[g] Ibant autẽ turbæ multæ cum eo,& conuerſus dixit ad illos: Si quis
V uenit ad me,& non odit patrem ſuũ,& matrem,& uxorem,& filios,& fratres, & ſorores,adhuc
autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, &
h 183 uenit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.[h] Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare,
X nónne prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt,ſi habeat ad perficiendum,ne poſtea
quam poſuerit fundamentum,& non potuerit perficere,omnes qui uidẽt,incipiant illudere ei,di
centes:quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit cõſummare. Aut quis rex iturus cõmittere
bellũ aduerſus aliũ regem,nõ ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem milibus occurrere ei, qui
i 184 cum uiginti milibus uenit ad ſe.Alioquin adhuc illo lõge agente,legationẽ mittens rogat ea quæ
V pacis ſunt.[i] Sic ergo omnis ex uobis qui nõ renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus
k 185 eſſe diſcipulus.[k] Bonũ eſt ſal.Si autem ſal quoq; euanuerit, in quo cõdietur? Neq; in terrã neq;
II in ſterquilinium utile eſt,ſed foras mittetur.Qui habet aures audiendi,audiat. Cap. XV.
a 186 [a]Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum, & murmura-
II bant ſcribæ & phariſæi,dicentes: Quia hic peccatores recipit,& manducat cum illis.[b] Et ait
b 187 V ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit
unam ex illis,nónne dimittit nonaginta nouem in deſerto,& uadit ad illam quæ perierat, donec
inueniat eam? Et cum inuenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens,& ueniens domum,con
uocat amicos & uicinos,dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perie-
c 188 rat.Dico uobis,quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm
X ſuper nonagintanouem iuſtis,qui non indigent pœnitentia.[c] Aut quæ mulier habens drachmas
decem, ſi perdiderit drachmam unam, nónne accendit lucernam & euertit domum, & quærit
d 189 diligenter,donec inueniat? Et cum inuenerit,conuocat amicas & uicinas,dicens: Congratulami-
V ni mihi,quia inueni drachmam quam perdideram.[d] Ita dico uobis,gaudium erit coràm angelis D
e 190 dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.[e] Ait autem.Homo quidam habuit duos filios,&
X dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et di-
uiſit illis ſubſtantiam.Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius pere-
gre profectus eſt in regionem longinquam,& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam,uiuendo luxurio-
ſe. Et poſtquam omnia conſummaſſet, facta eſt fames ualida in regione illa, & ipſe cœpit ege-
re.Et abijt & adhæſit uni ciuium regionis illius, & miſit illum in uillam ſuam, ut paſceret porcos.
Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In
ſe autem reuerſus,dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus,ego autem hic fame
pereo? Surgam & ibo ad patrem meum & dicam: Pater peccaui in cœlum & coràm te, & iam
non ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unum de mercenarijs tuis. Et ſurgens uenit ad
patrem ſuum.Cum autem adhuc longe eſſet,uidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt:
& accurrens cecidit ſuper collum eius,& oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius: Pater peccaui in cœ-
lum,& coràm te,iam non ſum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Cito
proferte ſtolam primam,& induite illum,& date anulum in manu eius, & calciamenta in pedes,
& adducite uitulum ſaginatum & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius meus
mortuus erat,& reuixit,perierat & inuentus eſt.Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſeni-
or in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam & chorum, & uo-
cauit unum de ſeruis,& interrogauit quæ hæc eſſent. Isq; dixit illi.Frater tuus uenit,& occidit pa-
ter tuus uitulum ſaginatum,quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem & nolebat introire.
Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illum. At ille reſpondens,dixit patri ſuo. Ecce tot annis
ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui,& nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum
amicis meis epularer. Sed poſtquam hic filius tuus, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum me-
retricibus uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi, Fili tu ſemper mecum es,&
omnia mea tua ſunt:epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, &
reuixit,perierat,& inuentus eſt. Cap. XVI

Dicebat

A Dicebat autem ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissiparet bona illius. Et uocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere nõ ualeo, mendicare erubesco: scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? [a] Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. [b] Audiebant autem omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificastis uos coràm hominibus, deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. [c] Lex & prophetæ usq; ad Ioannem: ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. [d] Facilius est autem cœlum & terram præterire, q̃ de lege unũ apicem cadere. [e] Omnis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à uiro ducit, mœchatur. [f] Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabat quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant & lingebant ulcera
B eius. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic cõsolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei. Habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorũ. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Cap. XVII

E [a] T ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non ueniant scandala, uæ autẽ illi per quem ueniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, quàm ut scandalizet unũ de pusillis istis. [b] Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. [c] Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. [d] Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autẽ dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediret uobis. [e] Quis autẽ uestrũ habens seruũ arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicit illi statim, transi & recumbe, & non dicit ei, para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes. Nunquid gratiam habet illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam, & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt à longe, & leuauerũt uocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos ut uidit, dixit: Ite, ostendite

uos

a 191 V
b 192 X
c 193 V
d 194 V
e 195 II
f 196 X
a 197 V
b 198 V
c 199 V
d 200 V
e 201 X

uos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent mundati ſunt. Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna uoce magnificãs deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, C
gratias agens: Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus dixit: Nónne decem mundati
ſunt, & nouem ubi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, niſi hic alienigena.
f 202 V Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te ſaluum fecit. f Interrogatus autem à phariſæis, quando
uenit regnum dei? reſpondit eis, & dixit: Non ueniet regnum dei cum obſeruatione: neq; dicẽt,
g 203 X ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos eſt. g Et ait ad diſcipulos ſuos: Veniẽt dies
quãdo deſideretis uidere unũ diẽ filij hominis, & nõ uidebitis. h Et dicent uobis: Ecce hic, & ecce
h 204 II illic, nolite ire neq; ſectemini. i Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt,
i 205 V fulget: ita erit filius hominis in die ſua. k Primũ aũt oportet illũ multa pati: & reprobari à genera-
tione hac. l Et ſicut factũ eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebãt & bibebãt,
k 206 II uxores ducebãt & dabant ad nuptias, uſq; in diẽ qua intrauit Noe in arcã, & uenit diluuium &
l 207 V perdidit omnes. m Similiter ſicut factũ eſt in diebus Lot: edebãt & bibebãt, emebãt & uendebãt,
plantabãt & ædificabant: qua aũt die exijt Lot à Sodomis, pluit ignẽ & ſulphur de cœlo & om-
m 208 nes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. n In illa hora qui fuerit in te-
X cto & uaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa, & qui in agro, ſimiliter nõ redeat retro. o Me-
n 209 II mores eſtote uxoris Lot. p Quicunq; quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam, & qui
o 210 X cunq; perdiderit illam, uiuificabit eam. q Dico uobis in illa nocte erũt duo in lecto uno, unus aſſu-
metur, & alter relinquetur. Duo
p 211 III in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur. r Reſpõdentes dicunt illi, Vbi domine? Qui dixit il-
lis, Vbicũq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Cap. XVIII.
q 212 V Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare & non deficere, di-
r 213 V cens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum nõ timebat & hominem nõ reuere-
batur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens, Vindica me de ad-
a 214 X uerſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe, Et ſi deum non ti- D
meo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in no-
uiſſimo ueniens ſugillet me. Ait autẽ dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit, Deus autem
non faciet uindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit
in illis? Dico autem uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Veruntamen filius hominis ue-
niens, putas inueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quoſdã qui in ſe cõfidebãt tanquam iu-
ſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam, Duo homines aſcenderunt in templum ut ora-
rent, unus phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans hęc apud ſe orabat, Deus, gratias ago
tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Je-
iuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtãs, nolebat nec
b 215 V oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus propicius eſto mihi peccato-
c 216 II ri. Amen dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, b quia omnis qui ſe exal-
tat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. c Afferebant autem ad illum infantes ut eos tan-
geret. Quod cum uiderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autẽ conuocãs illos, dixit, Sinite pue-
d 217 II ros uenire ad me, & nolite prohibere eos, Taliũ eſt enim regnum dei. d Amen dico uobis, quicũq;
non acceperit regnum dei ſicut puer, nõ intrabit in illud. e Et interrogauit eum quidam princeps,
e 218 II dicens, Magiſter bone, quid faciens uitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus, Quid me
f 219 II dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus deus. Mandata noſti, Non occides, nõ mœchaberis, non
furtum facies, nõ falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matrem. Qui ait, Hæc om-
g 220 II nia cuſtodiui à iuuentute mea. f Quo audito Ieſus, ait ei, Adhuc tibi unum deeſt. Omnia quæ
cunq; habes, uende & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me. g His
ille auditis contriſtatus eſt, quia diues erat ualde. Videns autem Ieſus illum triſtem factũ, dixit,
Quàm difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Facilius eſt enim camelum per fo-
ramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis po-
teſt ſaluus fieri? Ait illis, Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud deum. Ait
b 221 II autem Petrus, Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. b Qui dixit eis, Amen dico uobis

nemo

A nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum
dei,& non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam.[i] Assumpsit i 222
autem Iesus duodecim,& ait illis:Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia II
quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & fla/
gellabitur,& conspuetur,& postquam flagellauerint,occident eum:& die tertia resurget.[k] Et ipsi k 223
nihil horum intellexerunt. Erat autem uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant X
quæ dicebantur.[l] Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat se/ l 224
cus uiam mendicans.Et cum audiret turbam prætereuntem,interrogabat quid hoc esset. Dixe/ II
runt autem ei,quod Iesus Nazarenus transiret.Et clamauit dicens:Iesu fili Dauid, miserere mei.
Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: fili Dauid mi/
serere mei.Stans autem Iesus,iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit il/
lum,dicens:Quid tibi uis faciam? At ille dixit:Domine,ut uideam.Et Iesus dixit ei:Respice,fides
tua te saluum fecit.Et confestim uidit,& sequebatur illum,magnificans deum.Et omnis plebs ut
uidit,dedit laudem deo.

Cap. XIX

ET ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zacchæus, & hic princeps erat a 225
publicanorum,& ipse diues.Et quęrebat uidere Iesum quis esset,& non poterat præ turba, X
quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum,ut uideret eum, quia
inde erat transiturus.Et cum uenisset ad locum:suspiciens Iesus uidit illum,& dixit ad eum: Za/
chæe festinans descende,quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, &
excepit illum gaudens.Et cum uiderent omnes murmurabant,dicentes quod ad hominem pec/
catorem diuertisset:Stans autem Zachæus,dixit ad dominum:Ecce dimidium bonorum meo/
rum domine do pauperibus,& si quid aliquem defraudaui,reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eum:
Quia hodie salus domui huic facta est,eo quod & ipse filius sit Abrahæ.[b] Venit enim filius ho/ b 226
minis quærere & saluum facere quod perierat.[c] Hęc illis audientibus,adiciens dixit parabolam, V
B eo quod esset propè Hierusalem,& quia existimarent, quod confestim regnum dei manifesta/ c 227
retur.Dixit ergo,[d] Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnũ, & X
reuerti.[e] Vocatis autẽ decem seruis suis,dedit eis decem mnas,& ait ad illos: Negociamini dum d 228
uenio.Ciues autem eius oderant eum,& miserũt legationẽ post illum,dicentes: Nolumus hunc II
regnare super nos.Et factum est ut rediret accepto regno,& iussit uocari seruos,quibus dedit pe/ e 229
cuniam,ut sciret quantum quisq; negociatus esset. Venit autẽ primus,dicens: Domine mna tua V
decem mnas acquisiuit.Et ait:Euge bone serue,quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem ha/
bens supra decẽ ciuitates. Et alter uenit,dicens:Domine,ecce mna tua fecit quinq; mnas. Et huic
ait:Et tu esto super quinq; ciuitates.Et alter uenit,dicens:Domine,ecce mna tua quam habui re/
positam in sudario.Timui enim te,quia homo austerus es,tollis quod nõ posuisti,& metis quod
non seminasti.Dicit ei:De ore tuo te iudico serue nequã.Sciebas quod ego homo austerus sum,
tollens quod non posui,& metens quod non seminaui: Et quare non dedisti pecuniã meam ad
mensam, & ego ueniens, cum usuris utiq; exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo
mnam,& date illi qui decem mnas habet.Et dixerunt ei:Domine,habet decem mnas.[f] Dico au/ f 230
tem uobis,quia omni habenti dabitur,ab eo autem qui non habet,& quod habet, auferetur ab V
eo.[g] Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se,adducite huc, & inter/ g 231
ficite ante me.[h] Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam. Et factũ est cum appropin/ V
quasset ad Betphage & Bethaniam,ad montẽ qui uocatur oliueti:misit duos discipulos, dicens: h 232
Ite in castellum quod contra uos est,in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui II
nemo unquam hominũ sedit,soluite illum,& adducite.Et si quis uos interrogauerit,quare solui/
tis,sic dicetis ei:quia dominus operam eius desiderat.[i] Abierũt aũt qui missi erant, & inuenerunt i 233
sicut dixit illis,stantem pullum.Soluentibus autem illis pullũ,dixerũt domini eius ad illos:Quid II
soluitis pullum? At illi dixerũt: Quia dominus eum necessarium habet.Et duxerunt illum ad Ie/
sum.Et iactantes uestimenta sua supra pullum,imposuerunt Iesum.Eunte autem illo,substerne/
bant uestimenta sua in uia.[k] Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliueti,cœperũt k 234
omnes turbæ discipulorum gaudẽtes laudare deum uoce magna super omnibus quas uiderant I

m uirtutibus

uirtutibus,dicentes:Benedictus qui uenit rex in nomine domini,pax in cœlo,& gloria in excelsis
l 235 I [l]Et quidam phariſæorum de turbis dixerũt ad illum:Magiſter,increpa diſcipulos tuos. Quibus
V ipſe ait:Dico uobis,quia ſi hi tacuerint,lapides clamabunt.[m] Et ut appropinquauit uidens ciuita/
m 236 X tem,fleuit ſuper illam,dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem
tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabũt te inimici
tui uallo,& circundabunt te & coanguſtabunt te undiq;, & ad terram proſternent te & filios tu/
u 237 II os qui in te ſunt.[n] Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem,eo quod non cognoueris tem/
pus uiſitationis tuæ.[o] Et ingreſſus in templum,cœpit eiȝcere uendentes in illo & ementes, dicens
o 238 I illis: Scriptum eſt,quia domus mea domus orationis eſt, uos autem feciſtis illam ſpeluncam la/
tronum.[p] Et erat docens quotidie in templo. Principes autem ſacerdotum & ſcribæ & principes
p 239 I plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſu/
ſpenſus erat audiens illum. Cap. XX

a 240 II [a]Et factum eſt in una dierum docente illo populum in templo & euangelizante:cõuenerunt
principes ſacerdotum & ſcribæ cum ſenioribus,& aiunt dicentes ad illum: Dic nobis,in qua
poteſtate hæc facis, aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatem? Reſpondens autem, dixit ad
illos: Interrogabo uos & ego unum uerbum, reſpõdete mihi. Baptiſmum Ioannis de cœlo erat,
an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes:Quia ſi dixerimus de cœlo, dicet, quare er/
go non credidiſtis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, plebs uniuerſa lapidabit nos. Certi
ſunt enim Ioannem prophetã eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire unde eſſet. Et Ieſus ait illis: Neq;
ego dico uobis in qua poteſtate hæc facio.[b] Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc.
b 24 II Homo quidam plantauit uineam,& locauit eam colonis,& ipſe peregre fuit multis temporibus,
& in tempore illo miſit ad cultores ſeruum,ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt
eum inanem. Et addidit alterum ſeruum mittere. Illi autem hunc quoq; cædentes & afficientes
contumelia,dimiſerunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui & illum uulnerantes eiecerunt.
Dixit autem dominus uineæ. Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forſitan cum hunc d
uiderint uerebuntur. Quem cum uidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicentes: Hic eſt hæres,
occidamus illum,ut noſtra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra uineam,occiderunt. Quid er/
go faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos iſtos,& dabit uineam aliis. Quo audito
dixerunt illi: Abſit. Ille autem aſpiciens eos ait: Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt. Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſupra illum
lapidem conquaſſabitur:ſupra quem autem ceciderit, comminuet illum.[c] Et quærebant princi/
c 242 I pes ſacerdotum & ſcribæ mittere in illum manus hora illa, & timuerunt populum. Cognoue/
d 243 runt enim quod ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc.[d] Et obſeruantes miſerunt inſidiatores qui
II ſe iuſtos ſimularent,ut caperent eum in ſermone,& traderent illum principatui & poteſtati præ/
ſidis. Et interrogauerunt eum dicentes:Magiſter,ſcimus quia recte dicis & doces, & non accipis
perſonam,ſed uiam dei in ueritate doces. Licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſide/
rans autem dolum illorum,dixit ad eos: Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium, cuius ha/
bet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei: Cæſaris. Et ait illis: Reddite ergo
quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quæ ſunt dei,deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere co
ràm plebe,& mirati in reſponſione eius tacuerunt. Acceſſerunt autem quidam Sadducæorum,
qui negant eſſe reſurrectionem,& interrogauerunt eum,dicentes:Magiſter,Moyſes ſcripſit no/
bis. Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem,& hic ſine liberis fuerit,ut accipiat eam fra/
ter eius uxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxo/
rem,& mortuus eſt ſine filiis. Et ſequens accepit illam,& ipſe mortuus eſt ſine filiis. Et tertius ac/
cepit illam,ſimiliter & omnes ſeptem,& non reliquerũt ſemen, & mortui ſunt. Nouiſſime omni/
um mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo cuius eorum erit uxor? ſiquidem ſeptem habue/
runt eam uxorem. Et ait illis Ieſus. Filij huius ſeculi nubunt & traduntur ad nuptias, illi uero qui
digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neq; nubunt, neque ducunt uxores,
neq; enim ultra mori poterunt. Aequales enim angelis ſunt,& filij ſunt dei,cum ſint filij reſurre/
ctionis. Quia uero reſurgent mortui,& Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit dominũ deum

Abraham

A Abraham & deum Isaac & deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum, omnes
enim uiuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. [c] Et c 244
amplius non audebant eum quicquam interrogare. [f] Dixit autẽ ad illos: Quomodo dicũt Chri II
stum filium esse Dauid, & ipse Dauid dicit in libro psalmorũ: Dixit dominus domino meo, se- f 245
de à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Dauid ergo domi- II
num illum uocat, & quomodo filius eius est? [g] Audiente autẽ omni populo, dixit discipulis suis: g 246
Attendite à scribis qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathe- II
dras in synagogis, & primos discubitus in cœnis. [b] Qui deuorant domos uiduarum simulantes b 247
longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem. VIII

Cap. XXI

RESpiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit au-
tem & quandam uiduam pauperculam, mittentem æra minuta duo. Et dixit: Vere dico uo
bis: quia uidua hæc paupercula plus quàm omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi mise-
runt in munera dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem uictum suum quem habuit misit.
[a] Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit: Hæc a 248
quæ uidetis, uenient dies in quibus non relinquetur lapis supra lapidem qui non destruatur. [b] In- II
terrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor quando hæc erunt, & quod signum cum fieri b 249
incipient? Qui dixit: Videte ne seducamini. Multi enim ueniẽt in nomine meo dicentes: quia ego II
sum, & tempus appropinquauit. Nolite ergo ire post eos. Cum autem audieritis prælia & sedi-
tiones, nolite terreri. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Sur-
get gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca: & pe
stilentiæ, & fames, terroresq; de cœlo & signa magna erunt. [c] Sed ante hæc omnia iniicient uo- c 250
bis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & præ- I
sides propter nomen meum. Continget autem uobis in testimonium. [d] Ponite ergo in cordibus d 251
uestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os & sapientiam, II
B cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Trademini autem à parenti-
bus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebitis animas
uestras. [e] Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropin- e 252
quauit desolatio eius. [f] Tunc qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes, & qui in medio eius, discedant, X
& qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scri- f 253
pta sunt. [g] Vę autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. [h] Erit enim pressura magna su- II
per terram, & ira populo huic. [i] Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et g 254
Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. [k] Et erunt signa in sole II
& luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescen- h 255
tibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniũt uniuerso orbi. Nam uirtutes cœ- II
lorum mouebuntur. [l] Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube, cum potestate ma- i 256
gna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appro- X
pinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores, cum k 257
producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas: Ita & uos cum uideritis hæc fieri, II
scitote quoniam propè est regnum dei. Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, do- l 258
nec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. [m] Attendite au- II
tem uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: & superue- m 259
niat in uos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super fa X
ciem omnis terræ. Vigilate itaq; omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia ista
quæ uentura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autẽ diebus docens in templo: noctibus ue- a 260
ro exiens morabatur in monte, qui uocatur oliueti: & omnis populus manicabat ad eum in tem- I
plo audire eum. b 261
I

Caput XXII

A [a] Ppropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha. [b] Et quærebant princi- c 262
pes sacerdotũ & scribæ quomodo eum interficerent: timebant uero plebem. [c] Intrauit au- IX
tem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotis, unum de duodecim: [d] Et abijt & locutus d 263
II

est cum principibus sacerdotum & magistratibus,quemadmodum illum traderet eis, Et gauisi c
sunt & pacti sunt pecuniam illi dare: & spopondit & quærebat opportunitatem, ut traderet
illum sine turbis. Venit autem dies azymorũ in qua necesse erat occidi pascha.Et misit Petrum
e 264 & Ioannem dicens:Euntes parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi uis pare/
X mus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo amphoram
f 265 aquæ portans:sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit
II tibi magister:ubi est diuersorium,ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet
g 266 uobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: &
I parauerunt pascha.Et cum facta esset hora discubuit:& duodecim apostoli cum eo.e Et ait illis:
h 267 Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar.f Dico enim uobis:
II quia ex hoc non manducabo illud,donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit
i 268 & dixit:Accipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis quod non bibam de generatione uitis,
II donec regnum dei ueniat.g Et accepto pane,gratias egit & fregit & dedit eis,dicens:Hoc est cor
k 269 pus meum, quod pro uobis datur: hoc facite in meam commemorationem.h Similiter & cali/
I cem postquam cœnauit,dicens:Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo:qui pro uobis
l 270 fundetur.i Veruntamen ecce manus tradentis me,mecum est in mensa. Et quidẽ filius hominis
II secundũ quod definitũ est uadit. Verumtamen uæ homini illi per quẽ tradetur.k Et ipsi cœpe/
m 271 runt quærere inter se,quis esset ex eis qui hoc facturus esset.l Facta est autẽ & cõtentio inter eos,
X quis eorũ uideretur esse maior. Dixit aũt eis: Reges gentiũ dominantur eorũ:& qui potestatem
n 272 habent super eos,benefici uocantur. Vos autem non sic.Sed qui maior est in uobis,fiat sicut iu/
V nior:& qui præcessor est,sicut ministrator.m Nam quis maior est,qui recumbit,an qui ministrat?
o 273 Nónne qui recumbit? Ego autẽ in medio uestrum sum,sicut qui ministrat. Vos autem estis qui
X permansistis mecũ in tentationibus meis, & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus
p 274 regnum,ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.n Et sedeatis super thronos iu/
IX dicantes duodecim tribus Israel.o Ait autem dominus Simoni:Simon, Simon, ecce satanas ex/ D
q 275 petiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te,ut non deficiat fides tua.p Et tu
I aliquando conuersus, confirma fratres tuos.q Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in
r 276 carcerem & in mortem ire.At ille dixit: Dico tibi Petre: non cantabit hodie gallus, donec ter
X abneges nosse me.r Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid
s 277 aliquid defuit uobis? At illi dixerunt Nihil.Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat
VIII similiter & peram.Et qui non habet, uendat tunicam suam & emat gladium.s Dico enim uobis
t 278 quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est.
X Etenim ea quæ sunt de me,finem habent.t At illi dixerunt: Domine,ecce duo gladij hic. At ille
u 279 dixit eis:Satis est.u Et egressus ibat secundũ consuetudinẽ in montem oliuarum. Secuti sunt au/
I tem illum discipuli.x Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationẽ.y Et
x 280 ipse auulsus est ab eis quantũ iactus est lapidis: & positis genibus orabat, dicens:z Pater,si uis
II transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat.a Apparuit autem
y 281 illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor
I eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.b Et cum surrexisset ab oratione & uenisset ad
z 282 discipulos suos,inuenit eos dormientes præ tristicia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate,
I ne intretis in tentationem.c Adhuc eo loquente,ecce turba,& qui uocabatur Iudas unus de duo/
a 283 decim antecedebat eos,& appropinquauit Iesu ut oscularetur eum.d Iesus autem dixit illi: Iuda,
X osculo filium hominis tradis?e Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat,di/
b 284 xerunt ei: Domine,si percutimus gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum,
II & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait: Sinite usque huc.f Et cum
c 285 tetigisset auriculam eius,sanauit eum.g Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sa/
I cerdotum & magistratus templi & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus?
d 286 Cum quotidie uobiscum fuerim in templo,non extendistis manus in me. Sed hæc est hora ue/
II stra & potestas tenebrarum.h Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis
e 287 sacerdotum.i Petrus uero sequebatur eum à longe. Accenso autem igne in medio atrij,& circũ
I sedentibus

A sedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen: & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, nõ noui illum.[k] Et post pusillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo non sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere hic cũ illo erat: nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquẽte, cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrum.[l] Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare.[m] Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes. Et uelauerunt eum & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.[n] Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicẽtes: Si tu es Christus, dic nobis.[o] Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi neque dimittetis.[p] Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei.[q] Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt:[r] Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Cap. XXIII

E[a]T surgens omnis multitudo, duxerunt illum ad Pilatum.[b] Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentẽ tributa dari Cæsari: & dicentem se Christum regem esse.[c] Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis.[d] Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine.[e] At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilęus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso Iesu, gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audierat multa de
B eo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respõdebat.[f] Stabant autem principes sacerdotum & scribæ cõstanter accusantes eum.[g] Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die, nam antea inimici erant adinuicem.[h] Pilatus autem cõuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram uobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis,[i] sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.[k] Emendatum ergo illum dimittam, Necesse enim habebat dimittere eis per diem festum unum.[l] Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicens, Tolle hunc & dimitte nobis Barrabban, qui erat propter seditionẽ quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem.[m] Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum: At illi succlamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.[n] Ille autem tertio dixit ad eos, Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam.[o] At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorum.[p] Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebãt, Iesum uero tradidit uoluntati eorum.[q] Et cum ducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientem de uilla, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.[r] Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autẽ ad illas Iesus, dixit, Filiæ Hierusalem nolite flere super mẽ, sed super uosipsas flete & super filios uestros. Quoniã ecce ueniũt dies in quibus dicent, Beatæ steriles & uentres quæ nõ genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?[s] Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo ut interficerentur.[t] Et postquam uenerunt in locum qui uocatur caluariæ, ibi crucifixerunt eum,[u] & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris.[x] Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.[y] Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes. Et

z 322 II tes. Et ſtabat populus expectans. [z] Et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus dei electus. [a] Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi dicentes: Si tu es rex Iudæorum, ſaluum te fac. [b] Erat autem & ſuperſcri ptio ſcripta ſuper eum literis Græcis & Hebraicis & latinis, hic eſt rex Iudæorum. [c] Vnus autem de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teip/ ſum & nos. [d] Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neq; tu times deum quod in ea/ dem damnatione es. Et nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. [e] Erat autē ferè hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in uniuerſam terram uſq; in horam nonam, & obſcuratus eſt ſol: [f] Et uelum templi ſciſſum eſt in medium. [g] Et clamans uoce magna Ieſus, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. [h] Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificauit deum, dicēs: Vere hic homo iuſtus erat. [i] Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud & uidebant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa hæc uidentes. [k] Et ecce uir nomine Ioſeph qui erat decurio, uir bonus & iuſtus, hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arima/ thia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad Pilatum & petijt corpus Ieſu. [l] Et depoſitum inuoluit ſindone, & poſuit illud in monumento exciſo in quo nondum quiſ/ quam poſitus fuerat. [m] Et dies erat paraſceue, & ſabbatum illuceſcebat. Subſecutę autem mulie/ res quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. [n] Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & ſabbato quidem ſiluerunt ſe/ cundum mandatum. Cap. XXIIII

VIII V[o] Na autem ſabbati ualde diluculo, uenerunt ad monumentum, portantes, quæ paraue/ rant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumēto, & ingreſſæ nō inuenerunt corpus domini Ieſu. Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo uiri ſteterunt ſecus illas in ueſte fulgenti. [b] Cum timerent autem & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Nō eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locu/ tus eſt uobis cum adhuc in Galilæa eſſet, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſunt uerborum eius, [c] Et regreſſæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim & cæteris omnibus. [d] Erant au/ tem Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apoſtolos hæc. Et uiſa ſunt ante illos ſicut delyramentum uerba iſta, & non crediderunt illis. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum, & procumbens uidit linteamina ſola poſita, & abijt ſecum mirans quod factum fuerat. [e] Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emmaus, & ipſi loquebantur adin/ uicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes & eſtis triſtes? Et re/ ſpondens unus cui nomen Cleophas dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalē, & nō cogno/ uiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt, de Ieſu Nazareno qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram deo & omni populo, & quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerūt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nūc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos quæ ante lu/ cem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes ſe etiā uiſionem angelorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentū, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum uero non uiderunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tar/ di corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prōphetæ, Nónne hæc oportuit pati Chri/ ſtum, & ita intrare in gloriā ſuam. Et incipiens à Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibant, & ipſe ſe finxit

A finxit lõgius ire. Et coegerũt illum, dicentes: Mane nobiſcũ domine, quoniã adueſperaſcit, & inclinata eſt dies. Et intrauit cũ illis. Et factũ eſt dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ & cognouerũt eũ: & ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt adinuicẽ: Nónne cor noſtrũ ardens erat in nobis dũ loqueret in uia & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadẽ hora, regreſſi ſunt in Hieruſalẽ: & inuenerunt congregatos undecim, & eos q cũ illis erãt, dicẽtes quod ſurrexit dominus uere & apparuit Simoni. Et ipſi narrabãt quę geſta erãt in uia: & quomodo cognouerũt eũ in fractione panis. f Dũ autẽ hæc loquunt, ſtetit Ieſus in medio eorũ, & dicit eis: Pax uobis, ego ſum: nolite timere. Cõturbati uero & conterriti exiſtimabãt ſe ſpiritũ uidere. Et dixit eis: Quid turbati eſtis & cogitationes aſcendũt in corda ueſtra? Videte manus meas & pedes: qa ego ipſe ſum. Palpate & uidete: qa ſpiritus carnem & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. g Adhuc aũt illis nõ credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis aliquid quod manducetur? At illi obtulerũt ei partem piſcis aſſi & fauũ mellis. Et cũ manducaſſet corã eis, ſumẽs reliquias dedit eis. h Et dixit ad eos: Hęc ſunt uerba quę locutus ſum ad uos cũ adhuc eſſem uobiſcũ, quoniã neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum ut intelligerẽt ſcripturas. & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionẽ peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Vos aũt eſtis teſtes horũ: & ego mittã promiſſum patris mei in uos: uos aũt ſedete in ciuitate quoaduſq; induamini uirtute ex alto. Eduxit aũt eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis: & ferebat in cœlum: & ipſi adorãtes regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno: & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes deum.

f 341 IX

g 342 IX

h 343 X

EVANGELII SECVNDVM IOANNEM

CAPVT PRIMVM.

IN PRINCIPIO erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo uita erat: & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. b Fuit homo miſſus à deo cui nomẽ erat Ioannes. Hic uenit in teſtimonium ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. c Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. d In propria uenit: & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt. e Et uerbum caro factum eſt: & habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre plenum gratiæ & ueritatis. f Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui poſt me uenturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. g Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. h Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. i Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpõdit: Non. Dixerũt ergo ei: Quis es, ut reſpõſum demus his qui miſerunt nos: Quid dicis de teipſo? Ait: k Ego uox clamantis in deſerto: dirigite uiã domini, ſicut dixit Eſaias propheta. l Et qui miſſi fuerant, erant ex phariſæis. Et interrogauerunt eum

a 1 III

b 2 III

c 3 III

d 4 X

e 5 III

f 6 I

g 7 X

h 8 III

i 9 X

k 10 I

l 11 X

m 12 I & dixerunt ei: Quid ergo baptizas si tu nō es Christus, neq; Helias, neq; propheta? m Respon- c
dit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua, medius autē uestrum stetit quē uos nescitis. Ipse est
n 13 X qui post me uenturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut soluam eius corri
o 14 I giam calciamenti. n Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanē, ubi erat Ioannes baptizans. Alte
ra die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. o Hic
p 15 I est de quo dixi: Post me uenit uir qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebā eū.
Sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. p Et testimonium perhibuit
Ioannes, dicens: quia uidi spiritum descendentē quasi columbā de cœlo, & māsit super eū, & ego
nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritū de
scendentē & manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi & testimonium
q 16 X perhibui: quia hic est filius dei. q Altera die iterū stabat Ioannes & ex discipulis eius duo. Et respi
ciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & se
cuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus & uidens eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui
dixerūt ei. Rabbi, quod dicit interpretatū magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Ve
nerunt & uiderunt ubi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima.
Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fue
r 17 I rant eum. r Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiā, quod est
interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Si
s 18 X mon filius Iona: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. s In crastinum uoluit exire in
Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autē Philippus à Bethsaida
ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quē scripsit Moyses in lege,
& prophetæ, inuenimus Iesum filiū Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth po
test aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se,
& dicit de eō: Ecce uere Israelita in quo dolus non est. Dixit ei Nathānael: Vnde me nosti? Re
spondit Iesus & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret cum esses sub ficu, uidi te. Respōdit ei p
Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respōdit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi,
Vidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dixit ei, Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum a
pertum & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

Cap. II

ET die tertia, nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem
& Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum, Vinū non
habent. Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Dicit mater
eius ministris, Quodcunque dixerit uobis facite. Erant ibi autem lapideæ hydriæ sex positæ se
cundum purificationem Iudęorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis Iesus,
Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum & dicit eis Iesus, Haurite nunc &
ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factam, & nō scie
bat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum architriclinus, & di
cit ei, Omnis homo primum bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deteri
us est, Tu autem seruasti bonum uinum usque adhuc. Hoc fecit initiū signorum Iesus in Cana
a 19 VII Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. a Post hæc descen
dit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis
b 20 I diebus. b Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, c & inuenit in tem
c 21 I plo uendentes oues & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum feciſſet quasi fla
gellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit
d 22 X æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas uendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere
domum patris mei, domum negociationis. d Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptum
e 23 IIII est, Zelus domus tuæ comedit me. e Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum
f 24 X ostendis nobis, quia hæc facis? f Respondit Iesus, & dixit eis, Soluite tēplum hoc, & in tribus die
bus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum
hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo
resurrexisset

A resurrexissẽt à mortuis,recordati sunt discipuli eius,quia hoc dicebat,& crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus.Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius,uidentes signa eius quæ faciebat.Ipse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis,eo quod ipse nosset omnes:& quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine.Ipse enim sciebat quid esset in homine. Cap. III

ERat autem homo ex pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. Hic uenit ad Iesum nocte & dixit ei:Rabbi,scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit deus cum eo.Respondit Iesus & dixit ei:Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire & nasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi:nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne,caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat: & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat,aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus,& dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel,& hæc ignoras? Amen amen dico tibi:quia quod scimus, loquimur: & quod uidimus testamur,& testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis & non creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia,credetis? Et nemo ascendit in cœlum,nisi qui descẽdit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo.Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis:ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitam æternam.Sic enim dilexit mundũ ut filiũ suũ unigenitũ daret: ut omnis qui credit in eũ nõ pereat, sed habeat uitam æternã.Nõ enim misit deus filiũ suũ in mundũ ut iudicet mundũ,sed ut saluet mundus per ipsum.Qui credit in eũ,nõ iudicatur. Qui aũt non credit,iam iudicatus est,quia nõ credidit in nomine unigeniti filij dei.Hoc est aũt iudiciũ:quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ.Erant emi eorũ mala opera.Omnis enim qui male agit,odit lucẽ: & non
B uenit ad lucem ut nõ arguãtur opera eius.Qui aũt facit ueritatẽ, uenit ad lucẽ ut manifestentur opera eius:quia in deo facta sunt. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrã Iudæam: & illic demorabatur cum eis & baptizabat.[a] Erat aũt & Ioannes baptizãs in Aenon iuxta Salim: quia [a] 25
aquæ multæ erant illic & ueniebant & baptizabantur.[b] Nondũ enim missus fuerat Ioannes in III
carcerem.[c] Facta est aũt quęstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt [b] 26
ad Ioannẽ,& dixerũt ei:Rabbi,qui erat tecum trans Iordanem cui tu testimonium perhibuisti: IIII
ecce hic baptizat,& omnes ueniunt ad eum.Respondit Ioannes & dixit: Nõ potest homo acci- [c] 27
pere quicquam,nisi fuerit ei datum de cœlo.[d] Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixe- X
rim:non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.[e] Qui habet sponsam, sponsus est: [d] 28
amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem spõsi.Hoc ergo gau- I
dium meum impletum est.Illum oportet crescere,me autem minui. Qui de sursum uenit, super [e] 29
omnes est.Qui est de terra,de terra est,& de terra loquitur. Qui de cœlo uenit,super omnes est. X
Et quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium:signauit quia deus uerax est.Quem enim misit deus,uerba dei loquitur.Non [f] 30
enim ad mensuram dat deus spiritum.[f] Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius.[g] Qui III
credit in filium,habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam: sed ira [g] 31
dei manet super eum. X
Cap. IIII

VT ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes,quanquam Iesus nõ baptizaret,sed discipuli eius,[a] reliquit Iudæam, [a] 32
& abijt iterum in Galilæam.[b] Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in [b] 33
ciuitatem Samariæ quę dicitur Sychar,iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat X
autem ibi fons Iacob.Iesus ergo fatigatus ex itinere,sedebat sic supra fontem.Hora autem erat quasi sexta. uenit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Iesus: Da mihi bibere: Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent.Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu cum Iudęus sis,bibere à me poscis,quæ sum mulier Samaritana? Nõ emi coutunt Iudęi

Samarita/

Samaritanis. Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi: Da mihi bi c
bere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neq; in quo
haurias, habes, & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre
noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit
Ieſus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum. Qui autẽ biberit ex aqua quam ego
dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam
æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neq; ueniam huc
haurire. Dixit ei Ieſus: Vade uoca uirum tuum & ueni huc. Reſpõdit ei mulier & dixit: Non ha-
beo uirum. Dixit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo uirum. Quinq; enim uiros habuiſti, &
nunc quem habes, non eſt uir tuus. Hoc uere dixiſti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quia pro-
pheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus
ubi adorare oportet. Dixit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia ueniet hora quando neq; in monte
hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod
ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed ueniet hora, & nunc eſt, quãdo ueri adoratores adorabunt
patrem in ſpiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorẽt eum. Spiritus eſt deus, & eos
qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias ueniet,
qui dicitur Chriſtus. Cum ergo uenerit ille, annunciabit nobis omnia. Dixit ei Ieſus: Ego ſum
qui loquor tecum. Et continuo uenerunt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loque-
batur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam ſuam
mulier & abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite & uidete hominẽ qui dixit mihi om-
nia quæcunq; feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum.
Interea rogabãt eum diſcipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo
manducare quem uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei
manducare? Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit me, ut perficiam
opus eius. Nónne uos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis uenit? Ecce dico uobis, D
leuate oculos ueſtros & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem
accipit, & qui congregat fructum in uitam æternam, ut & qui ſeminat, ſimul gaudeat & qui metit
In hoc enim eſt uerbum uerum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi uos me
tere quod uos non laboraſtis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate
autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter uerbum mulieris teſtimoniũ per-
hibentis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum ueniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaue
runt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter ſer-
monem eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: Ipſi enim
c 34 audiuimus & ſcimus, quia hic eſt uere ſaluator mundi. [c] Poſt duos autem dies exijt inde &
VII abijt in Galilæam. [d] Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia propheta in ſua patria hono-
d 35 rem non habet. [e] Cum ergo ueniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia uidiſſent
I
e 36 quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto: & ipſi enim uenerant ad diem feſtum. Venit ergo iterum
X in Cana Galilææ, ubi fecit aquam uinum. [f] Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Ca-
f 37 pharnaum. Hic cum audiſſet quia Ieſus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum & roga-
III bat eum ut deſcenderet & ſanaret filiũ eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi
ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, deſcende priuſquam mo
riatur filius meus. Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ie-
ſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes, quia filius
eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri
hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit Ieſus, Fi-
lius tuus uiuit. Et credidit ipſe & domus eius tota. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus cum
ueniſſet à Iudæa in Galilæam. Cap. V

a 38 [a] Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Eſt autem Hieroſo-
I lymis ſuper probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice *Bethſaida, quinq; porticus
*Aliàs Be- habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expe-
theſda ctantium

A ctantium aquæ motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à qua cunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum uidisset Iesus iacentem: & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum uenio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, nō licet tibi tollere grabatum tuum. [b] Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum: quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo & nunciauit Iudæis: quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. [c] Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. [d] Amen amen
B dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium nō uenit, sed transiet à morte in uitam. Amen amen dico uobis, quia ueniet hora & nunc est, quādo mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia ueniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Non possum ego à me ipso facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: [c] quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatē eius qui misit me. [f] Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia uerum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimoniū perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: uos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autē habeo testimonium maius Ioanne. [g] Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam: ea ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Et qui me misit pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neq; uocem eius unq; audistis, neq; speciem eius uidistis. [b] Et uerbum eius non habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic uos non creditis. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternā habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & non uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui uos, quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illū accipietis. Quomodo uos potestis credere qui gloriā abinuicem accipitis: & gloriā quæ à solo deo est, non quæritis? Nolite putare, quia ego accusaturus sim uos apud patrem: est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Cap. VI

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. [b] Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. [c] Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum

b 39 X

c 40 I

d 41 X

c 42 I

f 43 X

g 44 III

b 45 X

d 46 I

b 47 III

c 48 I

d 49 I rum.[d] Cum subleuasset ergo oculos Iesus,& uidisset, quia multitudo maxima uenit ad eum, di- C
cit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum, ipse
enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas fra-
ter Simonis Petri: Est puer unus hic qui habet quinq; panes hordeaceos,& duos pisces. Sed hęc
quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnũ multum
in loco. Discubuerunt ergo uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus panes,& cum gra
tias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem im-
pleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerant fragmenta ne pereant. Collegerũt er-
go & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis quæ su-
e 50 X perfuerunt his qui manducauerãt. [e] Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus fecerat signum,
dicebant: Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset
f 51 IIII quia uenturi essent ut raperent eum,& facerent eum regem, [f] fugit iterum in montem ipse solus.
Vt autem sero factum est, descenderũt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, uene-
runt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant,& non uenerat ad eos Iesus. Mare
autem uento magno flante exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia uigintiquinq; aut
triginta, uident Iesum ambulantem supra mare,& proximum naui fieri,& timuerunt. Ille autem
dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad
g 52 X terram quam ibant. [g] Altera die turba quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia non erat
ibi nisi una: & quia non introisset cũ discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijssent.
Aliæ uero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias
agentes domino. Cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderũt
in nauiculas,& uenerunt Capharnaum, quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare,
dixerunt ei: Rabbi, quando huc ueneisti? Respondit eis Iesus,& dixit: Amen amen dico uobis,
quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Operami- D
ni non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis:
b 53 IIII Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera dei?
Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. [b] Dixerunt ergo
i 54 X ei: Quod ergo tu facis signũ ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? [i] Patres nostri man-
ducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit er-
k 55 I go eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus
l 56 X dabit uobis panem de cœlo uerum. Panis enim dei est qui de cœlo descendit,& dat uitam mun-
do. Dixerũt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. [k] Dixit autem eis Iesus: Ego
m 57 I sum panis uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi
uobis: quia & uidistis me, & non credidistis. [l] Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & eum
n 58 X qui uenit ad me, non eijciam foras. [m] Quia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam,
sed uoluntatem eius qui misit me. [n] Hæc est enim uolũtas eius qui misit me patris, ut omne quod
o 59 I dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illum in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas pa
tris mei qui misit me: ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam,& ego re-
p 60 X suscitabo eum in nouissimo die. [o] Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis
q 61 III qui de cœlo descendi,& dicebant: Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem
& matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? [p] Respondit ergo Iesus & dixit eis:
r 62 X Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum,&
s 63 I ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles dei.
Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. [q] Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui
t 64 X est à deo, hic uidit patrem. [r] Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternã. [s] Ego
sum panis uitæ. [t] Patres uestri manducauerũt manna in deserto,& mortui sunt. Hic est panis de
u 65 I cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. [u] Ego sum panis uiuus qui de
x 66 X cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo,
caro mea est pro mundi uita. [x] Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes: Quomodo potest

hic

A hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico uobis,
niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non habebitis uitam in uo
bis.Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem,habet uitam æternam,& ego reſu
ſcitabo eum in nouiſſimo die. y Caro enim mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. y 67
z Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem: in me manet,& ego in illo. Sicut me I
miſit uiuens pater,& ego uiuo propter patrem:& qui mãducat me,& ipſe uiuet propter me. Hic z 68
eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna,& mortui ſunt. X
Qui manducat hunc panem,uiuet in æternum.Hæc dixit in ſynagoga, docẽs in Capharnaum.
Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt: Durus eſt hic ſermo,quis poſſet eum audire?
Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum,quia murmurarent de hoc diſcipuli eius,dixit eis:Hoc uos
ſcandalizat? a Si ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius. b Spiritus eſt qui uiui a 69
ficat,caro non prodeſt quicquam. c Verba quæ ego locutus ſum uobis,ſpiritus & uita ſunt. Sed I
ſunt quidam ex uobis qui non credunt. d Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credẽtes, & quis b 70
traditurus eſſet eum. e Et dicebat:Propterea dixi uobis,quia nemo poteſt uenire ad me,niſi fue/ IIII
rit ei datum à patre meo.Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo am c 71
bulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? f Reſpondit ergo ei Si/ X
mon Petrus:Domine,ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes.Et nos credimus & cognoui d 72
mus,quia tu es Chriſtus filius dei. g Reſpondit eis Ieſus: Nónne ego uos duodecim elegi: & ex IIII
uobis unus diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis Iſcarioti. Hic enim erat traditurus e 73
eum,cum eſſet unus ex duodecim. X
Cap. VII f 74
I
POſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam,non enim uolebat in Iudæã ambulare: quia g 75
quærebant eum Iudæi interficere.Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenope/ X
gia.Dixerunt autem ad eum fratres eius: Tranſi hinc & uade in Iudæam,ut & diſcipuli tui uide/
ant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit,& quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc
B facis,manifeſta teipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Ieſus:
Tempus meum nondum aduenit,tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratũ.Non poteſt mun/
dus odiſſe uos,me autem odit,quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt.
Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.Ego enim non aſcendam ad diem feſtũ illum, quia meum
tempus nondum impletum eſt.Hæc cum dixiſſet,ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderũt
fratres eius,tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum,non manifeſte,ſed quaſi in occulto. Iudei ergo
quærebant eum in die feſto,& diſebant: Vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo.Qui
dam enim dicebant,quia bonus eſt,alij autem dicebant,non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen
palam loquebat de illo propter metum Iudęorũ. Iam autem die feſto mediante,aſcendit Ieſus
in templum & docebat.Et mirabantur Iudæi,dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didi/
cerit? Reſpõdit eis Ieſus & dixit:Mea doctrina non eſt mea,ſed eius qui miſit me.Si quis uolue/
rit uoluntatem eius facere,cognoſcet de doctrina, utrũ ex deo ſit,an ego à meipſo loquar. Qui
à ſemetipſo loquitur,gloriam propriã quærit. Qui autẽ quærit gloriam eius qui miſit eum, hic
uerax eſt,& iniuſticia in illo non eſt.Nónne Moyſes dedit uobis legem,& nemo ex uobis facit
legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba,& dixit:Dæmonium habes:quis te quæ
rit interficere? Reſpondit Ieſus,& dixit eis: Vnum opus feci,& omnes miramini:propterea Mo/
ſes dedit uobis circunciſionem,non quia ex Moſe eſt,ſed ex patribus:& in ſabbato circunciditis
hominem.Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato,ut non ſoluatur lex Moſi, mihi cur indigna
mini,quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecũdum faciem,ſed iuſtum
iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis? Nónne hic eſt quem quærunt in/
terficere? Ecce palam loquitur:& nihil ei dicunt.Nunquid uere cognouerunt principes, quia hic a 76
eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus unde ſit: Chriſtus autem cum uenerit, nemo ſcit unde ſit. a Cla/ III
mabat ergo in templo docens Ieſus,& dicens:Et me ſcitis,& unde ſim ſcitis: & à meipſo non ue/ b 77
ni,ſed eſt uerus qui miſit me,quem uos neſcitis. Ego ſcio eum,quia ab ipſo ſum,& ipſe me miſit. I
b Quærebant ergo eum apprehendere:& nemo miſit in illum manus,quia nondum uenerat ho/ c 78
ra eius. c De turba autem multi crediderunt in eum & dicebant: Chriſtus cum uenerit,nunquid X

plura signa faciet quàm quæ hic facit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc. c
d 79 [d] Et miserunt principes & pharisæi ministros ut apprehenderent eum. [e] Dixit ergo eis Iesus: Ad
I huc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit. [f] Quæretis me, & non inue
e 80 nietis. Et ubi ego sum, uos non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic itu
X rus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus
f 91 gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis, & ubi ego sum uos non
X potestis uenire? In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: Si
quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius flu
ent aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondũ eñ erat
g 82 spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. [g] Ex illa ergo turba cum audissent hos ser
VII mones eius, dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. [h] Quidam autem
h 83 dicebant: Nunquid à Galilæa uenit Christus? Nónne scriptura dicit: Quia ex semine Dauid &
VII de Bethlehem castello ubi erat Dauid, uenit Christus? [i] Dissensio itaq; facta est in turba pro
i 84 pter eum. [k] Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo misit super illum ma
X nus. [l] Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxi
k 85 stis eum? Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responde
I runt ergo eis pharisæi, Nunquid & uos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in
l 86 eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ nõ nouit legem, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad
X eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iudicat hominem, ni
si prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu
Galilæus es? Scrutare scripturas & uide, quia à Galilæa propheta non surrexit. Et reuersi sunt u
nusquisq; in domum suam. Cap VIII

IEsus autem perrexit in montem oliueti, & diluculo iterum uenit in templum, & omnis popu
lus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierem in ad D
ulterio deprehensam: & statuerunt eã in medio, & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modo de
prehensa est in adulterio. In lege autem Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare, Tu ergo
quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans
se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit
eis, Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinãs scribebat
in terram. Audientes autem hæc, unus post unum exibant, incipientes à senioribus, & remansit
solus Iesus & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, ubi sunt qui te accu
sabant, nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem ei Iesus, Nec ego te con
demnabo. Vade, & amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux
mundi, qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerũt ergo ei pha
risæi, Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus,
& dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meũ, quia scio un
de ueni, & quò uado. Vos autem nescitis unde uenio, aut quò uado. Vos secundum carnem iu
dicatis: ego nõ iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum uerũ est, quia solus non sum,
sed ego & qui misit me pater, & in lege uestra scriptum est, Quia duorum hominum testimoni
um uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me
a 87 qui misit me pater. Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? [a] Respondit Iesus, Neq; me scitis, neq;
III patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. [b] Hæc uerba loquutus est Iesus
b 88 in gazophylacio, docẽs in templo. Et nemo apprehendit eũ, quia necdũ uenerat hora eius. [c] Di
I xit ergo iterũ eis Iesus, Ego uado & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quò ego uado,
c 89 uos non potestis uenire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò
X ego uado, uos nõ potestis uenire? Et dicebat eis, Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos
de mundo hoc estis, ego nõ sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis ue
stris. Si eñ nõ credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Dicebãt ergo ei, Tu quis
es? Dixit eis Iesus, Principium, qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudicare. Sed
qui me misit, uerax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerũt quia
patrem

A patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus: Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderũt ei Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam, quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere: quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Respõderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrẽ habemus deum. Dixit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego ẽm ex deo processi & ueni, neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Cũ loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem si ueritatem dico, non creditis mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato? Si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit, propterea uos nõ auditis, quia ex deo nõ estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respõdit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicat. Amen amen
B dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes: Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in ęternum? Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, quia deus noster est, & nõ cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis uobis mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meũ, & uidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amẽ dico uobis: antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum, Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Cap. IX

ET præteriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius ut cæcus nasceretur? Respõdit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini & qui uiderant eum prius (quia mendicus erat) dicebant: Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij autem, nequaquam: sed similis est eius. Ille uero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: uade ad natatoriam Siloe, & laua: & abij & laui, & uideo. Dixerunt ei: Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt eum ad pharisęos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus: & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisęi quomodo uidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisęis quidam: Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo

poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta eſt. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet & uidiſſet: donec uocauerunt parentes eius qui uiderat: & interrogauerunt eos, dicẽtes: Hic eſt filius ueſter quem uos dicitis, quia cæcus natus eſt: quomodo ergo nunc uidet? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cęcus natus eſt: quomodo autem nunc uideat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius: quoniam timebant Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo: nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio: unum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo uideo. Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi uobis iam & audiſtis, quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis, nos autem Moſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia Moſi loquutus eſt deus: hunc autem neſcimus unde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia uos neſcitis unde ſit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores deus non audit, ſed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntatẽ eius facit, hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à deo non poterat facere quicquam. Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras, & cum inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Reſpondit ille & dixit: Quis eſt domine, ut credam in eum. Et dixit ei Ieſus: Et uidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo domine. Et procidens, adorauit eum. Et dixit ei Ieſus: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidã ex phariſæis qui cum ipſo erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum ueſtrum manet. Cap x

AMen amen dico uobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt uocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbiũ dixit eis Ieſus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen amen dico uobis, quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non uenit niſi ut furetur, & mactet & perdat. Ego ueni ut uitam habeant & abundantius habeant. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidit lupum uenientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. Mercenarius autẽ fugit, quia
a 90 III mercenarius eſt, & non pertinet ad eũ de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.[a] Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem,[b] & animã meam po-
b 91 IIII no pro ouibus meis.[c] Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile & unus paſtor. Propterea me diligit pater, quia
c 92 X ego pono animam meam, & iterũ ſumam eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis, Dæmonium habet & inſanit, quid eum auditis? Alij dicebãt, Hæc uerba non ſunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire? Facta ſunt autẽ encænia in Hieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dicebant ei, Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam. Reſpondit eis Ieſus, Loquor uobis, & nõ creditis. Opera quæ ego

facio

A facio in nomine patris mei,hæc teſtimoniũ perhibent de me: ſed uos non creditis,quia non eſtis
ex ouibus meis.Oues meæ uocem meam audiunt:& ego cognoſco eas,& ſequuntur me.Et ego
uitam æternam do eis:& non peribunt in æternum: & non rapiet eas quiſquam de manu mea.
Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt:& nemo poteſt rapere de manu patris mei.
Ego & pater unum ſumus.Suſtulerunt ergo lapides Iudęi,ut lapidarent eum. Reſpondit eis Ie/
ſus:Multa bona opera oſtẽdi uobis ex patre meo:propter quod eorũ opus me lapidatis? Reſpõ
derunt ei Iudęi: De bono opere non lapidamus te,ſed de blaſphemia: & quia tu homo cum ſis,
facis teipſum deum. Reſpondit eis Ieſus: Nónne ſcriptum eſt in lege ueſtra: Quia ego dixi, dij
eſtis? Si illos dixit deos,ad quos ſermo dei factus eſt:& non poteſt ſolui ſcriptura, quem pater
ſanctificauit & miſit in mundum:uos dicitis,quia blaſphemas:quia dixi, filius dei ſum.Si non fa
cio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & ſi mihi non uultis credere, operibus
credite:ut cognoſcatis & credatis,quia pater in me eſt & ego in patre. [d] Quærebãt ergo eum ap d 93
prehendere:& exiuit de manibus eorum.Et abĳt iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat IIII
Ioannes baptizans primum:& manſit illic. [e] Et multi uenerunt ad eum, & dicebãt:quia Ioannes e 94
quidem ſignum fecit nullum.Omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erãt,& multi X
crediderunt in eum.

Cap. XI

ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania,de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum
eius.Maria autẽ erat quæ unxit dominum unguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cu/
ius frater Lazarus infirmabatur.Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ,dicẽtes: Domine, ecce quem
amas infirmatur.Audiens autem Ieſus dixit eis:Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro glo/
ria dei,ut glorificetur filius dei per eam.Diligebat autẽ Ieſus Martham, & ſororẽ eius Mariam,
& Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabat, tunc quidem manſit in eodem loco duobus die/
bus.Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis:Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi,
nunc quærebant te Iudęi lapidare,& iterũ uadis illuc? Reſpõdit Ieſus,Nónne duodecim ſunt ho
B ræ diei? Si quis ambulauerit in die,non offendit,quia lucẽ huius mundi uidet. Si aũt ambulaue/
rit in nocte,offendit,quia lux non eſt in eo. Hæc ait,& poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter
dormit,ſed uado ut à ſomno excitẽ eũ. Dixerũt ergo diſcipuli eius: Domine ſi dormit, ſaluus e/
rit.Dixerat aũt Ieſus de morte eius,illi aũt putauerũt,quia de dormitione ſomni diceret. Tunc er
go Ieſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt,& gaudeo propter uos ut credatis, quoniam
non eram ibi,ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad cõdiſcipulos,Ea/
mus & nos,& moriamur cum eo. Venit itaq; Ieſus,& inuenit eum quatuor dies iã in monumen/
to habentem.Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam quaſi ſtadĳs quindecim. Multi autem
ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam,ut conſolarẽtur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut
audiuit quia Ieſus uenit,occurrit illi.Maria aũt domi ſedebat.Dixit ergo Martha ad Ieſum,Do/
mine,ſi fuiſſes hic,frater meus non fuiſſet mortuus.Sed & nunc ſcio, quia quæcunq; poposceris
à deo dabit tibi deus.Dixit illi Ieſus,Reſurget frater tuus. Dixit ei Martha, Scio quia reſurget
in reſurrectione in nouiſſimo die.Dixit ei Ieſus,Ego ſum reſurrectio & uita.qui credit in me, eti/
am ſi mortuus fuerit, uiuet.& omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis
hoc? Ait illi, Vtiq; domine,Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei,qui in hunc mundum ueni
ſti.Et cum hæc dixiſſet,abĳt, & uocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio dicens, Magiſter adeſt,
& uocat te.Illa ut audiuit,ſurrexit cito & uenit ad eum.Nõdum enim uenerat Ieſus in caſtellum,
ſed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha.Iudæi ergo qui erant cũ ea in domo,& con/
ſolabantur eam,cũ uidiſſent Mariam quia cito ſurrexit & exĳt,ſecuti ſunt eam,dicẽtes, Quia ua
dit ad monumentum ut ploret ibi.Maria ergo cum ueniſſet ubi erat Ieſus, uidens eũ cecidit ad
pedes eius,& dixit ei, Domine,ſi fuiſſes hic,nõ eſſet mortuus frater meus.Ieſus ergo ut uidit eam
plorantem,& Iudæos qui uenerant cum ea plorantes,infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum,& di
xit, Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei,Domine,ueni & uide.Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerũt ergo
Iudæi,Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt. Non poterat hic qui ape
ruit oculos cæci,facere ut hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, uenit ad
monumentum. Erat autem ſpelunca,& lapis ſuperpoſitus erat ei.Ait Ieſus: Tollite lapidem. Di/

xit ei Maria ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet: quatriduanus eſt enim. Dixit ei C
Ieſus: Nónne dixi tibi, quoniam ſi credideris, uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Ie-
ſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit: Pater: gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem
ſciebam quia ſemper me audis: ſed propter populum qui circunſtat dixi ut credant, quia tu me
miſiſti. Hæc cum dixiſſet, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et ſtatim prodiit qui fuerat
mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dicit eis Ieſus: Soluite
eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecit Ieſus,
crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ie-
ſus. Collegerunt ergo pontifices & phariſæi concilium, & dicebant: Quid faciemus, quia hic ho
mo multa ſigna facit: ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & uenient Romani & tollent
noſtrum & locum & gentem. Vnus autē ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet pōtifex anni illius,
dixit eis: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis: quia expedit nobis, ut unus moriatur homo pro
populo, & non tota gens pereat. Hæc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni
illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed ut filios dei
a 95 qui erant diſperſi, congregaret in unum. a Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ie-
IIII ſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudęos: ſed abiit in regionem iuxta deſertum, in ci-
b 96 uitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cū diſcipulis ſuis. b Proximum autē erat paſcha
I Iudæorum: c & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante paſcha ut ſanctificarent ſeip-
c 97 ſos. Quęrebant ergo Ieſum, & colloquebātur adinuicem in templo ſtantes: Quid putatis quia
X non uenit ad diem feſtum? Dederant autem pontifices & phariſæi mandatum, ut ſi quis cogno
uerit ubi ſit, indicet ut apprehendant eum. Cap. XII

a 98 IEſus ergo ante ſex dies paſchę uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus: quem ſuſcita-
I uit Ieſus. a Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus uero unus erat ex
diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici precioſi, & unxit pe-
des Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore unguenti. Dixit ergo D
unus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotis, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non ue-
nit trecētis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit aūt hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum,
ſed quia fur erat: & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Ieſus: Sine illam
ut in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud: Pauperes enim ſemper habebitis uobiſcum, me autē non
b 99 ſemper habebitis. b Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt: & uenerunt, non pro-
X pter Ieſum tantum, ſed ut Lazarum uiderent: quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem
principes ſacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis,
& credebant in Ieſum. c In craſtinum autem turba multa quæ uenerat ad diem feſtum, cum au-
c 100 diſſent quia uenit Ieſus Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam
I ei, & clamabant: Oſanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Iſrael. d Et inuenit Ieſus a-
d 101 ſellum, & ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptum eſt: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus uenit tibi ſedens
VII ſuper pullum aſinæ. e Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glorificatus eſt
e 102 Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerunt ei. Teſtimoniū ergo per-
X hibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum uocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à
mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi
f 103 ergo dixerunt ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus poſt eum abiit.
IIII Erant autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſe-
g 104 runt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eum, dicētes: Domine, uolumus
X Ieſum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. f Ie-
h 105 ſus autem reſpondit eis, dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis. g Amen amen dico uo-
III bis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mor-
i 106 tuum fuerit, multum fructum affert. h Qui amat animam ſuam perdet eam: & qui odit animam
X ſuam in hoc mundo, in uitam æternā cuſtodit eam. i Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Et ubi
k 107 ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.
IIII k Nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. l Sed propterea
l 108 ueni
X

A ueni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo, dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba autem quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij autem dicebant: Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus & dixit: Non propter me hæc uox uenit, ſed propter uos. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificãs qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis: Oportet exaltari filium hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum lumen in uobis eſt: Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quò uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus: & abijt & abſcondit ſe ab eis. Cum autẽ tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum: ut ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatũ eſt? [m] Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: ut non uideant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. [n] Hæc dixit Eſaias, quãdo uidit gloriam eius: & locutus eſt de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter phariſæos non confitebantur, ut de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerũt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. [o] Ieſus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui uidet me, uidet eum qui me miſit. [p] Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit uerba mea & non cuſtodierit, ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum, ſed ut ſaluificẽ mundum. Qui ſpernit me & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quẽ locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatũ dedit, quid dicã, & quid loquar. Et ſcio quia mandatũ eius uita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

m 109 I
n 110 X
o 111 I
p 112 X

Cap XIII

B ANte diem feſtum paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. [a] Et cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iſcariotis, [b] ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum uadit: [c] ſurgit à cœna & ponit ueſtimenta ſua. Et cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim: & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et uos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: propterea dixit, non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit ueſtimenta ſua, & cum recubuiſſet, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim uobis? [d] Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. [e] Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. [f] Amen amen dico uobis: non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. [g] Non de omnibus uobis dico: Ego ſcio quos elegerim, ſed ut adimpleatur ſcriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum. Amodo dico uobis priuſquam fiat, ut credatis cum factum fuerit, quia ego ſum. [h] Amen amen dico uobis, qui accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui miſit me. [i] Et cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. [k] Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli hæſitantes de quo diceret. [l] Erat autem recumbẽs unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus: Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaq; cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Domine, quis eſt? Reſpondit Ieſus, ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. [m] Et cum intinxiſſet

a 113 IX
b 114 III
c 115 X
d 116 III
e 117 X
f 118 III
g 119 X
h 120 I
i 121 IIII
k 122 I
l 123 X
m 124 IX

n 125 X panem,dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Et poſt buccellam tunc introiuit in eũ Satanas. Et dicit e
ei Ieſus: Quod facis,fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentiũ,ad quid dixerit ei. Quidam
enim putabant,quia loculos habebat Iudas,quod dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis
ad diem feſtum,aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille buccellam,exiuit continuo:
erat autẽ nox. Cum ergo exiſſet,dixit Ieſus: Nũc clarificatus eſt filius hominis, & deus clarifica-
tus eſt in eo. Si deus clarificatus eſt in eo:& deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarifi
cabit eum. Filioli,adhuc modicum uobiſcum ſum. Quæretis me,& ſicut dixi Iudæis,quò ego ua
do,uos non poteſtis uenire. Et uobis dico modo: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inui-
cem,ſicut dilexi uos,ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoſcẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis,
o 126 I ſi dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine quò uadis? Reſpõdit Ie
ſus: Quò ego uado,nõ potes me modo ſequi,ſequeris aũt poſtea. Dicit ei Petrus: Quare nõ poſ
ſum te ſequi modo? Animã meam pro te ponã. Reſpõdit ei Ieſus: Animã tuam pro me pones?
Amen amen dico tibi:nõ cantabit gallus,donec ter me neges. Cap. XIIII
a 127 X E Tait diſcipulis ſuis: Nõ turbetur cor ueſtrum. Creditis in deum,& in me credite. In domo
patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus dixiſſem uobis,quia uado parare uobis lo-
cum. Et ſi abiero & præparauero uobis locum,iterum uenio & accipiam uos ad meipſum: ut ubi
ſum ego,& uos ſitis. Et quò ego uado,ſcitis, & uiam ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine,neſcimus
quò uadis,& quomodo poſſumus uiam ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia,ueritas,& uita. Nemo
uenit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrẽ meum utique cognouiſſetis. Et amo-
do cognoſcitis eum,& uidiſtis eum. Dicit ei Philippus: Domine,oſtende nobis patrem,& ſufficit
nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcum ſum,& non cognouiſtis me Philippe? Qui uidet
me,uidet & patrem,quomodo tu dicis,oſtende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre,&
pater in me eſt? Verba quæ ego loquor uobis,à meipſo non loquor. Pater in me manẽs, ipſe fa-
cit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioqui propter opera ipſa credi-
te. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora ho- D
rum faciet,quia ego ad patrem uado. b Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc fa-
b 128 IIII ciam: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo,hoc faciã. Si diligitis me,
mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem,& alium paracletũ dabit uobis: ut maneat uobiſ
cum in æternum,ſpiritum ueritatis,quem mundus non poteſt accipere,quia non uidet eum,nec
ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud uos manebit,& in uobis erit. Non relinquam
uos orphanos,ueniam ad uos. Adhuc modicum,& mundus iam me non uidet. Vos autem ui-
debitis me,quia ego uiuo,& uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo:
c 129 I & uos in me,& ego in uobis. Qui habet mandata mea,& ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. c Qui au
tem diligit me,diligetur à patre meo:& ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. d Dicit ei
d 130 X Iudas,non ille Iſcariotis: Domine,quid factum eſt,quia manifeſtaturus es nobis teipſum,& non
mundo? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit, & pater meus
diliget eum:& ad eum ueniemus,& manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me,ſermo
e 131 I nes meos non ſeruat. e Et ſermonẽ quem audiſtis non eſt meus,ſed eius qui miſit me patris. Hæc
loquutus ſum uobis,apud uos manẽs. f Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in
f 132 X nomine meo,ille uos docebit omnia,& ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Pacẽ me
am relinquo uobis,pacem meã do uobis. Nõ quomodo mundus dat,ego do uobis. Non turbe-
tur cor ueſtrum,neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis,uado & uenio ad uos. Si diligeretis
me,gauderetis utiq;,quia uado ad patrẽ,quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis priuſquam
fiat: ut cum factum fuerit,credatis. Iam non multa loquar uobiſcum. Venit enim princeps mun-
di huius,& in me non habet quicquam. Sed ut cognoſcat mũdus quia diligo patrẽ:& ſicut man-
datum dedit mihi pater,ſic facio. Cap. XV
E Go ſum uitis uera,& pater meus agricola eſt. Omnem palmitẽ in me non ferentẽ fructum
tollet eum:& omnem qui fert fructũ,purgabit eũ ut fructum plus afferat. Iam uos mundi
eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum uobis: Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non
poteſt ferre fructum à ſemetipſo,niſi manſerit in uite: ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ego ſum
uitis

A uitis,uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo,hic fert fructum multum, quia ſine me nihil
poteſtis facere.Si quis in me non manſerit,mittetur foras ſicut palmes,& areſcet,& colligẽt eum a 133
& in ignem mittent,& ardet.[a] Si manſeritis in me, & uerba mea in uobis manſerint: quodcunq; IIII
uolueritis petetis,& fiet uobis.[b] In hoc clarificatus eſt pater meus, ut fructum plurimum affera/ b 134
tis,& efficiamini mei diſcipuli.Sicut dilexit me pater,& ego dilexi uos. Manete in dilectiõe mea. X
Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſer/
uaui,& maneo in eius dilectione:Hæc loquutus ſum uobis,ut gaudiũ meum in uobis ſit: & gau/ c 135
dium ueſtrum impleatur.Hoc eſt pręceptum meum, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos.[c] Ma/ IIII
iorem hac dilectionem nemo habet,quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.[d] Vos a/ d 136
mici mei eſtis,ſi feceritis quæ ego præcipio uobis.Iã non dico uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid X
faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos,quia omnia quæcunq; audiui à patre meo,nota fe e 137
ci uobis.Non uos me elegiſtis,ſed ego elegi uos,& poſui uos ut eatis & fructum afferatis, & fru/ IIII
ctus ueſter maneat:[e] ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,det uobis.[f] Hæc mãdo uo f 138
bis,ut diligatis inuicem.Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de X
mundo fuiſſetis,mundus quod ſuum erat diligeret.Quia uero de mundo nõ eſtis, ſed ego elegi g 139
uos de mundo,propterea odit uos mundus.[g] Mementote ſermonis mei, quem ego dixi uobis: III
Non eſt ſeruus maior domino ſuo.[h] Si me perſecuti ſunt,& uos perſequentur.Si ſermonem me h 140
um ſeruauerint,& ueſtrum ſeruabunt.[i] Sed hæc omnia facient uobis propter nomẽ meũ:[k] quia X
neſciunt eum qui miſit me.[l] Si non ueniſſem,& locutus fuiſſem eis,peccatũ non haberent. Nũc i 141
autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo.[m] Qui me odit,& patrem meum odit.[n] Si ope I
ra non feciſſem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent.Nunc autem & uiderunt:& k 142
oderunt me & patrem meum.Sed ut adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia o/ III
dio habuerunt me gratis.Cum autem uenerit paracletus,quem ego mittam uobis à patre, ſpiri/ l 143
tum ueritatis,qui à patre procedit,ille teſtimonium perhibebit de me, & uos teſtimonium perhi X
B bebitis,quia ab initio mecum eſtis. Cap. XVI m 144
Hæc loquutus ſum uobis,ut non ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt uos. Sed ueniet I
hora ut omnis qui interficit uos,arbitretur obſequium ſe præſtare deo. Et hæc facient uo/ n 145
bis,quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hæc loquutus ſum uobis, ut cum uenerit hora eo/ X
rum reminiſcamini,quia ego dixi uobis.[a] Hæc autem uobis ab initio non dixi: quia uobiſcum e/ a 146
ram. Et nunc uado ad eum qui miſit me,& nemo ex uobis interrogat me, quò uadis. Sed quia I
hæc loquutus ſum uobis,triſticia impleuit cor ueſtrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit
uobis ut ego uadam. Si enim ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, b 147
mittã eũ ad uos. Et cũ uenerit ille, arguet mũdum de peccato,& de iuſticia & de iudicio.De pec X
cato quidẽ:quia non crediderunt in me.De iuſticia uero, quia ad patrem uado: & iam non uide/
bitis me. De iudicio autem, quia princeps mundi huius iudicatus eſt. Adhuc multa habeo uo/
bis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit
uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur, &
quæ uentura ſunt, annunciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit
uobis.[c] Omnia quæcunq; habet pater,mea ſunt.[d] Propterea dixi, quia de meo accipiet: & an/ c 148
nunciabit uobis. Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia III
uado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, d 149
modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem.Dice/ X
bant ergo: Quid eſt hoc quod dicit, modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Ie/
ſus: quia uolebant eum interrogare,& dixit eis: De hoc quæritis inter uos,quia dixi: Modicum
& non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis: plorabitis &
flebitis uos: mundus autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini, ſed triſticia ueſtra uerte/
tur in gaudium. Mulier cum parit,triſticiam habet,quia uenit hora eius. Cum autem pepererit
puerum,iam non meminit preſſuræ,propter gaudium:quia natus eſt homo in mundum.Et uos
igitur nunc quidem triſticiam habetis. Iterum autem uidebo uos: & gaudebit cor ueſtrum, &
gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam.[e] Amen e 150
amen IIII

amen dico uobis:si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis. Vsq; modo non petistis c
f 151 quicquam in nomine meo:petite & accipietis,ut gaudium uestrum sit plenum. f Hæc in prouer/
X bijs locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis,sed palam de pa/
tre meo annunciabo uobis.In illo die in nomine meo petetis.Et non dico uobis,quia ego roga/
bo patrem de uobis.Ipse enim pater amat uos,quia uos me amastis,& credidistis,quia à deo ex
iui.Exiui à patre & ueni in mundum,iterum relinquo mundum & uado ad patrem. Dicunt ei di/
scipuli eius: Ecce nunc palam loqueris:& prouerbium nullum dicis. Nunc scimus,quia scis om/
g 152 nia,& non opus est tibi ut quis te interroget.In hoc credimus,quia à deo existi. g Respondit eis
IIII Iesus:Modo creditis?Ecce uenit hora,& iam uenit,ut dispergamini unusquisq; in propria,& me
h 153 solum relinquatis,& non sum solus,quia pater mecum est. h Hæc locutus sum uobis,ut in me pa
X cem habeatis.In mundo pressuram habetis:sed confidite,ego uici mundũ. Cap. XVII

HÆc locutus est Iesus:& subleuatis oculis in cœlum,dixit: Pater,uenit hora: clarifica filium
tuum,ut filius tuus clarificet te.Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis,ut omne quod de
disti ei det eis uitam æternam.Hæc est autem uita æterna,ut cognoscant te solum deũ uerum,&
quem misisti Iesum Christũ.Ego te clarificaui super terrã, opus cõsummaui quod dedisti mihi
ut faciam.Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum,claritate quam habui priusquã mũdus
fieret apud te.Manifestaui nomen tuũ hominibus,quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt,& mi
hi eos dedisti,& sermonẽ meum seruauerũt.Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi,
abs te sunt.Quia uerba quæ dedisti mihi,dedi eis. Et ipsi acceperũt,& cognouerunt uere,quia à
te exiui,& crediderunt,quia tu me misisti.Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his
quos dedisti mihi,quia tui sunt,& mea omnia tua sunt, & tua mea sunt,& clarificatus sum in eis.
Et iam non sum in mundo,& hi in mundo sunt,& ego ad te uenio.Pater sancte, serua eos in no/
mine tuo quos dedisti mihi,ut sint unum sicut & nos.Cum essem cum eis,ego seruabã eos in no
mine tuo.Quos dedisti mihi custodiui:& nemo ex eis periit nisi filius perditionis,ut scriptura im
pleatur.Nunc autem ad te uenio,& hæc loquor in mũdo, ut habeant gaudium meũ impletũ in D
semetipsis.Ego dedi eis sermonẽ tuum:& mundus eos odio habuit:quia non sunt de mundo:si
cut & ego non sum de mundo.Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. De
mundo non sunt:sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas
est.Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum.Et pro eis ego sanctifico me/
ipsum: ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem rogo tantum: sed & pro eis qui
credituri sunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint; sicut tu pater in me, & ego in te,
& ut ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam de/
disti mihi,dedi eis ut sint unum sicut & nos unum sumus.Ego in eis, & tu in me:ut sint cõsumma
ti in unũ,& cognoscat mũdus,quia tu me misisti,& dilexisti eos,sicut & me dilexisti. Pater, quos
a 154 dedisti mihi uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti
III mihi,quia dilexisti me ante constitutionem mundi. a Pater iuste mundus te nõ cognouit,ego au/
b 155 tem te cognoui. b Et hi cognouerũt,quia tu me misisti.Et notum feci eis nomen tuũ,& notum fa
X ciam:ut dilectio qua dilexisti me,in eis sit,& ego in ipsis. Cap. XVIII
a 156 I Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat
b 157 X hortus,in quem introiuit ipse & discipuli eius. b Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum,
c 158 locum,quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. c Iudas ergo cum accepisset co
I hortem,& à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis & facibus & armis. d Ie
d 159 sus itaq; sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis? Re/
X sponderunt ei:Iesum Nazarenum.Dixit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui trade/
bat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis,ego sum:abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Iterum
ergo interrgauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt:Iesum Nazarenum. Respondit Iesus:
Dixi uobis,quia ego sum:Si ergo me quæritis,sinite hos abire,ut impleretur sermo quem dixit:
e 160 Quia quos dedisti mihi: nõ perdidi ex eis quẽq; . e Simon ergo Petrus habẽs gladiũ eduxit eũ,
I
f 161 & percussit pontificis seruũ,& abscidit auriculãeius dexterã. Erat autem nomẽ seruo Malchus.
I f Dixit ergo Iesus Petro:Mitte gladium in uaginã,calicẽ quem dedit mihi pater, nõ bibã illum?

g Cohors

A [g] Cohors aũt & tribunus & miniſtri Iudæorũ cõprehenderunt Ieſum & ligauerũt eum: [b] & adduxerunt eũ ad Annam primũ. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. Erat autem Caiphas qui conſiliũ dederat Iudæis: quia expedit unũ hominẽ mori pro populo. [i] Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus & alius diſcipulus. [k] Diſcipulus aũt ille erat notus põtifici: & introiuit cum Ieſu in atriũ pontificis. [l] Petrus aũt ſtabat ad oſtiũ foris. [m] Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrũ. [n] Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. [o] Stabant autẽ ſeruí & miniſtri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebãt ſe. Erat aũt cum eis & Petrus ſtans & calefaciẽs ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. [p] Reſpõdit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum in mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga & in templo: quo omnes Iudęi cõueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. [q] Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. [r] Hæc aũt cum dixiſſet, unus aſſiſtẽs miniſtrorũ, dedit alapã Ieſu dicens: Sic reſpondes pontifici? [s] Reſpõdit ei Ieſus: Si male locutus ſum: teſtimonium perhibe de malo: ſi aũt bene, quid me cædis? [t] Et miſit eũ Annas ligatũ ad Caipham pontificẽ. [u] Erat autẽ Simon Petrus ſtans, & calefaciẽs ſe. Dixerũt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nõ ſum. Dicit unus ex ſeruis pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculã, Nónne ego te uidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. [x] Adducũt ergo Ieſum ad Caipham in prætoriũ. Erat aũt mane, [y] & ipſi nõ introierunt in prætoriũ: ut non contaminarentur ſed ut manducarẽt paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerũt ei: Si non eſſet hic malefactor, nõ tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos: & ſecundum legem ueſtram iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam: ut ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. [z] Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Reſpondit
B Ieſus, A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? [a] Reſpondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpondit Ieſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utiq; decertarent ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc. [b] Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu. Reſpondit Ieſus, tu dicis, quia rex ſum ego. [c] Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Omnis qui eſt ex ueritate, audit uocẽ meam. Dixit ei Pilatus, Quid eſt ueritas? Et cum hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudæos, [d] & dixit eis, Ego nullam inuenio in eo cauſam. [e] Eſt autẽ conſuetudo, ut unũ dimittã uobis in paſcha, uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum? [f] Clamauerũt rurſum omnes, dicentes, Non hunc, ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

Cap. XIX

T [a] Vnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerũt capiti eius, & ueſte purpurea circũdederunt eũ, & ueniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorũ, & dabant ei alapas. [b] Exiuit ergo iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eum uobis foras, ut cognoſcatis, qa nullã inuenio in eo cauſam. [c] Exiuit ergo Ieſus portans coronã ſpineã & purpureum ueſtimentũ. Et dicit eis, Ecce homo. [d] Cũ ergo uidiſſent eum põtifices & miniſtri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. [e] Dicit eis Pilatus, Accipite eum
f 190 uos, & crucifigite. [f] Ego enim non inuenio in eo cauſam. [g] Reſponderunt ei Iudæi, Nos legem
IX habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. [h] Cum ergo audiſſet Pilatus
g 191 hunc ſermonem, magis timuit, & ingreſſus eſt prætorium iterum & dicit ad Ieſum, Vnde es tu?
X Ieſus autẽ reſponſum non dedit ei. [i] Dixit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Neſcis quia poteſta
h 192 tem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus, Non haberes po-
IIII teſtatem aduerſus me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper, propterea qui me tradidit tibi, maius
i 193 peccatum habet. & exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes,
X Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris? Omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cũ audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur lithoſtratos, Hebraice autem gabatha (erat autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta) & dicit Iudæis

g 162 I
b 163 X
i 164 IIII
k 165 X
l 166 I
m 167 X
n 168 I
o 199 X
p 170 I
q 171 X
r 172 I
s 173 X
t 174 I
u 175 I
x 176 I
y 177 X
z 178 I
a 179 X
b 180 IIII
c 181 X
d 182 IX
e 185 IIII
f 184 I
a 185 IIII
b 186 IX
c 187 IIII
d 188 I
e 189 X

k 194 Iudæis:Ecce rex ueſter.[k] Illi aũt clamabãt: Tolle,tolle,crucifige eũ. [l]Dixit eis Pilatus:Regem ue C
I ſtrum crucifigã?Reſponderũt pontifices:Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ.[m] Tunc ergo tradidit
l 195 eis illum,ut crucifigeretur.[n] Suſceperunt aũt Ieſum, & eduxerũt eũ: & baiulans ſibi crucẽ,exiuit
X
m 196 in eum qui dicitur caluariæ locũ,Hebraice autẽ golgotha: ubi crucifixerunt eũ:[o] & cum eo alios
I duos hinc & hinc,mediũ autem Ieſum.[p] Scripſit aũt & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem.
n 297 Erat aũt ſcriptum:Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.[q] Hunc ergo titulũ multi Iudæorũ legerunt:
I quia prope ciuitatẽ erat locus ubi crucifixus eſt Ieſus: & erat ſcriptũ Hebraice, Græce & Latine.
o 198 Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorũ:Noli ſcribere,rex Iudæorũ:ſed quia ipſe dixit:rex ſum
I Iudęorũ.Reſpõdit Pilatus:Quod ſcripſi,ſcripſi.[r] Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt ue
p 199 ſtimenta eius:& fecerũt quatuor partes,unicuicꝫ militi partẽ & tunicam.Erat aũt tunica inconſu
I tilis,deſuper cõtexta per totũ.Dixerũt ergo adinuicem:Non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa
q 200 cuius ſit:ut ſcriptura impleret,dicens:Partiti ſunt ueſtimẽta mea ſibi: & in ueſtẽ meam miſerunt
X ſortem.Et milites quidẽ hæc fecerũt.[s] Stabant aũt iuxta crucem Ieſu mater eius: & ſoror matris
r 201 eius,Maria Cleophę,& Maria Magdalene.Cũ uidiſſet ergo Ieſus matrẽ & diſcipulum ſtantem
I quem diligebat,dixit matri ſuæ:Mulier ecce filius tuus.Deinde dicit diſcipulo:Ecce mater tua.Et
s 202 ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuã.[t] Poſtea ſciens Ieſus quia iam omnia cõſummata ſunt:ut
X conſummaretur ſcriptura,dixit:Sitio. Vas autem erat poſitũ aceto plenũ. Illi autem ſpongiam
t 203 plenam aceto hyſſopo circũponentes,obtulerunt ori eius.[u] Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum,
IIII dixit Conſummatum eſt,& inclinato capite,tradidit ſpiritum.[x] Iudæi ergo quoniam paraſceue
u 204 erat,:ut non remanerent in cruce corpora ſabbato,erat enim magnus dies ille ſabbati,rogauerũt
I Pilatum,ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fre
x 205 gerunt crura,& alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt
X eum iam mortuum,non fregerunt eius crura,ſed unus militum lancea latus eius aperuit: & con
tinuo exiuit ſanguis & aqua.Et qui uidit, teſtimonium perhibuit, & uerum eſt teſtimoniũ eius.
Et ille ſcit quia uera dicit,ut & uos credatis.Facta ſunt enim hæc ut ſcriptura impleretur:Os non D
y 206 comminuetis ex eo.Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem transfixerũt.[y] Poſt hoc au
I tem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia: eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus aũt propter
z 207 metum Iudæorum,ut tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu.
X [z] Venit autem & Nicodemus qui uenerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ
a 208 & alocs quaſi libras centum.[a] Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt eum linteis cum aro
I matibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt hortus, & in horto
monumentum nouũ,in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iu
dæorum,quia iuxta erat monumentum,poſuerunt Ieſum. Cap. xx

a 209 [a]VNa autem ſabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebræ eſſent ad monu
I mentũ:& uidit lapidem ſublatũ à monumento.[b] Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Pe
b 210 trum,& ad alium diſcipulum quem amabat Ieſus,& dicit illis: Tulerunt dominũ de monumẽto:
X & neſcimus ubi poſuerunt eum. Exĳt ergo Petrus & ille alius diſcipulus & uenerunt ad monu
mentum. Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & uenit
primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet, uidit poſita linteamina, non tamen introiuit.
Venit ergo Simon Petrus ſequens eum,& introiuit in monumentum, & uidit linteamina poſi
ta & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim in
uolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui uenerat primus ad monumen
tum:& uidit & credidit, nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oportet eum à mortuis reſur
c 211 gere.Abierunt ergo diſcipuli iterum ad ſemetipſos.[c] Maria autem ſtabat ad monumentum fo
I ris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentum. Et uidit duos angelos
d 212 in albis ſedentes,unum ad caput,& unum ad pedes ubi poſitum erat corpus Ieſu.[d] Dicunt ei illi:
X Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dominum meum,& neſcio ubi poſuerunt eũ. Hæc
cum dixiſſet,conuerſa eſt retrorſum, & uidit Ieſum ſtantem & non ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit
ei Ieſus,Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet,dixit ei,Domi
ne, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Dixit ei Ieſus, Maria.

Conuerſa

A Conuersa illa dixit ei:Rabboni,quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere: nondum C
enim ascendi ad patrem meũ. Vade autem ad fratres meos,& dic eis:Ascendo ad patrem meum
& patrem uestrum,& deum meum & deum uestrum. Venit Maria Magdalene annuncians di/
scipulis:quia uidi dominum,& hæc dixit mihi.[e] Cum ergo sero esset die illo una sabbatorũ,& fo e 213
res essent clausæ,ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum:uenit Iesus & stetit in IX
medio,& dixit eis:Pax uobis.Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.[f] Gauisi sunt ergo f 214
discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterũ:Pax uobis.Sicut misit me pater,& ego mitto uos.Hoc X
cum dixisset,insufflauit & dixit eis:Accipite spiritum sanctum.[g] Quorum remiseritis peccata,re/ g 215
mittuntur eis,& quorum retinueritis,retenta sunt.[h] Thomas autem unus de duodecim, qui dici/ VII
tur Didymus non erat cum eis quando uenit Iesus.Dixerũt ergo ei alij discipuli:Vidimus domi/ h 216
num. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum X
meum in locum clauorum,& mittam manũ meam in latus eius,non credam.[i] Et post dies octo i 217
iterum erant discipuli eius intus & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis,& stetit in medio, IX
& dixit eis:Pax uobis.Deinde dicit Thomæ:Infer digitũ tuum huc, & uide manus meas,& affer
manum tuam & mitte in latus meum,& noli esse incredulus, sed fidelis.[k] Respondit Thomas & k 218
dixit ei:Dominus meus & deus meus.Dicit ei Iesus: Quia uidisti me credidisti? Beati qui non ui/ X
derunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum
quæ non sunt scripta in libro hoc.Hæc autem scripta sunt ut credatis: quia Iesus est Christus fi/
lius dei,& ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Cap. XXI.

P[a] Ostea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis.Manifestauit aũt sic:Erant simul Si a 219
mon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat in Cana Galilææ, & IX
filij Zebedæi,& alij ex discipulis eius duo.Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Ve/
nimus & nos tecum.Et exierunt & ascenderunt in nauim,& illa nocte nihil prendiderunt. Mane
aũt iam facto,stetit Iesus in littore:non tamen cognouerũt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis
B Iesus:Pueri,nunquid pulmentariũ habetis? Responderũt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram D
nauigij rete,& inuenietis: Miserunt ergo retia, & iam non ualebant illud trahere præ multitudi/
ne piscium.[b] Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro: Dominus est. Simon Petrus b 220
cum audisset quia dominus est,tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij aũt X
discipuli nauigio uenerunt.Non enim longe erant à terra,sed quasi cubitis ducentis,trahentes re/ c 221
te piscium.[c] Vt ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositũ & IX
panẽ. Dicit eis Iesus:Afferte de piscibus quos prẽdidistis nunc.[d] Ascendit Simon Petrus & traxit d 222
rete in terrã plenũ magnis piscibus,centũ quinquagintatribus.Et cũ tanti essent,nõ est scissum re/ IX
te.[e] Dicit eis Iesus: Venite, prandete.[f] Et nemo audebat discumbentiũ interrogare eũ,tu quis es: e 223
sciẽtes quia dñs est.[g] Et uenit Iesus & accepit panẽ & dabat eis,& piscem similiter.[h] Hoc iam ter/ IX
tio manifestatus est Iesus discipulis suis cũ surrexisset à mortuis.Cũ ergo prandisset, dicit Simo f 224
ni Petro Iesus:Simon Ioãnis diligis me plus his? Dicit ei:Etiam dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei: X
[i] Pasce agnos meos.Dicit ei iterũ:[k] Simon Ioãnis diligis me? At ille: Etiam dñe, tu scis quia amo g 225
te.Dicit ei iterũ.[l] Pasce agnos meos.Dicit ei tertio:[m] Simon Ioãnis amas me. Cõtristatus est Pe/ IX
trus quia dixit ei tertio,amas me:& dixit ei:Dñe,tu omnia nosti:tu scis quia amo te.Dicit ei:[n] Pa/ h 226
sce oues meas.[o] Amen amẽ dico tibi:cũ esses iunior cingebas te & ambulabas ubi uolebas. Cum X
aũt senueris,extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quò tu non uis.Hoc aũt dixit signifi/ i 227
cans,qua morte clarificaturus esset deũ.Et cũ hoc dixisset,dicit ei:Sequere me. Cõuersus Petrus, IX
uidit illum discipulũ quem diligebat Iesus sequentem: qui & recubuit in cœna super pectus eius k 228
& dixit:Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cũ uidisset Petrus, dixit Iesu: Domine hic aũt X
quid? Dicit ei Iesus:Si eum uolo manere donec ueniã,quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo ser/ l 229
mo inter fratres:quia discipulus ille non moritur,& non dixit ei Iesus,non moritur,sed: si eũ uolo IX
manere donec ueniã,quid ad te? Hic est discipulus qui testimoniũ perhibet de his,& scripsit hæc, m 230
& scimus quia uerum est testimoniũ eius.Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur X
per singula:nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Euangelij secundum Ioannem finis.

n 231
IX
o 232
X

DIVI HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROOEMIVM.

PAVCI admodum dies sunt ex quo epistolam Pauli ad Philemonem interpretatus ad Galatas transcenderam: multis retrorsum in medio prætermissis, & ecce subito literæ mihi de urbe allatæ sunt: nunciantes & Albinam uenerabilem anum præsentiæ domini redditam, & sanctam Marcellam matris contubernio destitutam, magis nunc uestrum ò Paula & Eustochium flagitare solatium. Et quia hoc interim fieri non potest propter grādia maris in medio spacia atq; terrarum: repente uulnus impressum saltem scripturarum uellem curare medicamine. Scio equidem ardorem eius, scio fidem, quam flammam semper habeat in pectore, superare sexum, obliuisci hominis, & diuinorum uoluminum tympano cōcrepante, rubrum huius seculi pelagus transfretare. Certe cum Romæ essem, nunquam tam festina me uidit ut non de scripturis aliquid interrogaret. Neq; uero more Pythagorico quicquid responderam rectum putabat: nec sine ratione præiudicata apud eam ualebat autoritas: sed examinabat omnia & sagaci mente uniuersa pensabat: ut me sentirem non tam discipulam habere cp̄ iudicem. Itaq; quod & illi absenti pergratum fore, & uobis quæ in præsentiarū estis utile existimo: aggrediar opus intentatum ante me linguæ nostræ scriptoribus, & à Græcis quoq; ipsis uix paucis, ut rei poscebat dignitas usurpatum. Non quia ignorem Caium Marium Victorinū, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, ædidisse cōmentarios in Apostolum: sed quod occupatus ille eruditione secularīū literarum, scripturas omnino sanctas ignorauerit, & nemo possit quāuis eloquens de eo bene disputare quod nesciat. Quid igitur, ego stultus aut temerarius qui id pollicear quod ille non potuit? Minime. Quinpotius in eo ut mihi uideor cautior atq; timidior, quod imbecillitatem uirium mearum sentiens, Origenis commentarios sum secutus. Scripsit enim ille uir in epistolam Pauli ad Galatas
B quinq; propria uolumina, & decimum Stromatum suorum librum cōmatico super explanatione eius sermone cōpleuit: tractatus quoq; uarios & excerpta quæ uel sola possint sufficere composuit. Prętermitto Didymum uidentem meum, & Laodicenū de ecclesia nuper egressum, & Alexandrum ueterem hæreticum: Eusebium quoq; Emesenum, & Theodorum Heracliotem, qui & ipsi nonnullos super hac re cōmentariolos reliquerūt. E quibus si uel pauca decerperem, fieret aliquid quod non penitus contemneretur. Itaq; ut simpliciter fatear: legi hæc omnia, & in mente mea plurima coaceruans, accito notario uel mea uel aliena dictaui: nec ordinis, nec uerborum interdum, nec sensuum memoriam retentans. Iam domini tantum misericordiæ est, ne per imperitiam nostrā ab alijs benedicta dispereant, & non placeāt inter extraneos quæ placent inter suos. Argumentum itaq; epistolæ huius breuiter comprehendens: hac præfatione commoneo: ut scias eandem esse materiam & epistolæ Pauli ad Galatas, & quæ ad Romanos scripta est. Sed hoc differre inter utramq;: quod in illa altiori sensu & profundioribus usus est argumentis: hic quasi ad eos scribens de quibus in consequentibus ait: O insensati Galatæ, & sic insipientes estis: tali sermone moderatus est: quod increparet potius quàm doceret, & quem possent stulti intelligere: ut communes sententias communi oratione uestiret, & quos ratio suadere non poterat, reuocaret autoritas. Nullus quidem Apostoli sermo est: uel per epistolam uel præsentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera deposita, & omnia illa quæ in typis & imaginibus præcesserunt, id est ocium sabbati: circuncisionis iniuriam: Kalendarum & trium per annum solennitatum recursus: scrupulositatem ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia euangelij subrepente cessasse: quam non sanguis uictimarum sed fides animæ credentis impleret. Verum alibi pro parte, & ut se aliud agenti hæc quæstio obtulerat, ex latere disputatum est, & penè perstrictum. In his autem duabus ut dixi epistolis, specialiter antiquæ legis cessatio & nouæ introductio continetur. Sed ad Galatas hoc proprium habet: quod non scribit ad eos qui ex Iudæis in Christum crediderant, & paternas putabant ceremonias obseruandas: sed ad eos qui ex gentibus fidem euangelij receperant, & rursum retro lapsi, quo-
rundam fuerant autoritate deterriti: asserentiū Petrum quoq; & Iacobum, & totas Iudææ eccle-
sias

A sias, euangelium Christi cum lege ueteri miscuisse. Ipsum etiam Paulum aliud in Iudæa facere, C
aliud nationibus prædicare: & frustra eos in crucifixum credere, si id negligendum putarēt, quod
apostolorum principes obseruarent. Quamobrem ita caute inter utrunq; & medius incedit: ut
nec euangelij prodat gratiam pressus pondere & autoritate maiorum, nec præcessoribus faciat
iniuriā, dum assertor est gratiæ: oblique uero & quasi per cuniculos latenter incedens: ut Petrum
doceat pro commissa sibi circuncisionis plebe facere, ne ab antiquo repente uiuendi more desci-
scens, in crucem scandalizata non crederet: & sibi prædicatione gentiū credita, æquum esse id pro
ueritate defendere, quod alius pro dispensatione simularet. Quod nequaquam intelligens Bata-
neotes & sceleratus ille Porphyrius, in primo operis sui aduersum nos libro: Petrum à Paulo ob-
iecit esse reprehensum: quod non recto pede incederet ad euangelizandum, uolens & illi macu-
lam erroris inurere, & huic procacitatis, & in commune ficti dogmatis accusare mendacium, dum
inter se ecclesiarum principes discrepent. Quæ quidem & nunc orantibus uobis leuiter quo sen-
su sint dicta contingimus, & in suis locis plenius exequemur. Sed iam tempus est, ut ipsius apo-
stoli uerba ponentes, singula quæq; pandamus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in epistolam ad Galatas
liber primus.

PAulus apostolus, nō ab hominibus neq; per hominem &c.] Non superbe, ut q dam putāt sed necessarie, neq; ab homini-
bus, neq; per homi-
nem se apostolum es-
se proponit: sed p Ie-
sum Christum & deū
B patrē: ut eos qui Pau-
lum extra duodecim apostolos uentilabant, & nescio un-
de subito prorupisse, uel à maioribus ordinatum astrue
bant, hac autoritate confunderet. Potest autem & obliq;
in Petrum & in cæteros dictum accipi: quod non ab apo
stolis ei sit traditum euangelium: sed ab ipso Iesu Chri-
sto, qui & illos apostolos elegerat. Hoc autem totū ideo
præparatur, ut nemo sibi contra legis onera pro euan-
gelij gratia disputanti, possit opponere, sed Petrus hoc
dixit, sed apostoli hoc statuerunt, sed præcessores tui a-
liud decreuerunt. Quod quidem in sequentibus nunc
quasi occulto sermone præludēs manifestius facit, dum
ab eis qui uidentur esse aliquid nihil in se collatum re-
fert, & ipsi Petro in faciem restitisse se scribit: nulla se di-
cens necessitate compulsum ut hypocrisi cederet Iudæo
rum. Quod si temerarium quibusdam uidetur eum con
tra apostolos quamuis occulte locutum: qui Hierosoly-
mam idcirco perrexerit: ut cum eis conferret euangeliū:
ne forte in uacuum curreret, aut cucurrisset, illo intelli-
gentiam transferamus: Vsq; hodie à patriarchis Iudæo-
rum apostolos mitti: à quibus etiam tunc reor Galatas
deprauatos legem obseruare cœpisse: uel certe alios de
Iudæis credentibus in Christum perrexisse Galatiam,
qui assererent Petrum quoq; apostolorum principem
& Iacobū fratrem domini, legis ceremonias custodire.
Ad distinctionem itaq; eorum qui mittuntur ab homini
bus, & sui q sit missus à Christo, tale sumpsit exordiū.
Paulus apostolus: non ab hominibus, neq; per hominē.
Ἀπόστολος autem hoc est missus: Hebræorum proprie uo
cabulū est: quod Silas quoq; sonat: cui à mittendo Mis-
so nomen impositū est. Aiunt Hebræi inter ipsos quoq;
prophetas & sanctos uiros esse quosdam qui & prophe-
tæ & apostoli sint: alios uero qui tantum prophetæ. De-
Exod.3.c niq; Moysen, cui dicitur: Et ego mittam te ad Pharao-
nem, & ipse respondeat: prouide alium quem mittas: Et
Esa.6.c Esaiam, cui loquitur deus: Quem mittā, & quis ibit ad
populum istum: esse & apostolos & prophetas. Vnde &
nos possumus intelligere Ioannem quoq; baptistam, &
prophetam & apostolum appellandum: siquidem ait
scriptura: Fuit homo missus à deo cui nomen erat Ioan-
nes. Et in epistola ad Hebræos propterea Paulum solita
consuetudine nec nomen suum, nec apostoli uocabu- Heb.3.a
lū præposuisse: quia
de Christo erat dictu
rus: Habentes ergo
principem sacerdotū
& apostolum confes-
sionis nostræ Iesum:
nec fuisse congruum
ut ubi Christus apo-
stolus dicendus erat,
ibi etiam Paulus apo D
stolus poneretur. Quatuor autem genera apostolorum
sunt. Vnum, quod neq; ab hominibus est, neq; per homi
nem, sed per Iesum Christum & deum patrem. Aliud
quod à deo quidem est, sed per hominē. Tertium, quod
ab homine non à deo. Quartum, quod neq; à deo neq;
per hominē, neq; ab homine, sed à semetipso. De primo
genere potest esse Esaias cæteriq; prophetæ, & ipse apo-
stolus Paulus: qui neq; ab hominibus neq; per hominē,
sed à deo patre & Christo missus est. De secundo, Iesus fi
lius Naue: qui à deo quidem est apostolus constitutus,
sed per hominem Moysen. Tertiū genus est: cum homi-
num fauore & studio aliquis ordinatur. Vt nunc uide-
mus plurimos nō dei iudicio, sed redempto fauore uul-
gi in sacerdotiū subrogari. Quartum est pseudoprophe
tarū, & pseudoapostolorū. De quibus Apostolus: Istiusmodi, inquit, pseudoapostoli, operarij iniquitatis: transfigurantes se in apostolos Christi, qui dicunt: Hæc dicit dominus: & dominus non misit eos. Verum non talis a-
postolus Paulus, qui neq; ab hominibus neq; per homi
nem, sed à deo patre per Iesum Christum missus est.
Ex quo approbatur, Hebionis & Photini etiam hinc hæ
resis retundenda, quod dominus noster Iesus Christus
deus sit: dū apostolus qui à Christo ad prædicationem
euāgelij missus est, negat se missum esse ab homine. Sub
repunt hoc loco cæteræ hæreses: quæ putatiuam Christi
carnem uendicantes: deum aiūt Christū esse, non homi
nem. Necnon & noua hæresis: quæ dimidiatā Christi as-
serit dispensationē. Atq; ita ecclesiæ fides inter tanta fal-
sorum dogmatum naufragia constituta: si Christū fatea
tur hominē: Hebion Photinus'q; subrepūt. Si deum esse
contenderis: Manichæus & Marcion, & nouelli dogma-
tis autor ebulliunt. In cōmune itaq; audiant: Christum
& deum esse & hominē. Nō quod alius deus sit, & alius
homo: sed qui deus semper erat, homo ob nostrā salutē
esse dignatus est. Sciendū quoq; in Marcionis apostolo
non esse scriptū, & per deum patrem: uolentis exponerē

AD GALATAS

PAVLVS apostolus non ab hominibus, neque per hominem: sed per Iesum Chri-
stū & deū patrē qui suscitauit eū à mortuis. Et qui

Et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de præsenti seculo malo secundum uoluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum amen. Miror quod tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiã Christi Iesu in aliud euãgelium quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui uos conturbant

A Christum non à deo patre, sed per semetipsum suscitatum: ut est illud: Soluite templum hoc & ego in triduo suscitabo illud. Necnon & alibi: Nemo tollit animã meã à me, sed ego pono eam à me ipso: Potestatem habeo ponendi eam, & rursum potestatem habeo sumendi illam. Ioan.2.d

a ¶ Et qui mecũ sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ &c.] In alijs epistolis, Sosthenes & Siluanus, interdum & Timotheus in exordio præponũtur: in hac tantũ quia necessaria erat autoritas plurimorum, omnium fratrum nomẽ assumit. Qui & ipsi forsitan ex circũcisione erant, & à Galatis non contemptui ducebãtur. Plurimum quippe facit ad populum corrigendum, multorum in una re sententia atq; cõsensus. Quod autem ait: ecclesijs Galatiæ, & hoc notandum quia hic tantũ generaliter non ad unam ecclesiam unius urbis, sed ad totius prouinciæ scribat ecclesias, & ecclesias uocet, quas postea errore arguat deprauatas. Ex quo noscendum dupliciter ecclesiã posse dici, & eam quæ non habeat maculam aut rugam, & uere corpus Christi sit, & eã quæ in Christi nomine absq; plenis perfectisq; uirtutibus congregetur. Quomodo sapientes bifariam nuncupantur: tam hi qui sunt plenæ perfectæq; uirtutis q̃ illi qui incipiunt & in profectu positi sunt. De perfectis dicitur: mittam in uos sapientes. Prouer.9.b De incipientibus: Argue sapientem & diliget te. Qui eñ plenæ consummatæq; uirtutis est, correptione non indiget. Iuxta hunc sensum de cæteris quoq; uirtutibus intelligendum: quod scilicet fortis & prudẽs, pius, castus, B iustus, & temperans, interdum plene, interdum abusiue accipiat. b ¶ Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo &c.] Nõ ut in cæteris epistolis, dei patris & domini nostri Iesu Christi gratiam ponit & pacem: per quas absq; operum merito, & peccata nobis concessa sunt pristina, & pax indulta post ueniam: sed prudenter iam causam agit aduersum eos qui fuerant à lege præuenti, & putabant se posse ex operibus iustificari: ut scirent se saluos gratia in eo perseuerare debere quod cœperant. c ¶ Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris &c.] Neq; filius se dedit pro peccatis nostris absq; uoluntate patris: neq; pater tradidit filiũ sine filij uolũtate: sed hæc est uoluntas filij, uoluntatẽ patris Psal.39.b implere: ut ipse loquitur in psalmo: Vt facerem uoluntatem tuam, deus meus uolui. Dedit se autem filius: ut iniusticiam quæ erat in nobis, iusticia ipse subuerteret. Tradidit se sapientia, ut insipientiam expugnaret. Sanctitas & fortitudo se obtulit: ut spurcitiam infirmitatemq; deleret. Atq; ita nõ solum in futuro seculo iuxta promissam spem qua credimus, sed etiã hic de præsenti seculo nos liberauit: dum cõmortui Christo transfiguramur in nouitatem sensus, & non sumus de hoc mundo, à quo merito nec amamur. Quæritur quomodo præsens seculum malum dictum sit. Solent quippe hæretici hinc capere occasiones: ut alium lucis & futuri seculi, alium tenebrarum & præsentis asserant cõditorem. Nos autem dicimus, non tam seculum ipsum quod die ac nocte annis currit & mensibus appellari malum, quàm ὁμωνύμως ea quæ in seculo fiant: quomodo sufficere dicitur dici Gen.47.b malicia sua, & dies Iacob modici esse scribuntur & pessimi. Non quo spacium temporis in quo uixit Iacob malum fuerit, sed quo ea quæ sustinuit, per uaria eum exercuerint tentamẽta. Deniq; eo tempore quo ille pro coniugibus seruiebat, & multis conflictabat angustijs: Esau in requie erat: atq; ita idem temporis spaciũ, alij bonum Eccẽs.7.b alij malum fuit. nec scriptum esset in Ecclesiaste: Ne dixeris quia dies mei priores erant boni super istos: nisi ad discrimen malorum. Vnde Ioannes ait: Mundus omnis C 1.Ioan.5.d in maligno positus est. Non quod mũdus ipse sit malus, sed quod mala in mundo fiant ab hominibus: manduce Esa.22.d mus & bibamus dicẽtibus, cras enim moriemur. Et ipse Apostolus: Redimentes, inquit, tempus: Eph.5.d quia dies mali sunt. Infamantur & saltus cum latrocinijs plenis sunt: non quo terra peccet & syluæ, sed q̃ infamiã homicidij loca quoq; traxerint. Detestamur & gladium, quo humanus effusus est cruor, & calicem in quo uenenũ temperatũ est, nõ gladij calicisq; peccato: sed quod odium mereantur illi qui his male usi sunt. Ita & seculũ quod est spaciũ temporũ, non per semetipsum aut bonũ aut malũ est: sed per eos qui in illo sunt, aut bonũ appellatur aut malũ. Quapropter Valentini delyramẽta & fabulæ cõtemnendæ sunt: q̃ triginta αἰῶνας suos ex eo quod in scripturis secula legant affinxit: dicens eos esse animalia, & per quadradas & ogdoadas, decadas quoq; & duodecadas tot ædidisse numeros seculorũ: quot Aeneia fœtus scropha genera uit. Quærendũ quoq; quid sit inter seculũ & seculũ seculi siue secula seculorũ: & ubi pro breui temporis spacio, ubi pro æternitate ponat: quia in Hebræo seculũ, id est עולם ubi ה literã posita habuerit, æternitatẽ significat: ubi uero sine ה scribit, annũ quinquagesimũ: quẽ Exo.21.d illi Iobileũ uocant. Ob hanc causam & ille Hebræus qui propter uxorẽ & liberos amans dñm suũ, aure pertusa seruitio subiugat, seruire iubet in seculũ: hoc est usq; ad D annũ quinquagesimũ. Et Moabitæ & Amonitæ non in- Deut.23.d grediuntur ecclesiã dñi, usq; ad quintã & decimã generationẽ & usq; in seculũ: Quia omnis dura conditio, Iobilei soluebatur aduentu. Quidã dicunt eundẽ esse sensum in seculis seculorũ: quẽ in sanctis sanctorũ, in cœlis cœlorũ, in operibus operũ, in canticis canticorũ: & quã habent differentiã cœli ad eos quorũ cœli sunt, & sancta quæ sanctorũ cõparatione sunt sanctiora, & opera quæ operum prælatione meliora sunt, & cantica quæ inter cantica uniuersa præcellunt: eandem habere & seculũ, quæ seculorũ collatione sunt secula. Præsens itaq; seculum ita ediserunt, ut dicant ex eo tempore illud esse numerãdũ ex quo cœlũ & terra sunt cõdita, & currere usq; ad cõsummationẽ mundi, quo Christus iudicaturus est omnia. Reuocant quoq; ultra, & in priora promouent gradũ, de præteritis & futuris seculis disputantes, bona an mala fuerint seu futura sint: & in tam profundas incidũt quæstiones, ut libros quoq; & infinita uolumina sua per hac dissertione cõdiderint. Quod aũt prologus Pauli, amen Hebræo sermone cõcluditur אמן Lxx. transtulerunt γένοιτο, id est fiat: Aquila πιστωμένως uere siue fideliter. Quod etiã in euangelio à saluatore semper assumitur, sua per amen uerba firmante. d ¶ Miror quod Gen.5.d sic tam cito &c.] Verbũ translationis in Geneſi primũ legimus: ubi Enoch transtulit deus & non inueniebatur. Et in regnorũ postea libris; quando Achab à cultu dei 3.Reg.21.d ad idolorum uenerationem transtulit uxor sua Iezabel, ut faceret iuxta omnia quæ fecit Amorræus quẽ dispersidit dominus à facie filiorum Israel. Sed cum sit utraq; translatio: illa dei est, hæc diaboli. Qui trãsfertur à deo, non inuenitur ab inimicis suis, nec ei potest insidiator obrepere. Hoc quippe significare æstimo, & non inueniebatur. Qui uero transfertur à diabolo: in hoc trãsfertur quod uidetur esse sed non est. Sapientes quoq; seculi eos qui de dogmate transferuntur ad dogmata, translatos uocant; ut Dionysius ille cuius fuit ante sententia:

dolorem

A dolorem non esse malum: postq; oppressus calamitatibus & dolore cruciatꝰ, cœpit affirmare quod dolor esset summū omnium malorum: ab his appellatus est transpositus siue translatus, quod scilicet à priori decreto recedens in contrariū recidisset. Miratur itaq; Paulus: Primum quod translati sint ab euāgelij libertate in legalium operum seruitutē. Deinde quod tā cito transl ati: quia nō eiusdem reatus est trāsferri ab aliquo difficulter, & cito transferri: ut in martyrio non eadem pœna plectitur, qui absq; colluctatione & tormentis statim profiliuit ad negandum: & ille qui inter eculeos, fidiculas, ignesq; distortus, compulsus est quod credebat negare. recens adhuc erat euangelij prædicatio, nō grande tempus in medio, quo Galatas Apostolus ab idolis ad Christum traduxerat. Miratur itaq; quomodo tā cito recesserint ab eo, ad cuius nomen dudum facti fuerant Christiani. Habet aūt & locus ipse ὑπέρβατον, quod ita suo ordine legi potest. Miror quod tā cito trāsferimini à Chri-
Mar.2.c sto Iesu, qui uos uocauit in gratia, dicēs: Nō ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiā. Gratia quippe salui facti sumus, & non per legē. Translati aūt, inquit, estis in aliud euangeliū: quod non est aliud: quia omne quod falsum est nō subsistit, & quod ueritati contrariū est, nō
Hest.14.c est: ut illud: Ne tradas domine sceptrū tuum his qui nō sunt. Et ea quæ nō erāt uocauit deus: ut faceret esse quod nō erat. Si aūt hoc de his qui in eundē credebant deum & easdem scripturas habebant dicitur, quod translati
B sint in aliud euangeliū, quod non est euangeliū: quid de Marcione & cæteris hæreticis, qui conditorē respuunt, & alterius dei Christū simulāt, æstimare debemus? Qui non in interpretatione legis & literæ pugna uel spiritus labuntur & corruunt: sed de toto ecclesiæ iure discordāt. Pulchre aūt ait: Nisi si sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangeliū Christi. Volunt, inquit, euangeliū Christi mutare, conuertere & turbare: sed non ualent. Quia huius naturæ est, ut non possit aliud esse q̄ uerum est. Omnis qui euangeliū alio interpretatur spiritu & mente q̄ scriptū est: credentes turbat, & conuertit euangelium Christi: ut id quod in facie est, post tergum faciat, & ea quæ post tergū sunt, uertat in faciem. Si quis tantum literam sequitur, posteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorum interpretationibus acquiescit, post tergum mittit ea quæ ex natura sua in faciē constituta sunt. Necnon & illud congrue, quod translationis uerbū Galatis coaptatum est. γαλατίαι enim translationē in nostra lingua sonat. a ¶ Sed licet nos aut angelꝰ de cœlo euangelizet uobis præter q̄ quod euangelizauimus uobis, &c.] Potest & hyperbolice dictum accipi: non quo aut Apostolus aut angelus aliter potuerint prædicare q̄ semel dixerāt: sed etiam si hoc posset fieri ut & apostoli & angeli mutarentur, tamen nō esset ab eo quod semel acRom.8.g ceptum fuerat recedendū: maxime cum ipse Apostolus in alio loco firmitatem fidei suæ ostendat, dicens: Scio quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos separare à dilectione dei, quæ est in Christo Iesu domino no
Rom.9.a stro. Veritatem dico, non mentior, testimoniū mihi perhibente cōscientia mea. Hæc quippe dicta non sunt eius qui possit à Christi fide & dilectione aliquando discedere. Qui aūt nolunt ὑπερβολικῶς hoc dictum esse, sed uere: quod scilicet possint & apostoli & angeli ad peiora conuerti: illud opponūt, quod & ipse Paulus scierit posse se labi si segnius ageret dicens: Subijcio aūt corpus meum & in seruitutem redigo, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Angelos quoq; esse mutabiles qui nō seruauerint principatum suum, sed relinquentes proprium domicilium, in iudicio magni diei uinculis æternis sub caligine reseruantur. Dei solius naturā esse immutabilem: de quo scribitur: Tu uero ipse es. Et ipse de se: Ego deus uester & non mutor. Cecidisse luciferum qui mane oriebatur, & eum qui mittebat quondā ad omnes gentes, in terra esse contritum. Elegāter in hoc loco uir doctissimꝰ Tertullianus aduersus Apellē & eius uirginem Phi-
Psal.101.d Malach.3.b

> turbant, & uolunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter quam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus & nunc iterum dico: si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Mō do enim hominibus suadeo an deo: aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominib. placerē, Christi seruus non

lumenem quam angelus quidā diabolici spiritus & perC uersus impleuerat: hunc esse scribit angelum, cui multo antequam Apelles nasceretur, spiritus sancti uaticinio sit anathema per apostolum prophetatū. Porrò ἀνάθεμα uerbum proprie Iudæorum est, & positum tam in Iesu Naue q̄ in Numeris: quando omnia quæ erant in Hie-
Iosue.6.c.7.b richo & Madianitarum, detestationi & anathemati hā-
Num.21.a bēda dominus imperauit. Interrogemus eos, qui Christum & apostolū Paulum, boni dei & usq; ad illud tempus ignorati, uel filiū asserunt esse uel seruum, qui male dicere nesciat, nec nouerit aliquem cōdemnare: quomodo nunc Apostolus eius uerbo Iudæorum, id est creatoris utatur, & perire uel angelum uel apostolū uelit, cum ipse non soleat ulcisci. Quod autem addidit, sicut prædixi mus, & nunc iterum dico: ostendit se & in principio hoc ipsum cauentem denūciasse anathema eis qui aliter prædicaturi erant, & nunc postq; prædicatum est, id anaD thema decernere quod ante prædixerat. Propterea autem & sibi, quem aliud in Iudæa facere, aliud docere in gentibus criminabantur, & angelo quem maiorē etiam præcessoribus suis apostolis esse constabat, anathema denunciauit: ut non magna Petri & Ioannis putaretur autoritas: cum nec sibi liceret qui eos ante docuerat, nec angelo aliter prædicare quàm semel didicerant. Se itaq; & angelum nominatim posuit: alios uero absq; nomine. Si quis, inquit, uobis euangelizauerit, ut in generali uocabulo, nec præcessoribus faceret iniuriam, & tamen nomina eorum latenter ostenderet. b ¶ Modo enim hominibus suadeo an deo: aut quæro &c.] Non putemus ab Apostolo nos doceri, ut exemplo suo hominum iudicia contemnamus, qui in alio loco dixerit: Scientes ergo 2.Cor.5.b timorem domini, hominibus suademus: deo autem manifesti sumus, & illud: Sine offensiōe estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei: sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut saluentur. Sed si fieri potest ut pariter deo & hominibus placeamus: placendū est & hominibus. Sin autem aliter non placemus hominibus nisi deo displiceamus: deo magis q̄ hominibus placere debemus. Alioquin & ipse infert, cur omnibus per omnia placeat: Non quærens, inquiens, quod mihi utile est: sed quod multis ut saluentur. Qui aūt ex ea charitate quæ non quærit quæ Philip.2.e sua sunt, sed quæ aliena, placet omnibus ut saluentur: utiq; deo primum placet, cui salus hominum curæ est. Habet aūt & uerbum quod hic specialiter additum est, modo: uel placendum esse pro tempore hominibus uel displicendum: ut qui modo non placet propter euangelij ueritatē, placuerit quondā ob salutem plurimorum. Placuerat Paulus aliquādo Iudæis, cum æmulator existēs paternarū traditionū: sine querela ante in lege uersatus est, & tantū habuit in maiorū ceremonijs ardoris & fidei, ut in Stephani nece particeps fuerit, & Damascum perrexerit ad eos, qui à lege desciuerant uinciendos. Sed postq; in uas electionis de persecutore translatus est, &

A cœpit prædicare fidem quam quondam expugnauerat: cœpit pariter diſplicere Iudæis quibus ante placuerat. Hoc eſt ergo quod ait: Nunquid quæro Iudæis placere: quibus diſplicendo deo placui? Si enim illis placerem, adhuc Chriſti ſeruus non eſſem. Aſſererē quippe legem & euangelij gratiam deſtruerem. Nunc autem propterea ne in ſimulationem quidē obſeruandæ legis adducor: quia non quæro & deo placere pariter & Iudæis: quibꝰ quicunqꝫ placet, deo diſplicet. Ipſum ǫqꝫ uerbum, ſuadere, de humano uſu ſumptū eſt: cū quis id quod ipſe habet & ſemel imbibit, etiam cæteris conatur inſerere, & in plurimis ſcripturarum locis legitur: ex quibus illud eſt: Suaſio non eſt ex eo qui uocauit uos. Necnon & in actibus apoſtolorum: Venerunt ergo ad eum Iudæi in hoſpitium multi: quibus exponebat, conteſtās eis regnū dei, ſuadensqꝫ eis de Ieſu, ex lege Moyſi & prophetis uſqꝫ ad ueſperum. Hoc autem totum ideo: quia diſſeminatum de eo fuerat, occulte illum cuſtodire legem, & Hieroſolymis cum his qui Iudaizabant conſortiū miſcuiſſe. a ¶ Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum eſt à me &c.] Ex hoc loco Hebionis & Photini dogma conteritur: quod deus ſit Chriſtus, & non tantum homo. Si enim euangelium Pauli non eſt ſecundum hominem, neqꝫ ab homine accepit illud aut didicit: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti: non eſt utiqꝫ homo Ieſus Chriſtus qui Paulo euangelium reuelauit. Quod ſi nō eſt homo,

B conſequenter deus eſt. Non quo hominem negemus aſſumptum: ſed quo tantum hominem renuamus. Quæritur utrum totius orbis eccleſiæ dei acceperint euangeliū an hominis: Quotus enim quiſqꝫ noſtrum per reuelationem Chriſti didicit, & non homine prædicante cognouit? Ad quod reſpondebimus eos qui poſſint dicere: An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Chriſtus, Et, uiuo autem iam non ego, uiuit autē in me Chriſtus: non tam ipſos docere qꝫ in ipſis deum qui ad ſanctos loquatur: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, & ſtatim de peccatoribus: Vos autem ut homines moriemini, & tanqꝫ unus de principibus cadetis. Cum igitur Paulus loquitur & Petrus, qui non moriuntur ut homines: neqꝫ ut unus de principibus corruunt: deos eſſe manifeſtum eſt. Qui aūt dij ſunt: tradunt dei euangelium & non hominis. Marcion & Baſilides & cæteræ hæreticorum peſtes, non habent dei euangeliū: quia non habent ſpiritum ſanctū ſine quo humanum fit euangeliū quod docetur. Nec putemus in uerbis ſcripturarū eſſe euangeliū: ſed in ſenſu. Non in ſuperficie, ſed in medulla. Non in ſermonum folijs: ſed in radice rationis. Dicitur in propheta de deo: Sermones eius boni ſunt cū eo. Tunc ſcriptura utilis eſt audientibus, cum abſqꝫ Chriſto non dicitur: cum abſqꝫ patre non profertur: cū ſine ſpiritu non eam inſinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolꝰ qui loquitur de ſcripturis, & omnes hæreſes ſecundum Ezechiel inde ſibi conſuunt cerūicalia, quæ ponant ſub cubito uniuerſæ ætatis. Ego quoqꝫ ipſe qui loquor, ſi Chriſtum in me habeo, non habeo euangeliū hominis: ſi autem peccator ſum: dicitur mihi: Peccatori dixit deus: quare tu enarras iuſticias meas, & aſſumis teſtamentum meum? Tu autem odiſti diſciplinā, & proieciſti uerba mea poſt te, & cætera quæ ſequūtur. Grande periculum eſt in eccleſia loqui, ne forte interpretatio ne peruerſa, de euangelio Chriſti, hominis fiat euangelium: aut quod peius eſt diaboli. Inter accipere autē & diſcere hoc inter eſt: quod accipit euangelium cui primum inſinuatur, & ad fidem eius adducitur, ut credat C uera eſſe quæ ſcripta ſunt. Diſcit autem is: qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata ſunt, explanata & differta cognoſcit, & cognoſcit non homine reuelante, ſed Chriſto qui reuelauit Paulo: aut Paulo in quo loquitur Chriſtus. Verbū quoqꝫ ipſum ἀποκάλυψις id eſt, reuelationis, proprie ſcripturarū eſt, & à nullo ſapiētium ſeculi apud Græcos uſurpatum. Vnde mihi uidentur quemadmodum in alijs uerbis quæ de Hebræo in Græcum Lxx. interpretes tranſtulerūt: ita & in hoc magnopere eſſe conatos ut proprietatem peregrini ſermonis exprimerent nouis rebus uerba fingentes, & ſonare, cum quid tectum & uelatum, ablato deſuper operimento oſtenditur & profertur in lucē. Hoc ut manifeſtius fiat: accipite exemplū. Moyſes cum deo reuelata & aperta facie loquebatur, id eſt abſqꝫ uelamine: ad populum autem loquēs quia uultum eius attendere non ualebant, uelamen ponebat in facie. Ante arcam quoqꝫ teſtamenti uelum oppanſum erat: quod cum fuiſſet reductum: ea quæ ante abſcondita fuerant prodebantur, & ut ipſo uerbo utar reuelabantur. Si itaqꝫ hi qui diſertos ſeculi legere conſueuerunt, cœperint nobis de nouitate & utilitate ſermonis illudere: mittamus eos ad Ciceronis libros, qui de quæſtionibus philoſophiæ prænotanē, & uideant, quanta ibi neceſſitate compulſus ſit, tanta uerborum portenta proferre, quæ nunquam Latini hominis auris audiuit, & hoc cum de Græco quæ lingua uicina eſt transferret in noſtram: Quid patiuntur illi qui de Hebræis difficultatibus proprietates exprimere conantur, & tamen multo pauciora ſunt in tantis uoluminibus ſcripturarū quæ nouitatem ſonent, quàm ea quæ ille in paruo opere congeſſit. Poteſt autem ſicut in principio diximus, cum exponeremus: Paulus apoſtolus nō ab hominibus neqꝫ per hominem: ita & in præſenti loco oblique in Petrum accipi & in cæteros præceſſores eius, quod nullius pro lege autoritate moueatur, qui Chriſtum ſolum euangelij habeat præceptorem. Porrò reuelationem illam ſignificat, cum Damaſcū uadēs in itinere Chriſti uocem meruit audire, & cæcatis oculis, uerum mundi lumen intuitus eſt. b ¶ Audiſtis enim conuerſationē meam aliquando in Iudaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam dei &c.] Plurimum prodeſt Galatis iſta narratio, quomodo Paulus uaſtator quondam eccleſiæ, & Iudaiſmi acerrimus defenſator, ad Chriſti fidem repente conuerſus ſit. Et hoc eo tempore quo crucifixus primum annunciabatur in mundo: quo nouum dogma & à gētibus & à Iudæis totius orbis finibus pellebatur. Dicere enim poterāt: Si ille qui à parua ætate phariſæorum inſtitutus eſt diſciplinis: qui omnes coætaneos ſuos in Iudaica traditione ſuperabat: nūc defendit eccleſiam quam quondam ualidiſſime perſequebatur, & magis Chriſti gratiam & nouitatem uult habere cum inuidia omnium, qꝫ uetuſtatem legis cum laude multorū: quid nos facere oportet, qui ex gentilitate eſſe cœpimus Chriſtiani? Pulchre uero adiunxit: ſupra modū perſequebar eccleſiam dei: ut hīc quoqꝫ admiratio naſceretur, quod nō unus, quiſpiā de his qui leuiter perſequebantur eccleſiam: ſed ille qui cæteros in perſecutione uincebat, conuerſus ad fidem ſit. Et prudenter dum aliud narrat, interſerit non tam dei ſe ſeruiſſe legi quàm paternis, id eſt phariſæorum traditionibus: qui docent doctrinas & mandata hominum, & reijciunt legem dei, ut ſtatuant traditiones ſuas. Quàm pulchra autem obſeruatio pon

dusqꝫ

Act.19.b.28.f

Exod.33.b & 34.g

Num.4.d

2.Cor.13.d

Pſal.81.b

Mich.2.b

Exech.13.c

Pſal.49.c

A dusq; uerborum. Audistis, inquit, conuersationē meam aliquando in iudaismo: conuersationē, non gratiam: aliquando, non modo: in iudaismo, non in lege dei: Quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & deuastabam illam. Non persequebaꝫ ut cæteri, sed supra modum. Nec sufficiebat quāuis uehemēs persecutio, sed quasi quidam grassator, ecclesiam & prædo uastabat. Nec, ait, ecclesiā Christi, ut tunc putabat, quē ducebat contemptui, quem persequebatur, sed ut nūc credit, ecclesiam dei, uel ipsum Christum deum esse significans, uel eiusdē dei esse ecclesiam qui quondam legis dator fuit. Et proficiebam, inquit, in iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Rursum profectum nō legis dei, sed iudaismi uocat. Nec super omnes, sed super plurimos: nec super senes, sed super coætaneos, ut & studiū suum referret in lege, & iactantiam declinaret. Paternas autem traditiones, non domini mandata commemorās, & se pharisæum ex pharisæis indicauit: & habuisse quidem zelum dei, sed non secundum scientiam. Vsq; hodie autem qui iudaico sensu scripturas intelligūt, persequuntur ecclesiam Ghristi, & populantur illam, non studio legis dei, sed traditionibus hominū deprauati. *a* ¶ Cum autē placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ.] Non solum in hoc loco, sed ad Romanos Paulus segregatum in euāgeliū dei esse se scribit: Et Hieremias anteqū formaretur in utero, & cōciperetur in uulua matris suæ, notus deo sanctificatusq; perhibetur: Et ex iussu, siue ut quidam putāt, ex saluatoris persona dicitur: In te proiectus sum ex uulua, ex utero matris meæ deus meus es tu. Econtra de peccatoribus Dauid canit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio loco: Abalienati sunt peccatores à uulua. Et in utranq; partem anteqū paruuli nascerent: Deus Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Inueniunt locum hæretici, qui diuersas naturas esse prædendunt spiritualem uidelicet & animalē, & χοϊκήν, & aliam saluari, aliam perire, aliam in utrāq; consistere, quod nunq; aut iustus eligeretur antequam aliquid boni faceret, aut peccator odiretur ante delictum, nisi esset pereuntium & saluandorum natura diuersa. Ad qd̄ potest simpliciter responderi, hoc ex dei præscientia euenire, ut quem scit iustum futurum, prius diligat q; oriatur ex utero, & quem peccatorem oderit antequam peccet: nō quo & in amore & in odio iniquitas dei sit: sed quo nō aliter eos habere debeat, quos scit uel peccatores futuros esse uel iustos: nos ut homines tantū de præsentibus iudicare, illum cui futura iam facta sunt, de fine rerum, non de exordijs ferre sententiam. Et hæc quidem simplicius dicta sunt, & absque altiori dissertione possunt utcunque placere lectori. Cæterum qui iniustum deum nituntur asserere, post illud quod dudum posuimus, abalienati sunt peccatores à uulua, inferūt etiam cætera quæ sequuntur: Errauerūt ab utero, locuti sunt falsa: Et dicunt, quomodo statim ab utero errauerunt peccatores, & falsa locuti sunt, qui nec sermonē potuerunt habere nec sensum? Aut quæ est ista iusticia præscientiæ dei, alium amare & custodire priusquam nascatur, alium detestari? Et causas huius rei ad priorem uitam referunt, quod unusquisque pro merito suo, à primo statim ortu bonis aut malis angelis assignetur. Totumq; illum locum de Iacob & Esau, cuius nunc fecimus mentionem: ita ad Romanos scriptum uentilāt, ut non absq; sudore & Chrysippi cis possit helleboro responderi. Nō est autem ipsum, reuelaret filium suum in me, quod si diceret, reuelaret filium suū mihi. Cui enim quid reuelaꝫ, huic illud potest reuelari, quod ante in eo non erat. In quo uero reuelatur, illud reuelaꝫ quod prius fuit in eo, & postea reuelatū est. Simile est illud in euangelio: Medius in uobis stat quem uos nescitis. Et alibi: Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundū. Ex quo perspicuū fit, natura omnibus dei inesse noticiam, nec quenq; sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientiæ & iusticiæ, reliquarum q; uirtutū. Vnde multi absque fide & euangelio Christi, uel sapiēter faciūt aliqua uel sancte, ut parentibus obsequanꝫ, ut inopi manum porrigant, non opprimant uicinos, non aliena diripiant, magisq; iudicio dei obnoxij fiant, quod habentes in se principia uirtutum & dei semina, non credunt in eo sine quo esse non possunt. Potest & aliter accipi in Paulo dei filius reuelatus, quod prædicante illo agnitus sit gentibus, quē antea nesciebant. *b* ¶ Continuo non acquieui carni & sanguini.] Siue ut in Græco melius habet: Nō contuli cum carne & sanguine. Scio pleroscq; de apostolis hoc dictū arbitrari. Nam & Porphyrius obijcit, quod post reuelationem Christi non fuerit dignatus ire ad homines, & cum eis cōferre sermonē, ne post doctrinam uidelicet dei à carne & sanguine instrueretur. Sed absit ut ego Petrum, Ioannem & Iacobum carnem & sanguinem putem, quæ regnum dei possidere non possunt. Si spirituales apostoli, caro & sanguis sunt, qd̄ de χοϊκοῖς arbitramur? Non contulit planè Paulus post reuelationē Christi cum carne & sanguine, quia noluit margaritas proijcere ante porcos, nec dare sanctum canibus. Vide quid de peccatoribus scriptum sit: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Cum talibus qui caro & sanguis erant, quæ Petro quoq; non reuelauerūt filium dei, non contulit Apostolus euangelium quod ei fuerat reuelatum: sed paulatim eos de carne & sanguine uertit in spiritum, & tunc demum eis occulta euangelij sacramenta cōmisit. Dicat quispiam: Si statim non contulit cum carne & sanguine euangelium, tamen subintelligitur quod postmodum cum sanguine & carne contulerit: & sensus hic quo apostoli excusantur, ne caro & sanguis sint, stare non poterit: dum nihilominus qui in principio cum carne & sanguine non contulit, postmodū ut dixi cum sanguine & carne contulerit. Quæ propositio nos coartat ut sic distinguamus, ne statim siue continuo cum carne iungamus & sanguine, sed cum superioribus hærere faciamus, & legatur: Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ: Ac deinde: Vt reuelaret filiū suum in me: Et ad extremū: Vt euangelizarem illum in gentibus continuo: ut à proprio incipiat exordio: Non cōtuli cum carne & sanguine: magisq; arbitrandum est sic stare sensum, quia q̄ statim missus sit post reuelationem Christi euangeliū gentibus annunciare, nō steterit, nec moris quibusdam tempus produxerit eundo ad apostolos, & reuelationē domini cum hominibus cōferendo: sed abierit in Arabiam, & rursus reuersus Damascum, post tres annos euangeliū prædicauerit: & tūc demū Hierosolymam ueniens, Petrum, Ioannem & Iacobum uiderit. *c* ¶ Neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos.] Si de apostolis dixerat, non contuli cum carne & sanguine: quid necesse fuerat idipsum iterare dicentem: neq; ueni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos? Is itaq; sensus tenendus quem supra exposuimus. *d* ¶ Sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.] Non sibi uidetur historiæ ordo concinere, referente Luca in Actibus apostolorū qd̄ cū Paulus post fidē Christi p dies multos euangeliū Damasci loqueret audēter: factæ fuerint ei insidiæ, & in sporta

existens paternarum mearum traditionū. Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizem illū in gentibus. Cōtinuo non acquieui carni & sanguini. Neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos. Sed abij in Arabiā, & iterū reuersus

Ioan. 1.a

Hiere. 1.b

Psal. 21.b

Psal. 57.a

Rom. 9.d

Act. 9.d

A per murum nocte dimissus sit,& uenerit Hierosolymam tentans se iungere discipulis. A quibus cum uitaretur & timerēt ad eum accedere, à Barnaba ad apostolos illum esse perductū, & ibi narrasse quomodo dominū uiderit in itinere, & Damasci fiducialiter egerit in nomine Iesu. Erat, inquit, cum illis, intrās & exiens in Hierusalem, fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoq; & disputabat cum Græcis, illi autē quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream,& dimiserunt Tarsum. Hic autem dicit se primum isse in Arabiam,& iterum reuersum Damascum, post trienniū ueniſſe Hierosolymā, uidisse Petrum, & cum eo mansisse diebus quindecim, nec præter Iacobum,fratrem domini,alterum conuenisse. Quæ ut uera credantur (dubia quippe uideri absentibus poterant) sub testatione confirmat dicens: Quæ aūt dico uobis,ecce coram deo,quia nō mentior. Possumus igitur æstimare isse quidem Paulum secundum Lucæ historiam Hierosolymam, non quasi ad antecessores apostolos,ut aliquid ab illis disceret, sed ut persecutionis impetum declinaret,qui sibi Damasci propter euangelium Christi fuerat concitatus,& sic ueniſſe Hierosolymā quasi ad quamcunq; aliam ciuitatem. Inde eum statim propter insidias recessisse, & ueniſſe Arabiam siue Damascum, atq; inde post triennium ad uidendū Petrum Hierosolymam reuertisse. Vel certe ita. Statim ut baptizatus sit, & accepto cibo cōfortatus, fuisse eum cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot:& stupentibus cunctis in synagogis Iudæorum, prædicasse continuo quod Iesus esset filius dei,& tunc isse in Arabiam,& de Arabia Damascum reuertisse, & ibi fecisse triennium, quos dies multos scriptura testatur, dicens: Cum implerentur au-
B tem dies multi, consilium fecerunt Iudæi ut eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorū, & custodiebant portas die ac nocte ut eum interficerēt. Accipientes ergo discipuli eius nocte,per murum dimiserunt eum submittentes in sporta. Cum autem uenisset Hierusalem, tētabat iungere se discipulis. Lucam uero idcirco de Arabia præterisse, quia forsitan nihil dignum apostolatu in Arabia perpetrarat,& ea potius cōpendiosa narratione dixisse, quæ digna Christi euangelio uidebātur Nec hoc segnitiæ apostoli deputandum,si frustra in Arabia fuerit:sed quo aliqua dispensatio & dei præceptū fuerit ut taceret. Nam & postea legimus Paulum cum Sila
Act.16.a egressum,prohibitū esse à spiritu sancto uerbum in Asia loqui. Aliter: Sed abij in Abrabiam,& iterum reuersus sum Damascū. Quid mihi prodest ista relatio, si legam quod Paulus post reuelationē Christi statim ierit in Arabiam, & de Arabia statim Damascū fuerit reuersus, nec sciam quid ibi gesserit, quid'ue utilitatis habuerit itus ac reditus? Dat mihi occasionē altioris intelligentiæ, in hac eadem epistola ipse apostolus cum de Abraham, Agar, & Sara disputans: Quæ quidem sunt, inquit,per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta,unū quidem à monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui iunctus est ei,quæ nunc est Hierusalem. Et docet uetus testamentum,hoc est,ancillæ filium:in Arabia (quæ interpretatur humilis & occidua) cōstitutum. Statim itaq; ut credidit Paulus,ad legem,ad prophetas,ad ueteris testamenti iam in occiduo positi sacramenta conuersus, quæsiuit in eis Christum, quem iussus fuerat in gentibus prædicare & reperto illo non est ibi diutius commoratus, sed reuersus est Damascum:hoc est, ad sanguinē & ad passionem Christi, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hierosolymam, locum uisionis & pacis,non tam discisurus aliquid ab apostolis, q̄ cum eis euangelium quod docuerat collaturus. a ¶ Deinde post annos tres,ueni Hierosolymam uidere Petrum.] Non ut oculos, genas, uultumq; eius C aspiceret,utrum macilentus, an pinguis, adūco naso esset,an recto:& utrum frontem uestiret coma:an (ut Clemens in Periodis eius refert) caluitiem haberet in capite. Nec puto apostolicæ fuisse grauitatis,ut post tantam triēnij præparationē, aliquid humanum in Petro uoluerit aspicere. Sed his oculis aspexit eum,quibus & modo ī epistolis suis uideř. His oculis Paulus uidit Cephan,quibus nunc à prudentibus quibusq; Paulus ipse conspicitur. Quod si cui non uidetur, cum superiori sensu iungat hæc omnia, quod nihil sibi apostoli cōtulerint. Nam & quod uisus sit ire Hierosolymā, ad hoc isse ut uideret Apostolum, non discendi studio, qui & ipse eundem prædicationis haberet autorem,sed honoris priori apostolo deferendi. b ¶ Et mansi apud eum diebus quindecim.] Non grandi indiguit magisterio,qui tanto se ad uidendum Petrum tempore præparauit. Et licet quibusdam superfluum uideatur, numeros quoq; qui in scripturis sunt obseruare, tamen non abs re arbitror quindecim dies, quibus apud Petrum Paulus habitauit,plenam significare scientiam,cōsummatamq; doctrinam. Siquidem quindecim sunt carmina in psalterio,& quindecim gradus per quos ad canendum deo,& in atrijs eius consistendū iustus ascendit. Ezechias quo- Esa.38.b
que quindecim annorum spacio sibi ad uitam dato,signum accipere meretur in gradibus, & solennitates dei à quintodecimo die incipiūt. Necnon (quia duplicem intelligētiam sequimur) propterea quindecim ponit dies, ut ostendat non fuisse grande tempus, quo potuerit aliquid à Petro discere, ut ad illū sensum à quo cœpit cuncta referantur, se non ab homine doctum esse, sed à deo.
c ¶ Alium apostolorum uidi neminem,nisi Iacobū fra- D
trem domini.] Memini me dum Romæ essem, impulsu fratrū librum de sanctæ Mariæ uirginitate ædidisse perpetua. In quo mihi necesse fuit de his qui fratres domini dicti sunt, diutius disputare. Vnde qualiacunq; sunt illa quæ scripsimus,his cōtenti esse debemus. Nunc hoc sufficiat,ut propter egregios mores, & incomparabilem fidem sapientiamq; nō mediam, frater dictus sit domini, & quod primo ei ecclesiæ præfuerit,quæ prima in Christum credens ex Iudæis fuerat congregata. Dicūtur quidem & cæteri apostoli fratres domini, sicut in euāgelio: Ioan.20.d
Vade dic fratribus meis,uado ad patrē meum,& ad patrem uestrum, & ad deum meum & ad deum uestrum. Et in psalmo: Narrabo nomen tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ cantabo te. Sed præcipue hic frater dicitur, Psal.21.c
cui filios matris suæ ad patrem uadēs dominus cōmendauerat. Et quomodo Iob & cæteri patriarchæ dicti sunt quidem famuli dei,sed quasi egregium quiddam Moses habuit, ut scribereť de eo: Sed non sicut Moses famulus Heb.3.a
meus,sic & beatus Iacobus specialiter frater domini (ut ante diximus) appellatus est. Quod autē exceptis duodecim quidam uocentur apostoli,illud in causa est:omnes qui dominum uiderant,& eum postea prædicabant, fuisse apostolos appellatos, ut ad Corinthios scribitur: Quia uisus est post hæc illis undecim, deinde uisus est 1.Cor.15.d
plus quàm quingentis fratribus simul,ex quibus multi manent,usque adhuc, quidam autem dormierunt: deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Paulatim uero tempore procedente, & alij ab his quos dominus elegerat, ordinati sunt apostoli, sicut ille ad Philippenses sermo declarat,dicens: Necessarium autē existimaui Ephaphroditum fratrem, cooperatorē & com- Phil.2.d
militonem meū:uestrum autem apostolū, & ministrum necessitatis meæ mittere ad uos. Et ad Corinthios de talibus scribitur: Siue apostoli ecclesiarū in gloria dei. Silas 2.Cor.8.d
q̄q; & Iudas ab apostolis, apostoli noīati sunt. Vnde uehementer errauit, q arbitratus est Iacobū hunc de euangelio esse

A gelio esse apostolum fratrem Ioannis, quem constat post Stephanum iuxta fidem actuum apostolorũ sanguinem fudisse pro Christo. Hic autem Iacobus episcopus Hierosolymorum primus fuit, cognomento iustus, uir tantæ sanctitatis & rumoris in populo, ut fimbriã uestimenti eius certatim cuperent attingere. Qui & ipse postea de tẽplo à Iudæis præcipitatus, successorẽ habuit Symeonem, quem & ipsum tradunt pro domino crucifixum. Negat se itaque præterhos quenquam apostolorum conuenisse, ne occulta contradictio nasceretur: etiam si à Petro non es doctus, alios habuisti apostolos præceptores. Non uidit autem eos, non quo contemptui duceret, sed q̃ illi ad euangelium prædicandũ toto fuerant orbe dispersi. *a* ¶ Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior.] Siue simpliciter accipiendum, ut sit: quæ scribo uobis, uera sunt, & deo teste confirmo, quia nulla arte uerborum, nullo sunt fucata mendacio. Siue altius, ut legatur: quæ scribo uobis, corã deo sunt: id est, dei digna conspectu. Quare autem dei digna conspectu? Quia scilicet non mentior. Et quomodo oculi domini super iustos: auertit autem faciem suam à conspectu impiorum, ita nunc ea quæ scribuntur, coram domino sunt, me non mentiente quæ scribo, quæ non essent
B coram domino, si mentirer. Hoc autem nõ solum de his quæ nunc scribit ad Galatas potest accipi, sed & generaliter de omnib⁹ epistolis, quia nõ sunt falsa quæ scribat, & cor eius uerbaq̃ nõ discrepent. *b* ¶ Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ.] Post Hierosolymæ uisionẽ uenit ad Syriam, quæ nobiscum dicitur excelsa atque sublimis. Et inde transijt ad Ciliciam, quam in fide Christi cupiebat assumere, euangelizans ei uocationem pœnitentiæ. Cilicia quippe interpretatur assumptio siue uocatio lamentabilis. *c* ¶ Eram autẽ ignotus facie ecclesijs Iudææ.] Ecclesiæ quæ erant in Iudæa, Paulum tantum rumore cognouerant. Ex quibus pleriq; eum magis persecutorem q̃ apostolum uiderant. Syria uero & partes Ciliciæ, Arabia & Damascus, ex uultu quoq; eum forsitan nouerant, quia doctor gentium euangelium Christi non Iudæis, sed gẽtibus prædicabat. Totum autem quod ait, illud est, ut doceat se nunquam de persecutore apud eos ipsos quos prius persecutus fuerat potuisse existere gloriosum, nisi prædicatio eius, eorum quoq; qui ante eum male nouerant, esset iudicio comprobata. Et ad propositum occulte redit, tam breue tempus se in Iudæa fecisse confirmans, ut etiam uultu credentib⁹ esset ignotus. Ex quo ostendit, non Petrum, non Iacobum, non Ioannem se habuisse doctores, sed Christum, qui sibi euangelium reuelasset. Simul autem notandum quod supra dicatur ecclesiam expugnasse, hic fidem, ibi homines, hic rem, ut nũc opportunius inferretur: Euãgelizat fidem quam ali quãdo expugnabat. De ecclesia eñ similiter sonare non poterant. Cap. II

DEinde post annos quatuordecim &c. & contuli cum eis euangeliũ q̃d prædico in gentibus &c.] Id quod supra Latinus interpres, acquieui dixerat, in eo loco ubi scriptum est: Continuo non acquieui carni & sanguini: in præsenti loco, cõtuli magis q̃ acquieui, interpretatus est. Et ut uerius dicam, sermo Græcus ἀνεθέμην, aliud quiddam q̃ apud nos intelligitur: cũ scilicet ea quæ nouimus, conferimus cum amico, & quasi in sinum eius & cõscien C tiam reponimus, ut pari consilio uel probanda sint, uel improbãda quæ nouimus. Ascendit igitur post quatuor decim annos Hierosolymam, & qui prius tantum ad uidendum perrexerat Petrum, & diebus quindecim manserat apud eum: nũc se dicit ideo perrexisse ut conferret cũ apostolis euangelium, assumpto Barnaba circũciso, & Tito ex gentibus habente præputium, ut sub ore duorum & triũ testium, staret omne uerbum. Aliud est autem conferre, aliud discere. Inter conferentes æqualitas est: inter docentem & discentem, minor est ille qui discit. In principio fidei in transitu apostolos uidet. Post annos (ut ipse ait) decem & septẽ, plene cum eis loquit̃, & se humiliat: & ne forte inuacuũ aut curreret, aut cucurrisset, inquirit. Duplicẽ ob causam, quo & humilitas ostẽderetur Pauli, qui doctor in toto orbe iam gentiũ, ad præcessores apostolos cucurrisset, & Galatæ discerẽt nõ reprobasse euangeliũ eius, eos quoq; qui in Iudæa ecclesijs præsidebant. Simul autem & illud docet, quod pro Christi fide & euangelij libertate, ad eos ipsos qui de eo plura cognouerant, q̃ legem infringeret, Moysen destrueret, circuncisionẽ penitus auferret: ausus sit ducere Titũ hominem incircũcisum. Et inter tantã multitudinem Iudæorum & inimicos suos, qui quasi ob zelum legis sanD guinem eius haurire cupiebãt: nec ipse, nec Titus aliquo sint terrore superati necessitati cedere. Quæ potuit habere ueniã, uel pro loco, uel pro autoritate maiorũ, uel pro numero ecclesiarũ, quæ de Iudæis in Christo credebant: uel pro tempore, ne tantã simul inuidiã sustinerent. Quidam post quatuordecim annos eum Hierosolymã ascendisse tunc dicunt, quãdo in Actibus apostolorũ de quæstionibus obseruandæ, uel prætermittẽdæ legis inter credentes Antiochiæ orta dissensio est, & placuit ire Hierosolymã, & sententiã maiorũ præstolari, quando ipse quoque Paulus & Barnabas missi sunt, & hoc esse q̃d in codicibus legatur Latinis, quibus ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euãgelij perseueraret apud uos. Quod scilicet propterea Paulus & Barnabas de re manifesta, quasi dubia se mitti passi sunt Hierosolymã, ut maiorũ quoque iudicio euangelij gratia cõfirmata, credentibus probaretur: & nulli resideret ultra dubitatio circuncisionis omissæ, cum apostolorũ esset literis imperatũ, iugum legis ab his qui in Christũ crediderant ex gentibus, auferendum. Potest aũt hoc quod ait: Contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus: seorsum autem his q uidebãtur, ne forte in uacuũ currerem uel cucurrissem: & sic intelligi, ut abscõdite cum apostolis gratiam euangelicæ libertatis, & legis abolitæ uetustatẽ contulerit propter multitudinem credentiũ Iudæorum, qui necdum poterant Christum adimpletionẽ & finem legis audire, qui & absente Paulo Hierosolymæ iactitauerant, frustra eum currere aut cucurrisse, qui putaret legem ueterem non sequendã. Non quo Paulus timuerit, ne per decem & septem annos falsum in gentibus euangeliũ prædicasset: sed ut ostenderet præcessoribus suis, non se in uacuũ currere aut cucurrisse, sicut putauerant ignorantes.

c ¶ Sed neq; Titus qui mecũ erat cum esset ex gentib.] Si Titus quum esset ex gentibus, nullo potuit terrore compelli, ut circũcideretur Hierosolymis in Iudæorum

metropoli

A metropoli ciuitate, in qua tanta Paulus blaſphemiæ in Moſen flagrabat inuidia, ut poſtea penè à Iudæis interfectus ſit, quando à tribuno liberatur, & Romam uinctus ad Cæſarem mittitur: quomodo quidam putant legendum eſſe, quibus ad horam ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos? & intelligendum quod Titus ipſe qui compelli ante nō potuit ad circuncisionem, rurſum circūciſus ſit atq; ſubiect⁹? Aut quæ eſt iſta ueritas euangelij, hypocriſi cedere Iudæorum, & ea quæ prius ſcybala æſtimaueris, & quaſi damna contempſeris, obſeruare, & eſſe aliquid æſtimare quū nihil ſint? Sed & ipſius epiſtolæ ſenſui, ualde repugnat, Galatas ad circunciſionē reuocare. Hoc toto ſermonis ſui textu agit, ut doceat ſe hebræum ex Hebræis, omnia quōdam legis opera ſeruantem, circunciſum octaua die ſecundum legem, phariſæum, nihilomin⁹ tamen ob Chriſti gratiam uniuerſa contemnere. Nam cum iſſet Hieroſolymam, & falſi fratres qui ex circunciſione crediderāt, eum uellent impellere, ut circuncideret Titum: nec Titum, nec ſe ceſſiſſe uiolentiæ, quo minus cuſtodirent euangelij ueritatem. Quod ſi dicit ſe neceſſitate ſuperatum ut circūcideret Titum, quomodo Galatas reuocat à circunciſione, à
B qua nec Titum qui ſecum fuerat ex gentibus, Hieroſolymis potuit excuſare? Itaq; aut iuxta græcos codices eſt legendum, quibus neq; ad horam ceſſim⁹ ſubiectioni, ut conſequenter poſſit intelligi, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Aut ſi Latini exemplaris alicui fides placet, ſecundum ſuperiorem ſenſum accipere debemus, ut ad horam ceſſio non circuncidendi Titi, ſed eundi Hieroſolymam fuerit. Quò ſcilicet idcirco ſubiectioni ceſſerint Paulus & Barnabas eundi Hieroſolymam, ſeditione ob legem Antiochiæ concitata, ut per epiſtolam apoſtolorum, ſua ſententia firmaretur, & maneret apud Galatas euangelij ueritas, quæ non eſſet in litera, ſed in ſpiritu: nō in carnali ſenſu, ſed in intelligentia ſpirituali: nec in manifeſto iudaiſmo, ſed in occulto. Sciendum uero q;, autem, coniunctio quæ in præſenti loco ponitur: Propter ſubintroductos autem falſos fratres, ſuperflua ſit: & ſi legatur, non habet quod ei reſpondeat, illamq; concludat: ſed eſſe ordinem lectionis & ſenſus: Sed neq; Titus qui mecū erat, cum eſſet ex gentibus, compulſus eſt circūcidi. Statim q; ſubiungat quæ cauſa fuerit, ut ad circunciſionem impelleret inuitus: Propter ſubintroductos, inquit, falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu, ut nos in ſeruitutem redigerent. Qui cum minis terrerēt, & multitudine uellent nos à libertate Chriſti in legis traducere ſeruitutem, ne ad tempus quidem eis ceſſimus, ut circuncidere mus Titum, maxime cum & aliqua ob eccleſiaſticā pacem potuerit nos neceſſitas excuſare: & hoc totum feci mus, ut uobis nulla fieret occaſio ab euangelij gratia recedendi. Si igitur nos Hieroſolymis inter tantos Iudæos imminentibus hincinde falſis fratribus, & his qui maiores erant aliqua ex parte cohibentibus, nulla potuimus ui ac ratione compelli, ut obſeruaremus circunciſionem quam ſciebam⁹ eſſe finitam: uos ex gentibus, uos in Galatia, uos quibus uis nulla inferri poteſt, ultro à gratia recedentes, ad legis iam abolitæ trāſcendiſtis uetuſtatem. C

a ¶ Ab his autem qui uidebantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea intereſt &c.] Licet, inquit, Petrum & Ioannem domin⁹ ſecum apoſtolos habuerit, & transfiguratū eum in monte uiderint, & ſuper ipſos ecclesiæ ſit poſitum fundamentum, mihi tamen nihil refert: quia non aduerſum eos loquor qui eo tempore dominum ſequebantur: ſed aduerſum eos loquor qui nunc legē præponūt gratiæ: nec detraho præceſſoribus, nec in aliqua parte accuſo maiores, ſed hoc dico, quia deus perſonam hominis non accipit. Non enim accepit Moyſi, nō accepit Dauid, nō accepit aliorum: nec eorum ergo accipiet, qui cedere quibuſdam uidentur ad tempus, tamet ſi ipſi mecum ſentiāt, Petro quoq; dicente: In ueritate cognoſco, Act. 10.c

gentibus, compulſus eſt circuncidi. Propter ſubintroductos autem falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, ut nos in ſeruitutem redigerent, quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab his autem qui uidebātur eſſe aliquid, quales aliquādo fuerint, nihil mea intereſt: Deus perſonam hominis non accipit. Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt. Sed contrà cum uidiſſent quod creditū eſt mihi euāgelium præputij, ſicut Petro circūciſionis. Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatu circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Et cū cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Petrus & Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ eſſe: dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes, ipſi autem in circunci-

quia non eſt acceptor perſonarum deus, ſed in omni loco qui timet eum, & operatur iuſticiam acceptabilis eſt ei. Quo itaq; argumēto ipſe ſanctus apoſtolus Petrus aduerſum eos q̄ in Cornelio ex gentibus baptizato, nec circunciſo ſcandalum ſuſtinebāt utitur, & placat eos ſe non potuiſſe negare aquam his qui ſpiritum ſanctum acceperāt: eodē nūc ſanctus apoſtol⁹ Paulus aduerſum ipſum D
Petrum diſputat, quod perſonarū nō ſit acceptor deus, ſed unumquenq; pro ueritate iudicet. Et ita caute & pedetentim inter laudem & obiurgationē Petri medius incedit, ut & præceſſori apoſtolo deferat, & nihilomin⁹ audacter ei reſiſtat in faciem, ueritate compulſus. b ¶ Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt.] Ipſe ſuperius cum illis contulit, & multa ad eos retulit, quæ in gentibus perpetrarāt: illi nihil contulerunt ei, ſed tātummodo quæ ab eo dicta ſunt comprobantes, dexteras dederunt conſortij, & unum ſuum Pauliq; euangelium firmauerunt. Rurſum notandum quod προσανέθεντο, id eſt, contulerunt, uerbum ipſum ſit in Græco, de quo ante tractauimus. c ¶ Sed contrà cum uidiſſent quod creditum eſt mihi euangelium præputij, ſicut Petro circunciſionis &c.] ὑπέβαλον eſt, & multis quæ in medio ſunt interiectis ſublatis, ſic breuiter legi poteſt: mihi enim qui uidebantur eſſe, nihil contulerunt, ſed econtra dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Aut certe ille abſque iactatione ſui, occultus eſt ſenſus: mihi qui uidebantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed econtra à me eis collatum eſt, dum fiunt in euāgelij gratia firmiores. Totum autem quod dicit, hoc eſt: unus atq; idem mihi euangeliū præputij, & Petro circūciſionis credidit. Me miſit ad gentes, illum poſuit in Iudæa. Nec gentes poterant adulta iam ætate nō profuturo circūciſionis dolore cruciari, & abſtinere ſe ab eſcis, quibus ſemper aſſueuerant, & quas deus creauerat ad utendū: nec hi qui ex Iudæis crediderāt & circunciſi erant, & ex conſuetudine quaſi ſecunda natura putabant ſe à cæteris gentibus plus habere, facile continēre poterāt ea in q̄bus gloriabātur. Prouidentia itaq; dei, alius apoſtol⁹ circūciſis datus eſt, q̄ legis umbris uideret acqeſcere: alius in præputio cōſtitutis, qui euāgelij gratiā non putaret eſſe ſeruitiū, ſed liberā fidem: ne ſub aliqua occaſiōe impedimentū fidei naſceret, & ꝓpter circunciſionē ſiue præputiū nō crederetur in Chriſtū. Nec hoc dicim⁹ quo Petrus, q̄ & ipſe in Actibus apoſtolorū nullum

nullum hominem cõmunem esse testatus est:& in illo uase, quod quatuor angulis de cœlo missum uiderat, edoceretur nihil interesse, Iudæus sit aliquis, an gentilis: quasi oblitus priorum, super euangelij gratia, legem putauerit obseruandam: sed ut ipse quoq; legem custodire se simulans, paulatim Iudæos ab antiq̃ uiuendi more deduceret. Non em̃ poterãt tantum obseruationis laborem, & ueteris uitæ cautissimam conuersationẽ quasi purgamenta subito & damna contẽnere. Ex quo pspicimus propterea dexteras datas Paulo & Barnabæ societatis, à Petro, Iacobo & Ioanne, ne obseruatione uaria, diuersum Christi euangelium putaretur: sed & circuncisorum & habentiũ præputium esset una communio. Pulchre autem præstruxit, dicens: Qui enim operatus est Petro in apostolatu circuncisionis, ne quis eum putaret detrahere Petro, sed ut laudibus eius ante præmissis, intelligeretur Petrus ideo circuncisionem aliqua ex parte suscipere, ut eos qui sibi ex Iudæis crediti fuerant, lucrifaceret, & in Christi fide & euangelio custodiret. Subintelligit etiam quod si ille absque culpa faceret, & ad tempus obseruando, quod nõ licet, ne sibi creditos perderet: se magis pro euangelij ueritate facere debere quod sibi creditũ est in præputio, ne gentes legis onere & difficultate deterritæ, à Christi fide & credulitate discederent. Occulta hic oritur quæstio. Quid igitur: Petrus si inuenisset ex gentibus, non eos ad
B ducebat ad fidem? Aut Paulus si ex circunsione aliquos reperisset, non eos ad Christi baptismum prouocabat? Quæ ita soluit̃, ut dicam⁹ principale singulis in Iudæos & gentes fuisse mandatum, ut qui defendebãt legem, haberent quem sequerentur, qui legi gratiam præferebãt, nõ deesset eis doctor & præuius. In commune uero hoc eos habuisse propositi, ut Christo ex cunctis gẽtibus ecclesiam congregarent. Legimus em̃ & à sancto Petro gentilem baptizatum fuisse Corneliũ, & à Paulo in synagoga Iudæorum, Christum sæpissime prædicatum. Petrus & Ioannes & Iacobus, qui uidebantur columnæ esse, tẽr supradictum de apostolis legimus: seorsum autẽ his qui uidebantur, & ab his qui uidebantur esse aliquid, & mihi enim qui uidebant̃ esse aliquid, nihil contulerunt. Solicitus itaq; requirebã quid nam esset quod diceret, qui uidebantur: sed nunc me omni scrupulo liberauit adiciens, qui uidebãtur columnæ esse. Columnæ igitur sunt ecclesiæ apostoli, & maxime Petrus, Iacobus & Ioannes, ex quibus duo cum domino ascendere merẽtur in montem: quorum unus in Apocalypsi saluatorem introducit loquẽtem: Qui uicerit, faciã eum columnã in templo dei mei, docens omnes credentes qui aduersarium uicerint, posse columnas ecclesiæ fieri. Ad Timotheum uero Paulus scribens ait: Vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui: columna autem & firmamentum ueritatis. His & cæteris instruimur, tam apostolos omnesq; credentes, q̃ ipsam quoq; ecclesiam columnam in scripturis appellari, & nihil interesse de corpore quid dicatur, an membris, cum & corpus diuidatur in membra, & membra sint corporis. Dederunt itaq; Petrus, & Iacobus & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras Paulo & Barnabæ societatis, sed Tito qui cum eis erat, dextras non dederunt. Nec dum quippe ad eam mensurã peruenerat, ut possint ei Christi mercimonia ex æquo cum maioribus credi, & eundem tenere negociationis locum quem Barnabas tenebat & Paulus. *a* ¶ Tantum ut pauperũ memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.] Sancti pauperes,

circũcisionem. Tantũm ut pauperũ memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere. Cũm autem uenisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autẽ uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circuncisione erant, & simulationi eius cõsenserunt & cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illa simulatione.

quorum præcipue ab apostolis Paulo & Barnabæ cura C
mandatur, hi sunt, qui ex Iudæis credentes, precia possessionum suarum ad pedes apostolorũ deferebant gentibus largienda: uel quia contribulibus, cognatis & parentibus suis quasi desertores legis, & in crucifixum hominẽ credentes, detestationi & piaculo ducebantur. In horũ ministerio sanctus apostolus Paulus quãto labore sudauerit, epistolæ eius testes sunt, scribentis ad Corinthios, & ad Thessalonicẽses, ad omnes gentium ecclesias, ut præpararent munus hoc per se, uel per alios q eis placuissent, Hierosolymam deferendũ. Vnde nunc confidenter dicit, quod etiam solicit⁹ fui facere hoc ipsum. Possunt autem & alio genere pauperes accipi, de quibus in euangelio dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Merentur quippe tales in memoria esse apostolorum. Necnon & illi pauperes, de qbus in Salomone scribitur: Redemptio uiri animæ, ppriæ diuitiæ. Pauper uero non sustinet cõminationem. Non enim potest futurarum pœnarũ audire terrorem, pauper in fide, pauper in gratia, non habens diuitias spirituales, nec scientiam scripturarum, quæ auro & argento, & precioso lapidi cõparatur. Quoniam igitur non egent sani medico, sed hi qui male habent: propterea & apostolis in dexterarum communicatione conuenit, ne spernerent pauperes, ne despicerent peccatores, sed semp meminissent eorũ, sicut Paulus Corinthij illius meminit, quem cum in priori epistola cõtristasset ad tempus, ut corpore per pœnitentiam laborante spiritu saluus fieret: in secũda, ne maiori tristicia absorberetur, reuocat ad ecclesiã. Petitq; cunctos ut confirment in eum charitatem, & donent fratri sicut ipse uni cuiq; eorum in facie Christi donauerit, implens pactum quod Hierosolymis fecerat, ut semper pauperũ recordaretur. *b* ¶ Cum autem uenisset Petrus Antiochiã &c. cum gentibus edebat &c.] Ex eo q̃ Petrus antequã quidam de Hierosolymis Antiochiam uenirẽt, edebat cum gentibus: ostenditur non eum oblitum fuisse præcepti, nullum hominem cõmunem & immundum dicere, sed quia propter eos qui adhuc legem obseruandam putabant, paululũ se à conuictu subtraxerat gentium, ita ut etiam cæteri qui ex Iudæis erant similiter facerent: & Barnabas qui cum Paulo in gẽtibus euangeliũ prædicabat, hoc facere cogeret. Hi qui Antiochiæ crediderãt ex gentibus, nec fuerant circũcisi, compellebãtur ad legis onera transcendere, nõ intelligentes dispensationẽ Petri, qua Iudæos saluari cuperet: sed putantes ita se euangelij habere rationẽ. Cũ itaq; uidisset apostol⁹ Paulus periclitari gratiã Christi, noua bellator eius usus est arte pugnandi: ut dispensationẽ Petri, qua Iudæos saluari cupiebat, noua ipse cõtradictionis dispensatione corrigeret, & resisteret ei in facie, nõ arguens propositũ, sed quasi in publico cõtradicens, ut ex eo quod Paulus eũ arguens resistebat, hi q crediderãt ex gentibus seruarent̃. Quod si putat aliquis uere Paulũ Petro apostolo resistitisse, & p ueritate euãgelij intrepide fecisse iniuriã præcessori, nõ ei ſiabit illud quod & ipse Paulus Iudæis Iudæus fact⁹ est, ut Iudæos lucrifaceret: & eiusdẽ simulationis tenebit̃ reus, quãdo caput totõdit in Cenchreis: & facto caluitio, oblationem obtulit in Hierusalem, & Timotheum circunci-
dit, & nudipedalia exercuit, quæ utique manifestissime de ceremonijs Iudæorum sunt. Si itaque ipse qui ad prædicationem gentium missus erat, non putauit abs re dicere: Sine offendiculo estote Iudæis & ecclesiæ dei, quomodo & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mi-

Matth.5.a

Prouer.13.b

1.Cor.5.b D

1.Timot.3.d

A quod mihi utile est,sed quod multis ut saluentur:& fecit aliqua quæ contraria essent euangelij libertati,ne scanda lizaret Iudæos, qua autoritate, qua fronte audet hoc in Petro reprehendere, qui circumcisionis apostolus erat, quod ipse Apostolus gẽtium arguitur commisisse? Sed ut ante iam diximus, restitit secũdũ faciem publicã Petro & cæteris, ut hypocrisis obseruandæ legis, quæ nocebat eis q ex gentibus crediderãt,correptionis hypocrisi emendaretur,& utercp populus saluus fieret: dum & qui circumcisionẽ laudant,Petrum sequuntur:& qui circuncidi nolunt,Pauli prædicant libertatem. Quod autẽ ait, reprehensibilis erat, propterea medie temperauit,ut intelligamus non tam à Paulo eum fuisse reprehensibilem, quàm his fratribus cum quibus ante edens se ab eis postea separabat. Vtilem uero simulationẽ,& assumendam
4.Reg.10.d in tempore,Hieu regis Israel nos doceat exemplum,qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset uelle idolum colere, dixit: Congrega mihi omnes sacerdotes Baal,si em Achab seruiuit Baal in paucis ego seruiam in multis.Et Dauid quando mutauit faciẽ suam coram Abimelech, & dimisit eum & abijt. Nec mirum, quamuis iustos homines,tamẽ aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorũ salutem,cum & ipse dominus noster non habens peccatũ, nec carnem peccati,simulationem peccatricis carnis assumpserit,ut condẽnans in carne peccatum,nos in se faceret iusticiam dei. Legerat utiLuc.17.a que Paulus in euangelio dominum præcipientem:Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucrifeceris fratrem tuum. Et quomodo cum etiam de minimis fratribꝰ hoc
B faciendum iusserit, ausus est apostolorum maximum in publica facie tam procaciter, tam cõstanter arguere: Nisi & Petro sic placuisset argui,& Paulus non ei faceret iniuriam, de quo ante dixerat: Veni Hierosolymã uidere Petrum,& mansi apud eum diebus quindecim: aliũ autem apostolorum uidi neminem. Et rursum : Qui enim operatus est Petro in apostolatũ circuncisionis. Et infra: Petrus & Iacobus & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse,& cætera quæ in eius laudes porat. Aliquotiẽs cum adolescentulus Romæ controuersias declamarem,& ad uera certamina fictis me litibus exercerẽ,currebã ad tribunalia iudicum,& disertissimos oratorum tãta inter se uidebam acerbitate contendere,ut omissis sæpe negocijs in proprias contumelias uerterentur, & ioculari se inuicem dente morderent. Si hoc illi faciunt,ut apud reos nullam suspicionem præuaricationis incurrãt,& fallunt populum circunstantem,quid putamus tantas ecclesiæ columnas, Petrum & Paulum tanta uasa sapientiæ interdissidentes Iudæos atcp gẽtiles facere debũisse? nisi ut eorum simulata contentio,pax credentium fieret, & ecclesiæ fides,sancto inter eos iurgio cõcordaret. Sunt qui Cephan,cui hic in faciem Paulus restitisse scribit,non putent apostolũ Petrum, sed alium de septuaginta discipulis isto uocabulo nuncupatum.Et dicunt nequaquã Petrum à conuictu gentium se potuisse subtrahere, qui & centurionem Cornelium baptizarat.Et cm ascendisset Hierosolymam, disceptantibus aduersus se qui erant ex
Act.11.a circuncisione,& dicẽtibus:Quare introisti ad uiros præputium habentes,& mãducasti cum illis? Post narrationem uisionis, tali responsionem suam fine concluserit:Si ergo eandem gratiam dedit illis deus, sicut & nobis qui credimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere deum? Quibus auditis, tacuerũt, & glorificauerũt deum, dicentes:Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad uitam dedit: maxime cum Lucas scriptor historiæ, nullam huius dissensionis faciat mentionem, nec dicat unquam Petrum Antiochiæ fuisse cum Paulo,& locum dari Porphyrio blasphemanti,si aut Petrus errasse, aut Paulus procaciter apostolorum principem confutasse credatur. Quibus primum respondendum,alterius nescio cuius Cephæ nescire nos nomẽ. Nisi eius qui & in euangelio, & in alijs Pauli epistolis, & in hac quoque ipsa modo Cephas,modo Petrus scribit. Non quo aliud significet Petrꝰ, aliud Cephas, sed q quã nos latine & græce petram uocemus, hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter se uicinitam, cephan nuncupẽt. De inde totum argumentum epistolæ quod oblique de Petro,Iacobo & Ioanne dicitur, huic intelligẽtiæ repugnare. Nec mirum esse si Lucas hanc rem tacuerit, quum & alia multa quæ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia prætermiserit:& non statim esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putauit relatu,alius inter cætera dereliquit. Denique primum episcopum Antiochenæ ecclesiæ Petrum fuisse accepimꝰ, & Romam in de translatũ,quod Lucas penitus omisit. Ad extremum, si propter Porphyrij blasphemiam, alius nobis fingendus est Cephas,ne Petrus putetur errasse,infinita de scripturis erunt radenda diuinis, quæ ille, quia non intelligit,criminat. Sed aduersum Porphyriũ, in alio,si Christus iusserit, opere pugnabimus:nunc reliqua prosequamur. a ¶ Sed cum uidissem quod non recto pede incedunt ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus &c.] Sicut hi qui sanis gressibus claudicare se simulant, non uitium habent in pedibus, sed est aliqua causa cur claudicent: ita & Petrus sciens circuncisionẽ & præputium nihil esse, sed obseruationem mandatorum dei, edebat quidem ante cum gentibus, sed pro tempore abeis se,ne Iudæos à fide Christi perderet,subtrahebat. Vn
D de & Paulus eadem arte qua ille simulabat, ei restitit in faciem,& loquitur coram omnibus, non tam ut Petrum arguat, quàm ut hi quorum causa Petrus simulauerat, corrigantur. Quod si cui iste non placet sensus,quo nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostẽditur arguisse maiorem,debet exponere qua consequentia hoc Paulus in altero reprehendat,quod ipse commisit. b ¶ Si tu quum Iudæus sis gentiliter & non Iudaice uiuis,quomodo gentes cogis iudaizare?] Indissolubili argumento constringit Petrum,imò per Petrum eos qui pugnantia illum inter se facere cogebant. Si,inquit,ò Petre tu natura Iudæus es,circuncisus à parua ætate, & uniuersa legis præcepta custodiens,nunc ob gratiam Christi scis ea nihil per se habere utilitatis,sed exemplaria esse & imagines futurorũ, & cum his qui ex gentibus sunt,cibum capis,nequaquam ut ante superstitiose,sed libere & indifferenter uictitans: quomodo eos qui ex gentibus crediderunt,nunc recedens ab eis, & quasi à contaminatis te separans & secernens, compellis iudaizare? Si enim immũdi sunt à quibus recedis,idcirco autem recedis, quia non habent circuncisionem,compellis eos circuncidi & Iudæos fieri, quum tu ipse natus Iudæus gentiliter uixeris. Et latenter ostendit causam quare aduersum eum disputauerit, quia scilicet gentes simulatione sua iudaizare compelleret, dum eum cupiunt æmulari. c ¶ Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.] Subrepunt hoc loco hæretici, qui ridicula quædam & inepta fingentes,aiunt,nec spiritualem peccare posse naturam, nec iuste aliquid facere terrenam. Quos interrogemus quare de bona oliua rami fracti sunt, & cur de oleastro in radicem bonæ oliuæ inserti sint: si nec de bono cadere quicquam potest, nec de malo surgere? Aut quomodo uel Paulus persecutus sit ante ecclesiam, si de natura spirituali fuit: aut postea apostolus factus, si de terrena fece generatus est. Quod si terrenum eum non fuisse con Ephes.
tenderint,ipsius uerba ponamꝰ. Eramus filij natura iræ, sicut &

Sed cũm uidissem quod nõ recto pede incedunt ad ueritatem euãgelij,dixi Petro coram omnibus: Si tũ cum Iudæus sis,gentiliter & nõ Iudaice uiuis,quomodo gentes cogis iudaizare? Nós natura Iudæi,& non ex gentibus

A sicut & cæteri. Natura Iudæus est, q de genere est Abraham: & à parentibus die octauo circuncisus est. Non natura Iudæus, qui postea est factus ex gentibus. Vt autem totum argumentum breui sermone comprehendam, sensus est iste qui texitur. Nos, id est, ego & tu Petre: miscuit enim personã suã, ne illi facere uideret iniuriam: Cum essemus, inquit, natura Iudæi, ea facientes quæ lege præcepta sunt, & non ex gentibus peccatores, q uel generaliter, quia idolis seruiunt, peccatores sunt: uel quos nunc putamus immũdos: scientes q nõ possemus ex legis opere, sed ex Christi saluari fide, credidimus in Christum, ut qd lex nobis non derat, fides tribueret quam habebamus in Christo. Quod si recedẽtes à lege, in qua saluari non potuimus, transcendimus ad fidem, in qua non carnis quæritur circuncisio, sed cordis puri deuotio: & nunc à gentibus recedendo hoc agimus, ut quicunq; non sit circũcisus, immundus sit: ergo fides in Christum in qua nos putamus ante saluari, magis peccati est minist̃ra q̃ iusticiæ, quæ aufert circuncisionẽ: quam qui non habuerit, immundus est. Sed absit, ut quod semel destruxi, & sciui mihi non profuisse, rursum uendicem. Semel à lege discedẽs, legi sum mortuus, ut in Christo uiuerem: cruciq; eius affixꝰ, & in nouum renatus hominem, fide magis q̃ carne subsisterem, & cum Christo egrederer è mũdo. Quod semel adorsus sum, teneo. Non
B mihi gratis Christus est mortuus, in quo frustra credidi, si putaui absq; fide eius in ueteri lege saluari. a ¶ Scientes autem quod nõ iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi &c.] Aiunt quidam si uerum hoc sit quod Paulus affirmat, ex operibus legis neminẽ iustificari, sed ex fide Iesu Christi, patriarchas & prophetas, & sanctos, qui ante Christi aduẽtum fuerunt, imperfectos fuisse. Quos admonere debemus eos hic dici iusticiam non consequutos, qui tantum ex operibus iustificari posse se credũt. Sanctos autem qui antiquitus fuerint, ex fidẽ Christi iustificatos. Siquidẽ Abrahã uidit diem Christi, & lætatus est. Et Moses maiores diuitias æstimauit thesauro Aegyptiorũ, improperiũ Christi. Aspiciebat enim in remunerationẽ. Et Esaias uidit gloriã Christi, ut Ioannes euangelista cõmemorat, & Iudas de omnibus generaliter: Commonere, inquit, uos uolo scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans: secundo eos qui non crediderunt, perdidit. Vnde non tam legis opera damnantur, q̃ hi qui tantum ex operibus iustificari se posse confidunt. Saluatore quoq; ad discipulos loquente: Nisi superabundauerit iusticia uestra plus q̃ scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regno cœlorum. Congregandum in hoc loco quanta in lege præcepta sint, quæ explere nullus queat. Et econtrario dicendũ, quædam legis etiam ab his fieri qui ignorent eam. Sed ideo non iustificari operatores eius, quia absq; fide Christi fiant: uerbi gratia, nõ dormire cum uiro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere, sed magis honorare patrem & matrem, & cætera quæ imperata sunt, facere. Quod si de sanctis uiris nobis exempla protulerint, quod in lege uersati, ea quæ legis fuerãt perpetrarint, dicemus: Quia iusto lex non est posita, sed iniquis & non subditis, impijs & peccatoribus, contaminatis & immundis. Qui autem à deo doctus sit, non habere eum necesse ut uel de charitate doceatur, Paulo dicente: De charitate autem non necesse habeo scribere uobis;

tibus peccatores. Scientes aũtem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credidimus, ut iustificemur in fide Christi, & nõ ex operibus legis. Prõpter quod ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunq d Christus peccati minister est? Absit. Si em̃ quæ destruxi, hæc iterũ reædifico, præuaricatorem me cõstituo. Egõ enim per legem legi mortuus sum, ut deo uiuam. Christõ confixus sum cruci. Viuõ aũt iam non ego, uiuit autem in me Christus. Quod aũt nũc uiuo in carne

ipsi enim uos à deo docti estis, ut diligatis inuicem. c
b ¶ Propter quod ex operibus legis nõ iustificabit̃ omnis caro. Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nũquid Christus peccati minister est &c.] Nõ iustificatur ex operibus legis caro illa, de qua scribit̃: Omnis caro fœnum, & Esa.40.b
omis gloria eius quasi flos agri. Iustificatur autem ex fide Iesu Christi caro illa, de qua in resurrectionis dicit̃ sacramento: Omnis caro uidebit salutare dei. Sed & iuxta humiliorem intellectum, iustificabatur Luc.3.b
quondam ex lege nõ omnis caro, sed tantũ hi homines qui in Palæstina erãt. Nunc autem ex fide Iesu Christi iustificatur omnis caro, dum ecclesia eius in toto orbe fundatur. c ¶ Ego enim per legem legi mortuꝰ sum, ut deo uiuam.] Aliud est per legem mori, aliud legi mori. Quod legi moritur, uiuebat ei antequã moreretur: obseruans sabbata, & neomenias, & dies festos, & uictimarum typicam curiositatem, & fabulas Iudaicas, & genealogias. Postq̃ autem uenit Christus & lex, de qua scriptum est: Scimus autem Rom.7.c
quia lex spiritualis est: per euãgelicam legem, legi pristinæ mortuus est: & anima, quæ secundum id quod scribitur ad Romanos: Viro uiuente si nupsisset, adultera uocabatur: mortuo uiro suo, id ẽ, lege ueteri, nupsit legi spirituali, ut fructificaret deo. Vnde & in Osee ad eam dicitur: Ex me fructus tuus inuentus est. Cui pulchre mysticum illud infertur: Quis sapiens, & intelliget ista: intelligens, & cognoscet ea? Qui per legem igitur spiritualem legi literæ moritur, deo uiuit, cum nõ sit sine lege dei, sed in lege sit Christi. Qui uero legi moriẽ ob peccata, mortuus quidem est; sed nõ potest de eo dici quod sequitur, ut uiuat deo. Esse autem legem aliam spiritualem extra legem literæ: & alibi Apostolus docet, dicens: Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Et Ezechiel ex psona dei: Eduxi, inquit, eos: id est, Osee.14.d
D
populum Iudæorum de terra Aegypti, & adduxi eos in desertũ, & dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas ostendi illis, quas faciet homo & uiuet in eis. De ea uero lege quæ iram operatur, cui & Apostolus mortuus est, postea infert: Et ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus non uiuent in eis. Idipsum significatur & in psalterio: Quoniam non cognoui literaturam, Ezech.20.b
introibo in fortitudinem domini. d ¶ Christo cõfixus sum cruci.] Quia dixerat se per legem legi mortuũ, quo modo mortuus fuerit, ostendit: Christo cõfixus sum cruci, tollens crucem suam, & Christum sequens, & in ipsa obsecrans passione: Memento mei quum ueneris in regnum tuum. Statimq; audiens: Hodie mecum eris in paradiso. Si quis mortificatis membris super terrã: & mundo mortuus, configuratus fuerit morti Iesu Christi, crucifigitur cum Iesu, & trophæum mortificationis suæ, in ligno dominicæ passionis affigit. e ¶ Viuo autem iam nõ ego, uiuit autem in me Christus.] Non uiuit ille qui quondam uiuebat in lege, quippe qui persequebatur ecclesiam. Viuit autem in eo Christus, sapientia, fortitudo, sermo, pax, gaudium, cæteræq; uirtutes, quas qui nõ habet, non potest dicere: Viuit autem in me Christus. Hoc autem totum sub sua persona aduersum Petrum de Petro disputat. f ¶ Quod autem nunc uiuo in carne.] Aliud est in carne esse, & in carne uiuere. Qui em̃ in carne sunt, deo placere non possunt. Vnde ad bene uiuentes Rom.8.b
dicitur: Vos autem non estis in carne.

Matth.5.a
Ioan.8.g
Esa.6.a
1.Timot.1.b
1.Thes.4.b
Luc.23.c

carne, in fide uiuŏ filij dei : qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Nŏn abijcio gratiam dei: ſi enim per legem iuſticia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.

Cap. III

O Inſenſati Galatæ, qs uŏs faſcinauit nō credere ueritati? Antē quorū oculos Ieſus Chriſtus ꝓſcriptus eſt, in uobis crucifixus eſt. Hŏc ſolū à uobis uolo diſcere, ex operibus

A a ¶ In fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſemet ipſum pro me.] Ad Romanos de deo loquitur, quod filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis tradiderit eum. Nunc uero de Chriſto ꝙ ſe ipſe tradiderit: Qui dilexit me, inquit, & tradidit ſeipſum pro me. In euangelio uero ubi apoſtoli enumerātur, infertur: Et Iudas Iſcariotis qui & tradidit eum. Rurſum ī eodē: Ecce appropinqua/uit qui tradet me. De principibus uero ſacerdotum, & ſeniori/bus populi, ſcriptura commemorat, ꝙ condemnauerint Ieſum morti, & ligātes eum duxerint & tradide/rint Pilato præſidi. Et deinceps de Pilato: Dimiſit eis Barrabam, Ieſum autem flagellatum tradidit eis ut cru/cifigerent illum. Igitur & pater tradidit filiū, & filius ipſe ſe tradidit: & Iudas & ſacerdotes cum principibus tradiderunt: & ad extremū traditū ſibi, tradidit ipſe Pilatus. Sed pater tradidit, ut ſaluaret perditum mundum. Ieſus ipſe ſe tradidit, ut patris ſuamq; faceret uoluntatem. Iudas autem & ſacerdotes & ſeniores populi & Pilatus, uitam morti neſcij tradiderūt. Quæ cum ipſa quoq; ſe pro noſtra ſalute tradiderit, beatus multūq; felix, qui uiuente in ſe Chriſto per ſingulas cogitationes & opera poteſt dicere: In fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me. b ¶ Nō abijcio gratiam dei, ſi enim per legem iuſticia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.] Abijcit gratiam dei, tam ille qui poſt euangeliū uiuit in lege, ꝙ is qui peccatis poſt baptiſmū ſordidatur. Qui autem poteſt iuxta Apoſtolum dicere: Gratia eius in me nō fuit uacua: iſte & hoc loquitur confidenter: Non abijcio gra/B tiam dei. Quod autem ſequitur, ualde neceſſariū eſt aduerſum eos qui poſt fidem Chriſti putāt legis præcepta ſeruanda. Dicendū quippe eis: Si per legem iuſticia eſt, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Aut certe doceāt, quomodo non Chriſtus gratis mortuus ſit, ſi opera iuſtificent. Sed quāuis ſint hebetes, dicere nō audebunt Chriſtum ſine cauſa mortuum. Ad particulam itaq; ſyllogiſmi, quæ hic proponitur: id eſt, ſi enim per legē iuſticia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: debemus illud aſſumere quod conſequenter infertur, & negari nō poteſt: Chriſtus autem nō eſt gratis mortuus, & concludere: Non igitur per legem iuſticia. Hucuſq; contra Petrum, nunc ad Galatas reuertitur.

Cap. III

O Inſenſati Galatæ, quis uos faſcinauit nō credere ueritati?] Dupliciter hic locꝰ intelligi poteſt. Vel ideo inſenſatos Galatas appellatos, à maioribus ad minora uenientes, quia cœperint ſpiritu & carne cōſumentur. Vel ob id, ꝙ unaquæque prouincia ſuas habeat proprietates. Cretenſes ſemper mendaces, malas beſtias, uentres pigros, uere ab Epimenide poeta dictos, Apoſtolꝰ comꝓbat. Vanos Mauros, & feroces Dalmatas, Latinus pulſat hiſtoricus. Timidos Phrygas, omnes poetæ lacerant. Athenis expeditiora naſci ingenia, philoſophi gloriantur. Græcos leues: apud C. Cæſarē ſuggillat Tullius, dicens: Aut leuium Græcorum, aut immaniū barbarorū: & pro Flacco, Ingenita, inq̄t, leuitas, & erudita uanitas. Ipſum Iſrael, graui corde, & durā ceruice, omnes ſcripturæ arguunt. In hunc ergo modū arbitror & Apoſtolum Galatas regionis ſuæ proprietate pulſaſſe. Licet quidam profundis ſe quæſtionibus inſerentes, quaſi ſub obtentu uitandæ hæreſeos, quæ diuerſas naturas infert, dicāt, Tyrios quoq; & Sidonios, Moabitas & Ammonitas, & Idumæos, Babylonios & Aegyptios, omnesq; gentes quæ in ſcripturis nominātur habere quædā idiomata: & ex cauſis præcedentibus, & merito operū priſtinorum, ne iuſticia dei ueniat in dubiū, cum unaquæq; gens uel bonum uel malū habere aſſeratur qđ alia nō habeat. Nos iſtas C altitudines declinantes, ſuperiora ſectabimur, aut ſtultitiæ eos argui, dicentes: per quam ſpiritū legis & literam dīſudicare non poſſint: aut uitio gentis corripi, ꝙ indociles ſint & uecordes, & ad ſapientiā tardiores. Quod aūt ſequitur: Quis uos faſcinauit, digne Paulo, qui & ſi imperitus eſt ſermone, non tamen ſciētia debemꝰ exponere: non quo ſcierit eſſe faſcinum, qui uulgo putaŧ nocere: ſed uſus ſermōe ſit triuij: & ut ī cæteris, ita & in hoc quoq; loco, uerbum quotidianæ ſermocinationis aſſumpſerit. Legimus in Prouerbijs: Donū, inuidi cruciat oculos. Qui apud nos inuidus, in Græco ſignificātius poni/tur, faſcinator, & in ſapiētia quæ Salomonis ſcribitur: Faſcinatio malignitatis obſcurat bona. Quibus docemur exemplis, ꝙ uel inuidus aliena felicitate crucietur: uel is in quo bona ſint aliqua, alio faſcinante, id eſt, inuidente noceatur. Dicitur faſcinus proprie infantibus nocere, & ætati paruulæ, & his qui nēcdū firmo ueſtigio figāt gradum. Vnde & quidā è gentilibus: Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Hoc utrū uerum, nec ne ſit, deus uiderit: quia poteſt fieri, ut & dæmones huic peccato ſeruiāt, & quoſcunq; in dei opere uel cœpiſſe uel profeciſſe cognouerint, eos à bonis operibus auertāt. Nunc illud in cauſa eſt, quod ex opinione uulgi ſumptū putamus exemplū, ut quomodo tenera ætas noceri dicitur faſcino: ſic etiā Galatæ in Chriſti fide nup nati & nutriti la/cte, & nō ſolido cibo: ueluti quodā faſcinante ſint nociti, & ſtomacho fidei nauſeante, ſpiritus ſancti cibū euomuerint. Quod ſi aliquis contradicit, exponat quomodo de/D cōmuni opinione ſit ſumptū, uallis Titanorū in Regnorum libris: Syrenæ & Onocentauri in Eſaia: Arcturus & Orion, & Pleiades in Iob, & cætera his ſimilia: quæ utiq; uocabula, gentiliū fabularū & cauſas & origines habēt. Interrogemus hoc loco Marcionem, qui ꝓphetas repudiat, quomodo interpretetur id quod ſequitur. d ¶ Ante quorum &c.] Nobis enim recte proſcriptus eſt Chriſtus, de cuius patibulo & paſſione, alapis & flagellis, omnis prophetarū prædicit chorus, ut crucem ipſius non de euangelio tantū in quo crucifixus refertur: ſed multo antequā deſcendere dignaretur ad terras, & hominem qui eſt crucifixus aſſumeret, nouerimus. Nec parua laus Galatarū eſt, ꝙ ita crediderint in crucifixum, ut ante fuerat eis proſcriptus: quo ſcilicet lectitantes prophetas, & omnia ueteris legis ſacramēta noſcentes, uia & ordine uenerint ad credendū. Legiŧ in quibuſdā codicibus: Quis uos faſcinauit nō credere ueritati? Sed hoc quia in exemplaribus Adamantij nō habetur, omiſimus. e ¶ Hoc ſolum &c.] Sunt quidē, ait, multa quæ poſſunt interrogatione uos cogere, legi euangeliū præferendū: ſed quoniam inſenſati eſtis, & nequaq; poteſtis ea audire, ſimpliciter uobiſcū ſermone loquor, & de eo qđ promptū eſt, ſcitor: Spiritū ſanctū quem accepiſtis, utrum uobis legis opera, ſabbati obſeruatio, circūciſionis, & neomeniarum ſuppſtitio dederint, an auditus fidei, per quam ex gētibus credidiſtis? Quod ſi negari nō poteſt, ſpiritum ſanctū & uirtutes quæ in principio fidei acceptū ſpiritum ſequebātur, nō ex operibus legis, ſed ex fide Chriſti datas, manifeſtum eſt uos à melioribus exorſos, in peiora corruere. Conſideremus aūt diligenter, quia non dixerit: uolo à uobis diſcere utrū ex operibꝰ ſpiritū accepiſtis: ſed ad/iecerit, ex operibus legis. Sciebat enim & Corneliū Centurionem ſpiritū ex operibus accepiſſe, ſed non ex operibus legis, quā neſciebat. Si aūt ecōtrario dicitur, ergo & ſine auditione fidei accipi ſpiritus poteſt: Nos reſponde/bimus ac

Luc.6.c
Matth.26.c
Tit.1.c
1.Cor.15.b
Sap.4.c
2.Reg.23.b
Eſa.34.d

operibus legis ſpiritū accepiſtis,an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis,ut cū ſpiritu cœperitis, nunc carne cōſummaminī? Tāta paſſi eſtis ſine cauſa,ſi tamē ſine cauſa. Qui ergo tribuit uobis ſpiritū, & operatur uirtutes in uobis,ex operibus

A bimus accepiſſe quidem eum ſpiritū:ſed ex auditu fidei & naturali lege, quæ loquitur in cordibus noſtris, bona quæq; facienda & uitanda mala,per quam dudum quoque Abraham, Moſen,& cæteros ſanctos iuſtificatos retulimus:quam augere deinceps poteſt operum obſeruatio,legis quoque iuſticia: non tamen carnalis legis quæ præterijt,ſed ſpiritualis,qa lex ſpiritualis eſt.Neque uero quia fidem præferimus,legis opera deſtruimus:nec dicimus ſecundū quoſdam, faciamus mala donec ueniant bona, quorum damnatio iuſta eſt, ſed ſeruituti gratiam anteponimus. Dicimusq; quod Iudæi propter metum faciunt,id nos facere propter charitatem. Illos ſeruos eſſe,nos filios:illos cogi ad bonum, nos bonū ſponte ſuſcipere. Non igitur ex fide Chriſti licentia naſcitur delinquēdi,ſed ex dilectione fidei uoluntas boni operis augetur:dum bona ideo facimus,nō quia iudicem formidamus, ſed quia ſcimus ea ei placere in quem credimus. Quærat quiſpiam, ſi fides nō eſt niſi ex auditu:quomodo qui ſurdi nati ſunt, poſſunt fieri Chriſtiani. Deum quippe patrem ex magnitudine & pulchritudine creaturarum poteſt quis intelligere, & à conditionibus conditor conſequenter agnoſcitur. Chriſti autem natiuitas, crux, mors, reſurrectio, niſi ex auditu ſciri non poteſt. Aut ſurdi igit̄ Chriſtiani nō ſunt, aut ſi ſurdi ſunt Chriſtiani,falſum eſt quod alibi ab apoſtolo dicitur: Itaq; fides ex auditu: auditus autem per uerbū dei. Ad quod qui ſimplici reſponſione contentus eſt,dicit non eum generaliter dixiſſe:fides omnium ex auditu eſt,ſed fides ex auditu: quod & in parte,& in toto accipi poteſt: Eorum ſcilicet fides ex auditu, qui audiunt,qui credūt. Qui au-
B tem huic ſcrupulo ſatisfacere conatur,prius illud tentabit aſſerere, quod nutibus quoq; & quotidiana cōuerſatione:& ut ita dixerim totius corporis loquēte geſtu ſurdi poſſint euangeliū diſcere: deinde etiam hoc,quod dei
Luc.8.a ſermo cui nihil ſurdū eſt, ad eas magis loquatur aures,
Apoc.2.b de quibus & ipſe ait in euangelio: Qui habet aures audiendi,audiat. Et in Apocalypſi: Qui habet aurem,audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et Eſaias:Dominus addidit mihi auriculam. Iſte eſt alius homo cui deus loqui-
Rom.8.c tur in occulto:qui clamat in corde credentis:Abba pater: & (ut frequenter expoſuimus) quomodo corpus omnia membra & ſenſus habet: ita animam quoq; uniuerſos & ſenſus,& membra habere,& inter cætera aures etiā,quas qui habuerit, nō magnope indigebit his auribus corporis ad Chriſti euangeliū cognoſcendū. Simul autē etiam illud attendite,q; hic ſpiritus abſq; ullo additamēto ſanctus intelligatur,quem ex dono conſequimur,& nō ho-
Sap.12.a minis,de quo alibi ſcribitur: Incorruptus ſpiritus eſt in omnibus. Et:Ipſe ſpiritus teſtimoniū reddet ſpiritui noſtro. Et in alio loco:Nemo ſcit ea quæ ī homine ſunt, niſi
Dan.3.f ſpiritus hominis q eſt in eo. Et in Daniele: Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorū dominum. a ¶ Sic ſtulti eſtis, ut cū ſpiritu cœperitis &c.] Si ſanctū ſpiritū acceperāt Galatæ,quomodo ſtulti erant? Verū ſtatim ſoluitur, cœpiſſe quidem eos ſpiritu,ſed cū carne conſummarentur, ſpiritū ab eis fuiſſe ſublatum. Vnde ſine cauſa paſſi ſunt tāta quæ paſſi ſunt. Quod nē ſibi poſt peccatū eueniret,
Pſal.50.f Dauid precatur dicens: Spiritū ſanctum tuum ne auferas à me. Diligenter attendite q; qui ſcripturas iuxta literam ſequitur, conſummari carne dicatur. Quamobrem
1.Cor.10.a illud quod ad Corinthios ſcriptū eſt: In carne uiuentes, nō iuxta carnem militamus:melius ſic intelligi poteſt,ut hi militare dicantur in carne qui uetus teſtamentū humiliter ediſſerūt. Qui uero ſequuntur intelligentiā ſpiritualem,ſint quidē in carne,quia eandem habēt literā quam Iudæi:ſed non iuxta carnē militent, à carne ad ſpiritum tranſcendentes. Quando uideritis eum qui primum credit ex gentibus,& ad Chriſti aratrū mittit manum,præ- C
uio aliquo doctore prudente, ſic per legis iter ad euāgelium pergere, ut omnia illa quæ ibi ſcripta ſunt, de ſabbato,de azymis,de circunciſione,de uictimis,digne deo intelligat: & deinceps poſt euangelij lectionem à Iudæo aliquo, aut Iudæorū ſocio pſuaderi,ut umbras & Allegoriæ nubila derelinquens,ſic ſcripturas interpretet̄ ut ſcriptæ ſūt, de hoc poteſtis dicere: Sic ſtultus es,ut cum ſpiritu cœperis,nunc carne conſummaris. b ¶ Tanta paſſi eſtis ſine cauſa &c.] Conſideremus infelices Iudæos, quanta ſuperſtitione & obſeruationis labore uiuāt inter cæteras nationes, dicentes: ne tetigeris, ne guſtaueris,ne attrectaueris, & probabimus uerum eſſe quod dicitur: Tanta paſſi eſtis ſine cauſa: ſed non ſtatim ad eos ſententia temperat̄ & dubia fit, ſi tamen ſine cauſa, quia de his dicitur,qui poſſunt poſt legem ad euāgeliū reuerti. Melius autem ſic intelligi poteſt, q; primum credentes Galatæ in crucifixum, & à Iudæis & à gentibus opprobria multa perpeſſi ſint, & perſecutiones non minimas ſuſtinuerint. Quas fruſtra arguuntur fuiſſe perpeſſi,ſi à gratia Chriſti recedant, propter quam tanta perpeſſi ſunt. Simul & illa ſpes,q; quicunq; ob Chriſti fidē laboraue-
rit,& poſtea lapſus fuerit in peccatum, ſicut priora ſine cauſa dicit̄ paſſus fuiſſe dum peccat:ſic rurſum non perdat ea ſi ad priſtinā fidem & antiquum ſtudium reuertatur. Aliter: Si circūciſionē,inquit, putatis ſequendā eſſe poſt gratiam:ergo uſq; ad præſens tempus ſine circunciſione uiuentes,omnia quæ paſſi eſtis,in irritum ſunt deducta. Quæ quidem mihi uidemini nō fruſtra ſuſtinuiſſe,qui ſcio legem poſt euangeliū nō ualere. Vel certe ſic: Non leue erat damnū, ſi circunciſionem ſequentes,tan-
tum priſtinæ fidei perdidiſſetis laborē: nūc uero ad hoc D
detrimentū,etiam præuaricationis pœna ſociatur, ut & præterita ſine cauſa perpeſſi ſitis, & ī futuro cruciemini. Quidam coactius ita intelligunt. Cōſiderate priſtinam gratiæ libertatē,& præſentis onera obſeruationis in lege, & uidebitis q; multa caſſo ſtudio feceritis, licet non penitus fructus erroris iſtius deſperandus ſit, dum zelo dei ad hoc ipſum eſtis adducti. Ignorantibus enim concedi uenia poteſt:ſi ad meliora cōuerſi,ſcientiam in uobis doceatis fluctuaſſe,non ſtudiū. c ¶ Qui ergo tribuit uobis ſpiritū,& operatur uirtutes in uobis, ex operibus legis,an ex auditu fidei.] Tribuit,hoc ē,adminiſtrat,præſentis temporis eſt legendū, ut oſtendat̄ per ſingulas horas atq; momenta ſemper dignis ſanctū ſpiritū miniſtrari,& quanto quis in dei opere & amore profecerit,tanto magis ſancti ſpiritus in ſe habere uirtutes, quas auditus fidei,& non legis opera cōſummant. Non quo legis opera contemnenda ſint,& abſq; eis ſimplex fides appetenda,ſed quo ipſa opera fide Chriſti adornentur. Scita eſt enim ſapientis uiri illa ſententia,nō fidelem uiuere ex iuſticia,ſed iuſtum ex fide. Simul oſtenditur Galatas acceptо poſt fidem ſancto ſpiritu, dona habuiſſe uirtutū, id eſt,prophetiam,genera linguarum,morborum curationes, & cætera quæ ad Corinthios in donis ſpiritualibus 1.Cor.7.b
enumerātur. Et tamen poſt tanta (quia forſitan gratiam diſcernendorum ſpirituum non habebant) à falſis doctoribus irretiti ſunt. Obſeruandum etiam quod operari uirtutes dicantur in his qui non tenent euangelij ueritatem,ſicut in illis qui dominū non ſequentes,in nomine eius ſigna faciebant: Ioanne uel maxime conquerente,Præceptor uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia,& prohibuimus eum quia non ſequit̄ nobiſcum. Hoc aduerſum hæreticos qui probationē fidei ſuæ ex eo ſi ſignū aliquod fecerint, arbitrātur. Qui cum manducauerint & biberint in noie domini(habent quippe & ipſi altare ſacrilegū) & ſigna multa inuocato ſalua- Marc.9.f

A tore feciſſe ſe iactent, in die iudicij merebunt audire: Nō noui uos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

a ¶ Sicut Abraham credidit &c.] Ab hoc loco uſq; ad eum ubi ſcribitur: Qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abrahā: Marcion de ſuo apoſtolo erasit. Sed quid profuit hoc tuliſſe, cū cætera quæ reliquit, inſaniæ eius aduerſa ſint. Credidit autem Abraham deo, exiēs de patria ſua in terrā quam neſciebat: Saram nonagenariā, & ſterilem cōfidens eſſe pariturā: & audita repromiſſione dei, q̄ in Iſaac uocaretur ſemen eius, ipſum Iſaac offerēs uictimā, & tamen de dñi repromiſſione nō dubitans: recte tali reputatur fides ad iuſticiam, qui legis opera ſupergreſſus, deum nō metu, ſed dilectione ꝓmeruerit. b ¶ Cognoſcitis ergo, quia qui ex fide ſunt, hi filij ſunt Abrahā.] Plenius de hoc in epiſtola ad Romanos diſputat, q̄ fides reputata ſit Abrahæ ad iuſticiam, non in circūciſione, ſed in præputio. Et diligenter obſeruans, docet eos filios eſſe Abrahæ, qui cunq; hac mente crediderint, qua incircunciſus credidit Abrahā, qui exultauit ut uideret diem domini, & uidit, & lætatus eſt. Vnde & ad infideles Iudæos dicitur: Si filij eſſetis Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quæ aūt alia (illo in tempore cum hæc dicebantur) ab eis opera dominus expetebat, niſi credulitatem in filiū dei quem pater miſerat loquentē: Qui credit in me, nō credit in me, ſed in eum qui me miſit. Vnde & in alio loco de generis ſibi antiquitate & nobilitate plaudentib⁹ reſpondetur: Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Poteſt enim
B deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abraham. Lapides ibi nemo ambigit dura ſignificari corda gentilium: quæ mollita ſunt poſtea, & fidei recepere ſignaculum. Virtutes Abraham in quibus ante circūciſionem deo placuit, diligens lector enumera, & quoſcunq; in ſimili operere pereris, dicito filios eſſe Abrahā, iuſtificati in præputio, qui circūciſionem nō ob meritum operū, ſed in ſignum fidei prioris accepit. Quia em̄ ex ſemine eius erat Chriſtus oriundus, in quo uniuerſarū gentium fuerat benedictio repromiſſa: & ab Abraham uſq; ad Chriſtum multa erant ſecula tranſitura, prouidens deus, ne ſoboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus miſcerentur: & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Iſraeliticum quodam circūciſionis cauterio denotauit, ut uiuentes inter Aegyptios, inter Aſſyrios, Babylonios atq; Chaldæos, hoc ſignaculo diſtinguerētur. Denicq; ꝑ quadraginta annos in eremo nullus eſt circunciſus: ſoli quippe ſine gentis alterius admixtione uiuebant: ſtatim ut Iordanis ripam tranſgreſſus eſt populus, & in Palæſtinæ terram Iudæum ſe examen infudit, circūciſio neceſſaria futuro ex commixtione gentium prouidit errori. Quod aūt à Ieſu duce, ſecundo ſcribit populus circūciſus: ſignificat & ī eremo ceſſaſſe circunciſionem, quæ ī Aegypto rationabiliter exercebat, & à domino Ieſu Chriſto ſpirituali circunciſiōe credētes eſſe mūdandos. c ¶ Prouidens autē ſcriptura.] Non quo ipſa ſcriptura, atramentum uidelilet & membranæ, quæ inſenſibiles ſunt, poſſint futura prænoſcere, ſed quo ſpiritus ſanctus, & ſenſus q̄ in litera latet, multis poſt ſeculis uentura præ dixerint. Porrò exemplum quod de Geneſi ſumptū eſt, ita in proprio uolumine continetur: Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Quod Apoſtolus ſuper Chriſtum interpretans, ait: Non eſt ſcriptum ex ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemine tuo qui eſt Chriſtus. Hoc aūt in omnibus penè teſtimonijs, quæ de ueteribus libris in nouo aſſumpta ſunt teſtamēto obſeruare debemus, quod memoriæ crediderint euangeliſtæ uel apoſtoli: & tātum ſenſu explicato, ſæpe ordinem cōmutauerint: nonnunquam uel detraxerint uerba, uel addiderint. Nulli uero dubiū q̄ in Iſaac & Iacob, ſiue in duodecim patriarchis, & cæteris qui de Abraham ſtirpe deſcendunt, nō fuerint benedictæ uniuerſæ nationes, ſed
D in Chriſto Ieſu per quem omnes gentes laudant deum, & benedicitur nouum nomen ſuper terrā. Poteſt autem Apoſtol⁹ & de alio Geneſeos loco exemplū ſeminis uſurpaſſe, ubi ſcribitur: Eduxit autem foras haud dubium quin Abraham deus, & dixit ei: Aſpice in cœlum & numera ſtellas, ſi poteris dinumerare eas. Et ait illi: Sic erit ſemen tuum: & credidit Abraham deo, & reputatū eſt ei ad iuſticiam. Quicunque igitur credunt, benedicentur cum fideli Abraham, qui ob egregiam in deum fidē primus in eum credidiſſe narratur. Sicut Enos ob principalem in deum ſpem, & inter cæteros eminentē, ſperaſſe ſcribitur inuocare dominum deum. Non quo & Abel de quo dñs ait: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me: & cæteri deinceps deū non ſperauerint inuocare, ſed quo ex ea parte unuſquiſq; appellet, quā uel maxime habet.

Ioſue. 5.c

Gen. 12

Rom. 4.a

Ioan. 8.g

Ioan. 8.c

Gen. 15.b

> operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut Abrāham credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Cōgnoſcitis ergo, quia qui ex fide ſunt, hi filij ſunt Abraham. Prouidens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Commentariorū in epiſtolam ad Galatas libri primi finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM cōmentariorum ad Galatas, ad Paulam & Euſtochium procœmium.

QVod in primo commentariorum ad Galatas libro, cum de gētium proprietatibus diſputarem, intactum reliqueram: nunc in ſecundo reddendū uidetur, qui ſint Galatæ, uel quò, unde tranſierint. Vtrum indigenas eos fuderit, an aduenas quā nunc incolunt terra ſuſceperit; & utrum linguam connubio perdiderint: an & nouā didicerint, & non amiſerint ſuam. Marcus Varro cunctarum antiquitatum diligentiſſimus perſcrutator, & cæteri qui eum imitati ſunt, multa ſuper hac gente, & digna memoria tradiderunt. Sed quia nobis propoſitum eſt, incircunciſos homines non introducere in templum dei: & ut ſimpliciter fatear, multi iam anni ſunt quod hæc legere deſiuimus: Lactātij noſtri quæ in tertio ad Probum uolumine de hac gente opinatus ſit, uerba ponemus. Galli, inquit, antiquitus à candore corporis Galatæ nuncupabantur, & Sibylla ſic eos appellat. Quod ſignificare uoluit Poeta, quum ait: Tum lactea colla auro innectuntur: cum poſſet dicere candida. Hinc utique Galatia prouincia, in quam Galli aliquando uenientes, cum Græcis ſe miſcuerunt. Vnde primum ea regio Gallogræcia

A lograecia,poſt Galatia nominata eſt.Nec mirum ſi hoc ille de Galatis dixerit,& occidentales po C
pulos tantis in medio terrarum ſpacijs prætermiſſis,in orientis plaga cõſediſſe memorarit, cum conſtet Orientis contra & Græciæ examina, ad Occidentis ultima peruenisſe. Maſſiliam Phocæi condiderunt,quos ait Varro trilingues eſſe, quod & Græce loquantur,& Latine,& Gallice. Oppidum Rhoda,coloni Rhodiorum locauerunt,unde amnis Rhodanus nomen accepit.Prætermitto Carthaginis conditores Tyrios,& Agenoris urbem: prætereo Thebas Liberi quas in Aphrica condidit,quæ ciuitas nunc Thebeſtis dicitur. Relinquo eam partem Libyæ,quæ Græcis urbibus plena eſt. Ad Hiſpanias tranſgredior: nõne Saguntum Græci ex inſula Zacyntho profecti condiderunt? & oppidum Tarteſſon,quod nunc uocatur Carteia, Iones Græci homines locaſſe referuntur. Montes quoque Hiſpaniarum, Calpe, Idrus, Pyrene: item inſulæ Aphrodiſiades,& Gymneſiæ,quæ uocant Baleares:nónne Græci ſermonis indicia demõſtrant? Ipſa Italia à Græcis populis occupata,maior quondam Græcia uocabatur. Certe quod negari non poteſt,Romani de Aeneæ Aſiani hominis ſtirpe generati ſunt.Ex quo euenit,ut & in Occidente Græci ſæpe acuminis reperiantur ingenia, & in Oriente ſtoliditatem barbaram redoleãt. Nec hoc dicimus quod non è regione utrobique diuerſa naſcantur: ſed quod ex magna parte etiam cætera quæ non ſunt ſimilia, nuncupentur. Itaque non mirum eſt ſtultos ad intelligentiam tardiores Galatas appellatos, cum & Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus,Gallus ipſe & Pictauis genitus,in hymnorum carmine Gallos indociles uocet.Et quod nunc oratorum fertiles ſunt, non tam ad regionis diligentiam, quàm ad rhetoricum clamorem pertinet, maxime cum Aquitania, Græca ſe iactet origine: & Galatæ non de illa parte terrarum, ſed de ferociori/
bus Gallis ſint profecti. Vultis ſcire ò Paula & Euſtochium, quomodo Apoſtolus unamquanque prouinciam ſuis proprietatibus denotarit. Vſque hodie eadem uel uirtutum ueſtigia permanent uel errorum. Romanæ plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto ſtudio & frequentia,ad eccleſias & ad martyrum ſepulchra concurritur? ubi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui amen reboat, & uacua idolorum templa quatiuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, niſi
B hanc quam omnes Chriſti eccleſiæ, ſed quod deuotio in eis maior ſit,& ſimplicitas ad credendum. Rurſum facilitatis & ſuperbiæ arguuntur. Facilitatis, ut ibi: Rogo uos fratres,ut obſerue/ D
tis eos qui diſſenſiones & offendicula,præter doctrinam quam uos didiciſtis,faciunt: & declinate ab illis,huiuſmodi enim Chriſto domino non ſeruiunt,ſed ſuo uentri,& per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Veſtra enim obedientia in omnem locum peruulgata eſt. Gaudeo igitur in uobis,& uolo uos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Superbiæ uero: Noli altum ſapere,ſed time.Et: Nolo uos ignorare fratres myſterium hoc ut non ſitis ipſi uobis ſapientes. Et in ſequentibus: Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi in omnibus qui ſunt inter uos, non plus ſapere quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem.Et apertius: Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus.Idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud uoſmetipſos. Corinthios quoque notat quod mulieres eorum intecto capite ſint, & uiri comam nutriant, & indifferenter ueſcantur in templis: & inflati ſapientia ſeculari, reſurrectionem carnis negent. Hæc ex parte uſque hodie permanere: non poteſt dubitare, qui Achaiam uiderit. Macedones in charitate laudantur, & in hoſpitalitate ac ſuſceptione fratrum. Vnde ad eos ſcribitur: De charitate autem fraternitatis,non neceſſe habemus ſcribere uobis. Ipſi enim uos à deo didiciſtis, ut diligatis inuicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in uniuerſa Macedonia. Sed reprehendũtur quod ocioſi domus circumeant: & alienum expectantes cibum, dum ſingulis placere deſiderant, & huc illucq; diſcurrant: quid apud ſingulos agatur,enuncient.Sequitur enim: Rogamus autem uos fratres,ut abundetis magis,& operam detis ut quieti ſitis, & ut ueſtrum negocium agatis, & operemini manibus ueſtris ſicut præcepimus uobis, & ut honeſte ambuletis,ad eos qui foris ſunt,& nullius aliquid deſideretis. Quod ne quis putet officio magis docentis quàm uitio gentis admonitum,in ſecunda ad eoſdem inculcat ac replicat,dicens: Nam & quum eſſemus apud uos,hoc denunciabamus uobis: quoniam ſi quis operari non uult,nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulare in quiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes. His autem

A quĩ eiuſmodi ſunt,denunciamus & obſecramus in dño Ieſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes, ſ
ſuũ panem manducent. Longũ eſt ſi uelim de Apoſtolo & de ſcripturis omnibus ſingularũ gen
tium, uel uirtutes obſeruare uel uitia, cum ad hæc ipſa quæ diximus, inde deuoluti ſimus quod
Galatæ ſtulti & uecordes ꝓnunciati ſint. Scit mecũ qui uidit Ancyrã metropolim Galatiæ ciui
tatem,quot nũc uſq; ſchiſmatibus dilacerata ſit: quot dogmatũ uarietatibus cõſtuprata:omitto
Cataphrygas,Ophitas,Borboritas, & Manichæos. Nota enim iam hæc humanæ calamitatis
uocabula ſunt. Quis unq̃ paſſalorincitas,& Aſcodrobos,& Artotyritas,& cætera magis porten
ta q̃ nomina in aliqua parte Romani orbis audiuit? Antiquæ ſtultitiæ uſq; hodie manent ueſti
gia. Vnũ eſt quod inferimus,& promiſſum in exordio reddimus,Galatas excepto ſermone grę
co,quo omnis oriens loquitur,propriã linguam eandem penè habere quã Treuiros:nec referre
ſi aliqua exinde corruperint, cum & Aphri Phœnicũ linguam nõnulla ex parte mutauerint, &
ipſa Latinitas & regionibus quotidie mutetur & tempore. Sed iam ad propoſitum reuertamur.

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epiſtolam ad Galatas liber ſecundus.

QVicunq; enim ex operibus legis ſunt,ſub maledicto ſunt &c.] Hũc morem habeo,ut quotienſcunque ab apoſtolis de ueteri inſtrumento aliquid ſumitur, recurrã ad originales libros,& diligẽter inſpiciam,quomodo i ſuis locis ſcripta ſint. Inueni itaq; i Deuteronomio hoc ipſum apud Lxx. interpretes ita poſitũ:

Deut.27.d B Maledict⁹ omnis homo qui non permanſerit in omnibus ſermonibus legis huius,ut faciat illos,& dicet omnis populus,fiat. Apud Aquilam uero ſic:Maledictus qui non ſtatuerit uerba legis huius,ut faciat ea:& dicet omnis popul⁹,uere. Symmachus: Maledictus qui non firmauerit ſermones legis iſtius,ut faciat eos,& dicet omnis populus,amen. Porrò Theodotio ſic tranſtulit: Maledictus qui non ſuſcitauerit ſermones legis huius facere eos:& dicet omnis populus,amen. Ex quo intelligim⁹, Apoſtolum,ut in cæteris, ſenſum magis teſtimonij poſuiſſe q̃ uerba:& incertũ habemus utrum Lxx. interpretes addiderint, omnis homo & in omnibus: an in ueteri Hebraico ita fuerit, & poſtea à Iudæis deletum ſit. In hanc me autem ſuſpicionem illa res ſtimulat: quod uerbum omnis & in omnibus, quaſi ſenſui ſuo neceſſarium ad probandum illud, quod quicunq; ex operibus legis ſunt,ſub maledicto ſint: Apoſtolus uir Hebrææ peritiæ,& in lege doctiſſimus nunquam ꝓtuliſſet,niſi in Hebræis uoluminibus haberetur: quam ob cauſam Samaritanorũ Hebræa uolumina relegẽs,inueni בכל quod interpretatur,omnis ſiue omnibus,ſcriptum eſſe,& cum Lxx. interpretibus cõcordare. Fruſtra igitur illud tulerunt Iudæi, ne uiderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſſent omnia complere quæ ſcripta ſunt: cum antiquiores alterius quoq; gẽtis literæ id poſitum fuiſſe teſtentur. Quoniam autem nemo poſſit explere legem,& cuncta facere quæ iuſſa ſunt:& alibi teſtatur apoſtolus, dicens: Quod enim erat impoſſibile legis, in quo

Rom.8.a infirmabatur per carnem, deus filium ſuum mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato cõdemnauit peccatum in carne. Quod ſi uerum eſt, poteſt nobis obijci: Ergo & Moyſes,& Eſaias,& cæteri ꝓphetæ, q̃i ſub operibus legis fuerunt,ſub maledicto ſunt. Quod non timebit annuere, qui dicentem Apoſtolũ legerit: Quia Chriſtus nos redemit de maledicto legis, fact⁹ pro nobis maledictum,& reſpondere unumquẽq; ſanctorum ſuo tempore maledictionẽ factum eſſe populo. Nec ſtatim hoc tribuẽs & iuſtis uiris, uidebitur detrahere ſaluatori, qua ſi nihil præcipuum & excellens habuerit, factus pro nobis maledictum: cum & cæteri pro alijs maledictum facti ſint. Nemo enim illorum quamuis factus fuerit ipſe maledictio, de maledicto quempiam liberauit, abſq; ſolo domino Ieſu Chriſto, q̃ precioſo ſanguine ſuo, & nos omnes & ipſos, Moyſen dico & Aaron, ꝓphetas cunctos & patriarchas, de maledicto legis redemit. nec hoc ex meo ſenſu dictum putetis, ſcriptura teſtis eſt, qa Chriſtus gratia dei, ſiue ut in quibuſdam exemplaribus legitur, abſ

2.Cor.5.c

QVicunq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis,ut faciat ea. Quòniam autem in lege nemo iuſtificatur apud deum: manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide uiuet. Lex autem non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea ui

D que deo, pro omnibus mortuus eſt. Si autem pro omnibus,& pro Moyſe, & pro uniuerſis prophetis, è quibus nullus potuit delere chirographum uetus, quod aduerſum nos ſcriptũ erat,& affigere illud cruci. Omnes peccauerunt, & indigent gloria dei. Eccleſiaſte quoq; hanc firmante ſententiam. Homo non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & nõ peccet. Deniq; & inferius Apoſtoli dictum manifeſte docet: nec Moyſen, nec illuſtrẽ aliquem de antiquis uirum, apud deum iuſtificari potuiſſe per legem. Sequitur enim: a ¶ Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur &c.] Exemplum quo probatur iuſt⁹ ex fide uiuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit, quod ita Lxx. interpretes ædiderũt: Iuſtus autem ex fide mea uiuit. Aquila & Theodotio: Iuſtus autem ex fide eius uiuit, id eſt, dei. Conſiderandũ itaq; quia non dixerit, homo aut uir ex fide uiuit, ne occaſionem tribueret ad uirtutum opera contemnenda, ſed iuſtus ex fide uiuit: Vt quicũq; fidelis eſſet,& per fidem uicturus, nõ aliter poſſit ad fidem uenire uel in ea uiuere, niſi prius iuſtus fuiſſet,& puritate uitæ quaſi quibuſdam ad fidem gradibus aſcẽdiſſet. Poteſt ergo fieri, ut ſit aliquis iuſtus, & tamen non uiuat abſq; fide Chriſti. Si legenti ſcrupulus cõmouetur, Pauli uerba ſuſcipiat, in quibus de ſe ait: Secundũ iuſticiam quæ in lege eſt ſine reprehenſione. Erat igitur Paulus tunc iuſtus in lege, ſed necdum uiuere poterat, quia non habebat in ſe Chriſtum loquentẽ: Ego ſum uita. In quem credens poſtea cœpit & uiuere. Faciamus & nos aliquid ſimile huic quod dicitur: iuſt⁹ ex fide uiuit, & dicamus, caſtus ex fide uiuit, ſapiens ex fide uiuit, fortis ex fide uiuit: & à cæteris uirtutũ partibus uicinã ſententiam, ꝓferamus aduerſum eos qui in Chriſtũ non credentes, fortes & ſapientes, temperantes ſe putant eſſe uel iuſtos, ut ſciant nullũ abſq; Chriſto uiuere, ſine quo oĩs uirt⁹ in uitio eſt. Poteſt præſens teſtimoniũ & ſic legi, qa iuſt⁹ ex fide, ut deinceps inferat, uiuit. Quod aũt ait: Lex nõ eſt ex fide, ſed q̃ fecerit ea uiuet ĩ illis: manifeſtiſſime demõſtrat, nõ ſimplicẽ dici uitã, ſed eam quæ referat ad aliquid

Col.1.c Rom.3.c Habacuc.2.d Philip.3.d Ioan.11.c

A aliquid. Iustus quippe ex fide uiuit, & non additur, in his siue in illis. Viuens autem in lege qui fecerit ea, uiuet in illis: hoc est, in his quæ fecit, quæ putauit bona: merce dem laboris sui habens ea tantum opera quæ fecit: siue longitudinem uitæ (ut Iudæi putant) siue declinationem pœnæ, per quã transgressor legis occidit. Viuere autem in illis, non putemus aposto li uerba esse, sed Eze chielis prophetæ qui ait: Et eduxi eos in de sertũ, & dedi eis præcepta mea, & iustifica tiones meas demonstraui eis, quas faciet homo & uiuet in eis. Qui cũ illos qui in præceptis & iustificationibus ambulasset, uiuere dixisset: adiecit: Et dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus nõ uiuerent in eis. Quanta in uerbis consideratio, ubi dixit: Dedi eis præcepta & iustificationes in quibus uiuerent in eis: non ad iunxit, bona. Vbi uero posuit in quibus non uiuerent in eis, addidit: Et ego dedi eis præcepta non bona, & iustifi cationes in quibus non uiuent in eis. Sed hæc plenius in Ezechiele: nunc ad ordinem epistolæ reuertamur.

Ezech.20.d

a ¶ Christus nos redemit de maledicto &c.] Subrepit in hoc loco Marcion de potestate creatoris, quẽ sanguinarium, crudelem infamat & uindicem, asserens nos redemptos esse per Christũ, qui alterius boni dei filius sit. Qui si intelligeret quo differunt emere, & redimere (quia qui emit, alienũ emit: qui aũt redimit, id emit proprie quod suum fuit, & suum esse desiuit) nunq; scripturarum uerba simplicia, in calumniam sui dogmatis detorqueret. Redemit ergo nos Christus de maledicto legis, quod peccantibus constitutum est: quos ipse increpat per prophetam, dicens: Ecce peccatis uestris uendiB ti estis, & in iniquitatibus uestris dimisi matrẽ uestram. Et Apostolus hoc ipsum replicat, dicens: Ego aũt carnalis sum uenundatus sub peccato. Maledicta quoq; legis quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt: non deo autore cõplẽtur, sed prophetico spiritu his qui peccaturi erant ea quæ uentura sunt, nunciantur. Quod si Apostoli uoluerit nos testimonio coartare dicẽtis: Quicunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea: & asserere oẽs qui sub lege fuerint, fuisse maledictos: interrogemus eum utrũ hi qui sub euangelio Christi sunt, & eius præcepta non faciunt, maledicti sint an non. Si maledictos dixerit, id habebit in euangelio quod nos habemus in lege. Si maledictos negauerit, frustra ergo euãgelij præcepta sunt posita, & absq; mercede erunt hi qui illa compleuerint. Soluitur itaq; utrunq; hoc modo: quomodo Christus Iesus ex maledicto nos legis liberauit, factus pro nobis maledictum: ita de maledicto quoq; euangelij quod statutum est super eos qui eius præcepta non fecerint, eruit nos: factus pro nobis ipse maledictũ, sciẽs talẽti quoq; minimã nõ dimittere portionem, & nouissimum exigere quadrantẽ. a ¶ Quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu &c.] Antequam de sensu & uerbis Apostoli disputemus, iustũ uidetur Deuteronomij testimoniũ, de quo & Apostolus hæc sumpsit paucis replicare & cõponere illud cæteris æditionibus. Lxx. ergo interpretes ita hunc locum transtulere: Si autem fuerit in aliquo peccatum & iudiciũ mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eum in ligno, non commorabitur corpus illius super lignum: sed sepelientes sepelietis eum in die illa: quia maledictus à deo omnis qui pendet in ligno, & non contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dabit tibi in hæreditatem. Aquila: Et cum fuerit in uiro peccatum iudicium mortis, & occisus fuerit & suspenderis eum super lignum: non commorabitur morticinum ipsius super lignum: sed sepeliens C sepelies eũ in die illa: quia maledictio dei est, qui suspensus est, & non contaminabis humum tuam quam dominus deus tuus dabit tibi hæreditatem. Symmachus: Si autem fuerit homini peccatum ad iudicium mortis, & occisus fuerit, & suspenderis eum super lignum: non pernoctabit cadauer ipsius super lignum, sed sepultura sepelies eum in die ipsa: quia propter blasphemiã dei suspensus est, & non contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dabit tibi ad hæreditatem. Theodotio: Et quia erit in uiro peccatum iudiciũ mortis, & morietur, & suspendes eum in ligno: nõ dormiet morticinũ eius super lignum: quia sepultura sepelies eum in die ipsa: quia maledictio dei est suspensus, & non cõtaminabis adama tuã quam dominus deus tuus dederit tibi hæreditatem. Porrò אַדְמָה terra siue humus, lingua Hebræa appellatur. In eo autẽ loco ubi Aquila & Theodotio similiter transtulerunt, dicentes: quia maledictio dei est suspensus: in Hebræo ita ponitur כִּי קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי Hæc uerba Hebion ille hæresiarches, semichristianus & semiiudæus, ita interpretatus est: ὅτι ὕβρις θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id est quia iniuria dei est suspensus. Memini me in altercatione Iasonis & Papisci, quæ Græco sermone conscripta est ita repperisse: λοιδορία θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id est, maledictio dei qui appensus est. Dicebat mihi Hebræus qui me in scripturis aliqua ex parte instituit, quod possit & ita legi: quia contumeliose deus suspensus est. Hæc idcirco congessimus: quia famosissima quæstio est: & nobis solet à Iudæis pro infamia obijci, quod saluator noster & dominus sub dei fuerit maledicto. Primum igitur intuendum D est: quod nõ quicunq; in ligno pependerit, maledictus sit apud deum: sed qui peccauerit, & propter scelus mori fuerit adiudicatus, sublatusq; in crucem: non ideo maledictus, quia crucifixus est: sed quia in talem inciderit reatũ, ut meruerit crucifigi. Deinde illud opponendum quod inferius causa patibuli plenius exponatur, scriptura referente, ob maledictum & blasphemiã dei eum esse crucifixum. Quod apertius Symmachus transtulit, dicens: quia propter blasphemiam dei suspensus est. Ad extremum interrogemus eos si Ananias & Azarias & Misahel, nolentes adorare idolum Nabuchodonosor, fuissent in ligno suspensi: Eleazarus quoq; nonagenarius sub Antiocho rege Syriæ, & cum septem filijs gloriosa mater: utrum maledictos eos æstimaturi fuerint, an omni benedictione dignissimos? Certe si crucem quam Aman parauerat Mardocheo, non ipse pro suo merito conscendisset: puto Mardocheus in eam, non ut maledictus, sed ut uir sanctus ascenderet. His & cæteris similibus comprobatur illum esse maledictum, qui dignum facinus patibulo perpetrarit: Non eum qui iniquitate iudicum, & inimicorum potentia, uel clamore uulgi, aut uirtutum inuidia, aut regis ira fuerit crucifixus. Et Naboth quondam ad Iezabel literas tota Iezrael ciuitas morte damnauit: sed sanguis eius in typo Christi, multa post secula uindicatur: dicente domino ad Osee: Voca nomen eius Iezrael: quia adhuc modicum, & ulciscar sanguinem Iezrael super domum Hieu. Hæc aduersum Iudæos. Cæterum ut ad nos redeat disputatio, scire non possum quare Apostolus in eũ quod scriptum est: Maledictus à deo omnis qui pendet in ligno, uel subtraxerit aliquid uel addiderit. Si enim semel autoritatem Lxx. interpretũ sequebatur: debuit sicut ab illis æditum est, & dei nomen adiungere. Sin uero ut Hebræus ex Hebræis, id quod in sua lingua legerat, putabat esse uerissimum, nec omnis nec in ligno, quæ in Hebræo non habentur assumere.

Deut.27.d

Deut.21.d

Esa.50.d

Rom.7.c

Dan.3.b

2.Mach.6.d

Hest.7.d

3.Reg.21.c

Osee.1.b

Deut.21.d

A Ex quo mihi uidentur: aut ueteres Hebræorum libri aliter habuisse, quàm nunc habent: aut Apostolum (ut ante iam dixi) sensum scripturarum posuisse, non uerba: aut quod magis est æstimandum, post passionem Christi, & in Hebræis, & in nostris codicibus ab aliquo dei nomen appositū: ut infamiā nobis inureret, qui in Christum maledictū à deo credimus. Audaci itaque pede ad hoc ꝓcedo certamē, ut ad libros prouocem, nullo loco scriptum à deo quenquā esse maledictum: & ubicunq; maledictio ponitur, nunq̄ dei nomen adiunctum. Maledict⁹ tu ab omnib. bestijs, dicitur ad serpētem. Et ad Adam: Gen.3.c Maledicta terra in operibus tuis. Et ad Cain: Maledictus tu super terram. Et alibi: Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis. Necnon in alio loco: Maledictus furor eorum, quia audax: & ira eorum, quia dura. Longum est si uniuersas maledictiones, quæ in Leuitico, & in Deuteronomio, & in Iesu Nauæ scribuntur, enumerem, & tamen in nulla earum, dei nomen est additum: intantū ut etiam ipse satanas, cum de Iob polliceretur, quod si grandibus pressus fuisset angustijs blasphemaret, à meliori parte hoc si- Iob.1.a gnificauerit, dicens: Nisi te benedixerit in faciem. Et in 3.Reg.21.c regnorum libris, Naboth propterea lapidatus refertur: quia benedixerit deum & regem. Nullum aūt debet mouere quod Christus pro nobis maledictum factus sit: B quia & deus qui eum dicitur fecisse maledictū: ipse (cum Philip.2.a nesciret Christus peccatum) pro nobis eum peccatum fecit, & saluator de plenitudine patris, exinaniuit se, formam serui accipiens, uita mortuus est, & sapientia dei fa tuitas est appellata: ut quod stultum erat dei, sapientius 1.Cor.1.d fieret hominibus. Et in sexagesimooctauo psalmo de se loquitur: Deus tu scis insipientiā meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Iniuria itaq; domini, nostra gloria est. Ille mortuus est, ut nos uiueremus. Ille descendit ad inferos, ut nos ascēderemus ad cœlum. Ille factus est stulticia, ut nos sapientia fieremus. Ille se de plenitudine & de forma dei euacuauit, formā serui accipiens: ut in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & domini fieremus è seruis. Ille pependit in ligno ut peccatum quod cōmiseramus in ligno scientiæ boni & mali, ligno deleret appensus. Crux eius amaras aquas uertit in dulcem saporem, & securim perditam in profundumq; demersam, missa in fluenta Iordanis leuauit. Ad postremum factus est ille maledictio: factus, inquam, non natus: ut benedictiones quæ promissæ fuerant Abrahæ, ipso autore & præuio transferrentur ad gentes, & spiritus repromissio per fidem illius compleretur in nobis: quam dupliciter de- 2.Cor.9.d bemus accipere: aut in uirtutū spiritualibus donis: aut in scripturarum intelligentia spirituali. a ¶ Fratres secundum hominem dico &c.] Apostolus qui omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, debitor Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus, Galatis quoq; quos paulo ante stultos dixerat, factus est stultus. Non enim ad eos his usus est argumentis quibus ad Romanos, sed simplicioribus, & quæ stulti possent intelligere, & penè de triuio. Quod ne uideretur imperitia & non arte fecisse, prudentem placat ante lectorem, & quæ dicturus est, temperat præfatione præmissa. Fratres, secundū hominē dico: Quod enim dicturus sum, non dico secundum deum: nō dico secundum reconditam sapientiam, & eos qui solido possunt uesci cibo: sed secundū eos qui ob teneritudinem stomachi lacteo rore pascuntur, & ne-

nem spiritus accipiamus per fidem. Frātres, secundum hominem dico: tamen hominis testamentū confirmatum nemo spernit aut superordinat: Abrahę dictæ sunt repromissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, nō irritū facit ad euacuandā repromissionē: quia si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ aūt per promissionē donauit deus. Q̄uid igit̄: lex propter

quaquam ualent audire quæ grandia sunt. Vnde & ad C Corinthios in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio quæ ne inter gentes quidem, ait: Ego dico, & non 1.Cor.5.a dominus. Et ad eosdem in secunda: Quod loquor, non 1.Cor.7.b secundum dominū loquor, sed quasi in insipientia. Pu- 2.Cor.11.c tāt aliqui quod de testamento hominis, & de testatoris morte, & cæteris humanæ similitudinis disputaturus exemplis, dixerit: Fratres secūdum hominem dico. Mihi autem uidetur, & propter hoc quidē quod illi arbitrātur: sed maxime propter illud quod sequit̄ esse præmissum: id est: Nō dicit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Omnes scripturas sensu ac memoria peragrans, nunq̄ plurali numero semina scripta reperi: sed siue in bonam partem, siue in malā, semper singulari numero. Necnon & illud quod infert: Hoc aūt dico testamentum confirmatū à deo: si quis diligenter Hebræa uolumina, & cæteras æditiones cum Lxx. interpretū translatione cōtulerit, inueniet ubi testamentū scriptum est, non testamentū sonare, sed pactū: quod Hebræo sermone dicitur בְּרִית Vnde manifestum est, id fecisse Apostolum quod promisit: nec reconditis ad Galatas usum esse sensibus: sed quotidianis & uilibus, & quæ possint (nisi præmisisset, secundum hominē dico) prudentibus displicere. Supputandi in hoc loco anni ab eo tempore Gen.12.d quo dominus ad Abraham locutus est dicēs: Et in semi- D ne tuo benedicentur omnes gentes, usq; ad legislatorem Moysen: utrū quadringenti triginta sint: uel quomodo in Genesi ipsi Abrahæ dominus polliceatur: quod post quadringentos annos de terra seruitutis filij eius exitu- ri sint: Nō enim parua res est, & à multis quæsita, nescio an ab aliquo sit inuenta. Illud etiā quod in eodem libro de Thamar & duobus eius paruulis legitur: quod scili- Gen.38.d cet primus qui dicitur Zara, miserit manum suam, & obstetrix ligauerit ei coccinū, & dehinc illo manū intrinsecus retrahente, manū posterior qui Phares uocatur porrexerit, præsenti loco cōgruit: quod ostēderit Israel in legis opere manū suā, & eam prophetarū, & ipsius saluatoris pollutā cruore cōtraxerit: Postea uero proruperit populus gentiū: propter quē dicitur sepis esse destructa, & medius paries qui inter Iudæos & gētiles fuerat dissipatus: ut fieret unus grex, & unus pastor, & esset gloria, & honor, & pax, omni operāti bonū, Iudæo primū & Græco. Simplex aūt sensus qui in hoc loco texitur, hanc uim habet, ut doceat Apostolus, non posse per legē, quæ posita data est, repromissiōes quæ ante factæ sunt ad Abrahā destrui, & posteriora prioribꝰ præiudicare: cū repromissiones ad Abrahā ante quadringētos triginta annos datæ sint, q̄d benedicerent̄ in illo uniuersæ nationes. Legis aūt obseruatio, qd' qui fecisset eam, uiueret in ea, post quadringētos triginta annos Moysi data sit in mōte Sina. Econtrario hic dici poterat: Quid ergo necesse fuit legem post tantū tēpus repromissionis dari: cū & data lege, suspicio destructæ sponsionis potuerit oboriri, & manente repromissione non profutura lex data sit. Quam præuidens Apostolus quæstionē, in sequentibus ipse sibi proponit & explicat, dicēs. b ¶ Quid igitur: lex propter transgressiones &c.] Quia manēte repromissione quæ facta fuerat ad Abrahā: lex postea data per Moysen frustra uidebat̄ illata: cur data sit explicat: Propter trāsgressiones, inquit. Post offensam enim in eremo populi, post adoratum uitulum, & murmur in dominum: lex

transgressiones

pter transgressiones posita est donec ueniret semen cui promissum erat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unus non est: deus autem unus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Prius autem q̃ueniret fides, sub lege custodiebamur: conclusi in eam fidem quæ reuelãda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo: ut ex fide iustificaremur. At ubi uenit fides: iã nõ sub pædagogo sumus. Omnes enim filij dei estis per fidẽ quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Non est

A transgressiones prohibitura successit. Iusto quippe lex non est posita: iniquis autem & non subiectis, impijs & peccatoribus, & ut altius repetam, post idololatriam cui in Aegypto fuerant mancipati: ita ut deum patrum suorum obliuiscerentur, & deinceps dicerent: Isti sunt dij tui Israel qui eduxerunt te de terra Aegypti: ritus colendi deum & delinquẽtium pœna sancita est in manu mediatoris Christi Iesu: quia oĩa p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Non solum cœlum, terra, mare, & uniuersa quæ cernimus, sed etiam illa quæ per Moysen duro populo quasi iugum legis imposita sunt. Scribit & ad
1.Tim.2.b Timotheũ: Vnus em̃ deus unus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Postquã ob nostram salutem de uirginis utero dignatus est nasci dei & hominum homo Christus Iesus, sequester est dictus. Anteq̃ uero humanũ corpus assumeret, & esset apud patrem in principio deus uerbum, ad omnes sanctos ad quos factus est sermo dei, Enoch uidelicet, Noe, Abrahã, Isaac, & Iacob: & postea Moysen & cunctos prophetas quos scriptura commemorat: sine additamento hominis, quem necdum assumserat, mediator tantũmodo nuncupatur. Quod aũt ait: Lex ordinata per angelos: hoc uult
B intelligi, quod in omni ueteri testamento, ubi angelus primum uisus refertur, & postea quasi deus loquens inducitur: angelus quidẽ uere ex ministris pluribus quicunq; fit uisus: sed in illo mediator loquatur qui dicat:
Exod.3.b Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Nec mirum si deus loquatur in angelis, cum etiam per angelos qui in hominibus sunt loquatur deus in prophetis: dicente Aggeo: Et ait angelus qui loquebatur in me: ac
Zach.2.a deinceps inferente. Hæc dicit dominus omnipotẽs. Neq; enim angelus qui esse dictus fuerat in propheta ex sua persona audebat loqui: Hæc dicit dominus omnipotẽs. Manum mediatoris, potentiam & uirtutem eius debemus accipere. Qui cum secundum deum unum sit ipse cum patre: secundum mediatoris officiũ alius ab eo intelligitur. Quia uero lectionis ordo cõfusus est, & hyperbato perturbatur: sic nobis reddendus uidetur. Lex posita est per angelos in manu mediatoris, propter transgressiones ordinata per angelos, donec ueniret semẽ cui repromissum erat. Semen aũt haud dubium quin Christum significet: qui ex Matthæi quoq; principio cõprobatur esse filius Abraham: scriptura referente: Liber generatiõis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã. a ¶ Lex ergo aduersus promissa dei? absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare: uere ex lege esset iustitia &c.] Sicut mediator dei & hominum, inter dantem & accipientem legẽ medius fuit: ita lex ipsa quæ post repromissionem data est, inter repromissionem & completionẽ eius media subrepsit. Quæ non idcirco arbitranda est promissionem excludere, quia postea subsecuta eam quæ prius fuit uidetur abolere: sed ex eo quod non potuit uiuificare, nec id tribuere quod repromissio prima pollicita est, manifestum est in custodiã eam repromissionis non in subuersionem datam. Si enim data esset lex quæ posset præstare uitam, & id quod repromissio spopõderat exhibere: uere promissio per legem putaretur exclusa. Nunc autẽ propter transgressiones, ut supra diximus posita, magis arguit eos peccatores quibus post repromissionem in custodiam, & ut ita dicam, in carcerem data est: ut quia per arbitrij libertatem noluerant innocentes expectare promissum, legalibus uinculis præpediti, & in seruitutem mandatorum redacti, custodirentur in aduentum futuræ in Christo fidei: quæ finem repromissiõis afferret. Nec uero æstimandum scripturam autorem esse peccati, quia omnia sub peccato conclusisse dicatur: cũ mandatum quod ex iure præcipitur, ostendat potius arguatq; peccatum, quàm sit causa peccati. Quomodo & iudex nõ est autor sceleris nequam hominis uinciendo: sed concludit eos, & nocentes sententiæ suæ autoritate pronũciat: ut debitos pœnæ, indulgẽtia postea si uoluerit principalis absoluat. b ¶ Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo: ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides: iam non sub pædagogo sumus &c.] Pædagogus paruulis assignatur: ut lasciuiens refrenetur ætas, & prona in uitia corda teneantur: dum tenera studijs eruditur infantia, & ad maiores philosophiæ ac regendæ reipublicæ disciplinas, mœtu pœnæ coercita præparatur. Non tamen pædagogus magister & pater est: nec hæreditatẽ & scientiam pædagogi is qui eruditur expectat: sed alienum custodit filium pædagogus, ab eo postquam ille ad legitimum capiendæ hære-
D ditatis tempus aduenerit recessurus. Deniq; & nomen pædagogi hoc ipsum sonat, & est compositũ ab eo quod pueros agat, id est ducet. Itaq; & Moysi lex, populo lasciuienti ad instar pædagogi seuerioris apposita est, ut custodiret eos, & futuræ fidei præpararet: quæ postq̃ã uenit & credidimus in Christum iam nõ sumus sub pædagogo: tutor à nobis curatorq; discedunt, & legitimum ætatis tẽpus ineuntes, ueri dei filij nominamur: cui nos generat non lex abolita: sed mater fides, quæ est in Christo Iesu. Quod si quis post consummatum ætatis suæ tempus, quando iam hæres & liber & filius appellatur, uoluerit esse sub pædagogo: sciat se non posse legibus paruuli uiuere. Vbi enim nunc compleri potest illud,
Exod.23.b Ter in anno apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui, subuersa Hierusalem, & templo usq; ad cineres dissipato? Vbi salutares & pro peccato hostiæ? Vbi ad simulachrum cœlestium siderum holocaustorum æternus ignis, altari omnino destructo? Noxijs uero quæ poterit pœna decerni, scriptura dicente:
Deut.13.b Auferetis malum de medio uestrum: seruientibus Iudæis, & Romanis regnantibus. Atq; ita fiet, ut nec sub patre nec sub pædagogo uiuant: dum & lex impleri non potest post successionem fidei, & fides dum pædagoga lex appetitur non tenetur. c ¶ Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neq; Græcus. Non est seruus neq; liber. Non est masculus neq; fœmina &c.] Quomodo filij dei per fidẽ quæ est in Christo Iesu nascamur, ostendit dicens: Quicunq; enim in Christo baptizati estis Christũ induistis. Quod autem Christus sit indumentum: non solum de præsenti loco, uerumetiã de alio cõprobatur, Paulo eodem cohortãte: Induite uos dominũ Iesum Christum. Si igitur
Rom.13.d qui in Christo baptizati sunt, Christum induerunt: manifestum est eos qui non sunt induti Christum, non fuisse baptizatos in Christo. Ad eos enim qui fideles & baptisma Christi consecuti putabãtur, dictum est: Induite

uos

A uos dominũ Iesum Christum. Si quis hoc corporeum
Rom.13.d & quod oculis carnis aspicitur, aquæ tantum accipit la/
uacrum: non est indutus dominum Iesum Christum.
Nam & Simon ille de actibus apostolorum acceperat la
Act.8.c uacrum aquæ: uerum quia sanctum spiritum non habe
bat: indutus non erat Christum. Et hæreti/ci uel hypocritæ, & hi qui sordide uicti/tant, uidentur quidẽ accipere baptismum: sed nescio an Christi habeant indumentũ. Itaq; cõsideremus ne forte & in nobis ali/quis deprehendatur, qui ex eo quod Chri sti non habet indu/mentũ, arguatur non baptizatus in Christo. Cum autẽ quis semel Christum indutus fuerit, & missus in flãmam, spiritus sancti ardo/re canduerit: non intelligitur aurum sit an argentum. Quàm diu calor massam lic possidet, unus igneus color est, & omnis diuersitas generis, conditionis & corporũ aufertur istiusmodi uestimento. Non est enim Iudæus neq; Grecus. Pro Græco gentilem accipere debemus: quia ἔθνος, & Græcum & ethnicum utrunq; significat. Nec Iudæus idcirco melior est, quia circunciſus est: nec gentilis ideo deterior, quia præputium habet: sed pro qualitate fidei, uel Iudæus, uel Græcus melior siue dete/rior est. Seruus quoque & liber, non conditione sepa/rantur sed fide: quia potest & seruus libero esse melior, & liber seruũ in fidei qualitate præuertere. Masculus si/militer & fœmina, fortitudine & imbecillitate corporum separantur. Cæterũ fides pro mentis deuotione censet,
B & sæpe euenit ut & mulier uiro causa salutis fiat, & mu/lierem uir in religione præcedat. Cum aũt ita se res ha/beat, & tota diuersitas generis, conditionis & corporũ, Christi baptismate & indumẽto illius auferatur: omnes unũ sumus in Christo Iesu: Vt quomodo pater & filius in se unũ sunt: ita & nos in ipsis unum simus. a ¶ Si au tem uos Christi: ergo Abrahæ semen estis secundũ pro/missionẽ hæredes &c.] Quia repromissiones ad Abra/ham & ad semẽ eius factæ sunt, quod est Christus Iesus: consequenter hi qui Christi filij, id est semen eius sunt: se men quoq; dicuntur Abraham cuius sunt semen ex se/mine. Verum quotienscũq; dominus noster Iesus semen Abrahæ nominatur: corporaliter sentiendũ est, quod ex eius stirpe generatur. Quotiens autem nos qui saluato/ris sermone susceptо credidimus in eum, & nobilitatem generis Abrahæ ad quẽ est promissio facta suscepimus: tunc spiritualiter semen fidei & prædicationis accipere debemus. Deinde etiam hoc considerandũ, quod quan do de domino loquitur: Abrahæ autem dictæ sunt pro/missiões & semini eius: hoc est Christo Iesu: repromissio nes pluraliter ponat. Quando uero de his qui per Chri stum semen sunt Abrahæ, singulariter repromissio nun/cupatur: ut in præsenti loco: ergo Abrahæ semen estis se cundum promissionẽ hæredes. Decens quippe erat ut quod in Christo uno pluraliter dicebatur: id in multis hominibus singulariter poneretur. Sequitur:

Cap. IIII.

Dico autem, quanto tempore hæres &c.] Hæres iste paruulus qui nihil differt à seruo cũ sit dominus o/mniũ, sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfini tum tempus à patre: totum humanum genus usq; ad ad uentum Christi, & ut amplius dicam, usq; ad mũdi con summationẽ significat. Quomodo enim omnes in pro/toplasto Adam, necdum nati moriuntur: ita & omnes etiam hi qui ante aduentum Christi nati sunt, in secun/do Adam uiuificantur. Atq; ita fit, ut & nos legi seruieri mus in patribus, & illi gratia saluentur in filijs. Iste intel/lectus ecclesiæ catholicæ conuenit: quæ & ueteris & no/ C
ui testamenti unam asserit prouidentiam: nec distinguit in tempore, quos conditione sociauit. Omnes ædificati sumus super fundamentum apostolorum & propheta/rum, continente nos angulari lapide Iesu Christo domi/no nostro, qui fecit utraq; unum, & me/dium parietem dissi/pans, inimicitiam u/triusq; populi in sua carne destruxit, & an tiquæ legis difficulta/tem euangelicorum dogmatum integrita te mutauit. Vere in Christo omnes unus panis sumus, & duo cõsensimus super ter rã. Et quomodo nos

est Iudæus neq; Græcus. Nõ est seruus neq; liber. Non est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unũ estis in Christo Iesu. Si aũt uos Christi: ergo Abrahę semen estis secundũ promissionẽ hæredes. Cap. IIII.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus est & actoribus usq; ad præfinitum tem/pus à patre. Ità & nos cũ essemus paruuli, sub elemen/tis

super prophetas fundati sumus: ita & patriarchæ in apo stolorum fundamine constiterunt. Tutores aũt & acto/res, possunt & prophetæ accipi: quorũ uerbis quotidie in aduentum saluatoris erudiebamur: sicut pædagoga Moysi lex supra disserta est, & angeli paruulorum qui quotidie uident faciem patris, & interpellant pro eis. De quibus dictum est: Immittet angelũ dominus in cir Psal.33.b cuitu timentiũ eum & eruet eos. Recte hi sub tutoribus & actoribus esse dicuntur: qui habentes spiritum timo/ris, necdum meruere spiritũ libertatis & adoptionis ac/cipere. Aetas enim infantiæ ad peccata formidat: præda/gogum metuit, non confidit esse se liberam, licet per na turam domina sit. Et secundũ utranq; intelligentiã qua tutores & actores uel prophetas uel angelos diximus: paruulus iste tam diu sub actoribus est atq; tutoribus, donec legitimũ perfecti uiri tempus impleuerit. Legiti/ D
mum aũt tempus, sicut Romanis legibus, uigintiquinq; annorũ spacio terminat: ita ad humani generis pfectio/nẽ, Christi reputatur aduentus. Statim ut ille uenerit, & oẽs in uirũ perfectũ creuerimus: pædagogus à nobis tu torq; discedũt. Tũc autoritate dñi & hæreditatis possess/sione pfruemur, in qua prius nati, quodãmodo putaba mur alieni. c ¶ Ita & nos &c.] Elementa mũdi, eosdẽ quos supra tutores & actores dixerat, apellauit: qđ sub ipsis primũ præsidib. cõstituti: qa necdũ dei filij capere ad nos poteramus aduentũ, erudiebamur in mũdo. Nõ nulli eos esse angelos arbitrant, q quatuor mũdi elemen tis præsideãt: terræ uidelicet, aquæ, igni, & aeri, & necesse esse ut priusq; qs credat in Christo, illis arbitris guber/netur. Elemẽta mũdi, cœlũ, & terrã, & ea quæ intra hæc sunt, plærique appellata putãt: qđ uidelicet solẽ, lunã, ma/ria, syluarũ & montiũ deos, & sapientes Græciæ & Bar/baræ ratiões. Romanique omniũ superstitionũ sentina ue/nerentur: à qbus cũ Christus uenerit liberamur: intelli/gentes ea creaturas esse nõ numina: Alij elemẽta mũdi, legẽ interpretant Moysi & eloquia pphetarũ: quod per hæc quasi initia & exordia literarũ, dei timorẽ qui sapi/entiæ principiũ est, suscipiamus. Deniq; ad eos qui iam deberẽt esse pfecti, & ueritate neglecta adhuc disciplina/rũ principijs inhærebãt: scribit in epistola ad Hæbræos Apostolus: Etenim cũ deberetis esse magistri, ppter tem pus, rursum necesse habetis ut doceamini quæ sint ele/mẽta principij sermonũ dei. Ecõtrario nobis obijci po/test, qđ ad Colos. Paulus apostolus scribens, elementa mũdi alia nũcuparit: Videte dicẽs, ne qs uos deprædet per philosophiã, & inanẽ deceptionẽ, secundũ traditio/nem hominum: secundũ elementa mundi, & non secun/dũ Christũ. Sed ex eo quod addidit, secundũ traditio/nem hominũ & inanem deceptionẽ: ostendit nõ eadem elementa ad Colossenses & ad Galatas nominari. Ab his quippe elementis postquam uenerit temporis plenitu/do redimimur, & ad maiora gradientes, adoptio/nem recipimus filiorum. Ab illis uero nihil tale dicitur quid

A quid ſequatur: ſed ſimpliciter elementa pro literis accipiuntur. Poteſt igitur ut diximus Moyſi lex & prophetæ pro elementis accipi literarum, quod per eas ſyllabæ iungantur & nomina, & non tam ſui q̃ alterius rei utilitate diſcantur: ut poſſimus orationem legere cõtextam: in qua ſenſus magis & ordo uerborum q̃ literarum principia conſiderãtur. Quod autem legem & prophetas, elemẽta mundi interpretati ſum⁹, mundus pro his qui in mũdo ſunt accipi ſolet: eodẽ Paulo dicente: Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Et in euangelio: Et mundus per eũ factus eſt, & mundus eum non recepit. Quidã etiam in illa liberius euagãtur: ut quia lex umbrã habet futurorũ bonorum, requirant utrum in alio mundo de quo ſaluator ait: Ego non ſum de mundo iſto: primũ paruuli ſimus, & ſub elemẽtis initiorum conſtituti, paulatim procedamus ad ſummũ, & recipiamus adoptionis locũ quem quondã amiſimus.

a ¶ At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium &c.] Diligenter attendite quod nõ dixerit, factũm per mulierem, quod Marcion & cæteræ hæreſes uolunt, quæ putatiuã Chriſti carnem ſimulãt: ſed ex muliere: ut non per illam, ſed ex illa natus eſſe credatur. Quod aũt ſanctam & beatam matrem domini, mulierẽ non uirginem nominauit, hoc idem & in euãgelio κατὰ ματθαῖον ſcriptũ eſt: quãdo uxor appellatur Ioſeph, & ab ipſo dño quaſi mulier increpatur. Non enim neceſſe erat ſemper quaſi caute & timide uirginẽ dicere: cum mulier ſexum magis ſignificet q̃ copulam uiri, & ſecundũ intelligentiã Græcitatis, γυνὴ tam uxor q̃ mulier ualeat interpretari. Sed
B ut cuncta prætereã: quomodo ſub lege factus eſt, ut eos qui ſub lege erant redimeret: ſic propter illos qui nati erant ex muliere, ex muliere uaſci uoluit. Nam & baptiſmum in Iordanis fluente idcirco quaſi pœnitẽs cũ eſſet à peccatis liber accepit: ut cæteros edoceret mundãdos eſſe per baptiſmũ, & in filios noua ſpiritus adoptiõe generari. Quod nequaq̃ intelligens Ioannes baptiſta, eum
Matth.3.d ad lauacrũ prohibebat accedere, dicens: Ego à te debeo baptizari. Et ſtatim ſacramentũ docetur: Sine modo: ſic enim decet nos adimplere omnẽ iuſticiã. Ne qui ob hominum ſalutẽ uenerat, aliquid de conuerſatione hominum præteriret. Quærat quiſpiã & dicat: Si ideo ſub lege factus eſt, ut eos qui ſub lege erãt redimeret, quod uidelicet impoſſibile fuerit redimi eos qui erant ſub lege niſi factus fuiſſet ipſe ſub lege: aut ſine lege factus eſt, ut redimeret eos qui ſub lege non erant: aut ſi non eſt factus ipſe ſine lege, non redemit eos qui ſub lege non fuerant. Quod ſi poſſibile erat eos qui ſine lege erant redimi, ita ut ſine lege ipſe non fieret: ergo ſuperflue ſub lege factus eſt: ut redimeret eos qui ſub lege erant. Breuiter ſoluet hanc quæſtionem, ſi quis illo utatur exemplo, & cum his qui ſine lege erant reputatus eſt. Nam licet in latinis codicibus propter ſimplicitatẽ interpretum male æditum ſit: Et cum iniquis reputatus eſt: tamen ſciendũ aliud apud Græcos ſignificare ἄνομον, quod hic ſcriptũ eſt: aliud ἄδικον quod in Latinis uoluminibus habetur. ἄνομος enim dicitur ille: qui ſine lege eſt & nullo iure conſtringit̃. ἄδικος uero iniquus ſiue iniuſtus. Vnde & ipſe
1.Cor.9.c Apoſtolus in alio loco: Cum non eſſem, ait, ſine lege dei, ſed in lege eſſem Chriſti. & certe in hoc quoq̃ teſtimonio ἄνομος in Græco ſcriptũ eſt: & qui hic bene interpretatus eſt, potuit idem uerbũ & ibi ſimiliter interpretari, niſi eũ ambiguitas fefelliſſet. Alius uero ipſum uerbũ redimeret acutius intuebit̃, & dicet eos ſignificari redemptos, qui primũ de dei parte fuerint, & poſtea eſſe ceſſauerint.
2.Cor.5.d Illos uero qui ſub lege nõ fuerint, non tam redimi q̃ emi. Vnde & ad Corinthios in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio quæ ne inter gentes quidem, ſcribitur: Precio empti eſtis non redempti. Sub lege quippe C
non fuerant. Recipimus igitur adoptionẽ filiorum dei, & redempti à Chriſto, ſub ſeruitute elementorũ mundi & tutorum poteſtate eſſe deſiſtimus. Quomodo aũt inter redimere & emere quid intereſſet, oſtendimus: ſic quid ſit inter accipere, & recipere adoptionem filiorum, conſideremus.

b ¶ Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra clamãtem: abba pater &c.] Manifeſte apoſtolus Paulus tres ſpiritus nominat: Spiritum filij dei: ut in præſenti loco, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra: Et ſpiritum dei: ut in illo. Quotquot ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt. Rom.8.e
Et ſpiritum ſanctum: ut ibi: Corpora ueſtra templũ ſancti ſpiritus ſunt qui eſt in uobis. Alium autem ſanctum ſpiritum eſſe quàm filium dei, manifeſte & in euangelio comprobatur: Qui dixerit uerbum contra filium homi Luc.12.b
nis, dimittetur ei. Quicunq; autem dixerit contra ſpiritum ſanctũ: nec hic nec in futuro dimittetur ei. Hoc ideo quia multi per imperitiam ſcripturarũ, quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum epiſtolarum libro facit: aſſerunt ſpiritum ſanctum ſæpe patrem, ſæpe filium nominari. Et cum perſpicue in trinitate credamus, tertiam perſonam auferentes, non ſubſtantiam eius uolunt eſſe ſed nomen. Ne autem longum faciam, non enim dialogus, ſed commentarius ſcribitur: de quinquageſimo pſalmo tres ſpiritus nominatos breuiter oſtendam: propheta dicente: Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Ne proij- D
cias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi læticiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Principalẽ ſpiritũ, patrem appellat, quia filius ex patre, & nõ pater ex filio. Spiritum autem rectum ueritatis atq̃ iuſticiæ, Chriſtum dominum ſi- Ioan.5.d
gnificat: Quia pater omne iudicium dedit filio: ut Da- Pſal.71.c
uid ait: Deus iudicium tuum regi da, & potẽtiam tuam filio regis. Porrò ſpiritum ſanctum aperto nomine uocat. Quæ quidem cum uocabulis perſonisq̃ diſſentiant: ſubſtantia naturaq̃ ſociata ſunt, & indifferenter idem ſpiritus ob naturæ ſocietatem, nunc patris dicitur eſſe nũc filij. Argumentum autem quo aſſerere conatur, nos iam non eſſe ſub lege, ſed ſub gratia domini Ieſu, tali fine concludit. Superius dixerat ut adoptionem filiorum reciperemus: nunc dei eſſe nos filios, ex ſpiritu probat quem habemus in nobis. Nunquam enim, inquit, auderemus dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctifi-
cetur nomen tuum: niſi de conſcientia ſpiritus habitantis in nobis, & magna ſenſuum & dogmatum uoce clamante: Abba pater. Abba Hebraicum eſt, idipſum ſignificans quod & pater. Et hanc conſuetudinem in pluribus locis ſcriptura conſeruat: ut Hebraicum uerbum cum interpretatione ſua ponat. Bartimeus, filius Timei. Aſer diuitiæ. Tabitha, Dorcas: & in Geneſi Meſech, uernaculus, & cætera his ſimilia. Cum autem abba pater, Hebræo Syroq̃ ſermone dicatur, & dominus noſter in euangelio præcipiat, nullum patrem uocandum niſi deum: neſcio qua licentia in monaſterijs uel uocemus hoc nomine alios uel uocari nos acquieſcamus. Et certe ipſe præcepit hoc qui dixerat non eſſe iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus. Si de patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter ſentire cogemus. Notandum etiam quia clamor in ſcripturis, non magnæ uocis emiſſio, ſed ſcientiæ intelligatur, & dogmatum magnitudo. Nam & in Exodo reſpondit dominus ad Moyſen: Quid clamas Exo.14.d
ad me, cũ penitus Moyſi uox nulla præceſſerit. Verum

ſubſtantiis ob hominum ſalutẽ uenerat, aliquid de conuerſatione hominum præteriret. Quærat quiſpiã & dicat: Si ideo ſub lege factus eſt, ut eos qui ſub lege erãt redimeret, quod uidelicet impoſſibile fuerit redimi eos qui erant ſub lege niſi factus fuiſſet ipſe ſub lege: aut ſine lege factus eſt, ut redimeret eos qui ſub lege non erant: aut ſi non eſt factus ipſe ſine lege, non redemit eos qui ſub lege non fuerant. Quod ſi poſſibile erat eos qui ſine lege erant redimi, ita ut ſine lege ipſe non fieret: ergo ſuperflue ſub lege factus eſt: ut redimeret eos qui ſub lege erant. Breuiter ſoluet hanc quæſtionem, ſi quis illo utatur exemplo, & cum his qui ſine lege erant reputatus eſt. Nam licet in latinis codicibus propter ſimplicitatẽ interpretum male æditum ſit: Et cum iniquis reputatus eſt: tamen ſciendũ aliud apud Græcos ſignificare ἄνομον, quod hic ſcriptũ eſt: aliud ἄδικον quod in Latinis uoluminibus habetur. ἄνομος enim dicitur ille: qui ſine lege eſt & nullo iure conſtringit̃. ἄδικος uero iniquus ſiue iniuſtus. Vnde & ipſe
1.Cor.9.c Apoſtolus in alio loco: Cum non eſſem, ait, ſine lege dei, ſed in lege eſſem Chriſti. & certe in hoc quoq̃ teſtimonio ἄνομος in Græco ſcriptũ eſt: & qui hic bene interpretatus eſt, potuit idem uerbũ & ibi ſimiliter interpretari, niſi eũ ambiguitas fefelliſſet. Alius uero ipſum uerbũ redimeret acutius intuebit̃, & dicet eos ſignificari redemptos, qui primũ de dei parte fuerint, & poſtea eſſe ceſſauerint.
2.Cor.5.d Illos uero qui ſub lege nõ fuerint, non tam redimi q̃ emi. Vnde & ad Corinthios in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio quæ ne inter gentes quidem, ſcribitur: Precio empti eſtis non redempti. Sub lege quippe C
non fuerant. Recipimus igitur adoptionẽ filiorum dei, & redempti à Chriſto, ſub ſeruitute elementorũ mundi & tutorum poteſtate eſſe deſiſtimus. Quomodo aũt inter redimere & emere quid intereſſet, oſtendimus: ſic quid ſit inter accipere, & recipere adoptionem filiorum, conſideremus.

b ¶ Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra clamãtem: abba pater &c.] Manifeſte apoſtolus Paulus tres ſpiritus nominat: Spiritum filij dei: ut in præſenti loco, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra: Et ſpiritum dei: ut in illo. Quotquot ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt. Rom.8.e
Et ſpiritum ſanctum: ut ibi: Corpora ueſtra templũ ſancti ſpiritus ſunt qui eſt in uobis. Alium autem ſanctum ſpiritum eſſe quàm filium dei, manifeſte & in euangelio comprobatur: Qui dixerit uerbum contra filium homi Luc.12.b
nis, dimittetur ei. Quicunq; autem dixerit contra ſpiritum ſanctũ: nec hic nec in futuro dimittetur ei. Hoc ideo quia multi per imperitiam ſcripturarũ, quod & Firmianus in octauo ad Demetrianum epiſtolarum libro facit: aſſerunt ſpiritum ſanctum ſæpe patrem, ſæpe filium nominari. Et cum perſpicue in trinitate credamus, tertiam perſonam auferentes, non ſubſtantiam eius uolunt eſſe ſed nomen. Ne autem longum faciam, non enim dialogus, ſed commentarius ſcribitur: de quinquageſimo pſalmo tres ſpiritus nominatos breuiter oſtendam: propheta dicente: Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Ne proij- D
cias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi læticiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Principalẽ ſpiritũ, patrem appellat, quia filius ex patre, & nõ pater ex filio. Spiritum autem rectum ueritatis atq̃ iuſticiæ, Chriſtum dominum ſi- Ioan.5.d
gnificat: Quia pater omne iudicium dedit filio: ut Da- Pſal.71.c
uid ait: Deus iudicium tuum regi da, & potẽtiam tuam filio regis. Porrò ſpiritum ſanctum aperto nomine uocat. Quæ quidem cum uocabulis perſonisq̃ diſſentiant: ſubſtantia naturaq̃ ſociata ſunt, & indifferenter idem ſpiritus ob naturæ ſocietatem, nunc patris dicitur eſſe nũc filij. Argumentum autem quo aſſerere conatur, nos iam non eſſe ſub lege, ſed ſub gratia domini Ieſu, tali fine concludit. Superius dixerat ut adoptionem filiorum reciperemus: nunc dei eſſe nos filios, ex ſpiritu probat quem habemus in nobis. Nunquam enim, inquit, auderemus dicere: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctifi-
cetur nomen tuum: niſi de conſcientia ſpiritus habitantis in nobis, & magna ſenſuum & dogmatum uoce clamante: Abba pater. Abba Hebraicum eſt, idipſum ſignificans quod & pater. Et hanc conſuetudinem in pluribus locis ſcriptura conſeruat: ut Hebraicum uerbum cum interpretatione ſua ponat. Bartimeus, filius Timei. Aſer diuitiæ. Tabitha, Dorcas: & in Geneſi Meſech, uernaculus, & cætera his ſimilia. Cum autem abba pater, Hebræo Syroq̃ ſermone dicatur, & dominus noſter in euangelio præcipiat, nullum patrem uocandum niſi deum: neſcio qua licentia in monaſterijs uel uocemus hoc nomine alios uel uocari nos acquieſcamus. Et certe ipſe præcepit hoc qui dixerat non eſſe iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus. Si de patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter ſentire cogemus. Notandum etiam quia clamor in ſcripturis, non magnæ uocis emiſſio, ſed ſcientiæ intelligatur, & dogmatum magnitudo. Nam & in Exodo reſpondit dominus ad Moyſen: Quid clamas Exo.14.d
ad me, cũ penitus Moyſi uox nulla præceſſerit. Verum

A compunctum cor & pro populo lachrymabiliter inge/
miscens, scriptura clamorem uocauit. Quomodo igitur
qui spiritum filij dei habet, filius dei est: sic in reciprocũ
qui spiritum filij dei non habet, dei filius non potest ap/
pellari. a ¶ Itaq; iam non est seruus sed filius. Quod si
filius, & hæres &c.] Habentes, inquit, spi
ritũ filij dei in uobis
clamantem abba pa/
ter, nõ serui cœpistis
esse sed filij. Quia an/
te nihil differebatis à
seruo cum essetis na/
tura quidem dei, sed
sub tutoribus & acto
ribus paruuli dege/
batis: quod si filij estis, consequenter uobis debetur hæ/
reditas: ut quomodo spiritum filij dei accipientes facti
estis filij dei: ita in libertatẽ de seruitute mutati, hæredes
sitis cum hærede patris Christo Iesu: qui ex persona ho/
Psal.2.b minis assumpti loquitur in psalmo: Dominus dixit ad
me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me:
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem
tuam terminos terræ. Quod autem in hoc loco dicimus
in cæteris quoq; obseruare debemus: de toto genere ho/
minum singulari numero disputari. Omnes enim cre/
dentes, unum sumus in Christo Iesu, & membra corpo/
ris eius, & in perfectũ uirum redacti, illum habemus ca
put: quia caput uiri Christus est. b ¶ Sed tũc quidem
nescientes deum: seruistis his qui natura non erant dij.
&c.] Galatas quos ab idolorum cultu ad fidem dei ue
ri trãstulerat arguit, quomodo idolis derelictis, quæ na/
tura non erant dij, & cognoscentes deum, magis autem
cogniti ab ipso, spiritu quoq; adoptionis accepto: rur/
sum quasi paruuli & sub tutoribus & pædagogo esse cu
B pientes: ad infirma & paupertina reuertantur elementa:
quæ propterea infirmo & pauperi sensu populo data
sunt in deserto: quia nõ poterat accipere & sustinere ma/
iora. Eadem autem elementa, quæ nunc infirma & ege/
na appellauit: superius tantum mundi elementa posuit.
Et ubi elementa mundi dicta sunt: ibi non est additum,
infirma & egena. Hic rursum ubi infirma uocata sunt,
mundi, ut supra diximus, nomen est tacitum. Puto itaq;
quamdiu quis paruulus est, nec statutum à patre tem/
pus impleuit ut filius & hæres appellari queat: sub ele/
mentis eum mundi, lege uidelicet esse Moysi. Cum autẽ
post libertatem & adoptionem & hæreditatem filio de/
bitam rursus reuersus fuerit ad legem, circuncidi uolẽs,
& totam Iudaicæ superstitionis literam sequi: tunc quæ
prius ei mundi tantum fuerant elementa, infirma quoq;
& egena dicũtur exordia. Intantum enim nihil prosunt
cultoribus suis, ut ne hoc quidem eis exhibere ualeant
quod ante præstiterãt: Hierosolyma, templo altariq; de/
structis. Respondeat aliquis & dicat: Si lex & præcepta
quæ in lege cõscripta sunt, infirma & egena elemẽta sunt,
& hi qui cognouerunt deum, magis autem cogniti sunt
ab eo, legem obseruare non debent, ne incipiant nõ tam
deũ colere à quo cogniti sunt, q̃ ad eos reuerti qui natu
ra non sunt dij: Aut legem obseruauerunt Moyses & pro
phetæ, & non cognouerũt deum nec cogniti sunt ab eo:
Aut si cognouerunt deum: mandata legis minime com/
pleuerunt: Quod utrunq; periculosum est dicere: Aut
illos non fecisse quæ legis sunt, & sic cognouisse deum:
aut nõ cognouisse deum, dum infirma & egena legis ele
1.Cor.9.c mẽta custodiũt. Quod quidẽ sic solui potest, ut dicamus
illos, quomodo Paulus factus est Iudæis Iudæus, ut Iu/
Act.18.c dæos lucrifaceret, & in Cenchreis ex uoto comã totõdit,
& nudipedalia atq; caluitium Hierosolymis in templo
exercuit: ut eorum sedaret inuidiam, qui catechisati de
eo fuerant, quod contra legem Moysi & deũ faceret pro
phetarum: Ita & sanctos uiros fecisse quidem ea quæ le/
gis erant: sed sensum magis legis secutos esse q̃ literam:
Qui non minus q̃ Abraham sublato de facie uelamen/ C
to cupierunt uidere diem Christi, & uiderunt & lætati
sunt: Facti infirmo populo infirmi: ut infirmos lucrifa/ 1.Cor.9.d
cerent, & his qui sub lege erant quasi essent ipsi sub lege:
ut eos ab idolis quibus in Aegypto assueuerant separa/
rent. Absurdũ quip/
pe est Moysen & cæ/
teros confabulatores
dei in ea fuisse condi/
tione, ut non creda/
mus eis & præfinitũ
tempus à patre uenis/
se, & redemptos eos
esse de seruitute lega/
li, & adoptionẽ filio/
rum cõsecutos, & hæ
reditatem cœpisse cum Christo. Quæcunq; enim toto
generi humano sapientia dei quasi uni filio præstitit:
hæc eadem unicuiq; sanctorum semper suo ordine & di/
spensatione largita est. Legẽ nobis Moysi infirma & ege
na dicentibus elementa, occasionem inueniunt hæretici,
ut detrahant creatori, quia mundũ condiderit & legem
sanxerit. Quibus nos respondebimus id quod supra di/
ximus, infirma his esse & egena elementa, qui ad ea post
euangelij gratiam reuertuntur. Anteq; uero præfinitum
tempus ueniret à patre, non tam infirma & egena appel/
lata esse elementa quàm mundi. Deniq; prius q̃ Christi
in toto orbe euangelium coruscaret habuerũt suum ful/
gorem præcepta legalia: post q̃ uero maius euangelicæ
gratiæ lumen effulsit, & sol iusticiæ toti mundo se pro/
didit: stellarum lumen absconditum est, & earum radij
caligauerunt: ita ut Apostolus in alio loco diceret: Nam 2.Cor.3.c
nec glorificatum est quod glorificatũ fuit, in hac parte,
propter excellentẽ gloriam. Quod alijs uerbis nunc lo/
quitur, ut dicat, lex Moysi quæ ante euãgelium dies &
opulenta & clara fuit: post aduentum Christi ad compa D
rationem eius quasi infirma & egena, imminuta atq; de/
structa est ab eo qui maior fuit Salomone, & templo & Ioan.3.d
Iona. Quod enim scriptum est: Illum oportet crescere,
me autem minui: non tam ex Ioannis q̃ ex legis persona
dictum puto: quia semper cedunt minora maioribus, &
perfecta initijs præponuntur. Alias aũt, infirma & ege/
na elementa, Iudæorum traditiones, & secundũ literam
uilem intelligentiam confirmabimus: quæ sunt iustifica
tiones non bonæ & præcepta non bona. Robusta quip/
pe & diues est legis intelligentia spiritualis, ita ut aut pe
nitus elementum non debeat appellari: aut elementum
quidem sit cõparatione futuri seculi, & uitæ in Christo
Iesu, qua nunc uiuunt angeli supernæq; uirtutes. Sensui
uero Iudaico comparata, non tam elementum, hoc est
initium q̃ perfectio nuncupetur. Quod aũt ait: Nunc ue
ro cognoscentes deum, magis aũt cogniti ab eo: illud o/
stendit, quod post idolorũ cultum, deum intellexerint
Galatæ: uel potius ipsi cognitione eius digni sint iudica
ti. Non quod deus creator omnium aliquid ignoret, sed
quod eos tantũ scire dicatur, qui errorẽ pietate mutauẽ/ 2.Tim.2.c
rint. Cognoscit dñs qui sunt eius. Et saluator in euãgelio, Ioan.10.c
Ego sum, ait, pastor bonus, & cognosco meas, & cogno/ Luc.13.f
scunt me meæ. Econtra ad impios: Nescio uos, recedite à Matth.3.f
me operarij iniqtatis. Et ad stultas uirgines: Nescio uos
quæ estis. c ¶ Dies obseruatis, &c.] Qui non adorat
patrẽ in spiritu & ueritate, nescit sabbatismum sanctis re Psal.94.b
positũ. De quo loquitur deus: Si introierint in requiem Esa.40.b
meã: & non de illis temporibus recordatur, de quibus Ier.7.b
scriptũ est: Recordamini dierũ seculi. Et alibi. Memora/
tus sum dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui.
Dies Iudaicos obseruãt & menses, & tempora & annos.
Dies, ut sabbati, & neomeniæ, & à decima mensis primi
usq; ad quartãdecimam qua agnus corporeus uictimæ
reseruatur, & à quartadecima usq; ad uicesimãprimam
eiusdẽ mensis, quando azyma comeduntur, nõ synceri
tatis & ueritatis: sed in fermẽto ueteri maliciæ & neqtiæ
pharisæorum

A phariſæorum. Septem quoq; ſeptimanas, qui ritu Iudaico poſt azyma cõputat: dies Iſraeliticæ pentecoſtes colit. Nec nõ & clangorem tubarum menſe ſeptimo prima menſis. Decima quoq; eiuſdem menſis, expiationem & ieiunium, & ſcenopegias ex more figentes: Iudaicos obſeruant dies. Menſes autem cuſtodiũt, qui primũ & ſeptimum menſem, non intelligentes myſterium ueritatis, obſeruãt. Tempora quoq; colũt, quiter per annos ſingulos Hieroſolymã uenientes putant ſe domini implere præceptum dicentis:
Exod.23.b Tribus temporibus anni diem feſtum agetis mihi, ſolennitatem azymorum, & ſolennitatem meſſis primitiuorum, & ſolennitatẽ conſummationis in exitu anni. Et alibi: Tribus temporibus anni apparebit maſculinũ tuum in conſpectu domini dei tui. Qui aũt ait, & annos, puto de ſeptimo remiſſionis anno dici, & de quinquageſimo, quem illi Iobileum uocant. Plenius hunc locum ad Coloſſenſes Apoſtolus explicat, dicens: Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu: aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, quæ ſunt umbra futurorum. Partem diei feſti, ad diſtinctionem perpetuæ feſtiuitatis hic poſuit: ut non breuem, & ut ita dicam, totius corporis quandam particulã, ſed totum uitæ noſtræ ſpacium perpetuæ in Chriſto ſolennitatis habeamus. Et ut poſteriora priora connectam: quid de lege Moyſi & deſuperflua ciborum curioſitate in hac eadem epiſtola ſentiat: ſtatim ſubiungit & loquitur: Si enim mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi huius: quid adhuc tanq; uiuentes in hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; guſtaueritis, neq; cõtrectaueritis: quæ ſunt omnia in inB ritu ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominũ. Dicat aliquis: Si dies obſeruare nõ licet, & mẽſes & tempora & annos: nos quoq; ſimile crimẽ incurrimus quartam ſabbati obſeruantes, & paraſceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadrageſimæ, & paſchæ feſtiuitatem, & pentecoſtes lætitiam, & pro uarietate regionũ, diuerſa in honora martyrum tempora conſtituta. Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit: dicet, non eoſdem Iudaicæ obſeruationis dies eſſe quos noſtros. Nos enim nõ azymorum paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem iuxta morem Iſrael numeramus hebdomadas in pentecoſte: ſed ſpiritus ſancti ueneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui cõſtituti ſunt, ut in unum omnes pariter ueniremus. Non quo celebrior ſit dies illa qua cõueniſimus: ſed quo quacunq; die conueniendum ſit, ex conſpectu mutuo, lætitia maior oriatur. Qui uero oppoſitæ quæſtioni acutius reſpondere conatur: illud affirmat, omnes dies æquales eſſe: nec per paraſceuen tantum Chriſtum crucifigi, & die dominica reſurgere: ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe diem, & ſemper eum carne ueſci dominica. Ieiunia aũt & congregationes inter dies, propter eos à uiris prudentibus conſtitutos, qui magis ſeculo uacant q̃ deo: nec poſſunt imò nolunt toto in eccleſia uitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus, deo orationũ ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſq; eſt, qui ſaltẽ hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, uel orandi tempora uel ieiunandi, ſemper exerceat? Itaq; ſicut nobis licet uel ieiunare ſemper uel ſemper orare, & diem dominicã accepto domini corpore indeſinẽter celebrare gaudentibus: Non ita & Iudæis fas eſt omni tẽpore immolare agnũ: pentecoſten agere, tabernacula figere: ieiunare quotidie. Satis uero caute inter autoritatem apoſtoli, & ſancti hominis lenitatẽ uerba moderatus eſt, inferens: Timeo uos, ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis. Si enim abrupte condemnare uoluiſſet: dixiſſet utiq; Timeo uos, ſine cauſa enim laboraui in uobis. Nunc autem uidens eos zelum dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam, nec penitus eorum deſperauit ſalutem, qui pio fuerãt errore decepti. Nec rurſum irreprehenſos reliquit: ne & ipſis perſeuerandi in errore, & cæteris occaſionem ſimiliter tribueret errandi.

ſes, & tempora, & annos: timeo uos ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis. Eſtotẽ ſicut & ego, quia & ego ſicut uos. Fratrẽs obſecro uos nihil me læſiſtis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iam

Timeo autẽ uos, poſuit, pro eo quod eſt, timeo de uobis. Sine cauſa laborat magiſter, cum ipſe prouocat ad maiora diſcipulos, & illi retro lapſi ad minora & humilia reuoluuntur.

a ¶ Eſtote ſicut & ego &c.] Quod dicit tale eſt: quo modo ego uobis infirmis ſum factus infirmus, & non potui loqui ut ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus & paruulis in Chriſto, & quia necdum poteratis ſolido cibo ueſci, euangelico uos tantum lacte potaui, nolens in ætate uos ſemper infantiæ permanere, ſed paulatim ad adoleſcentiam & iuuentutẽ uſq; perducere, ut ſolidum cibũ poſſetis accipere: Ita & uos debetis eſſe ſicut & ego ſum: perfectiora uidelicet ſapere: dimiſſo lacte, ad fortiores cibos & ad pabula trãſire maiora. Hoc aũt loquitur quaſi ſaluatoris imitator, qui non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs, & habitu inuentus eſt ut homo: ut nos diſ fieremus ex hominibus, & non ultra moreremur: ſed conſurgentes Chriſto, amici eius diceremur & fratres, & ut eſſet diſcipulus ſicut magiſter, & ſeruus ſicut dominꝰ. Poteſt aũt & ita intelligi. Obſecro uos, inquit, fratres, ut Iudaica obſeruatione contempta, dierũ, menſium, temporum, atq; annorũ, quæ ſunt umbræ futurorũ, me imitemini: qui ſine querela in lege uerſatꝰ, omnia arbitratus ſum quaſi purgamenta atq; quiſquilias, ut Chriſtũ lucrifacerem. Fui quippe & ego ſicut uos nunc eſtis: cum D eiſdẽ obſeruationibus ſtrictus tenebar, & eccleſiã Chriſti quia iſta nõ faceret perſequens deuaſtabã. b ¶ Fratres obſecro uos nihil me &c.] Superiori ſentẽtiæ iunge qd' ſequit: quod ut fiat manifeſtius, ſit ordo iſte quẽ ſingimus. Obſecro uos fratres eſtote ſicut & ego: qa & ego ſicut uos. Simile eſt huic illud: Rogamus pro Chriſto reconciliamini deo. Nec non & alibi: Obſecro primũ omnium fieri deprecationes, orationes, poſtulationes, gratiarumactiones. Petri quoq; uerba dicentis: Seniores in uobis rogo cõſenior ipſe, & teſtis paſſionũ Chriſti. Quæ quidẽ & nos ad humilitatẽ prouocant, & ſuperciliũ decutiunt epiſcoporũ: qui uelut in aliqua ſublimi ſpecula conſtituti, uix dignantur uidere mortales, & alloqui conſeruos ſuos. Diſcant ab Apoſtolo errantes & inſipientes Galatas fratres uocari. Diſcant poſt increpationẽ blanda uerba dicentis: Obſecro uos. Quod aũt obſecrat, illud eſt, ut imitatores eius ſint, ſicut ipſe Chriſti: imò ut præſentem locũ ſequar, nihil eſt grande quod poſtulat: ut quomodo ipſe propter illos de maiori factus eſt minor: ſic illi à minoribus ad maiora conſcendant. Nihil me, inquit, læſiſtis. Lædit diſcipulus magiſtrũ, ſi per negligentiã ſuã præcepta eius laboremq; diſperdat. Non læſerant Galatæ apoſtolũ, uſq; in præſens tempus euangelium eius ac mandata ſeruantes. Aut certe ita. Quando uobis primum euangeliũ annunciaui, & propter infirmitatem carnis ueſtræ, quia non poteratis ſacramenta ſuſcipere maiora, prædicaui uobis quaſi paruulis, & meipſum infirmũ eſſe ſimulaui, ut uos infirmos lucrifacerẽ: nõne quaſi angelũ ſuſcepiſtis me, quaſi Chriſtum Ieſum? Cum igitur in nullo me illo tempore læſeritis, & me ueſtri cauſa humilẽ atq; deiectũ ſimilem dei filio putaueritis: quomodo ad maiora uos prouocans lædor à uobis, perdendo laborem meũ, & diſpenſationẽ illam qua me paruulũ eſſe ſimulauerã, irrito opere nunc lugetis? Per infirmitatẽ aũt carnis non ſuæ, ſed audientiũ Galatis Paulus annunciat; qui non poterãt carnem ſubiice-

A re uerbo dei:sed quasi carnei,nihil intelligentiæ susce-
re spiritualis. Quod ut euidentius fiat: ponamus exem-
1.Cor.7.b plū.Per infirmitatē carnis docet,q dicit: Si se non conti-
nēt,nubāt.Et mulier si mortuo fuerit uir eius, libera est:
cui uult nubat,tantum in domino.Nequaq uero per in-
firmitatem carnis do
cet, ista cōmemorās:
Solutus es ab uxore:
noli quærere uxorē.
Et, tempus est ut &
qui habent uxores,
sic sint quasi non ha-
bentes. Alia quippe
præcepta ad spiritua
les,alia dātur ad car-
neos. Et aliud est qd
iuxta imperiū: aliud
quod iuxta indulgen
tiam præcipitur. a ¶ Et tentationem uestram &c.]
Obscurus locus & acrius attendendus.Ego quidem,ait,
quasi paruulis uobis atq lactentibus per infirmitatem
carnis uestræ iam pridem euangelizaui,à minoribus in-
cipiens,& (ut dicam) apud uos penè balbutiens. Quæ
dispensatio & prædicationis infirmæ simulatio,mea qui
dem gubernatio erat:sed uestra tentatio, an uobis place
rent & magna uiderentur ea quæ pro conditione sui mi-
nora erant,& à me quasi humilia promebanē. Quæ qui
dem uos, non ut parua, sed ut magna capientes,intantū
admirati estis: ut me qui ea loquebar quasi angelum, &
ut plus dicā,quasi dei filium susciperetis. Hæc ergo ue-
stra tentatio,qua ego uos in carnali mei sermonis annun
ciatione tentabam,non fuit cōtempta, nec uilis:sed plus
q æstimabam habuit dignitatis. Potest & locus iste ita
edisseri. Quando ueni ad uos, non ueni in sermone sapi-
entiæ,sed homo humilis atq contemptus, nihil magnū
B deferens crucifixum. Cum igitur me uideretis in corpo
re infirmitatibus obnoxio cōstitutū,regna cœlestia pol-
licentem: non irrisistis, nec æstimastis dignum esse con-
temptu:Intelligebatis quippe humilitatem carnis meæ,
& ipsius habitus uilitatem, ad uestram tentationē fieri,
an uidelicet contemneretis eum, qui ab incredulis mise-
rabilis putabatur: sed ecōtra illū humilē,uilem atq con
temptum, ita ut angelū & plusq angelū suscepistis. Aut
certe suspicari possumus,apostolū eo tempore quo pri-
mum uenit ad Galatas ægrotasse, & aliqua corpusculi
infirmitate detentum, non cessasse tamen nec uocem si-
lentio repressisse, quo minus cœptum euangelium præ-
dicaret. Nam tradunt eum grauissimū capitis dolorem
sæpe perpessum,& hunc esse angelum satanæ qui appos
tus ei sit, ut eum colaphizaret in carne, ne extolleretur.
Hæc infirmitas & languor hic corporis,apud eos quib
annunciabatur euangeliū tentatio fuit: an cōtemnerent
eum sublimia promittentem, quem languoribus corpo
ris subiectum uidebant. Nec non & illud dici potest, qd
in principio aduentus sui ad Galatas, cōtumelias & per
secutiones & plagas corporis ab his qui contraibant e-
uangelio sustinuerit, & hanc fuisse tentationem uel ma-
ximam Galatis, apostolum Christi cernentibus uer-
berari. Quod autem ait, sicut angelum, sicut Christum
Iesum susciepistis me,& angelo Christū esse ostendit ma-
iorem, quem secundum dispensationem corporis mino
Psal.88.g rem psalmista cantauerat, dicens: Minorasti eum paulo
minus ab angelis: & tantum sua uerba in principio ualu
isse demonstrat,ut angeli putarenē & Christi. b ¶ Vbi
est ergo beatitudo uestra &c.] Beatus est qui ambulat
in uirtutū uia:sed si ad uirtutes usq peruenerit.Nec pro
dest à uitijs recessisse, nisi optima comprehendas. Quia
nō tam initia sunt in bonis studijs laudanda q finis. Si-
cut enim in uinea multi usq ad prælū uuæ gradus sunt,
& primū necesse est ut uitis gemmet in pampinis, spem
promittat in floribus: dehinc ut flore decusso, futuri bo-
tri species deformetur: paulatimq turgescens uua partu
riat ut pressa torcularibus dulcia musta desudet: Ita & C
in doctrina singuli beatitudinum sunt profectus: ut au-
diat quis uerbū dei,ut concipiat,ut in utero animæ eius
adolescat, & ad partū usq perueniat: Vt cum pepererit
illum,lacte enutriat,& per infantiam, pueritiam,adole-
scentiam,iuuētutem,
ad perfectum uirum
usq perducat. Cum
ergo singuli, ut dixi-
mus, gradus iuxta p
fectus suos habeant
beatitudinē: si finis,
& ut ita loquar, extre
ma manus operi de-
fuerit:totus labor irri
tus fiet,& dicetur,ubi
est ergo beatitudo ue
stra? Quāuis, inquit,

iam pridem: & tentationem uestram quæ erat in carne
mea non spreuistis, neq respuistis: sed sicut angelum
dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergō
beatitudo uestra? Testimonium enim perhibeo uobis:
quia si fieri potuisset, oculos uestros eruissetis & dedisse
tis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum ueritatem di-
cens uobis. Aemulantur uos non bene: sed excludere uos

uos eo tempore quo euangelium iuxta carnem susce-
ratis, beatos dicerem, quod in initijs feruebatis: tamen
nunc quia non uideo ædificio culmen impositū, & penè
nequicq iacta fundamina:cogor dicere, ubi est ergo bea
titudo uestra,qua uos beatos arbitrans ante laudabam?
Vere enim & ipse fateor, quia sic me uobis humilia præ-
dicantem uel persecutionibus conflictatū, in principio
dilexistis:ut si fieri posset(hyperbolice aūt sunt accipien
da quæ loquitur)eruissetis uobis oculos,& mihi,ut om-
nium uestrū luminib plus cernerē,dedissetis. Optaba-
tis quippe uos cæcos esse p ineffabilē in me charitatē: ut
plus in meo corde euangelij lumen orireē, emolumentū
meū uestris damnis crescere uolebatis. & hoc illo tēpo-
re,quo uobis quasi paruulis atq lactentibus, siue pro-
pter infirmitatē carnis uestræ, parua & humilia annun-
ciabam: siue propter meæ carnis iniurias,non dignus ui
debar fide. Nunc uero quia ab elementis & syllabis & le
ctione pueri cœpi uos ad maiora studia prouocare:ut li D
bros teneatis in manibus, ut plena eruditionis & sensuū
uerba discatis, recalcitratis,irascimini, grauis uobis ui-
deē esse pfectio doctrinarū, & intātū in alios mutati estis
affectus:ut me quē quasi angelū & Christū susceperatis,
cui uolebatis oculos uestros tradere: nunc habeatis ini-
micū:quia uobis plenā annūcio ueritatē. Eleganter aūt
sententiā terminauit,dicens:Ergo inimicus uobis factus
sum ueritatē dicēs uobis:ut ostenderet initia prædicatio
nis, non tā ueritatē fuisse q umbrā & imaginē ueritatis.
Similis est huic illa sentētia nobilis apud Romanos Poe
tæ:Obsequiū amicos,ueritas odiū parit. Sed uide quāto
hic melius q ille. Apostolus em his quos stultos dixerat,
qs paruulos appellarat:hāc sententiā temperauit, & spe-
cialē fecit:dū proprie ad personas Galatasq dixerit. Ille
uero generalē,& ita se apud oēs habere denunciās, uehe
menter errauit. Obsequiū enim quo putauit amicos fie-
ri, ueritate dempta non tā obsequiū est q adulatio:& as-
sentationē clandestinas magis inimicitias q amicitias di
ci debere,perspicuū est. Simul aūt & illud cōsiderandū,
quod hodie quoq quādiu paruulis atq lactentibus, &
his in quorū cordibus nunq Christus adolescit nec pro
ficit ætate & sapientia,& gratia apud deū & homines:iu-
xta literā scripturas explanam:laudamur, suspicimur,
admiratione habemur. Cū aūt paululū cœperimus eos
prouocare, ut transeāt ad maiora: de præconib nostris
inimici fiant, & malint Iudæos potius q apostolos sequi
qui à pharisæorū doctrina & traditionibus recedentes,
ad ipsum Christū propiciatoriū & perfectionem legis in
gressi sunt: nec diuinū sermonē accipere dignentur, qui
ecclesiæ magistros iubet ad altiora dogmata scandere,&
totis uiribus sublimare uocem:nec circumlatrantiū sire
pitum pertimescere paruulorū,dicentē:Super montem E Isa.40.b
excelsum ascende, qui euangelizas Sion. Exalta in uirtu
te uocem tuam,qui euangelizas Hierusalem. Exalta,no-
li timere. c ¶ Aemulantur uos non bene: sed exclude-
re &c.] Aemulantur bene, qui cū uideant in aliquibus
esse

A esse gratias, dona, uirtutes, ipsi tales esse desiderant, & fidem, uitam atq; industriam eorum per quæ illa meruerunt nituntur imitari, ut possint ea quoq; quæ bona æmulatione digna sunt cõsequi. De quibus & Apostolus ait: Aemulamini spiritualia: magis autem ut prophetetis. Ac deinceps: Sic & uos, quoniã æmulatores estis spiritualium, ad ædificationẽ ecclesiæ quærite ut abundetis. Et iterum: Itaq; fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Aemulantur autem non bene: qui non tam ipsi cupiũt esse meliores, ut imitentur eos qui æmulatione digni sunt, cq; illos ipsos uolunt facere peiores, & retrorsum trahere æmulatione peuersa. Verbi gratia dictum sit: Christianus est quispiam, legit Moysen & prophetas: scit omnia in umbra & in imagine illi populo præcessisse: scripta autem esse propter nos in quos fines seculorum decurrerunt: Circuncisionem non tam præputij, cq; aurium & cordis intelligit: Resurrexit cum Christo: ea quærit quæ sursum sunt: Liberatus est ab onere & seruitute legis, ne tangas, ne gustes, ne attamines, imperantis: huic si quis scripturarũ uerbis uoluerit persuadere, ut non per tropologiam, sed occidentem literam quæ sunt scripta suscipiat: ut in manifesto fiat Iudæus non in occulto: æmulatur eum non bene: sed concito cursu ad maiora gradientem retrahere festinat: ut se potius æmuletur qui retrorsum uadit: aut certe ut multum ultra non promouet. Loquitur itaq; Galatis qui ab assertoribꝰ legis inducti fuerant ut eos imitarentur, cum illi potius Galatas debuerint imitari: quia naturale est, maiorem de minori, non minorem fieri de maiore. Bonum æmulamini in bono: id est nolite assertores Iudaicæ obseruationis imitari: sed
B ea quæ bona sunt imitamini. Quomodo enim qui diuitias, potentiam dignitatẽ alicuius imitatur, non tam bona cq; ea quæ fugienda sunt æmulatur: Ita & uos econtrario, bonum æmulamini in bono: magis quærentes spiritualia quàm carnalia: ut nõ illi uos Iudæos, sed uos illos Christianos esse doceatis. Hoc aũt facite semper, ut perseueranti gradu, ad finem boni operis peruenire possitis. Aemulabamini si quidẽ bonum in bono, prius cum apud uos essem: qui postq; à uobis recessi, omnia quæ tradideram perdidistis: de statione certa & fido portu, rursum in altum unda relabente subtracti. Nec mirum si recedẽte Apostolo uase electionis, & in quo Christus dominus loquebatur, Galatæ sunt mutati: cum etiã nũc cernamus in ecclesijs idipsum fieri. Si quando enim doctor quis in ecclesia contigerit sermone ornatus & uita: qui audientes quasi stimulis quibusdam concitet ad uirtutes: uidemus omnem plebem circa eleemosynas, ieiunia, castitatem, susceptionem pauperũ, sepulturas, & cætera similia festinare, feruere, discurrere. Cum aũt ille receserit, paulatim emarcescere, & subtracto cibo, tenuari, pallere, languescere: & interitum sequi omnium quæ
Matth.9.d prius uigebant. Quamobrem quia messis multa, operarij aũt pauci: precemur dominũ messis: ut mittat operarios ad metendũ, qui spicas populi Christiani quæ stant in ecclesia futuro tritico præparatæ, metant, colligant, & in horrea comportantes, nequaq; perire patiantur. Hoc de eo zelo & æmulatione peruersa, de qua & alibi dictũ
Psal.36.a est: Noli æmulari in malignantibus & hic: Aemulantur uos non bene. Inuenimus aũt & alium zelum quo zelati sunt filij Iacob Ioseph fratrem suũ, & Maria & Aaron amicũ domini Moysen. Neq; enim aut illi aut hi, ut meliores essent Ioseph & Moyse ad zelum sunt cõcitati, sed quia dolebant illos esse meliores. Ille zelus uicinus inuidiæ est. Longum est si uelim omnia zeli genera, boni seu mali de scripturarũ proferre thesauro. Bonum zelum le
Num.25.b gimus Phinees, Eliæ, Mathathiæ, & apostoli Iudæ, sed
2.Reg.19.b non proditoris: qui ob insignẽ zeli in se uirtutem, etiam

uos uolunt ut illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum cum præsens sum apud uos. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur

zelotis nomen accepit. Malum autem, ut Cain in Abel, C
& cæterorum in alios. Et zelum uiri, de quo scriptũ est: Et uenerit ei spiritꝰ zeli. Nisi forte medius hic zelus est, & nec in bonã nec in malam partem accipi potest: sed inter utrunq; zelotypia potius appellatur. Aliter. Videntes hi qui ex circuncisione erãt Galatas ex gentibus spiritus sancti abundare uirtutibus, se uero non linguis loqui: non dona habere curationum, non gratiam prophetiæ, cupiebant eos zeli stimulis incitati, ad legis onera transducere: ut inciperent & illi sui similes fieri. a ¶ Filioli mei quos iterũ parturio &c.] Quantis difficultatibus & dolore fœtus promantur ex
Gen.3.c utero: maledictio prima declarat, dicens: In tristicia paries filios. Volens igitur Paulus ostendere magistrorum pro discipulis sollicitudinem: quos patiantur affectus, ne sectatores sui excidant à salute, ait: Filioli mei quos iterum parturio. Qui eñ in alio loco quasi pater dixerat:
1.Cor.4.c Si decẽ milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed non multos patres: iam non quasi pater, sed ut mater loquitur in Christo: ut utriusq; anxietatẽ & pietatem in se parentis agnoscant. Tale quid & Moyses de populo loquebatur: Nunquid ego in utero accepi omnem populum
Num.11.c istum? Quis putas nostrũ ita de discipulorũ anxius est salute, ut nõ paucis horis, aut ut multũ biduo triduoue: sed toto uitæ suæ tempore torqueatur: donec Christus formeẽ in eis. Exemplũ fœtæ mulieris quod assumpsit, concipientis & formantis in se semina, diligenter tenendum, ut possimus intelligere quod dicitur: Natura non erubescenda, sed ueneranda est. Sicut eñ in uuluã mulieris primũ semẽ iaciẽ informe, ut sulcis & fundo eius quasi quodã glutino adhæreat: de quo & propheta initij sui recordatus ait: Imperfectũ meũ uiderũt oculi tui: De- D
inde per nouem menses restricto sanguine, futurus homo coagulatur, corporatur, pascitur atq; distinguitur: ut postq; in utero palpitarit, statuto tempore fundatur in lucem, & tantis difficultatibus nascitur, quãtis postea ne intereat enutritur: Ita & semen sermonis Christi cum in animam audientis inciderit, per gradus suos crescit: & ut multa præteream, possumus siquidem facile corporalem descriptionem transferre ad intelligentiam spiritualem: tamdiu in ancipiti est, quãdiu pariat qui concepit. Nec statim finis industriæ est addidisse, sed tunc alterius laboris exordium est: ut lactentem infantiã sedulis nutrimẽtis & studijs, usq; ad plenã Christi perducat ætatem. Et quomodo in coniugio sæpe uiri semen in causa est ne liberi procreentur: nonnunq; sterilis uxor semina non tenet, & frequenter neuter ad generandũ aptus est, & econtrario uterq; fœcundus: ita & in his qui uerbum dei seminant, quadrifaria hæc diuisio custoditur: ut impleat quidem suum doctor officium, sed sit sterilis auditor: uel auditor bonæ indolis sit, sed per imperitiã doctoris uerbi semen intereat: aut certe tam uecors sit qui docetur, cq; ille est qui præcipit: raroq; contingit, ut & magister & discipulus sibi consentiãt, scilicet ut tantum iste doceat quantum ille possit haurire: uel tantum suscipere doctus, quantum doctor ingerere. At nunc omnes iudices sumus. Nescimus quorus psalmus sit, quæ pars prophetiæ, quod legis capitulũ, & loquendi facilitate interpretamur audacter, quod nequaq; intelligimus. Non ad nos pertinet ut Christus formetur in populo, ut ad domum suã unusquisq; rediens habeat semen uerbi dei: quod cum conceperit possit dicere cum propheta: A ti- Esa.26.c
more tuo domine concepimus & peperimus, filios salutionis tuæ fecimus super terrã. Tales in apostolos transeunt, & à saluatore merentur audire. Quicunq; fecerit Matth.7.c uoluntatẽ patris mei, ipse est frater meus, & soror & mater: diuersitate profectuum, in diuersis nominibus ostẽsa. Formatur quoq; Christus in corde credentium, cum

A omnia illis ſacramenta panduntur,& ea quæ obſcura uidebantur perſpicua fiunt. Sed & illud eſt intuendum, quod qui per peccatum quodāmodo homo eſſe deſierat:per pœnitentiam cōcipitur à magiſtro, & rurſum in eo Chriſti formatio repromittitur. Hoc aduerſum Nouatianos, qui nolunt reformari eos quos ſemel peccata contriuerint. a ¶ Vellem autē eſſe apud uos modo, & mutare uocem meam, quoniam confundor in uobis &c.] Scriptura diuina ædificat & lecta:ſed multo plus prodeſt ſi de literis uertatur in uocem: ut qui per epiſtolā docuerat, præſens inſtruat audientes. Magnam ſiquidem uim habet uox uiua:uox de autoris ſui ore reſonās: quæ ea pronunciatione profertur atq; diſtinguitur, qua in hominis ſui corde generata eſt. Sciens itaq; Apoſtolus maiorem uim habere ſermonē qui ad præſentes fiat: cupit uocem ſuā apoſtolicā literis cōprehenſam in præſentiam cōmutare, & quia hoc magis expediebat his qui in errorē fuerant deprauati, uiuo eos ad ueritatem retrahere ſermone. Hoc autem ideo, quia confundebatur in illis: quod quidem Græce magis proprie dicitur. ἀποροῦμαι enim nō tam confuſionē quæ apud illos αἰσχύνη ſiue σύγχυσις appellatur, q̄ indigentiam & inopiā ſonat. Senſus itaq; iſte eſt. Vellem apud uos nunc adeſſe, & literarū uocem præſens ipſe proferre: quia indigeo uobis. Non quippe habeo fructus quos ſolent de diſcipulis habere doctores, & ſine cauſa ſemen iactum eſt doctrinarum, cum penitus in uobis patiar egeſtatem: ita ut Hieremiæ poſſim uoce prorumpere: Non profui neq; profuit mihi quiſq;.

B Poteſt & aliter locus iſte interpretari: Paulus apoſtolus qui factus fuerat Iudæis Iudæus, ut Iudæos lucrifaceret: & his qui erant ſub lege, quaſi eſſet ipſe ſub lege, & infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret: pro qualitate eorum quos ſaluare cupiebat, mutabat uocem ſuam, & in hiſtrionum ſimilitudinē (factus ſiquidem eſt theatrum mundo & angelis & hominibus) habitum in diuerſas figuras uertebat & uoces: Non quod id eſſet, quod ſe eſſe ſimulabat: ſed q̄ id tantū uideret eſſe, quod cæteris proderat. Cernit Galatas alia indigere doctrina, alia uia debere ſaluari: non illa qua primum ad Chriſti fidem fuerant de gentilitate tranſducti, & compellitur dicere: Vellem nunc eſſe apud uos, & mutare uocem meam in uobis. Nō, inquit, uideo me prodeſſe, ſi ea loquar quæ prio locutus ſum: propter quod ignorans quid agam, & in diuerſa diſtractus: laceror, cōfundor atq; dilanior. Et quo modo medici cum uim artis ſuæ in primo uiderint non ualere medicamine, tranſeunt ad aliud, & tamdiu experiuntur quid proſit è pluribus, donec perueniant ad curationem: ut quod per mollitiem alicuius emplaſtri neq; ſanari ualuit, mordaciori puluere & auſteriori curatione ſaneē: Ita & ego quia confundor in uobis, & ignorantia huc atq; illuc diſtrahor: uellem literarum uocem præſens de meo ore proferre, ut uos ſolito ſeuerior ipſe corriperem: quoniam epiſtola non poteſt uocem obiurgantis exprimere: non ualet iraſcentis reſonare clamorē, & dolorem pectoris apicibus explicare. Poteſt aūt & ſimplicio intelligi. Blādis apud uos modo uerbis uſus ſum, dicens: Fratres obſecro uos, & filioli mei quos iterū parturio donec Chriſtus formetur in uobis: ſed ego blādus & lenis qui ad uos quaſi pater locutus ſum? pro ea charitate qua uos perire nō patior & errare perpetuo: uellem nunc præſens eſſe ſi cōfeſſionis me uincula non artarent, & blādā uocē in obiurgātis uerba mutare. Nec leuitatis eſt ſi nūc blādiar, nunc iraſcar. Impellit me charitas, impellit me dolor, diuerſis affectibus loqui. Neſcio em̄ in quæ primū uerba prorumpā, & quo uos debeā ſanare medicamine: quia cōfundor in uobis. a ¶ Dicite mihi C qui ſub lege uultis eſſe: legē nō audiſtis? &c.] Notandū legem hic dictam eſſe Geneſis hiſtoriam: non ut uulgo æſtimant, quæ facienda ſint quæue uitanda: ſed totum quod de Abraham & eius uxoribus liberiſq; contexitur, legem appellatā. Legimus & in alio loco, prophetas quoq; legem uocari. Audit ergo legem, qui iuxta Paulum non ſuperficiem, ſed medullam eius introſpicit. Non audit legem, qui ſimilis Galatarū, exteriorem tantū corticem

metur Chriſtus in uobis. Vellem autem eſſe apud uos modo, & mutare uocem meam: quoniam confundor in uobis. Dicite mihi qui ſub lege uultis eſſe, legem nō audiſtis? Scriptū eſt enim: quoniā Abrahā duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt. Qui autem de libera

ſequitur. b ¶ Scriptum eſt enim quoniam Abraham duos filios habuit &c.] Nimiæ difficultatis eſt demonſtrare, Iſaac tantū, qui de Sara natus eſt, fuiſſe de repromiſſione generatum: & non etiam Iſmahel qui de Agar ancilla eſt ortus Aegyptia. Scriptura quippe refert, q̄ cum perſequente Sara agar fœta fugiſſet, & uenisſet ad eam angelus in deſerto, moneretq; ut ſubiiceretur dominæ poteſtati: idem ipſe angelus etiā hæc locutus ſit: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & nō numerabitur præ multitudine. Et poſtea de Iſmahel, quæ utiq; repromiſſionis uerba nemo dubitarit: Iſte erit ruſticanus homo: manus eius ſuper omnes, & manus omnium ſuper eum, & contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit. Sed reſpōderi poteſt, minoris autoritatis eſſe repromiſſionem angeli, q̄ ipſius dei. Sicut enim ſtella orto ſole non rutilat: ita & angeli uerba ad comparationem repromiſſionis dei obſcurari, & euaneſcere, & pro nihilo computari. Videtur quidem hæc reſponſio aliquid habere momenti: ſed ſtatim ſequentis ſcripturæ autoritate cōteritur. Scriptum eſt enim: Abraham autem dixit ad D deum: Iſmahel iſte uiuet in cōſpectu tuo, & deus reſpondit ad eum ita: Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iſaac, & ſtatuam teſtamentū meum ad eum, in teſtamentū æternum, & ſemini eius poſt eum. De Iſmahel aūt: Ecce exaudiui te, & ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo illum uehemēter. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentē magnam. Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac quem generabit tibi Sara in tempore iſto, anno uenturo. Ex quibus euidens eſt ipſius quoq; ſermonibus dei Iſmahel ſecundum repromiſſionem eſſe generatum. Sed & hoc ita ſoluitur: repromiſſionem proprie in teſtamenti datione compleri, & aliud eſſe benedicere, augere, multiplicare uehemēter, quod in Iſmahel ſcriptū eſt: aliud hæredem facere per teſtamentum, quod de Iſaac dicitur: Statuam teſtamentum meum ad eum, in teſtamentum æternum, & ſemini eius poſt eum. Et in conſequentibus. Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac quem pariet tibi Sara. Et quomodo aliud ſunt dona, aliud ſubſtantia: aliud legata, aliud hæreditas: Legimus enim filijs concubinarum Abrahæ dona tradita: filio autem Saræ totius ſubſtantiæ hæreditatem relictam: Ita aliud eſſe, ut diximus, benedictionem atq; legata: aliud teſtamentū. Sed & hoc dici poteſt de Iſmahele, poſt conceptum eius, uel angelum uel deum locutum. De Iſaac uero antequam in Saræ utero conciperetur, deum fuiſſe pollicitum. Hæc interim quantum ingenij noſtri mediocritas patitur dicta ſint. Cæterū ſi quis poteſt maius aliquid inuenire, quomodo Iſmahel qui de ancilla natus eſt, non ſit repromiſſionis filius, ſed Iſaac qui de libera: ille potius audiēdus eſt. Et ſi quid (inquit apoſtolus) aliter ſentitis, & hoc uobis deus reuelabit. Nūc breuiter ad altiora tendendum eſt, ut dicamus unumquemq; noſtrum primum non iuxta repromiſſionem naſci: quamdiu ſcripturarum uerbis ſimplicibus inſtruitur, & Iudaicis adhuc expoſitionibus delectatur: quando uero ad ſublimiora tranſcenderit, &

Gen.16.d

Ibidem.17.c

Gen.17.d

derit, & legem intellexerit ſpiritualem, tunc eum de repromiſſiõe generari: Et ut apertius loquar, quotidie eos qui faciunt opera Abrahæ, de Abraham naſci. Verum illos qui habeãt ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ex ancilla generari Aegyptia: eos aũt qui ſpiritũ adoptiõis acceperint, ex Sara libera, qua libertate à Ioan.8.d Chriſto donati ſumꝰ. Loquitur dñs ad Iudæos q adhucancillæ filij eſſe malebant: Si mãſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis ueritatẽ, & ueritas liberos faciet uos. Vnde & illi ignorantes myſticũ eſſe q̃d docebatur, aiũt: Semen Abrahæ ſumus, & nemini unq̃ ſeruiuimus: quomodo tu dicis liberi eritis? Reſpondit ei Ieſus: Amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Seruus aũt non manet in domo in æternũ: Filius autẽ manet in æternũ. Si ſerui ſumus peccati, Agar nos genauit Aegyptia: ſi non regnat peccatum in noſtro mortali corpore, uere dei filij ſumus. a ¶ Quæ quidem ſunt allegorica &c.] Allegoria proprie de arte grãmatica eſt, & quo à metaphora uel cæteris tropis differat, in ſcholis paruuli diſcimus. Aliud prætendit in uerbis: aliud ſignicat in ſenſu. Pleni ſunt oratorum & Poetarum libri. Scriptura quoq; diuina per hanc non modica ex parte contexta eſt. Quod intelligens Paulus apoſtolus (quippe qui & ſeculares literas aliqua ex parte contigerat) ipſo uerbo figuræ uſus eſt, ut allegoriam ſicut apud ſuos dicitur appellaret: quo ſcilicet ſenſu magis loci huius Græci ſermo
B nis abuſionem monſtraret. Sciſſe autem Paulũ, licet non ad perfectum, literas ſeculares, ipſius uerba teſtantur. Titum.1.c Dixit quidam ex eis proprius eorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uẽtres pigri. Hic uerſus Heroicus Epimenidis poetæ eſt: cuius & Plato & cæteri ſcriptores ueteres recordantur. Apud Athenienſes quoq; cum in Areo pago ſatisfaceret: hæc addidit: Sicut & quidam uobis poetæ dixerunt: Ipſius enim & genus ſumus. Hoc hemiſtichium fertur in Arato: qui de cœlo
1.Cor.15.d ſtellisq; conſcripſit. Necnon & illud: Corrumpunt boni mores, confabulationes peſſimæ: trimeter iambicus de comœdia ſumptus eſt Menandri. Ex quibus & alijs, euidens eſt Paulum non ignoraſſe literas ſeculares, & quam hic allegoriam dixit, alibi uocaſſe intelligentiam
Rom.7.a ſpiritualẽ. Vt ibi: Scimus eñ quod lex ſpiritualis eſt, pro
1.Cor.10.d eo quod eſt allegorica, ſiue allegorice figurata. Et alibi: Omnes eandẽ ſpiritualẽ comederũt eſcã, & eundẽ ſpiritualẽ biberunt potũ. Bibebant aũt de ſpirituali ſequenti eos petra: petra autẽ erat Chriſtus. Manna hic, & ſubiti fontis eruptio, & petra ipſa quæ ſequitur: quod allegoricè accipienda ſint, nemo eſt qui dubitet. Scio quid econtrario poſſit opponi: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos ſpirituales inſtruite iſtiuſmodi
1.Cor.1.d in ſpiritu manſuetudinis. Et in alio loco. Spiritualis aũt dijudicat omnia: ipſe autẽ à nullo dijudicatur: quod ſcilicet aliud q̃ ſupra diximus uerbũ ſpirituale ſonet. Sed nos ſpiritualẽ, quia omnia iudicet & ipſe à nemine dijudicetur, eum uirũ dicimus qui uniuerſa ſcripturarum ſacramenta cognoſcens, ſublimiter ea intelligat, & Chriſtum in diuinis libris uidens, nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat. b ¶ Hæc enim ſunt duo teſtamẽta: unũ quidem à monte ſina in ſeruitutem generans quæ eſt Agar &c.] Penè cunctorum ſuper hoc loco iſta eſt explanatio: ut Agar ancillam, interpretentur in lege & in populo Iudæorum: Saram autem liberam, in eccleſia, quæ de gentibus congregata eſt, quæ mater ſanctorũ ſit, Paulo dicente: quæ eſt mater omnium noſtrum. Hæc diu non peperit antequam Chriſtus de uirgine naſceretur C
& ſterilis fuit: necdum riſu mundi Iſaac de electo patre cum uoce ſublimium dogmatum reſonante: Si quidem & Abraham in noſtra lingua, pater electus cum ſonitu refertur: Agar autem quæ interpretatur παροικία, id eſt incolatꝰ ſiue peregrinatio ſiue mora, generat Iſmahel: qui tantum audiat dei præcepta nec faciat: hominem ruſticũ, ſanguinariũ, deſerta ſectantem: qui uniuerſis fratribus ſuis de libera procreatis inimicus ſit, & aduerſa eis fronte reſiſtat. Nec mirũ uetus teſtamentũ, q̃d in mõte Sina, qui eſt in Arabia, & confinis eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem, conſtitutum eſt atq; conſcriptum, non eſſe perpetuum: cum & incolatus à perpetua poſſeſſione diuerſus ſit, & Sina montis nomen tentationem ſonet, & Arabia ſignificet occaſum, & econtrario quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt libera materq; ſanctorum, demonſtret hanc Hieruſalem quæ in præſenti eſt, deorſum eſſe, & in humili infimoq; demerſam. Sunt qui duo teſtamenta & aliter intelligãt: ut ſcripturam diuinam, tam ueterem quàm nouam, iuxta diuerſitatem ſenſus eorumq; ſententiam qui legunt: aut ancillã interpretentur aut liberam, & eos qui adhuc literæ ſeruiant, & ſpiritum timoris habeant in ſeruitute, de Agar Aegyptia uelint eſſe generatos: Eos autem qui ad ſuperiora cõſcendant, & allegorice uelint ſentire quæ ſcripta ſunt, filios eſſe Saræ, quæ in lingua noſtra ἄρχουσα id eſt princeps interpretatꝰ genere fœminino: Et hoc ob illam neceſſitatem ſe aſſerũt uſurpare: quia iniquum ſit D
Moyſen, & cunctos prophetas de ancilla: quoslibet uero gentilium de libera intelligere procreatos. Vnde melius eſſe, ut non ſolum de his qui in eccleſia ſunt, pro diuerſitate (ut ſupra diximus) intellectuũ alios ſeruos, alios liberos arbitremur: ſed etiam de uno eodemq; homine quamdiu ſequitur hiſtoriam, ancillæ eum eſſe filiũ: cum autem aperiẽte Ieſu ſcripturas, incenſum fuerit cor eius, & in fractione panis inſpexerit eum quem antea non uidebat: tunc & ipſum Saræ filium nominari. Marcion & Manichæus hunc locum in quo dixit apoſtolus: Quæ quidem ſunt allegorica, & cætera quæ ſequuntur, de codice ſuo tollere noluerunt: putantes aduerſum nos relinqui: quod ſcilicet lex aliter ſit intelligenda q̃ ſcripta eſt: cũ utiq; etiã ſi allegorice, ut nos quoq; fatemur & Paulꝰ docet, accipienda ſit, non pro uolũtate legentis, ſed proſcribentis autoritate ſic cognita ſit, & eo ipſo q̃d contra nos ſeruare uiſi ſunt, conterantur: quod Moyſes creatoris dei ſeruus ſpiritualia ſcripſerit, apoſtolo quoq; eorũ idipſum docente, quem ipſi alterius Chriſti & melioris dei aſſerunt prædicatorem. c ¶ Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis quæ nõ paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ magis q̃ eius quæ habet uirum &c.] Virum habuit ſynagoga legem, & iuxta Anæ quoq; prophetiam, fœtoſa quondam in liberis fuit. Sterilis uero eccleſia ſine uiro Chriſto: ſine ullo ſponſi ſermonis alloquio diu iacuit in deſerto. Sed poſtquam accepit illa librum repudij in manus ſuas, & omnia ornamenta uiri in idoli uertit ornamentum: tunc maritus priore cingulo putreſcẽte: alium lumbis ſuis baltheum, aliud de gentibus lumbare contexuit: quæ ſtatim ut eſt uiro iuncta, concepit & peperit. Et in Eſaia exclamat do Eſa.49.f
minus per prophetã: ſi eſt gens nata ſimul: quando una & 54.d
die in actibus apoſtolorum tria milia, & quinq; milia hominum crediderunt. Nec puto neceſſe eſſe, ut de multitudine Chriſtiana, & de Iudæorum paucitate dicamus cum in toto mundo crucis uexilla reſplendeant, & uix

A rārus atque notabilis in urbibus Iudæus appareat.
4 ¶ Nos autem fratres, ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus &c.] Apoſtolum & ſimiles ei, ſecundum Iſaac promiſſionis eſſe filios: nulla intelligētiæ difficultas eſt. Sed quia Origenes hunc locum ediſſerens, ita apoſtoli poſuit exemplū: Vos autem fratres, ſecundum Iſaac promiſſionis filij eſtis, quæritur quomodo Galatas, quos ſtultos appellarat, & incepiſſe dixerat ſpiritu, carne finire: nunc ſecundum Iſaac filios repromiſſionis uocet. Dicimꝰ itaq; apoſtolum ideo eos appellare ſecūdū Iſaac filios repromiſſionis: quia non penitus eorū deſperet ſalutem, & rurſum eos ad ſpiritum quo cœperant æſtimet reuerſuros: fiantq; filij liberæ. Qui ſi carne fuerint cōſummati, filij ſint ancillæ. b ¶ Sed quomodo tunc qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum &c.] Nō puto inuenire nos poſſe ubi Iſmahel perſecutus fuerit Iſaac: ſed tantum illud, quod cum filius Aegyptiæ qui maior natu erat, luderet cum Iſaac: indignata ſit Sara & dixerit ad Abraham: Eiſce ancillam & filium eius: Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Et utiq; ſimplex luſus inter infantes: expulſione & abdicatione indignus eſt. Verum apoſtolus quaſi Hebræus ex Hebræis, & ad pedes magiſtri Gamalielis edoctus: qui quondam furentes aduerſus deum phariſæos conſilio refrenarat, ex uerbis Saræ dicentis non enim hæreditabit filiꝰ ancillæ cum filio meo Iſaac: intellexit luſum illum ſimplicem non fuiſſe. Sed quia forſitan Iſmahel quaſi maior natu, & eo tempore circūciſus quo iam poterat intelligere & ſentire quod paſſus eſt, ſibi primogenita uendicabat: ſcriptura iurgium paruulorum, luſum uocauit. Vnde & Sara hæc uerba non ſuſtinens, & conſuetudinem ſibi primogenita uendicantis ancillæ filij à parua ætate non patiens, erupit in uocem: Eiſce ancillam cum filio ſuo: Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Quod cum durum uiſum fuiſſet Abrahæ (ſemper enim primogenitis maiora debentur) non ſolum Iſmahelem priorē eſſe deſinere, ſed ne æqualem quidem cum minore fratre accipere portionē: deus qui liberam intus eſſe, & foras expelli uolebat ancillam, Saræ uerba confrmat, & loquitur ad Abrahā: Non durum ſit coram te de puero & ancilla: Omnia quæ dixit tibi Sara, audi uocem eius: quoniam in Iſaac uocabitur tibi ſemen. Sicut ergo tunc maior frater Iſmahel lactentem adhuc & paruulū perſequebatur Iſaac, ſibi circunciſionis prærogatiuam, ſibi primogenita uendicans: ita & nunc ſecundum carnem Iſrael, aduerſum minorē fratrem de gentibus populum Chriſtianum ſuſtollitur, inflatur, erigitur: Cōſideremus inſaniam Iudæorum: qui & dominum interfecere, & prophetas & apoſtolos perſecuti ſunt, & aduerſant uoluntati dei, & uidebimus multo maiores perſecutiones, quas nos etiam hiſtoriæ docent, à Iudæis in Chriſtianos q̄ à gentilibus concitatas. Miramur de Iudæis: Hodie quoq; hi qui in Chriſto paruuli ſunt, & uiuunt carnaliter, perſequuntur eos qui ex aqua & ſpiritu nati ſunt, & cum Chriſto reſurgentes, ea quærunt quæ ſurſum ſunt, non deorſum. Faciant quod uolunt: cum Iſmahele perſequātur Iſaac: eiſciētur foras cum ancilla matre Aegyptia: Nec accipiēt hæreditatem: quam ſolus qui de repromiſſione natus eſt cōſequetur. Eleganter autem & illud, quod is qui ſecundum carnem natus eſt, perſequitur ſpiritualem. Nunquam enim ſpiritualis perſequitur carnalem: ſed ignoſcit ei quaſi ruſticano fratri: ſcit eū poſſe proficere per tempus. Et ſi quando Aegyptiæ filium uiderit iraſcētem, recordatur unius patris, qui lucam bouem crearit & culicē, & in magna domo, non ſolum eſſe uaſa aurea & argentea, ſed lignea & fictilia. Itaq; cū apoſtolo Paulo dicamꝰ: Non ſumus ancillæ filij ſed liberæ, & renouati in Chriſto, audiamus uerba domini ad Iudæos loquētis: Si māſeritis in ſermone meo: cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Hac libertate & apoſtolus liberatus, aiebat: Cū enim ſim liber ex omnibus. Qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt. Ille quia ſe ab omnibus uitijs liberum: ab omni concupiſcentia & errore ſciebat alienū: recte in Chriſti libertate gaudebat dicēs: Nō ſumus ancillæ filij ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Cap. V.

ti filij deſertæ magis q̄ eius quæ habet uirum. Nōs aūt fratres, ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quōmodo tunc qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritū: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiſce ancillam & filiū eius: nō enim hæres erit filius ancillæ cū filio meo Iſaac. Itaq; fratres, non ſumus ancillæ filij ſed liberæ. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Cap. V.

STate & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Eccē Ego Paulus dico uobis: q̄niā ſi circūcidamini, Chriſtus

STate & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri &c.] Et ex hoc oſtenditur, quia non ſtet qui iugo inhæreat ſeruitutis Et quia is qui à Chriſto libertate donatus eſt, tamdiu fuerit ſub iugo quamdiu ſpiritum ſeruitutis habuerit in timore, & legis initia ſit ſecutus. Quod autem ait, ſtate: firmam & ſtabilem in Chriſto hortatur fidem, ut eccleſiæ Galatiæ fixo in ſaluatore permaneant pede. De quo & in alio loco iuſtus loquitur: Statuit ſuper petram pedes meos: pro eo quod eſt, ſuper Chriſtum: ne ſcilicet circunferantur omni uento doctrinæ, & in diuerſa rapiātur. Vnde & ad ſtantes dicitur: Et qui ſtat, uideat ne cadat. Et in alio loco: State, uiriliter agite, confortamini: ut ſtent cū eo quem Stephanus à dextris patris ſtantem uidit in martyrio perſeuerās, & qui locutus eſt ad Moyſen: Tu uero ſta mecū. Iugum aūt ſeruitutis, legem uocat duram, difficilem, laborioſam, quæ die ac nocte cultores ſuos graui opere conſūmit. Sicut & Petrus in actibus apoſtolorū: Quid tentatis, inquit, imponere iugū graue ſuper collū fratrū: quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuerunt? Quod autem appoſuit, nolite iterum: non quo prius legem Galatæ cuſtodierint: ſed quo & idololatriæ iugum graue ſit: quo Aegyptiorum populus oppreſſus, ad inſtar plumbi in rubrū mare merſus eſt. Iuxta quem ſenſum & ſupra dixerat: Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa: quibus rurſum ſeruire uultis, dies obſeruātes, & menſes & tempora & annos? Galatæ enim qui ad Pauli apoſtoli prædicationem, idolis derelictis ſtatim ad euangelij conſcenderant gratiam: non reuertebātur ad legis Iudaicæ ſeruitutem, quam nunq; prius cognouerāt: ſed uolentes obſeruare tempora, circūcidi carne, & hoſtias offerre corporeas, quodammodo in eoſdem reuertebātur cultus, quibus in idololatria ante ſeruierāt. Aiunt enim & Aegypti ſacerdotes, & Iſmaelitas & Madianeos præputium non habere. Quod autem nationes, obſeruēt dies, menſes & annos: utinam neſciremus, ne nobis cum eis eſſet unq; mixta feſtiuitas. d ¶ Ecce ego Paulus dico uobis: quoniā ſi circuncidamini: Chriſtus uobis nihil proderit &c.] In euāgelio ſaluator ad diſcipulos loquitur: Qui uos audit, me audit: qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit. Et Apoſtolus teſtatur, dicens: Viuo aūt iam non ego: uiuit aūt in me Chriſtus. Et alibi: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Ex quo liquido comprobatur hoc quod nūc dixit: ecce ego Paulus dico uobis, nō quaſi Pauli tantū uerba accipienda, ſed domini. Nam q̄ū & in prima ad Corinthios præmiſiſſet. His aūt qui

Gen.21.4
B
C
D
Exo.34.4
Act.15.b
Pſal.39.a
1.Cor.10.c
Act.7.g
Luc.10.c
2.Cor.13.a

A qui nupti ſunt, denuncio non ego ſed dominus, & ſtatim intuliſſet: cæteris autem ego præcipio, ne uilis iua putaretur autoritas: puto, inquit, quod & ego ſpiritū dei habeo, ut ſpiritu & Chriſto in ſe loquente, non contemptui duceretur, qui prophetas imitans diceret: Hæc dicit dominus omnipotens.

Maius autē fiet id qđ dictum eſt: Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil ꝓdeſt, ſi cū principio copuletur, in quo ait: Paulꝰ apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & reliqua: ut audientes, non tam miſſi q̄ mittentis autoritate moueanť. Poteſt aliquis dicere: Cōtrarium eſt huic loco illud quod ad Romanos ſcribitur: Rom.2.a Circūciſio quidem prodeſt ſi legem cuſtodias, & infra: Quid ergo eſt amplius Iudæo, aut quæ utilitas circunciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia dei. Si cm̄ his qui circūcidentibus prodeſt circūciſio? Quod quidem hac reſponſione ſoluetur, ut dicamus epiſtolam quæ ad Romanos ſcripta eſt, ad eos eſſe dictatā, qui ex Iudæis gentilibusq; crediderāt: Et hoc egiſſe Paulum, ut neuter populus offenderetur, quo ſcilicet ſuum utraq; plebs priuilegium poſſideret: ut nec gentiles circunciderenť, nec circunciſi adducerēt præputium. Ad Galatas autem ſcribens alio uſus ſit argumento. Non enim erant ex circūciſione, ſed ex gentibus qui crediderāt. Nec poterat eis prodeſſe circunciſio, qui poſt euāgelij gratiam, iterum ad legalia reuerterētur elementa. Et in Actibus apoſtolorum narrat Act.15 hiſtoria, cum quidā de circunciſione ſurgentes aſſeruiſſent eos qui ex gentibus crediderant, debere circuncidi, B & legē cuſtodire Moyſi: ſeniores qui Hieroſolymis erant & apoſtolos pariter congregatos, ſtatuiſſe per literas, ne ſuperponeretur eis iugū legis, nec amplius obſeruarent, niſi ut cuſtodirent ſe tantum ab idolothytis & ſanguine & fornicatione: ſiue ut in nonnullis exemplaribus ſcriptum eſt, & à ſuffocatis. Et ne reſideat ulla dubitatio qđ circūciſio nihil profit, ſed propter eos qui ex Iudæis crediderant, ad Romanos de circunciſione ſententiam temperauit: paulatim ad epiſtolæ eiuſdē poſteriora deſcen- 1.Cor.7.d dens, nec circunciſionem, nec præputium aliquid ualere monſtrauit, dicens: Circunciſio itaq; nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorū dei. Intantum enim circunciſio nihil eſt, ut Iſraeliticæ quoq; domui, ſe de circunciſione iactanti, nihil ꝓfuerit, propheta memorante: Omnes gentes incircunciſæ carne, domus autem Iſrael incircunciſa corde. & incircunciſus Melchiſedeck, circunciſum benedixit Abraham. Nam quod ait: Si circuncidamini, tale eſt quaſi dicere uoluiſſet, ſi circuncidamini. Quam in alio loco non circunciſionem, ſed conci- Phil.3.a ſionem uocat, dicens: Videte concīſionem. Nos enim ſumus circunciſio qui ſpiritu dei ſeruimꝰ, & gloriamur in Chriſto, & non in carne cōfidimus. Non confidit in carne, qui omnem utilitatem expectat à Chriſto, & nō ſeminat in carne, ut de carne metat corruptionem, ſed in ſpiritu de quo uita æterna generatur. Subtilius intuēda ſententia, ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Quod non ſolum in eo ſi circuncidantur, non eis proſit ipſa circunciſio, ſed etiam ſi cæteras uideantur extra circunciſionē in Chriſto habere uirtutes, uniuerſæ pereāt, cum poſt fidem Chriſti fuerint circunciſi. Quid igitur? Nihil profuit Timotheo circunciſio? Multū per omnem modū. Non enim tam ideo circunciſus eſt, ut ex ipſa circunciſione aliquid emolumenti æſtimaret poſſe ſe conſe- 1.Cor.9.c qui, q̄ ut cæteros lucrifaceret, factus Iudæis Iudæus, ut Iudæos ad fidem Chriſti ſua circūciſione tranſduceret. Tunc ſiquidē non prodeſt circunciſio, cum aliquid per ſemetipſam putatur utilitatis afferre. 4 ¶ Conteſtor autem omnem hominem circūcidentem ſe &c.] Deus qui circūciſionem primo ad Abraham, deinde per Moyſen in lege præcepit, non ſolū circūciſionem, ſed & alia multa obſeruāda cōſtituit: Dies feſtos Hieroſolymis frequentādos, hoſtiarum holocauſta, mane ſemp & ueſpe: Immolationem in uno tātum loco agni: terræ ſeptima æſtate ferias, quinquageſimū remiſſionis annum, & cætera quæ facile eſt de ſcripturis excerpere ſibi unumquenq; lectorem. Coartabimus itaque Hebionem & ſectatores eius, qui poſt euangelium credentes in Chriſto circuncidendos putant, ut aut circunciſionem faciant & cætera quæ præcipiuntur in lege: aut ſi impoſſibile eſt cuncta fieri, ceſſet & circunciſio, quæ cū cæteris quaſi iutilis prætermiſſa eſt. Quod ſi reſponderint, poſſibilia tātum debere ſe facere: non enim deum ea à nobis exigere quæ non poſſumus, ſed ea quæ poſſimus implere: dicemus eis, nō eiuſdem eſſe dei cuſtodiri uelle legem, & eos qui legem cuſtodiāt derelinquere. Aut quomodo propter intermiſſam legē reos eos faciet, qui etiam ſi uelint, uniuerſa complere nō poſſint. Nos uero legem ſequi ſpiritualem quæ dicat: Non infrenabis os boui triturāti, & cum apoſtolo intelligere: Nun Deut.25.a quid de bobus cura eſt deo? ſed propter nos utique dicit: & obſeruare ſabbata delicata, nō ut bos & aſinus noſter & uilia pecora lætentur in ſabbato, ſed illi homines 1.Timot.5.e & pecora, de quibus ſcriptum eſt: Homines & iumenta Pſal.35.b ſaluos facies domine. Homines, rationabiles quoſque & ſpirituales uiros: animalia uero eos qui tardioris ingenij ſunt, & à ſpiritualibus ad agenda domini ſabbata erudiuntur. Nec contrarium eſſe id quod ſupra dictum eſt, ſi circuncidamini, Chriſtus nobis nihil prodeſt, & quod D ſequitur: Teſtificor omnem hominem circūcidentem ſe, quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciēdæ: huic quod infertur à nobis, Neque enim auditores legis ſunt iuſti apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur: Quia factor ille ſit legis q poteſt dicere: Nos ſumus circunciſio, & in occulto Iudæus, & ſcimus qa lex ſpiritualis eſt. Qui autem concīſionem & interfectricem equatur literam, eum nō legis eſſe factorem, ſed ueræ legis inimicum, maxime poſt ſaluatoris aduentum, qui ad ſe cōuertentibus tollat uelamē de corde, ut omnes reuelata facie, gloriam domini contemplantes, transfiguremur de uetuſtate literæ in nouitatem ſpiritus. b ¶ Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis.] Quomodo nemo poteſt duob. dominis ſeruire: ſic umbram pariter & ueritatem legis implere difficile eſt. Vmbra in lege ueteri eſt donec aſpiret dies, & amoueantur umbræ: ueritas in euangelio Chriſti: Gratia enim & ueritas per Ieſum Chriſtum factæ ſunt. Perdidit ergo gratiam Chriſti, & euangelium quod tenuerat amittit, qui in aliqua obſeruatione legis ſe iuſtificari putat: & quum gratiam amiſerit, à Chriſti fide deſtituitur, & in eius opere non conquieſcit: κατηργήθητε enim ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, non ut in Latino male interpretatum eſt: Euacuati eſtis à Chriſto, ſed in Chriſti opere ceſſaſtis, magis intelligitur, ut id qđ ſupra ſpecialiter de circunciſione præceperat, dicens: ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt: nunc de tota lege generaliter comprehendat, nihil eos in Chriſti opere proficere, qui in quacunque obſeruatione legis ſe crediderint iuſtificandos. c ¶ Nos enim ſpiritu &c.] Spiritum, ad diſtinctionem literæ poſuit. Spes uero iuſticiæ, Chriſtus intelligendus, quia ipſe eſt ueritas, patientia, ſpes, iuſticia, omnesq; uirtutes, cuius nos ſecundū expectamus aduentū, quo iudicaturus eſt omnia, & iam nō patiētia, ſed iuſticia affuturus, ut reddat unicuiq; ſecundū opera ſua. Cuius diei præſentiā apoſtolꝰ & q ei

Ioan.1.b

C

A sunt similes, expectãtes aiunt: Adueniat regnum tuum: Vt cum filius deo & patri tradiderit regnum, & in subiectis omnibus fuerit & ipse subiectus: tunc caput subijcia tur in corpore, & sit deus omnia in omnibus. Quia qui nunc est ex parte per singulos, tunc incipiet totus esse per cũctos. a ¶ Nã in Christo Iesu neque circũcisio aliquid ualet neq; præputium, sed fides quæ per charitatẽ operatur.] His qui i Christo Iesu uolunt uiuere, uirtutes appetendæ sunt, uitia fugienda: media uero quæ inter uirtutes & uitia sunt, nec fugiẽda nec appetenda, ut circuncisio & præputium, & cætera his similia. Circuncisio quidem prodest si legem custodias. Quæ idcirco utilis fuit his qui in lege uixerunt: nõ quia circũcisi erãt, sed quia credita sunt illis eloquia dei: quæ in opera uertentes, à salute extranei nõ fuerunt. Nec nos
Exod.4.f moueat quod Sephora tollens calculum, filium circuncidit, & suffocãtem angelum prohibuit à marito, siue ut aliter in Hebræo scriptum refertur, quia nunc non tam circuncisionẽ penitus nil prodesse q̃ in Christo Iesu eam nõ ualere testatus est: ex eo siquidem tempore quo euangelium in toto orbe radiauit, superflua est circuncisionis iniuria. Quæ tunc, ut cætera quoq; legis ualuit, quando & benedictiones carnales legem seruãtibus spondebantur: quo scilicet si implessent eam, benedicti essent in ciuitate, benedicti in agro, plena haberent horrea, & multa alia quæ in repromissionibus cõtinentur. Nos autem in Christo Iesu ualere uolumus & confortari, id est in uera circuncisione, & non in concisione Iudaica. Neque enim qui in aperto Iudæus est, neq; manifesta in carne circuncisio, sed in abscondito Iudæus, & circũcisio cordis in spiritu non litera. Nihil itaq; prodest in Christo carnis circuncisio, sed cordis & aurium; quæ aufert illud oppro-
brium Iudæorum: Ecce incircũcisæ aures uestræ, & non
B potestis audire. Prodest circuncisio labiorum quam iux
Exod.6.b ta humilitatem necdum se habere causabatur Moyses, ut in Hebraico scriptum est: Ego autem sum præputium habens in labijs. Multum utilitatis præbet & in rebus uenereis circuncisio, cum per castitatem impudicitia desecatur. Igit̃ in Christo Iesu nec circuncisio ualet, nec præputium corporale, quia in medio, id est inter uitia uirtutesq; sunt posita, sed fides quæ per charitatem operatur: Vt & fides quæ reputata est Abrahæ in iusticia cõprobe-

fide, spem iusticiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid ualet neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

tur, & omne opus fidei in charitate ponatur: tota lege & C
prophetis ex charitate pendentibus. In his siquidẽ duobus præceptis: diliges deum tuum, & diliges proximũ: saluator asseruit legem prophetasq; cõsistere. Et Paulus 1.Cor.6.b
in alio loco: Etenim nõ adulterabis, non furaberis, non cõcupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximũ tuũ sicut te. Si ergo omne mandatũ recapitulatur i eo qd̃ dictum est: diliges proximũ tuum tanq; te: fides autem per charitatem operata ualet plurimum: manifestum est operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorum omniũ continere. Quomodo autem iuxta apo Iaco.2.d
stolum Iacobum: fides absque operibus mortua est: sic absque fide quamuis bona opera sint, mortua cõputantur. Qui igitur in Christo nõ credunt, & sunt probis moribus, aliud quid magis habent q̃ opera uirtutũ? Exemplum fidei quæ per charitatem operatur, de euãgelio illa meretrix tribuat: quæ quum in domo pharisæi accubanti domino pedes lauisset lachrymis, terfisset crinibus, linisset unguento, & pharisæo murmuranti, domi-
nus parabolam, quinquaginta & quingentos denarios Luc.7.f
debitoris proposuisset, adiecit: Propter quod dico tibi: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Et ad ipsam mulierem conuersus, ait: Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Aperte enim in hoc loco demonstratum est, mulierem istam habuisse fidem per charitatem operatã, quæ multum ualuerit in Christo. Esto quis dicat: Bene circũcisionem in Christo nihil ualere monstrauit quam sciebat aliquando ualuisse: nunquid & de præputio aliquis ambigebat, ut diceret, neque præputium? Sed si consideremus plurimos Christianorum, id est e-
nostris qui de oleastro inserti sumus in radicẽ bonæ oli-
uæ, exultare contra fractos ramos populi Iudæorum, & D
dicere, magis ualere præputium in quo Abraham deo placuit, & reputata est ei fides ad iusticiã, quàm circuncisionem quæ in signum fidei data est, & habenti eam non profuit Israeli: uidebimus etiam hanc quorundam usurpationem cautissime nunc excluſam.

Commentarij secundi in epistolam ad Galatas finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM commentariorũ ad Galatas, ad Paulam & Eustochiũ procœmium.

TERTIVM ad Galatas ò Paula & Eustochium uolumen hoc cudimus, non ignari imbecillitatis nostræ, & exilis ingenij riuulum, uix paruo strepentem murmure, sentientes. Iam enim in ecclesijs ista quæruntur, omissaq; apostolicorũ simplicitate & puritate uerborum, quasi ad Athenæum, & ad auditoria conuenitur, ut plausus circunstantium suscitentur, ut oratio rhetoricæ artis fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, nõ tam eruditura populos quàm fauorem populi quæsitura, & in modum psalterij & tibiæ dulce canentis, sensus demulceat audientium: ut uere illud prophetæ Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente domino ad eum: Et factus es eis quasi uox citharæ suaue canentis, & bene compositæ, & audiunt uerba tua & nõ faciunt ea. Verum quid agam? Taceam ne? Sed scriptum est: Non apparebis in conspectu domini tui uacuus. Et Esaias (sicut in Hebræis tamen habet̃ uoluminibus) ingemiscit: Væ mihi misero quia tacui. Loquar? sed omnem sermonis elegantiã, & Latini eloquij uetustatem, stridor lectionis Hebraicę sordidauit. Nostis enim & ipsæ quod plus quàm quindecim anni sunt, ex quo in manus meas nunq; Tullius, nunquam Maro, nuquam gentilium literarum quilibet autor ascendit: & si quid forte inde dum loquimur obrepit, quasi antiqui per nebulã somnij recordamur. Quid autem profecerim ex linguæ illius infatigabili studio, aliorũ iudicio derelinquo, ego quid in mea amiserim scio. Accedit

ad hoc

A ad hoc,quia propter oculorum & totius corpuſculi infirmitatem, manu mea ipſe non ſcribo:nec labore & diligentia compenſare queo eloquñ tarditatem, quod de Vergilio quoque tradunt, quia libros ſuos in modum urſorum fœtum lambendo figurauerit:uerum accito notario,aut ſtatim dicto quodcunq; in buccam uenerit:aut ſi paululum uoluero cogitare melius aliquid prolaturus,tunc me tacitus ille reprehendit,manum contrahit,frontem rugat,& ſe fruſtra adeſſe toto geſtu corporis conteſtatur. Oratio autem & ſi de bonæ indolis ingenio ſit profecta & diſtincta inuentionibus,& ornata flore uerborum,tamen niſi autoris ſui manu limata fuerit & polita, nō eſt nitida, non habet mixtam cum decore grauitatem, ſed in modum diuitum ruſticorum, opibus ſuis magis arguitur quàm exornatur. Quorſum iſta? uidelicet ut & uobis & cæteris qui forte legere uoluerint ſit reſponſum,me nō Panegyricum,aut controuerſiam ſcribere,ſed commentarium:id eſt hoc habere propoſitum,non ut mea uerba laudentur, ſed ut quæ ab alio bene dicta ſunt,ita intelligāt ut dicta ſunt. Officñ mei eſt obſcura diſſerere,manifeſta pſtringere,in dubijs immorari. Vnde & à pleriſq; cōmētariorū opus,explanatio noīatur. Si quis eloquentiā quęrit,uel declamationibus delectat:habet in utraq; lingua Demoſthenē et Tullium,Polemonē & Quintilianum. Eccleſia Chriſti non de Academia & Lyceo, ſed de uili plebecula cōgregata eſt. Vnde & Apoſtolus: Videte inquit,uocationem ueſtram fratres,quia nō multi ſapientes ſecundum carnē,non multi potentes,non multi nobiles,ſed quæ ſtulta ſunt huius mundi elegit deus, ut confundat ſapientes,& infirma mundi elegit deus,ut cōfundat fortia. Et ignobilia huius mundi,& contemptibilia elegit deus,& quæ non ſunt,ut ea quæ ſunt deſtrueret. Quia enim ex creaturarum ordine,uarietate,conſtantia,non cognouerat mundus per ſapientiā deum, placuit deo per ſtulticiam prædicationis,ſaluos facere credentes: Non in ſapientia uerbi,ut nō euacuaretur crux Chriſti. Vbi enim ſapiens,ubi grammateus,ubi cauſarum naturalium ſcrutatores? Nec in perſuabilibus ſapientiæ uerbis,ſed in oſtenſione uirtutis & ſpiritus, ut fides credentium nō eſſet in ſapientia hominū,ſed in uirtute dei. Quamobrem & ipſe Apoſtolus ad eoſdem Corinthios
B loquebatur:Et ego ueniens ad uos fratres,ueni nō per ſublimitatem ſermonum & ſapientiæ,annuncians uobis teſtimoniū domini. Non enim iudicaui ſcire me aliquid inter uos,niſi Chriſtum Ieſum & hunc crucifixum. Et ne forſitan putaretur hæc dicens,eſſe inſipientiæ prædicator,mente præſaga,qđ opponi poterat,euertit. Sed loquimur,inquit,dei ſapientiā in myſterio,quæ abſcondita eſt, quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Quotuſquiſq; nunc Ariſtotelem legit,quanti Platonis uel libros nouere,uel nomen. Vix in angulis ocioſi eos ſenes recolunt. Ruſticanos uero & piſcatores noſtros totus orbis loquitur,uniuerſus mundus ſonat. Itaque ſermone ſimplici,ſimplicia eorum uerba pandenda ſunt. Verba,inquam,non ſenſus. Cæterum ſi orantibus uobis, illum poſſim in exponendis epiſtolis eorum habere ſpiritum, quem illi in dicendo habuerunt:tunc uideritis tantam maieſtatem & latitudinem in his ueræ fuiſſe ſapientiæ, quanta in ſeculi literatis arrogantia & uanitas fuit. Breuiter uobis meæ mentis fateor arcanum: Qui per me intellecturus eſt Apoſtolum, nolo ut mea ſcripta difficulter intelligat: & ad interpretem cognoſcendum,alium quærat interpretem. Sed iam tempus eſt ut reliqua perſequamur.

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epiſtolam ad Galatas liber tertius.

CVrrebatis bene,quis uos impediuit ueritati non obedire.] Id quod nunc Latinus poſuit interpres,ueritati non obedire,& in Græco ſcriptum eſt, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, in ſuperiori loco ita interpretato eſt,nō credere ueritati. Quod quidem nos in uetuſtis codicibus non haberi, in ſuo loco annotauimus, licet & Græca exemplaria hoc errore confuſa ſint. Senſus autem iſte eſt: Adorabatis patrem in ſpiritu & ueritate, & de plenitudine Chriſti accipientes,ſciebatis, quia lex data eſt tantum populo per Moyſen,& non etiam facta. Gratia autem & ueritas nō ſolum data,ſed & facta per Ieſum Chriſtum. Cum igitur tam bene curreretis,ueritati magis quàm imaginibus ſeruientes, à quo præpediti doctore peruerſo,umbram legis ſequimini,& euangelij relinquitis ueritatem? Sequitur: b ¶ Nemini conſenſeritis.] Sed quia nec in Græcis libris, nec in his qui Apoſtolum commentati ſunt, hoc ſcriptum inuenimus, prætereundum uidetur. c ¶ Perſuaſio ueſtra non eſt ex eo qui uocauit uos.] In Latinis codicibus ita ſcriptum reperi: Perſuaſio ueſtra ex deo eſt, qui uocauit uos. Quod quidem puto, ex eo, fuiſſe: & non intellectum, paulatim ob ſimilitudinem ex deo, increbuiſſe pro eo quod eſt, ex eo. Sed nec ſic poteſt ſtare ſenſus, ut quos modo accuſauerat quare non obedierint ueritati, oſtendens in eorum arbitrio poſitum, uel obedire uel non obedire: nunc ecōtrario aſſerat perſuaſionē & obedientiā eorū,non tā ex ipſis eſſe q uocentur,quàm

CVrrebatis bene, quis uos impediuit ueritati non obedire? Nemini conſenſeritis. Perſuaſio ueſtra non eſt ex eo qui uocauit uos.

A tur, quàm ex eo qui uocet. Melius igitur & uerius sic legitur: Persuasio uestra non est ex eo qui uocauit uos. Aliud quippe dei opus est, aliud hominum. Dei opus est uocare: hominum, uel credere, uel non credere: Et sicubi alibi de scripturis liberum hominis affirmatur arbitrium, ut ibi: Si uoluer

Exod.19.a Deut.10.c

itis & audieritis me: Et iterum: Et nunc Israel qd petit à te dominꝰ deus tuus, & ex hoc loco uel maxime cõprobatur. Verum simpliciores qꝙ putantes se deferre deo, ut persuasio quoque nostra in eius sit potestate: abstulerũt partem orationis, non: & sensum contrarium apostolo reddidere. Siue ergo in bonam, siue in malam partem: nec deus, nec diabolus in causa est, quia persuasio nostra nõ est ex eo qui uocauit nos, sed ex nobis, qui uel consentimus, uel non cõsentimus uocanti. Aliter: Persuasio hæc quam nunc sequimini, nõ est ex deo qui in principio uos uocauit, sed ex his qui uos postea turbauerunt. a ¶ Modicum fermentum, totam conspersionem fermentat.] Male in nostris codicibꝰ habetur: modicum fermentũ totam massam corrumpit, & sensum potius interpres suum quàm uerba Apostoli transtulit. Hac autem ipsa sententia Paulus & ad Corinthios utitur, ubi præcepit eum qui uxorem patris sui habebat tolli de medio, & tradi pœnitentiæ in interitũ & uexationem carnis, per ieiunia & ægrotationes, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Ait quippe: Non bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit: sic ue ut iam emendauimus, totam conspersionem fermentat: Et statim intulit: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi: etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur nõ in fermento ueteri, neq; in fermẽto maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Nunc aũt per hanc eandem sententiã docet panem ecclesiæ spiritualem, qui de cœlo descendit, non debere iudaica interpretatione uiolari, & dominus idipsum discipulis præcepit, ut caueant à fermento pharisæorũ. Quod euãgelista manifestius faciens addidit: Dixerat autem eis de doctrina pharisæorum. porrò quæ est ista alia doctrina pharisæorum, nisi legis secundum carnem obseruatio? Sensus itaq; iste est: Nolite putare paucorum hominũ, qui de Iudæa uenientes aliud docent, insidias contẽnendas. Scintilla res parua est, & penè dum cernitur, non uidetur: sed si fomitem cõprehenderit, & nutrimenta sui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, urbes, latissimos saltꝰ, regionesq; consumit. Fermentũ quoq; cuius ad aliam partem in euangelio parabola temperata est, res modica uidetur & nihili: sed cum farinæ conspersum, totam massam suo uigore corruperit, in illius uim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab uno incipiẽs uix duos aut tres primũ in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta uulgare prouerbium, unius pecudis scabies, totum cõmaculat gregem. Igitur & scintilla statim ut apparuerit, extinguenda est, & fermentum à massæ uicinia semouendum: secãdæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendũ, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est. b ¶ Ego confido in uobis in domino, quia nihil aliud sapietis.] Non per coniecturã, ut quidã uolunt, sed prophetico spiritu Paulus pronunciat Galatas ad ueritatis uiam quam amiserant regressuros. Etenim qui alios hortabatur ut æmularentur charismata: magis autem ut prophetarent: ipse quoq; eadem plenus gratia loquebatur: Et ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Prouidens igitur spiritu, quia nihil aliud essent crediturí, nisi quod per epistolam docebantur, ait: Ego confido in uobis in domino quod nihil aliud sapietis. Nã & additio dominici nominis, idipsum significat. Si enim per coniecturam hoc æstimabat, potuerat dicere: Ego cõfido in uobis. Nũc autem apponens, in domino: diuino quodã confidens spiritu, qd futurũ cognouerat, pphetauit. c ¶ Qui autem cõturbat uos, portabit iudiciũ quicunq; est ille.] Occulte, inquiunt, Petrum lacerat, cui supra in faciem restitisse scribit, quod non recto pede incesserit ad euangelij ueritatem. Sed nec Paulus tam procaci maledicto de ecclesiæ principe loqueretur: nec Petrus dignus, qui conturbatæ ecclesiæ reus fieret. Ex quo arbitrãdum est de alio quodam dici, qui aut cum apostolis fuerat, aut de Iudæa uenerat, aut ex pharisæis crediderat, aut certe magnꝰ sit apud Galatas æstimatus, ut portet iudiciũ ecclesiæ conturbatæ, quicunq; est ille. Portare autem iudicium, id est quod alijs uerbis in sequẽtibus dixit: Vnusquisque propriũ onus portabit. Et puto in scripturis, onus, & in bonam & in malã partem posse accipi: hoc est, & in his qui peccatis grauibus opprimuntur, & in illis qui uirtutũ leuia onera sustentant. De peccatis in psalmo pœnitens loquitur: Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum, quasi onus graue grauatæ sunt super me. De uirtutibus doctrinaq; uirtutũ saluator ait: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue est. Quod aũt & doctrina pro onere accipiatur, perspicuum fit in euangelio: Alligant quippe pharisæi onera grauia, & quæ portari non possunt, & superponunt ea super humeros hominum: ipsũ autem uno ea digito nolunt cõtingere. Quàm graue sit aliquem de tranquillitate turbare, & serena corda hominum quibusdam quasi fluctibus cõcitare, saluatoris ad apostolos uerba testantur, dicentis: Ne turbetur cor uestrum, neq; timeatis. Expedit quippe ei qui cõturbat & scandalizat quempiã in ecclesia, ut lapis molaris circumdetur collo eius, & mittatur cum eo in mare, q̃ ut scandalizet unũ de his minimis, qui à saluatore mõstrant. Turbati ergo fuerãt Galatæ inter spiritum & literam, circumcisionem & concisionem, Iudaismum occultum & manifestum, quid agerent ignorantes. Breuius autem & sic accipi potest. Quicunq; est ille qui uos ad pharisæorũ doctrinam retrahit, & in carne desiderat circuncidi, quamuis sit eloquens, & in legis eruditione se iactitet: nihil amplius dico, nisi hoc quod etiam uos abnuere non potestis: quod portabit pro hoc opere iudicium, & consequetur pro suo labore mercedem. d ¶ Ego autem fratres si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est (siue ut in græco melius habet, cessauit) scandalum crucis.] Legimus in Actibus apostolorum, ipse quoque apostolus Paulus in epistolis suis sæpe commemorat, se à Iudæis persecutiones crebrimas sustinuisse, propterea quod doceret eos qui de gentibus crediderant in Christo, non debere circuncidi. Hi itaque de quibus supra ait: Qui autem conturbat uos, portabit iudicium quicunq; est ille, ut decipe rent Galatas, etiam hoc addebant: Non solum Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & cæteri in Iudæa apostoli, circuncisionem, & alia præcepta legis obseruant: sed ipse quoque Paulus qui uos aliter docuit, quàm se rei ueritas habet, Timotheum circuncidit, & Iudæis frequenter Iudæus factus est, ueritate cogẽte. Quam opinionem de Galatarum mentibus Paulus nunc uolens tollere, ait: Ego autem fratres si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionẽ patior? Omne, inquit, in me odiũ Iudæorũ, & qua aduersum me furiunt insania, ob nihil aliud est, nisi

Mãdicum fermentum totam conspersionẽ fermentat. Egõ confido in uobis in domino, quia nihil aliud sapietis. Qui aũt conturbat uos, portabit iudiciũ quicunq; est ille. Egõ aũt fratres si circumcisionẽ prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est (siue ut in Græco

Matth.16.a

Pſal.37.d

Ioan.14.d

A est, nisi quod doceo gentes non debere circuncidi, & legis onera supflua & iam abolita custodire. Cum autem persecutionem patiar, manifestū est me circuncisionem prædicare quam destruo. Nō enim tam persecutionem patior à Iudæis, quia prædico crucifixum, & Iesum dico esse Christum, quem lex & prophetæ prænunciauerunt, quam quia doceo legem esse completam. Quod aūt crux Iudæis scandalū sit, gentibus stultitia, ipse dominꝰ noster ostēdit: qui lapis dicitur offensionis, & petra scandali: ꝓpter nihil aliud puto, nisi quia prædicatio cum plenis uelis ad audiētes processerit, statim ut ad crucem uenerit, impingit, & nequaquā libero cursu potest ultra ꝓcedere. Sed hæc crux quæ apud Iudæos scandalum est, & apud gentes stultitia, nobis q̄ credimus, uirtus est & sapientia. Christus em̄ dei uirtus est & dei sapientia, ut propter id quod stultitia dicebatur, fatuum dei sapiētius fieret hominibus, & ꝓpter id quod infirmitas & scandalū, infirmum dei fortius fieret hominibus. Cum autem, inquit, crucis Christi scādalum maneat, & ego persecutionem patiar, quam non paterer si scandalum non maneret: frustra quidam iactitant me circuncisionē prædicare, quam impugnando sustineo persecutionem. a ¶ Vtinam & abscindantur qui uos conturbant.] Quæritur quomodo Paulus discipulus eius qui ait: Benedicite maledicentibꝰ uobis: Et ipse loquēs: Benedicite, & nolite maledicere. Et in alio loco: Neq; maledici regnum dei possidebunt: Nunc & maledixerit eis, qui ecclesias Galatiæ conturbabant, & cum optantis uoto maledixerit: Vtinam & abscindantur qui uos conturbant. Tam enim detestanda abscisionis est passio, ut qui inuitis eam intulerit, legibus publicis puniatur: & qui se ipsum castrauerit, infamis habeatur. Vt em̄ illud (aiunt) uerum sit: Viuit in me Christus, & hoc: An experimentū
B quæritis eius qui in me loquitur Christus: certe maledictionis uox non potest eius intelligi, qui dicit: Discite à me, quia humilis sum & mitis, & māsuetus corde. Et magis putatur iudaico furore, & quadam effrenata insania se non potuisse cohibere, q̄ imitatus est eum qui tanq̄ agnus coram tondente se, non aperuit os suum, & maledicentibus non remaledixit. Tradidit autē se morti condemnatus. Ad quod qui pro Paulo respondebit, hæc dicet: non tam furoris in aduersarios q̄ dilectionis in ecclesias dei uerba esse quæ locutus sit. Videbat quippe totā prouinciam, quam ipse suo sanguine & periculis ab idolatria ad Christi transduxerat fidem, subita persuasione turbatam, & dolore apostolico, dolore patris se tenere non poterat: mutabat uocem, & quibus blanditus fuerat, irascebatur: ut quos nequiuerat lenitate, saltē obiurgatione retineret. Nec mirum esse si Apostolꝰ ut homo, & adhuc uasculo clausus infirmo, uidensq̄ aliam legem in corpore suo captiuantem se, & ducentem in lege peccati, semel fuerit hoc locutus, in quod frequenter sanctos uiros cadere perspicimꝰ. Sed & illud dici potest, licet superfluum quibusdā esse uideatur, quod Paulus non tam maledixerit eis q̄ orauerit pro illis, ut eas partes corporis perderent, per quas delinquere cogebantur. Et quomodo in euangeliū dictum est: melius esse aliquem sine oculo, & sine manu, & sine pede, & qualibet alia parte membrorum intrare in regnum cœlorū, q̄ totum ire in gehennam: Ita & nunc optare eis magis unam partē corporis perdere, q̄ per occasionē integri corporis perpetuo igne damnari. Hic locus si quando ab ethnicis reprehenditur, quomodo eis responderi possit, ostendimus. Nūc à nobis cōtra hæreticos ꝓferatur: Marcionē uidelicet & Valentinum, & omnes qui contra uetus latrant testamentum, qua ratione illi qui creatorem sanguinariū, seuerum bellatorem, & tantū iudicem criminantur, hoc in Apostolo dei boni ualeant excusare. Et certe nullam puto in ueteri lege tam trucem, tam cruentam in aliquo C esse sententiam, quàm, utinam abscindātur qui uos conturbāt. Nec possunt dicere orasse Apostolum pro inimicis Christi, qui eius ecclesias conturbabant: Nec ex dilectione prolatum, quod tumore & indignatione plenum, ipso uerborum pondere demonstratur. Quicquid ergo illi ꝓ Apostolo excusatiōis attulerint, hoc nos ꝓ lege ueteri defendemus. b ¶ Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tātum ne libertatem in occasionem carni (subauditur, detis.] Quod quia in græco non habetur, Latinus posuit interpres. Hunc locum quia ualde obscurus est, de decimo Stromatum libro transferri placuit ad uerbum. Non quo singula nō possint suis locis & sensibꝰ explanari, sed quo à superiori negocio seperata, unum difficile corpus efficiāt: & si sic intelligantur ut resonant, inconsequenter & abrupte repugnare inter se & scatere uideātur. Origenis itaq; hæc uerba sunt. Difficilis locus est, & ita nobis differendus uidetur. Qui liber est, & altiori sensu spiritum & ueritatem sequitur: præcedentes & typos contemnit & literam: nō id circo debet minores despicere, & occasionē dare his qui non possunt sentire sublimius, de se penitus desperandi. Licet enim infirmi sint, & caro comparatione spiritus appellentur, caro tamen Christi sunt. Si enim intelligit mysterium charitatis infirmioribꝰ seruientis, faciat aliquid propter infirmos, ne in scientia sua frater pereat, ꝓ quo Christus est mortuꝰ. Diligenter itaq; attende, an ex consequentibus sensus iste texeē. Vos, inquit, fratres in libertatem uocati estis: forsitan ideo, quia nō omnes uocationem capere poterant libertatis: Propter quod nūc audi-
tis: Tantum ne libertatem in occasionem detis carni. Per dilectionem enim oportet minoribꝰ seruire maiores: qa qui uult esse maior, erit omnium seruus. Neq; ergo spiri tualis laceret Christi carnes, neq; occasionem illis tribu- D at, ut se remordeant prouocantem, ne ab inuicem consumātur. Oportet ergo spiritu ambulantem & spiritu scripturarum uerba sectantem, nō perficere desiderium carnis earum. Si autem hoc quod dicitur: Spiritu ambulate, & desiderium carnis non perficietis, simpliciter intelligimus, ut plerique arbitrantur: contra argumentū & hypothesin totius epistolæ, in hæc subito Paulus erumpet, statim quippe sequitur: Si autem spiritu ducimini, non estis sub lege. Et cum hucusq; aliqua ex parte sibi sermo cohæreat: rursum si simplicem intelligētiam sequamur, ad inordinata repente præcepta nos trāsfert, de carne & spiritu differens, id est: Manifesta autē sunt opera carnis illa & illa. Et econtrario: Fructus autem spiritus, est charitas, & reliqua. Sed neq; in his consequentiam desperare debemus, quia opera carnis diuinorum uoluminum historia continet, non ualde eos iuuans qui sic eam intelligunt ut scripta est. Quis enim non docebitur seruire luxuriæ & fornicationem habere pro nihilo, cum Iudam ad meretricem legerit ingredientem, & patriarchas habuisse multas pariter uxores? Quomodo non ad idolatriam prouocabitur, qui sanguinem taurorum, & cæteras Leuitici uictimas non plus quàm quod in litera sonat, putauerit indicare? Quod autem inimicitias, in aperto positus scripturæ sermo doceat, & ex hoc loco probatur: Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā. Et ex illo: In matutino interficiebā omnes peccatores terræ: & cætera his similia, de contentionibus uidelicet, æmulatione, ira, rixis, dissensionibus. Ad quæ (si non altius aliquid sentiamus) prouocant nos magis historiæ exempla quàm prohibent. Hæreses quoq; magis de carnali scripturæ intelligentia, quàm de opere carnis nostræ, ut plurimi æstimant, substiterunt. Necnon inuidiā & ebrietates ꝓ legis

Græco melius habet, cessauit) scandalū crucis. Vtinām & abscindantur qui uos conturbāt. Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carni

literam

a Cor. 1. d

Rom. 12. d

2. Cor. 13. d

Matth. 11. d

Matth. 18. d

Gen. 38. b

Psal. 136. b

A literam discimus. Inebriatur Noe post diluuium, & pa-
triarchæ apud fratrem Ioseph in Aegypto. Sed & come- 2.Reg.6.c
sationes in Regnorum libro scriptæ sunt, saltante Dauid
& concrepante tympanis corã arca testamenti dei, & his
similia. Quæritur quomodo ad ueneficia, & ad malefi-
cas artes, simplex scri
pturæ diuinæ sermo
quidicitur caro, nos
puocet, nisi ad eiusdẽ
scripturæ spiritũ tran
scendamus. Puto hoc
significare, decies Da
nielem, & tres pueros Magis, incantatoribus, & Gazare
nis atque Chaldæis sapientiores repertos, & Mosen om
ni sapientia & doctrina Aegyptiorũ eruditũ. Multorum
ergo malorum occasio est, si quis in scripturæ carne per
maneat. Quæ qui fecerint, regnum dei non consequeñ-
tur. Quamobrem spiritum scripturæ fructusq; quæra-
mus, qui non dicuntur esse manifesti. Multo quippe la-
bore & sudore, & digno cultu in scripturis fructus spiri-
tus inuenitur. Vnde arbitror Paulum diligenter & cau-
te de scripturæ sensibus dixisse carnalibus: Manifesta au
tem sunt opera carnis. De spiritualibꝰ uero nõ ut ibi po
suisse, manifestus est fructus spiritus, sed ita: Fructus au
tem spiritꝰ, est charitas, gaudium, pax, & reliqua. Quod
si relictis typis ad ueritatem scripturæ transeamus & spi
ritum, statim nobis prima charitas panditur: & ad gau-
dium inde gradiẽtes, peruenimus ad pacem, per quam
consequimur patientiam. Quis aũt non ad miserationẽ
& bonitatẽ erudiatur, cum etiam ea quæ quibusdam tri
stia putantur in lege, supplicia dico & prælia, & euersio-
nes gentiũ, & cõminationes ad populos per prophetas,
magis remedia intellexerit esse q̃ pœnas? Non enim in Esa.57.c
æternum irascetur dominus. Cum ergo hæc nobis aper
ta fuerint, rationabiliorẽ habebimus fidem, & correctos
B mores temperantia comitabitur, quam continentiam se
quetur & castitas: & post hæc omnia incipiet esse lex pro
nobis. Hucusq; Origenis. Quibus nos possumus adde-
re, ut dicamus de seruitute legali ad euangelij libertatem
uocatos (quibus superius dicitur: State & nolite rursum
iugo seruitutis hærere) etiam nunc moneri, ut leue Chri
sti iugum, & delectabilia euangelij præcepta sectãtes, ne
quaquam putent sibi licere, ut hac ipsa libertate uiuẽdi,
in occasione carnis utantur, scilicet ut iuxta carnem ui-
uant, iuxta carnẽ circũcidantur, sed spiritu magis stent,
spiritu præputium carnis abscidant, & ad spiritus altio-
ra tendentes, humilitatem literæ derelinquant. Potest au
tem & aliter itelligi. Dicat quispiã: Si cessaui ò Paule esse
sub lege, & de seruitute in libertatẽ uocatus sum: ergo de
beo ita uiuere, ut conuenit libertati, nec aliquibus præce
ptis teneri, sed quodcunq; placuerit & uoluntas suggeſ-
serit, hoc facere, implere, sectari. Ad quod respõdit Apo-
stolus: Vocatos quidem nos esse in spiritꝰ libertatem: sed
ita, ut libertas ipsa carni non seruiat. Nec putemus quia
nobis omnia licent, oñia expedire, quin potius quia ser-
ui legis esse cessauimus: facti liberi, magis per charitatẽ
nobis inuicẽ seruiamus, ut lacinioſæ legis præcepta, uno
dilectionis capitulo concludantur. a ¶ Sed per chari-
tatem seruite inuicem &c.] Qui cum esset liber ex omni
bus, omnium se propter charitatem seruum fecit, ut plu
res lucrifaceret: recte hortatur & cæteros, ut per cha-
ritatem sibi seruiant, quæ non quærit quod suum est, sed
quod proximi. Qui enim uult fieri primꝰ, erit omnium
seruus: Vt quomodo saluator in forma dei constitutus,
non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed seip Phil.2.a
sum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuen
tus ut homo, humiliauit semetipsum, factꝰ obediens us-
que ad mortem, mortem autẽ crucis: ita & nos quæcun-
que ante sub legis necessitate facere uidebamur: nũc scia
mus nobis liberis, magis per charitatẽ esse facienda. Tan
tum aũt bonum est charitas, ut omnis lex in illa recapi-
tuletur. Enumerat & in alio loco Apostolꝰ charitatis bo
na dicens: Non zelatur, non agit perperam. Multisq; in C
medio replicatis, in fine cõcludit: Omnia sperat, omnia 1.Cor.13
sustinet, charitas nunq; excidit. Et saluator in euangelio, Matthæ.22
hoc signum sui ait esse discipuli, ut diligat proximum.
Quod quidem puto non solum hominibus, sed etiã an-
gelis conuenire. Alijs
uerbis idipsum dici-
tur: Quæ uobis fieri
nõ uultis, alij ne fece-
ritis: & quæ uultis ut
uobis faciant homi-
nes, hæc eadẽ & uos
nem carni (subauditur detis.) Sed per charitatem ser-
uite inuicem, omnis enim lex in uno sermone impletur:
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inui-
cem mor
eis facite similiter. Nolo adulterari uxorem meam, nolo
substantiam diripi, nolo me falso opprimi testimonio, &
ut cuncta breui sermone cõprehendam, indigne fero ali-
quid mihi fieri quod iniustũ est: Hæc eadem si per chari
tatem in me operantem, uel fecero alteri, uel uoluero, lex
oñis impleta. Nec difficile est docere quomodo uniuer
sa præcepta, nõ occides, nõ adulterabis, nõ furaberis, nõ
falsum testimoniũ dices, & cætera his similia, una charita
tis obseruatione teneãtur. Hoc ostendere arduũ est, quo
modo hostiæ quoq; quæ in Leuitico sunt præceptæ, & el
borum uel absti nentia uel permissio, cum alia munda,
alia dicantur immunda: solennitatũ quoq; iugis per an-
nos recursus, in uno charitatis præcepto recapitulentur:
Nisi forte quis illo se trãsferat, ut affirmet legem spiritua
lem esse, & imaginibus & exemplari nos cœlestiũ deser-
uisse, anteq; uerus pontifex aduenire t: qui postq; semel
seipsum offerens uictimã, suo sanguine nos redemit, om
nis illa priscæ legis uarietas & difficultas, in ipsius super
homines dilectione completa est. Intantũ quippe pater
amauit mundũ, ut filium suum charissimũ & unigenitũ
daret pro nobis. Ei autẽ qui semel spiritu uiuens, opera
carnis mortificauit, & à saluatore dilectus, nequaq; ser-
uus, sed amicus uocatur, non est ultra lex posita, quæ im D
pijs & peccatoribus, & non subiectis & nepharijs consti
tuta est. At nũc cum omnia quæ difficiliora sunt, uel mo
dica ex parte faciamus: hoc solum non facimus, quod &
factu facilius est, & absq; quo cassa sunt uniuersa quæ fa
cimus. Ieiunij corpus sentit iniuriã, uigiliæ carnem ma-
cerant, eleemosynæ labore quærũtur: sanguis in mar-
tyrio, quamuis ardeat fides, tamen sine dolore & timore
non funditur. Hæc omnia sunt qui faciant, sola charitas
sine labore est. Et quia sola cor mundum efficit, à diabo-
lo expugnatur in nobis, ne deũ pura mente uideamus.
Quãdo enim sedens loquor contra fratrẽ meum, & con-
tra filium matris meæ pono scandalum, quando aliena
torqueor felicitate, & alterius bonum, meum malum fa-
cio, nõne hoc quod sequitur, in me expletur: Si inuicem
mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consuma-
mini? Charitatis rara possessio est. Quis uult ipse anathe
ma esse à Christo pro fratribus suis, apostolũ sequens?
Quis cum lugentibꝰ lugens, cũ gaudentibus gaudens,
alieno uulnere uulneratur? Quis fratris morte perimit?
Omnes magis amatores nostri, q̃ amatores dei sumus.
Vide quantũ bonum sit charitatis. Si ita martyriũ fecerI
mus, ut nostras uelimus ab hominibus reliquias hono-
rari: si opinionẽ uulgi sectantes, intrepidi sanguinem fu-
derimus: & substantiam nostram usq; ad mendicitatem
propriam dederimus: huic operi non tam præmium q̃
pœna debetur: & perfidiæ magis tormenta sunt, q̃ coro-
na uictoriæ. b ¶ Quod si inuicem mordetis & comedi
tis, uidete ne ab inuicẽ consumamini.] Potest & hoc sim
pliciter accipi, ne detrahamus inuicẽ, ne maledicto nos
putemus ulcisci, ne contristati contristare cupiamus, &
similes bestiarum, mordere pariter & remorderi, ut post
morsus sequatur interitus atq; consumptio. Melius autẽ
est, ne contra rationem & totius epistolæ cõsequentiam,
subito in extraordinaria præcepta Paulus erumpat, hoc
ita intelligere, ut ad circũcisionem obseruationẽq; legis
cuncta referamus. Si uos, inquit, cõturbant alij, uos aũt
conturbamini: si totam scripturam ueterem legentes,
sic intel-

A sic intelligitis ut scriptum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente: & ira desiderat ultionē, ultio uero imponit dolorem, quod lex non solum non prohibet, uerum etiam præcepit, iusticiā in talione restituens: sequitur, ut & nudat⁹ nudet, & uulnerat⁹ reuulneret, & comestus remordeat: et quæ uidetur iusticia esse, consumptio sit, nō unum uindicās, sed utrunq; consumens. a ¶ Dico autē: Spiritu ambulate, & desiderium carnis non pficietis.] Et hoc secundum superiora dupliciter accipiēdum, ut dicam⁹ eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, ut de spiritu metāt uitam æternam, quotienscunq; uoluptatem carnis senserint titillare, non perficere desiderium eius: quod quidem si expletum fuerit, blādiri uidetur ad tempus, sed spiritu refrenare, & secundum sententiam historici, animi imperio, corporis seruitio magis uiuere. Necnō & illud, quia lex spiritualis est, & nō qui manifesto Iudæus, sed qui in occulto, & circuncisio cordis in spiritu, non litera: eos ambulare spiritu, & carnis desiderium non perficere dicimus, qui spiritualiter egrediuntur Aegyptum, & spiritualem escam potūq; de spirituali hauriūt petra, qui nō iudicātur in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ & sabbati: sed ambulant in omnibus spiritualiter, non perficientes carneæ legis, literæue desiderium, sed fructus metentes intelligentiæ spiritualis. Tertia quoq; interpretatio à quibusdam in hoc loco dicta est: sed quæ nō multum discrepet à secunda, ut desideriū carnis in his asserant esse qui paruuli in Christo sunt. Iter autem spirit⁹ in perfectis uiris, & esse sensum: In grauitate spirit⁹, id est, in itinere uiri ambulate perfecti, & non facietis desideria paruulorū. b ¶ Caro autem cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis.] Caro præsentibus delectatur & breuibus, spiritus perpetuis & futūris. Inter hoc iurgium media anima consistit, habens quidem in sua potestate bonum & malū, uelle & nolle: sed nō habens hoc ipsum uelle ac nolle perpetuum: quia fieri potest, ut cum carni cōsenserit, & opera eius fecerit: rursum per pœnitentiam se remordens, spiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hoc ergo quod ait: Hæc em̄ sibi inuicem aduersantur, id est, caro & spiritus, ut nō quæcunq; uultis, illa faciatis. Nō quo proprium nobis tulerit arbitrium, quo uel carni uel spiritui assentiamur: sed quia quod facimus nō est nostrum proprie, sed opus ipsum uel carni uel spiritui deputatur. Grandis laboris & disputationis est nimiæ, ostensis carnis operibus & spiritus media aliqua reperire, quæ nec ad carnem uideātur pertinere, nec ad spiritum. Carnales dicimur, quando totos nos uoluptatibus damus. Spirituales, quando spiritum sanctum præuiū sequimur, id est, cum ipso sapimus instruente, ipso docemur autore. Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiā, 1.Cor.2.d de quibus recte dicitur: Animalis autem homo non recipit ea quæ sunt spiritus. Stultícia quippe est ei. Quod ut manifestius fiat, aliquod sumamus exemplum: Caro, terra, anima, aurū, spiritus ignis uocetur. Quandiu aurum fuerit in terra, perdit uocabulū suum, & à terra cui commixtum est appellatur. Cum uero separatū ab humo, auri & speciem & nomen acceperit: aurum quidem dicitur, sed necdum probatum. Si aūt per ignem excoctum fuerit & purgatum, tunc auri splendorem & ornatus sui accipit dignitatem. Ita & anima inter humum & ignem, hoc est, inter carnem spiritumq; cōsistens, quando se tradiderit carni, caro dicitur: quando spiritui, spiritus appellatur. Quod si proprio crediderit cogitatui, & ablq;

cem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini. Dicō autē: Spiritu ambulate, & desiderium carnis non perficietis. Carō enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Quōd si spiritu ducimini, non estis sub lege.

gratia spiritus sancti inuenire se æstimauerit ueritatem, quasi aurum sordidum, animalis hominis appellatione signatur. Potest locus iste sic melius explanari, & quasi una series corpusq; fieri, se inuicem nectens, sibiq; non discrepans. Fratres de seruitute legis uocati estis, in euangelij libertatē. Verū obsecro uos, ne libertate pro licentia abutamini, & putetis uobis cuncta expedire quæ licent: detisq; occasionem carni atque luxuriæ. Quin potiꝰ discite quod libertas hæc maior sit seruitꝰ, ut qd' ante lex ab inuitis extorquebat obsequium, nunc per charitatem uobis inuicem seruiatis. Siquidem omne illud legis onus, & multiplicia præcepta, non tam excluſa sunt per euangelij gratiam, quàm uno charitatis sermone breuiata, ut diligamus proximum sicut nosmetipsos. Qui enim diligit proximum, totam legem implet: bona ei tribuens, mala non inferens. Quod si cesset dilectio, & non sit charitas per quam lex uniuersa completur, publicū quoddam inter homines latrocinium erit, ut contra se inuicem deferentes, seq; mordentes, consumantur ab inuicem. Vos autem fratres propterea secūdum spiritualem legem debetis uiuere, ne desideria quæ carnis sunt, perficiatis. Caro enim frigus timet, aspernatur famem, attenuatur uigiliis, libidinibus exardescit, mollia quæque & iocunda desiderat. Econtra spiritus, ea quæ carni cōtraria sunt, & quæ illam debilitare queant, expetit. Et ita fit, ut non ideo, quia sub seruitute legis esse cessasti, putetis esse uos liberos: sed sciatis magis naturæ uos lege retineri, quia non statim si lex non imperat, & natura cessauit, D ne uoluntatem scilicet uestram, opera subsequantur: sed frequenter ea facere compellamini, repugnāte carne aduersus spiritum, quæ facere nō uultis. Ex quo fratres obsecro, ut non detis libertatem uestram in occasionē carnis, sed magis spiritu seruiatis, ut incipiatis ea facere quæ uultis, & nihil debere legi, id est nō esse sub carne. Quia libertatem legis abolitæ tunc uere in euangelio habere poteritis, quum uos nequaquam caro compulerit facere quæ non uultis, sed spiritui seruientes, docueritis uos non esse sub lege. Et quia supra secundum duplicem intelligentiam hunc locum cœperamus exponere, reddenda sunt quæ omisimus. Caro concupiscit aduersus spiritum: id est, historia & scripturæ carneus intellectus, contra allegoriam & spiritualem doctrinam repugnat. Spiritus autem aduersus carnem, id est, sublimiora deiectis, æterna breuibus, umbræ ueritas refragatur, & carneus scripturæ sensus, quia impleri non potest (nec enim ualemus omnia quæ scripta sunt facere) ostēdit nos non in nostra positos potestate legis explendæ, cum etiam si uelimus literam sequi, impossibilitas non admittat.

c ¶ Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Spiritum non eum de quo Apostolus in alio loco loquitur: Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod Rom.8.c sumus filij dei: id est, non spiritum hominis qui in ipso est, sed spiritum sanctum significat: quem sequentes, efficimur spirituales, & sub lege esse desistimus. Notandū ergo quod hic spiritus nō cum ἀρθρῳ & cum additamento aliquo, sicut in cæteris legimus spiritum mansuetudinis, & spiritum fidei, sed simpliciter spiritus appellatur: quæ quidem minutiæ magis in Græco quàm in nostra lingua obseruatæ, qui ἄρθρα penitus nō habemus, uidentur aliquid habere momenti. Quæritur in hoc loco, si quicunque spiritu ducitur, non est sub lege: utrum Moses & prophetæ uel spiritu acti sint, & sub lege uixerint; quod Apostolus negat: aut habentes spiritum, sub lege non fuerint, quo Apostolus hic affirmat: aut quod est tertium, sub lege uiuentes, spiritum nō habuerint, quod

A de tantis uiris nephas est credere. Ad quod nos breuiter respondebimus: Non idem esse sub lege esse, & esse qua si sub lege: quomodo nō idipsum est, in similitudine carnis peccati, & in carne esse peccati. Nec idem sonat uerus Num.21.b serpens, & ærei similitudo serpentis, quem Moses in eremo suspendit. Sic igitur & sanctos prophetas & Mosen, ambulā tes spiritu, & spiritu uiuentes: non sub lege, sed quasi sub lege uixisse: ut ipsi uiderentur quidē esse sub lege: sed eos qui sub lege erant, lucrifacerent: & ab humilitate literæ, ad altitu 1.Cor.9.c dinem spiritus prouocarēt. Nam & Paulus qui Iudæus Iudæis factus est, & omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret: non dixit, factus sub lege, sed factus quasi sub lege, ut ostenderet se non ueritatem legis, sed similitudinē custodisse. Videmur nobis soluisse propositā quæstionem. Sed quid faciemus de illo Pauli capitulo dicentis: Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Si enim Christus sub lege fuit, & non quasi sub lege, tota illa superior disputatio uacua fiet. Verum & hæc oppositio de suo soluetur loco. Qui ēm propterea factus sub lege est, ut eos qui erant sub lege, redimeret: utique cum esset liber à lege, legi se subdidit uoluntate: Et multo erat Paulo liberior, qui non sub lege, sed quasi sub lege fuisse testatus est. Et quomodo in cœnum & barathrum mortis propter nos descendit, qui o- Rom.7.d rabamus dicentes: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita & ex muliere nasci uoluit, & esse sub lege, ut eos qui nati erant de muliere & sub lege, saluaret. Et certe non est natus de muliere: id est, de nupta, sed de uirgine. Verū abusiue uirgo mulier appellata est, propter B eos qui illam fuisse uirginem nesciebant. Vt itaque propter illos qui sanctam Mariam arbitrabantur maritum habere, mulier pro uirgine posita est: sic ꝓpter eos qui æstimabāt Christum esse sub lege, nescientes quia factus esset his qui erant sub lege, quasi sub lege: dicitur & ipse factus esse sub lege. a ¶ Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorū seruitus &c.] Superius quum exponeremus de carne & spiritu, triplicem intelligentiam dixeramus, uel eos esse carneos, qui paruuli & corporei, in Christo solidum cibum, & perfectæ ætatis alimenta capere non possent: uel carnales eos esse, qui more Iudaico historiam tantum sequerētur & literam. Aut certe iuxta simplicem sensum, in hominis fictione carnem spiritum ꝙ substistere, & iuxta diuersitatem substantiæ uel opera carnis esse, uel spiritus. Nunc ergo quæ hic carnis opera nominantur, fornicatio uidelicet, immundicia, luxuria, & cætera quæ sequuntur: magis mihi uidentur ad simplicem carnis & spiritus intelligentiam, quàm ad carnem legis & paruulos in Christo referri: licet in eo loco ubi supra de decimo Origenis Stromate uerbum transtulimus ad uerbum, quid etiā de his sentiri possit, expressum sit. Quod autem ait: Manifesta autem sunt opera carnis, uel omnibus ea nota esse demonstrat, quia per se pateant mala esse & fugienda: intantum ut etiam hi qui ea faciunt, cupiant occultare quod faciunt. Vel certe his tantum manifesta, qui in Christo crediderint. Plurimi quippe gentilium in suis ignominijs gloriantur: & putant si expleuerint uoluptatem, quandam se turpitudinū uictoriam consequutos. Sed & illud eleganter, quod in carne opera posuit, fructꝰ in spiritu, quia uitia in semetipsa finiuntur & pereunt: uirtutes frugibus pullulant & redundant. Nec putemus animæ nullum esse opus, si uitia carni, uirtutes spiritui deputentur. Quia anima (ut supra diximus) in quodam meditullio posita, uel carni iungi- Gen.6.d tur, & dicitur de ea: Non permanebit spiritus meus in hominibꝰ istis, quia carnes sunt, uel spiritui copulatur, C & in spiritus uocabulum transit. Qui enim adhæret do- 1.Cor.6.d mino, unus spiritꝰ est. Primū itaq; carnis opus, est fornicatio. Manifesta in exordio posuit, ne de medijs ambigamus. Omne enim quodcūq; fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. Et non sumus nostri, empti enim sumus precio, glorificemus & portemus deum ī corpore nostro. In eo fornicator maioris est criminis, qa tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis. Erunt quippe duo in carne una. Qui nō est fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit mēbra meretricis: qui credit & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. Econtrario infidelis in fornicatione sua utrum uiolet, an ædificet templum idolo, nescio. Per uitia quippe uel maxime dæmones coluntur. Hoc unum scio, quod qui post fidem Christi fornicatur, uiolat templum dei. Secundū opus carnis, immundicia nuncupatur, & eam comes luxuria sequitur. Quomodo enim in ueteri lege de nephandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimum est, ne & dicētis os & aures audientium polluerentur, generaliter scriptura complexa est, Luc.15.d dicens: Verecundos uel reuerentes facite filios Israel ab omni immundicia: sic in hoc loco cæteras extraordinarias uoluptates, ipsarum quoq; opera nuptiarum si nō uerecūde & cum honestate quasi sub oculis dei fiant, ut tantum liberis seruiatur, immundiciam & luxuriam nominauit. Quartum in catalogo operum carnis idololatria locum tenet. Qui enim semel se luxuriæ uoluptatiq; permiserit, non respicit creatorem. Aliàs autē omnis idolatria, festiuitate, gula, uentre, & his quæ infra uentrem sunt, delectatur. Et ne forsitā ueneficia, & maleficæ artes D nō uiderentur in nouo prohibitæ testamento: ipsæ quoque inter carnis opera nominantur. Quia sæpe magicis artibus, & amare miseris euenit & amari. Inimicitia quoque quæ post ueneficia ponitur, quem habeat reatum, manifesto crimini subiecta declarat. Quantum enim in nobis est, nullius esse debemus inimici, sed cum omnibꝰ habere pacem. Quod si loquentes ueritatē, aliquos meremur inimicos, non tam nos inimici eorum sumus, q̄m illi inimici sunt ueritatis. Nā quod & in Genesi dicitur ad Exod.23.e Abraham: Inimicus ero inimicis tuis, & aduersabor aduersantibus tibi: sicut supra intelligendum, non tam Abraham illis inimicum fuisse, q̄m illos Abrahæ uirtutibus & religioni, per quam calcatis idolis, cognitum uenerabatur deum. Illud quoq; quod populo præcipitur Israel, ut odio sempiterno & in posteros trāsmissa discordia, Luc.22.g inimici sint Madianitis, quasi his dicitur qui sub pædagogo erant, & in alio loco merebātur audire. Odio ha- Matth.5.g bebis inimicum tuum. Aut certe nō tam personarum q̄m morum est facta dissensio: ut quomodo deus utiliter inter serpentem & mulierem inimicitias posuit, ne amicitiæ eorum inutiles essent homini, per quas proiectus est de paradiso: Ita & in Israelitis & Madianeis uita magis dissimilis, q̄ gens una damnata est. Septimum locum inter carnis opera, cōtentio possidet, quodam quasi sacrato & eminenti inter uitia numero collocata. Seruum autem domini non oportet rixari, sed esse mansuetū ad omnes, doctorem longanimem, cum māsuetudine erudientem: etiam eos qui contra disputant. Post cōtentionem, octaua succedit æmulatio, quæ Græco sermone ζῆλος significantius & notius appellatur. Quo quidem malo, nescio quis nostrum careat. Zelati sunt enim & patriarchæ Ioseph fratrem suum, & Maria & Aaron prophetes dei & sacerdos, contra Mosen tali passione decepti sunt, 1.Tim.5.d intantū ut illa de qua scriptura narrauerat, dicens: Tollens aūt Maria prophetes tympanū, & cætera: postea extra castra

Mānifesta autē sunt opera carnis: quæ sunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidię, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ præ-

quæ prædico uobis ſicut & prædixi: quoniam qui hæc agunt, regnū dei non poſſidebunt. Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, māſuetudo, continentia, aduerſus huiuſmodi non

A tra caſtra proiecta, lepræ uitio ſordidata ſit, & pœnitentiam longiorem ſeptem dierū ſeparatione ſignauerit. Ira deinde ſuccedit, quæ iuſticiā dei non operatur, & ſpecies eſt furoris. Inter iracundiā autem & iram hoc intereſt, q̄ iracundus ſemper iraſcitur, iratus pro tempore concitatur: Et neſcio qs poſſit regnū dei poſſidere, cum is qui iraſcitur, ſeparet̄ à regno. Rixæ quoq; quas aliud Græci ſignificanter ἐριθείας uocant: ſiquidem rixa μάχη dicitur, à regno dei prohibēt. Eſt aūt ἐριθεία, cum quis ſemper ad cōtradicendū paratus, ſtomacho delectatur alieno, & muliebri iurgio cōtendit, & prouocat contendentem. Hæc alio nomine apud Græcos φιλονικία appellat̄. Necnon & diſſenſiones opera carnis ſunt, cum quis nequaquam perfectus, eodem ſenſu & eadem ſententia di- 1.Cor.1.b cit: Ego ſum Pauli, & ego Apollo, & ego Cephe, & ego Chriſti. Sed & domorū inter ſe hæc eadem diſſenſio reperitur, mariti uidelicet ad uxorē, patris ad filiū, fratris ad fratrem, conſerui ad conſeruū, militis ad contuberna lem, artificis ad eiuſdem operis artificem. Nōnunq̄ euenit, ut & in expoſitionib⁹ ſcripturarū oriatur diſſenſio, è quibus hæreſes quoq; quæ nūc in carnis opere ponun- Rom.8.b tur, ebulliunt. Si enim ſapiētia carnis inimica eſt deo (Inimica aūt ſunt omnia dogmata falſitatis deo repugnātia) conſequenter & hæreſes inimicæ deo, ad carnis opera referuntur. αἵρεσις aūt Græce, ab electione dicitur, quod ſcilicet eam ſibi unuſquiſq; eligat diſciplinā, quā putat eſſe meliorem. Quicūq; igitur aliter ſcripturā intelligit q̄ ſenſus ſpiritus ſancti flagitat quo cōſcripta eſt: licet de eccleſiā non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt: & de carnis operibus eſt, eligens quæ peiora ſunt. Hæreſes ſequitur inuidia, quā non putemus idem eſſe quod zelū.

B Quia zelus & in bonam partem accipi poteſt, cum quis nititur quæ meliora ſunt æmulari. Inuidia uero aliena felicitate torquetur, & in duplicē ſcinditur paſſionē: quum aut ipſe eſt aliquid in eo in quo aliū eſſe non uult: aut alium eſſe uidēs meliorem, dolet ſe ei non eſſe conſimilē. Pulchre quidā de Neotericis, Græcum uerſum transferens, elegiaco metro de inuidia luſit, dicens: Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum Autorem rodit, excruciatq; animū. Scripſit & beatus Cyprianus librū de zelo & liuore ualde optimū, quem qui legerit, non dubitabit annumerare operibus carnis inuidiā. Inter inuidum aut̄ & inuidioſum hoc intereſt, q̄ inuidus feliciori inuidet. Inuidioſus aūt is eſt, qui ab alio patit̄ inuidiā. Quartumdecimum locū inter carnis opera, ebrietas tenet. Ebrioſi quippe regnum dei nō poſſidebunt. Et dñs ad di- Luc.21.g ſcipulos: Cauete, ait, ne forte grauētur corda ueſtra in uino & crapula. Vino, hominis ſenſus euertitur, pedes corruunt, mens uacillat, libido ſuccenditur. Vnde Apoſtolus clamitat: Et uinū in quo eſt luxuria. Habet unuſquiſque ſuæ ſentētiæ poteſtatē: Ego Apoſtolum ſequor, in uino eſſe luxuriā, in uino ebrietatem. Ebrietatem aūt & luxuriam inter carnis opera numerari, nec ille poteſt negare qui eiſdem paſſionibus uincitur. Et licet me quidā in eo libro quem de ſeruanda uirginitate ſcripſi, reprehendendum putent: quod dixerim adoleſcētulas ita uinum debere fugere ut uenenum, non me ſententiæ pœnitebit. Opus quippe ibi magis uini q̄ dei à nobis creatura damnata eſt, & licentiā tulimus uirgini proprio ætatis calore feruenti, ne ſub occaſione parum bibēdi, plus biberet & periret. Alioquin ſciebamus & in Chriſti ſanguinē uinum conſecrari, & Timotheo uinum ut biberet, imperatum. Ebrietas aūt tam ex uino q̄ ex cæteris bibēdi generibus, quæ uario modo conficiuntur, poteſt accidere, 1.Timot.5.d ex quo & de ſancto dicitur: Vinum & ſicerā nō bibet. Sicera interpretatur, ebrietas. Et ne quis uinū non bibens, aliud ſibi putaret bibendum: excluſa cauſatio eſt, dum omne quod inebriare poteſt, cum uino pariter auferatur. C Quintadecima quæ & extrema inter carnis opera, comeſatio eſt. Manducauit quippe populus & bibit, & ſurrexerunt ludere. Semper ebrietati iuncta luxuria eſt. Pul- 1.Cor.10.b chre quidam non ignobilis orator, cum ebrium de ſomno deſcriberet excitatum, ait: Nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat. Qua ſentētia expreſſit, quodāmodo nec mortuum eum fuiſſe nec uiuum. Longum erat uniuerſa carnis opera replicare, & catalogum facere uitiorum. Vno igitur omnia ſermone concluſit dicēs, & his ſimilia. Quæ utinam tam facile uitare poſſemus, q̄ facile intelligimus. Prædico, inquit, uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnū dei non conſequentur. Vbi ante prædixerat: Non regnet, inquit, peccatum in mortali ueſtro corpore, ad obediendum deſideriis eius. Rom.6.b Peccatum omnes iſtas ſpecies habet, in quibus nunc diſcriminandis plus forſitan q̄ oportuit, immorati ſumus. Ergo in anima in qua peccatū regnauerit, non poteſt dei regnare regnum. Quæ enim participatio iuſticiæ & iniquitati? quæ communicatio luci ad tenebras? qui cōſenſus Chriſto & Belial? Et putamus nos regnum dei conſequi, ſi à fornicatiōe, idololatria, & ueneficiis immunes ſimus. Ecce inimicitiæ, contentio, ira, rixa, diſſenſio, ebrietas quoq;, & cætera quæ parua arbitramur, excludunt nos à regno dei. Nec refert uno quis à beatitudine excludatur, an pluribus, cum omnia ſimiliter excludant. In latinis codicibus, adulterium quoq; & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo uitiorum ſcripta referūtur. Sed ſciendum non plus q̄ quindecim carnis opera nominata, de quibus & diſſeruimus. a ¶ Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides &c.] Et quæ alia inter fructus ſpiritus D debuit tenere primatum, niſi charitas, ſine qua uirtutes cæteræ non reputantur eſſe uirtutes, & ex qua naſcūtur uniuerſa quæ bona ſunt? Siquidem & in lege & in euangelio, ipſa obtinet principatum: Diliges dominū deum Deut.6.a tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota Matth.22.d uirtute tua, & diliges proximū tuum tanquam teipſum. Quantis bonis referta ſit charitas: & ſupra breuiter perſtrinxim⁹: & nunc uel parum dixiſſe ſufficiat, q̄ dilectio non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliena. Et quamuis ſuo quis uitio inimicus ſit diligenti, & tranquillitatē eius ad odiorum fluctus concitare nitatur, tamen nunquam ille turbatur, nunq̄ creaturam dei odio dignā æſtimat. Charitas enim operit multitudinem peccatorū. Illud quoq; Iaco.5.b quod à ſaluatore dicitur: Non poteſt arbor bona fructū Matth.7.c afferre malos: neque arbor mala, fructus afferre bonos: non tam de hominibus q̄ de fructibus carnis & ſpiritus arbitror pronunciatum, quia nec ſpiritus unquam poteſt ea uitia quæ in carnis operibus numerata ſunt facere: nec caro his fructibus qui oriuntur ex ſpiritu redundare. Poteſt autem fieri per negligentiam poſſidentis, ut ſpiritus qui uerſat̄ in homine, fructus non habeat ſuos: & econtrario caro operibus ſuis mortificatis, peccare deſiſtat. Non tamen illo uſq; procedunt, ut & neglecta arbor ſpiritus, opera carnis afferat: & arbor carnis exculta, fructus germinet ſpirituales. In ſecundo ſpiritualium fructuum loco, gaudium poſitum eſt: quod Stoici quoque qui diſtinguūt inter uerba ſubtilius, aliud quid eſſe æſtimant q̄ lætitiam. Gaudium quippe eſſe aiunt elationem animi ſuper his quæ digna ſunt exultantis: Lætitiā uero effrenatam animi elationem, quæ modum neſciat: & in his quoq; quæ uitio ſint mixta, lætetur. Alij è regione gaudij uoluptatem ponunt, non hāc quæ corpus ad libidinem concitat, titillat ſenſus, dulci blāditur affectu; ſed aliam huic ὁμώνυμον, quæ ſine moderatione & ullo decore lætitiæ, in riſu exaltat uocem ſuam. Quod ſi uerum

A est, & eorum inter uerba distinctio non fallit & fallitur: cõsideremus,ne forsitan idcirco sit dictum:Non est gaudere impijs,dicit dominus. Simul autem & illud notandum,quod post dilectionem,gaudium sequitur. Qui enim diligit quempiam,semper in eius felicitate lætatur: & si eũ uiderit aliquo errore deceptum, & peccatorum lubrico cõcidisse, dolebit quidem,& eruere festinabit,sed non poterit gaudium mutare tristicia,sciẽs nullam rationabiliũ creaturarum apud deum perire perpetuo. Tertius fructus spiritus,est pax, à qua Salomon quoq; qui in typo Christi præcessit,no-
Psal.75.a men accepit. Et de ecclesia psalmista canit: Factus est in pace locus eius. Et inter octo euãgelij benedictiones scri-
Matth.5.a bitur: Beati pacifici,quoniam filij dei uocabũtur. In primo etiam graduum psalmo cantatur: Cum his qui oderunt pacem,eram pacificus. Nec putemus pacẽ tantum in eo esse quærendam, si cum alio non iurgemur:sed tũc pax Christi,hoc est,hæreditas nostra nobiscũ est: si tranquilla mens nullis passionibus perturbetur. Post pacem sequitur longanimitas,siue patientia, quia utroq; modo μακροθυμίαν possumus interpretari. Huic contraria est pusillanimitas,de qua scribitur:Pusillanimus uehementer insipiens:qui uero patiens est,& uniuersa sustẽtat,uir sa-
Prou.14.d piens. Et cum ὑπιτάσει, multum sapiens appellatur, ut in Prouerbijs quoq; scriptũ est: Lõganimus uir,multus in prudentia. Benignitas etiã siue suauitas, quia apd' Græcos χρηστότης utrunq; sonat:uirtus est lenis,blanda,tranquilla,& omnium bonorum apta consortio, inuitãs ad familiaritatem sui,dulcis alloquio, moribus temperata. Deniq; & hanc Stoici ita definiunt:Benignitas est uirtus sponte ad benefaciendum exposita. Non multum bonitas à benignitate diuersa est, quia & ipsa ad benefacien-
B dum uidetur exposita. Sed in eo differt, quia potest bonitas esse tristior, & fronte seueris moribus irrugata, benè quidem facere, & præstare quod poscitur, nõ tamen suauis esse consortio, & sua cunctos inuitare dulcedine. Hanc quoq; sectatores Zenonis ita definiũt: Bonitas est uirtus quæ prodest, siue uirtꝰ ex qua oritur utilitas, aut uirtus propter semetipsam: aut affectus qui fons sit utilitatum. Inter fructus spiritus,septimum & sacratiorem locum fides possidet: quæ etiam alibi inter tres ponitur, spes, fides, charitas. Nec mirum si spes in hoc catalogo nõ referatur,cum in fide sit qd' speratur:& ita eam Apo-
Heb.11.a stolus ad Hebræos scribens definiat: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum necdum apparentium. Siquidem id quod speramꝰ esse uenturum, & necdum est in præsenti, fide possidemus, sperãtes nos tenere quod credimus. Quæritur quoq; quomodo fides in charitate sit posita. Qui diligit, nunquam se lædi æstimat,nunquam aliud nisi quod diligit & diligitur,suspicatur. Cum autem dilectio procul abfuerit, & fides pariter abscedit. Post fidem mãsuetudo numeratur, quæ aduersa est iræ,rixis, dissensionibus, & nunquã ad sui contraria prouocatur: uere de bona spiritus arbore,bonos fructus egerminans. Per hanc famulus dei Moyses,testi-
Num.12.a moniũ scripturæ meruit accipere,,dicentis:Moyses mansuetus erat,plusq; omnes homines super terram. Super terram inquit:Super eos enim qui facie ad faciem deum uidebant,esse non poterat, quia multa sæpe cõpellimur per carnis facere infirmitatẽ. De Dauid quoq;,licet multi de domino nostro æstiment prophetatum, quod nos etiam non negamus,spiritus sanctus in typo uenturi ca-
Psal.105.a nit: Memento domine Dauid,& omnis mansuetudinis eius. Cuius mansuetudo aduersus Saul,Abſalon, & Semei,uel maxime claruit, cum alius uellet eum occidere: alius res nouas molitus, fraudare imperio niteretur:alius lapides in eum iaciens,& puluerem uentilans, clamaret & diceret: Egredere,egredere uir inique. Extrema cõtinentia in fructibus spiritus collocatur. Quam non solum in castitate debemꝰ accipere, sed etiam in cibo & potu: In ira quoque & uexatione mentis, & detrahendi li- C
bidine. Inter modestiam autem & continentiam, hoc interest,quod modestia in uiris pfectis est, consummatæq; uirtutis, de quibus saluator ait: Beati mites,quoniã ipsi possidebunt terram. Et de seipso: Discite à me,quoniam Matth.11.d
mitis sum & humilis, & mansuetus corde. Continentia uero in uia quidẽ uirtutis ẽ,

modi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt

sed necdum peruenit ad calcem,quia cupiditates adhuc in eius qui se continet cogitatione nascuntur, & mentis polluunt principale,licet nõ superent,nec ad opus pertrahant cogitantem. Non solum autem in desiderijs & cupiditate,continentia necessaria est: sed etiam in tribus reliquis perturbationibꝰ,dolore scilicet,lætitia,& timore. Aduersus huiusmodi fructus spiritus,non est lex.Iusto quippe lex non est posita: Iniquis autem & nõ subiectis,impijs & peccatoribus. Lex mihi dicit: Non adul Exod.20.b
terabis,non occides,non falsum testimonium dices, nõ fraudabis,non desyderabis aliena, non periurabis, non furaberis: si hæc omnia fructu in me spiritus charitate regnante non facio, superflua mihi sunt præcepta legis. Denique & sapientes mundi de philosophia sic opinati sunt, ut quod leges publicæ facere homines necessitate cõpellunt,hoc illa persuadeat fieri uoluntate. a ¶ Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.] Origenes hunc locum superioribus nectens,ita legit: Aduersus huiusmodi non est lex, qui Christi carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs,ut nõ,sicut in Latino sonat,eos qui Christi sunt,carnem suam dicat crucifixisse cum uitijs & cõcupiscentijs, sed Christi carnem ab his cum uitijs & concupiscentijs crucifixam. Et quærit quomodo in his qui fructus spiritus habeant: & aduersum quos lex esse cessauit, crucifixio carnis dominicæ ponatur in laude,quum ad Hebræos in uituperatione sit positum: Rursum crucifigentes D
in semetipsis filium dei,& ostentui habentes. Pro rursus crucifigentes melius unum uerbum compositũ in græco est ἀνασταυροῦντὸς quod nos interpretari possumus recrucifigentes. Primum notandum quod aliud sit crucifigere,aliud recrucifigere. Deinde quia non idipsum sit recrucifigere filiũ dei,& crucifigere carnem Christi cum uitijs & concupiscentijs. Caro quippe Christi non principaliter & proprie filius dei est,sed Iesus Christus, qui quum esset in principio apud patrem, uerbum deus caro factus est,& seipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, ut crucifigeret carnem, & despoliatꝰ principatus & potestates, triumphãs de eis in ligno, ut compleretur illud Apostoli: Quod enim mortuus est, peccato mortuus Rom.6.b
est semel. Igitur si corpora nostra membra sunt Christi, consequenter & caro nostra caro Christi est, quam crucifigimus,mortificantes per eam supẽ terram, fornicationem,immunditiam,passionem, desyderium malum, & auaritiam,& de nobis nũc in laude ponitur, qui Christi Iesu carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs,& semper mortificationem Iesu circũferimus in corpore nostro, ut & uita eius manifestetur in carne nostra. Non modici autem laboris est, sic in præsenti seculo uiuere,ut iam nunc uita Iesu manifesteturin carne nostra. Ita enim uiuificabuntur & mortalia corpora nostra per inhabitantem in nobis spiritum. Vbi Latinus interpres uitia posuit,in græco παθήματα, id est,passiones legũtur. Et quia passio potest & dolorẽ,& cæteras necessitates significare corpusculi,caute Apostolꝰ intulit, desyderia:ut non naturã corporis uideretur in spiritualibus uiris negare,sed uitia. Et hoc ita admonitum sit,si uulgatam æditionem sequimur,legẽtes: qui autem sunt Christi,carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, ut non carnem Christi, sed suam eos crucifixisse dicamus. Penè oblitus sum interpretationis secundæ. Prædixeram enim omnia quæ sequuntur ad legem & ad circumcisionem esse referenda. Sensus itaque iste est: In quibus est fructus

A fructus ſpiritus,charitas,gaudium,& reliqua: hi corpoream ſcripturæ intelligentiã,quæ nunc caro Chriſti appellatur, crucifixerunt cum paſſionibus eius & deſyderijs, quæ generant paruulis atque lactentibus fomenta uitiorum. Crucifixit Chriſti carnem, qui non iuxta carnem hiſtoriæ militat, ſed ſpiritũ allegoriæ ſequitur præuiãtem. a ¶ Si ſpiritu uiuimus, ſpiritui obtẽperem⁹.] Vtamur hoc teſtimonio aduerſum eos qui nolũt ſcripturas ſpiritualiter intelligere. Quis eſt autẽ qui uiuit ſpiritu, niſi abſcõditus homo noſter, qui & iuxta carnem interdũ ſolet uiuere? Sed cum ſpiritu uixerit, ſpiritu ambulat. Cum in carne uoluerit ambulare,uiuens mortuus eſt. Vir perfectus in Chriſto ſemper uiuit in ſpiritu,ſpiritui obedit,nunquam uiuit in carne. Et contra: Qui ſe totum carni dederit, & paſſionibus deputarit, nunquam uiuit in ſpiritu. Inter hos medij ſunt,quos nec ſpirituales poſſum⁹ appellare,nec carneos, ſed qui inter uirtutes & uitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahuntur,& ſpiritus ſunt: nunc carnis lubrico ſupplantantur,& caro ſunt. b ¶ Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.] Vnum uerbum apud Græcos κενόδοξοι, trium uerborum circuitu interpres Latinus expreſſit. Quantas autem habeat definitiones & ſignificantias gloria, & philoſophorum innumerabiles libri, & Ciceronis duo uolumina, quæ de gloria ſcripſit,indicio ſunt. Verũ nos quia non uerborum etymologias, ſed ſcripturæ ſenſum diſſerere conamur: ita hunc locum cum ſuperioribus copulabimus: Si ſpiritu uiuimus, ſpiritui obtemperemus: B nequaquam per legem, ſed per charitatem nobis inuicem ſeruientes,non debemus de ſcripturarum interpretatione contendere & dicere: Circunciſio melior eſt: non, ſed præputium. Cõtemnenda hiſtoria, & allegoria ſequenda: imò allegoria uana eſt & umbratica, & nullis ueritatis fixa radicibus. Vnde euenit,ut inuicem naſcantur inuidiæ. Excludere enim ait,uos dolũt,ut illos æmulemini: non tam ueritatem legis uolentes docere, quàm uincere. Ne autem penitus uerbum gloriæ prætermittamus intactum, ſuas philoſophis ineptias relinquentes, de ſcripturis aliqua retractemus. Opinionem uulgi, & laudem hominum fauore quæſitam, gloriæ nomẽ ſonat Matth.23.a ubi dicitur: Omnia autem faciunt,ut ab hominibus glorificentur. Ioan.5.g Et alibi: Quomodo poteſtis credere,gloriam ab inuicem quærentes? Porro in bonam partem in eodem loco. Et gloriam ab eo qui ſolus eſt, non quærentes. Ex quo intelligimus idem uerbum, nunc uirtutem ſignificare, nunc uitium. Si ab hominibus quæro gloriam,uitium eſt: ſi à deo,uirtus eſt,qui & ad ueram nos gloriam cohortatur, dicens: Eos autem qui me glorificant,glorificabo. Significat & aliud in ſcripturis diuinis gloria, cum auguſtius aliquid, & diuinius hominum ſe 3.Reg.8.b præbet obtutibus. Viſa eſt in tabernaculo gloria domi- Exod.40.d ni, & in templo quod à Salomone conſtructum eſt,gloria erat: & in facie Moyſi,quando neſciebat quod glorificatus eſſet uultus eius,de qua uultus gloria,puto & A- 2.Cor.3.d poſtolum dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini cõtemplantes,in eandem imaginem tranſformamur à gloria in gloriam,ſicut a dei ſpiritu. Et ipſe ſaluator,ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ dei dictus Act.7.g eſt. Vidit & Stephanus gloriam dei, & Ieſum ſtantem à dextris eius. Vt autem & nobis fingẽdorum nominum licentiam præſumamus,rebus quippe nouis (ut ait quidam) noua fingenda ſunt nomina, quia hic dictum eſt: Non efficiamur inanis uel uacuæ gloriæ cupidi, nos eos aſſeramus plenæ gloriæ eſſe cupidos, qui gloriam dei deſiderant,& laudem uirtute condignam, & aſpectum diuinius aliquid oſtendentem. Vnde & in pleriſque,noſtri maieſtatem pro gloria trãſtulerunt. Iam dudum cupio in uerba prorumpere,ſed teneor timore dicendi. Dicam tamẽ nec tacebo paſſionem meam, paſſionem penè communem: non de diuitijs, non de potentia, non de pulchritudine, & corporum ueluſtate: hæc eñ manifeſte inter carnis operа nominantur. Eleemoſyna ſi ob laudẽ fiat, inanis eſt gloria: Lõga oratio, pallor ex ieiunio ſequẽs. Luc.7.20.g Nõ mea ſunt uerba, ſed ſaluatoris in euangelio pertonantis. Ipſa quoque caſtitas in matrimonio, uiduitate, uirginibus, ſæpe plauſum quærit humanum: & quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt, martyrium ipſum,ſi ideo fiat ut admi ratione & laudi habeamur à fratrib⁹, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquatur Apoſtolus, loquatur electionis uas: Si tradidero corp⁹ meum ut glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ille qui dixerat: Scio 2.Cor.12.a hominem in Chriſto,ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio,ſiue extra corpus neſcio,deus ſcit, raptũ uſque ad tertium cœlum. Et poſt modicum: Raptus in paradiſum,audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Illi,inquam,qui plus omnibus laborauit,ne magnitudo reuelationum extolleret eum, datus eſt ſtimulus carnis eius,angelus ſatanæ,qui eum colaphizaret,ut nõ extolleretur. Et certe ter dominum rogauit ut diſcederet ab eo, ſed dictum eſt ei: Sufficit tibi gratia mea, uirtus enim in infirmitate perficitur. Quid tam dei opus, quàm ſcripturas legere,in eccleſia prædicare,ſacerdotium cupere,ante altare domini miniſtrare? Sed & hæc niſi aliquis omni diligentia cuſtodierit cor ſuum, de cupiditate laudis oriuntur. Videas pleroſque (quod etiam Tullius ait) libros ſuos de contemnenda gloria inſcribere,& cauſa gloriæ,proprij nominis titulos prænotare. Interpretamur ſcripturas,ſæpe uertimus ſtilum, quæ digna lectione ſunt,ſcribimus: & niſi Chriſti cauſa fiant,ſed memoriæ in poſteros,& famæ in populos, totus labor irritus fiet, & erimus quaſi tympanum ſonans, & cymbalum concrepans. Videas pleroſque de ſcripturis inter ſe contendere,& athleticum ſcomma dei facere ſermonem, inuicem prouocant: & ſi uicti fuerint, inuident: Inanis quippe gloriæ cupidi ſunt. Scio in Latinis codicibus in eo teſtimonio quod ſupra poſuimus: Si tradidero corpus meum ut glorier,ardeam habere pro glorier,ſed ob ſimilitudinem uerbi, qua apud Græcos ardeam & glorier,id eſt, καυθήσομαι & καυχήσομαι una literæ parte diſtinguitur, apud noſtros error inoleuit. Sed & apud ipſos Græcos ipſa exemplaria ſunt diuerſa.

C

D

Cap. VI

FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos qui ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis,cõſiderans teipſum,ne & tu tenteris

Cap. VI

FRatres,& ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos q̃ ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, cõſiderãs teipſum &c.] Sciens Paulus eius deſſe eſſe cultorem, qui nollet mortem peccatoris,ſed pœnitentiam: & excepta trinitate omnem creaturam licet non peccet,tamen poſſe peccare: eum quoque qui ſpiritualis eſt, cohortatur ſui timore ne peccet, manum porrigere corruenti. Et pulchre præoccupatum in delicto,hominem uocat,qui mori poſſit: ex ipſo nomine fragilitatem conditionis oſtendens, ut dignus ſit uenia, qui uelut homo errore deceptus, & merſus in uoraginem,ſeipſum ſine auxilio & adiutore erigere non poſſit. Spirituali aũt non additur homo,ſed quaſi deo præcipitur ut hominem præoccupatum in delicto inſtruat: ſiue (ut melius habetur in Græco) perficiat in ſpiritu lenitatis. Qui autem perficitur,non ei deſunt uniuerſa,ſed

A aliqua. Denique non peccatis pluribus, sed uitio aliquo præoccupatus errauit. Lenitatis spiritum & mansuetudinis in correctione peccantis spiritualis adhibeat, ne rigidus, ne iratus & tristis corrigere cupiat errantẽ, sed prouocet eum, spondens salutem, ueniã repromittens, Christi testimonium proferat, q̃ graui legis & peccatorũ onere depressos, ad iugum suum suaue & leue inuitet onus, ut discãt, q̃a humilis sit & mitis, & manſuetus corde, & inueniant requiem animab⁹ suis. Vtamur hoc testimonio aduersum hæreticos, qui diuersarum fingentes fabulas naturarũ, aiunt spiritualem, bonam esse arborem, & nunquã malos afferre fructus. Ecce Apostolus, cuius & ipsi autoritatem sequuntur, dicit eos qui spirituales sunt, posse peccare, si per altitudinẽ cordis sui inflenẽ & corruant. Quod & nos quoque fatemur, & χοϊκοὺς, spirituales fieri, si ad meliora reuertãtur. Opponi nobis potest illud quod ad
1.Cor.4.d Corinthios scribitur: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Si enim ibi ad peccatores, non in spiritu mansuetudinis, sed in uirga uenire se dicit: quomodo hic his qui in aliquo peccato præuenti fuerint, nõ uirgam adhibet, sed spiritũ mansuetudinis? Verum ibi ad eos dicitur qui post peccatum non sentientes errorem suum, nolebant maioribus suis subdi, & pœnitentia corrigi. Vbi uero peccator intelligens uulnus suum, tradit medico se curandum: ibi non est uirga necessaria, sed spiritus lenitatis. Sed & illud forte quæratur, qd' si propterea instruere quis debeat peccatorem in spiritu lenitatis, quia consideret se, ne & ipse tentetur: ergo iustus qui de sua certus est mente, qui scit non posse se labi, non debet instruere peccatorem in spiritu lenitatis? Ad quod dicemus, etiamsi uicerit iustus,
B sciens quãto labore superauerit, magis peccanti ueniam largietur. Nam & saluator propterea tentatus est: iuxta omnia nobis similiter absq; peccato, ut possit compati & dolere infirmitatibus nostris, suo doctus exẽplo, q̃ difficilis sit in carne uictoria. Si quis uirgo ad senectam usq; permanserit, ignoscat ei qui adolescentiæ quodam calore deceptus est, sciens quantis difficultatibus illam transierit ætatẽ. Si quis pro Christi nominis confessione cruciatus, alium in tormẽtis uiderit denegare, compatiatur uulneribus negatoris: & non tam illum uictum q̃ se uicisse miretur. Cautelam quoq; scribentis attendite, quia non dixerit, cõsiderans te, ne & tu cadas, sed ne & tu tenteris. Vinci quippe uel uincere nõnunq̃ est in nostra potestate: cæterum tentari, in potestate tentãtis est. Si enim saluator tentatus est, quis potest esse securus, intentatum se uitæ huius maria transire? Qui putat Paulum iuxta humilitatem, & non uere dixisse: & si imperitus sermone, non tamen scientia, defendat huius loci consequentiam. Debuit quippe secũdum ordinem dicere: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, cõsiderantes uosmetipsos, ne & uos tentemini: & nõ plurali, inferre numerũ singularem. Hebræus igitur ex Hebræis, & qui esset in uernaculo sermone doctissim⁹, profundos sensus aliena lingua exprimere non ualebat: nec curabat magnopere de uerbis, quum sensum haberet intuto. Hæc secũdum simplicem intelligentiam. Cæterum ut & secũdæ expositionis ordinem prosequamur, locus iste de epistolæ ad Romanos fine pãdendus est. Ibi enim cum similiter de escis & obseruationib⁹ scriberet Iudæorum, & eos qui legis iuxta literam præcepta contemnerent, firmos atq; perfectos: illos uero qui adhuc antiqua consuetudine ducebantur, infirmos paruulosq; narraret, & uideret iurgiũ esse inter spirituales & carneos: admonuit spirituales, ne contemnerent carneos & ait: Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit mãducare omnia: qui au-
Rom.14.a tem infirmus est, holus mãducet. Is qui manducat, non manducantem nõ spernat: & qui non mãducat, mandu- C cantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit: Tu qui es qui iudices alienum seruũ? Suo domino stat, aut cadit. Stabit aũt: Potens est em̃ deus statuere illum. Et multa in medio super hoc sensu differens, adiecit in fine: Noli ꝓpter escã destruere opus dei. Et iterũ: Debem⁹ autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & nõ nobis placere. Vnusquisq; uestrũ proximo suo placeat ad bonam ædificationẽ. 4 ¶ Alter alterius onera portate &c.] Quia peccatum onus sit, & psalmista testatur dicens: Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meũ, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Et Zacharias in specie mulieris, uidit super talentum plumbi sedere iniquitatem. Hoc onus saluator pro nobis tulit, suo nos exemplo docens, quid facere deberemus. Ipse quippe iniquitates nostras portat, & pro nobis dolet, & eos qui peccatorum ac legis onere sunt depressi, ad leue onus uirtutis inuitat, dicens: Iugum meũ suaue est, & onus meum leue. Qui igitur fratris non desperat salutem, sed manum porrigit deprecãti, & quantum in se est, flet cum flente: infirmus est cum infirmo, suaq; iudicat aliena peccata: iste per charitatem adimplet legem Christi. Quæ Christi lex est? Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem. Quæ lex filij dei est? Diligite alterutrum sicut & ego dilexi uos. Quo modo dei filius nos dilexit? Maior hac dilectione nõ est, q̃ ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Qui clementiã non habet, nec indutus est uiscera misericordiæ & lachrymarum, quamuis spiritualis sit, nõ adimplebit legem Christi. Sed & hunc locum cum superioribus copulemus: Duplicem enim sequimur intelligentiam. Si quis infirm⁹ in fide est, & adhuc lacte nutritur infantiæ, D nec potest tam cito à legali obseruatione ad spiritualia sacramenta transire: uos qui robustiores estis, eius onera portate, ne per scientiam uestram frater pereat, pro quo Christus est mortuus. Portat quoq; fratris necessitatem, qui grauatum pauperem onere egestatis adiutat, & facit sibi amicos de iniquo mãmona, quem post resurrectio-
nem Christ⁹ affatur: Venite ad me benedicti patris mei, possidete præparatũ uobis regnum à cõstitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Iuxta hunc sensum etiam in alia epistola Paulus Timotheum docens, addidit: Diuitibus huius seculi præcipe no sublime sapere, pro eo quod est, nõ superbire, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo qui præstat omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites esse in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendãt ueram uitam. Qui ueram uitam apprehendit, eum uidelicet qui loquitur: Ego sum uita, impleuit legẽ Christi quæ tendit ad uitam. b ¶ Nam si quis existimat se esse aliquid &c.] Si quis non uult onera aliena portare, & immisericors suo tantum opere & uirtute contentus est, nõ quærens quæ aliena sunt, sed quæ sua: hoc est, sui tantum amator, & non etiam dei, ipse se seducit. Dupliciter autem legi potest atque distingui: Vel si quis existimat esse se aliquid cũ sit nihil. Aut ita: Si quis existimat se esse aliquid: ut postea inferamus, cum sit nihil, se ipse seducit. Et magis iꝺ Græco q̃ in Latino resonat ista distantia. Prioris distinctionis hic sensus est: Qui se aliquid existimat esse & nihil est, ipse se decipit. Secundus sensus alter est, & qui nobis magis placet: Si quis existimat se esse aliquid, in eo quod se putat esse aliquid, & non ex clementia in proximum, sed ex suo opere & labore se iudicat, sua tantũ uirtute cõtentus: iste ex hac ipsa arrogãtia nihil fit, & ipse se decipit: quod melius in Græco dicitur φρεναπατᾶ, hoc est, mentem suã decipit: pro quo Latinus posuit interpres, se ipse seducit. Mentẽ aũt suã decipit, q̃ se putat esse sapientẽ: & secundũ Esaiã,

sapiens

tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Nam si quis existimat se esse aliquid cum nihil sit

Psal.37.d

Zach.5.c

Matth.11.d

Ioann.15.b

1.Timot.6.d

A sapiens in se est,& in conspectu suo intelligẽs.Ad circun cisionem & legem, ita loci huius cõnectitur intellectus: Qui spiritualis est, & misericordiam in proximum non habet: cõtemnens humilem, quia ipse sublimior est,ipse se decipit: nesciens hanc spiritus esse legem, ut nos inui cẽ diligamꝰ. a ¶ Opus autem suum probet unusquisq;, & sic in semetipso tantum gloriã habebit, & nõ in altero &c.] Sensus iste est: Tu qui te æstimas spiritualem, & de alterius infirmi
1.Cor.1.b tate robustior es:non debes imbecillitatem iacentis,sed tuam fortitudinem considerare.Neq; enim si alius perfecte non potest ad Christianismum à Iudaismo transire,idcirco tu perfectus es Christianus:sed si te propria conscientia non remordet, habes in temetipso gloriam & non in altero. Athleta non ideo fortis est, quia uicit infirmum, & languida aduersarij membra superauit: sed si robustus est, & in sua fortitudine,nõ in infirmitate alterius gloriatur. Intelligi potest & aliter: Qui conscientiam habet operis boni, & seipsum considerans, opus suum non reprehendit: non debet de hoc apud alium gloriari,& laudem suam foras fundere, & communicare cum cunctis, & ex hominũ quærere fauore iactantiã: sed in semetipso habeat gloriã, & dicat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est,& ego mũdo.Qui gloriam quærit ab altero, huic nec mundus crucifixus est, nec crucifixus est ipse cũ Christo.Recepit quippe quod
B quærebat ab hominibus mercedem suam. b ¶ Vnusquisq; enim onus suum portabit &c.] Videtur superioribus contraire,ubi ait: Alter alterius onera portate: Si enim onus suum unusquisq; portabit,alter alterius onera portare non poterit.Sed uidendum, quod ibi præceperit ut peccantes in hac uita nos inuicem sustentemus, & in præsenti seculo alterutrum auxilio simus: hic autem de domini dicat in nos iudicio:quod nõ ex alterius peccato & comparatione deterioris, sed iuxta nostrum opus,aut peccatores ab eo iudicemur aut sancti,recipiente unoquoq; secundum opus suum. Obscure licet docemur per hanc sententiolam, nouum dogma quod latitat: dum in præsenti seculo sumus,siue orationibus,siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi uenerimus,non Iob,non Daniel,nec Noe rogare posse pro quoquam:sed unumquenq; portare onus suum. c ¶ Cõmunicet autem is qui catechizatur uerbum, ei qui se catechizat in omnibus bonis &c.] Marcion hunc locum ita interpretatus est: ut putaret fideles & catechumenos simul orare debere,& magistrum cõmunicare in oratione discipulis: illo uel maxime elatus quod sequatur, in omnibus bonis:Cũ utiq; si de oratione sermo fuisset,non debuerit ei præcipi qui catechizatur,sed ei qui se catechizat:id est,non discipulo,sed magistro. Deinde etiam cætera quæ sequuntur, cum eius expositione non congruunt:Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Et:Bonum autem facientes,non deficiamus:Tempore enim suo metemus,non deficientes. Sensus itaq; iste est: Quia superius spiritualibus præcerat: ut eos qui præocupati fuerant in aliquo delicto, instruerent in spiritu lenitatis,& alter alterius onera portarent adimplentes legem Christi, nunc econtrario his qui adhuc imbecilliores, & discipuli, & carnales erant: præcipit:ut quomodo ipsi à magistris spiritualia metũt, sic magistris carnalia præbeant: Qui totos se diuinæ eruditioni & studio tradentes,uitæ huius necessarijs indigeant,& fiat illud quod de manna scriptum est: Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit. C Bona autem in præsenti loco iuxta uulgi consuetudinẽ moremq; cõmunem, uictum & uestitum, & cætera quæ homines inter bona numerant, appellauit. Habentes enim uictum & uestitum,his cõtenti sumus. Nec mirum si Paulus ea quæ erãt corpori necessaria, boni appellatione signauit:cum etiã saluator noster ad eos qui necdũ ad uirtutum culmen ascenderant, sed adhuc humilius incedebant, & sibi addi poscebant fidem,dixerit: Si ergo uos cum mali sitis,sciti s bona data dare filijs uestris: quãto magis pater uester cœlestis dabit bona petentibus se? Ego puto & Iob cum ad uxorem, quasi unam de insipientibus mulieribus loqueretur, respectu eius quæ ita putabat de corporalibus diuitijs loquutum: Si bona accepimus de manu domini: & rursum de angustijs & pressuris & tentatione quæ uictoriã afferant: Quare mala non sustineamus? Cum utiq; mala & bona non in diuitijs & pressuris ,sed in uirtutibus ponantur & uitijs: ut iustus loquitur in psalmo: Quis est homo qui uult uitã, cupit uidere dies bonos:Prohibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo & fac bonum.Proprie malum dicitur,quod uitandũ est:bonum, quod facere debemus. Diues quoq; ille in euãgelio, qui mali & boni scientiam nõ habebat,recte agrorum ubertatem bona arbitrabatur,dicens: Anima,habes bona posita in annos multos:quiesce,comede, bibe,& lætare. Et
D alius qui iacebat in purpura, & delicijs affluebat, audit apud inferos ab Abraham: Recepisti bona in uita tua. Illud quoq; attendendum:ne forte & hoc possit intelligi, dari discipulis mandatũ:ut eis qui se insinuunt,uerbum communicent,obsequantur,dociles,facilesq; se præbeant. In his tamen quæ bona sunt, quæ spiritualia & non hæretica uel Iudaica prauitate peruersa. d ¶ Nolite errare, deus non irridetur: quæ enim seminauerit homo, hæc & metet &c.] Præuidens spiritu, eos qui docentur & debent magistris sumptus & uitæ necessaria ministrare posse obtendere paupertatẽ, & dicere:Ager meus hoc anno aruit siccitate: uineam grando contriuit: redditus qui esse poterant, tributa rapuerunt: non habeo unde tribuam quod iubetur,adiecit: Nolite errare, deus non irridetur. Scit,inquit,corda uestra, non ignorat facultates:Excusatio uerisimilis, hominem potest utcunq; placare, deum non potest fallere.Et simul cohortatur ad id quod præceptum est exhibendum,semen nominans: ne putet perditum, quod multiplicato fœnore recepturus est. Ad Corinthios quoq; rationem dati & accepti,simili docuit exemplo:Qui parce seminat, parce & metet,& 2.Cor.9.b
qui seminat in benedictione, de benedictione & metet. Vnusquisq; sicut propositum habet in corde:non ex tristicia aut ex necessitate:Hilarem enim datorem deus diligit. e ¶ Quoniã qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ.Qui autem seminat in spiritu, de spiritu &c.] Omne quod loquimur,agimus,cogitamꝰ,in duobus seminatur agris, carne & spiritu. Si bona sunt quæ de manu,ore,corde promũtur: seminata in spiritu, uitæ æternæ fructibus redundabũt. Si mala,ab agro carnis excepta, corruptiõis nobis segetẽ pullulabũt.Aliter: Qui legẽ carnaliter intelligit,repromissiones carnales,& quæ in præsenti seculo corrumpuntur,expectat.Qui autem spiritualis auditor est, seminat in spiritu, & de spiritu metet uitam sempiternam. Simul notemus sermonis consequentiam, & eam cum superioribus copulemus:hominem uocari in spiritu seminantẽ: qui quando

nihil sit,seipsum seducit. Opus autẽ suum probet unusquisq;,& sic in semetipso tantum gloriã habebit,& non in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit.Communicet autem is qui catechizatur uerbum, ei qui se catechizat in omnibus bonis.Nolite errare,deus non irridetur:quę emi seminauerit homo,hęc & metet.Quoniã q seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui aũt seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam

A cœperit uitam metere ſempiternam, homo fortaſſe eſſe deſiſtat. Tacianus qui putatiuam Chriſti carnem introducens, omnem coniunctionem maſculi ad fœminā immundam arbitratur: Encratitarum uel acerrimus hæreſiarches, tali aduerſum nos ſub occaſione præſentis teſtimonij uſus eſt argumēto. Si qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: in carne autē ſeminat, q̄ mulieri iungitur: ergo & is qui uxore utitur, & ſeminat in carne eius, de carne metet corruptionem. Reſpondebitur ei primum non dixiſſe Paulum, qui ſeminat in carne, ſed in carne ſua. Nemo aūt ſecum ipſe concumbit, & in ſua carne ſeminat. Deinde ut obſeruationem hanc quam annotauimus, in carne ſua, ex abundanti ei cōcedamus: addendū eſt eos quoq; qui comedāt & bibant, & dormiant, & aliquid faciāt ob refrigeriū corporis: iuxta illum ſeminare in carne, & de ea metere corruptionem. Quod ſi ad hoc confugerit, ut dicat eos qui ſiue bibant, ſiue manducent, ſiue dormiāt: in nomine tamen domini omnia cum ratione perficiāt, non in carne ſeminare, ſed in ſpiritu: & nos ei ſimiliter reſpondebimus, eos quoq; qui dei primam ſententiam
Gen.1.c ſequantur cum ratione facientes: Creſcite & multiplicamini & replete terram: non in carne, ſed in ſpiritu ſeminare. Syllogiſmus itaq; eius futilis & caducus, ſophiſmate primum decipit audientē. Cæterum diligenter inſpectus, facile ſoluitur: Neq; enim poſſumus dicere, Abraham, Iſaac & Iacob & alios ſanctos uiros, qui de repromiſſione nati ſunt: ipſum quoq; domini præcurſorem: quia in carne natus eſt, de corruptionis germine pullulaſſe. Illud pariter obſeruandum: quod qui ſeminat in
B carne, cum additamento ſuæ carnis ponitur: qui autem ſeminat in ſpiritu, non dicitur in ſpiritu ſuo, ſed ſimpliciter in ſpiritu. Qui enim bona ſeminat, non in ſuo quippiam, ſed in dei ſpiritu ſeminat, de quo & uitā eſt meſſurus æternam. a ¶ Bonum autem facientes, non deficiamus &c.] Cohortatur eos ad ſtudium perſeuerantiæ, qui in hac uita mercedem boni operis expectant: neſcientes quia ſicut in ſemine aliud ſationis, aliud meſſis eſt tempus: ſic & in præſenti uita, ſementem eſſe opera: quæ uel in ſpiritu uel in carne metantur: meſſem uero futurū iudicium, & pro qualitate uel diuerſitate ſementis, diuerſas nos facere meſſuras, centeſimum & ſexageſimū, & triceſimū fructum: quam ſegetem nemo poteſt metere deficiens. Qui enim perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus
Matth.10.c erit. Sicut & alio loco præcipitur: Eſto nō deficiēs. Qua-
Eſa.5.g le eſt autem ut cum peccatores quotidie in malis operibus augeantur, nos in bono opere laſſemur? b ¶ Ergo dum tempus habemus, &c.] Tempus ſementis (ut diximus) tempus eſt præſens, & uita quam currimus. In hac licet nobis quod uolumus ſeminare. Cum iſta uita tranſierit, operandi tempus aaufertur. Vnde & ſaluator ait:
Ioan.9.a Operamini dum dies eſt: ueniet nox quādo iam nullus poterit operari. Ortus eſt nobis dei ſermo, ſol uerus, & congregatæ ſunt beſtiæ recedentes in cubilia ſua: procedamus ut homines ad opus noſtrum, & uſq; ad ueſpe-
Pſal.103.c ram laboremus: ſicut myſtice cantatur in pſalmo: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: In ipſa pertranſibunt beſtiæ ſyluæ: catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol, & congregatæ ſunt, & in cubilibus ſuis dormierūt. Egredietur homo ad opus ſuū: & ad operationem ſuam uſq; ad ueſperam. Siue ægrotamus, ſiue ſani ſumus, humiles uel potentes, pauperes, diuites, ignobiles, honorati, eſurientes, ſiue ueſcentes, omnia in nomine domini cum patientia & æquanimitate faciamus, & implebitur in nobis illud quod ſcriptum eſt:
Rom.8.c Diligentibus aūt dominū, omnia cooperantur in bonū. Ira ipſa & libido, & iniuria, quæ deſiderant ultionem: ſi me refrenem, ſi propter deum taceā, ſi per ſingulos commotionis aculeos, & incentiua uitiorum, dei deſuper me uidentis recorder, fiunt mihi occaſio triumphorum. Ne dicamus in largiendo: Ille eſt amicus, hunc neſcio: hic debet accipere, iſte contemni. Imitemur patrem noſtrū qui Math.5.g ſolem ſuum oriri facit ſup bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Fons bonitatis omnibus patet. Seruus & liber, plebeius & rex, diues & pauper, ex eo ſimiliter bibunt. Lucerna cum accenſa fuerit in domo, omnibus lucet æqualiter. Quod ſi in cūctos indifferenter liberalitatis frena laxantur: quāto magis in domeſticos fidei, & in Chriſtianos: qui eundem habent patrem, eiuſdē magiſtri appellatione cenſentur? Videtur autē mihi locus iſte poſſe & ſuperioribus cohærere: ut domeſticos fidei, magiſtros nominet quibus ſupra omnia quæ putantur bona, ab auditoribus ſuis iuſſerat miniſtrari. Breue eſt uitæ iſtius curriculum. Hoc ipſum quod loquor, quod dicto, quod ſcribo, quod emendo, quod relego, de tempore meo mihi aut creſcit, aut deperit. Titus filius Veſpaſiani: qui in ultionem dominici ſanguinis ſubuerſis Hieroſolymis, Romam uictor ingreſſus eſt, tantæ dicitur fuiſſe bonitatis: ut cū quadā nocte ſero recordaretē in cœna, quod nihil boni die illa feciſſet, dixerit amicis: Hodie diem perdidi. Nos putamus non perire nobis horā, diem, momenta, tempus, ætates, cum ocioſum uerbū loquimur: pro quo reddituri ſumus rationē in die iudicij? Quod ſi hoc ille ſine lege, ſine euangelio, ſine ſaluatoris & apoſtolorū doctrina, naturaliter & dixit & fecit: quid nos oportet facere, in quorū condemnationē habet & Iuno uiuiras, & Veſta uirgines, & alia idola cōtinentes? Beatus Ioannes
D euangeliſta cum Epheſi moraretur uſq; ad ultimā ſenectutem, & uix inter diſcipulorū manus ad eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura uocē uerba contexere: nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc, filioli diligite alterutrū. Tandē diſcipuli & fratres qui ade-
1.Ioan.4.b rant, tædio affecti, q̄ eadē ſemper audirēt, dixerūt: Magiſter, quare ſemp hoc loqueris? Qui reſpondit dignā Ioanne ſententiā: Quia præceptū dñi eſt, & ſi ſolū fiat, ſufficit. Hoc propter præſens apoſtoli mandatū: Operemur bonū ad oēs: maxime aūt ad domeſticos fidei. c ¶ Videte qualibꝰ literis &c.] Hi qui circūcidi Galatas uolebant, diſſeminauerāt alia Paulū facere, alia prædicare, & ſuo opere deſtruere ſermonē: q̄ qui legē aſſereret aboli-
tam, ipſe inueniretē in lege. Hanc opinionē, quia nō poterat Paulus apud oēs præſens ſubuertere: prohibebatur quippe uinculis, quæ ob Chriſti martyriū ſuſtinebat, ſe ipſum p literas repræſentat. Et ne aliqua ſuppoſitæ epiſtolæ ſuſpicio naſceretur: ab hoc loco uſq; ad finē, manu ſua ipſe perſcripſit: oſtendens ſuperiora ab alio exarata. Quod aūt ſub nomine eius à falſis doctoribus epiſtolæ
2.Theſſ.2.d mitterentē, ad Theſſalonicēſes quoq; demōſtrat ſcribēs: Rogamus aūt uos fratres per aduentū domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: ut nō cito moueamini à ueſtro ſenſu, nec terreamini, neq; per ſpiritū, neq; per ſermonē, neq; per epiſtolā tanq̄ per nos miſſam: quaſi inſtet dies dñi: ne q̄s uos ſeducat ullo modo. Et ut totā epiſtolā quā mittebat, ſuſpicione erueret falſitatis: manu ſua in fine ſubſcripſit, dicens: Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignū in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis. Ad
Col.4.d Coloſſenſes etiā quas dictauerat literas, manu ſua ſimiliter ſubnotauit: Salutatio mea manu Pauli: Memores eſtote uinculorū meorū. Et ubicunq; ſciebat falſos adeſſe doctores qui poſſent per apoſtoli autoritatem noua dogmata ſeminare, epiſtolam manu propria ſubſcribebat. Deniq; & ad Corinthios ſcribens, in quibus erant

ſchiſmata

A ſchiſmata & hæreſes, unoquoq; dicente: Ego ſum Pauli,
1.Cor.1.b & ego Apollo: ego autem Cephæ, epiſtolã ſuam tali annotatione ſignauit: Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominũ Ieſum Chriſtũ, anathema ſit maranatha, & cætera. Propter hoc igitur uolens omnem occaſionem falſis auferre doctoribus: qui & Galatas à ueritate euangelij deprauarant, finẽ epiſtolæ manus ſuæ annotatione compleGal.6.c uit dicẽs: Videte qualibus literis ſcripſi uobis: nõ quod grandes literæ fuerint: hoc qp pe in Græco ſonat πηλίκοις, ſed quod ſuæ manus eſſent eis nota ueſtigia: ut dum literarũ apices recognoſcunt, ipſum ſe putarent uidere qui ſcripſerat. In hoc loco uir apprime noſtris temporibus eruditus, miror quomodo rem ridiculam locutus ſit. Paulus, inquit, Hebræus erat, & Græcas literas neſciebat. Et quia neceſſitas expetebat, ut manu ſua epiſtolam ſubſcriberet: contra cõſuetudinem curuos tramites literarum, uix magnis apicibus exprimebat: etiam in hoc ſuæ ad Galatas indicia charitatis oſtendens: quod propter illos id quoq; quod nõ poterat, facere conaretur. Grandibus ergo Paulus literis ſcripſit epiſtolã: quia ſenſus erat grandis in literis, & ſpiritu dei uiui, non atramento, nec calamo fuerat exaratus. Quod autẽ apoſuit, mea manu: opera intelligamus in manib. Quam ob cauſam crebro & in prophetis ſcribit: ſermo dei qui
B factus eſt in manu Hieremiæ ſiue Aggei: ut per hanc ẽq; ſimilitudinẽ in manu Pauli ſciamus factum dei eſſe ſermonem. Grandes Paulus literas non ſolum tunc ad Galatas, ſed etiam hodie ſcribit ad cunctos, & quamuis parui ſint apices, quibus eius epiſtolæ cõſcribuntur, tamen magnæ ſunt literæ: quia in literis magnus eſt ſenſus.

a ¶ Quicunq; uolunt placere in carne, hi cogunt uos &c.] Superius oſtendit ex quo loco ſua ſubſcripſerit manu: nunc quid ſcripſerit, replicat. Caius Cæſar, & Octauianus Auguſtus, & Tyberius ſucceſſor Auguſti, leges promulgauerant: ut Iudæi qui erant in toto Romani imperij orbe diſperſi, proprio ritu uiuerent, & patrijs ceremonijs deſeruirent. Quicunq; igitur circunciſus erat, licet in Chriſtũ crederet: quaſi Iudæus habebatur à gentibus. Qui uero abſq; circunciſione ſe non eſſe Iudæum præputio præferebat: perſecutionibus tam gentilium, q̃ Iudæorum fiebat obnoxius. Has igitur perſecutiones hi qui Galatas deprauauerant declinare cupientes: circunciſionem pro defenſione diſcipulis perſuadebant quam nunc Apoſtolus confidentiam in carne uocat: quod ſcilicet tam gentilibus quos timebãt, q̃ Iudæis quibus uolebant placere, circunciſionem in perſecutione proponerent. Nam nec Iudæi perſequi eos poterant nec gentiles quos uolebant, & proſelytos circuncidere, & ipſos legis præcepta ſeruare. b ¶ Neq; enim qui circunciſi ſunt, hi legem cuſtodiunt &c.] Propter infirmitatem, inquit, carnis, lex impleri non poteſt. Vnde & Iudæi præcepta magis hominũ & doctrinas, q̃ dei mandata cuſtodiunt: neq; corporalẽ facientes legem, impoſſibile quippe eſt, neq; ſpiritualem, quam non intelligunt. Vnde hoc eſt omne quod ſtudent, quod agunt, quod nituntur: ut apud Iudæos de ueſtræ carnis iniuria gloriẽ, & iactitent ſuo gentes magiſterio circunciſas. Hoc aũt totum faciunt, ut Iudæis placeant, & expugnatæ legis inuidia cõquieſcat.

c ¶ Mihi aũt abſit gloriari &c.] Solus poteſt in cruce Chriſti gloriari qui tollit eam & ſequitur ſaluatorẽ: qui crucifixit carnẽ ſuã cum uitijs & cõcupiſcentijs, qui mortuus eſt mũdo, & non contẽplatur ea quæ uidentur, ſed quæ non uidentur: uidẽs mundũ crucifixũ, & tranſeuntẽ C
figurã eius. Crucifigitur aũt iuſto mũdus ille, de quo ſaluator ait: Ego uici mundũ. Et: Nolite diligere mũdũ. Et: Ioan.16.g
Nõ accepiſtis ſpiritũ è mũdo. Cui crucifixus eſt mũdus huic mũdus & mortuus eſt: & iam ei uenit mundi conſummatio, & dignus effectus nouo cœlo, & noua terra, & nouo teſtamento, canit canticum nouum, & accipit nomen nouũ ſcriptũ in calculo, quod nemo nouit niſi qui acceperit illud. Quæritur quomodo nunc Paulꝰ dicat: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini no 1.Cor.15.c
ſtri Ieſu Chriſti: cum 2.Cor.12.c
in alio loco de alijs glorietur, ut ibi: Ita per ueſtram gloriam quam habeo in Chriſto Ieſu. Et iterum: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabiter in me uirtus Chriſti. Et in alio loco: Bonum autem mihi eſt magis mori, q̃ ut gloriam meam quis euacuet, & cætera quæ in hunc modũ ſcripta ſunt. Sed ſciendum quod omnis illa gloriatio ad crucem relata, gloria crucis ſit, & quicquid dignum in uirtutibus perpetratur, hoc fieri ob domini paſſionem. d ¶ Neq; enim circunciſio aliquid eſt &c:] Quomodo fidelis & infidelis, cum unus ſit per ſubſtantiam, in duos diuiditur iuxta intelligentiæ diuerſitatem, Apoſtolo dicente: Expoliantes uos Col.3.b
ueterem hominem cum operibus eius, & induentes nouum, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginẽ creatoris: ſic & mundus cum ſecundum ſubſtantiam unus ſit, ſecundum ſenſum alius atq; alius efficitur. Peccatori, D
mũdus uetus eſt: ſancto, nouus. Cum enim ſancto mundus fuerit crucifixus: nequaquã eſt ei circunciſio & præputium: non Iudæus neq; gentilis, ſed noua creatura, in quam transfiguratur corpus humilitatis noſtræ, conforme corporis gloriæ Chriſti: Vetera quippe tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua. Et quomodo alia eſt gloria 1.Cor.15.e
ſolis, alia lunæ, alia ſtellarũ: Stella quippe à ſtella differt in gloria: ſic & reſurrectio mortuorũ. Dè qua & Daniel pari uoce concordat, dicens: Plurimi dormientiũ de ter- Dan.12.d
ræ puluere ſurgẽt: hi in uitã æternã, & hi in opprobrium & in confuſionẽ æternã: Et intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & de iuſtis multi ſicut ſtellæ in ſempiternũ. Neq; enim in ſole & luna, firmamento & ſtellis, circũciſio aliquid ualet, aut præputiũ: ſed eſt noua cõditio ſine his partib. corporũ, quæ poſſunt ſecari. Ita igit & nos qui diligimus deũ & præparata ſunt nobis quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt: cũ de corpore humilitatis transformati fuerimus in corpus gloriæ dñi Ieſu Chriſti: illud habebimꝰ corpus quod nec Iudæus poſſit incidere: nec cũ præputio cuſtodire gentilis. Nõ quod aliud iuxta ſubſtantiam ſit: ſed quod iuxta gloriã ſit diuerſum. Oportet cñ mor 1.Cor.15.g
tale hoc induere immortalitatẽ, & corruptiuũ hoc incorruptiõe ueſtiri. Huic quid ſimile & beatus euãgeliſta Io- 1.Ioan.3.a
annes ſentiẽs eſt locutus: Chariſſimi nũc dei filij ſumus, & necdũ manifeſtũ eſt quid futuri ſumus: Scimus quia ſi manifeſtatũ fuerit: ſimiles ei erimus, quia uidebimus eum ſicut ipſe eſt. Quia ergo necdum manifeſtũ eſt illud corpꝰ gloriæ Ieſu Chriſti: quod & ueſtigia clauorũ poſt reſurrectionem habuit, & clauſis ianuis eſt ingreſſum: nos qui iã nũc in baptiſmate Chriſto cõreſurreximus, in nouum renati hominẽ, nec circunciſioni, nec præputio ſeruiamus: ſed quod futuri ſumus, iã nũc nos eſſe credamus. e ¶ Et quicunq; hanc regulam &c.] Ad normam omnia diriguntur, & utrũ prauа rectaue ſint, cum regula appoſita fuerit arguuntur: Ita & doctrina dei

quædam

A quædam quasi norma sermonis est: quæ inter iusta iudicat & iniusta: quam qui secutus fuerit: habebit pacem in semetipso quæ superat omnem sensum: & post pacem, misericordiã quæ præcipua est in dei Israel. Dei uero Israel est, ad distinctionem eius qui dei Israel esse cessauit. Dicunt enim se esse Iudæos & non sunt, sed mentiũtur: cum sint de synagoga satanæ. Nec mireris si ad imitationẽ spiritualis Israel, carnalis sit Israel, q̃ nec pacẽ habeat nec misericordiã: de q̃ & ad Corinthios scribitur: Videte Israel secundũ carnẽ: cũ ad imitationẽ quoq; dei & domini, multi sint dij & multi domini, siue in cœlo siue in terra. Pulchre autem uno sermone ut epistolam iuxta propositũ argumentum finiret, Israel dei uocauit: quo scilicet omnia quæ supradicta sunt, non extra causam, sed ex causa disputata doceãtur. a ¶ De cætero nemo mihi molestus sit &c.] Non quasi defecerit in docendo, sed quo & agricola hunc habeat laborem, si quæ plantauerit uirgulta siccentur: & pastor sollicitudinem si pecora quæ congregauerat dissipata lanientur. Melius ergo in Græco legitur: De cætero labores mihi nemo exhibeat: ne rursum scilicet in uobis necessitatem habeam laborandi. Laborem præstat magistro qui aliter & uiuit & sentit, q̃m magister & docuit & fecit. Potest & contentionem eorum si qui contradicere de inceps uoluerint præuenire, quod etiam ad Corinthios in uelando mulieris capite, & masculi non uelando, post multa complexus est, dicens: Si quis aũt uidetur contentiosus esse: nos talem cõsuetudinem non habemus neq; ecclesia dei: hoc est, nos diximus quæ nobis honesta uidebantur & iusta: si quis aũt nolens acquiescere ueritati, B quærit quid respondeat, & quibus nitatur contra: sciat se responsione non dignum, qui magis cõtendere paratus est q̃ doceri. b ¶ Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto &c.] Qui post aduentũ Christi in carne circunciditur, nõ portat stigmata domini Iesu, sed habet gloriam in confusione sua. Qui uero in plagis supra modum, in carceribus frequenter: ter uirgis cæsus est: semel lapidatus est, & cætera quæ in Catalogo scripta sunt gloriandi: hic stigmata domini Iesu in corpore suo portat. Forte & is qui macerat corpus suum & subijcit seruituti: ne alij prædicans ipse reprobus inueniatur, portat stigmata domini Iesu in corpore suo. Lætabantur & apostoli q̃d digni fuerant pro nomine Iesu cõtumeliã pati. c ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro &c.] Non dissensio, non legis seruitus, non rixa, non iurgium, sed gratia domini Iesu Christi sit cum spiritu uestro. Nequaq̃ cũ carne, nequaq̃ cum anima: siue quia spirituales facti, caro & anima esse desistis: siue quod in principali etiã ea quæ minora sunt cõprehendantur. Anima enim & caro subiecta sunt spiritui. De quo & Ecclesiastes loquitur: Spiritus reuertetur ad eum qui dedit illum. Et Paulus in alio loco: Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. Hæc autem gratia domini Iesu nõ cum omnibus est, sed cum his qui fratres ab apostolo merẽtur uocari, fratres fideles, fratresq̃ germani: quod amen uerbum significat Hebræũ. Amen enim Lxx. interpretes, fiat: Aquila, Symmach⁹ & Theodotio, fideliter siue uere, interpretati sũt. Et quomodo in ueteri testamento quadam iurandi consuetudine deus sua uerba confirmat, dicens: Viuo ego dicit dominus: per sanctos quoq; iuratur, uiuit anima tua: ita & saluator noster in euãgelio per uerbum amen uera esse quæ loquitur ostendit. Quod autem amen consensum significet audientis, & sit signaculum ueritatis, ad Corinthios quoq; prima nos docet, in qua Paul⁹ ait: Cæterum si benedixeris spiritu: quis supplet locũ idiotæ? Quomodo dicet amen super tua benedictione: quoniam quidẽ nescit quid dicas? Ex quo ostendit non posse idioten respondere uerum esse quod dicitur: nisi intellexerit quod docetur.

1.Cor.8.b

2.Cor.11.c

1.Cor.9.d Act.5.g Gal.5.d

Eccles.12.c Rom.8.c

Num.14.b

1.Cor.14.c

D

sericordia & super Israel dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Grátia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, amen.

Commentariorum in epistolam ad Galatas finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD EPHESIOS AD PAULAM & EUSTOCHIUM PROŒMIUM.

SI quicquam est Paula & Eustochium, quod in hac uita sapientem uirum teneat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat: id esse uel primum reor, meditationem & scientiam scripturarum. Cum enim à cæteris animantibus hoc uel maxime differamns, quod rationale animal sumus, & loqui possumus: ratio autem omnis & sermo, diuinis libris cõtineatur, per quos & deum discimus, & quare creati sumus, non ignoramus: miror quosdam extitisse qui aut ipsi se inertiæ & somno dantes, nolint quæ præclara sunt discere: aut cęteros qui id studij habent reprehendendos putẽt. Quibus cum possim districtius respondere: & breuiter eos uel offensos dimittere uel placatos, multo esse melius scripturas legere quàm augendis & cumulandis opibus inhiare: Illud dicam, quod uel apud iniquissimum iudicem obtineam: placere mihi ocium meum, & solitudinem omni celebritate iucundiorem uideri. Et quomodo ego non reprehendo, non damno quod faciũt: ita illos ineptias meas mihi debere concedere. Parum eloquens sum, quid ad te? disertiorem lege. Non digne Græca in Latinũ transfero, aut Græcos lege, si eiusdem linguæ habes scientiam, aut si tantũ Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & ut uulgare prouerbiũ est, Equi dẽtes inspicere donati. Nunquid te manu cõserta in ius traho, quia nostra nõ scribas? Me imperitior quisq; lecturus est, tua forsitan dicta si scripseris, Tullius admirabitur. Nunquid aut Tertullianus beatũ martyrẽ Cyprianũ, aut Cyprianus Lactantiũ, aut Lactantius Hilarium deterruit à scribendo? Taceo de cæteris minutalibus qui mecum in libris suis garriunt. Nisi & parua fuerint magna eminere non possunt. Primum non dicitur, nisi secundũ sequatur & tertiũ. Ad summa non scandimus, nisi per ima

A ima gradiamur. Quamobrem obsecro tam uos quæ in præsentiarum estis, quàm sanctam Mar C
cellam unicum uiduitatis exemplar, ne facile maledicis & inuidis opuscula mea tradatis: neq; de/
tis sanctum canibus, & margaritas mittatis ante porcos. Qui cum bona imitari non queãt, quod
solum facere possunt, inuident, & in eo se doctos eruditosq; arbitrantur, si de alijs detrahant:
Quibus obsecro respondeatis ut figant ipsi stilum: tria ut dicitur uerba coniungant: sudent pau/
lulum: experiantur semetipsos, & ex labore proprio discant ignoscere laborantibus. Scitis enim
& ipsæ quod ad hoc me explanationum opus, inuitum & retrectantem compuleritis. Non quo
ab adolescentia aut legere unquam, aut doctos uiros ea quæ nesciebam interrogare cessauerim,
& meipsum tantum (ut plerique) habuerim magistrũ. Deniq; nuper ob hanc uel maxime causam
Alexandriã perrexi, ut uiderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus quæ habebam dubia
sciscitarer. Sed cũ aliud sit proprios libros cõponere: uerbi gratia: de auaritia, & de fide, de uirgini
tate, de uiduis, & super unaquaq; materia testimonijs scripturarum hinc inde quæsitis, eloquen/
tiam iungere secularem, & penè in cõmunibus locis, pompaticũ iactare sermonem: Aliud in sen/
sum prophetæ & apostoli ingredi: intelligere cur scripserint: qua sententiam suam ratione firma/
uerint: quid habeant in ueteri lege proprium, Idumæi, Moabitæ, Ammanitæ, Tyrij, Philistijm,
Aegyptij, & Assyrij: Quid rursum in nouo testamẽto Romani, Corinthij, Galatę, Philippenses,
Thessalonicenses, Hebræi, Colossenses, & quam nunc ad Ephesios epistolam habemus in ma/
nibus. Necesse est enim ut iuxta diuersitates locorum & temporum, & hominum quibus scriptæ
sunt, diuersas & causas & argumenta & origines habeant. Et quomodo beatus Ioannes in Apo/
calypsi sua ad septem scribens ecclesias, in unaquaq; earum specialia uel uitia reprehendit uel uir
tutes probat: ita & sanctus apostolus Paulus per singulas ecclesias uulneribus medet illatis: nec
ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos uult curare. Et quia iam ad Galatas oran
tibus uobis, ante paucos dies quid nobis uideretur expressimus: Nũc ad Ephesios transeundum
est, mediam apostoli epistolam, ut ordine ita & sensibus. Mediam autem dico, non quo primas
B sequens, extremis maior sit: sed quomodo cor animalis in medio est: ut ex hoc intelligatis quãtis D
difficultatibus, & quàm profundis quæstionibus inuoluta sit. Scribebat ad Ephesios Dianam co
lentes, non hanc uenatricem quæ arcum tenet atq; succincta est: sed illam multimãmiam quam
Græci πολύμαστον uocant: ut scilicet ex ipsa quoq; effigie, mentirentur omnium eam bestia/
rum & uiuentium esse nutricem. Scribebat autem ad metropolim Asiæ ciuitatem, in qua ita ido
lolatria & quod semper idololatriam sequitur, artium magicarũ præstigiæ uiguerant, ut Deme/
trius diceret, & magnę deæ templũ Dianæ in nihilum reputabitur: destruetur quoq; magnitudo
eius quam cuncta Asia & uniuersus orbis colit. Deniq; triẽnio ibi Apostolus moratus est: nocte
& die dei euangelium prædicans, ut idololatriæ arce destructa, facile minorum urbium templa
caperentur. Hoc ipsum scriptura refert quomodo Paulus ad Ephesios sermocinetur, dicens: Qua
propter uigilate, recordantes quia triennio nocte ac die non cessaui cũ lachrymis monere unum
quenq; uestrum: & nunc cõmendo uos deo & uerbo gratiæ eius, qui potens est ædificare & da/
re uobis hęreditatẽ in sanctificatis omnibus. Indigebant enim cõmendatione apostoli ad deum,
quos tanto tempore dæmonum error tenuerat, & sciebant esse spirituales aliquas potestates, &
in extis atq; augurijs & diuinationibus quandam similitudinem diuinitatis agnouerant. Vnde
rursum ad eos loquitur: Propter quod contestor uos in die hac: quia mundus sum ego à sangui/
ne omnium. Non enim subtraxi quo minus annunciarem uobis omnem uoluntatem dei. Et in
alio loco: Quomodo nihil subtraxerim eorum quæ uobis proderant, quin annunciarem & do/
cerem publice & domestice. Legerat in Ezechiele quod speculator qui populo hostium non præ
dixisset aduentum, sanguis ciuium exigeretur de manibus eius: & propterea omnem se uolun/
tatem dei & uniuersa quæ illis utilia forent annunciasse memorauit, ut liber esset à sanguine eo/
rum. Vt autem sciatis eos qui in Epheso crediderant, dæmoniacis præstigijs & magiæ fuisse ar/
tibus obligatos: in eisdem apostolorum actibus replicatur & dicitur: Plurimi quoq; eorum qui
curiosa gesserant, comportantes libros, combusserunt coram omnibus, & cõputauerunt precium
eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta milia: sic potenter uerbum domini crescebat & con/
fortabatur. Hæc idcirco uniuersa replicauimus, ut ostenderemus quare Apostolus in hac uel po/

tissimum

A tissimum epistola obscuros sensus & ignota seculis sacramenta congesserit, & de sanctarum contrariarumq; uirtutum docuerit potestate, qui sint dæmones, quid ualeant, quid ante fuerint, & quomodo post aduentum Christi sunt diruti atq; destructi. De quibus ait: Non est nobis pugna aduersum carnem & sanguinem, sed aduersum principatus & potestates: aduersus rectores tenebrarum istarum: aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et in alio loco: Permanebo autem Ephesi usq; ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & efficax, sed aduersarij multi. Permansit autem Ephesi usq; ad pentecosten: tempus lætitiæ atq; uictoriæ, quo non flectimus genua, nec curuamur in terram, sed cum domino resurgentes ad cœlorum alta sustollimur. Et permansit: quia apertum ei erat ostium, & non ostium modicum sed magnum: ut uincto forti atq; superato, domum eius inuaderet, spoliaret, euerteret, & captiuam duceret captiuitatem: qui satellitum suorum agminibus congregatis, tota contra apostolum acie dimicauit & uictus est. Qui sint autem Ephesij, & hinc uel maxime comprobatur, quod sicut Ioannes mysterium natiuitatis antiquæ domini relaturus in pectus eius recubuit, & de purissimo fonte hausit riuulum doctrinarum: ita & hi in abeuntis Pauli collum ruentes, osculis atque complexibus suis indicauerunt unum se cum eo scientiæ habere thesaurum, & magistri desiderium lachrymis contestati sunt. Illud quoq; in præfatione commoneo: ut sciatis Origenem tria uolumina in hanc epistolam conscripsisse: quem & nos ex parte secuti sumus. Apollinarem etiam & Didymum quosdam commentariolos ædidisse: è quibus licet pauca decerpsimus, & nonnulla quæ nobis uidebantur adiecimus siue subtraximus, ut studiosus statim in principio lector agnoscat hoc opus uel alienum esse uel nostrum.

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Ephesios, liber primus.

B PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatē &c.] Si per præpositio ministeriū eius p quem res agitur ostendit, uidetur mihi in illam sententiam sensus iste congruere: Ioan.6.c Nemo uenit ad me, nisi pater meus attraxerit eū ad me. Atq; ita fiet: ut & illud qđ in Ioannis euangelio Ioan.1.d legitur, Omnia per illum facta sunt: haud dubium quin per filium, non præiudicet domino nostro Iesu Christo, quasi ex eo minor sit, quod patris obtemperet uoluntati: quomodo & nunc non præiudicat patri, quod per uoluntatem illius Paulus apostolus Iesu Christi sit. Alij uero ita locum istum intelligunt: ut Paulum apostolū Iesu Christi per uoluntatē dei q̄ sit Christus ostendi putent: ut sicut sapientia & uerbum, & uirtus dei, & ueritas & resurrectio, & uia dicitur: ita etiam uoluntas appelletur. Nonnulli nihil referre existimāt: utrum per uoluntatem dei, an ex dei dixerit uoluntate: quia his præpositionibus Apostolus indifferenter utatur, & idipsum significare per uoluntatem dei, quod si dixisset ex uoluntate dei. b ¶ Sanctis omnibus qui sunt Ephesi &c.] Quidam curiosius q̄ necesse est, putāt ex eo quod Moysi dictum Exod.3.d sit: Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me: etiam eos qui Ephesi sunt sancti & fideles, essentiæ uocabulo nuncupatos: Vt quomodo à sancto sancti, à iusto iusti, à sapiente sapientes: ita ab eo qui est, hi qui sunt appellentur, & iuxta eundem apostolū elegisse deum ea quæ non erant: ut destrueret ea quæ erant. Ipsam etiam scripturam quæ in testimonium adducta est, ita edisserunt: ut destructionem eorum quæ erant, ex cōsequentibus intelligamus: Vt non, inquit, glorietur omnis caro in cōspectu dei. Si enim aiunt quispiam ex eo quod non erat, in id quod est à deo esse proficiens, non datori gratiam referat, sed suimeriti & uirtutis æstimet quod subsistat: statim quod est esse destruitur, & incipit non esse quod fuerat. Alij uero simpliciter, non ad eos qui sunt, sed qui Ephesi sancti & fideles sint, scriptū arbitrantē. c ¶ Et fidelibus in Christo &c.] Quoniā sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli: & uir infidelis sanctificatus est in D muliere fideli. Et sunt uasa quoq; sancta: & mutæ pecudes quæ deo mactātur in templo: propterea eos q̄s sanctos dixerat, uocauit & fideles: quia fides ex mentis ꝓpriæ descēdit arbitrio: sanctificatio uero ex sanctificantis interdum, absq; uoluntate nostra sumitur largitate. Quod autem ait, fidelibus in Christo Iesu, & hoc ad distinctionem diligentissimæ obseruationis est positum. Sunt quippe plures fideles, sed non in Christo Iesu. Si quis reddat depositum, si quis cōmodata non abneget: fidelem se amicum exhibeat: animam magis q̄ fidem paratus sit prodere, quod de nōnullis philosophis legimus, & ne illi satis gloriarētur, Athenienſis meretrix perpetrauit: iste quidem fidelis est, sed non est fidelis in Christo Iesu. d ¶ Gratia uobis & pax à deo patre nostro &c.] Siue ambo ad utrūq;, hoc est, & gratia & pax: tam ad deum patrem q̄ ad dominum nostrum Iesum Christum: siue ad singulos referēda sunt singula, ut gratia ad deum patrem, pax uero referatur ad Christum. si quidē statim sequitur: In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto: ut gratia patris in eo sit, quod filium pro salute nostra dignatus est mittere: Pax uero filij in eo, qđ per ipsum patri reconciliati sumus, & destructo medio pariete, inimicitias in carne sua euacuans, fecerit utrunq; unum. e ¶ Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos &c.] Quomodo secundum substantiam atq; naturā deus bonus nos cōmunione sui effecit bonos, & loquit ad Israel: Sancti estote quoniā ego sanctꝰ sum: ita ipse benedictus nos præstat esse benedictos. Dat quippe legislator benedictiones, & benedictio domini super caput iusti: cuius Leuit.20.b benedictionis

AD EPHESIOS

PAulus ăpostolus Iesu Christi per uoluntatē dei. Sanctis omnibus qui sunt Ephesi, & fidēlibus in Christo Iesu. Grātia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo, Benēdictus deus & pater domini nostri Iesu

A benedictionis cognomentum habet Baruch: qui in lin/gua nostra, benedictū sonat. Benedixit autem nos, non in una benedictione, sed in cunctis. Non quo omnes om nia consequamur, sed dum singuli uel singulas uel plu/res habemus ex omnibus, omnes per singulas possidea mus. Et non in terre/nis benedictionibus sed in spiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habe/re quempiā liberos: affluere opibus, ho/nore & sanitate gaudere: quæ terrena benedictio usq; ad irrationabilia iumenta descendit. Dictum est quippe de illis: benedixit eis dominus, & dixit: Crescite & multi/plicamini. Spirituales uero benedictiones in cœlestibus sunt: quia terra benedictionem nō capit spiritualem. Si/quidem & benedictiones illæ quæ in Leuitico dei præce pta seruantibus promittuntur: uerbi causa: externis gen tibus fœnerare, plena esse horrea frumentis: benedictos esse in urbibus: benedictos in agris, & cætera his similia, in prophetis nō uidemus expleta, hominibus qui in me lotis & in caprinis pellibus errauerunt: in egestate, in an/gustia, in desertis montibus: in speluncis & cauernis pe/trarum, persecutorum impetus declinantes. Spirituali/ter ergo accipienda sunt omnia: & spiritualia, non in ter renis locis, sed in cœlestibus expectāda. Quod uero ait: benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlesti bus, quasi iam in præterito factum sit & non in futuro promissum: id est benedixit, & non benedicturus est: Quæritur quomodo adhuc in terra nos positos, cœlesti benedictione benedixerit. Siue igitur quod conuersatio nostra in cœlis est, & non sumus de mundo isto, sed de/posita imagine choici, portamus imaginem supercœle/stis, & in carne non uiuimus, sed in spiritu: & thesauriza B mus nobis in cœlis ubi & cor habemus, dicimur nunc cœlesti benedictione benedicti: siue certe quod omnis benedictio spiritualis in Christo, licet in terra sit, tamen de cœlestibus computetur. Benedixit nos, inquit, in om ni benedictiōe spirituali in cœlestibus in Christo: In ser/mone dei, & sapientia, & ueritate, cæterisq; uirtutibus. Dupliciter autem legendum: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: ut sit benedict⁹ deus qui uni uersorum conditor est, & hucusq; distinctio: deinceps in ferat: q est & pater domini nostri Iesu Christi. Vel ita: ut deus & pater, ad dominum nostrum, in cōmune refe/ratur. Benedictus deus eius qui assumptus est hominis, & pater eius, qui in principio apud deum fuit deus uer bum. Nō quo alius assumptus homo, & alius sit sermo qui assumpserit: sed quo unus atq; idem pro uarietate causarum, nunc sublimis, nunc humilis prædicetur.

a ¶ Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi: &c.] Pro constitutione mundi, in Græco scriptum ha/bet καταβολῆς τοῦ κόσμου, non idipsum aūt καταβολή, quod constitutio sonat. Vnde & nos propter paupertatem lin/guæ, & rerum nouitatem, & sicut quidam ait: quod sit Græcorum & sermo latior & lingua felicior: conabimur non tam uerbum transferre de uerbo, quod impossibi/le est, q̄s uim uerbi quodam explicare circuitu. καταβολή proprie dicitur cum quid deorsum iacitur, & in inferio/rem locum mittitur de sublimi: uel cum aliqua res sumit exordium. Vnde & hi qui ædium futurarum prima ia/ciunt fundamēta καταβιβλικίναι, id est deor um initia fun damentorum iecisse dicūtur. Volens itaq; Paulus osten/dere quod deus uniuersa sit machinatus ex nihilo: non conditionem, non creaturam atq; facturam: sed καταβολήν id est initium fundamenti ad eum retulit: ut non iuxta Manichæum & cæteras hæreses quæ factorem & mate/riam ponūt, aliquid unde creaturæ factæ sint, anteceſſe/rit creaturas: sed omnia ex nihilo substiterint. Quod au/tem electos nos ut essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est deo ante fabricā mundi testatus est: ad præ/scientiam dei pertinet: cui omnia futura iam facta sunt, C & antecq̄ fiāt uniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse præ destinat in utero matris suæ, & Hieremias in uulua san/ctificatur, ergo roboratur, & in typo Christi prophe/ta gentibus mittitur. Alius uero qui deum iustum cona/tur ostendere, quod Hiere.1.b non ex præiudicio sci entiæ suæ, sed ex meri to electorum unum/quemq; eligat: dicit ante uilibiles creatu/ras cœlum, terrā, ma/ria & omnia quæ intra ea sūt, fuisse alias inuisibiles crea turas, in quibus & animas, quæ ob quasdam causas soli deo notas, deiectæ sint deorsum in uallem istam lachry/marum, in locum afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus, orabat ut ad sedē prisinam reuerteretur, dicens: Heu mihi quia incolatus meus pro Psal.119.a longatus est: habitaui cum habitātibus Cedar: multum peregrinata est anima mea. Et in alio loco: Miser ego ho Rom.7.d mo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, me/lius est reuerti & esse cum Christo. Et alibi: Antecq̄ humi Psal.118.d liarer ego peccaui, & cætera his similia. Itaq; priusq̄ ani/mæ, inquiunt, præcipitarentur in mundum, & mundus ex animabus fieret, cū habitatricibus suis in infimū ipse deiectus, elegit Paulum deus & ei similes coram se, qui erant sancti & immaculati. Nemo aūt eligitur nisi de plu ribus, & ubi sunt aliqui uiliores, ibi electio perpetratur. Quomodo aūt in Babylonia captiuitate: quando à Na/buchodonosor in Chaldæā abductus est populus, missi sunt prophetæ Ezechiel, Daniel, tres pueri, Aggeus, Za charias, non quo & ipsi meruerint captiuitatem, sed ut essent in solatio captiuorum: ita & in illa deiectione mun di eos qui antecq̄ mundus fieret electi erant à deo: missos esse in eruditionē & magisterium animarū peccatriciū: ut ad prædicationē eorum reuerterentur ad eum locum D unde corruerant: Et hoc esse quod à Moyse in octogesi/mo psalmo dicatur: Domine refugium factus es nobis in generatione & generationem: Antecq̄ montes firma/rentur, & fieret terra & orbis terrarum: Quod scilicet an tequā mundus fieret, & uniuersa generatio principium sumeret, sanctis suis deus refugiū fuerit. Quod autē ait, ut essemus sancti & immaculati corā ipso, Inter sancti ū & immaculatum hoc interest, quod sanctus & immacu/latus quoq; intelligi potest: immaculatus uero non sta/tim & sanctus: Paruuli quippe immaculati sunt: quia in/tegro corpore nullū fecere peccatū: & tamen non sancti, quia sanctitas uoluntate & studio comparatur: Et quod immaculatus dici potest ille qui peccata non fecit: San/ctus aūt is qui uirtutibus plenus sit: iuxta illud quod in quodā psalmo scribit: Qui ambulat sine macula & ope/ratur iustitiam: Et in Cantico canticorū. Tota speciosa Psal.14.a es proxima mea, & macula non est in te. Quæritur quo/modo sanctus quis & immaculatus sit coram deo, cum Cant.4.b propheta testetur, dicens: Non iustificabitur in conspe/ctu tuo omnis uiuens Aut enim sancti & immaculati co Psal.142.a ram deo Ephesii sunt, & falsum est hoc quod dicit: Non iu: ificabitur in con pectu tuo omnis uiuens. Aut si ne/mo iustificatur in con pectu dei: falsum est quod præces/sit, sanctos & immaculatos esse in conspectu dei. Ad q̄d bifariam est respondendum. Non enim ait Paulus: Ele/git nos ante constitutionē mundi cum essemus sancti & immaculati, sed elegit nos ut essemus sancti & immacula ti: hoc est qui sancti & immaculati ante nō fuimus ut po stea essemus. Quod & de peccatoribus ad meliora con/uersis dici potest, & stabit illa sententia: Non iustificabit Psal.142.a in conspectu tuo omnis uiuens: id est, in tota uita sua: in omni quo in mundo isto conuersatus est tēpore. Quod quidē ita intellectū, & aduersum eū facit qui antecq̄ mun dus fieret, animas dicit electas esse propter sanctitatē & nullū uitiū peccatorū. Non em̄ ut ante iam diximus eli/gunt Paulus & qui ei similes sunt, quia erant sancti & im

A maculati: sed eliguntur & prædestinantur, ut in consequenti uita per opera atq; uirtutes sancti & immaculati fiant. Deinde & sic sentiendum est: quia nō dixerit: Non iustificabitur in conspectu tuo quispiam uiuens, sed omnis uiuens: id est non iustificabūtur omnes, iustificabuntur uero aliq. a ¶ In charitate prædestinans nos in adoptionem &c.] Duplicīter legendum: ut charitas uel cum superioribus uel inferioribꝰ copuletur. Cum superioribus. ita: ut essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate, & postea sequatur: prædestinās nos in adoptionem filiorū per Iesum Christum in ipso. Cum inferioribus autem sic: in charitate prædestinans nos in adoptionē filiorum per Iesum Christum in ipso. Differentiam uero Græci sermonis προορίσας & ὁρισθέντος Latinus sermo non explicat. Superior quippe sermo ad eos refertur, qui antea non fuerunt, & priusquam fierent de his cogitatum est, & postea substiterunt. Inferior uero de eo quem nulla cogitatio, uoluntas nulla præcessit, sed semper fuit & nunc̄ ut esset accepit exordium. Vnde recte nunc de his qui cum ante non essent postea substiterunt dicitur προορισθέντος. De filio uero, hoc est, de domino nostro Iesu Christo, in alio loco scriptum est ὁρισθέντος: quia semper cum patre fuit, & nunc̄ eum ut esset uoluntas paterna præcessit. Ex quo colligitur semper patrem, semper fuisse filiū, & in quibus æternitas coæqualis est, eandem esse naturam. Nec non etiam hoc inferendum, quod cum prædestinet nos, siue præfiniat deus in adoptionem filiorum per Iesum Christum: tamen non ante filij esse possumus: nisi filij eius Iesu Christi fidem
B & intelligentiā recipiamus. Et ille quidem natura filius est: nos uero adoptione. Ille nunc̄ filius non fuit: nos antequam essemus prædestinati sumus, & tunc spiritū adoptionis accepimus, quando credidimus in filium dei.
b ¶ Secundum placitum uolūtatis suæ &c.] Verbum εὐδοκίαν, quod Latinus interpretatus est, placitū: apud Græcos compositum est ex duobus integris ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ τῆς δοκεῖν, à bēne & à placito, quod nos possumus dicere beneplacitū: quia non statim omne quod placuit & bene placere potest: sed ibi tantū εὐδοκία, hoc est beneplacitum dicitur: ubi quod placuit, recte placitum comprobatur. Hunc autem sermonē de Hebraico רָצוֹן Lxx. interpretes transtulerunt: rebus nouis, noua uerba fingentes. Inuadunt itaq; in hoc loco occasionem, qui ante cōditionem mundi, animas putant cum angelis & cæteris uirtutū nominibus in cœlesti Hierusalem fuisse uersatas: quod nec beneplacitū dei nec in laudē gloriæ eius & gratiæ possit intelligi, alios nudos, barbaros, seruos, debiles: alios diuites, Romanos, liberos, sanos, ignobiles uel nobiles in diuersa orbis parte generari: nisi causæ præcesserint, quibus ex meritis hæc animarū unaquæq; sortita sit. Et illud quod ad Romanos scriptū se quidam putant nosse, nec norunt: An non habet potestatem figulus de eadem massa facere aliud uas in honorē, aliud in contumeliam: ad eundem sensum referunt: ut quomodo uita bona siue mala, laboriosa uel facilis, frustra in isto mundo agitur, nisi credamus dei futurū iudicium esse: ita & diuersitas in hoc mundo nascentium iusticiam dei arguat, nisi animarum merita præcesserint. Si enim, inquiunt, hæc nō ita accipimus, nec beneplacitum uoluntatis dei erit, nec in laudē gloriæ & gratiæ eius, alios elegisse ante constitutionem mūdi, ut essent sancti & immaculati, & haberent adoptionem per Iesum Christū: alios ultimæ cōditioni, & pœnis perpetuis destinasse. c ¶ In laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto &c.] Quæ laus, inquiūt, gloriæ gratiæ dei est, alios gratificare in Christo: alios æternis præparare suppli-

Rom.9.d

cijs: amare Iacob antequam oriatur ex utero: odisse Esau C priusquam digna odio perpetraret: nisi causæ præcesserint quæ iusticiā dei probent. Omnis ergo gratia quam consequimur in gloriam & laudem eius qui nos gratificauit in dilecto, hoc est in domino nostro & saluatore cōpletur: quia absq; sapientia, ueritate, iusticia, pace, redemptione, cæterisq; uirtutibus, nullum bonum intelligi potest. Nec putandum quod in Latinis codicibus habetur scriptum esse, in dilecto filio suo: sed

coram ipso. In charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christū in ipsum. Secundum placitū uoluntatis suæ. In laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum

simpliciter, in dilecto. Et si quidem esset additū, dilecto dei uel dilecto patris, esset simplex intelligētia & omniū opinione uulgata, quod dominus noster Iesus Christus diligeretur à patre: sed magnum aliquid proprietati filij concederemus cum sic filius diligeretur ut cætera. Dicitur quippe ad deum: Diligis omnia & nihil abijcis eorum quæ fecisti: Neq; enim odio quid habens condidisti. Aut si esset appositum, in qua gratificauit nos in dilecto præ omnibus, uniuersus scrupulus fuisset ablatus: quia & patriarchas & prophetas & omnes sanctos uiros scimus à deo fuisse dilectos. Nunc uero in eo quod absolute locutus est dicens, in dilecto: ita mihi intelligendum uidetur, ut subaudiatur ab omnibus. Si enim Christus ut sæpe iam diximus sapientia est, iusticia, pax, gaudium, cōtinentia, & cætera, hæc uirtutū uocabula etiam hi qui sequi nequeunt diligunt, & nullus tam confessi sceleris est, ut non sapientiam & iusticiam amare se dicat. Quomodo & de substantia dei omnium hominum consentit opinio quod diuina sit, & nullius sensu facile comprehendatur: errat uero unusquisquisq; dum talem uel talem eam putat: ita & Christum secundum id quod di- D uersas uirtutes sonat omnes diligunt, licet plures factis non possint probare quod diligūt. Ille est dilectus quem æstimo & in Esaia significari: Cantabo dilecto canticū di- Esa.5.a lecti uineæ meæ, & uinea facta est dilecto. Et in uigesimo octauo psalmo: Cōteret dominus cedros Libani, & comminuet eas ut uitulum Libani, & dilectus sicut filius unicornium. d ¶ In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.] Ille redimitur, qui captiuus est, & in hostium ueniens potestatem liber esse desiuit: ita & nos quidam dicunt in hoc mundo esse captiuos, & sub principibus & potestatibus iugo seruitutis teneri: nec ante uinctas catenis explicare manus, & oculos sursum attollere, nisi redemptor aduenerit. Sed quis iste aiunt tantus & talis, qui possit pretio suo totum orbem redimere? Iesus Christus filius dei proprium sanguinem dedit, & nos de seruitute eripiens, libertate donauit. Et re uera si historijs gentilium credimus quod Codrus & Curtius & Decij Mures, pestilentias urbium, & fames & bella suis mortibus represserint: quanto magis hoc in dei filio possibile iudicandum est: quod cruore suo, non urbem unam sed totum purgarit orbem? Dupliciter uero sanguis Christi & caro intelligitur: uel spiritualis illa atq; diuina, de qua ipse dixit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus: Et, nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis uitam æternam. Vel caro & sanguis quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Iuxta hanc diuisionem & in sanctis eius diuersitas sanguinis & carnis accipitur: ut alia sit caro quæ uisura est salutare dei: alia caro & sanguis quæ regnum dei non quæant possidere. Consequenter autem post redemptionem sanguinis Christi, remissionem accepisse scribimur peccatorum: Quia nisi redempti fuerimus, frustra nobis peccata donantur. Nec ante ueniam accipere possumus delictorum, & serui esse cessamus, nisi precium pro nobis cruentus quondā uictor

Ioan.6.f

acceperit

Secundum diuitias gratiæ eius, qua abundauit in nobis. In ômni sapientia & prudentia notum nobis faciens mysterium uoluntatis suæ. Secundum plácitum suum quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum. Recápitulare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra in ipso. In qûo & sorte uocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui uniuersa

A acceperit. *a* ¶ Secundū diuitias gratiæ eius, qua abundauit in nobis &c.] Qui intelligit hoc quod dictū est: Gratia estis saluati, & non ex operibus, & quinquaginta & quingentorum denariorum in euangelio debitorem, quod cui plus dimittitur, plus diligat: iste potest scire quod secundum diuitias suas dei gratia abundarit in nobis: maxime in ecclesia de gentibus congregata, quæ aliena fuit à testamento & promissionibus Israel: cuius delicto nos salutē cōsecuti sumus. An non est magnitudo gratiarum in Paulo & ī cæteris sanctis, de quibus dicitur: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? & in alio loco: In quem desiderant angeli conspicere, & rursum: Pater da ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & ipsi in nobis unum sint. Has diuitias gratiarum ille in se non facit uacuas, qui quātum ualet humana fragilitas, nititur, laborat atq; contendit, & cum Apostolo loquitur: Gratia eius in me non fuit uacua. Qui uero beneficij magnitudinem non recordans ad deteriora delabitur, in isto diues gratia dei, & opulēta largitio paupertate tenuatur. *b* ¶ In omni sapientia & prudentia notum nobis faciens mysterium uoluntatis suæ &c.] Sapientiam & prudentiā esse diuersas, Stoici quoq; opinantur, dicentes: Sapientia est rerum diuinarum humanarumq; cognitio: Prudentia uero tantum mortalium. Iuxta hanc diuisionem possumus sapientiam inuisibilium & uisibilium accipere: prudentiam uero tantum uisibilium. Quæritur itaq; quomodo nobis deus in omni
B sapientia & prudentia notum fecerit mysterium uoluntatis suæ. Et quidē primū simpliciter accipiendū, quod mysterium uoluntatis eius, redemptio nostra sit per sanguinem filij ipsius, & remissio peccatorum, secundū diuitias gratiæ eius qua abundauit in nobis: Quod scilicet nos in domini passione credentes, quæ est stultitia non credentibus: sapientiam possideamus atq; prudentiam. Deinde quod per scripturas suas nobis notā fecerit uniuersa mysteria: quomodo primum cœlum & terram machinatus sit, & omnia quæ intra ea sunt fecerit, ordinarit atq; distinxerit: ut plasmatus homo, & usq; ad passionē Christi mundus impletus sit: quomodo ex uisibilibus ea quæ sunt inuisibilia cognoscantur. Ad extremum, quod etiam ea quæ in terra sunt, sapientia indigeāt atq; prudētia. Quotus enim quisq; nostrū scit quid sit illud quod aues in aera suspendat, pisces in fluctibus non necet: hominum gressus promoueat, & rabiem incitet bestiarum. Sed qui diligēs lector est, statim nobis illud opponet: Si ex parte cognoscit Paulus & ex parte prophetat, & nunc uidet per speculum in ænigmate: quomodo uel ipsi uel Ephesijs in omni sapientia atq; prudētia dei mysterium reuelatum est. Hac itaq; necessitate compellimur mutare ordinē lectionis, & facere secundū placitū uoluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto: in quo habemus redemptionē per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: secundum diuitias gratiæ eius, qua abundauit in nobis in omni sapientia & prudētia: ut cum hucusq; diuisi inxerimus: quo scilicet, omni sapientia & prudētia, ad superiora iungantur: deinceps inferamus: notum faciēs nobis mysterium uoluntatis suæ secundum placitum suum. Potest autem & hac manente sententia, qđ ex parte uideant & ex parte prophetent: nunc in omni sapientia & prudentia, dici reuelatum eis esse mysterium: Nō quo ipsi in omni sapientia & prudentia mysterium didicerint: sed deus in omni sapientia sua atq; prudentia iuxta quod consequi poterant, eis mysterium reuelauerit. *c* ¶ Secundū placitum suum &c.] Supra dixerat, secundum placitum C
uoluntatis suæ: nunc secundum placitum suum, uoluntate detracta. Ibi προορισμὸν, id est, prædestinationem in adoptionem filiorū per Iesum Christum posuit: hic uero πρόθεσιν, id est, propositionē. Inter prædestinationem aūt & propositū hi q̄ solent inter uerba discutere, hoc asserunt interesse: quod prædestinatio alicuius rei multo ante in mente eius q̄ destinet quid futurum sit præfiguret. Propositum aūt, cum iā uicina sit machinatio, & pene cogitationē sequatur effectus. Quod uero ait: proposuit in eo, ad mysterium referendū est: Si quidem supra dixerat: ut notum faceret nobis mysterium uoluntatis suæ: quod mysterium dispensatio est plenitudinis temporū, ut statuto tempore omnia compleantur. Quomodo enim hæres quādiu paruulus est, licet ipsius bona sint, tamen necdum ei debetur hæreditas: ita & mysterium quod prædestinatū fuerat à deo in adoptionem filiorum eius, ante non potuit dispensari, nisi suo ueniret tempore. De quo & alibi numero singulari Paulus ait: Gal.4.a
Vt aūt uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum: qui ante uenire non potuit, nisi mysterium temporis impleret. *d* ¶ Recapitulare omnia in Christo &c.] Pro recapitulare in Latinis codicibus scriptum est, instaurare. Et miror cur ipso uerbo Græco non usi sint translatores: cū istiusmodi licētia, dialectica & philosophia sicut in Græco habent assumptæ sint. Nā & oratores in epilogis, uel ante epilogos, in fine causarū propter memoriā iudicū & eorū qui audiere negocia, recordationē, id est, D
ἀνακεφαλαίωσιν solent facere: ut quæ prius latius disputarant, breui postea sermone cōprehendant, & unusquisq; recordari eorum incipiat quæ audiuit. Sensus itaq; in præsenti loco iste est. Omnis dispēsatio quæ & ante mundum & postea esse cœpit in mundo: tam inuisibilium q̄ uisibilium creaturarum, aduentū dei filij pollicebatur: quod Adam qui de paradiso electus est, per saluatorem reuocādus erat: Quod in fabricatione turris, linguarum unitas scissa est: in Actibus apostolorum portendebat dona linguarum. Quod Isaac in typo domini crucem suam ipse portauit. Quod Samson sanctam comam nutriens, Dalilæ pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis sui secreta confessus est: saluatoris & ecclesiæ ex gentibus uere pauperis & egenæ mysterium significabat. In cruce itaq; domini & in passione eius recapitulata sunt omnia: id est, uniuersa in hac ἀνακεφαλαιώσει supputata: quod ut manifestius fiat, quotidianæ cōsuetudinis aliquod ponamus exemplum. Verbi causa: Viginti denarios erogaui, rursum quinq;, & alios quindecim: triginta quoq; & ter decies, per diuersa tempora dedi: Hæc si in unū uoluero supputare, centenarij mihi numeri summa succrescit, & in uno numero habebo omnia quæ ante descripsi. Sic itaq; uniuersa mysteria & omnis dispensatio uetustatis: non solum quæ in terris, sed etiam quæ in cœlis gesta est, in Christi passione cōpletur. Cum enim semel mihi Christus passus fuerit & sepultus, & resurrexerit, & ad patrem uictor ascenderit: non necesse habeo ueterē numerū: quia in omnia uno teneo. Diligenter attendite, quod non solum omnes historiæ scripturarum, quas in terra gestas spiritus sanctus enumerat: sed etiam in cœlestibus quæ nobis occultæ sunt, in Christi recapitulata passione teneantur. *e* ¶ In quo & sorte uocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui uniuersa operatur secundum cōsilium uoluntatis suæ &c.] Verbū hæreditatis & sortis, per quas in Christi partem uenimus: ostēdit nos de alia potestate ad aliam transmi-

A grasse, & secundum illud quod in Deuteronomio scri-
Deut.23.a ptum est: Quando diuidebat altissimus gentes cum dis-
seminaret filios Adam, de angelorũ ditione ad partem
dñi esse translatos. Et illi quidẽ aliena & sibi uel cõmissa
Psal.21.a uel usurpata tenuerũt: iste uero recepit sua, & ascendẽs
in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: id est eos qui ante capti fuerãt in perditionẽ, ipse cepit ad uitam ut reduceret in excelsum: & quodammodo est capta captiuitas, dum per secundam captiuitatem qui prius capti fuerant liberãtur.

uersa operatur secundum consilium uoluntatis suæ. Vt simus in laudem gloriæ eius qui ante sperauimus in Christo. In quo & uos audito uerbo ueritatis, euangelij salutis uestræ, in quo & credẽtes signati estis spiritu sancto promissionis: Qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem adoptionis, in laudem gloriæ ipsius.

Considerandum quod & hic προορισμὸς κατὰ πρόθεσιν, id est, prædestinatio & propositũ simul posita sint: iuxta quæ operatur omnia deus secundum consilium uoluntatis suæ. Non quo omnia quæ in mundo fiant, dei uoluntate & cõsilio peragant: alioquin & mala deo poterũt imputari: sed q̃ uniuersa quæ facit, cõsilio facit & uolũtate: q̃d scilicet & ratione plena sint & potestate facientis. Nos homines pleraq; uolumus facere consilio: sed nequaquam uoluntatem sequitur effectus. Illi aũt nullus resistere potest, quin omnia quæ uoluerit faciat. Vult autem ea quæ cunq; sunt plena rationis atq; consilij: uult saluari omnes & in agnitionem ueritatis uenire. Sed quia nullus absq; propria uoluntate saluatur, liberi enim arbitrij sumus: uult nos bonum uelle: ut cum uoluerimus, uelit in nobis & ipse suum implere consilium. a ¶ Vt simus in laudẽ gloriæ eius qui ante sperauimus in Christo.] Si sperauimus tantum dixisset in Christo, & non præmisisset, ante sperauimus, quod Græce dicitur προηλπικότας esset manifestior sensus, eos qui sperauerunt in Christo,
B sorte uocatos esse & prædestinatos secundum propositum eius, qui uniuersa operatur iuxta consilium uoluntatis suæ. Nunc uero præpositionis adiectio, ad illã nos intelligentiam trahit, de qua superius disputauimus, exponentes hoc quod scriptum est, Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante constitutionẽ mundi, ut essemus sancti & immaculati coram ipso: quod scilicet sicut iam nos benedixerit omni benedictione spirituali in cœlestibus, & elegerit ante constitutionẽ mundi: ita etiam nunc sperasse ante dicamur in Christo, ex eo tempore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus. Alius uero hoc dogma nõ sustinens, quod ante fuerimus & sperauerimus in Christo, q̃ in isto corpore degeremus: illo intelligentiam transferet: ut dicat, in aduentu domini saluatoris, quãdo in nomine eius omne genu flectetur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omPhilip.2.b nis lingua confitebitur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: cũ ei fuerint uniuersa subiecta: alios uoluntate, alios necessitate subijciendos, & eos qui ante præsentiam maiestatis eius sperauerint in eum, futuros esse in laudem gloriæ eius, & uocari ἀγαπητοὺς: eos uero qui reperti fuerint necessitate credentes eo tempore quo nec diabolus & angeli eius poterunt negare regnantem, esse sperantes, sed non in laudem gloriæ eius: quod quidem & nunc ex parte uidemus expleri: quia alia fit merces eius qui uoluntate sequatur deum, alia qui necessitate. Veruntamen siue per occasionem siue per ueritatem tantum Christus annuncietur: dummodo sciat & sperans & ante sperans quod pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi. b ¶ In quo & uos audito uerbo ueritatis, euangelij salutis uestræ, in quo & credẽtes signati estis spiritu sancto promissionis.] In quo haud dubium quin in Christo: inter cæteros qui audierunt: Vos quoq; Ephesij uerbum ueritatis audistis euangelium salutis uestræ: cui credentes, signati estis spiritu repromissionis sancto. Videtur autem iuxta ordinem lectionis non stare sententia: nec ei quod prælatum est, C
In quo & uos audito uerbo ueritatis euangelij salutis uestræ: redditum aliquid quod equatur: quia statim secundo ponitur, in quo: quod quia superfluum est, sublatum è medio potest textum reddere lectioni. Hoc autem patiebatur Paulus de nimio amore Christi: ut eum semper quem diligebat, etiam superflue & extraordinarie nominaret. Qd' potest absq; nobis in omnibus epistolis eius lector diligens inuenire. Vnde & nunc secundo positum, in quo, ordinem deprehenditur turbasse sententiæ, & anteriorem promissionem reliquisse pendentem. Neq; uero parua laus Ephesiorum est: non prædicationem, sed uerbum ueritatis audisse. Si quidem interprædicationẽ & uerbum ueritatis multam esse distantiam, & in alia epistola legimus: Et uerbum, inquit, Ezech.18.c
meum & prædicatio mea, non in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis. Quæramus diligentius, ubi alibi scriptum sit, quod uerbum quis audierit ueritatis: ut ex collatione eorum possit perspicue Pauli sensus aperiri: ubi quoq; euangelium nominatum sit: siue cum additamento siue absolute. Verbi gratia cum additamento, euangelium meum, & euangelium Iesu Christi, & euangelium æternum: uel quod nunc dicitur ad Ephesios, euangelium salutis uestræ. Absolute uero: ut cum loquitur de Luca, Cuius laus in euangelio per omnes ecclesias. Signatur autem qui audierit uerbum ueritatis & crediderit in eo, spiritu repromissionis sancto. Quia multi sunt qui audierunt, & increduli permanentes, nequaquam signa- D
culum sancti spiritus consecuti sunt. Dicitur & ad principem Tyri: Tu es signaculum similitudinis dei. Signaculum autem dei est: ut quomodo primus homo conditus est ad imaginẽm & similitudinem dei: sic in secunda regeneratione quicunq; spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Quærendum etiam ubi alibi scriptum sit: spiritus repromissionis sanctus: uel quid significet. Ego enim æstimo quia sicut spiritus sanctus sanctum facit eum cui fuerit infusus, & spiritus sapientiæ, sapientem, & intelligentiæ, intelligentem, & consilij, cautum atq; consultum, & fortitudinis, fortem, & scientiæ, scientem, & pietatis, pium, & timoris, timidum, deiq; timore trepidantem: ita & spiritus repromissionis uel spiritus dei, sponsorem & deum facit eum in quo habitauerit. Quomodo econtrario immundus spiritus immundum facit, & spurcam sibi domum præparat spurcus habitator: fornicationis quoq; spiritus efficit scortatores: de quib⁹ & propheta loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt: ne- Osee.4.c
quam spiritus nequam facit homines atq; peruersos, & dæmoniacus, dæmones: qualisq; fuerit liquor, qui nouæ testæ infusus est, talem diu testa & odorem retinet & saporem. c ¶ Qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem adoptionis, in laudem gloriæ ipsius.] Pignus Latinus interpres pro Arrabone posuit. Non idipsum autem Arrabo quod pignus sonat. Arrabo enim futuræ emptioni quasi quoddam testimonium & obligamentum datur. Pignus uero hoc est, ἐνέχυρον, pro mutua pecunia opponitur: ut cũ illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus à creditore reddatur. Rursum in eo ubi ait: in redemptionẽ adoptionis, non habet in Græco υἱοθεσίαν, sed περιποίησιν: quam nos acquisitionẽ siue possessionem possumus dicere: nec tamen uim sermonis expressimus. Multa enim uerba sunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri ualent, nec de Hebraico in Græcum, & reciproce nec de Latino in Græcum, nec

de

A de Græco in Hebræum. Quicunq; igitur non tantum ſpiritum ſanctum, ſed ſpiritum ſanctum repromiſſionis acceperit, ſimul conſequetur & arrabonem hæreditatis, quæ hæreditas uita perpetua eſt. Et quomodo ex arrabone æſtimatur qualis emptio futura ſit, & quæ poſſeſſio: uerbi cauſa: ex decem ſolidis, centum ſolidorũ uilla, & ex centum ſolidis mille ſolidorum poſſeſſio: ita ex uarietate arrabonis, hæreditatis quoque poſtea ſecuturæ magnitudo cognoſcitur. Quamuis autem ſanctus ſit aliquis atque perfectus, & omniũ iudicio beatitudine dignus putetur: tamen ad futuram hæreditatem nunc arrabonem eſt ſpiritus conſecutus. Si autem arrabo tantus, quanta erit ipſa poſſeſſio? Quomodo autem arrabo qui nobis tribuitur: non eſt extra nos, ſed intra nos eſt: ſic & ipſa hæreditas, hoc eſt regnũ dei quod intra nos eſt, in nobis uerſatur intrinſecus. Quæ enim poteſt eſſe maior hæreditas, quàm contemplari & uidere ſenſu pulchritudinem ſapientiæ & uerbi & ueritatis & luminis, & ipſius ineffabilem & magnificam dei conſiderare naturam: omniumq; quæ ad ſimilitudinem dei cõdita ſunt, ſubſtantiam contueri? Iſte autem ſpiritus repromiſſionis ſanctus qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ, idcirco nunc ſanctis datur, ut redimantur & copulentur deo in laudẽ gloriæ ipſius. Non quod deus laude alicuius indi
B geat, ſed quo laus dei laudatoribus proſit, & dũ per ſingula opera maieſtatem ipſius magnitudinemq; cognoſcũt, ad laudandum eum miraculo ſuporis erumpant. *a* ¶ Propterea & ego audiens fidem ueſtram in domino Ieſu & in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro uobis, memoriam ueſtri faciens in orationibus meis: ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti &c.] Licet uerbi ad uerbum expreſſa translatio poſſit apoſtolum diligenti excuſare lectori, quod uideatur omnis ſententiæ ſcatere contextus, & ſoloœciſmus fieri, tamen & in Græco uitium ſonat. Vnde & nos Græcis potius calumniatoribus reſpondentes, conabimur ita iuxta ſenſum temperare ordinem lectionis, ut dicamus: Audiens fidem ueſtram in domino Ieſu & in omnes ſanctos eius: uidensq; differentiam fidei ueſtræ in dominum & in omnes ſanctos eius: non ceſſo gratias agere & memoriam ueſtri facere in orationibus meis, ut domini noſtri Ieſu Chriſti deus, pater autem gloriæ, det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis. Quod autem ſequitur: illuminatos oculos cordis ueſtri: ita per Hyperbaton reddi poteſt: Propterea & ego audiens fidem ueſtram in domino Ieſu in agnitione eius, illuminatos oculos cordis ueſtri & in omnes ſanctos: non ceſſo gratias agens pro uobis, memoriam ueſtri facere in orationibus meis, ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem: ut ſciatis quæ ſit ſpes uocationis ueſtræ, &c. Porrò deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater autem gloriæ, ita intelligendus, ut quomodo dominus noſter Ieſus Chriſtus, ipſe eſt ſermo, ſapientia, ueritas, pax, iuſticia, fortitudo: ipſe ſit
Leuit.9.d Num.9.c Pſal.66.b etiam gloria: ſecundũ illud quod alibi dicitur: Apparebit gloria dei, & in omni pene ueteri lege, ſcriptum eſt ſuper tabernaculum teſtimonij uiſam eſſe gloriam dei. Et pſalmiſta canit: Exurge gloria mea, exurge. Quæ gloria illuminans ſuo fulgore mundum, templum ſibi de uirginali utero fabricata eſt. Cuius templi pater gloriæ efficitur deus. Et ubi Chriſtus gloria eſt, ibi tantum pater dicitur: ubi Ieſus, ibi deus eius, abſq; additamento C aliquo nominatur. Iſte igitur deus aſſumpti hominis: pater uero gloriæ, ſapientiæ, ueritatis, dat credentibus in filium ſuum ſpiritum ſapientiæ & reuelationis: ut ſapientes fiant, & reuelata facie gloriam domini contemplentur. Quæ ſapientia & reuelatio cum eos ſapientes fecerint, & myſteria illis occulta aperuerint: ſtatim ſequitur ut habeãt illuminatos oculos cordis. Ex uerbis præſentib. approbatur ſecundũ exterioris mẽbra hominis, etiam interioris hominis membra dici. Ecce enim manifeſte cordis oculos appellauit: q̃s abſq; ſenſu & mente intelligere non poſſumus:

Propterea & ego audiens fidem ueſtram in domino Ieſu & in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro uobis, memoriam ueſtri faciens in orationibus meis: ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis ueſtri. Vt ſciãtis quæ ſit ſpes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis: & quæ ſublimis magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus ſecundum operationem potentiæ uirtutis eius: quam operatus eſt in Chriſto ſuſcitans illum à mortuis

Huic & illud pſalmiſtæ conuenit: Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Et alibi: Sapientis oculi in capite eius. Si enim ſimpliciter oculos carnis accipimus: utiq; non ſolum ſapientis, ſed etiam inſipientis Pſal.12.d Eccẽs.2.b oculi in capite eius ſunt. Caput itaq; ſapientis, ſenſus accipitur: qui alio uerbo mens & animus & principale cordis appellatur. Quod uero ait, in agnitione eius, id eſt ἐπιγνώσει αὐτοῦ, quidam ſic intelligunt: ut inter γνῶσιν καὶ ἐπίγνωσιν, hoc eſt, inter notionẽ & agnitionẽ illud interſit: q̃d notio eorũ ſit quæ ante non ſciuimus, & ea poſtea ſcire cœpimus. Agnitio uero eorũ quæ prius ſcientes deinceps ſcire deſiuimus, eorumq; poſtea recordamur: & priorem quandã uitam in cœleſtibus ſuſpicantur, poſtquam in corpora iſta deiecti & obliti dei patris, nunc D eum per reuelationem cognouimus: ſecundum illud: Reminiſcentur & conuertentur ad dominũ omnes fines Pſal.21.f terræ, & cætera his ſimilia replicãtes. *b* ¶ Vt ſciatis quæ ſit ſpes &c.] Cui ſemel iuxta orationem Pauli datus fuerit ſpiritus ſapientiæ & reuelationis, ut apertis oculis cordis aſpiciat: iſte ſciet quæ repoſita ſũt uocatis, & quæ ſperanda ſanctis dei: quæ abundanter & large his qui hæreditatem ipſius ſuſtinent eſt daturus. Ad quam noticiã, magnitudo uirtutis dei eſt neceſſaria: in his qui iuxta ſimilitudinem Pauli, credentes uocantur, per quam operatus eſt deus in Chriſto Ieſu quem à mortuis reſuſcitauit. Dupliciter autem intelligenda hæreditas: ſiue quod primogenitus omnis creaturæ hæreditas ſit animæ domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius qui ex corpore & anima aſſumptus eſt hominis: noſq; cum hæreditate animæ hæreditemus deum uerbum: ſiue quod in Chriſto hæreditas noſtra ſit, patris & filij & ſpiritꝰ ſancti una diuinitas: Vt quomodo uocatur hæreditas domorum atq; uillarum ea ipſa quæ ab hæredibus poſſidentur: ſic ipſe deus hæreditas credentium ſit atq; ſanctorum. Scriptum eſt & in ueteri teſtamento: Filijs autem Leui non Num.18.c dabitis hæreditatẽ in medio fratrum ſuorum: quia ego Ioſue.13.b pars eorum. Et alibi: Dominus hæreditas eorum eſt. Et Deut.18.a ſanctus qui extra deum nihil habere ſe nouit, audacter loquitur: pars mea dominus: Et, tu es pars hæreditatis Pſal.72.d.15.b meæ & calicis mei. Non ergo parui ſtudij eſt ut ſciamus ſpem uocationis & diuitias gloriæ hæreditatis dei in ſanctis: Ea quippe indigemus ad hæc cognoſcenda uirtute, qua etiam in filio ſuo deus uſus eſt ſuſcitando: quem ſuſcitauit non ſemel, ſed ſemper à mortuis, & fecit eum in mortuis liberum, nulla mortis contagione maculatum: quotidie Chriſtus reſurgit ex mortuis, quotidie in pœnitentibus ſuſcitatur. Non quo non habuerit etiã ſecundum carnem poteſtatem animæ ſuæ ponendæ & iterum reſumendæ eius: nemo quippe tollit eã, niſi ponat illam à ſemetipſo: ſed quo iuxta diſpenſationem carnis & filij,

mortuis. Et sedere eum faciens ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatū & potestatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur nō solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Et ōmnia subiecit pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ quę est corpus ipsius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Cap. II.

A homo & filius à deo & patre suscitatus esse dicat. a ¶ Et sedere eum faciens &c.] Per humanam similitudinem, dei potentiā demonstrauit: non quo solium ponatur, & deus pater in eo sedeat, secumq; filiū habeat residentem: sed quo nos aliter iudicantē atq; regnantem nisi per nostra uerba intelligere nequeamus. Ad hoc pertinet & illud qđ in cētesimonono psalmo scriptum est: Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Si enim iuxta regnantis habitum filius ad patris dexterā sedet: necesse est ut iuxta eandē similitudinē maior sit ab eo qui in læua parte consederit. Quod ut sciamus aliter intelligi q̄ litera resonat: idem psalmus in consequentibus docet, dicens: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedec. Dominus à dextris tuis. Quomodo enim cū filius patri ad dexterā sedeat, rursum pater à dextris eius esse perhibetur? Aut qua ratione terra scabellū est pedum eius, & cœlū thronus ipsius: cum & terrā secundum Esaiam pugillo cōtinere dicatur, & cœlum palmæ extensione metiri? Non enim potest intra id esse quod ab eodem cōtinetur: nec in manu inclusum tenere à quo ipse iuxta sedentis habitū circundetur. Sicut ergo proximū esse deo, uel ab eo procul recedere, nō secundū locorum spacia, sed iuxta merita sentiendū est: quod sancti iuxta eum sint: peccatores uero, de quibus ait propheta dicens: Ecce qui elongant se à te, peribunt: ab omni eius uicinia submoueantur: Sic & in dextris uel in sinistris B dei esse, accipiendū est: qđ sancti à dextris eius sint, peccatores uero à sinistris: Saluatore quoq; idipsum in euāgelio comprobante, cum oues à dextris, hædos esse meremoret à sinistris: Sed & ipsum uerbum sedere: regni significat potestatē, per quam beneficium eis deus tribuit super quibus sedere dignatur: quod scilicet regat eos & in curru suo habeat, & ad nutum propriū uaga prius & libera colla conuertat. Post hæc quæritur, quomodo id quod sequitur possit intelligi, super omnē principatū, & potestatem & uirtutem & dominationē & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. Et quidem de dextris ac sinistris, & de sessione iam dictū est. Nunc quærendū ubi Apostolus hæc quatuor nomina, principatū loquor, potestatē & uirtutem & dominationem, scripta repererit, & in medium unde protulerit. Neq; enim fas est eum qui diuina lectione fuerat instructus aliquid locutū putare quod in sanctis uoluminibus non habetur. Arbitror itaq; illū aut de traditionibus Hebræorū ea quæ secreta sunt, in medium protulisse: aut certe quæ quasi iuxta historiā scripta sunt, cum intelligeret legem esse spiritualē, sensisse sublimius, & q̄d de regibus atq; principibus, ducibus quoq;, tribunis & cēturionibus, in Numeris, & in Regnorū libris refertur, imaginem aliorum principū regumq; cognouisse: quod scilicet in cœlestibus sint principatꝰ, sint potestates, sint dominationes atq; uirtutes, & cætera ministeriorū uocabula: quæ nec nos possumus nominare: nec ipsum Paulum puto ut in graui corpusculo constitutū enumerare ualuisse. Si aūt sunt principatus & potestates & uirtutes & dominationes: necesse est ut & subiectos habeant & timentes & seruientes sibi & eos qui sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum, non solū in præsentiarum sed etiam in futuro seculo erunt: ut per singulos profectus & honores & ascensiones & descensiones uel crescat aliquis uel decrescat, & sub alia atq; alia potestate, uirtute, principatu, & dominatione fiat. Nos homunculi cito in cinerem & puluerem dissoluendi, si con-

C sensu hominum leuemur in reges: tantas habemus ministrorum diuersitates & multitudines: quantas facilius possumus sentire q̄ dicere: Verbi causa: quod præfectus in parte ciuili, iudices, prouincias, & ordinem suum habeat: rursum militia, in tot comites, duces, tribunos, & multiplicē scindatur exercitū, & putamus deū, dīm dominorū & regem regnantiū, simplici tantū ministerio esse cōtentum. b ¶ Et omnia subiecit sub pedibus eius &c.] Huic uidetur illud esse cōtrarium, quod alibi scribitur: Necdum enim ei uidemus omnia subiecta. Sed & illud: Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Si enim necdum ei subiecta sunt omnia & oportet eum regnare donec ei subiiciantur omnia: quomodo nunc sub pedibus eius deus uniuersa subiecit: maxime cum & in alio loco Paulus ipse testetur: Cum autem ei subiecta fuerint omnia, tunc & ipse filius subiiciet ei qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus? Ergo aut secundum præscientiā id quod futurū est, quasi iā factū esse cōmorat: iuxta sensum quē supra exposuimus ubi ait: Bene dixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Aut certe si de præterito sentiendū est: sic debemus accipere, qđ etiā ea quæ nō sunt ei uoluntate subiecta, naturæ cōditione deseruiāt: Verbi causa, dæmones Iudæi atq; gentiles. Non enim seruiūt Christo, nec subiecti sunt pedibus eius, & tamen quia ab eo in bonā partem creati sunt, subditi sunt potestati eius inuiti: tametsi aduersum eū repugnent liberi arbitrij uolūtate. In hunc D sensum & illud quod sequit coaptatur: Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ quæ est corpus ipsius. Quomodo cm caput plurima sibi habet mēbra subiecta: è q, bus sunt nōnulla uitiosa & debilia: Ita & dns noster Iesꝰ Christus cū sit caput ecclesiæ, habet mēbra eos oēs qui in ecclesia congregātur, tā sanctos uidelicet q̄ peccatores: sed sanctos uoluntate, peccatores uero sibi necessitate subiectos. Atq; ita fit ut etiā inimici subiecti sint pedibus eius. Quapropter in eo quod ait, omnia: uidetur facere quæstionē. Nā illud quod dictū est: Sede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos sub pedibus tuis. Et alibi: Oportet enim eū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: nō magnopere quærit interpretē: ut ea quæ inimica sunt cū fuerint superata, subiiciant pedibus eius, & in uictoris transeāt potestatē. Cur aūt omnia: id est, angeli, throni, dominationes, potestates, & uirtutes cæteræ, quæ nunq; fuerunt cōtrariæ deo, eius pedibus subiiciātur, uidetur obscurū. Potest itaq; responderi, quod absq; peccato nullus sit, & sydera ipsa non sint munda coram deo, omnisq; creatura paueat creatoris aduentū. Vnde & crux saluatoris non solum ea quæ in terra, sed etiam ea quæ in cœlis erant purgasse perhibetur. Alius uero, omnia, nō ad uniuersitatē, sed ad ea tantū refert, de quibus disputatū est: uel hoc modo, omnis ciuitas cōclamauit: nō quo aliquis tacens in urbe nō fuerit, sed ex parte maxima etiā ea quæ minora sunt appellantur, & ipse Paulus apostolus: Omnes, inquit, sua quæ runt, non ea quæ sunt dei, & omnes me dereliquerunt. Non quod Timotheus & cæteri discipuli, qui illo tempore quo epistolæ scribebantur cū eo erant illum reliquerint: sed ideirco, quia à pluribus sit desertus: ab omnibus: id est, à maxima parte desertum se esse cōqueritur. Simile huic quid & in psalmo sonat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Si enim omnes declinauerunt, ergo declinauit & ipse qui loquitur. & alibi: Ego dixi

Eccles. 4.d
1. Cor. 15.d
2. Cor. 10
Esa. 40.c
Psal. 72.d
Matth. 25.c
Psal. 109
1. Cor. 15.d
Phil. 2.c
Psal. 13.d

A dixi in exceſſu mentis meæ, omnis homo mendax. Aut enim uerum eſt hoc quod dixit, aut falſum. Si omnis homo mendax eſt, ergo mendax eſt & ipſe qui loquitur. Si aũt mẽdax eſt & ipſe qui loquitur, ne hoc quidem quod ait uerum eſt, omnem hominẽ eſſe mendacem. Porrò ſi uera ſententia eſt, omnes ſic accipiẽdi ſunt, ut ſupra diximus, q̃ magna pars hominũ mentiatur. Scribit & alibi Apoſtolus, docentes omnem hominem: & rurſum, commonẽtes omnem hominem, non q̃ oẽs hoĩes docuerit: quanti enim ſunt qui uſq; hodie nec doctrinam apoſtoli audiere, nec nomen: ſed quod eos omnes doceat & admoneat, q̃ in eccleſia ſunt, & cupiunt ſcire quæ dei ſunt. Sequitur: Plenitudo eius qui oĩa in omnibus adimpletur. Quod quidem ſic accipiendum, quemadmodũ & illud: Tunc ſubijcietur ei qui ſibi ſubiecit omnia, ut ſit deus omnia in omnibus. Nunc eñ deus per partes in ſingulis eſt: in alio iuſticia, in alio caſtitas, in alio temperantia, in alio ſapientia, in alio fortitudo, & difficile eſt etiam in ſanctis uiris atq; perfectis omnes pariter eſſe uirtutes. Cum aũt in fine rerum & conſummatione mundi, ei fuerint uniuerſa ſubiecta, adimplebitur omnia in omnibus, ut iuxta id quod deus eſt cunctis uirtutibus plenus, omnia in omnibus adimpleatur: & ſint uniuerſi habentes omnia, quæ ante ſinguſa ſinguli poſſidebant. Sed & hoc quod ait: Et ipſum dedit caput ſuper omnia eccleſiæ quæ eſt corpꝰ ipſius: plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur, non ſolum hominũ, ſed etiam angelorum cũctarumq; uirtutũ & rationabilium creaturarum eccleſia intelligi poteſt. Necnõ & hoc: Qui omnia in omnibus adimpletur, nequaquam ita ut reſonat accipiendum, non enim ait: Qui omnia in omnibus adimplet, ſed qui omnia in omnibus adimpletur. Siquidem aliud eſt implere, aliud impleri, quia in altero agentis, in altero patiẽtis eſt uerbum. Sicut ergo adimpletur imperator, ſi quotidie eius augeatur exercitus, & fiãt nouæ prouinciæ, & populorum multitudo ſuccreſcat: Ita & dominus noſter Ieſus Chriſtus in eo quod ſibi credũt omnia, & per dies ſingulos ad fidẽ eius ueniunt, ipſe adimpletur in omnibus: ſic tamen ut omnia adimpleatur in omnibus, id eſt, ut qui in eum credunt, cunctis uirtutibus pleni ſint, & iuxta euãgelium faciant eum proficere ætate, ſapientia & gratia, non ſolum apud deum, ſed & apud homines.

Cap. II

ET uos cum eſſetis &c.] Anteq̃ de ſingulis uerborum ſenſibus diſputemꝰ, uidetur ita nobis lectionis ordo reddendus: Et uos cum mortui eſſetis delictis & peccatis ueſtris, cõuiuificauit Chriſto deus qui diues eſt in miſericordia, propter multam charitatẽ ſuam qua dilexit nos: & cum eſſemus mortui delictis, in quibus aliquando ambulauimus, ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principẽ poteſtatis aeris, ſpiritus qui nunc operatur in filijs diffidẽtiæ, in quibus & nos omnes conuerſati ſumus aliquando in deſiderijs carnis noſtræ, facientes uoluntates carnis & mentium, & eramus natura filij iræ, cõuiuificauit nos Chriſto: ut ἀπὸ κοινοῦ, ſubaudiatur quaſi bis dictum, & nos conuiuificauit Chriſto. Coniunctionem uero cauſalẽ in eo loco in quo ait: Deus autem qui diues eſt ĩ miſericordia, arbitramur aut ab indoctis ſcriptoribus additam, & uitium inoleuiſſe paulatim: aut ab ipſo Paulo qui erat imperitus ſermone, & nõ ſcientia ſuperflue uſurpatam. Manifeſte autem mors animæ dicitur eſſe peccatũ, ex eo q̃d ait: Et uos cum eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris, iuxta illud quoq; quod in Ezechiel ſcriptũ eſt: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et quia delicta quæ græcé παραπτώματα nuncupantur: iuxta eiuſdẽ linguæ etymologiam proprie uerbum eſt ſcripturarum, licet delicta πλημμέλειαι rectius transferantur: Quærimus quid ſignificent, quibue diſtent à peccatis: id eſt, quid interſit inter παραπτώματα καὶ ἁμαρτίας. Aiũt enim q̃ παραπτώματα, quaſi initia peccatorũ ſint, cum cogitatio tacita ſubrepit: & ex aliqua parte cõniuẽtibus nobis, nec dum tamẽ nos impulit ad ruinã. Vnde & in XVIII. pſal. ſcribitur: Delicta, hoc eſt, παραπτώματα, quis intelligit, quia ſcilicet difficile ſit radices & initia intelligere peccatorum. Peccatũ uero eſſe, cum quid opere conſummatũ peruenit ad finem. Quærimus quoque quid ſit, in quibus aliquando ambulaſtis ſecũdum ſeculum mundi huius: utrum nam & aliud ſeculum ſit, quod nõ pertineat ad mũdum iſtum, ſed ad mundos alios, de quibus & Clemens in epiſtola ſua ſcribit: Oceanus & mũdi qui trans ipſum ſunt? An unus iſte mũdus ſit, qui ab initio ſeculi quo factus eſt Adam uſq; ad terminum ſuum uoluatur & tranſeat. Vel certe mundus alio nomine appelletur princeps aeris huius, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Scribit & ad Galatas: Vt eruat nos de præſenti ſeculo neq̃. Et in hac eadem epiſtola: Redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt. Et dies Iacob modici dicũtur & peſſimi: ſiue quod tempus uitæ iſtius per q̃d clauſi tenemur in ſeculo graue ſit & laborioſum: ſiue quod ipſe ſatanas mundi huius, ut ſupra diximus, & ſeculi uocabulo nuncupetur. De quo ſtatim in ſequentibus, ſecundũ principem, inquit, poteſtatis aeris ſpirituꝰ qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Princeps quippe aeris, & ſpiritus poteſtatis qui in aere iſto eſt, diabolus intelligitur: qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. In his eñ qui domino credunt non poteſt operari. De quo & infra ait: Non eſt nobis pugna aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſum principatus & poteſtates, aduerſus rectores tenebrarũ iſtarũ, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Non quo diabolus & ſatellites eius qui per mundũ iſtum uagãtes peccata hominibus inſinuãt, in cœlo uerſari queant, de quo ob ſua merita corruerũt: ſed cœlũ dicitur aer iſte qui ſupra nos eſt, iuxta illud ſaluatoris eloquium: Conſiderate uolatilia cœli, & cætera. Manifeſtum quippe eſt quod uolatilia non per cœlũ uolitent, ſed per aerem. Sequitur: In quibus & nos omnes conuerſati ſumus aliquando in deſiderijs carnis noſtræ, facientes uoluntates carnis & mentiũ. Quod ait, in quibus, ad delicta referendũ eſt. Superiꝰ enim quia duo pariter poſuerat: Et uos cũ eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris: & ad peccata retulerat dicẽs: in quibꝰ aliquando ambulaſtis: ad delicta uero nihil tale uidebatur ſecutum q̃d ſenſum poſſit explere: nũc ait, in quibus delictis & nos oẽs cõuerſati ſumus, ſimulq; ne in eo q̃d dixerat: & peccatis ueſtris in quibus aliquãdo ambulaſtis, ſe per ſuperbiã à peccato uideretur excipere, adiunxit, in quibus & nos oẽs cõuerſati ſumus. Qui aũt conuerſatũ eſſe ſe dicit, de præteritis delictis & nõ de præſentibus confitetur. Cõuerſati ſumus, inquit, aliquãdo, non in uno deſiderio, ſed in deſiderijs carnis noſtræ. Caro quippe deſiderat aduerſus ſpiritũ, & ſpiritꝰ aduerſus carnẽ. Faciẽtes nõ unam uoluntatẽ carnis, ſed plures, & nõ ſolũ uoluntates carnis, ſed etiam mentium. Pro quo in Latinis codicibus habetur, cogitationum. Inter peccatum autẽ carnis & mentiũ, hoc eſſe puto, quod carnis peccatũ, eſt impudicitia atq; luxuria, & ea quæ per miniſteriũ eiꝰ in libidinibus ex-

C Ezech. 18. a

Col. 3. c

1. Cor. 15. c

B

D

Gal. 1. a

Gen. 47. c

Matth. 6. d

Gal. 5. c

A nibus explentur. Mentium uero delictum, ad dogmata pertinet cõtraria ueritati & hæreticam prauitatem, ita ut possimus dicere plerosque hæreticorum, quanq; hoc rarum sit, uoluntates mentiũ facere, & non uoluntates carnis: & multos contra ecclesiasticos, carnis & non mentiũ facere uoluntates, & esse plures qui & carnis & mentiũ pariter faciãt uolũtates. Hæc autem diximus, non quo & hæretici carnis non faciant uoluntates: plura quippe apud eos corporis sunt uitia q̃ apud nostros. sed ut exemplo posito, facilius qd̃ uolebamus possit intelligi. Et eramus, inquit, natura filij iræ sicũt & cæteri. Respondeant hæretici qui diuersas naturas esse cõtendunt, quomodo Paulus, quem utique spiritualis naturæ esse nõ dubium est, fuerit natura filius iræ, sicut & cæteri qui adhuc in errore sunt positi. Nos uero dicimus esse primum omnes homines natura filios iræ, uel propter corpus humilitatis corpusq; mortis, & quod ab adolescentia mens hominum apposita sit ad maliciã. Vnde & Salomon ait: Non
Eccẽs.7.c est iustus in terra qui faciat bonum & nõ peccet. Vel qd̃ ex eo tempore quo possumus habere noticiam dei, & ad pubertatem uenimus, omnes aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccemus. Eramus igit̃ natura filij iræ sicut & cæteri, & omnes sancti qui ab ira sanguine Christi redempti sunt. Si enim Paulus qui iuxta iusticiam quæ in lege fuit, irreprehensibiliter est conuersatus, dicit se naturam fuisse filium iræ: cur timeamus etiam retro sanctos uiros filios iræ fuisse testari. De quibus omnibus uere dici possit: Cum autem uenit mandatum, peccatum reuixit: ipsi uero mortui sunt. Filius autem iræ sic accipiẽdum, ut filius perditionis, filius iniquitatis, filius mortis. Non
B quo aliqua ira, mors, iniqtas & perditio subsistat in natura sua quæ filios habeat: sed quo filij dicantur eius rei quæ operetur in singulis: Sicut filij appellantur gehennæ, qui gehennæ ignibus consumendi sunt. Alius iræ filios sic uocatos putat ut filios diaboli. Diabolus em̃ perditio est & ira & mors. Deuorauit mors inualescẽs, & nouissimus inimicus destruetur mors. & ad ipsum diabolum, perditio factus es. Factus inquit propria uolũtate, nõ ab initio sic creatus. Quomodo igitur mors dicitur, ex eo quod inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & per illũ sunt mortui qui ante uiuebant: & perditio, quod perdat quoscunq; deceperit: Sic & ira dicitur propter eam quam exercet aduersum hominem feritatem. Sunt qui illud in Regnorum libris quãdo Dauid numerauit populum Israel, iram in se dei prouocãs, scri-
2.Reg.24.a ptura dicente: Et apposita est ira dei succendi in Israel, & incitauit Dauid dicẽs: iram domini diabolum significare putẽt: etenim iuxta græcæ linguæ proprietatem non dixit genere fœminino ira dei λύσσα, hoc ẽ quæ diceret: sed ira dei λύσσων, id est, qui diceret, genere masculino: mittit siquidem dominꝰ iram & furorem suum per angelos pessimos. Deus ergo qui dives est in misericordia, & dives propter charitatem suam qua dilexit hominum genus, & charitatem non simplicem, sed multam, cum esse mus mortui, ꝓpter delicta nostra, uiuificauit nos: & non solũ uiuificauit, parum quippe hoc erat bonitati & magnitudini eius, sed uiuificauit cum Christo Iesu, unã atque eãdem nobis tribuens uitam habere cum Christo. Quidam pro eo quod nunc exposuimus: Et eramus natura filij iræ, pro natura, prorsus siue omnino, quia uerbum φύσει ambiguum est, transtulerũt. Quod & si sic so-
Rom.8.d net, iuxta ea quæ diximus, exponẽdum est. ¶ Gratia saluati estis.] Si non sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, gratia magis sumus q̃ opere saluati. Nihil enim possumus domino retribuere pro omnibus quæ retribuit nobis.

b ¶ Et coexcitauit simulq; fecit sedere in cœlestibus in Christo Iesu.] Supra dixerat, q̃ suscitauerit deus Chri- C
stum à mortuis, & sedere fecerit ad dexterã suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem, & uirtutem, & dominationem: & omne nomen quod nominatur nõ solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: Nunc uero addidit, qa & nos suscitauerit cũ eo, & sedere fecerit in cœlestibus ad dexteram suam. Quæritur ergo quomodo deus qui nos saluos fecit & suscitauit, simul fecerit sedere cum Christo. Et quidem qui simplicius est responsurus, hoc asserit, quod iuxta præscientiam dei id quod futurum est, quasi factum esse iam dixerit. Et quia
Psal.21.d mos iste sit scripturarũ, ut interdum futura, tẽpore præ-
Esa.53.c terito declinentur: Verbi causa, de cruce domini: Foderunt manus meas & pedes. Et alibi de passiõe eius: Quasi ouis ad uictimã ductus est, & adhuc de iniurijs flagellorum: Liuore eius nos sanati sumus. Et alibi: Ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortem. Hoc aũt ideo, ne quia futura semper incerta sunt, hominũ spes fluctuet & uacillet, ea quæ deus futura cognouit, apud quem nihil ambiguũ est, quasi iam facta memorantur: Vt quia præterita secundum philosophos quoq; fieri infecta non possunt, qui audierint, quasi iam facta habeant quæ futura sunt. Alius uero qui resurrectionem & regnũ Christi spiritualiter intelligit, non deliberauit dicere, iam sanctos sedere & regnare cum Christo: Quomodo enim nequaquam in carne sanctus est cum uiuat in carne, & habet conuersationem in cœlestibus cum gradiatur in terra: & caro esse desistens, totus uertatur in spiritũ: Ita eum
Luc.17.c in cœlestibus sedere cum Christo: Regnum quippe dei
Matth.6.c intra nos est: & ubi fuerit thesaurus noster, ibi erit & cor
D nostrum: firmiq; & stabiles sedemus cũ Christo, sapientia, uerbo, iusticia, ueritate. Potest autem & hoc dici, quomodo arrabonem spiritus sancti accepimus, necdum totam eius plenitudinem consecuti: sic & sedere nos cum Christo atq; regnare, necdũ perfectam sessionem in cœlestibus obtinentes. c Vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.] Quanta sit beneficij magnitudo, & q̃ multiplex gratia qua nos dominus de seculi isti us pturbationibus liberatos sedere fecit & regnare cum Christo, hinc uel maxime cõprobatur: q̃ in futuris seculis, non uno sed omnibus, suã cunctis rationabilibꝰ creaturis super nos ostensurus est gloriã, suasq; diuitias mõstraturus: Quod nos qui quondam lege tenebamur inferni, & propter uitia atq; peccata, ut operibꝰ carnis, ita eramus & supplicijs destinati: nunc in Christo regnemꝰ sedeamusq; eum eo. Sedeamus autem nõ in humili quo cũq; loco, sed super omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Si enim Christus suscitatus à mortuis sedet ad dexteram dei in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem & uirtutem, & cætera: & nos sedemus regnamusq; cum Christo: necesse est ut super his quæ sedet ille, sedeamus. Sed qui diligens lector est, statim requirit & dicit: quid ergo, maior homo angelis & cunctis in cœlo potestatibus? Quod quia periculosum est respondere, principatus & potestates & uirtutes & dominationes, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: maxime quia omnia Christi subiecta sunt pedibus, non ad bonam partem, sed ad cõtrariã referet: ut dicat eas esse angelos refugas, & principẽ mundi istius, & luciferum qui mane oriebaṫ: sup quibus sancti cũ Christo in fine sessuri sunt: illis quoq; tribuentes beneficiũ, qui nunc infreni & male libertate sua abutẽtes passim uaganṫ, & per præcipitia corruunt peccatorũ. Cum autẽ tales habuerint sessores, iuxta se-

A iuxta ſedentiũ uoluntatẽ incipiẽt gubernari. Alius uero hoc quod ait, ut oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſupra nos, in Chriſto Ieſu, ad illam intelligentiã transferet, quod non ſimꝰ merito noſtro, ſed gratia eius ſaluati, & maioris bonitatis indiciũ ſit pro peccatoribꝰ magis q̃ pro iuſtis mori. Pro bono em̃ forſitã quis audeat interire, & daturus nobis ſit, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quæ omnia ex parte iam dederit in Chriſto Ieſu, qa nullũ abſq; Chriſto bonum dici poteſt.

a ¶ Gratia enim eſtis ſalui facti per fidẽ.] Ideo, inquit, abũdantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate in ſuperuenturis ſeculis oſtenſurus eſt, quia gratia ſalui facti eſtis per fidẽ, non per opera. Et hæc ipſa fides nõ eſt ex uobis, ſed ex eo qui uocauit uos. Hoc autem ideo, ne forſitã nobis cogitatio occulta ſubreperet, ſi per opera noſtra ſaluati nõ ſumus, certe uel per fidem ſaluati ſumus, & alio genere noſtrum eſt quod ſaluamur. Addidit itaq; & dixit: fidem quoque ipſam non noſtræ uoluntatis eſſe, ſed dei muneris. Non quod liberum homini tollatur arbitriũ, & ſecundum il-
Rom.9.c lud Apoſtoli ad Romanos non ſit currentis neq; uolentis, ſed miſerentis dei: uerum quod arbitrij ipſa libertas deum habeat autorem, & ad illius beneficiũ cuncta referantur, cum etiam nos bonum nos uelle ipſe permiſerit.

B Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur à ſemetipſo, & non à deo ſe eſſe ſaluatum. b ¶ Ipſius enim ſumus factura creati &c.] Reddidit cauſas quare gratia ſaluati ſumus per fidem, & hoc ipſum non ex nobis, ſed ex munere dei, dicens: Ipſius enim factura ſumus: hoc eſt, quod uiuimus, quod ſpiramus, quod intelligimꝰ, & credere poſſumus, ipſius eſt, quia ipſe conditor noſter eſt. Et diligenter obſerua, quia non dixerit, ipſius figuratio ſumus atq; plaſmatio, ſed ipſius factura ſumus. Plaſmatio quippe originem de terræ limo trahit. Factura uero iuxta ſimilitudinem & imaginem dei ſumpſit exordiũ. Quod in centeſimo quoq; octauodecimo pſalmo ſimul poſitũ diuerſa ſignificat: Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me. Factura primum locum tenet, deinde plaſmatio. Et quia creationis & conditionis nomen ad magna ſemper ſolet opꝰra copulari, uerbi cauſa: illa urbs cõdita eſt, & ab initio creatus eſt mũdus, & unuſquiſq; ſanctorũ per uaria dogmata atq; uirtutes, in ſemetipſo mundus eſt totus, propterea nunc creati in Chriſto dicimur: & creati in operibus bonis, ſiue quæ ipſi fecimus, uel facturi ſumus: ſiue in alijs creaturis ad quæ noſtra conuerſatio trãſferenda eſt, ut quæ præparauit deus in illis ambulemꝰ, ſpe magna iam nobis data, dum in his ambulaturi ſumus quæ deus magnopere præparauit. Et quia ſemel ad nomen creaturæ uenimus, & ſapientia in prouerbijs Salomonis dicit ſe creatam initiũ uiarum dei: multiq; timore ne Chriſtũ creaturam dicere cõpellantur, totum Chriſti myſteriũ negant, ut dicant, nõ Chriſtum in hac ſapientia, ſed mundi ſapientiã ſignificari: Nos libere proclamamus non eſſe periculũ curã dicere creaturam, quem uermem & hominẽ & crucifixum & maledictionem, tota ſpei noſtræ fiducia profitemur: maxime cum ex duobus uerſiculis qui præcedunt, ipſa ſapientia promittat ſe eſſe dicturã quæ poſt ſecula ſunt. Cum aute ſe-
Prou.8.c cula Chriſtus fecerit, & quæ deinceps loquit, ea ſint quæ poſt ſecula dicturã eſſe promiſerit: ad incarnationis myſterium, nõ ad naturam dei referenda ſunt quæ ſequun-

ſto Ieſu. Grãtia enim eſtis ſalui facti per fidem, & hoc non ex uobis, dei enim donũ eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius em̃ ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Prõpter quod memores eſtote, quia aliquando uos gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ appellatur circunciſio in carne manu facta, quoniam eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & peregrini teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habentes, & ſine deo in mundo.

tur: licet in Hebræis codicibus nõ habeatur: dñs creauit c
me initiũ uiarũ ſuarũ: ſed dñs poſſedit me. Inter poſſeſſionem aũt & creationẽ multa diſtantia eſt, quia qui poſſidetur, is utiq; qui eſt atq; ſubſiſtit, & eſt prius, poſſidetur. Creatur uero ille qui nõ erat anteq; fieret: aut certe de eo qd' erat, trãſfertur ī aliud: ſicut & nos nunc creati dicimur in Chriſto Ieſu. Creati utiq;, nõ quia ante non fuimus, ſed creati in operibus bonis. Qd' Dauid quoque in pſalmo L deprecatur, dicens: Cor mundum crea in me deus. Et certe mũdũ cor ante peccatũ habuerat, quando de eo dñs loquebat: Inue- Pſal.88.d
ni Dauid filiũ Ieſſe ſecundũ cor meum: ſed ut ibi creatio inſtaurationẽ ſonat: ita & ī nobis & in Chriſto per ſingula opera & ꝓfectus, creatura atq; cõditio accipi poteſt, ut quotidie in credentibus qui uarie ſecundũ merita diuerſa mõtes dicuntur, & ualles & colles atque cãpeſtria: Chriſtus creatꝰ, natus & cõditus ſit. c ¶ Propter quod &c.] Gentes Epheſios in carne uocans, oſtendit in ſpiritu eſſe nõ gentes: ſicut ecõtrario Iudei in ſpiritu gẽtes ſunt, & in carne Iſraelitæ. Quadrifariã igitur Iudæi diuidũtur & gentes. Alij ſunt in carne circũciſi & in ſpiritu, qualis fuit Moyſes & Aaron, apoſtoli, & Nathanael, cuius occultũ Iudaiſmum dñs intuens ait: Ecce uere Iſraelites in quo dolus nõ eſt. Alij q nec carne nec ſpiritu circũciſi ſunt, qualis fuit Nabuchodonoſor & Pha- Ioan.1.g
rao, & hodie barbararũ & Romanarum gentiũ multitu- D
do quæ nõ credunt in deũ. Tertij qui tantũ in carne ſunt circũciſi, & ſpiritum incircũciſum habent, ad quos propheta dicit: Circũcidimini deo ueſtro, & nolite circunci- Hiere.4.g
dere carnem præputij ueſtri. Et alibi: Omnes gentes incircũciſi carne, domus uero Iſrael incircũciſi ſunt corde. Extremi de quibus nunc dicit, quia aliquando uos gentes in carne qui dicebamini præputiũ, ab ea quæ dicitur circũciſio in carne manu facta: qualis hodie uniuerſa eſt turba credentiũ, & totus è gentibus mundus eſt plenus. Ad diſtinctionem igitur ſpiritualiũ gẽtium Iudæorum, Epheſij gentes uocantur in carne, quia ſecundũ ſpiritum Iſraelitæ ſunt. Nam & in alio loco carneum Iſraelem ſcriptura commemorans ait: Videte Iſrael ſecundum car- 1.Cor.10.d
nem, quia in ſpiritu nõ erat Iſrael. Pulchre autem etiam uerba moderatus eſt, qui dicebamini præputium. Dicebamini inquit præputium, nec eratis, ab ea quæ dicitur circũciſio in carne manu facta. Non quo ſit circũciſio, ſed quo ipſa ſibi hoc nomen aſſumat, & ſit uere circunciſio manu facta, non ſpiritu. Simul & illud eſt attendendum quod nos quos ſine Chriſto alienatos quondam à cõuerſatione Iſrael eſſe memorauit, & peregrinos à promiſſionibus & teſtamento dei: nunc poſtquam in Chriſtum credidimus, ſicut repmiſſiones & teſtamenta eius accepimus, ita conuerſationẽ quoque habere dicamur Iſrael, quomodo cõuerſatio uniuerſa legalis expletur in nobis, quia uidelicet lex ſpiritualis eſt, & magis circuncidamur, & ſabbatizemus in ſpiritu, ſpirituales uictimas offerentes: illorũ templo altariq; deſtructis, nos deo fructuum noſtrorum decimas offeramus, nos immolemus agnum immaculatum: & accincti lumbos, expediti paſcha comedamus. Sicut enim circunciſio dicitur in carne manu facta: ita ad diſtinctionem eius intelligitur alia eſſe circunciſio, quæ non fit, ut diximus, manu facta, ſed ſpiritu. Quod autem ait: Spem non habentes, & ſine deo in mundo: Non quo plures deos, antequam in Chriſtũ crederent Epheſij nõ habuerint, atq; uenerati ſint: ſed

A sint: sed quo qui absq; deo uero sit, nullū deum habeat. Et significanter additum est, sine deo in mundo. Habebant quippe deū, quem eos habituros deus ante cognouerat: & apud præscientiam dei nō erant sine deo, sed in mundo erant absq; deo. a ¶ Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis &c.] Deus ubique est, & totus ubiq; est: à quo quis potest separari, cū in eo sint oīa, & ipse per prophetā loquatur: Ego deus appropinquās & nō de lōge: Et psalmista testat: Si ascendero in cœlū, tu illic es: si descendero in infernū ades. Cum igitur in eo sint omnia, procul tamen esse ab impijs dicitur, iuxta illud: Lōge est dominus ab impijs. Iste à quo impij lōge sunt, uicinꝰ est sanctis. Denicq; cum & ab Ephesijs esset procul, in sanguine Iesu ꝓpe eis factus est. Et diligētius intuendū, quod absque cruore domini Iesu nemo appropinquet deo, quia ipse est pax nostra, dicens: Pacem meā do uobis, pacem meam relinquo uobis. Quomodo enim sapientia sapientes facit, & iusticia iustos, & sanctificatio sanctos, & uita uiuētes: sic & ipse pax, nos facit esse pacatos, ut dicamꝰ: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Si autem Christus credentium pax est, quicunq; sine pace est, consequentes non habet Christum. b ¶ Qui fecit utraq; unum & medium parietem &c.] Iste est medius paries & macerla, quæ utrunq; à se populū diuidebat. De quo & in Genesi in partu geminorum obstetrix loquitur: Vt quid propter te dirupta est sepis? Postq; ergo sapiētiam carnis quæ est inimica deo, in sua saluator carne destruxit, & præcepta legalia, euāgelicis dogmatibus commutauit, ut de Iudæo atq; gētili unum populū faceret Christianum, euangelizans nobis qui longe eramus: & reliquijs Iudæorum qui de Israel per apostolos crediderūt, pacem atq; concordiam: tunc accessimus per ipsum ad deum, & unum in spiritu patrem nos habere cognouimus: Completumq; est illud quod in euāgelio dominus loquebatur, dicens: Et fiet unus pastor & unus grex. Et iterum: Et alias oues habeo quæ non sunt de ouili isto, nos significans ex gentibus cōgregandos. Inimicitia autem quæ in saluatoris carne destructa est, etiam per crucem est interfecta. Scriptum est enim, ut reconciliaret utrunque in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitiam in ea: Non ut in Latinis codicibus habetur in semetipso, propter Græci pronominis ambiguitatem: ἐν αὐτῷ enim, & in semetipso, & in ea, id est cruce intelligi potest: quia crux, id est σταυρὸς iuxta Græcos generis masculini est. Lex q̄q; mādatorū subuersa est in dogmatib. postq; circūcisio & sabbatismꝰ q relictus est populo dei, & pascha, & pētecoste, & nō apparere in cōspectu dei uacuū, sunt altius intellecta q̄ resonāt: & ab occidēte litera recedentes, cœpimus uiuificantē spiritum sequi. Quod aūt ait: Veniens euāgelizauit pacem uobis qui lōge, hoc est, gētibus: & pacē his q prope, hoc est Iudæis: uidetur mihi de Esaia alijs uerbis testimonium protulisse, & scripturæ sententia abusum quasi sua. Scriptum est quippe in eo: Vias eius uidi, & sanaui eū, & consolatus sum eum, & dedi ei consolationem ueram: pacem super pacem his qui longe erant & qui prope. Et hæc quidem iuxta uulgatam interpretationē dicta sint. Cæterū qui illud apostoli legit, de Christo memorātis: Pacem faciens per sanguinem crucis suæ, his quæ in terra erant, & his quæ in cœlis, & cætera quæ in eodem dicuntur loco: non putabit nos qui iuxta spiritum Israel uocamur fuisse lōge, & Iudæos, qui tantūmodo Israel nūcupentur in carne fuisse prope. Et hanc totam intelligentiam ad angelos uirtutesq; cœlestes, & ad animas tēperabit humanas, qd Christus in suo sanguine terrena & cœlestia copularit, quæ inter se antea dissidebant: Et bonus pastor morbidam ad montes reuectans ouē, fecerit esse cum cæteris: drachmāq; quæ perierat, drachmis quæ saluæ fuerant, copulauerit: & mādata legalia ad illa retraxerit dogmata, ad quorū typum & imaginem Moyses quæ essent in tabernaculo fabricanda conspexit. Atq; ita fieri, ut crux domini, non solum terræ, sed & cœlo profuerit: non solum hominibus, sed & angelis, & omnis creatura domini sui cruore purgata sit. Quod autem ait: Vt duo cōderet in semetipso in unum nouum hominem: & quod magis uidetur superiori de Iudæis atque gentilibus sensui conuenire: sic suæ intelligentiæ coaptabit, ut dicat hominem iuxta imaginem & similitudinem dei factum, eandem post reconciliationem formam recepturum quam & nunc angeli habent, & ipse perdiderit. Nouum autem hominē esse dicit, qui quotidie renouatur: & habitaturus est in nouo mūdo, quando erit cœlum nouum & terra noua: & bibiturus est calicem lesu nouum in regno dei, & cantaturus canticum nouum, & ueteris & noui testamēti lectione gaudebit. Illud quoque quod alibi scribitur: Ecce facio noua quæ nūc oriētur: sic sentiet, ut principium innouationis in præsenti seculo fieri existimet. Cæterum perfectam consummatāq; nouitatem, necdum in isto putet seculo posse compleri. Et quomodo nūc per speculum uidemus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sic & instaurationē noui hominis tunc plene perfecteq; complendam, cum cœlestia terrenaq; fuerint copulata, & in uno spiritu, & sensu eademq; sententia, accesserimus ad patrem. Nescio quid tale, & in alia epistola, si quis tamen eam recipit, prudentibus quibusq; lectoribus Paulus subindicat dicēs: Hi omnes testimonium accipientes fidei, non retulerunt promissionem, deo pro nobis melius quid prouidēte, ut nō absq; nobis cōsummarentur. Propterea & uniuersa creatura congemiscit nobiscum, qui in tabernaculo isto ingemiscimus, & condolet: qui à timore dei in utero concepimus & dolemus, & præstolamur reuelationem filiorum dei, ut de uanitate seruitutis cui nunc subiecta est, liberetur, & fiat unus pastor & unus grex, & oratio domini cōpleatur dicentis: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. c ¶ Ergo iam non estis peregrini & accolæ, sed ciues sanctorum & domestici dei.] Ad id quod supra dixerat: peregrini testamentorum & repromissionis, nunc respondet: ergo iam non estis peregrini & accolæ. Et ad illud quod præmiserat, alienati à conuersatione Israel, modo reddit: estis ciues sanctorum & domestici dei. Hic locus aduersus eos uel maxime facit, q̄ diuersas naturas nituntur introducere. Quomodo enim pegrini facti sunt ci-

Nūc autē in Christo Iesu uos qui aliquādo eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi, ipse est em̄ pax nostra. Qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in dogmatibus euacuans, ut duo cōderet in seipso in unum nouum hominem, faciens pacem ut reconciliaret utrunq; in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitiā in ea: & ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe eratis, & pacē his q prope, quoniā per ipsum habemus accessum utercq; in uno spiritu ad patrem. Ergō non estis peregrini & accolę, sed ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo oīs ædificatio compaginata, crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu.

Hiere.13.b
Prou.15.d
Ioan.14.d
Psal.119.b
B
Gen.38.g
Ioan.10.c
Esa.57.d
Esa.43.e
Heb.9.d
Matth.6.b
C
D

A sunt ciues sanctorum, & quomodo domestici dei fuerũt quondam alieni à conuersatione Israel: si non potest uel in melius uel in peius natura mutari? Quod autẽ sequitur: Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, magis priori cꝫ secundæ interpretationi conuenit, in qua superius dixeramus, ante passionem Christi uicinum Israel, & gentes fuisse de longe. Hoc testimonio & contra Marcionẽ cæterosꝙ ueteres hæreticos, qui alium legis, alium euangelij prædicant deum, uti possumus. Si enim nequaꝙ peregrini & accolæ, sed ciues sanctorum domestici dei supædificati sunt fundamẽto apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio compaginata, crescit in templum sanctũ in domino, in quo & Ephesij coædificantur in tabernaculum dei in spiritu: unus est deus, unius ædificationis & templi, quod superædificatum est fundamento apostolorum & prophetarũ. Quod si uniuersa ædificatio compaginata, crescit in templũ sanctum domino: omni labore nitẽdum est, ut fiamus illi lapides
Zach.9.d de quibus scriptũ est: Lapides sancti uoluũtur super terram. Et cum fuerimus uiui lapides ex omni parte dolati, leues, politi, nullam habentes scabredinẽ, ædificemur in templum, & fiamus habitaculum deo: Condaturꝙ in nobis arca testamenti custos legis domini, & cherubim sciẽtiæ multitudo, & interiora pectoris nostri in nouum uocabulum trãseant, dicamurꝙ דבר quod nos oraculum siue responsum possumus appellare: & ut contentiosius uerbũ exprimam? ἐ uerbo λαλητήριον, id est locutorium dicere, ut cum Apostolo erumpamus in uocem: An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Potest autem omnis ædificatio super fundamẽtum apostolorum prophetarumꝙ constructa, non solũ nos, sed & cœlestes significare uirtutes, ut uniuersi parie fiãt habitaculum dei in spiritu. Incõgruũ quippe esse aiunt ex hominibus ædificationem compactam atque concordem crescere in templum sanctum in domino, fieriꝙ habitaculum dei in spiritu: angelos aũt & beatas quasꝙ uirtutes, quæ in cœlestib? deo seruiũt, ab hac felicitate alienas existimari. Summus aũt angularis lapis, qui populum utrunꝙ contineat: siue iuxta secundã interpretationem cœlestia iungat atꝙ terrena: Christus est dominus noster, lapis præcisus de monte sine manibus, de quo & psalmista testatur dicens: Lapidem quem reprobauerũt
Psal.117.e ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud. Reprobat? quippe est à pharisæis, qui uidebantur legis habere noticiã, deiꝙ templum legalibus ædificare mandatis: & assumptus à deo in angularem lapidem, ut duos parietes ipse medius cõtineret: & per illum uterꝙ populus ad deum haberet accessum. Iste angularis lapis, non credentibus, lapis offensionis est & petra scandali. Super quem qui ceciderit, quassabitur: super quem uero ipse corruerit, comminuet eum.

Commentarij primi in epistolam ad Ephesios finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM cõmentariorum ad Ephesios, ad Paulam & Eustochiũ proœmium.

B SEcundum orationibus uestris ὁ Paula & Eustochium ad Ephesios aggredimur librum: noua quoꝙ Romam munuscula trãsmissuri. Nõ quod hæc dignetur legere doctorum senatus, & bibliothecis ueterũ asscribere: sed quod sancta Marcella idipsum fieri per epistolas flagitet. Cuius ego quotienscũꝙ studiorum, ingenij, labo D ris recordor, totiens me damno inertiæ: qui in monasterij solitudine constitutus, & illud præsepe cõtra uidens, in quo uagientẽ paruulũ festini adorauere pastores, id facere nõ possum quod mulier nobilis inter strepentem familiã & procurationem domus explet operis succisiuis. Quapropter & illam & uos, & si qui forte lecturi sunt, in cõmune precor, ut sciatis me non cogitatum diu limatumꝙ proferre sermonem: sed ad reuelanda mysteria scripturarũ, uti uerbis penè de triuio, & interdum per singulos dies usꝙ ad numerum mille uersuum peruenire, ut cœpta in Apostolum explanatio, ipsius Pauli, cuius epistolas conamur exponere, orationibus compleatur.

HIERONYMI COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

Cap. III

HIus rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro uobis gentibus.] Quãtum ad cõsequentiam sermonis textumꝙ eloquij pertinet, ad id quod præmisit: Huius rei gratia ego Paulus uinct? Iesu Christi ꝓ uobis gentibus, diligentissime perquirẽtes: nihil qd ei reddiderit, potuim? inuenire. Necꝙ eñ dixit, hui? rei gratia ego Paul? hoc uel hoc feci, uel illud uel illud docui: sed suspensa mente sententia, transgressus ad alia est. Nisi forte ignoscentes ei, quod & ipse
1.Cor.11.b confessus est dicens: Et si imperitus sermone, non tamen scientia: sensuum magis in eo quæramus ordinem quàm uerborũ. Qui sic reddi potest: huius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu & uinctus pro uobis qui estis ex gentibus, cognoui mysterium, ut uobis quoque illud traderem: sicut in hac eadem epistola ante paululũ sum loquutus. Debetis autem audire dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in uobis qui estis ex gentibus, pro quibus & uinctus sum Iesu Christi. Vinctum autem Iesu Christi Paulum esse pro gentibus, potest & de martyrio intelligi, quod Romæ in uincula coniectus, hanc epistolam miserit eo tempore quo ad Philemonem, & ad Colossenses, & ad Philippẽses in alio loco scriptas esse monstrauim?. Vel certe quia in plurib? locis lectum est, uinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clausa teneatur in carcere: Dicim? ꝓpterea Paulũ corporis nexibus coerceri, nec reuerti & esse cum Christo, ut pfecta in gentes per eum prædicatio compleatur: licet quidã alium sensum in hoc loco introducant, quod Paulus prædestinatus & sanctificatus ex utero matris suæ, ad prædicationem gentium antequã nasceretur, postea uincula carnis acceperit. Puto aũt quod & uitiosa in hoc loco elocutio sit. Pro eo enim quod debuit dicere: huius rei gratia ego Paulus uinct? Iesu Christi ꝓ uobis gẽtibus cognoui mysterium

A sterium, sicut & præscripsi in modico, prout potestis legentes intelligere: ait, huiꝰ rei gratia ego Paulus uinctus secundum reuelationem, cognitum factum est mihi mysterium, & reliqua. Si uero quis potest etiã iuxta sermonis & eloquij contextum docere Apostolum fuisse perfectũ, & in artis grammaticæ uitia nõ incurrisse, ille potiꝰ auscultandus est. Nos quotienscũq; solœcismos aut tale quid annotamus, nõ Apostolum pulsamꝰ, ut maliuoli criminãtur, sed magis apostoli asserto/res sumus: quod Hebræꝰ ex Hebræis, absque rhetorici nitore sermonis, & uerborum compositione, & eloquij uenustate, nunquã ad fidem Christi totum mundum transducere ualuisset, nisi euangelizasset eum non in sapientia uerbi, sed in uirtute dei. Nam & ipse ad 2.Cor.2.d Corinthios ait: Et ego cũ uenissem ad uos fratres, ueni non in eminentia uerbi, aut sapientiæ annuncians uobis testimonium dei. Et rursum: Et uerbum meum & prædicatio mea, non in suasorijs sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominũ, sed in uirtute dei. Iste igitur qui solœcismos in uerbis facit: qui non potest hyperbaton reddere, sententiamq; concludere, audacter sibi uendicat sapientiã, & dicit: Quoniam secundũ reuelationem cognitum est mihi mysterium, sicut præscripsi in modico. Vere enim si quis superiora huius epistolæ cõtempletur, uidebit ei reuelata mysteria, quorum partem quandam modicam suo sermone perstrinxit, nõ tam totũ quod nouerat proferens, q; ostendens ex modico quid taceret. Prout pote/

B stis (inquit) legentes intelligere sensum meũ siue sapientiã in mysterio Christi. Hoc est illud quod in præfatione diximus, nullam epistolarũ Pauli tãta habere mysteria, tam reconditis sensibus inuolutam, quos & Apostolus nosse se gloriatur, & nobis indicatos breuiter ostẽdit, ut attentius quæ sunt scripta relegamus. a ¶ Et alijs generationibꝰ &c.] Mysterium Christi quod ex parte supra Apostolus executus est, quomodo alijs generationibus fuerit ignotum, plenius retractandũ uidetur, utrum ne Abraham, Iacob, & Moyses, Esaias & cæteri prophetæ illud ignorauerint an non? A quibus esse prædictum aduentum Christi & uocationem gentium, scriptura commemorat. Abraham quippe uidit diem eius & lætatus Ioan.8.g est, & dicitur ei: Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Et Iacob de eo qui oriundus esset ex Iuda propheti/

Gen.49.b ce loquitur: Et ipse erit expectatio gentium. Moyses quoque maiores diuitias Aegypti thesauris, opprobrium

Esa.7.c Christi arbitratus est. Et Esaias: Ecce (inqt) uirgo in utero concipiet, & pariet. Et alibi: Erit uirga Iesse, & qui surget ad regnandum gentibus, in ipso gentes sperabũt. Et

Psal.21.f ne longum fiat, pauca de psalmis dixisse sufficiat: Et adorabunt in conspectu eius omnes familiæ gentium. Et iterum: Omnes gentes seruient ei. Et adhuc manifestius de populo Israel, & de domino saluatore: Visita uineã istã, & perfice eam quã plantauit dextera tua, & super filium quem cõfirmasti tibi. Cuius etiam corporis dispensatio in consequentibus indicatur: Fiat manus tua super uirũ dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Aut igitur iuxta Mõtanum, patriarchas & prophetas in extasi locutos accipiendum, & nescisse quæ dixerint. Aut si hoc impium est (spiritus quippe prophetarum, prophetis subiectus est) intellexerunt utiq; quæ locuti sunt. Et si intellexerũt, quæritur quomodo nũc Paulus dicat, quod alijs generationibus non fuit notũ, fuisse apostolis Christi reuelatũ. Aut igitur illud est respõdendum, quod caute Paulus signanterq; testatus sit filijs hominum ignotum fuisse mysterium nõ filijs dei, ad quos loquitur: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: Quod c
scilicet hi qui spiritum adoptionis acceperint, de quibus Psal.21.b
patriarchæ & prophetæ fuerunt, dei scierint sacramentum. Aut si hoc non recipitur, & nimium uiolentum & coactum uidetur, illuc sermo transibit, ut dicat non desinite & generaliter dixisse Paulum alijs generationibꝰ ignotum fuisse omnino domini sacramentum: sed sic quomodo nũc reuelatũ est sanctis eius & apostolis, nescisse patriarchas ueteres & prophetas. Aliud est enim in spiritu uentura cognoscere, aliud

modico, prout potestis legẽtes intelligere sensum meũ in mysterio Christi. Et alijs generationibus non fuit notum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius apostolis & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis in Christo per Euangelium: cuius factus sum minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi iuxta

ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes propterea Luc.7.d
maior prophetis omnibus dicitur, quia quẽ cæteri prophetarunt, ipse conspexit, & digito demonstrauit dicẽs: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mundi. Iuxta quem sensum & illud exponi potest: Multi pphetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire Matth.13.b
quæ auditis, & non audierunt. Hæc utiq; uidere & audire cupiebant quæ futura cognouerant. Quod si nescie/bant uentura, quomodo desyderare poterant, quæ penitus ignorabãt? Legimus in Regnorum libris, dominum Salomoni in somnio pollicentem atq; dicentem: Pro eo quod petijsti à me uerbum istud, & non petijsti tibi dies multos, nec postulasti diuitias, nec animas inimicorum tuorum, sed petijsti ut intelligeres, & audires iudiciũ: Ecce feci uerbum tuum, & dedi tibi cor prudẽs, & sapiens sicut tu, non fuit ante te, & post te non surget similis tibi. Et quomodo quidam putant apostolis Christi reuelatũ esse mysterium, quod ignotum fuerit Salomoni, cũ apostolis omnibus sapientiorem fuisse Salomonem: & retro patriarchis uox diuina pollicita sit, qui de se quoque D
ipse loquitur confidenter: Deus docuit me sapientiam, Sap.7.b
& intellectum sanctorum cognoui. Necnon & Dauid de scientia occulti mysterij gloriatur dicẽs: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et ad eum qui sibi de sapientia supplaudebat, deus loquitur per prophetam: Ezech.28.a
Nunquid tu sapiẽtior es Daniele? Aut ille igitur de quo iam supra disseruimus, tenendus est sensus: ita patriarchas & prophetas, ut nunc apostolis reuelatũ est, Chri/ 1.Cor.11.d
sti ignorasse mysterium, quia aliud sit tenere quid manibus, aliud futurũ in spiritu præuidere. Aut dicendum, quomodo non sunt similes facies faciebus, sic nec corda esse cordibus: & iuxta Apostolum diuersa esse charisma/ta: alium habere prophetiam, alium genera linguarum, alium dona curationum, alium operationes & gubernationes, illum esse sapientem, hunc fidelem, istum pollere scientia secretorũ, illum simplici tantum fide esse contentum. Neque enim omnes in exemplum Salomonis de naturis bestiarum & uolucrum, & herbarum similiter sunt loquuti, ut disputarent a cedro Libani usque ad 3.Reg.4.d
hyssopum, quæ exijt per parietem. Ecõtrario Salomon non ita forsitan uiderit ut Moyses omnes species uictimarum & culturæ dei: Nec ei facie ad faciem sit locutus dominus: nec uasorum tantam uel habuerit uel intellexerit supellectilem, quorum typum illi in monte dominus ostendit. Et quomodo patriarchæ & prophetæ habuerunt aliqua quæ apostolos nõ habuisse credendum est: sic econtrario pro opportunitate temporis, & pro euangelij prædicatione, habuerunt apostoli magis notum mysterium Christi. Quod sciũt quidem & iam/ci antiquitus uiri: sed non ita ut apostoli, quibus prædicandi necessitas incumbebat. Quod est autem hoc mysterium quod sicut nunc alijs generationibus nõ fuit reuelatum? Vtique illud quod sequitur, esse gentes cohæredes & concorporales, & comparticipes promissionis in Christo Iesu per euangelium, cuius factus est Paulus minister

A miniſter ſecundum donum gratiæ dei, quæ data eſt ei iuxta operationem uirtutis eius. Scio appoſitionem coniunctionis eius, per quam dicitur, cohæredes, & concorporales & comparticipes, indecorã facere in Latino ſermone ſententiam. Sed quia ita habetur in Græco, & ſinguli ſermones, ſyllabæ, apices, puncta, in diuinis ſcripturis plena ſunt ſenſibus: propterea magis uolumus in compoſitio, ne ſtructura que uerborum, quàm intelligẽtia periclitari. Gentes igitur cohæredes

Rom.8.c

ſunt Iſraeli, ſiue qđ melius arbitramur, Chriſto cohæredes ſunt, ut hæreditas noſtra deus ſit, & cohæredes Chriſti. Quod & in alio loco ſcriptum eſt: Hæredes dei, cohæredes autem Chriſti. Non quod aliqua inter nos poſſeſſio diuidat: ſed quod ipſe dominus ſit hæreditas noſtra

Deut.18.c

atq; poſſeſſio: Dominus quippe, ait, hæreditas ueſtra

Pſal.15.b

eſt. Et alibi: Dominus pars mea, & hæreditas mea. Concorporales autem illud ſignificat: ut quemadmodum in uno corpore plura ſunt membra: uerbi cauſa: oculi, manus, aures, pedes, uenter, & genua: & cum in uno ſint corpore, habeant differentias ſuas: & pro ſe inuicẽ lætentur & doleant: ſic licet diuerſas habeant gratias, hi qui in Chriſto credidere: in uno tamen ſint eccleſiæ corpore conglobati. Et in ſuperioribus quidem duobus uerbis: id eſt, in eo quod ait, cohæredes & concorporales: poterat in uno corpore diuerſum aliquid ſuſpicari. Ex eo autem q̃ addidit: & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu, omnis penitus diuerſitas amputata eſt. Vbi em̃ una comparticipatio eſt, uniuerſa communia ſunt. Pulchre etiam addidit, per euangeliũ: cuius factus ſum miniſter ſecundũ donum gratiæ quæ data eſt mihi, iuxta

B operationem uirtutis eius, ut dei gratiam non ſuum meritum demonſtraret. Sciebat ſe nanque perſequutorem fuiſſe, & Chriſti eccleſiam deuaſtaſſe, ex qua humilitate, arrogantiæ penitus crimen excludit. Super qua non nulli eum reprehendendum putãt, quia ſibi dixerit myſterium reuelatum, quod patriarchis & prophetis fuerit ignotum. Nunquam enim humilitatis diſcipulus, uerbis arrogantiæ intumeſceret: euãgelium cuius miniſter eſt, nõ ſui meriti dicens fuiſſe, ſed gratiæ dei. Qui uolunt prophetas non intellexiſſe quod dixerint, & quaſi in extaſi locutos, cum præſenti teſtimonio, illud quoq; quod ad Romanos in pleriſq; codicibus inuenitur, ad confirmationem ſui dogmatis trahunt, legentes: Ei autem qui poteſt uos roborare iuxta euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti: manifeſtati autem nunc per ſcripturas propheticas, & aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & reliqua. Quibus breuiter reſpondendũ eſt, tẽporibus præteritis tacitum Chriſti fuiſſe myſterium, nõ apud eos qui illum futurũ pollicebantur, ſed apud uniuerſas gentes quib⁹ poſtea manifeſtatum eſt. Et pariter annotandum, quod ſacramentum fidei noſtræ, niſi per ſcripturas propheticas & aduentum Chriſti non ualet reuelari. Sciant igitur qui prophetas nõ intelligunt, nec ſcire deſiderant: aſſerentes ſe tantum euangelio eſſe contentos, Chriſti neſcire myſteriũ, quod temporibus æternis gentibus cũctis fuerit ignoratum. a ¶ Mihi infimo omnium ſanctorum data eſt gratia &c.] Non puto apoſtolum Paulum cum mentis ſuæ concordaſſe ſecreto, ut uere omnibus ſanctis infimum eſſe ſe dixerit: Verbi cauſa, his qui erant in Epheſo, qui in Corintho, qui in Theſſalonica, uel qui in toto orbe crediderãt. Quod cum humilitatis indiciũ ſit, ſe omnibus ſanctis infimum dicere, mẽdacij eſt reat⁹: aliud in pectore clauſum habere, aliud in lingua promere. Reperiendũ ergo eſt argumentum, quo & Paulus uere omnibus ſanctis infimus fuerit, & tamen de apoſtolica non ceciderit dignitate. Loquitur dominus in euangelio ad diſcipulos: Qui uult in uobis maior eſſe, fiat omniũ minor: & qui uult eſſe primus, ſit omnium nouiſſimus. Quod Paulus opere cõplebat dicens: Puto enim quia deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtẽdit, quaſi morti deſtinatos. Omnibus igitur qui ſe ꝓpter Chriſtũ infimos eſſe cupiebãt, apoſtolus Paulus infimior erat, & idcirco maior. Omnibus em̃ inquit, illis plus laboraui: non aũt ego, ſed gratia dei, quæ mecũ eſt. Propter quam humilitatem dum omniũ ſanctorum eſt infimus, data eſt ei gratia hæc in gentibus, ut euangelizaret inueſtigabiles diuitias Chriſti, & doceret diſpenſationem myſterij abſconditi à ſeculis in deo, qui uniuerſa creauit. Si inueſtigabiles diuitiæ Chriſti ſunt, quomodo euangelizantur in populo? Si abſconditũ eſt à ſeculis myſteriũ in deo, qua ratiõe per Paulum profertur in gentes? Sed inueſtigabiles & abſconditũ dupliciter ſentiẽdum. Quod inueſtigabiles ante diuitiæ fuerint, & nũc poſt domini apertæ ſint paſſionẽ. Aut certe quæ natura ſua homini inueſtigabiles erant, hæ deo reuelante ſunt cognitæ. Quia aliud eſt ad ſecretum curioſitate propria peruenire: quod poſtq; inuentum fuerit, deſinit eſſe inueſtigabile: Aliud propria diligentia illud ne quaq; poſſe comprehẽdere, ſed per gratiam cognoſcere dei, quod cum ſcieris, & cæteris quoq; oſtenderis, nihilominus inueſtigabile perſeuerat, dum tibi quantum in te eſt, fuit anteq; oſtenderetur occultũ. Diuitias Chriſti inueſtigabiles, ad ipſum quoq; Chriſtũ loquens pſalmiſta teſtatur dicens: Quam infinita multitudo bonitatis tuæ, quã abſcondiſti timentibus te. Hæ bonitatis eius diuitiæ ab omnibus retro ſeculis abſconditæ fuerunt in deo, qui creator eſt omnium. Vbi ſunt Marcion & Valentinus, & omnes hæretici, qui alterũ mundi, id eſt, uiſibilium, & alterum aſſerunt inuiſibiliũ conditorem? hunc iuſtum eſſe dicentes, illum neſcio quem ſemper ignotũ, tantum bonũ qui pater Chriſti ſit. Ecce deus in quo myſterium Chriſti ab omnibus retro ſeculis abſconditum fuit, creator eſſe omniũ prædicatur. Ex quo oſtenditur idem eſſe deus noui & ueteris teſtamenti. Poteſt aũt myſterium à ſeculis abſconditũ & aliter intelligi, quod ipſa illud ſecula ignorauerint, hoc eſt, oẽs ſpirituales & rationabiles creaturæ quæ in ſeculis fuerunt. Seculũ quippe frequenter pro his qui in ſeculo uerſantur accipitur. Sicut Paulus ad Galatas loquitur dicens: Vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequã. Et in alio loco: Vt oſtẽderet in uenturis ſeculis: pro eo qđ eſt, his omnibus quæ in ſuperuenientibus ſeculis futura erant. b ¶ Vt innoteſceret &c.] Iuxta donũ gratiæ dei, quæ data eſt Apoſtolo, ut euangelizaret inueſtigabiles diuitias Chriſti, & doceret in gentibus myſteriũ quod à ſeculis fuerat ignoratum: idcirco idipſum ſacramentũ ei eſt reuelatũ, ut nõ ſolum gentibus, ſed & principatibus & poteſtatibus per eccleſiã manifeſta fieret multiplex ſapientia dei, quæ iuxta propoſitũ ueterum ſeculorũ olim deſtinata, nunc conſummata uidetur in Chriſto. Si aũt principatibus & poteſtatibus in cœlis quas ſanctas miniſtraſq; dei accipere debem⁹: licet quidam principem aeris iſtius & angelos eius interpretentur: ignota fuit multiplex ſapientia dei, quæ nunc in eis per eccleſiã reuelata eſt: quãto magis patriarchis & prophetis ignota fuit, quos ſupra non ignoraſſe myſteriũ Chriſti, ſed ita ut apoſtolos neſciſſe monſtrauimus? Multiplex quippe ſapientia dei, quæ ſermone græco, ut ita dicam multifaria πολυποίκιλος appellatur, per eccleſiã dei, nunc & principatibus & poteſtatibus reuelata eſt. Quam olim deus futurã in ſua mente decreuerat: & nunc eſſe perfectã, ex eo qđ uidemus, agnoſcimus.

C Matth.20.d

1.Cor.4.b

Gal.1.a

D Pſal.30.e

testatibus in cœlestibus per ecclesiã, multiplex sapiẽtia dei secũdum propositum seculorũ, quã fecit in Christo Iesu domino nostro. In quo hãbemus fiduciã & accessum in confidentia per fidem eius. Prõpter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria

A Crux itaque Christi non solum nobis, sed & angelis cunctisq; in cœlo uirtutibus profuit, & aperuit sacramentũ quod ante nesciebant. Denique ad cœlum cum corpore
Esa.63.a deum reuertentem mirantur & dicunt: Quis est iste qui ascendit de Edom, fuluida uestimenta eius ex Bosor, sic formosus in stola candida? Et in alio loco:
Psal.23.a Quis est iste rex gloriæ? dñs uirtutũ ipse est rex gloriæ. Nõ putemus igitur in ecclesia esse simplicẽ fidẽ, sed multiplicẽ & multifariã esse sapiẽtiam, ut nõ solum uaria sit, sed multa uarietate distincta. Respicis cunas Christi, uide pariter cœlũ. Vagiẽtem in præsepe intueris infantẽ,
Matth.2.c sed angelos simul ausculta laudantes. Herodes persequitur, sed adorant magi. Ignorãt pharisæi, sed stella demonstrat. Baptizatur à seruo, sed uox desuper dei intonantis auditur. Aquis mergitur, sed columba descendit, imò spiritus in columba. Ad passionem uenit, & pati timet, uult trãsire calicem, & Petrum quia calicem timebat, accusat. Quid hac stulticia prudẽtius, uarietate distinctiõ, sapientia obscurius, quam fecit deus in Christo Iesu domino nostro? Licet enim à plerisq; secundũ ordinem iunctura q; sermonis, & ecclesia facta intelligi possit: & πρόθεσις, id est propositio, quam nos genere neutrali in Latino sermone propositũ habemus expressam, tamen sapientia magis in Christo facta potest resonare q; cætera.
2.Cor.1.d Fatuum quippe dei sapientius est hominibus. Quod si in Christo secundũ mysticos intellectus dicitur facta sapientia, intelligãt Ariani frustra se de illo testimonio gloriari, in quo sapientia in initio uiarũ dei creatam se & genitam loquitur & fundatam. Et utiq; iuxta illos si creata est, nata esse non potuit. Si autẽ nata est, quomodo &
B fundata dicitur & creata? 4 ¶ In quo habemus fiduciã & accessum in confidentia per fidem eius.] Nihil nobis ita potest ad deum præbere fiduciam & conscientiæ puritatem, de qua dicitur: Si conscientia nos non reprehenderit, cõfidentiã habemus ad deum, nisi sermo, ueritas, sapientia, iustitia, quæ omnia intelliguntur in Christo. Quomodo igitur hæc nobis tribuunt fiduciam ad deũ: sic & accessum, ut noster ad eũ sensus accedat, & diligentius contempletur: & aliquid sibi de eius maiestate assumat & uendicet, & quasi de radijs solis, calorẽ quendam
Psal.4.b splendoremq; luminis mutuetur & dicat: Signatum est super nos lumẽ uultus tui domine. Magnum est ergo nõ soluũ nos habere fiduciã, sed etiam habere eam in confidentia. Nec tantum habere accessum, sed ut ipse firmior sit accessus, habere illũ in confidentia, cuius fiduciæ atq; accessus, principiũ & origo, fides in Christo est. Qui igitur omnia ratione & ordine facit, iste credit in Christũ sermonem atq; rationem. Qui sapiẽtiam potuerit comprehendere, credit in Christum sapientiã: qui intellexerit ueritatem, credit in Christum ueritatem: qui iuste uixerit, credit in eum iusticiam. Nec opus est plura dicere, cum frequenter mihi necessitas incubuerit de Christo similiter differendi. b ¶ Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis quæ est gloria uestra.] Id quod nunc Latinus trãslator expressit, ne deficiatis, potest iuxta Græci sermonis ambiguitatem? & ita legi, ne deficiã. Vt sit sensus: Propter quod peto ne deficiam in tribulationibus meis pro uobis, & cætera. Hoc est ergo quod Apostolus rogat, & à domino magnopere deprecatur, ne deficiat in pressuris suis. Videbat quippe se de
Rom.15.c Hierusalem usq; ad Illyricum euãgelium prædicasse, isse Romam, ad Hispanias uel perrexisse, uel ire disponere. Totus mundus ad doctrinam ipsius de potestate principis tollebatur: deserebantur idola, & cultoribus templa deserta squalore & sordibus replebãtur. Ob quam causam omnis exercitus dæmonum, omnis turba inimicarum fortitudinum, cõtra ipsum facto cuneo dimicabat, C ut per tribulationes & angustias euangelium Christi desineret prædicare, & lassus aliquando requiesceret. Hoc est itaque quod ait: Peto ne deficiam in tribulationibus meis pro uobis. Totum enim quod patior, quod tribulor, quod coartor, uestræ salutis est causa, dum uobis euangelium annũciare desidero, quæ tribulationes meæ, uestra ẽ gloria. Porrò quasi imperitus locutus est, ut plurali tribulationum numero, gloriam subiungeret singularẽ & diceret: In tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra: propterea quod est, quæ tribulationes sunt gloria uestra: nisi forte quis altius & per Hyperbaton, uel ad fiduciã, uel ad accessum, uel ad fidem hoc existimet esse referendum, & dicat: in quo habemus fiduciam, & accessum, & fidẽ: Quæ fiducia, accessus & fides, uestra est gloria. Sed magis superior sectãdus est sensus. Potest autem secundum id quod Latinus expressit: Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra: illud exponi q; pro Ephesijs petat, ne in pressuris apostoli lassescant atque deficiant. Siquidem & ea quæ sequuntur, huic sensui magis congruunt: Propterea curuo genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtute confortari. Necessariam quippe habebant fortitudinem, ne in tribulationib9 uincerentur. Dicat aliquis: si fuissent Ephesij in angustijs cõstituti, recte Paulus pro eis potuerat deprecari, ne deficerent atq; lassescerent: nunc uero ridiculum est Paulo in tribulationibus posito, rogare eum ne Ephesij in suo labore deficiãt. Sed & ad hanc quæstiunculã dissoluendam, illud sume- D
tur exemplum: Tentationem uestram in carne mea non spreuistis, neq; abiecistis. Ostẽditur siquidem in hoc dicto, q; in carne Pauli alijs sit nata tentatio. Cõsideremus totius mundi homines, & quid in commune de omnibus loquor, eos qui in Christum putãtur credere discutiamus, & uidebim9 hac eos uel maxime quæstione tentari, quare sanctis uiris & deo seruientibus, multa aduersa euenia?t: & contra scelerati, impij, parricidæ floreant, uigeant, sint diuites & potentes. Quorum uerba sub sua
Psal.72.a persona Dauid exprimens ait: Quàm bonus deus Israel rectis corde. Mei uero penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quoniam æmulat9 sum super iniquis, pacem peccatorum uidẽs, & reliqua. Super quæ infert: Ego autem dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & factus sum flagellatus tota die. Non itaq; mirum est si pluribus Paulo angustijs in Epheso & in Asia coartato Ephesij tentabãtur, & habebant necessarium orationum eius auxiliũ, ne deficerent in pressuris eius. Quod autem in Epheso & in Asia fuerit Apostolus plura perpessus, scriptum est quidem & in Actibus apostolorũ, sed magis de ipsius Pauli
1.Cor.15.d epistolis discimus, in quibus ait: Si iuxta hominẽ ad bestias pugnaui in Epheso, q̃d mihi prodest, si mortui non
2.Cor.1.b resurgunt? Et in secunda ad Corinthios: Nolo uos ignorare fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quia super modum, super uirtutem aggrauati sum9, ita ut desperaremus etiam uiuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut nõ confidentes essem9 in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui de talibus mortibus liberauit nos & liberat: speramus autem quia & liberaturus sit. Quantum putas eum tribulationum pondus urgebat ut diceret, qui de tantis & talibus mortibus liberauit nos? Recte igitur petit, ne deficiat fides Ephesiorum in pressuris suis atque angustijs, quas propterea patitur, quia Ephesijs euangelium prædicabat. Quæ quidẽ pressuræ apud incredulos pœnæ sunt, apud fideles

A fideles gloria atque uictoria, quia uicisse est, aduersarijs in angustijs non cessisse. a ¶ Propterea curuo genua.] Quomodo in superioribus demonstratū est, ad effigiem corporalium luminum esse oculos spirituales: sic nunc intelligendum, alia esse exterioris hominis genua, alia interioris. Etenim illud quod dicitur ī Esaia: Esa.35.a Confortamini manꝰ dimissæ, & genua dissoluta. Et in alio loco ipse Apostolus: Philip.2.d Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium & infernorū. Non ad genua corporis, sed ad subiectionem mentis & inclinationem animæ cordisq; obsequium pertinet, terræ se coæquātis, ut psalmista quoq; canit, dicens: Adhæsit pauimento anima mea. Psal.118.d Res enim spiritualis & incorporea anima, rei corporali pauimēto quomodo potuit adhærere? Esto quippe in nomine Iesu flectāt genu terrestria: Nunquid & angelos cæterasq; uirtutes, quæ in cœlestibus perseuerant, possumus affirmare speciem habere corpoream, ut in nomine eius flectāt genu? uel apud inferos animas uinculis corporis liberatas, genu quod non habent esse flexuras? Quomodo igitur quicunque subiectꝰ est saluatori, flectere ei genu dicitur: sic qui peccati seruus est, & habet spiritum seruitutis iterū in timore, genu scribitur flexisse peccato. 3.Reg.19.d Dereliqui ait mihi dominus septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, idolo scilicet atq; peccato. Qui fornicator est, & per lupanaria scortaq; discurrit, libidini flectit genu suū. Qui furiosus, flexo adorat iram genu. Qui mammonam suspicit, & deus eius est uenter, flectit genua auariciæ atque luxuriæ. Et quid me necesse est, singula peragrare? Totiens diabolo flectimus genu, quotiēscunque peccamus. Hæc autem spiritualiter exponentes, non statim iuxta literam orandi consuetudinem tollimus, qua B deū genu posito suppliciter adoramus, & fixo in terram poplite, magis quod ab eo poscimus, impetramus. Act.27.f Legimus enim & Paulum in littore sic orasse, & geniculationes in oratiōe præceptas. Sed sicut illud ædificat simplices, sic ueram geniculationem esse docemus in animo, quia multi corporale flectentes genu, animæ nequaq; poplitem curuauerunt. Et contra, alij erecto deum corpore deprecantes, magis se animo curuauerunt. Porrò qđ sequitur ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, nō ut in Latinis codicibus additum est: ad patrem domini nostri Iesu Christi, sed simpliciter ad patrem legendum, ut dei patris nomen, nō domino nostro Iesu Christō, sed omnibus creaturis rationabilibus coaptetur. Quærendum ergo, quomodo ex deo patre omnis paternitas in cœlis & in terra sit nominata. Et simul anteq; aliquid retractetur: Notandum, q̄ non dixerit, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nata est uel creata, sed ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Aliud est enim appellationē paternitatis mereri, aliud naturæ habere consortium. paternitatē quæ in Græco πατριά, in Hebræo מִשְׁפָּחוֹת id est, Num.1.a cognatio uel familia dicitur, legimꝰ & in Numeris: Tollite, inquit, summā omnis synagogæ Israel, iuxta cognationes & populos, secundum domos paternitatum, iuxta numerum nominū eorum. Et post paululum: Hi sunt electi synagogæ principes tribuum, iuxta paternitates suas duces Israel. Et rursum de tribu Leui: Et locutus est dominus ad Mosen in deserto Sina, dicens: Numera filios Leui secūdum domos paternitatum suarum, secundum populos eorum, secundū cognationes eorum, omne masculinū à mense uno & supra considerate eos. Hæc de populo Israel, & de sacerdotali ac Leuitica tribu. Cæterum mecum ipse pertractans, ubi de gentibus paternitatum uocabulū legerim, nūc interim aliud nō inuenio, nisi uicesimiprimi psalmi testimoniū, in quo scriptū est: Et adorabunt in conspectu eius omnes patriæ gentium.

gloria uestra. Propterea curuo genua mea ad patrē domini nostri Iesu Christi, ex quo oīs paternitas in cœlis & in terra nominatur. Vt det uobis secundum diuitias glo

Et in XCV. & uicesimooctauo: Afferte domino patriæ gentium, afferte dño gloriam & honorem, afferte domino filios arietum. Quomodo ergo deus essentiæ suæ nomen atq; substantiæ, etiam cæteris impertit elementis, ut ipsa quoq; esse dicātur, non quo secundum naturā sint: fuit enī tempus quando uniuersa non fuerunt: & rursum si uoluerit, in nihilū reuertent, sed ut esse dicantur, habent dei bonitate donatū: sic & paternitatis nomē ex semetipso largitus est oīmbus. Quod ut manifestius fiat, scripturarum testimoniū proferamꝰ. Loquitur in Exodo dominus: Ego sum qui sum. Et: Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Exod.5.d Nunquid solus deus erat, & cætera non erant? Vtiq; angeli, cœlū, terra, uel maria, & ipse Moses cui dominus loquebatur, & Israel & Aegyptij, ad quos, & cōtra quos princeps & aduersarius mittebatur, erant. Et quomodo nomen cōmune substantiæ, sibi proprium uendicat deus? Illa ut dixi mus causa, quia cætera ut sint, dei sumpsere beneficio. Deus uero qui semper est, nec habet aliunde principiū, & ipse sui origo est suæq; causa substantiæ, non potest intelligi aliunde habere quod subsistit. Nā & in igni, aliud est calidum, aliud calefactum. Ignis absq; calore intelligi nō potest. Cætera quæ ex igni calefiunt calorē illius mutuātur: & paulatim si ignis abscesserit calore tenuato, redeunt in naturam suam, & nequaq; calida nuncupātur. Iuxta hunc sensum & in euāgelio dicitur ad eum, qui saluatorem non quasi dei filium, sed quasi magistrum bonum putabat: Quid me appellas bonū, nemo est bonꝰ, Luc.18.d nisi unus deus. Et certe terram bonam legimus, & hominem & pastorem bonum, sed nemo iuxta naturā bonus, nisi solus deus. Cætera ut dicantur bona, bonitate illius consequuntur. Sicut ergo solus bonus, bonos facit: & solus immortalis immortalitatem tribuit: & solus uerus, D ueritatis nomen impertit: ita & solus pater, quia & creator est omnium, & uniuersorū causa substantiæ, præstat cæteris ut patres esse dicant. De terrenis cœlestia cōtemplemur: Adam quem primū plasmauit deus, & creator ipsius & pater fuit: certe deo patri scit se debere qđ substitit. Rursum hi qui geniti sunt ex Adam, patrem illū intelligūt, ex quo orti sunt: Vnde & in euangelio secundū Lucam, cum paulatim à Christo, Dauid & Abrahā retrorsum esset generatio supputata, ad extremū scriptura ait: Filij Seth, filij Adā, filij dei, ut paternitatis in terra uocabulum, à deo primum ortum esse monstraret. Quæritur uero quam ob causam & in cœlis ab eo omnis paternitas appelletur. Quomodo nos qui nō sumus de genere Abraham, si fidem illius habuerimus, filij uocamur Abraham, patriarchas quoq; & ꝓphetas: si tamen nos ab eis peccata non separent, nostros patres dicimus: Ita puto & angelos cæterasq; uirtutes habere principes sui generis in cœlestibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim nisi angelorum dici non potest, & dominatio, & principatus, & potestas, nisi inferiores subiectos habeant, nō uocantur. Potest ergo & hoc dici, ex eo q̄ deus pater dñi nostri Iesu Christi iuxta substantiā pater est, & unigenitus non est adoptione filius, sed natura: cæteræ quoque creaturæ, paternitatis nomen adoptione meruerunt. Quicquid autem de patre & filio dicimus, hoc sciamus dictum esse de spiritu sancto. Nam & saluator noster patrem esse se nouit, dicens: Fili, dimittuntur Marc.2.c tibi peccata. Et: Filia, fides tua te saluam fecit. Et: Filioli Matth.9.c mei, adhuc modicum uobiscū sum, & per spiritum sanctum, iusti quiq; adoptantur in filios. Valentinus seculorum suorum parabolas atq; coniugia, ex hoc uel maxime loco cōfirmandas putat: nequaq; intelligēs ut supra diximꝰ, ad similitudinē dei patris, & in cœlo, & in terra, paternitates nō fieri, sed appellari. b ¶ Vt det uobis.] Propterea, inquit, curuo genua mea ad patrem, ad cuiꝰ

A similitudinē omnis in cœlo, & in terra paternitas nomi/
natur, deprecans eum atq; obsecrās, ut tribuat uobis uir
tutem gloriæ suæ, id est maiestatis suæ habere consortiū:
Vosq; roboret atq; cōfirmet per spiritū sanctū, quia nul
la fortitudo absq; spiritu sancto est. Roboret aūt atq; cō/
firmet interiorem ho
minem. Non ēm cor/
poris uires, sed ani/
mæ quærim⁹: nec ex/
teriorē, sed interiorē
hominem cupim⁹ ro
borari, ut postq̄ habi
tauerit Christus in in
teriore homine, in ip/
sius interioris homi/
nis habitet principa/
li, id est in cordib⁹ no
stris: Nequaq̄ per cū/
cta eius mēbra discur
rens, sed in rationabi
li eius habitans, & in
eo domiciliū, sedēq;
suam ponēs. Hoc aūt
totum per fidem fiet,
si credamus in eum:

tias gloriæ suæ uirtute cōfortari per spiritum eius in inte
riorem hominem, habitare Christum per fidem in cor
dibus uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo,
& longitudo, & profundum, & altitudo: Scire etiam su/
pereminentem scientiæ charitatē Christi, ut impleami/
ni in omni plenitudine dei. Ei aūtē qui potest super om
nia facere abundantius cīq; petimus aut intelligimus, se/
cundum uirtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in
ecclesia, & in Christo Iesu, in omnibus generationibus
oseculi seculorum. Amen. Cap. IIII

OBsecrō itaque uos ego uinctus in domino, ut di/
gne ambu/

Quamobrē ait: Habitare Christū per fidem in cordibus
uestris. Habitatio aūt ista quæ per exordiū fidei fabrica/
tur, radices & fundamentū in charitate habet, ut quoniā
1.Cor.3.b dei agricultura sumus, dei ædificatio, omnia in charitate
succrescant atq; ædificentur. Cum aūt radicati & funda/
ti in charitate, in interiore homine habitare Christū tota
mentis fiducia nouerimus: tunc incipiem⁹ cum cæteris
sanctis etiam ad illa nos tendere, ut sagaci animo cōpre/
hendamus, quæ sit latitudo, & longitudo, profundū, &
B altitudo, & non solum hoc, sed etiā supereminentē scien/
tiæ charitatem Christi scire cupiemus, ut postq̄ hæc om
nia fuerint in nobis ordine & ratione completa, tunc im/
pleamur in omnibus plenitudine dei. Latitudinē & lon/
gitudinem, profundū & altitudinē, de corporalibus an/
te discamus, ut per ea ad spiritualia transire ualeamus.
Verbi gratia: sit latitudo cœli istius & terræ: id est, toti⁹
mundi, ab oriente usq; ad occidentē: Longitudo, à meri
die ad septentrionē: Profundū, in abyssis & inferno: Alti
tudo, quæ supra cœlestia sublimatur. Sed quoniā à ple/
risq; iuxta Ecclesiastē cœlum affirmatur rotundū, & in
Eccēs.1.a sphēræ modum uolui: nulla aūt rotūditas, latitudinem
& longitudinē habet, altitudinem quoque & profundū,
sed ex uniuersis partibus coæqualis est: necessitate com
pellimur altitudinē, angelos intelligere superasq; uirtu/
tes. Profundū uero inferos & quæ infra eos sunt. Lōgitu
dinem aūt & latitudinem, media quæ inter superos infe/
rosq; consistunt. Et quia consequens est: aut superis ali/
quem, aut inferis esse uicinū: quæcunq; incipiunt ad me
liora proficere, & ad cœlestia & ad alta cōsurgere, longi/
tudo appellentur. Quæ uero inferiori parti proxima sunt,
& ad uitia delabunt̄, his latitudinis nomen impositū sit.
Lata quippe & spacioſa uia, quæ ducit ad mortem. Hæc
uniuersa & in cruce dñi nostri Iesu Christi itelligi queūt,
Psal.67.d Ascendēs quippe in altū, captiuam duxit captiuitatem,
& descēdit in inferiora terræ. Et post altitudinē & pro/
fundū, in omnē terram exijt prædicatio crucis: Atq; ita
& altitudinem & profundū, & longitudinem & latitudi/
nem tenet. Nec mirū si crux Christi uniuersa possideat:
cum etiam si quis crucifix⁹ fuerit cum Christo, eandem
habeat potestatem. Sciet quippe primū latitudinem ab
inferioribus incipiens, & minora cognoscēs. Deinde lon
gitudinem, eos qui in terra positi ad sublimia & alta festi
nant. Post hæc profundū, aduersarias contrariasq; uirtu
tes, quæ contra nos in hoc mundo bellum gerunt. Et ad
extremū altitudinē, quia postq̄ noticiam earum haben/
tes, fecerim⁹ nobis eas esse sub pedibus: tūc merebimur
ad alta & excelsa cōscendere. Nec putandū in hoc finem
laboris nostri esse, ut radicati & fundati ī charitate, possi C
mus cōprehendere cū omnib⁹ sanctis, quæ sit latitudo,
& longitudo, & profundū, & altitudo; nisi etiā omni stu/
dio nosse cupiamus, eminentē scientiæ charitatem Chri
sti: ut nō simplex charitas, sed supēminēs nota sit nobis:
nec iste sit termin⁹ ha
bere noticiā supemi/
nētis charitatis Chri/
sti, nisi addamus & a/
liud, ut supereminen/
tem charitatē scientiæ
cōsequamur. Ex quo
animaduertendū, qa
grandē & immensam
Christus scientiæ ha/
beat charitatē: id est,
eorū qui se scire desi/
derāt, qui in lege eius
meditantur die ac no
cte: qui uerba uertūt
in opera: & quod ore
meditantur, consum/
mant manu. Qui aūt
talis est, ut dignus sit
p scientiā suam habe
re Christi supeminentē charitatem, ille nihil debet aliud
præter scientiā cogitare. Atq; ita implebitur in omni ple
nitudine dei, non solū in præsenti seculo, sed etiam in fu/
turo, ut qui nunc plenus esse cœpit in studio per lectio/
nem, postea perfectius impleatur, deo qui est plenitudo
omniū se cōpiente. ¶ Ei autem &c.] Ad id qd supra
dixerat: Propterea curuo genua mea ad patrē, ex q̄ ois
paternitas in cœlis & in terra nominat̄, ut det uobis se/
cundū diuitias suas uirtute cōfortari, & reliqua: nunc in
fert: Ei aūt qui potest sup omnia facere abundantius cīq;
petimus, aut intelligimus: hoc ostendens, se quidē iuxta D
imbecillitatem hominis postulasse, quæ eis conducibilia
uidebant̄: cæterum quantū ad rei ipsius pertinet uerita/
tem, plus deū ualere tribuere cīq; rogatur, & spes nostras
uincit effectibus, quia secundū id quod oportet orare ne
scimus: & sæpe contra nos petimus, æstimantes esse ꝓ no
bis. Quāto enim melius erat fornicatori ægrotare, & de/
bilitate torqueri, cīq; Christi templum facere membra me
retricis. Potens est ergo deus non solū super id quod pe/
timus, sed etiā super id quod intelligimus tribuere. Eue/
nit interdū ut sensum nostrum non exprimamus in uo/
cem, & mentem uerba nō explicent: tacito q̄ cogitatu ge
mitibus inenarrabilib⁹, ut ipse Apostolus ait, nescio qd,
quod dicere nō possum⁹, deprecemur. Præstabit igitur
super quam petimus, aut intelligimus, secundū eam uir
tutem quæ operatur in nobis: Vt quomodo nunc nō iu/
xta meritum nostrum, sed supra uota dat nobis aliqua,
quæ nec petere ausi fuimus, nec si petissemus, æstimaui/
mus nos mereri: ita & cætera tribuat, quæ nec mens po/
test cogitare, nec lingua proferre. Ipsi itaq; deo sit gloria,
primum in ecclesia quæ est pura, non habens maculam
neq; rugam, & quæ propterea gloriam dei recipere po/
test, quia corp⁹ est Christi. Deinde in Christo Iesu, quia
in corpore assumpti hominis, cuius sunt uniuersa mem/
bra credentium, omnis diuinitas inhabitet corporaliter.
Quæ quidem gloria non in præsens tantum tempus ex/
tenditur, & futuris seculis terminatur, sed in omnes gene
rationes & seculum seculorum ineffabili æternitate per/
manet, crescit, augetur. Cap. IIII

OBsecro itaque uos ego uinctus &c.] Potest & in Chri
sti uinculis, & in carcere pro martyrio cōstitutus hæc
scribere: melius aūt est, si uinctū domini, in Christi chari
tate dicamus. Cuius rei & Clemens ad Corinthios testis
est scribēs: Vinculū charitatis dei quis poterit enarrare?
Et in primo Regnorum libro legim⁹: Factū est post uer/ 1.Reg.18.d
ba hæc, colligata est anima Ionathæ cū anima Dauid. Et Psal.106.d
ꝓphæta de apostolis: Post te, inquit, sequent̄ uinctis fer/
ro manibus

A ro manibus. Qui enim Christū diligunt, sequūtur eum charitatis uinculis colligati. Est & alia expositio, quæ recipienda sit, necne, erit in potestate lectoris: Vinculū animæ, corpus hoc dici: & quia Paulus ob ministerium euangelij corpus acceperit, cōsequenter Christi uinctus sit appellatꝰ. Corpus hoc uinculum dici, & eos q in corpore uincti sunt, uinctos terræ appellari: Hieremias quoq; in secundo alphabeto testatur, dicens: Vt humiliaret sub pedibus suis omnes uinctos terræ. Et alibi hoc ipsum legimus ex Christi persona, dicentis his qui erāt in uinculis, exite: & qui in tenebris, reuelamini. Esa.49.c Potest quidem uinculū hic peccati, & tenebras ignorantiæ, aduentu & prædicatione Christi propheta ostendere dissolutas. Sed & superior sensus habet locum, q uinculum, corpus sit: & tenebræ terrena hæc habitatio: ubi sunt rectores tenebrarū, & montes tenebrosi, ad quos pedes prohibemur offendere. Quod autē ait: Vt digne ambuletis uocatione qua uocati estis. Digne uocatione ambulare credendus est, qui ingreditur per eum qui dicit: Ego sum uia, & non declinat, neq; ad dextram, neq; ad sinistram: & auertit pedem suū ab omni uia mala, completurq; in eo: A domino gressus hominis diriguntur. Psal.36.c

a ¶ Cum omni humilitate & māsuetudine, cum patientia.] Qui terram & cinerem esse se nouit, & post paululum in puluerem dissoluendum, nunq; superbia eleuabitur. Et qui dei æternitate pspecta, breue & penè ad punctī instar humanæ uitæ spaciū cogitarit, ante oculos suos semper habebit interitum, & erit humilis atq; deiectus.

B Corruptibile enim corpꝰ aggrauat animam, & terrenū hoc tabernaculum, sensum opprimit multa curantem. Sap.9.c Propter quod cum omni humilitate dicamus: Domine nō est exaltatū cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Omnis autem humilitas, nō tam in sermone q̄ in mente est, ut humiles nos esse conscientia nouerit, & nunq; nos uel scire, uel intelligere, uel esse aliquid æstimemus. Mansuetudo quoq; illa est, quæ nulla passione turbat, & specialiter ira & furore non rumpitur. Quam qui habuerit, beatitudinem quæ domini uoce promissa est, cōsequetur, ut possideat terram: id est, imperet corpori suo, domineturq; subiecto, & hæc sit eius prima hæreditas, in carne non carnaliter uiuere. Nōnulli rugata fronte, demisso supercilio, uerbisq; truculentis, autoritatem sibi doctorum & iudicum uendicant. Non quo ipsi dignum aliquid arrogantia nouerint: sed quo simplices quosq; fratrum, sui quædam uideant comparatione nescire. b ¶ Sufferentes inuicem in charitate.] Si quis intelligit quid sit, sufferentes inuicē in charitate, non putabit in sanctos uiros hoc cōuenire mādatū: uerū in eos qui sunt in uirtutum initijs constituti. Sancti quippe non habebunt quod inter se inuicem sufferant: sed hi qui quasi homines aliqua adhuc passione superantur. Nec mirū si Ephesij hæc audiant, cum in multitudine credentium sint aliqui qui ad huc inuicem sufferre se debeāt. Hoc ipsum mihi uidetur Gal.6.d significare & illud quod ad Galatas scribitur: Alterutrū onera uestra portate. Possumꝰ ergo utrunq; testimoniū & aliter interpretari, ut uel alterutrū onera portare, uel sufferre inuicem in charitate, & eos complere dicamus, qui diuites sunt, & inopiam pauperū subleuant. Si quis ægrotāti fratri præbet obsequium, suffert eum in charitate. Si quis in cœlibatu beatam trāsigens uitam, aliū qui & uxorem habet & liberos, & seipsum uix potest pascere adiuuarit, & utcunq; potest, fuerit cōsolatus, alienum onus portasse laudabitur. Est qui matrem uel sororē uiduam cernens egestate tabescere, non potest adiuuare: huic si quis porrexerit manum, sustinuit eum in charitate. Siue autem superiorem sensum, siue posteriorē sequa

gne ambuletis uocatiōe qua uocati estis. Cū omni humilitate & mansuetudine, cum patientia. Sufferentes inuicem in charitate. Soliciti seruare unitatem spiritus, in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus, sicut & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus,

mur: nec peccantem fratrem, nec inopem cōsolatur: qui C non habet charitatem, & cōtemnit uerba Apostoli commonentis: Debemus autem nos qui fortiores sumus, infirmitates imbecillorū portare, & non nobismetipsis placere. Rom.15.a

c ¶ Soliciti seruare unitatem spiritus &c.] Ephesijs qui iam unitatem spiritus sancti fuerāt consecuti, recte dicit: Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Qui eī q̄d habet, seruandi illi solicitudo præcipitur. Qui autē non habet, studium illi ut habere ualeat imperatur. Hic locꝰ uel maxime aduersum hæreticos facit, qui pacis uinculo dissipato atq; corrupto, putāt se tenere spiritus unitatem, cum unitas spiritus, in pacis uinculo conseruetur. Quando enim non idipsum oīes loquimur, & alius dicit: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, diuidimus spiritus unitatē, & eam in partes ac membra discerpimus. Nec statim aliquis illud opponat: Quomodo ergo diuersæ sunt gratiæ, & uaria charismata, cū unitas custodienda sit spiritus. Sunt quidem uariæ donationes, sed in eodē spiritu, & diuersa ministeria, sed idē dominus: & multiplices operationes, sed ipse deus qui operatur omnia in omnibus. Quod autem ait, unum corpus, & unus spiritꝰ, uel simpliciter unum corpus Christi intelligitur, quæ est ecclesia: uel certe quod ex uirgine est dignatus assumere, ne illū quidem putent totiens corporatū, quotiens in ueteri apparuit testamento. Et unus spiritus sanctus, unus quippe largitor, & sanctificator est omnium. Vel certe unum corpus, ad uitam refertur & opera, quæ græce dicuntur πρακτικὸς βίος, & unus spiritus, ad scientiam & contemplationem, quæ proprie uersatur in corde, & ab illis appellatur θεωρία. D Cum ergo membrum quis fuerit ecclesiæ, nec ab uno eius spiritu separatus, consequenter erit in una spe uocationis. Quæritur quomodo una spes uocationis sit, cum apud patrem diuersæ sint māsiones. Ad quod unam spem uocationis, regnum cœlorum, quasi unum bonum dei patris esse dicemus: & in una domo uarias māsiones. Alia 1.Cor.15.c enim gloria solis, alia lunæ, alia stellarū. Aut certe illud subtilius indicatur, quod in fine & consummatione rerū in pristinum statum restituenda sint omnia, quādo omnes unum corpus efficimur, & in uirum perfectū reformamur, & oratio pro nobis saluatoris impleī: Pater da, Ioan.17.c ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & isti in nobis unum sint. Non ignoro in eo quod nunc exposui, soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, spiritū à plerisq; nō sanctum accipi, sed affectum mentis atq; sententiam, iuxta quam omnium credētium erat anima & cor unum. Et ab Apostolo uirgini præcipitur: Vt sit sancta & corpore & spiritu: carnis uidelicet opere, & mentis affectu. Sed & generalis explanatio ad specialem interpretationem trahi potest, quod seruet unitatem spiritus in uinculo pacis, qui non rapiatur omni uento doctrinæ, neque in morem stulti quasi luna mutetur, nunc diabolo seruiens, nunc deo. Habeat uero unum corpus bonorum operum, & semper carnem suam deo templum exhibeat. Et unum spiritū, eadem semper sentiens, in una spe uocationis, ut nequaquā de repromissionibus ambigens, in resurrectione & restitutione omniū solida mente confidat. d ¶ Vnus dominus &c.] Quomodo alia est fides à baptismate, deo & domino: sic baptisma, dominꝰ & deus, alia sunt à tribus singulis, quæ pariter nominantur. Hoc autem dico propter Sabellium, qui eundē deum patrem arbitratur & filium, confunditq; personas, dum eandem diuinitatem in utroq; deprehendit. Ecce manifestissime unus dominꝰ filius, & unus deus pater uocantur. Quod ad Corinthios quoque plenius scriptum est: 1.Cor.8.b Sed nobis unus deus pater, ex quo oīa, & unus domi-

A nus noſter Ieſus Chriſtus, per quem oīa, & nos per ip/ſum. Sicut enim deo patri non adimit filius ne dominus ſit, cum dominus ſolus ipſe dicatur: ita & filio nō aufert pater ut deus ſit, quia pater deus tantummodo nomina/tur. Legimus & in alio loco: Et ſcitote quoniā dominus ipſe eſt deus. Et alibi: Pſal.99.a Deut.6.d Dominꝰ deus tuus, deus unus eſt. Si eī ut exiſtimant Ariani, deus pater ſolꝰ eſt de/us, eadem conſequen/tia, ſolus erit dominꝰ Ieſus Chriſtus, & nec pater erit dominus, nec filiꝰ deus. Sed ab/ſit ut nō ſit uel in do/minatione deitas, uel in deitate dominatio. Vnus eſt do/minus, & unꝰ eſt deus, quia patris & filij dominatio, una diuinitas eſt. Propterea & fides una dicīt, quia ſimiliter in patrem & in filium & in ſpiritū ſanctum credimus, & baptiſma unum. Eodem enim modo & in patrē, & in fi/lium, & in ſpiritū ſanctū baptizamur. Et ter mergimur, ut trinitatis unum appareat ſacramentum. Et non bapti/zamur in nominibꝰ patris & filij & ſpiritus ſancti, ſed in uno nomine quod intelligitur deus. Et miror qua conſe/quentia in uno uocabulo, eodem opere, & eodem ſacra/mento, naturæ diuerſitatem, Arius, Macedonius, & Eu/nomius ſuſpicentur: cōcordante in impietate diſcordia, & creaturæ in filio & ſpiritu ſancto, cœnoſum fontem te/nentes, diuerſos hæreſeos riuulos duxerint. Vnum ba/ptiſma, & contra Valentinum facit, qui duo baptiſmata eſſe contendit: & contra omnes hæreticos, ut ſciant non habere ſe baptiſmata, ſed in una Chriſti eccleſia fontem eſſe uitalem. Poteſt unum baptiſma & ita dici, quod licet ter baptizemur propter myſterium trinitatis, tamen u/ B num baptiſma reputetur. Vnum quoq; baptiſma eſt in aqua, in ſpiritu, & igne. Et de quo dominus loquitur: Ba/ptiſma habeo baptizari. Et alibi: Baptiſmate meo bapti/zabimini. Diuerſitas autem præpoſitionū in quibus di/citur: unus deus & pater omnium qui ſup omnes, & per omnes, & in omnibus, diuerſam intelligentiā ſapit. Su/per omnes enim eſt deus pater, quia autor eſt omnium: Per omnes filius, quia cuncta trāſcurrit, uaditq; per om/nia. In omnibus ſpiritus ſanctus, quia nihil abſq; eo eſt. Nec uero putandū, unum deum & patrem omnium eſſe cōmuniter, ut ſcilicet ad irrationabilia iumenta, nomen patris poſſit aptari: ſed quomodo ſi in decē hominibus, quinq; filijs, & quinque ſeruis pariter dicerem⁹: horum decem, unus eſt dominus, & unus eſt pater: nō utiq; om/nium patrem, nec dominū omnium uocaremus, ſic & in eo quod ait: Vnus deus & pater omniū, aliorum pater, aliorum deus accipiendum eſt. Tale quid de creaturis & de deo etiā Zeno cum ſuis Stoicis ſuſpicatur. Quem ſe/cutus Vergilius ait: Deum nanq; ire per omnes terras q; tractus q; maris, & reliqua. Et: Principio cœlum ac ter/ras camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ, ti/taniaq; aſtra, Spiritus intus alit, totamq; infuſa per ar/tus, Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Quidam hoc quod eſt ſcriptum: Super omnes, & p om/nes, & in omnibus, ad patrem & filiū & ſpiritum ſanctū, ſic æſtimant eſſe referendum, ut ſuper omnia pater ſit, quia autor eſt omnium, per oēs filius, quia per filium creata ſunt omnia: in omnibꝰ ſpiritus ſanctus, ipſe enim credentibus datur, & templū ſumus ſpiritus ſancti, & pa/ter & filius habitant in nobis. a ¶ Vnicuiq; autem no/ſtrum data eſt gratia ſecundū menſurā donationis Chri/ſti.] Licet deus pater ſuper omnia ſit, & per omnes, & in omnibus, tamen gratia iuxta menſuram crēdētibus da/tur. Non quod ad menſuram ſpiritū & gratiam tribuat deus, magnificentiæ enim eius non eſt finis: ſed quod iu/xta menſuram uaſculorum infundat liquorem: tantum muneris largiens, quantum poteſt ille cui donatur acci/pere. Nec enim ad menſuram dat deus ſpiritum, aut po/teſt habere menſuram, q; æqualiter ubique diffuſum eſt. Quod ut manifeſtius fiat, imperfectū licet & nō implens ſimilitudinem, tamen per quod poſſit intelligi quod di/citur, ſumamus exemplū. Mare certe immēſum eſt, & ca/pacitas eius deo ſoli nota: ex hoc ſi qs ue/lit multis hominibus ſecundū id quod ge/ſtare queunt tradere: neceſſe eſt ut ad men/ſuram unicuique tri/buat, & partes eius menſuram recipiant, cuius ſolium immen/ſurabile eſt. Ita & ſpi/ritus ſanctus, immenſus quidem eſt, & nullo fine conclu/ditur, tamē unicuique datur ſecundū quod expedit. Et ſimul notandū q; hæc eadem gratia quæ nunc attributa perhibetur, ſecundū menſuram donationis Chriſti data ſit nobis. b ¶ Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem &c.] Quia ſupra dixerat. Vnicuique aūt noſtrum data eſt gratia ſecundum men/ſuram donationis Chriſti, ut cōfirmaret hæc ipſa dona, quæ poſt paululū quoque enumerat dicens: Et ipſe de/dit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam aūt prophe/tas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros, & reli/qua, à ſaluatore eſſe donata, teſtimonium de ſexageſimo ſeptimo pſalmo aſſumpſit, ut ſciamus illas eſſe manubi/as hominibꝰ diſtributas, quas Chriſtus uictor emeruit. Aſcendens quippe in altum, captiuam duxit captiuita/tem, Nos qui nunc in Chriſto credimus de gētibus con/gregati, cū eſſemus creatura dei, à diabolo capti ſumus, & eius ſatellitibus diſtributi. Venit igiē dominus noſter Ieſus Chriſtus ſecundum Ezechielem, uaſa ſecum capti Ezech.9.a uitatis apportans: & operto capite, ne ab aduerſarijs co/ D gnoſceretur, prædicauit his qui capti erāt remiſſionem: & qui tenebantur in uinculis, ſolutionem: & nos de cate/nis hoſtium, & de compedibus liberauit: ſicut illam in e/uangelio mulierem, de qua ipſe cōmemorat: Hāc autem Luc.13.d filiam Abraham quam ligauit ſatanas iam decē & octo annis, non oportuit ſolui de uinculo hoc in die ſabbati. Liberatos q; nos & per nouam captiuitatem, de captiui/tate ueterē erutos, ſecum duxit in cœlū: & his ipſis quos de inimicorum manu uictor eripuit, diuerſa gratiarum dona largitus eſt. Et eleganter hic poſuit, dedit dona in hominibꝰ, cum in pſalterio ſcriptum ſit, accepit dona in Pſal.67.d hominibus. Verum ibi quia necdum factum erat, ſed fu/turum promittebatur, propterea dicitur accepiſſe. Hic uero cum apoſtolus ſcribit, quia iam dederat, & in uni/uerſo orbe eccleſiæ fundatæ erant: idcirco non accepiſſe ſcribitur, ſed dediſſe. Alij hunc locum ita ediſſerūt, q; ob id dominus noſter Ieſus Chriſtus ad cœlos uictor aſcen/derit, ut inde angelos cæteras q; uirtutes ad cuſtodiā ec/cleſiarum ſuarū mitteret. Et dum indignus ſit locus iſte terrenus, ſublimium poteſtatū habere præſentiam: quo/dāmodo illæ ſuſtinuerint captiuitatē. Ideo enim (inqui/unt) aſcendit in altum, ut captiuās captiuitatē, dona ho/minibus largiretur. Hoc aūt totum ideo Apoſtolꝰ repli/cat, ut quia ſuperius dixerat: Sufferentes inuicē in chari/tate, ſolliciti ſeruare unitatē ſpiritus in uinculo pacis: do/ceret in diuerſis chariſmatibus eccleſiā eſſe concordem, & non ſtatim ſchiſmatū & diſſenſionum occaſionem da/ri, quia ſecundū menſurā donationis Chriſti unuſquiſq; noſtrum accepiſſet dona: Nō eadem, ſed in unū corpus, & in unū ſpiritū omnes uocatos eſſe: id eſt, ut ſicut unus dñs eſt, & una fides, & unū baptiſma, & unꝰ deus pater: ita & nos in charitate idipſum ſimꝰ, in pacis uinculo, ſer/uantes ſpiritus unitatem. c ¶ Quod autem aſcendit quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ.] Qui aſcendiſſe nunc dicitur: propterea aſcendit, quia ante de/ſcenderat: Hoc eī ſonat: quod aūt aſcendit, quid eſt, niſi quia &

una fides, unum baptiſma, unus deus et pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in oīb⁹. Vnicuiq; aūtem noſtrum data eſt gratia ſecundū menſuram do/nationis Chriſti. Prōpter qd dicit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatē: dedit dona in hominibus. Quōd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferio/

A quia & descendit? Requirendum itaq; super eo quod alibi scriptum est: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descēdit, filius hominis, quomodo ascenderit ante descendens. Quando enim hæc loquebatur: post descensionem è cœlis, se quondā ad cœlos ascendisse monstrabat. Iohn.3.b

Necnon & illud pariter retractandū: quomodo ipsa descensio & ascensio sentienda sit: Vtrum nam secundū corpus localiter, an supra corpus spiritualiter, uel certe utroq; modo. Inferiora autem terræ, infernus accipitur: ad quē dominꝰ noster saluatorq; descēdit: ut sanctorum animas quæ ibi tenebantur inclusæ, secum ad cœlos victor abduceret. Vnde & post resurrectionem eius, plurima corpora iustorum in sancta ciuitate uisa sunt. Quod autem infernus in inferiori parte terræ sit, & psalmista testaꝰ dicens: Aperta est terra & deuorauit Dathan, & operuit super congregationem Abyron. Et ipsum in Numerorū libro plenius explicaꝰ. Alio quoq; loco legimus: Veniat mors super eos, & descendant in infernum uiuentes. a ¶ Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.] Nunquid corporaliter omnes cœlos, & uniuersas sublimitates, & cœlorum circulos, quos philosophi sphæras uocant, transiens atq; transcendens, stetit in summo cœli fornice, & ut ipso uerbo utar, aplside? An certe omnia corporalia contemnens atq; despiciens, & æterna contemplans, super cœlos: id est super inuisibilia stetisse credendus est: quod ego melius puto. Descendit ergo in inferiora terræ, & ascendit super omnes cœlos filius dei: ut non tantum legem prophetasq; cōpleret, sed & alias quasdā occultas dispensationes, quas solus ipse nouit cum patre. Neq; enim scire possumus, quomodo & angelis & his qui in inferno erant, sanguis Christi profuerit, & tamen quin profuerit, nescire non possumus. Descendit quoq; ad inferos, & ascendit ad cœlos: ut impleret eos qui in illis regionibus erant, secundū id quod se capere poterant. Ex quo sciendum q̄ anteq̄ Christus descenderet & ascenderet, uacua fuerint omnia & plenitudine illius indiguerint. Hic locus aduersum Hebionē, & photinū uel maxime facit. Si enim ipse est ascendens in cœlos, qui de cœlis ante descēderat: quomodo dominus noster Iesus Christus non ante Mariam est, sed post Mariam? Necnon & contra eos, qui duos filios insano errore confingunt: filiū uidelicet dei, & filiū hominis. Ecce hic apertissime dicitꝰ, qd' ipse sit ascendēs atq; descēdēs. Nec statim ista dicentes, locū alteri hæresi damus: quæ dimidiatā Christi asserit dispensationē: sed sic unum & dei & hominis filiū confitemur, ne dispensationē assumpti hominis, qua saluati sumus, ex parte credētes, in parte truncemus. b ¶ Et ipse dedit quosdam quidem apostolos &c.] Et ex hoc loco manifestissime cōprobatur, patris & filij una diuinitas. Si quidem hoc quod nunc Christus tribuisse describitur: in prima epistola ad Corinthios, deus pater dedisse narratur. Alios enim, ait, posuit deus in ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, & dona sanitatum, opitulationes, gubernationes, genera linguarū. Quod Sabellius non intelligens, patrem confundit & filium, dum eandem operationem esse non putat diuersorum. Et simul notandum, q̄ hic apostolos, prophetas, euangelistas, pastores, & magistros dedisse Christus: ibi uero eosdem pater posuisse memoreꝰ. Posuit itaq; siue dedit pater & filius primo apostolos, secūdo prophetas. Non illos qui futura uaticinentur, quales in ueteri legimus testamento: sed qui infideles & imperitos, arguant atq; di-

Matth.27.f

Psal.105.c
Num.16.e
Psal.54.c

B

1.Cor.12.d

iudicent. Tales quippe prophetas noui testamēti in alia epistola esse definit. Tertio euangelistas, quorum speciosi pedes sunt ad annunciandam pacem. Nec uero putandum quod sicut in superioribus tribus, alios dixit esse apostolos, alios prophetas, alios euāgelistas: ita & in pastoribus & magistris, officia diuersa posuerit: Nō enim ait: alios autem pastores & alios magistros: sed alios pastores & magistros: ut q pastor est, esse debeat & magister: nec in ecclesijs quamuis sanctus sit, pastoris sibi nomen assumere: nisi possit docere quos pascit. Vel certe aliter: ut unus atq; idē præses ecclesiæ, sit pastor & doctor: Pastor ouiū, magister hominū. Homines quippe & iumenta saluos facies dñe. Arbitror hodie quoq; in ecclesijs, quemadmodum propheta & euangelista, pastor quoq; inuenitur & doctor: ita posse & apostolum reperiri: in quo apostolatus signa & indicia compleantur: & è regione esse plurimos tam foris, quàm intus, tam in ecclesia quàm in hæresibus, q pseudoapostoli sint & pseudoprophetæ, & pseudoeuangelistæ, & pseudopastores, & pseudomagistri. Et de hæresib. quidē nulla dubitatio est, quin secundum falsam fidem, falsa uniuersa possideant. In ecclesijs autem nōne uobis uidentur falsi esse pastores: qui non pascunt oues cū disciplina, sed quasi mercenarij nequaquam gregis salutem cogitant: quod errauit non conuertentes, & quod perijt non quærentes: sed tantūmodo de ouibus lac & lanam, cibos uidelicet & uestimēta captantes. Nec uero absq; ordine in hæc putemus apostolum subito prorupisse: uerum quia præmiserat esse deum super omnia & per omnia, & in omnibus, & unicuiq; sanctorum datam gratiam secundum mensuram donationis Christi: nunc addit alios apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, alios pastores & magistros esse in ecclesia distributos: qui necessarij sint ad perfectionem instructionemq; sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: quia cum corpus domini ecclesia sit, & ecclesia de uiuis lapidibus construatur: hi quos supra memorauimus in ecclesia constitutos, id habent operis: ut secundum dispensationem & officia sibi credita, ecclesiam Christi, id est corpus eius ædificent. Si quis igitur non ædificat ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam instruit: ut de subiecto populo, Christi ecclesia construatur: iste nec apostolus, nec propheta, nec euangelista, nec pastor, nec magister est appellandus.

C

2.Cor.11.d

c ¶ Donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filij dei &c.] Quærendum quos omnes dixerit occurrere in unitate fidei: Vtrum nam omnes homines, an omnes sanctos, an certe omnes qui rationis capaces sunt. Videtur autem mihi de omnibus hominibus dicere: quia multi uenti doctrinarū sunt: Et flatu eorum fluctibus concitatis, huc atq; illuc homines incerto cursu, & uario feruntur errore. Vnde omni studio laborandū, primum in fidei occurrere unitate: deinde in eadem unitate, habere agnitionem filij dei. Quorum cum fuerit secura possessio, paruuli esse cessantes, & mensuram interioris hominis recipientes, quæ mensura plenitudinis, mensura Christi est: perfecti uiri uocabulum sortiemur: ita tamen ut ad consummatā ætatem plenitudinis Christi, omnis credentium turba perueniat, & nequaquā in dogmatibus fluctuans, ad instar paruulorū gurgite infidelitatis feratur incerto: dum uenti hincinde perflantes, hæreticorum uidelicet, siue sapientium seculi, diuersæ compugnantesq; rationes, naufragium audientibus aut inferunt, aut minantur: dum alij absq; uoluntate falla-

D

A ciæ,ea tamen quæ falſa ſunt, prædicāt:alij uero omni cal liditate erroris laqueos cōponentes,nos decipere & uin cere feſtināt. Cum aūt occurrerint atq; peruenerint ſan cti in menſuram ſupradicti uiri:tunc intelligentes chari tatem Chriſti,augebunt in eo omnia quæ acceperant ſe mina ueritatis, habē/ tes corporis eccleſiæ caput dñm Ieſum. Quia uero ait: Vt ul/ tra non ſimus paruu li fluctuantes, & reli/ qua:ſe quoq; fluctuā/ tem & paruulum eſſe conteſtans, retractan dum uidetur utrum ne hæc ſecundum hu militatem locutus ſit: An certe ex parte ui/ dens, & ex parte co/ gnoſcens, intellexerit quantum à perfecta abſit ſcientia,& in ue/ ra cōſcientiæ ſuæ uer ba ,pruperit. Si quis igitur uult eum hæc ſecundum humilitatē locutum, illo
1.Cor.13.c utetur exemplo: Quando eram paruulus, loquebar ut paruulus:cogitabam ut paruulus, ſapiebam ut paruu/ lus. Quādo uero factus ſum uir, euacuaui ea quæ erant paruuli. Alius uero ad iſta reſpondeat:cōparatione mul torum, in ætatem perfecti uiri apoſtolum peruenisſe:ad ea uero quæ repoſita ſanctis ſunt,adhuc paruulū nuncu pari:Si quidem omnes apoſtolos qui in Chriſto credāt,
Eſa.8.d paruulos propheta cōmemorat dicens: Ecce ego & par uuli quos dedit mihi deus. Poſt hæc attentius diſſeren/ dum:ne forte uere iuxta humilitatē non ſolum paruulū
B Apoſtolus ſe eſſe dixerit,ſed fluctuantē & omni doctri/ narū flatu in diuerſa raptatū, in fallacia hominū, in ne/ quitia,ad circūuentionis errorē. Qui autē uult hæc eum non de humilitate,ſed de cōſcientia protuliſſe,dicit:Pau lus apoſtolus, homo erat acuti & acris ingenij, & qui ad primos quoſq; diſputantiū conatus, ſagaci mente quæ erant inferēdā,prænoſceret. Videbat igit ſæpe ex utraq; parte ſic dici, & tam ueri ſimilia in rebus contrarijs aſſe/ ri,ut ambigere facerent audientem: idcirco ut homo & adhuc in fragili corpuſculo conſtitutus, circūferebatur quidē omni uento doctrinæ, ſed non elidebatur in ſaxa: nec nauis eius gurgitibus implebatur:Stabat quippe in puppi gubernaculū tenēs,& ſpumātes hæreſeos fluctus, fidei ſecuritate frangebat: Non tamen intrepidus & ſecu rus,nec quietus & placidus,proſpiciebat uentos hincin de perflantes, & ſolicita aure captabat, uincebatq; con/ traria,ſed nō erat illi ſecura uictoria. Quia igitur aduer/ ſariorum uerba,atq; rationes,quibus ueritatem euerte/ re nitebantur: uidebat non facile poſſe ſuperari,& omni calliditate plenas, dialecticæ quoq; imò diaboli arte con textas: ſperabat dei auxiliū, ut omnem deliberationem de mente ſua propelleret, & certe atq; defixe abſq; ulla moleſtia crederet ueritati, & augeret eam in dilectione Chriſti:quem ſciebat & ſui & totius eccleſiæ corporis ca put. Sciendū quod hic locus in Græco manifeſtior ſit, dum autem in latinum è uerbo transfertur ad uerbum, ſenſus ſermonibus inuoluti,obſcurum facere quod dici tur. a ¶ Ex quo totum corpus &c.] In fine rerū,cum deum facie uidere cœperimus ad faciem, & in mēſuram peruenerimus ætatis plenitudinis Chriſti:de cuius ple/ nitudine nunc omnes accepimus: ita ut Chriſtus nō ex parte ſit, ſed totus in nobis, & relictis initijs paruulorū
Zach.6.c creuerimus in eum uirū:de quo propheta dicit:Ecce uir
Ioan.1.b oriens nomen illi.Et Ioannes baptiſta cōmemorat: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt, quoniam ante me e/ rat: tunc in occurſu unius fidei & unius agnitionis filij dei,quem nunc pro uarietate mentium,non una nec ea/

ultra non ſimus paruuli fluctuantes, & circumlati om/ ni uento doctrinæ, in fallacia hominum & aſtutia, ad circumuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate,augeamus in ipſo omnia, qui eſt caput Chri/ ſtus. Ex qũo totum corpus compactum & conglutina/ tum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecun/ dum operationem in menſuram uniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in ædificationē ſui in charita te. Hoc ergo dico & cōteſtor in domino, ut nō amplius ambuletis, ſicut & gētes ambulāt in uanitate ſenſus ſui, obſcurati mente, abalienati à uita dei propter ignoran/ tiam

dem fide & agnitione cognoſcimus:totum corpus quod C prius diſſipatum fuerat,& in diuerſa laceratum,in ſuam compagem iuncturamq; redigetur: ita ut una ſubmini/ ſtratio eadēq; operatio, & unius ætatis cōſummata per/ fectio, totum creſcere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta mēſu/ ram ſuam incremen/ tum ætatis accipiant. Hæc autem tota ædifi catio per quam eccle ſiæ per partes corp9 augetur, mutua in ſe charitate cōplebitur. Totas rationabiles creaturas ſub unius rationabilis anima/ lis intelligam9 exem/ plo,& quodcunq; de huius membris dixe rimus & partib9,hoc ſciamus eſſe referen/ dum ad unamquāq; rationabilem creatu/ ram. Putemus hoc a/ nimal ita per artus,uenas, carnesq; laceratum:ut nec os oſſi hæreat:nec neruus iungatur ad neruū: ſeparatim o/ culi iaceant, ſeorſum nares: manus alium locum teneāt, aliò proiecti ſint pedes, & reliqua membra in hunc mo/ dum inter ſe diſperſa ſint & diuiſa. Finge aliquem ueni/ re tantæ ſcientiæ medicū,qui iuxta fabulas ethnicorum, Aeſculapiū poſſit imitari, & in nouam figurā nouumq; nomen,Virbiū ſuſcitare:hic neceſſe habebit unūquodq; membrum ſuo loco reſtituere, & compagem copulare compagi,& quodā glutino partibus reſtitutis, unū cor/ pus efficere. Hucuſq; nobis una ſimilitudo proceſſerit: D nunc in eandem ſimilitudinem id id quod intelligi uolu mus,aliud trahatur exemplum. Paruulus creſcat,& oc/ culto æuo in perfectam adoleſcat ætatem: ſuum manus augmentū habebit, ſua pedes ſentient incrementa: uen/ ter dum neſcimus,impletur:humeri dum falluntur ocu li dilatantur,& omnia membra per partes iuxta menſu/ ram ſuam ſic creſcunt: ut tamen non ſibi,ſed corpori ui/ deantur augeri. Ita igitur & in reſtitutione omniū,quan/ do corpus totius eccleſiæ nunc diſperſum atq; laceratū, uerus medicus Chriſtus Ieſus ſanatur9 aduenerit,unuſ/ quiſq; ſecundū menſurā fidei,& agnitiōis filij dei: quem ideo cognoſcere dicitur, quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſiuit:ſuū recipiet locum, & incipiet id eſſe quod fuerit: Ita tamen ut nō iuxta aliā hæreſim, omnes in una ætate ſint poſiti:id eſt omnes in angelos reformētur:ſed unumquodq; membrum iuxta menſurā & officiū ſuum perfectū ſit. Verbi gratia: ut angelus refuga id eſſe inci/ piat quod creatus eſt:& homo q de paradiſo fuerat eie/ ctus,ad culturā iterum paradiſi reſtituatur. Iſta aūt uni/ uerſa ſic fient: ut inuicem inter ſe charitate iungantur: Et dum congaudet membrū membro, & in alterius proue ctione lætatur Chriſti corpus,eccleſia primitiuorū habi
Gal.4.d tet in cœleſti Hieruſalem: quam in alio loco Apoſtolus matrem ſanctorū uocat. Idcirco (ut ſupra diximus) hæc apud nos obſcuriora ſunt:quia μεταφορικῶς dicuntur in Græco:Et omnis metaphorā ſi de alia in aliā linguā trās feratur ad uerbū,quibuſdā quaſi ſentibus,orationis ſen/ ſus & germina ſuffocant. b ¶ Hoc ergo dico &c.] Hoc ergo(ait) dico uobis,ò Epheſij:uosq; cōteſtor:ut quia oc curſuri eſtis in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti, non ambuletis ſicut ambulant gentes: quæ idolis ſeruientes, & ſenſu & mente abūtuntur in praua. Quæ cū ideo acce perint animā & intellectū ut cognoſcerent deum, abalie nati ſunt à uia eius, quam aliā abſq; Chriſto non noui/ mus,& in ſui cordis ambulant cæcitate. Atq; utinā pec/ caſſe ſufficeret, & uel ſero agerēt pœnitudinē, dānarētq; uitia quibus iugiter inhiarunt, eſſet remedium reſi/ piſcere

A piſcere poſt errorem. Nunc uero deſperantes, ſe & in ritum irrationabilium beſtiarum, cœno uoraginiq; mergentes, tradiderunt impudicitiæ atq; luxuriæ: operãtes quicquid corpus uoluit, mens deſiderauit, libido ſuggeſſit. Et cũ nihil omnino prætermiſerint quod immundum ſit, hoc totum ſe cere in auaricia: dum nunq; luxuriando ſatiantur, nec eorũ terminum habet uoluptas. Aut certe ultra conceſſam uiri ad fœminã cõiunctionem, ad maiora cõſcendũt maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedẽ erroris ſui in ſemet ipſis recipientes. Vanitas ſenſus, & mentis obſcuritas, bifariam diuiditur, in ſeculi huius negocia, & in ſapientiã ſecularem: quando aut in his quæ mundi huius ſunt & cito tranſeunt, detinemur: aut non profutura cognoſcimus. Nõne uobis uidetur in uanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur: qui phyſicus perſcrutator, oculos trans cœlum leuat, & ultra profundum terrarum & abyſſi quoddam inane demergit: qui iambum ſtruit, qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & congerit, & ut alteram partem tranſeam, qui diuitias per phas & nephas quærit: qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas & opes cõgregat: quas in momento cui ſit relicturus, ignorat: Quod autem ait: qui deſperantes ſemetipſos, id eſt, οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς, multo aliud in Græco ſignificat q̃ in Latino: deſperantes quippe ἀπηλπικότας nominantur. ἀπηλγηκότες autẽ hi ſunt qui poſtquam peccauerint, non dolent: qui nequaq; ſentientes ruinam ſuam, feruntur in pronum, & tanquã beſtiæ
B ferrum uidentes, in mortẽ ruunt. Pone mihi duos in uno uitio deprehenſos: alterũ qui intelligat, plangatq; quod fecit: alterum qui delectetur in ſcelere, & non ſolum non doleat, uerumetiam glorietur, & putet ſe quandã turpitudinum palmam & uictoriam cõſecutum: nõne tibi uidetur ille dolere, & hic penitus nõ dolere? Exprimamus ſi poſſimus uerbũ de uerbo, & dicamus ἀπηλγηκότες, indolentes, ſiue indolorios. Nam & quidam philoſophorum ἀναλγησίαν, id eſt indoloriam prædicauit. Hi qui naturas uarias introducunt, ſciant propterea gentes in uanitate ſenſus obſcuratis mentibus ambulare: quia ignorantiæ ſe & cæcitati dederint. Nemo enim imperitus appellatur & cæcus: niſi is qui cognoſcere poteſt & uidere. Nec dicimus cæcum eſſe lapidẽ, & brutum animal ignorare, quia non ab eo quæritur, nec eius naturæ eſt, ut cognoſcat & uideat. Sin autem in natura gentium fuit, ut dei uitam intelligerent & uiderent: non choicorum & ſpiritualium naturã uaria, ſed uoluntas. Dixeramus ſupra operationem immundiciæ omnis in auaricia: nõ ad auariciã ut ſonat ſimpliciter pertinere, ſed ad libidinem atq; luxuriam: Debemus hunc ſenſum alterius loci teſti
1.Theſſ.4.a monio comprobare. In prima ad Theſſalonicenſes epiſtola ſcribitur: Hæc eſt enim uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos à fornicatione: ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum ſuum uas poſſidere in ſanctificatione & honore: non in libidine deſyderij, ſicut & gentes quæ non nouerunt deum: ut ne quis ſupergrediatur, & circumſcribat in negocio fratrem ſuum: quoniam uindex eſt dominus de his omnibus: ſicut & prædiximus uobis & teſtificati ſumus. Non enim uocauit nos deus in immũdicia,
Eccẽs.35.e ſed in ſanctificatione. Diligenter obſerua: quia ad caſtitatem nos prouocans, & uolens uxoribus tantum eſſe contentos dixerit: Ne quis ſupergrediatur, & circũſcribat in negocio fratrem ſuum, id eſt, ne ſuam coniugem derelinquẽs, alterius polluere quærat uxorem. Vbi nos habemus, & circumſcribat in negocio fratrem ſuũ: in Græco legitur, καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, πλεονεξία

tiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis eorum. Qui deſperantes ſemetipſos, tradiderunt impudicitiæ, in operationem immundiciæ omnis in auaricia. Vos autẽm non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illũ audiſtis, & in illo docti eſtis. Sicũt eſt ueritas in Ieſu.

autem auaricia nuncupatur: quam nos poſſumus uim C
uerbi transferentes, ſic in præſenti loco exprimere, ut nẽ quis ſupergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrẽ ſuum. Quæ enim conſequentia eſt, uel in illo capitulo quod nunc ad exemplum uocauimus: uel in hoc quod principaliter ad Epheſios conamur exponere: inter impudicitiam & immũditiam caſtitatem quoq; & affectum cõiugalem, extraordinarie repente auariciam nominari. Non uobis moleſtum ſit, ſi diu in obſcurioribus immoremur: cauſati enim in principio ſumus, inter omnes Pauli epiſtolas, hãc uel maxime & uerbis & ſenſibus inuolutam. a ¶ Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis &c.] Si omnes qui Chriſtum audire uidentur, audirẽt: nunq; ad Epheſios, & certe illos quibus ſacramenta Chriſti reuelarat, Apoſtolus diceret: ſi tamen illũ audiſtis. Diſcere autem Chriſtum, idipſum eſt, quod noſſe uirtutem: & audire illum, non differt ab eo ſi diceret, audire ſapientiam, iuſticiam, fortitudinem, temperantiã, & cætera quibus Chriſtus uocatur. Si quis ergo Chriſtum audiuit & didicit, nõ ambulabit in uanitate ſenſus ſui: nec obſcuratus mente gradietur: neq; erit abalienatus à uita dei. habebit etiã ſcientiam ignoratione diſcuſſa, & immiſſo tenebris lumine, omnis de oculis cordis eius cæcitas auferetur. Quod cum habuerit, nõ ſe tradet impudicitiæ: nec operabitur omnem immunditiã in auaricia, conceſſos fines prætergrediens nuptiarũ. Si aũt aliquãdo contigerit ut aliqua paſſione ſuperetur, dolebit ſuper uulnere ſuo, & cõſcientiæ tormenta patietur: quia liberã frontem, & puritatem immaculatæ mẽtis amiſerit. Diſcamus igitur Chriſtum D
& audiamus illum: ſi quis eſt qui poteſt dicere: An expe 2.Cor.13.a
rimentũ quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Curramus ad eum diebus ac noctibus, ad os eius & ad eloquium pendeamus. Chriſtus nobis loquitur: ſpiritusſancti ſunt uerba quæ promit. Statuit enim deus in eccleſia primũ apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores. Sed nec illud deſperandũ, quod aliquando ipſe in mentibus noſtris Chriſtus loquatur, & per ſemetipſum nos doceat, & organũ oris non quærat alieni: tantum non ſimus ſubditi peccato: nec corpus noſtrũ delicta poſſideant, & ingredietur in illud ſapiẽtia. b ¶ Sicut eſt ueritas &c.] Vocabulũ, Ieſus, interdũ eum hominẽ ſignificat: qui à deo uerbo eſt aſſumptus ex uirgine: iuxta illud: Vo Luc.1.a
cabis nomen eius Ieſus: Ipſe enim ſaluabit populũ à pec Ioan.4.a
catis eius. Et alibi: Ieſus ergo fatigatus de uia, & reliqua. Interdũ uero deum uerbũ: Nobis enim unus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Si quãdo ergo dicit Ie- Ibidem.14.a
ſus: Ego ſum uia & ueritas: iuxta id dicit quod filius dei eſt. Cũ aũt ſcribit Paulus: ſicut eſt ueritas in Ieſu, de templo corporis loquitur, in quo habitat uerbũ deus. Ver- Ioan.1
bum enim caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Niſi forte utrunq; de deo uerbo intelligendum: quod quomodo habitet in eo uita, & ipſe ſit uita: ſicut enim habet pater uitam in ſemetipſo, ita & filio dedit habere uitam in ſemetipſo: ſic & ueritas dicatur filius, & ipſa in eo habitare monſtretur. Hæc autem dicimus, non Ieſum à Chriſto ſeparantes: nec rurſum deum uerbum ab eo quem aſſumpſit hominem alterum eſſe dicentes: ſed ſecundum intelligentias effectuum uel locorum, illum quem unum eſſe credimus filium hominis & filium dei, & ante uirginem, & poſt uirginem, alium atque alium nuncupantes. Poteſt autẽ & aliter intelligi: Sicut eſt ueritas in Ieſu: In nullo patriarcharum, in nullo prophetarũ, in nullo apoſtolorũ ueritas fuit, niſi in ſolo Ieſu. Alij enim ex parte cognoſcebant, & ex parte prophetabant, & per ſpeculum in ænigmate uidebant, In ſolo Ieſu ueritas

A ueritas dei apparuit,quæ loquitur confidenter:Ego ſum ueritas: quæ credentibus in ſe iuxta Analogiam fidei tri buit libertatem. Qui enim cognoſcit ueritatem,à uerita/
Philip.2.d te libertate donatur. Et ipſa ueritas propterea formam ſerui aſſumpſit: & humiliauit ſe, facta obediẽs patri uſq; ad mortem: ut ſeruũ redderet liberũ. Vbi enim ſpiritus dei eſt, ibi libertas. Si uolu/
Matth.17.d mus formã liberi in Ieſu faciemq; cogno/ſcere ueritatis, aſcen/damus cũ eo in mon/tem: uideamus eum transfiguratum: ubi & ueſtimenta eius,id eſt,ſcripturæ quæ de eo annunciãt, immutantur, & Moyſes quoq; & Elias, id eſt lex & pro/phetæ uidentur in gloria. Quamdiu dominus formam ſerui non mutat,nec aſcẽdit in montem:lex in ſordibus, prophetæ in ſqualore uerſantur. Cum ille ad ſuperiora conſcenderit,& ueſtimenta ſua uoluerit immutare:intel/lectusq; de ſeruo fuerit clarus & liber: tũc Moyſi quoq; & Eliæ,& facies & ueſtimenta mutantur. a ¶ Deponere uos ſecundum priorem conuerſationem ueterem homi/nem, qui corrumpitur iuxta deſyderia erroris.] Quia uidetur iuxta ordinẽ textumq; ſermonis ſcatere ſenten/tia,ſic legendum eſt: Vos autem non ita didiciſtis Chri/ſtum:ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis, depo/nere uos ſecundum priorem conuerſationẽ ueterem ho/minem,qui corrumpitur iuxta deſyderia erroris: ſicut eſt ueritas in Ieſu. Vt ſit ſenſus: Quomodo eſt ueritas in Ieſu: ſic erit & in uobis qui didiciſtis Chriſtum, & audi/ſtis illum, & docti eſtis deponere ſecundũ priorem con/uerſationem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta deſyderia erroris. Veterem aũt hominem quem præce/
B pit deponendum,inueteratum à malicia arbitror appel/lari. Iſte enim ſecundum priorem conuerſationem & de/ſyderia erroris, ſemper errans, & in opere corruptionis helluans, corrumpitur atq; uiolatur. Et quia in deſy de/riis indeſinenter uerſatur erroris, & nunq; ceſſat à uitio: nequaq; corruptus dicitur, ſed corrumpi:quod per ſin/gulos dies, horas, puncta, atq; momenta corrumpitur, intercipitur,uiolatur. Sermo uero dei qui ideo interficit, ut uiuificet mortuũ, & uiuificatus dominum requirat,
Deut.23.f quem ante interitum neſciebat:non corrumpit, ſed inter/ficit ueterem hominem: Ego enim occido (ait) & ego ui/uifico,& cum interficeret illos, tunc quærebant eũ. Nec putemus hoc quod nunc ait:Qui corrũpitur ſecundum deſyderia erroris,illi eſſe contrariũ quod in alio loco ſcri ptum eſt:Et ſi exterior noſter homo corrumpitur: ſed is qui interior eſt, renouatur de die in diem: Quia corru/ptio exterioris hominis, interioris hominis renouatio eſt:Et cõtra:interioris hominis corruptio, exterioris eſt inſtauratio. Aeſtimet aliquis ſimpliciter Paulum loqui: Si quis templũ dei corrumpit, corrumpet illum deus, Templum enim dei ſanctum eſt,quod eſtis uos. Sed for/te & alibi aliquid latitat,quod apud nos uidetur abſcon ditum. Si templum dei nos ſumus: ſecundum id quod
1.Cor.3.d ſcribitur: Templum enim dei ſanctũ eſt quod eſtis uos, & alius eſt qui corrumpit templum dei,aliud quod cor/rumpitur: Quærendum quis ſit ille qui templum cor/rumpat dei. Si inueneris hoſtes Hieruſalem,corrumpen tes atq; uiolantes templum ex lapidibus extructum:ui/debis pariter omnem corrumpentem & uiolantem tem plum dei: quem corrumpet & uiolabit deus, ulciſcens corruptionem templi ſui. Verũtamen & templum quod ſe præbuit,uiuens quidem eſt atq; ſenſibile,inſidiis cor/rumpentis luet pœnas,per hoc ipſum quod corruptum atq; uiolatum ſpiritum incorruptionis amiſit. b ¶ Re nouamini autẽ ſpiritu ſenſus &c.] Nec in ſenſu renoua mur abſq; ſpiritu, nec in ſpiritu abſq; ſenſu:ſed renoua/mur cõiuncte in ſpiritu ſenſu noſtri: ut quomodo pſalli

Deponẽre uos ſecundum priorem conuerſationem ue terem hominem,qui corrumpitur iuxta deſideria erro/ris. Renouãmini aũt ſpiritu ſenſus ueſtri,& induite no/uum hominẽ, qui ſecundũ deũ creatus eſt, in iuſticia & ſanctitate ueritatis. Prõpter qđ deponẽtes mendacium loquimini

mus ſpiritu, pſallimus & ſenſu:oramus ſpiritu, oramus C & ſenſu:ſic in ſpiritu ſenſus noſtri renouemur: ut cũ ſen/ſus mundus fuerit atq; purgatus, & ab omni macula ſor didæ concretionis alienus:tunc ei iungatur & ſpiritus,& ita quodam inter ſe unitatis glutino copulentur: ut ne/quaquã ſimplex ſpiritus, ſed ſpiritꝰ ſenſus eſſe dicatur. Cum autẽ renouati fuerimus in ſpiritu, qui noſtri ſenſus eſt ſpiritus,tũc induemur nouũ ho/minem qui ſecũdum deũ creatus eſt. Qđ Rom.13.d quidem alijs uerbis idipſum puto eſſe quod in alio loco dicitur:Induite uos Chriſtum Ieſum. Iſte quippe eſt nouus homo, quo uni/uerſi credentes debemus indui atq; ueſtiri. Quid enim in homine qui à ſaluatore noſtro aſſumptus eſt,non no/uum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctri/na, uita, uirtutes, & ad extremum, crux & paſſio, expoli/antis in ea principatus, & contrarias fortitudines oſten/tui habentis, reſurrectio quoq; & aſcenſus ad cœlũ. Hic ergo uere creatus eſt in iuſticia & ſanctitate ueritatis: qa deus uerus, dei ueri filius fuit, & tota in illo religio atq; iuſticia, dei ueritate completa eſt. Qui igitur conuerſa/tionem illius imitari poteſt, & uniuerſas in ſe exprimere uirtutes: ut ſit manſuetus, ſicut fuit ille manſuetus & hu milis corde, & ponat animã ſuam pro amicis, ut ille po/fuit pro quibus ſuis: uerberatus non reſpondeat: male/dictus non remaledicat, ſed uincat in humilitate ſuper/biam: iſte indutus eſt nouum hominem, & dicere cum
Gal.2.d Apoſtolo poteſt: Viuo autem iam non ego: uiuit uero in
1.Cor.11.d me Chriſtus: Et, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chri/ſti. Poteſt quoq; uerba Ioannis aſſumere: Qui dicit ſe in Chriſto credere: debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambu D lare. Quod autem ait: Qui ſecundum deum creatus eſt:
1.Ioan.2.d non idipſum ſonat in latino ſermone quod Græco. Crea tio quippe apud nos, generatio uel natiuitas dicit: apud Græcos uero ſub nomine creationis, uerbum facturæ & cõditionis accipitur. Et q̃d apud nos cõditio, hoc apud Græcos creatio ſonat. Vnde & hæreſis natiuitatem Chri/ſti calumnians, Salomonis uſit. pat exemplum: Domi/
Prouer.8.c nus creauit me initium uiarum ſuarum. Conſideran/dum igitur: quia creatio atq; conditio, nunquam niſi in magnis operibus nominentur. Verbi cauſa, mundus creatus eſt: urbs condita eſt: domus uero quamuis ma/gna ſit, ædificata potius dicitur, quàm condita uel crea/ta. In magnis enim operibus atq; facturis, uerbum crea tionis aſſumitur. Ex quo animaduertendum iſtum no/uum hominem, qui iuxta deum in Chriſto creatus eſt: magnum dei opus eſſe, & eminere ultra cæteras creatu/ras: cum ſic conditus eſſe dicatur, ut mundus, & initium uiarum dei, & in exordio elementorum omniũ ſit crea/tus. c ¶ Propter quod deponentes mendacium, loqui/mini ueritatem &c.] Non ſimpliciter ut quidam putãt: nec moraliter Apoſtolus præcepit mendacio derelicto, cum proximis ueritatem loquendã. Alioquin ſi tantum cum proximis loquimur ueritatẽ: quicunq; non fuerit proximus, debet audire mendaciũ. Quod quidem & in
Exo.20.c lege præceptũ eſt: Nõ adulterabis uxorem proximi tui: Si proximus tantum propinquus uel amicus accipitur, adulteria in alienos iure permittit: ſed proximum uocat omnem hominẽ, qui ex eode nobiſcũ parente generatus
Luc.10.c eſt. Quod quidẽ & parabola illa ſignificat, de Hieruſalẽ Hiericho hominis deſcẽdentis, qui incidit in latrones, & ſacerdote & leuita prætereuntibus, à Samaritano cura/tus eſt, & ad ſtabularium reuectus. Affirmat autem poſt hæc dñs eum eſſe proximũ, qui illi miſericordiã fecerit, uolens oſtendere omnes homines, omnibus eſſe proxi/mos. Et hoc quidem ſic intellectum ædificat audientes. Cæterum id quod ſequitur: Quoniã ſumus alterutrum membra

A membra, magis mihi uidetur significare mysterium, & de his dicere, qui nobis fide & uirtute sunt ꝓximi. Membra quippe alterutrum non sunt, nisi fideles fidelium, & Christiani Christianorũ, & perfecti, eorum qui sunt plenæ cõsummatæq; uirtutis. Propter quod Paulus ipse per
1.Cor.2.b fectus, in epistola alia loquebatur: Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos. Ergo hoc iubet, ut unusquisq; mystica quæq; secreta, & ea quæ dei dei ueritate sunt plena, loquatur cũ proximo suo, & dies diei
Psal.18.a eructet uerbũ, & nox nocti indicet scientiam: hoc est, clara quæq; & lucenti
Matth.5.b his indicet, qui merentur audire: Vos estis lumen mundi Porrò tenebrosa & inuoluta, & omni sacramentorum nocte uelata, his referat, qui & ipsi nox, tenebræ, uel cali-
Psal.17.b go sunt: de quib⁹ dicit̃: Et caligo sub pedib⁹ eius, haud
Exod.16.c dubium quin dei. Nam in mõte Sina Moses ingreditur in turbinem & caliginem, ubi erat deus, & de ipso deo
Psal.17.b scriptum est: Posuit tenebras latibulũ suum. Loquatur itaq; ueritatem atq; mysterium unusquisq; cum proximo suo, & non det sanctum canibus, neq; mittat margaritas suas ante porcos: sed quicunque oleum habuerit ueritatis, illos in thalamum sponsi & penum regis in-
Zach.8.c ducat. Porrò quod ait: Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo: sciamus de Zacharia propheta sumptum. a ¶ Irascimini & nolite peccare.] De quarto psalmo hoc usurpatum, nulli dubium est: & uidetur illi
Col.3.b esse contrarium quod alibi dicitur: Nunc autem deponite & uos omnem iram, & indignationem, & maliciam,
B & blasphemiã, & turpem sermonem ex ore uestro. Sed & simpliciter intellectum nocet, dum putantur iræ frena laxata. Duplex autem non solum apud nos, uerumetiam apud philosophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria lacessiti, naturalibus stimulis concitamur: uel cũ requiescente impetu & furore restincto, potest mens habere iudicium, & nihilominus super eo qui putatur læsisse, desiderat ultionẽ. Arbitror itaq; de priori ira nunc dictum, & nobis quasi hominibus esse concessum, ut ad indignæ alicuius rei faciẽ moueamur, tranquillitatemq; mentis, uelut lenis quædam aura conturbet: nequaq; tamen intumẽtis gurgitis furoris impetu subleuemur. Firmianus noster librũ de ira dei, docto pariter & eloquenti sermone conscripsit: quem qui legerit, puto ei ad iræ intellectũ, satis abundeq; posse sufficere. b ¶ Sol non occidat super iracundiã uestram.] Si simpliciter hunc solẽ intelligimus, qui oculis carnis aspicitur: peccamus, quando irascimur, & occidente sole, iracundia perseuerat. Non peccamus autem, quando (uerbi gratia) à prima hora usq; ad undecimam irascentes, facimus quod indignatio, furor, ira suggesserint. Quo sensu nihil mihi uidetur absurdius: quasi non queat quispiam ab ortu solis usq; ad occasum, in tanta scelera debacchari: quanta tota uita sua, non possit lachrymis expiare. Aut non magis ira locum in die habeat: cum utiq; nox requies sit furoris, & succedente somno, etiã si irascimur, in diem iracundiam differamus. Quia igitur uerus sol, sicut occidit super malos prophetas: iuxta illud quod scriptum est:
Amos.8.c Occidit sol super prophetas uestros meridie: ita etiã super omnes occidit peccatores, nequaq; eis ortus sui lumen indulgens: præcipit nunc Apostolus, ne talia faciamus furore superati: per quæ nobis sol occidat, & principale cordis, tenebris inuoluatur. Quidam putant sic accipiendũ hoc esse simpliciter, quomodo & illud quarti psalmi: unde idipsum sumptum uidetur: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini: id est, quæcunq; in die, uel opere, uel sermone, uel cogitatione peccatis: hæc succedente pœnitentia purgate

loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo: quoniam sumus alterutrum membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Neq; locum detis diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat cõmunicare ei qui indiget.

Omnis per noctem, & ira sit breuis, nec in diem crastinum differatur. c ¶ Neq; locum detis diabolo.] Diabolus Græcum uerbũ est, quod Latine dicitur criminator: lingua uero Hebræa satan appellatur: id est, aduersarius, siue contrarius, & ab Apostolo belial: hoc est, absq; iugo: q; de collo suo dei abiecerit seruitutẽ: quem Aquila apostatã transtulit. Et sciendũ ubicunq; in ueteri lege filij pestilentiæ scribantur, sicut ibi: Filij aũt
2.Reg.2.e Eli, filij pestilẽtiæ: ibi in Hebraicis uoluminibus Belial: hoc est, diabolum pro pestilẽtia nominari: licet plurimi pro belial corrupte in Apostolo beliar legant. Nolite itaq;, ait, dare locum diabolo: qui tanquam leo rugiens, quærit aditum per quem possit irrumpere. Quomodo enim pater & filius stant ante ostium & pulsant, ut introeant & cœnent cum eo qui se receperit: ita & aduersarius semper in nos est paratus irrumpere, & cum locum dederimus, ingreditur. Solet autem antequam ueniat, quædã iacula præmittere, & præcursorem aduentus sui facere cogitationem: hanc si nos in corde nostro susceptam nutrierimus intrinsecus, & crescere fecerimus: cum in nobis prolem suam auctam uiderit, & ipse audebit intrare. Deniq; in Iudæ Iscariot cor, primam iecit sagittam ut traderet saluatorẽ: quam si exceptam ille miserabilis non fouisset, nunquam post intinctum panem in paropsi de, intrasset in illum satanas. Simulq; & hoc diligenter attendite, q; non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam: cuius pectus iam ante percussérat, nisi in conuiuio saluatoris. Quia tunc uel maxime in potestatẽ ei damur quando nec humanitate, nec clementia, nec mansuetudine eius uincimur, quem D odimus indigne. Huic quod nunc præcepit: neq; locum detis diabolo, illud de Ecclesiastico comparatur: Si spiritus potestatem habẽtis ascenderit super te, locum tuum ne dederis ei: Ille superbus & temerarius uult ascendere, uult subire: sed etiam si te oppressum putauerit & se extulerit, tu ne dederis locum. Potestas quippe diaboli, non in temeritate illius atq; iactantia, sed in tua est uoluntate. d ¶ Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est &c.] Quia hi qui in uitæ istius negocijs cõuersantur, propter alimenta & usus necessarios, coguntur aliqua uel emere, uel uendere, & lucra de negociatione sectari: & difficile est etiam eos qui à cæteris passionibus liberi sunt, fornicatione uidelicet, idololatria, adulterio & homicidio, hoc uitio non teneri: Propterea nunc Ephesios monet, ne sub occasione emolumenti, furti crimen incurrant. Furtum nominãs, omne quod alterius damno quæritur. Iustum aũt esse ut manibus suis unusquisq; operans, & uictũ labore cõquirens, impertiat nõ habẽtibus. Neq; uero ait: Magis aũt laboret operãdo manibus suis, quod bonum est, ut non indigeat, & habeat uictum, & nulli molestiam exhibeat: sed laboret, inquit, manib⁹ suis quod bonum est: ut habeat unde cõmunicet indigentibus. Qui igitur ad hoc tantum laborat, ut ipse non egeat, & à cæteris contrahit manũ: quamuis applaudat sibi: tamen apostoli præceptũ non fecit. Potest aũt & altius intelligi: qui furabatur, iam non furetur, & reliqua: propter illud quod scriptũ est de pseudoprophetis: Qui furantur sermones Hiere.23.f unusquisq; à proximo suo: Et in euangelio: Omnes qui Ioan.10.b uenerunt ante me: fures fuerũt & latrones. Et ad Romanos: Qui prædicas non furandũ furaris: quod furta pro Rom.2.c hibeamur facere spiritualia. Neq; enim hoc quod sequit̃: magis aũt laboret operãdo manibus suis, quod bonum est: ad uitæ huius necessaria digne referri potest: ut bonum dicatur quodcunq; peritурum est, & ad mammonam iniquitatis pertinet. Quamuis enim iustus labor

opes

A opes habeat absq; tergiuersatione quæsitas: satis habebit si non dicantur malum: cæterum bonum non ualent appellari. Igitur bonum operatur, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ suæ: ut spiritualibus panibus impleatur, & possit cõmodare esurienti, & necessitatem sustinenti: dans in tempore cibaria conseruis suis. Si autem talis est qui operatur bonum: ergo & is qui furatur, consequenter uerba furatur & dogmata: de furto uiuẽs: de furto sibi ceruicalia consuens, & scripturarum pannos hinc inde colligens: ut possit tunicam facere conscissam, quæ deorsum est nõ desursum. Tunica enim ecclesiæ: hoc est, corpus Christi, desuper contexta est, & nulla ex parte consutilis: quæ ne ab inimicis quidem scindi potest.

Omnis sermo mălus de ore uestro non procedat. Sed si quis bonus ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nõlite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis.

a ¶ Omnis sermo malus de ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem opportunitatis ut det gratiã audientibus &c.] Bonus sermo est ad ædificationem opportunitatis, dans gratiam audientibus: qui docet uirtutes sequendas, uitia fugienda. Malus, qui ad peccata prouocat & pronos magis incitat ad ruinã. Pro eo autem quod nos posuimus, ad ædificationem opportunitatis: hoc est quod dicitur Græce πρὸς χρείας: in Latinis codicibus propter euphoniam mutauit interpres & posuit, ad ædificationem fidei. Quotienscunq; ex sermone nostro aliquis proficit, & iuxta opportunitatẽ loci, temporis & personæ, ædificat audiẽtes, bonus de ore nostro sermo processit. Quotiens uero loquimur aut nõ in tempore, aut importuno loco: aut non ut conuenit audientibus: totiens sermo malus procedit de ore nostro, ad destructionem eorum qui audiunt. Considerемus itaque quid loquamur: quia pro omni ocioso uerbo, reddituri sumus rationem in die iudicij. Et etiam si non lædamus, non tamen ædificemus: mali uerbi nobis luenda sit pœna. b ¶ Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis.] Mœror sancti spiritus, sic intelligendus, quomodo ira dei & somnus, & cæteræ in humanam similitudinem passiones. Non quo cõtristetur spiritus, & ullam perturbationẽ diuinitas sentiat: sed quo ex uerbis nostris, dei discamus affectus: quod mœreat, quotiens cunq; peccamus, & defleat peccatores. Nam & saluator in corpore cõstitutus, fleuit Hierusalem, & omne hominum genus in propheta deplorat, dicens: Heu mihi anima quia perijt reuerens à terra. Et qui corrigat inter homines non est: omnes in sanguine iudicantur. Et in Ezechiele opera quondam sanctæ ciuitatis enumerans, ait: In omnibus istis contristabas me. Signati autem sumus spiritu dei sancto: ut & spiritus noster & anima imprimantur signaculo dei: & illam recipiamus imaginem & similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus iuxta eloquium saluatoris, deo imprimẽte signatur. Hunc enim, ait, signauit pater deus. Signatur ergo à patre spiritu sancto, omnis qui ex eo quod credidit deo signauit: quia uerus est deus. Qui idcirco signatur: ut seruet signaculum, & ostendat illud in die redemptionis, purum atq; syncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari cum his ualeat qui redempti sunt. Luc.19.f Mich.7.d Ezech.20

Commentarij secundi in epistolam ad Ephesios finis.

B

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM librum cõmentariorum ad Ephesios, ad Paulam & Eustochiũ procemium.

SAtis abundeq; ò Paula & Eustochium, de argumento epistolæ Pauli ad Ephesios, in primi libri præfatione differui, & sparsim ubicunq; occasio data est, licet breuiter, ostendi quod beatus Apostolus ad nullam ecclesiarum tam mystice scripserit, & abscondita seculis reuelauerit sacramenta. Nunc ergo quoniam orationum uestrarum & sanctæ Marcellæ fultus auxilio, tertium, id est, extremũ, in eandem epistolam dicto librum: iustum mihi uidetur: ut nominis quoq; ipsius etymologiam cum sensu quem supra exposui congruere doceam. Ephesus in Latinam linguam interpretatur, uoluntas siue consilium meum in ea, uel certe anima mea in ea. Voluntas & consilium & anima dei in eo est, qui potest dicere: Ipse enim mihi dedit noticiam omnium, & cum incerta & occulta sapientiæ dei illi fuerint reuelata, testimonium consequetur loquentis: Inueni Dauid de Bethlehem filium Iesse, uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Istiusmodi uirum & Osee propheta significat, dicens: Quis sapiens & intelligit hæc, prudens & agnoscit ista? Porrò ut sciatis multam esse distantiam iusti simplicis, iustiq; sapientis: qualem in resurrectione mortuorum singuli gloriam consequantur attendite. Et multi dormientium de limo terræ exurgent: hi in uitam æternam, & hi in opprobrium & confusionem æternam: Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & ex iustis multi sicut stellæ in æternum. Fulgebunt, inquit, iusti sicut stellæ in æternum, & intelligentes, id est, habentes scientiam scripturarum, sicut splendor cœli. Non quo doctus uir, iustus quoq; esse non debeat: sed quo qui iustus est, nisi fuerit eruditus, tam procul sit à sapiente iusto, quàm est stellarum fulgor à lumine firmamenti. Quod si quis meditatione tantum legis instructus, uitam suam negligit, neque audet dicere: A mandatis tuis intellexi: propterea ad omnia mandata tua dirigebar: iste quasi æramentum sonans, & cymbalum tinniens, & infatuatum sal, in stercore conculcandus est. Si autem detur optio singulorum, sepositio eo qui habet sapientiam atq; iusticiam: magis ego uelim rusticitatem justam quàm doctam maliciam. Quia in

altero

A altero licet minor,tamen gloria eſt, ſtellarum eſſe lumini coæqualem:in altero iuxta ſcientiæ pro C
fectum,maiora ſupplicia ſunt.Potentes quippe potenter patientur tormenta. Et: Seruus qui ſcie
rit uoluntatem domini ſui & non fecerit eam,uapulabit multis.Hæc idcirco,ut docerem quare a/
nimam & conſilium, & uoluntatem dei, Epheſiorum uocabulum ſonet:qui artium magicarum
præſtigijs derelictis,erroris zelum ad ueritatis ſtudium tranſtulerunt. Ob quorum ſalutem tan/
to Paulus ſudore pugnauit,ut ad Corinthios ſcriberet: Si ſecundū hominem ad beſtias pugna/
ui Epheſi:quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? Quæ ſunt iſtæ beſtiæ? Nempe illæ,de qui
bus pſalmiſta precatur,dicens: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Et in alio loco: Increpa feras calami. Aduerſarius enim noſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit. Qui cum cerne/
ret principem Aſiæ ciuitatem ad doctrinam Pauli de faucibus ſuis eripi:totis ſatellitum ſuorum
agminibus congregatis, eum opprimere nitebatur: & improbe ſe extollens, uolebat quaſi aqui/
la ponere ſuper illum nidum ſuū. Quod Apoſtolus ſentiens,& omni cuſtodia ſeruans cor ſuum:
quippe qui eius non ignoraret aſtutias: poſt uictoriam quidem, ſed non incruentam uictoriam
loquebatur: Non enim uolumus uos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt no/
bis in Aſia: quoniam ſupra modum grauati ſumus, ſupra uirtutem: ita ut tæderet nos etiam ui/
uere. Quod autem per Tychicum epiſtola mittitur, ualde eiuſdem epiſtolæ congruit ſacramen/
tis. De quibus & noni pſalmi titulus prænotatur,pro arcanis filij: Tychicus enim ſilens interpre/
tatur: non proijciens margaritas ante porcos, nec dans ſanctum canibus, & libere ad deum lo/
quens:In corde meo abſcondi eloquia tua,ut non peccem tibi.

COMMETARIORVM HIERONY/
mi in epiſtolam ad Epheſios,
liber tertius.



B Omnis amaritudo & furor, & ira, & cla/
mor, & blaſphemia auferatur à uobis cū o/
mni mali/
cia.]
Amaritudo cōtraria dulcedini eſt:unde a/
mari uulgo appellan
tur & dulces. De qua & Hieremias loqui/
tur,dicens: Et amari/
tudo tua aſcendit ſuper me. Furor uero inſipiens ira eſt, & ferueſcens in animo indignatio. Ira autem eſt:cuius a/
maritudo & furor ſpecies ſunt: quæ furore reſtincto deſi
derat ultionē, & eum quem nocuiſſe putat uult lædere.
Quæ quidem licet in deo ſæpe dicātur,ſecundum illud:
Domine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corri
pias me:non ſunt perturbationes animi computandæ ſi
cut in nobis:quia in illo moderata & ordinata ſunt om/
nia,& pœna qua peccatores corrigūtur,noſtris uocibus
appellatur. Nos uero ſi iraſcimur, perturbamur, & fu/
rore rapti,noſtri eſſe deſinimus. Vnde à nobis omnis a/
maritudo, & furor, & ira penitus auferenda ſunt. Nam
ad illud euangelij:Quicunq; iraſcitur fratri ſuo ſine cau/
ſa,reus erit iudicio: fruſtra eſt additum, ſine cauſa:quia
nec cum cauſa nobis iraſci conceditur: manifeſtiſſime
Apoſtolo nunc dicente: Amaritudo & furor,& ira tolla/
tur à uobis:Et triceſimoſexto pſalmo, uniuerſam cōmo/
tionem animi generaliter auferente: Quieſce ab ira,& di
mitte furorem. Si enim ira deſiderat ultionē:omnis au/
tem ultio rependere cupit ei malum à quo ſe læſam pu/
tat,& Chriſtianus non debet malum pro malo reddere,
ſed uincere in bono malum:&,Mihi uindictam & ego re
tribuam, dicit dominus:omnis qui iraſcitur,peccat: Ira
quippe uiri iuſticiam dei non operatur. Poſt amaritudi
nem,furorē,iram recte clamor quoq; & blaſphemia pro
hibent in nobis. Quia qui ſemel fuerit furore ſuperatus
neceſſe eſt ut proſiliat in clamorē, & turbide fremēs,huc
atq; illuc in modū folij ventilet & dicat:ò rerū iniquitas,
ò iniuſta iudicia dei,& cætera quæ ſolēt loqui qui per in/
dignationis furorem mentis iudiciū perdiderunt. Porrò
blaſphemia non ſolū aperta eſt, & de ira naſcitur: ſed &
abſq; ira ſedata mente profertur: ſi aut de mundi iſtius
quiſpiā gubernatione cauſetur, & dicat:illud ſic eſſe nō
debuit:hoc uero eſſe ſic debuit:aut certe in eccleſia cōſti/
tutus, & credens in
deum: labatur in do/
gmatibus quæ igno/ D
rare non licitum eſt:
aliter de patre & filio
& ſpiritu ſancto ſen/
tiens, q̄ rei ipſius ue/
ritas habet: nō ita cre
dens in reſurrectione
mortuorū,ut ſcriptu/

Omnis amāritudo & furor & ira,& clamor, & bla/
ſphemia auferatur à uobis cum omni malicia.

Cap. v.

Estote autem inuicem benigni, miſericordes: do/
nantes uobiſmetipſis, ſicut & deus in Chriſto do
nauit

ræ docent:uel certe alienæ inuidens ſapientiæ, eum ma/
le ſentire commemoret,qui catholicæ fidei eſt, & rurſum
hæreticum pro adulatione qua ſibi obſequitur,catholi/
cum eſſe conteſtās: qui dicit dulce amarum,& amarum
dulce. Vnde omni ſtudio legendæ nobis ſcripturæ ſunt,
& in lege domini meditandum die ac nocte: ut probati
trapezitæ,ſciamus quis nummus probus ſit,quis adul
ter. Porrò amaritudinem,furorem,iram,clamorem,atq;
blaſphemiam,ſic tollamus à nobis: ut cum omni mali/
cia auferantur. Malicia autem uel contraria uirtuti intel
ligenda eſt: quam alio nomine uitium nominamus: uel
malignitas & nequitia, quæ in tergiuerſatione & callidi/
tate ſentitur. CAP. V.

Estote autem inuicem benigni,miſericordes,donantes
uobiſmetipſis: ſicut & deus in Chriſto &c.] Supra
amaritudini contrariam dulcedinem dixeramus: quam
nunc Apoſtolus alio uerbo χρηστότητα, id eſt, ſuauita/
tem magis quàm benignitatem uocauit: præcipiens ut
omni amaritudine & furore, ira, clamore, & blaſphe/
mia, & motu turbido, cum quadam frontis auſteritate
damnatis, clementes ſimus & blandi, & ad familiarita/
tem noſtrā ultro homines inuitemus, ut nullus ad nos
formidet accedere: quæ familiaritas maxime ex miſeri/
cordia cōparatur. Nec ſtatim præſtantes alijs,ipſi quod
dedimus habere deſiſtimus: ſequitur enim: Donantes
uobiſmetipſis: quia quod bene in alium fit: magis ei re/
ponitur qui præſtitit quàm cui datum eſt. Qui miſere/
tur pauperis, ipſe ſaturabitur:& qui dat ei,deo fœnerat.
Vel certe ita accipiendū, quod in eo quod ſuaues & mi/

u ſericordes

A sericordes sumus, & perturbationibus quæ nos inquietabant relictis, ad mansuetudinẽ, temperantiamq; transiuimus: ipsis nobis datum sit & donatum, dum de malis in bonos uertimur, & hæc ipsa donamus nobis quæ deus pater donauit in Christo. Si enim omissis uitijs, uirtutes sequimur: omnes autem uirtutes, sapientia, ueritas, iustitia, mansuetudo, & cætera ad Christum intellecta referuntur: cum has uirtutes habuerimus: ipsas nobis etiam nostro studio comparamus, & habere nos facimus: quas deus nobis donauit in Christo. Aliquando hoc quod ait, donantes uobismetipsis, simpliciter accipiet: ut quomodo supra dicitur: Estote autem inuicem suaues: sic & nunc dicatur, donantes uobismetipsis: pro eo quod est, donantes uobis inuicem: ut quomodo deus nobis in Christo nostra peccata donauit: sic etiam nos eis qui in nos peccauerint dimittamꝰ. Et ad probandum quod dimissio peccatorum in scripturis donatio
Luc.7.f nuncupetur: illud sumet exemplum, quod in Luca scribitur: ubi uni creditori alius debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta: quos utriscp; concesserit, & ad interrogationem saluatoris ille qui interrogatus fuerat respõderit, maiorem gratiam illium habere cui plus
Matth.6.b donatum sit. Dicitur & in oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Deus aũt nobis donauit in Christo, nõ extra positus, sed habitãs in eo: quia pater in filio, & filius in pa-
2.Cor.2.c tre. Nec statim ille in quo donatur minor est ab eo qui
B in se donat: quia & Apostolus dicit: Et ego si quid donaui uobis, in facie Christi & dei. *a* ¶ Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi.] Qui intelligit quomodo
Matth.5.g dictum sit: Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis pfectus est: iste sciet quomodo & nũc dicaẽ: Estote imitatores dei. Et Corinthijs quidẽ scribẽs ait: Imitatores mei
1.Cor.4.d estote sicut & ego Christi. Nõ eñ poterãt statim imitato
C.11.a res Christi fieri, sed grãde illis erat si imitatores possent imitatoris existere. Ephesijs uero quasi his quos iam mysteria tanta docuerat: non ait, imitatores mei estote: nec imitatores Christi, sed imitatores dei. Non quo minus sit imitatorem Christi esse q̃ dei, Deus quippe Christus est: sed quod aliud sit secundũ hominem imitari: aliud secundum deum. Nam & si Christum secundũ carnem antea noueramus: nunc iam nequaquam eum nouimus secundum carnem. Loquitur & ipse saluator, humilita-
Ioan.5.c tem dispensationis ostendẽs: Quæcunq; uiderit patrem facientem, hæc eadem filius facit similiter. Nõ quo aliud cœlum & aliam terrã pater fecerit, & ad similitudinem eorum, aliud cœlum & alia terra & elementa à Christo facta sint cætera: sed quo quæcunq; operetur pater, hæc eadem & filius operetur. In quo autem similes deo possumus fieri, supra testatus est, dicens: donantes uobis, sicut & deus in Christo donauit uobis. Non enim puto quod in cæteris quoq; quæcũq; deus fecit, homo deum possit imitari: sed uerbi causa: ut quomodo ille clemens est, & pluit super bonos & malos & reliqua: sic etiã nos bonitatem nostram super omnes homines effundamus. Quod cum fecerimus, erimus filij dilecti, siue ipsius Pauli, siue quod melius puto dei. *b* ¶ Et ambulate in charitate sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.) Qui pro aliorum salute usq; ad sanguinem contra peccatum dimicat: ita ut & animam suam tradat pro eis: iste ambulat in charitate: imitans Christum, qui nos intantum dilexit: ut crucem pro salute omnium sustineret. Quomodo enim ille se tradidit pro nobis: sic & iste pro quibus potest libenter occumbens: imitabitur C eum qui oblationem & hostiam in odorem suauitatis se patri tradidit, & fiet etiam ipse oblatio & hostia dei in odorem suauitatis. *c* ¶ Fornicatio autem & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur in uobis &c.]

nauit uobis. Estõte ergo imitatores dei sicut filij charissimi. Et ambulãte in charitate sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicãtio autem & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur in uobis sicut decet sanctos, & turpitudo & stultiloquiũ: aut scurrilitas quæ ad rem non pertinent, sed magis actio gratiarum

Nisi philosophorum quidam Cynicus extitisset: qui doceret omnem titillationem carnis, & fluxũ seminis ex qualicunq; attritu tactuq; uenientem in tempore non uitandum, & nõnulli sapiẽtes seculi in hãc turpem & erubescendam hæresim consensissent: nunq; sanctus Apostolus scribens ad Ephesios, ad fornicationẽ etiam omnem immundiciam copulasset, & ad immundiciam iunxisset auariciam: non hanc qua pecuniam cupimus congregare: sed illam de qua supra diximus: ne supergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrẽ suum: Quod scilicet insatiabilis & inexpletus, per omnia turpitudinum genera lasciuiaq; discurrat. Sicut decet, inquit, sanctos. Ex quo sanctus non potest appellari, quicunq; extra fornicationem in aliqua immundicia & auaricia uoluptatum quæ se delectauerint inuenitur. Si quis autem arbitratur auariciam non in illo sensu accipiendam esse quo diximus: reddat causas quare inter fornicationem, & immundiciam, & turpitudinẽ & stultiloquiũ, & scurrilitatem, mediam auariciam extraordinarie posuerit. Porrò stultiloquium esse existimo: nõ solum eorum qui aliqua narrant turpia ut risum moueant, & fatuitate simulata magis illudant eis quibus placere desiderãt: sed etiam eorum qui sapientes seculi putantur, & de rebus D physicis disputantes dicunt se arenas littorum, guttas oceani, & cœlorum spacium, terraq; punctum liquido comprehendisse. Est & in ecclesia stultiloquium: Si quis cœlum putet fornicis more curuatum: Esaiæ quem non *Esa.6.a* intelligit sermone deceptus: soljum quoq; in cœlis positum, & super eo sedere deum, & in ritum imperatoris & iudicis, angelos stare in circuitu qui uerbis iubentis obtemperent, & in diuersa mittãtur officia. Sed quia sequitur stultiloquium scurrilitas, magis stultiloquium ad fatuas & ineptas fabulas transferendum. Inter stultiloquium autem & scurrilitatem hoc interest: quod stultiloquium nihil in se sapiens & corde hominis dignum habet. Scurrilitas uero de prudenti mente descendit, & consulto appetit quædam: uel urbana uerba, uel rustica, uel turpia, uel faceta: quam nos iocularitatẽ alio uerbo possumus appellare: ut risum moueat audientibus. Verum & hæc à sanctis uiris penitus propellẽda: quibus magis conuenit flere atq; lugere: ut in Hebraico quoq; euangelio legimus, dominũ ad discipulos loquentẽ: Et nunq; inquit, læti sitis: nisi cũ fratrem uestrũ uideritis in charitate. Videtur hucusq; nihil extra propositũ, & extra consequentiam textumq; ordinis intulisse. Verũ hoc quod sequitur, & in fine positũ est: Sed magis gratiarũ actio. Quærat aliquis & dicat, quid sibi uelit post fornicationem prohibitã & immundiciã, & lasciuiam, & turpitudinem, & stultiloquiũ, & scurrilitatem, actio gratiarum. Si enim semel ei liberũ fuit ponere quãcunq; uirtutem: potuit dicere: sed magis iusticia, ueritas, dilectio. Quomodo aũt hoc inconsequens est: ita etiam illa inconsequentia esse potuissent, & eadem licentia ordinem non haberent. Fortan igitur gratiarũ actio in hoc loco non ista est nominata, iuxta quam gratias agimus deo: sed iuxta quam grati siue gratiosi, & salsi apud homines appellamur. Stultiloquũ enim & scurram non decet esse Christianũ. Decet aũt sermonẽ eius sale esse cõditum: ut gratiã apud audientes habeat. Et quia non est cõsuetudinis nisi

A nisi inter doctos quoscp apud Græcos ὑχαριστίαν ad distinctionem eucharistiæ dicere: hoc est gratiosum esse, & agere gratias: Propterea puto Apostolū quasi Hebræū ex Hebræis, uerbo usum esse uulgato, & sensū suū alterius significatione uerbi explicare uoluisse: maxime cū apud Hebræos gratiosus & gratias agens: uno ut aiūt sermone dicatur. Prouer.11.b Vnde & in puerbijs puto ita scriptū, γυνὴ ὐχάριστος ἀγαπᾷ ἀνδρὶ δόξαν, mulier grata suscitat uiro gloriā: pro eo quod est, gratiosa: uideremur uim facere scripturæ, & gratias agentem mulierem, pro gratiosa audacter accipere: nisi & cæteræ æditiones nostræ opinioni congruerent. Aquila enim & Theodotio & Symmachus ita posuerūt: γυνὴ χαροπός, id est mulier gratiosa, & non ὐχάριστος quod ad actionem pertinet gratiarum. a ¶ Hoc autem scitote quia oīs fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolis seruiens: &c.] Notandum quod sex uitijs supra prohibitis: fornicatione, immundicia, auaricia, turpitudine, stultiloquio, scurrilitate: nunc tantum tria posuerit: fornicationem, immundiciam, auariciam, quibus qui fuerit obnoxius hæreditatem in regno Christi & dei habere nō possit. Si enim ita stultiloquus & scurra alieni essent à regno dei, quomodo tres quos specialiter seposuit: uideretur sententia esse crudelis, non ignoscere imbecillitati fragilitatis humanæ: cum etiā per iocum nos dicta damnarent. Qui enim in sermone nō labitur, perfectus est. Necp uero ista dicentes, locum stultiloquio & scurrilitati damus, dum non excluduntur à regno: sed quomodo apud patrem diuersæ sunt mansiones & stel-
B la à stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorum.
1.Cor.15.c Quamuis aliquis à fornicatione, immundicia atcp lasciuia alienus sit: tamen si stultiloquus & scurra fuerit, non tenebit eum locum quem possessurus erat, si hæc uitia non haberet. Respondeat quis: esto stultiloquiū & scurrilitas non eundem habeant reatum, quem fornicatio, immundicia, & auaricia, nunquid non & turpitudinē cum tribus superioribus debuit nominare? Ad quod dicendum, turpitudinem hic significare absconditam cogitationem, cum inflāmatur sensus noster ad libidinē, & carnis titillationibus anima ignita succenditur, & nihilominus
1.Thess.4.b dei timore & mentis iudicio refrenatur. Deniq etiā supra absq turpitudine, tria pariter appellauit, dicens: Fornicatio autem & omnis immundicia, & auaricia, nec nominetur in uobis, & deinceps turpitudo cum stultiloquio & scurrilitate numerata est. Et quomodo stultiloquiū & scurrilitas: sic & ista turpitudo non perdit nec in perpetuū excludit à regno. Quia uero in superioribus ex eo quod alibi legeramus: Ne supergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrē suū: dixeramus auariciā pro adulterio positā: Quærimus id ꝙd nūc dicit, aut auarus, qd est idolis seruiens: utrū cū illa: an cū uulgata interpretatione consentiat. Inuenimus in locis plurimis prophetarum, idololatriam, fornicationem appellatam. Fornicabantur, inquit, post idola sua, & spiritu fornicationis
Osee.4.c seducti sunt. Potest itaque fornicatio & super idololatria intelligi. Sin uero auarus ille accipitur: qui pecuniā utcunq conquirēs, nummos per fas & nefas habere desiderat, & pleno saculo delectatur: Iste idololatres in eo est: quia sculpturam ipsius nummi colit, & idola in eis cælata ueneratur. Vt uoracium deus uenter est: ita cupidorum quoq iustissime pecunia deus dici potest: maxi-
1.Cor.10.c me cum in alio loco Apostolus cupiditatē idololatriam uocet. Ad hæc uidendum quid sentire uoluerit, dicens: In regno Christi & dei: utrum nam aliud regnum Christi sit, & aliud dei: An idem regnum sit patris & filij. Et si quidem dixisset, in regno filij & patris: per filium uenire mus ad patrem, & licet esset diuersitas personarum: tamen esset regnantium una maiestas: nunc uero cum dixerit, in regno Christi & dei: ipsum deum & Christū intelligamus: quia & cum tradiderit regnum deo & patri, non erit pater omnia in omnibus, sed deus omnia in omnibus. Vbi aūt deus est: tam pater ꝙ filius intelligi potest. Porrò quod de patre & de filio dicimus: hoc idem & de spiritu sancto sentiamus. b ¶ Nemo uos decipiat inanibus uerbis &c.] Verba quæ decipiūt atcp supplantant, inania sunt & uacua. Quæ uero ædificant audientes, plena, cumulata, conferta. Quia igitur sunt plerich qui dicunt nō futura pro peccatis esse supplicia: nec extrinsecus adhibenda tormenta: sed ipsum peccatum & conscientiam delicti esse pro pœna, dum uermis in corde non moritur, & in animo ignis accenditur: in similitudinē febris quæ non torquet extrinsecus ægrotantem: sed corpus ipsa corripiēs punit, sine cruciatuum forinsecus adhibitione quod possidet: Has itacp persuasiones & decipulas fraudulentas: uerba inania appellauit & uacua, quæ uidentur florem quendam habere sermonum, & blandiri peccantibus: sed dum fiduciam tribuunt, magis eos ferunt ad æterna supplicia: Quia de nulla re sic irascitur deus: quomodo si peccator superbiat, & erectus ac rigidus non flectatur in fletum, neq misericordiam postulet pro delicto. Propter hæc enim uenit ira dei super filios diffidentiæ: siue insuasibilitatis: ἀπειθείας enim magis à suasione ꝙ à fiducia ediuerso intelligi potest. Insuasibilitatis autem siue diffidentiæ filij sic dicuntur, quomodo
D filij perditionis, & filij fornicationis, & filij mortis, & filij gehēnæ: & cætera his similia, quæ in uarijs scripturarum locis inuenire perfacile est. c ¶ Nolite ergo effici comparticipes eorum.] Particeps siue cōparticeps fit diffidentiæ filiorum: qui in fornicatione & in immundicia & auaricia, propter quæ uenit ira dei super filios diffidētiæ reperitur. Et particeps quidē eorum est, ab eo quod participatur, & cōmunionem habet malorum operum. Comparticeps uero is appellatur, qui cum alijs est particeps: Et in cōparticipi intelligitur & particeps. In participi uero non statim tenetur & comparticeps. Diligenter obserua uerbum, comparticipis atq participis. Puto enim in scripturis participem in bonam partem: com
Psal.44.c participem in malam semper accipi. Verbi gratia: Propter quod unxit te deus deus tuus, oleo exultatiōis præ participibus tuis. Et in alio loco: Participes enim Christi
Heb.3.c facti sumus: si tamen principiū substantiæ usq ad finem firmum tenuerimus. Porrò non memini alibi me legisse, excepto præsenti loco, comparticipem, & tamen manifestum est, hic non in bona parte sed in contraria positū.
d ¶ Eratis enim aliquando &c.] Si possibile est uerti in lucem tenebras: non est secundum quosdā hæreticos natura quæ pereat & recipere nequeat salutem. Interrogemus ergo eos qui illa confingunt: utrum nam omnes impij tenebræ sint nec ne: de quibus quidam cum propter malicia tenebræ uocarentur, ad meliora conuersi, nunc lux appellantur in domino: Sicut aūt iusti sunt lumen mundi: sic impij consequēter tenebræ uocabuntur. & iusti quidem cum sint lumen, uidebunt lumen in lumine: iniusti aūt cum sint tenebræ, populus sunt sedens in tenebris, & nihil uidens: Quorum differentiā inter se atcp di-
Ioan.3.c stantiā, ex fructibus intelligimus. Omnis enim qui operatur malum, odit lucem, & non ueniens ad lucem, tenebrosus est, & filius noctis atcp tenebrarū. Qui uero operatur ueritatem & in lucem uenit, lux est, & filius lucis & diei: Lucētes aūt siue tenebrosi de cordis uel lumine, uel tenebris cognoscuntur. Super hæc quæres: ne forte

A ob distinctionem eorum qui lux sunt: sed non sunt lux in domino: de iustis dicatur, nunc autē lux in domino. Decenter quoq; Ephesijs, qui ad scientiæ summam conscenderant, scribitur quod sint lux in domino. Neq; uero tenebræ ipsæ uertuntur in lucem, aut lux in tenebras commutatur: sed hi qui ab eo quod sunt, nomen quoq; uel uirtutis meruere uel uitij, si conuersi fuerint de alio in aliud: ὁμωνύμως his rebus à quibus possidentur: uel tenebrarū, uel lucis uocabulum sortiēt. a ¶ Vt filij lucis ambulate.] Si deus lux est, & tenebræ in eo non sunt: filij dei, filij lucis sunt. Nec non si

domino. Vt filij lūcis ambulate. Frūctus enim lucis, est in omni bonitate & iusticia & ueritate. Prōbantes quid sit beneplacitum deo. Et nōlite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum. Māgis autem & arguite. Quæ enim occulte fiunt ab eis, turpe est & dicere. Omniā autem arguta à luce manifestantur, omne enim quod manifestatur lux est. Prōpter quod dicit: surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus (siue, orietur tibi Christus.) Vidēte ergo quomodo caute ambuletis

Ioan.13.d Christus lux uera est: filij quoq; eius ad quos loquitur, dicens: Filioli mei adhuc modicum uobiscum sum: filij ueræ lucis sunt. Ex quo colligitur, eosdem filios esse dei patris qui sunt filij Christi Iesu. b ¶ Fructus enim lucis est, in omni bonitate &c.] Aduersus Marcionē, qui iustum deum à bono separat, & putat creatorem esse iustum: alium uero nescio quē, cuius Christus iste qui uenit filius sit, bonum tantūmodo esse deum: hoc testimonium proferamus. Si quidem fructus lucis: non solum est in bonitate, sed in iusticia & in ueritate. Vbi itaq; bonitas est, ibi & iusticia: ubi iusticia, ibi cōsequenter & ueritas. Apud bonum ergo Christi patrem: ut ipsi quoq; fatentur, est ueritas & bonitas. Vbi autem bonitas & ueritas: apud ipsum & non apud alium, ut nunc Apostolus docet, iusticia est. Intelligat quoq; Marcion ipsum Chri

B stum, bonitatem, ueritatem, & iusticiam nuncuparl. Bonitatem in eo, quod non secundū opera, sed secundum misericordiam det gratiam credentibus in se. Iusticiam in eo, dum unicuiq; retribuit quod meretur. Porrò ueritatem, dum ipse solus causas creaturarum omnium rerumq; cognoscit. c ¶ Probātes quid sit beneplacitum deo.] Omnia faciendo cum consilio, ut cauti atq; solliciti, ea tantum quæ scimus deo placere faciamus: in morem prudentissimi trapezitæ: qui sculptū numisma non solum oculo, sed & pondere & tinnitu probat. Quia uero in hoc loco cōtextus eloquij uidetur esse turbatus, & tota scatere sententia: sic ordini sermo reddēdus est. Nolite ergo fieri comparticipes eorum, probantes quid sit beneplacitum deo: & si enim eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux estis in domino: quasi filij lucis ambulate, fructus luminis ostendentes in omni bonitate & iusticia & ueritate. d ¶ Et nolite commmunicare operibus &c.] Et ad Galatas nomen fructus in spiritu: operis ue

Gal.5.d ro posuit in carne, dicens: Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, & reliqua. Fructus uero spiritus, est charitas, gaudiū, pax, & cætera. Porrò in præsentiarum, opera tenebrarū infructuosa appellauit: quibus qui ea fecerint, cōmunione sociantur. e ¶ Magis autem & arguite.] Inter cætera mandata, etiā peccantes posse arguere, maximæ libertatis est. Sed hoc ille potest facere

Luc.6.f qui non meretur audire: Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo, & tunc poteris eijcere festucā de oculo fratris tui. Quamobrē & prophetæ, nulla ipsi peccatorum sorde polluti: nec cauteriatam habentes conscientiā: poterant cæteros arguere delinquētes. Ex quo animaduertendum eum arguere posse, qui ipse non redarguatur in semetipso. f ¶ Quæ enim occulte fiunt ab eis, turpe est &c.] Non mihi uidetur sermonis stare contextus: ut id quod nunc dicitur: quæ enim occulte fiunt ab eis, ex superioribus pendeat, & sciri possit ad quos potissimū referendū sit: nisi forte altius reddatur hyperbaton, & ad filios diffidentiæ copuletur: ut sonare possit, quæ enim occulte fiunt à filijs diffidentiæ, turpe est & dicere: quæ C sunt fornicatio & immūdicia & auaricia omnis. g ¶ Omnia autem arguta à luce manifestantur &c.] Omnia, haud dubium quin ea quæ occulte fiunt à filijs diffidentiæ: hæc enim à luce arguta manifestantur. Lux autem arguit ea quæ prius erāt tenebræ, & postea facta sunt lumen in domino, ut ex eo quod corripiuntur, mutentur in melius, & mutata manifestētur in publico: & publicata sint lumen: quia omne quod manifestat lux est. h ¶ Propter qd' dicit &c.] Quoniam opera tenebrarū à luce arguta manifestantur in lucem,

his quæ arguta fuerant transmutatis: dicitur dormientibus & mortuis, eo quod opera fecere tenebrarum: Surge q dormis, & exurge à mortuis. Quærat aliquis, quis nā sit iste qui dicat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis: aut cuius testimonio Apostolus sit abusus. Et quidem qui simplici responsione contentus est: dicet in reconditis eum prophetis, & his quæ uocātur apocrypha hæc lecta in mediū protulisse: Sicut in alijs quoq; locis illum fecisse manifestū est: non quod apocrypha cōprobaret, sed quo & Arati & Epimenidis & Menandri uersibus sit abusus ad ea quæ uoluerat in tempore comprobanda. Nec tamen Arati & Epimenidis & Menandri, tota quæ scripsere sunt sancta, quia eos uere aliquid dixisse testatus est. Alius uero quasi προσωποποιίαν spiritus sancti apostolus figurauerit, ad exhortationē pœnitentiæ hæc dicta memorabit. Ego certe secundum paupertatulam D meā, omnes additiones ueterū scripturarū: ipsaq; Hebræorum uolumina diligenter euentilās: nunq; hoc scriptum reperi. Nisi forte & hoc dicamus: quomodo olim prophetæ in cōcione populi loquebātur, hæc dicit dñs, & quoniam dñs locutus est: ita & Apostolū spiritu sancto plenum, repēte in uerba quæ in se Christus loquebatur erupisse atq; dixisse, hæc dicit dñs. Nec nō & illud est disserendū, quomodo uni atq; eidē dicatur quasi uiuenti, surge qui dormis, & quasi mortuo, exurge à mortuis. Igitur quia & spiritus est hoīs, quē semper in bonā partem scriptū meminimus, & anima cuius & infirmitates & mortes legimus peccatorū: id quod nunc dicitur, surge qui dormis, referatur ad spiritū: & q̄d sequit, exurge à mortuis: animæ coaptetur. Anima em̄ quæ peccauerit, ipsa morietur. Spiritus aūt mortē nunq; omnino legimus. Christus ergo lux uera orietur ei q surrexerit de somno & ex mortuis fuerit suscitatus. Scio me audisse quendam de hoc loco in ecclesia disputantē: qui in theatrale miraculū, nunq; ante uisam formā populo exhibuit ut placeret: Testimoniū hoc, inquiēs, ad Adā dicitur in loco caluariæ sepultū: ubi crucifixus est dñs. Qui caluariæ idcirco appellatus est: quod ibi antiqui hominis esset cōditū caput: Illo ergo tempore quo crucifixus dñs, super eius pendebat sepulchrū: hæc prophetia cōpleta est, dicens: Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis, & non ut legimus ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστός: id est orietur tibi Christus, sed ἁφάψεται: id est cōtinget te Christus: Quia uidelicet tactu sanguinis ipsius & corporis dependentis, uiuificetur atq; cōsurgat, & tunc typū quoq; illū ueritate compleri, quādo Elisæus mortuus, mortuū suscitauit. Hæc utrum uera sint, nec ne, lectoris arbitrio derelinquo. Certe tūc in populo dicta placuerūt, & quodā plausu ac tripudio sunt excepta. Vnum quod scio loquor: cum loci istius interpretatione atq; contextu, sensus iste non conuenit.

i ¶ Videte ergo quomodo caute ambuletis &c.] Recte Ephesijs dicitur, ut caute ambulent, qui habebant exercitatos

A citatos ſenſus ad diſcernendū bonum & malum, & pro/
bantes omnia, id quod ſtatuerant bonum eſſe retinebāt:
Qui autē uidet quomodo ambulet, & q̄ caute figat gra/
Pſal.118.c dum: ne forte ad lapidē offendat pedē ſuū, & dicit, Lucer
na pedibus meis uerbū tuū dñe: utiq; ſapiens eſt. Non
eñ puto ἰδιώτην quem
piā & ſi uelit ambula
re caute, poſſe hoc im
plere præceptū: quia
ſapientibus & non in
ſipientibus imperatū
eſt. Ex quo intelligi/
mus & præcepta mo
ralia quæ plerīq; ma/
nifeſta arbitrātur: ex
eo quod in octauode
cimo pſalmo dicitur:
Mandatum domini
lucidum illuminans
oculos: indigere prudenti & circunſpecta expoſitione:
quia lucidum illud præceptum, eorum illuminat ocu-
los, qui inſipientia derelicta, ſapientiæ ſtudijs ſe manci/
parint. a ¶ Redimentes tēpus, quoniā dies mali ſunt.]
Qui ſapiens eſt, & idcirco caute ambulat: redimit tem/
pus. Tempus autem redimit, quia dies mali ſunt. Quan
do in bono opere tempus cōſumimus: emimus illud &
propriū facimus quod malicia hominū uenditum fue/
rat: Nemo autem uitæ huius quærēs neceſſaria, & de di/
uitijs & ſollicitudinibus, quas euangelium ſpinas nun/
cupat cogitans, poteſt ſibi tempus redimere. Redimen/
tes autem tempus, quod in diebus malis eſt, quodāmo/
do immutamus illud, & dies malos in bonos uertimus,
& facimus illos non præſentis ſeculi, ſed futuri. Poteſt &
aliter locus iſte ediſſeri: O uos Epheſij quibus de ſomno
B ſeculi iſtius exurgentibus ſol iuſticiæ ortus eſt Chriſtus:
caute ambulate atq; prudenter, & abiecta inſipientia, te
nete ſapientiā: per quam poſſitis non cum uarietate tem
porum cōmutari, ſed diuerſitatē temporū uobis unum
tempus efficere. Et quia ſunt plurimæ perſecutiones: In
principio quippe fidei propemodū quotidie uexaban/
tur eccleſiæ, unum tenere curſum, & hoc ſcitote ſeruan/
dum, ut non in morem ſtulti, quaſi luna mutemini: ſed
quod ſemel cœpiſtis, firma mente tenatis: ne uidelicet ſi
perſecutorem iudicem uideritis, & uos cum iudicis uo/
lūtate mutemini. Rurſum ſi alius dogmatis ueſtri lauda
tor aduenerit: uos fateamini Chriſtianos: ſed quod eſtis
omni tēpore reſeruate. Aliquod de ſcripturis ponamus
exemplū: ut quod dicimus manifeſtius fiat. Ioſeph unū
habebat propoſitum, placere deo. Hoc nulla uarietate
temporis immutatū eſt: nec fratrum inuidia, nec condi/
tione ſeruitutis: nec ætatis illecebris, nec dominæ repro/
miſſis, nec ſqualore carceris, nec poſtea tumore Aegy/
ptiæ poteſtatis: ſed ſemper unus fuit, & uarietatem ut di
ximus temporū ſibi redimens, malos dies uertit in bo/
nos. Hoc idem & de Iob ſentiendum eſt, quod per uaria
tentamēta uexatus, nec diuitijs, nec damnis, nec orbitate
nec uulnere, nec exprobratione amicorū, nec ſolitudine,
nec poſtea bonorum omnium reſtitutione mutatus eſt.
Redemerat eñ ſibi tēpus, & dies malos fecerat bonos.
b ¶ Propter quod nolite &c.] Quia tempus malū eſt,
& ſicut ſupra diximus redimendum, appetenda ante ſa/
pientia eſt, ut per illam intelligere ualeamus quæ ſit uo/
luntas dei. Nō eñ poſſumus caute ambulare: niſi prius
intellecta uoluntate dei. In omni ergo opere primū con/
ſiderandū quid uelit deus, & habito iudicio, id poſtea
faciendū, quod illi placere fuerit comprobatū. c ¶ Et
Matth.6.c nolite inebriari uino in quo eſt luxuria, ſed impleami/
ni ſpiritu.] Quomodo non poſſumus duobus domi/
nis ſeruire, deo & mammonæ: ſic non poſſumus ſpiritu
impleri pariter & uino. Qui enim ſpiritu impletur, ha/
bet prudentiam, & manſuetudinē, uerecundiam, caſtita
tem. Qui uino, habet inſipientiam, furorem, procacita/

letis, non ut inſipientes ſed ut ſapientes. Rēdimentes
tempus quoniam dies mali ſunt. Prōpter quod nolite
effici imprudentes: ſed intelligite quæ ſit uoluntas dei.
Et nolitē inebriari uino in quo eſt luxuria: ſed implea/
mini ſpiritu. Lōquentes uobiſmetipſis in pſalmis & hy
mnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in
cordibus ueſtris domino. Gratias agēntes ſemper pro
omnibus, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti deo &
patri

tem, libidinem. Hoc quippe æſtimo uno uerbo ſignifica C
re luxuriam. Quod ſi quidam intelligerent, nunquā me
temeritatis & hæreſcōs arguiſſent: qđ in uirginitate ſer/
uanda dixerim uinum adoleſcentulis declinandum, &
non mittendum ſuper flammam oleum, nec naturalem
carnis ardorē, fomen
tis uoluptatis augen/
dum. Poteſt autem ui
num in quo eſt luxu/
ria, & illud accipi, de
quo in cantico Moy/ Deut.32.d
ſi dicitur: Furor dra/
conum uinum eorū,
& furor aſpidum inſa
nabilis: quod omnes
qui ſeculi iſtius cogi/
tatione ſunt ebrij, bi/
bunt & inſaniunt, &
uomūt, & præcipites
corruunt. Et iuxta Lapitharum, Centaurorumq; fabu/
lam: in mutuum feruntur exitium. Huic uino, illud ui/
num contrarium eſt: quod dominus ſe nobiſcum in re/
gno ſuo bibiturum eſſe promittit. Frequenter annotaui/
mus, nomen ſpiritus abſq; additamento, in bonam po/
ſitum partem: quod quidem etiam nunc obſeruandum
uidetur. d ¶ Loquētes uobiſmetipſis in pſalmis & hy/
mnis & canticis ſpiritualibus &c.] Qui ſe abſtinuerit Eph.5.d
ab ebrietate uini in quo eſt luxuria, & ,p hoc ſpiritu fue/
rit impletus: iſte omnia poteſt accipere ſpiritualiter, pſal
mos, hymnos, & cantica. Quid autem interſit inter pſal/
mum & hymnum & canticum: in pſalterio pleniſſime di
ſcimus. Nunc autem breuiter hymnos eſſe dicendum,
qui fortitudinem & maieſtatē prædicant dei, & eiuſdem
ſemper uel beneficia uel facta mirantur. Quod omnes
pſalmi continent, quibus alleluia uel præpoſitū uel ſub/
iectum eſt. Pſalmi autem proprie ad ethicum locum per D
tinent: ut per organum corporis, quid faciendū, & quid
uitandum ſit nouerimus. Qui uero de ſuperioribus di/
ſputat, & concentum mundi omniumq; creaturarum or
dinem atq; concordiam ſubtilis diſputator ediſſerit: iſte
ſpirituale canticum canit. Vel certe ut propter ſimplicio
res manifeſtius quod uolumus eloquamur, pſalmus ad
corpus, canticum refertur ad mentem. Et canere igitur
& pſallere & laudare dominū, magis animo q̄ uoce de/
bemus: Hoc eſt quippe quod dicitur: Cantantes & pſal/
lentes in cordibus ueſtris domino. Audiant hæc adole/
ſcentuli: audiant hi quibus pſallendi in eccleſia officium
eſt, deo non uoce ſed corde cantandum: nec in Tragœdo
rum modum guttur & fauces dulci medicamine collini
endas: ut in eccleſia theatrales moduli audiantur & can
tica, ſed in timore, in opere, in ſciētia ſcripturarū. Quam/
uis ſit aliquis ut ſolent illi appellare καλόφωνον, ſi bona
opera habuerit, dulcis apud deum cantor eſt. Sic cantet
ſeruus Chriſti, ut non uox canentis, ſed uerba placeant
quæ leguntur: ut ſpiritus malus qui erat in Saule, efficia/ 1.Reg.16.d
tur ab his qui ſimiliter ab eo poſſidentur, & non intro/
ducatur in eos: qui de dei domo ſcenam fecere populo/
rum. e ¶ Gratias agentes ſemper pro omnibus in
nomine domini noſtri Ieſu Chriſti deo & patri.] Huic
quid ſimile, & in epiſtola ad Theſſalonicēſes prima ſcri/ 1.Theſſ.5.c
ptum eſt: Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in o/
mnibus gratias agite. Quod præceptū ille ſolus cuſtodi
re poteſt: qui prouidētia dei nouit etiam quinq; paſſeres
qui uenduntur dipondio gubernari: quorum unus non Luc.12.d
cadit in laqueum ſine patris uolūtate. Quod autem ait:
Gratias agentes, & ſemper, & pro omnibus. Dupliciter
intuendum, ut & in omni tempore, & pro omnibus quæ
nobis accidunt, deo gratias referamus: ut non tantum
pro his quæ bona putamus, ſed etiam quæ nos coartāt,
& contra noſtram ueniunt uoluntatē, in dei præconium
mens læta prorumpat, & dicamus: Nudus exiui de ute/
ro matris meæ: nudus & redeam: ſicut placuit domino,

A ita factum est: sit nomen domini benedictum. Hæc actio gratiarum apud prudentes uiros, & generaliter & speciaLiter obseruatur. Generaliter, ut gratias agamus deo qđ nobis sol oritur, dies currit, nox mutatur in requiē: splēdore lunæ, tenebræ temperantur, & ortu occasuq; stellarum tempora mutantur & redeunt: quod nobis seruiūt pluuiæ, terra parturit, elementa famulantur: quod tantæ animalium uarietates, uel ad uehendum, uel ad operandū, uel ad uescēdum, uel ad tegmen, uel ad exemplum, uel ad miraculū datæ sunt, & ad extremū quod nati sumus: quod subsistimus: quod in mundo quasi in quadā domo potentissimi patrisfamilias procurationē gerimus, & totum quicquid in mundo est, nostri causa intelligimus procreatū. Specialiter uero, quando in dei beneficijs quæ nobis accedunt gratulamur. Sed hoc & gentilis facit, & Iudæus, & publicanus, & ethnicus. Christianorū propria uirtus est etiam in his quæ aduersa putantur, referre gratias creatori: Si domus corruerit: si amantissima uxor & filij uel captiuitate uel ueneno uel naufragio intercepti sint: si diuitias proscriptione perdidimus, si sanitatem innumerabiles morbi, & semper expectanda miseris podagræ debilitas fregerit. Qui sibi sanctiores uidētur, solent deo referre gratias quod de periculis uel de miserijs liberati sunt. Sed iuxta Apostolum hæc uirtus est maxima, ut in ipsis periculis atq; miserijs, deo gratiæ referantur, & semper dicamus: Benedictus deus, minora nescio sustinere q; mereor, hæc ad mea peccata parua sunt: nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christiani est, hic crucem suam tollens, sequitur saluatorē, quem nec orbitas nec
B damna debilitant. Quem ut Flaccus in lyrico carmine ait: Si fractus illabatur orbis, impauidum ferient ruinæ. Qui autē, sicut diximus, gratias agit deo & patri in mediatore dei & hominum, referat eas Christo Iesu: quia nisi per illū accedere non ualemus ad patrē. a ¶ Subiecti inuicem in timore Christi.] Audiāt hæc episcopi, audiant præsbyteri, audiat omnis ordo doctorum: subiectis suis se esse subiectos, & imitentur dicentē Apos-
1.Cor.9.d tolum: Cum enim essem liber ex omnibus: omnibus me ipsum seruum feci, ut omnes lucrifacerē. Et in alio loco:
Gal.5.c Per charitatē seruite inuicem. Vnde & ipse eadem chari-
Ioan.13.b tate omnibus gentium seruiuit ecclesijs. Saluator quoq; formam serui accepit: ut seruiret discipulis suis, & pedes eorum lauit. Hoc interest inter gentiū principes & Christianorum, quod illi dominantur subditis, nos seruimus & in eo maiores sumus, si minimi omniū fuerimus. Sed & hoc quod ait: In timore Christi, sic accipiendū: ut ipsa subiectio non propter hominū gloriā sed propter timorem Christi fiat: dum illū timemus offendere. Alius uero sic interpretabitur: subiecti inuicem in timore Christi: ut hanc sententiā generalem in consequentibus diuidi dicat atq; partiri: Mulieres uiris suis subditæ sint, & si lij obedite parentibus, & serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore: ut non solum uxor uiro & si lij parētibus, & serui dominis, sed ētiam uiri mulieribus iuxta officium quod præceptū est, & patres filijs, ne illos ad iracundiā prouocent, & domini seruis: ut remittant minas, & præbeant his quæ habent necessaria, inuicem sint subiecti, & hoc ex Christi timore faciant: Vt quomodo seruis suis fuit ille subiectus: sic & hi qui maiores uidētur subijciantur minoribus suis, reddendo officia quæ iubent. Possumus, hic timorē & pro εὐλαβείᾳ: id est reuerentia accipere, quæ magis uicina est charitati. Nequaq; enim cōuenit Ephesijs, ut timore quid faciāt, & non dilectione Christi. b ¶ Mulieres &c.] Hoc quod in Latinis exēplaribus additū est, subditæ sint: in Græcis codicib⁹ non habetur: si quidem ad superiora refertur, & subauditur: Subiecti inuicem in timore Christi: ut ἀπὸ κοινοῦ C
resonet subiectæ & mulieres uiris suis sicut domino. Sed hoc magis in Græco intelligitur q̄ in Latino. Quomodo itaq; Christo subiecta est ecclesia: sic subiecta sit uxor uiro suo: Quem enim habet principatum & subiectionem Christus & ecclesia: huic eidē ordini maritus & uxor astringitur. Sed uidendū, ut quomodo in Christo & in ecclesia sancta cōiunctio est: ita & in uiro & in muliere sancta sit copula. Sicut autem non omnis congregatio hæreticorum Christi ecclesia dici potest: nec caput eorum Christus est: sic non omne matrimoniū quod non uiro suo secundum Christi præcepta coniungitur, rite coniugium appellari potest: sed magis adulteriū: Alias aūt subijcitur uxor uiro ut domino: quia ad ipsum cōuersio eius est, & ipse illius dominabitur. Nam & Sara dominū uocabat Abraham Gen.18.b
quæ spontanea seruitus, quanto magis fuerit uoluntate subiecta: tāto esse incipit coæqualis: quinimo, obsequijs suis in seruitutē redigere dominantē. Quidam hunc locum secundū Anagogen ita interpretantur: ut dicāt uxorem in corpore, uirum accipi in animo. Et sicut Christo subiecta est ecclesia: ita corpora subijci debere sensui, & in unum spiritū redigi, si domino fuerint copulata. Qui enim adhæret domino: unus spiritus est. c ¶ Ipse est saluator &c.] Quoniā ꝓpinquior atq; inferior est substantia Christi à natura ecclesiæ: propterea eam corpus Christi æstimo nominatam: cuius corporis saluator est Christus Iesus: id est uerbum, sapientia, cæteraq; uirtutes in quibus intelligitur filius dei. Quære curiosius, si cubi in diuinis uoluminibus potueris inuenire, uocabulum carnis pro ecclesia positum. Si quidē nunc nequaq; D
caro, sed corpus Christi appellatur ecclesia. Porrò manifestum quod quicquid caro est, consequenter & corpus sit: non aūt quicquid corpus, hoc consequenter & caro.
d ¶ Sed ut ecclesia subiecta &c.] Ecclesia Christi gloriosa est: non habens maculā neq; rugā, aut quid istiusmodi. Qui ergo peccator est & aliqua sorde maculatus: de ecclesia Christi mō potest appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile autē est, ut quomodo ecclesia quæ prius rugam habuerat & maculā: in iuuentutē & mūdiciam postea restituta est: ita & peccator currat ad medicum: quia nō habent opus sani medico, sed male habentes, & curentur uulnera ipsius, & fiat de ecclesia quæ corpus est Christi. Satis quoq; eleganter & caute ad Ephesios loquēs ait: ut ecclesia subiecta est Christo: ita & uxores uiris suis. Si em̄ ita uxor subijcienda uiro est, ut Christo ecclesia: inter uirū & uxorem erit sancta cōiunctio, & nunq; corporis seruient passionibus. Quod si nobis aliquis illud quod ad Corinthios scribitur opposuerit: ui- 1.Cor.7.d
rum uxori debitū reddere, & uxorem uiro: animaduertat magnam inter Corinthios & Ephesios esse distantiā. Illis quasi paruulis atq; lactentibus scribitur: in quibus erant dissensiones & schismata, & audiebatur fornicatio qualis ne inter gentes quidē, & propterea eis cōceditur, ut post orationē ad idipsum redeant: ne tententur à sata na. licet & ibi in cōsequentibus, non iuxta uoluntatē: sed iuxta συγκατάβασιν, se eis dicet ignoscere. Ephesij uero apud quos fecit trienniū, & omnia eis Christi aperuit sacramenta aliter eruditur, & habet unusquisq; arbitrij liberā potestatem: uel Corinthios sequi uel Ephesios, & Luc.21.d
saluari aut seruitute Corinthij, aut Ephesij libertate. Væ, inquit saluator, prægnantibus & lactentibus in die illa, hoc est iudicij, quæ utiq; proprie opera nuptiarū sunt. Vnde omni labore nitendū, ut magis Ephesios q̄ Corinthios æmulemur: nec deprehendamur quasi in diluuio ementes & uendētes, nubentes & matrimonio copulati; sed accinctis lumbis lucernas teneamus in manibus.

patri. Subiecti inuicē in timore Christi. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino: quoniā uir caput est mulieris, sicut & Christus caput ecclesiæ. Ipse est saluator corporis. Sed ut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres

¶ Virt

A 4 ¶ Viri diligite uxores uestras ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam &c.] Quamuis ſui inuicem maritus & cõiunx amore teneãtur, qualis illa uxor memoratur Haſdrubalis, quæ capto uiro, in patriæ ſe iecit incendium: & cæteræ quæ uiris mortuis ſuperuiuere noluerunt: Nunq̃ tamen dilectionẽ illam uir ſapiens dilectioni Chriſti & eccleſiæ cõparabit. Sanctus igitur hic intelligendus eſt amor, quo & Iſaac dilexit uxorem ſuam Rebeccam, quæ interpretat̃ patientia, & de terra Meſopotamiæ, quæ ſeculi huius ex omni parte fluctibus cingitur: in terrã eam repromiſſionis induxit, ut conſolaret̃ pro morte matris ſuæ: Interitum quippe ſynagogæ, cõiunctione ecclеſiæ temperauit. Iſta dicentes occaſionem hæreticis damus, qui omnes omnino nuptias repudiãdas putant: & hoc uel maxime utũtur teſtimonio. Quibus breuiter reſpondendum, paſſiones hic & immundiciã & luxuriam ab Apoſtolo inter maritum & uxorem uetari, non ſanctam coniunctionem, alioquin ſi coniugiũ omnino prohibebat, quid neceſſe fuit dicere, uxores ueſtras, cum potuerit dicere: Viri diligite mulieres uel uxores: Veſtras, enim proprie matrimoniũ ſonat: Et rurſum in ſequentibus: & uiri debent diligere uxores ſuas ſicut ſua corpora: & adhuc manifeſtius: qui uxorẽ ſuam diligit, ſeipſum
B diligit: Nemo enim unq̃ ſuam carnem odit, ſed nutrit & fouet eam, quia ſecundum edictum legis antiquæ & inſtaurationẽ euangelij, maritus & uxor una caro efficiuntur. Liberorum ergo ut diximus, in matrimonio opera conceſſa ſunt. Voluptates autem quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in uxore damnatæ. Hoc legens omnis uir & uxor, intelligant ſibi poſt conceptũ, magis orationi q̃ cõnubio ſeruiendum. Et quod in animalibus & beſtijs ipſo naturæ iure præſcriptũ eſt, ut prægnantes ad partum uſq; non coeant: hoc in hominibus ſciant arbitrio derelictum, ut merces eſſet ex abſtinẽtia uoluptatũ. Quia uero ſecundũ Tropologiam, uiros animas, & uxores corpora dixeramus: hic diligat anima corpus quomodo Chriſtus eccleſiam, ut ſemetipſum tradat pro ſalute ipſius, & eam ſanctificet uerbo doctrinæ, ut exhibeat ſibi eam non habentem maculam aut rugam aliquam uetuſtatis: maxime cum ſciat, illam in reſurrectione ſaluandam, & uiſuram eſſe ſalutare dei. Talis uir caput habet Chriſtum, & cum propter ſalutem carnis ſe humilians factus fuerit cũ uxore ſua una caro, retrahit eam ad ſpiritum, & domino copulat⁹, caro eſſe deſiſtit. Pulchre quoque maculam aut rugam, quia de coniugio loquebatur, de exemplo mulierum ad decorem traxit eccleſiæ. Sicut enim ſolent in mulierum corporib⁹ uel ſordere neui, uel ruga cõtrahi, uel lentigo uariari: & hoc eſt omne ſtudiũ fœminarum, ut quod fœdare uidetur abſtergant, & exhibeant maritis corporum uenuſtatem: ita & animæ omni peccatorum ſorde purgandæ ſunt, ut̃ ruga ueteris hominis in iuuentute tendatur, & renouetur in nouum hominem de die in diem. b ¶ Ita & uiri debent diligere uxores ſuas ſicut ſua corpora.] Et in Geneſi ex perſona
Gen.2.d loquentis Adam ſcriptum eſt: Hoc nunc os ex oſſibus
Matth.19.a meis, & caro ex carne mea: & idipſum in euangelio domino poſtea dicente firmatur: Qui creauit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una. Cum igitur uir & uxor una caro ſint, ita uxoribus ut noſtris corporibus prouidendũ.

lieres uiris ſuis in omnibus. Viri diligite ũxores ueſtras ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiã, & ſemetipſum tradidit pro ea ut eam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã, non habentem maculã aut rugam aut aliquid eiuſmodi: ſed ut ſit ſancta & immaculata. Itã & uiri debent diligere uxores ſuas ſicut ſua corpora. Qũi uxorẽ ſuã diligit, ſeipſum diligit: nemo enim unq̃ carnem ſuã odio habuit, ſed nutrit & fouet eam ſicut Chriſtus eccleſiã. Quoniam membrã ſumus corporis eius, ex carne eius & ex oſſib⁹ eius. Prõpter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & erunt duo in

Nemo aũt corpus ſuum turpiter amat, aut ſemetipſum C
propter coitum diligit, ſed quaſi uaſculũ animæ ſuæ fouet corpus & nutrit, ne fracto uaſe, id quod cõtinebatur effluat & erumpat. Necnon & iuxta literam, quãdiu mulier partui ſeruit & liberis: hãc habet ad uirum differentiam quam corp⁹ ad animã: Sin aũt Chriſto magis uoluerit ſeruire q̃ ſeculo: mulier eſſe ceſſabit, & dicet̃ uir, quia oñes in perfectũ uirum cupim⁹ occurrere. Qd' ſi ad Tropologiam & hæc referimus, amabim⁹ noſtrũ corpus, & corporis ſenſus uilioris quidẽ conditionis ab animo, ſed per quos ad mẽtem bonarum artiũ & uirtutũ tranſeant diſciplinæ.

c ¶ Qui uxorẽ ſuam diligit &c.] Quantum ad ſimplicem intelligentiam pertinet, ſancta inter uirum & uxorem charitate præcepta, nunc iubemur ut nutriamus & foueamus cõiuges, ut ſcilicet eis uictum atq; ueſtitũ & ea quæ ſunt neceſſaria præbeamus. Sed opponi nobis poteſt, quod nõ ſit uera ſententia dicentis Apoſtoli: Nemo enim unquam carnem ſuam odit, cum morbo regio laborantes, & ptiſi & cancere & diſtillationibus: mortem uitæ præferãt, & ſua oderint corpora. Magis itaq; ad Tropicam intelligentiã ſermo referatur, & dicamus, quod illam carnem quæ uiſura ſit ſalutare dei, anima diligat & nutriat & foueat, eam diſciplinis erudiens, & cœleſti ſaginans pane, & Chriſti D
ſanguine irrigans, ut refecta & nitida, poſſit libero curſu uirum ſequi, & nulla debilitate & pondere prægrauari. Pulchre etiam in ſimilitudinem Chriſti nutrientis & ſouentis eccleſiam, & dicentis ad Hieruſalem: Quotiẽs uolui congregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? animæ quoque fouent corpora ſua, ut corruptiuũ hoc induat corruptionem, & alarum leuitate ſuſpenſum, in aerem facili⁹ eleuetur. Foueamus igitur & uiri uxores, & animæ noſtra corpora, ut & uxores in uiros, & corpora redigãt in animas. Et nequaq̃ ſit ſexuum ulla diuerſitas, ſed quomodo apud angelos, nõ eſt uir & mulier: ita & nos q̃ ſimiles angelis futuri ſum⁹, iam nunc incipiamus eſſe quod nobis in cœleſtibus repromiſſum eſt. Luc.13.g

d ¶ Quoniã mẽbra ſumus &c.] Quia membra ſumus corporis Chriſti, & Chriſt⁹ nutrit & fouet eccleſiã: ideo & nos nutrimus & fouemus carnem noſtram, quã nemo unq̃ odio habuit. Membra aũt ſumus corporis Chriſti, nõ ſecundũ naturã diuinitatis æternæ, ſed iuxta id quod hominẽ eſt dignat⁹ aſſumere: Quanq̃ & homo ipſe qui aſſumptus eſt, habeat naturã noſtrorũ corporũ, ſed non habeat originẽ. Nos enim ex humano ſemine coagulamur, ille de ſpiritu ſancto nat⁹ eſt. Poteſt aũt & aliter dici: Quoniã corpus Chriſti eccleſia eſt, & eccleſia de cũctis credentib⁹ congregat̃, Paulus & Epheſij mẽbra ſunt corporis, id ẽ eccleſia Chriſti. e ¶ Propter hoc &c.] Quod frequẽter annotauimus apoſtolos & euangeliſtas non eiſdẽ uerbis uſos eſſe in teſtamenti ueteris exemplis quibus in propr̃ijs uoluminibus continentur: hoc & hic probamus. ſi quidem teſtimonium iſtud ita in Geneſi ſcriptum eſt: Propter hoc relinquet homo Gen.2.d
patrem ſuum & matrem ſuã, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una: nũc aũt Apoſtolus pro eo quod ibi habetur, ἕνεκεν τούτου, id eſt propter hoc: poſuit ἀντὶ τούτου, quod Latine alijs uerbis dici non poteſt: deinde pro patre ſuo & matre ſua, pronomina abſtulit, & patrem tantum poſuit & matrem: & quod in medio dicitur, & adhærebit uxori ſuæ: hic penitus prætermiſit, & tantum

quod ſequebatur hoc dictum, ſuperioribus copulauit: & poſuit, & erũt duo in carne una. Hoc aũt totum nunc idcirco obſeruauimus, ut etiam in cæteris locis ſicubi teſtimonia quaſi de prophetis & de ueteri teſtamento ab apoſtolis uſurpata ſunt, & in noſtris codicibus non habentur: nequaq; ſtatim ad Apocryphorum ineptias & delyramẽta curramꝰ: ſed ſciamus ſcripta quidem ea eſſe ĩ ueteri teſtamento, ſed non ita ab apoſtolis ædita, & ſenſum magis uſurpatũ, nec facile niſi à ſtudioſis poſſe ubi ſcripta ſint inueniri. Igitur ad exhortationem mutui affectus inter uxorem & uirum, Adam & Euæ ſumpſit exemplum, ut quomodo coſta tollitur de Adam & ædificatur in coniugẽ, & ipſa rurſum coniunx in unam uiri carnem redigitur, quia qui uxorẽ diligit, ſeipſum diligit: ſic & nos noſtras amemus uxores. Idipſum autem per Allegoriã in Chriſto interpretatur & in eccleſia, ut Adam Chriſtum, & Eua præfiguraret eccleſiam. Factus eſt enim nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantem. Et quomodo de Adam & uxore eius omne hominum naſcitur genus: ſic de Chriſto & eccleſia omnis credentium multitudo generata eſt. Quæ unũ eccleſiæ corpus effecta, rurſum in latere Chriſti ponitur, & coſtæ locum replet, & unũ uiri corpus efficitur: ipſo dño id in euãgelio poſtulãte: Pater da, ut quomodo ego & tu unum ſumus, ſic & ipſi in nobis unum ſint. Interrogemus Marcionem qua conſequentia locum iſtum qui de ueteri uſurpatus eſt inſtrumento, in Chriſtum & in eccleſiam interpretari queat, cum iuxta illum ſcripturam uetus omnino non pertineat ad Chriſtum. a ¶ Sacramentum hoc magnũ &c.] Non ut pleriq; exiſtimãt, omis hiſtoria quæ de Adam & de Eua in Geneſi ſcripta eſt, ad Chriſtum & ad eccleſiam facile referri poteſt, ſed tantummodo quod in præſenti loco ponitur: Id eſt, propter hoc relinquet homo patrem ſuũ & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Primus enim homo & primus uates Adam, hoc de Chriſto & eccleſia prophetauit, quod reliquerit dominus noſter atq; ſaluator patrem ſuum deum, & matrem ſuam cœleſtem Hieruſalem, & uenerit ad terras propter ſuũ corpus eccleſiã, & de ſuo eam latere fabricatus ſit, & propter illam uerbum caro factum ſit. Et quia non omnia æqualia ſacramenta ſunt, ſed eſt aliud ſacramentũ maius, & aliud minus, propterea nunc dicit: Sacramentũ hoc magnum eſt, ſimulq; humilitatis eius indicium eſt inferentis: Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Gregorius Nazianzenus, uir ualde eloquens, & in ſcripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, ſolebat dicere: Vide quantum iſtius capituli ſacramentum ſit, ut Apoſtolus in Chriſto illud & in eccleſia interpretans, non ſe ita aſſerat ut teſtimoniũ poſtulabat dignitas expreſſiſſe, ſed quodammodo dixerit: ſcio quia locus iſte ineffabilibus plenus ſit ſacramentis, & diuinum cor quærat interpretis: Ego autẽ pro puſillitate ſenſus mei, in Chriſto interim illud & in eccleſia intelligendum puto: nõ quo aliquid Chriſto & eccleſia maius ſit, ſed quod totum quod de Adam & de Eua dicitur, in Chriſto & in eccleſia interpretari poſſe, difficile ſit. b ¶ Veruntamẽ & uos ſinguli unuſquiſq; ſuam uxorem &c.] Aeſtimet aliquis eandem inter maritum & uxorem iuberi ab Apoſtolo charitatem, quæ in proximũ præcepta eſt, ſic enim ſcriptũ eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: & nunc dicitur, unuſquiſq; ſuam uxorem ſicut ſe diligat. Ergo eadem in proximũ & in uxorem charitas erit. Quod ſi proximus iuxta interpretationẽ ſaluatoris omnis homo eſt homini, nulla ergo erit inter uxorem & quorũlibet hominum dilectionem differentia charitatis, quod dicere ualde abſurdum eſt. In proximo enim ſimilitudo ponitur, ut ſic eum diligas ſicut te, & cupias eſſe ſaluatum. In uxore autem comparationis aduerbium, ſicut, nõ ſimilitudinem ſed approbationem & confirmationem, cum quodam modo dicimus de uiro, quaſi uir fecit, & de ſaluatore ſcriptũ eſt: Vidimus gloriã eius quaſi gloriam unigeniti. Non quo ipſe ſaluator gloriã habuerit ad comparationẽ alteriꝰ unigeniti, ipſe eſt enim unigenitus: Et unigenitus ſi & alter fuerit, unigenitus nõ poteſt appellari. Vnde alterius unigeniti non indigebat exemplo, ſed quaſi unigenitũ, hoc eſt ut ſemetipſum decebat gloriam habere poſſedit. Hoc idem & ſeptuageſimi ſecundi pſalmi iuxta Græcos tamen exordium ſonat. ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, quod à noſtris translatum eſt: Quã bonus deus Iſrael rectis corde. Alioquin iuxta Græcos ὡς, id eſt ſicut, ſimilitudinem magis uidetur quàm firmitatẽ ſignificare dictorum, ſi non ut confirmationem audieris, ſed quaſi exemplum. Simul & hoc attendendũ, quod uir diligere iubetur uxorem, mulier uero timere uirum. Congruit enim uiro dilectio, mulieri timor, ſeruo uero non ſolum metus, ſed & tremor iungitur. Vnde & in conſequentibus ait: Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore. c ¶ Mulier autem &c.] Si in deum metus propter timorem ſupplicij, non ſinit eum qui metuit eſſe perfectũ, quanto magis imperfecta erit mulier, non ſolũ deum, ſed etiam uirũ metuens. Propter quod requirendũ, an carnaliter uxor intelligenda ſit, & uxoris timor, cum frequenter multo meliores maritis inueniant uxores, & eis imperent & domũ regant, & educẽt liberos, & familiæ teneant diſciplinam, illis luxurianti-
bus & per ſcorta currentibus. Hæ uiros ſuos utrum regere debeãt an timere, lectoris arbitrio derelinquo. Quod ſi iuxta allegoriã ut ſupra diximus, uxor in corpore accipitur, uir in animo, nihil incongruũ eſt timere eam ut ancillam uirũ in ſecundo gradu, & in uiliori ſubſtantia conſtitutã. Animi quippe (ut ait Criſpus) imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Qui uero ſimplicem intelligentiã mulieris ſequitur & mariti, duas ſignificantias in uerbo timoris eſſe monſtrabit. Et dicet unam de qua Ioannes ait: Qui timet, pœnam habet, & qui timet, non eſt perfectus: Iuxta quam & ſerui ſpiritum ſeruitutis habent in timore, quẽ exiguntur à domino dicente ad eos: Et ſi pater ſum ego, ubi eſt gloria mea: & ſi dominꝰ ſum ego, ubi eſt timor meus: Alteram uero quæ apud philoſophos nominatur εὐλάβεια, & apud nos licet non plene ſonet, reuerentia dici poteſt. Scit quoq; & prophetes perfectorum timorem, quem qui timuerit, perfectus eſt in tricesimo tertio pſalmo, dicens: Non eſt inopia timentibus eum. Poteſt igitur uxori ſimpliciter intellectæ, hic imperari metus, ut timeat, hoc eſt, reuereatur uirũ ſuũ.

duo in carne una. Sacrãmentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Veruntamen & uos ſinguli unuſquiſq; ſuam uxorẽ ſicut ſe diligat. Mulier autem ut timeat uirum.

Cap. VI

FIlij obedite parentibus ueſtris in domino: hoc enim eſt iuſtum. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatũ primum in promiſſione, ut bene ſit ti-

Cap. VI

Filij obedite parẽtibus ueſtris in domino, hoc enim eſt iuſtum. Honora patrem ſuũ &c.] Ambigue dictum, utrũ in dño parentibus ſuis filij debeant obedire: an certe parentib. ſuis filij obediant in domino. Quod utrunq; faciendũ, ut & his parentibus qui nos in domino genuere, qualis fuit Paulus & apoſtoli, obediamus, & ea faciamus quæcũq; præceperint: & parẽtibus noſtris de qbus ſecundũ carnem nati ſumus, obtemperemus in dño, implentes ea quæ non ſunt domini contraria uoluntati. Simul & hæreticos coartabimꝰ, nolẽtes uetus teſtamẽtum eſſe dei boni, cuiꝰ filius Chriſtꝰ ſit. Qua ratiõe Apoſtolꝰ Chriſti, boni dei filij, ſcriptura creatoris utaꝫ, & obedien-
tiam filio-

I.cuit.19.d

A tiam filiorū de ueteri lege præsumat. Quod testimoniū
Exod.20.b de Exodo sumptum, ita ibi contexitur: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi, de quo nunc ultima uerba subtraxit, quod mandatum in decalogo quintū est. Vnde quærendum, quare nūc dixerit, quod est mādatum primū, cum primum mādatum sit: nō erunt tibi dij alij præter me. Quamobrē nonnulli ita legūt, quod est mandatū primum in promissione, quasi quatuor alia mādata quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissiones: & in hoc solo pollicitatio feratur adiuncta, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Sed uidentur mihi non obseruasse subtilius, & in secundo mandato re
Exod.20.a promissionē esse sociatam. Ait enim: Non facies tibi idolum, neq; omnem similitudinē eorum quæ in cœlo sursum, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis subtus terram, non adorabis ea, & non immolabis illis: Ego enim sum dominus deus tuus, deus zelotes qui reddo peccata patrum in filios usq; ad tertiam & quartam generationem, his qui me oderūt, & facio misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Obserua enim quod uerba sint sponsionis: Faciens misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Forsitan ergo quia decalogus exeunti de Aegypto populo, prima lex data est: unūquodq; mandatum decalogi, primum mandatum est appellandum: ad comparationem eorum præceptorū, quæ postea in lege conscripta sunt. Qui uero expositionem superiorem tenere conabitur, in eo quod distinxerat, quod est mandatum primū in repromissione, dicet separatim esse mādatum:
B Honora patrem tuum, & matrem tuam, & postea repromissionem suo loco positā, ut sis longæuus super terram quā dominus deus tuus dabit tibi. In hoc uero mandato: id est, non facies tibi idolum neq; omnem similitudinem, non seorsum, sed sub uno textu atq; sermone, non tam promissionem datam q̄ sentētiam in laudes dei esse finitam, faciens misericordiam in milia his qui eum diligunt, & custodiunt mandata eius. Rursum is qui tota decalogi mandata, primum mandatum esse contendit, repromissionē in qua scriptum est: ut sis longæuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi, non solum ad eos pertinere monstrabit, qui parentibus obsequantur: sed etiam ad alia innumerabilia præcepta, & necesse habebit cuncta replicare mādata in quibus merces hæc & præmium promittātur, ut sint longæui super terram quam dominus deus suus dederit eis. A quo diuersus ille exigere debebit interpres, ut doceat ante hoc mandatum, illa quæ ab eo prolata sunt scripta esse mādata. Qd̄ si nō potuerit approbare, frustra & i alijs præceptis hāc repromissionem adiunctā esse memorabit. Post hæc retractandum, pro honore patris & matris, nō Iudaicum & carnale esse promissum, ut longæui sint filij super terram quam dominus deus suus dederit eis. Multos enim fuisse credendū, qui & parentibus obsequentes cito mortui sint, & in parentes impij, usq; ad extremam uenerint senectutem. Respondeant enim Iudæi & similes Iudæorum, si uitæ istius longitudo est in repromissis, & diu in corpore ꝑmanere felicitas est, quid sibi uult illud in psalmis: Hei mihi quia incolatus meus prolongat⁹ est, habitaui cum habitātibus Cedar: Et hoc Salomonis in Eccle
Eccles.4.a siaste: Laudaui ego oēs mortuos qui olim mortui sunt, super uiuentes qui uiuūt usq; in præsens, & melior est super hos duos, qui necdum natus est, & non uidit omne opus malum quod factum est sub sole. Et post paululū: Si genuerit uir centum, & annos plures uixerit, & multi fuerint dies annorum eius, & anima illius repleatur bonis, & sepultura nō sit ei, dixi melius est super eum abortiuum, quia in uanitate uenit, & in tenebris nomen eius operietur, & quidem solem non uidit, & cætera. Si enim C laudantur super uiuos mortui, & iuxta quosdam qui antequam in corpora ista descendāt, animas degere in cœlestibus arbitrantur, melior esse dicitur duobus, qui nec dum natus est, & omnis ista uita tentatio est: Et secūdum Iob: Mors uiri reges. Et iuxta eundē & Hie Hierre.20.d remiā: Maledicta est dies i qua nascimur, quomodo nūc repromittitur honorantibus patrem & matrem quod longæui sint super terram, quam dominus deus suus dederit eis? Quærenda est ergo terra quam dominus repromittit, & tribuit his qui spiritualem Aegyptum reliquerint: & cum omni patientia, magna & terribilia uitæ istius deserta transierint, & uicerint reges magnos quos percutit dominus, & transierint in Iudæā quæ lacte & melle fluit: Et sub Iesu duce, Hiericho corruente, atq; uastata Hai, quæ interpretatur abruptū, Hierusalem uenerint, & ædificetur eis templum sub Salomone rege pacifico, & possideant terram quæ mansuetis est præparata: Beati quippe mites, quoniam ipsi possidebūt terram, quæ uere est terra uiuentium, psalmista quoq; dicente: Credo uidere Psal.26.a bona domini, in regione uiuentium: Huius uitæ longitudinem & sapientia habet in manu dextera, in sinistra tenens diuitias & gloriā. a ¶ Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & conuersatione domini.] Peccatum filiorum est, non obedire parentibus: & quia poterant parentes aliquid imperare peruersum, adiunxit, in domino: Peccatum uero parentum, paruulos filios atq; lactentes ad iracundiam prouocare: aut certe iam adolescētibus & maturioris ætatis, ea imperare quæ grauia sunt. Sic ut igit̄ in filijs obsequium, & subiectionis merces est demonstrata: ita parentibus moderatum iubetur imperium, ut nō D quasi seruis, sed quasi filijs præesse se nouerint. Nec hoc præcepti fine contentus est, sed & illud adiunxit: Educate illos in disciplina & correptione domini. Quam correptionem nos legimus: melius in Græco dicitur νουθεσία, quæ admonitionem magis & eruditionem quàm austeritatem sonat. Legant episcopi atque presbyteri, qui filios suos secularibus literis eruditi, & faciunt comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare de ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos: & qd̄ in corbanam pro peccato uirgo uel uidua, uel totam substantiā suam effundens, quilibet pauper obtulerat: hoc in Calendariam strenam, & Saturnaliciam sportulam, & Mineruale munus grammaticus & orator, aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta cōuertit. Eli sacerdos ipse sanctus fuit, sed quia filios suos non 1.Reg.2.c erudiuit in omni disciplina & correptione, supinus cecidit, & mortuus est: Non enim poterat ad priora extendi, sed retrorsum ruit, & opisthotono insanabili lapsus in tergum, ad Sodomam cum Lot uxore respexit, & certe corripuerat filios suos, dicens: Quare facitis uerba hæc quæ ego audio de uobis mala ab omni populo? Nolite filij mei, quoniam non est bona fama, quam ego audio de uobis. De istiusmodi patribus, & Esaias lachry- Esa.2.b mabili uoce causatur, dicens: Et filij alienigenarum nati sunt eis. Quod si hoc Ephesijs laicis & plerisq;, ut in populo solet, uitæ huius negocijs occupatis, præcipit ut filios suos erudiant in omni disciplina & admonitione domini: quid de sacerdotibus æstimādum est, de quorum ordine ad Timotheum scribit, dicens: Filios habentem 1.Timot.3.a in obsequio, cum omni honestate. Et idipsum ad Titum inculcat & repetit: Filios habentem fideles, non in accu Tit.1.b satione luxuriæ, aut nō subditos: & quasi uitia filiorum parentibus imputentur, coniunctionem causalem interserens, ait: Oportet enim episcopum sine crimine esse tanquam dei dispensatorem. Non est ergo sine crimine episcopus, cuius filius non fuerit subditus, & in accusatione luxuriæ.

ne sit tibi, & longæuus sis super terram. Et pātres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in

Serui obe-

illos in disciplina & conuersatione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore & simplicitate cordis uestri sicut Christo: Non ad oculũ seruientes quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo, cum fidelitate seruientes sicut domino & nõ hominibus: Scientes quod unusquisque quod fecerit boni, hoc recipiet à domino siue seruus siue liber. Et dòmini, eadem facite ad illos, remittentes minas, sciẽtes quia & ipsorum & uester dominus est in cœlis, & personarum non est acceptio apud eum. De cæterò confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite òmnia arma dei, ut possitis stare contra uersu-

A a ¶ Serui obedite dominis carnalib⁹ cum timore &c.] Esa.51.c Propheta loquẽte ad Hierusalem: Qualis tu timuisti ab homine mortali & à filio hoïs, & Petro in epistola sua: Timorem eorum ne timeatis, sed dominũ Iesum Christum sanctificate in cordibus uestris: Et saluatore eadem con- Matth.10.c cinente: Nolite timere eos qui possunt occidere corp⁹, & plus non habent quod uobis faciant, sed timete eum qui potest & animam & corpus occidere in gehẽnam: Salomone quoq; paria Prouer.7 testante: Fili honora dominum & cõfortaberis, præter illũ autem ne timeas alium: Videtur Apostol⁹ diuersa præcipere, ut serui cũ timore & tremore obediant dominis carnalib⁹, & uxori ut timeat uirũ. Atque qui simplicius respondebit, hæc dicet, nõ perfectis seruis & eis qui sapientiæ secreta cognouerint hæc præcepta constitui, sed his qui principia habebant fidei, & doctrinis humilioribus indigebant. Alius uero asserat eum qui non habeat spiritum seruitutis iterum in timore, nequaquam huic subiacere sententiæ, ut cum timore & tremore obediat dominis carnalibus: Hoc idem & de uxore dicturus, quæ iubetur ut timeat uirum. Porrò tertio in hoc quoq; loco sicut in muliere, timorem pro reuerentia dictum putabit,
B sed arctabitur ex eo quod additus est timori tremor. Potest enim uxori reuerentia conuenire, ut reuerens timeat uirum. Vbi autem tremor est, metus nõ sonabit reuerentiam, sed timorem. Necessario itaq; in seruis additũ est, ut post timorem domini habeant & tremorem, & ad distinctionẽ domini spiritualis, nunc carnalis dominꝰ appellatur: Ita ut seruo quicunq; crediderit in deum, & necdum ad scientiæ summã peruenerit: non indecens sit domino seruire carnali cum timore & tremore, in simplicitate cordis sui, & sic ei seruire fideliter ut Christo: Nõ ad oculum seruiens, ut hi faciunt qui hominib⁹ placere desiderant, sed ut necessitatem in uoluntatem uertat, & faciat de seruitute mercedem, maxime cum dominus carnis, à domino spiritus diuersa nõ imperet: Hoc est enim quod ait: Non ad oculum seruientes, ut hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei. Sed & ipsam fidelitatem non coactã seruus habeat, sed spontaneam & ex animo, sic seruiens domino suo sicut Christo, à quo recepturus est fidelis præmium seruitutis, non minus quàm si liber uoluntate seruisset. Simul & hoc notandum, quod obedientiæ filiorum atque seruorum diuersa subiunxerit. Ad filios enim dicit, obedite parentibus uestris in domino: ad seruos uero, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore: Vt sicut inter seruum & uxorem habet metus diuersitatem: ita & inter filios & seruos obedientia discreparet. Et pulchre imperans seruis ut obediant dominis, adiecit, quasi Christo: & iterum, ut serui Christi, facientes uolũtatem dei, ut scilicet non audiat seruus carnalem dominum si contraria dei præceptis uoluerit imperare. Quomodo aũt ad Co- 1.Cor.7.b rinthios secundum tempus rescripserat, ne per occasionem fidei in Christum inter maritos & uxores diuortia fierent, si è duobus unus credere uoluisset: Ita ad Ephesios & ad Colossenses, quia plurimi inter initia fidei putabant gentiles dominos contemnendos, nunc conditionum moderate præcepta constituit, ut & seruitia non uideatur contra dominos cõcitare, & rursum nequaquam dominos doceat audiendos, si uitiosa & nephanda præcipiant. b ¶ Et domini eadem facite ad illos, remitten- C tes minas, scientes quia & ipsorum & uester dominꝰ est in cœlis &c.] Quæ nam sunt hæc quæ seruis superiꝰ imperauit, ut diceret dominis eadem facienda quæ seruis? Puto illa quæ dixerat in simplicitate cordis, & facientes uoluntatem dei, & ex animo, & cum fidelitate siue benuolẽtia in seruos, quia εὔνοια utrunque sonare potest. Vnusquisq; enim qd' fecerit boni, hoc recipiet à domino: siue famulus seruierit, sicut dictum est: siue liber dominatus fuerit, ut oportet, ut non sit terribilis, nõ prompt⁹ ad uerbera: sciẽs qa & ipse habeat dominum in cœlis, apd' quẽ non est acceptio personarũ, & qui solus tantũ iudicet uoluntates, & iuxta eas deteriori præferat meliorem, eligens facta, nõ homines. c ¶ De cætero cõfortamini in domino, & in potẽtia uirtutis eius &c.] Scio in Græco pro uirtute, fortitudinem positam: id est ἰσχύν, quia uirtus apud eos ἀρετὴ appellatur. Sed hæc apud nos consuetudo est scripturarum, ut indifferenter ἰσχὺν & ἀρετὴν uirtutem nominent: maxime quia fortitudo corporis, uirtus animi existimatẽ. Quanquam & apud philosophos inter quatuor uirtutes fortitudo sit posita, quam utique animi & non corporis esse manifestum est. Quod igitur ait, confortamini in domi D no & in potentia uirtutis eius, totum sentitur in Christo, ut in omnibus uirtutibus quæ super eo intelligũtur, qui crediderint confortent. Et prudenter post specialia mandata quid uiris & uxoribus, patribus & filijs, dominis & seruis obseruãdũ sit: nunc generaliter omnibus in commune præcipit, ut in domino & in eius potentia confortati, præparent se aduersum diabolum. De quo in consequẽtibus scribit. d ¶ Induite omnia arma dei, ut possitis stare contra uersutias diaboli &c.] Ex his quæ infra legimus, & his quæ in scripturis omnibus de domino saluatore dicuntur, manifestissime comprobatur: omnia arma dei quibus nunc indui iubemur, intelligi saluatorem, ut unum atque idem sit dixisse, induite uos omnia arma dei: quasi dixerit, induite dominum Iesum Christum. Si enim cingulum ueritas est, & lorica iusticia est, saluator autem & ueritas & iusticia nominatur: nulli dubium quin ipse & cingulum sit & lorica. Itaque iuxta hæc, ipse erit & præparatio euangelij pacis: & scutum fidei, & galea salutaris, & gladius spiritus, quod est uerbum dei: & uiuens sermo & efficax, & acutus super omnem gladium ex utraque parte acutum. Quæ autem alia arma dei possumus existimare, quibus induendus est qui habet aduersum diaboli dimicare uersutias, excepta uirtute quæ Christus est? Hic enim qui iuxta omnia quæ super eo intelliguntur fuerit indutus, potens erit contra uniuersas insidias diaboli repugnare: & secundum id quidem quod ueritate præcinctus est, non facile ad falsitatis dogmata deducetur. Iuxta hoc uero quod loricam indutus est iusticiæ, iniquitatis iaculis non poterit perforari. Necnon quum calciatus fuerit calciamentis pulcherrimis in præparatione euangelij pacis, quasi is qui præparauit in fine opera sua, & idcirco pacis homo factus est, nec bellicum aliquid & tumultuosum agit: nec cum his qui impræparati sunt condemnabitur. Infidelitas quoque quæ inimica est fidei, ubi scutum est fidei, nihil ualebit. Caput etiam & principale cor-

A cipale cordis & animæ in quo ſenſus omnes locati ſunt, ſalutis galea circũdatum, non quaſſabitur. Ad extremũ quaſi uir bellator & fortis, omnes ſectas contrarias ueritati concidet, interficiet, iugulabit, gladiũ ſpiritus, id eſt uerbum dei, manu tenens. Volens ergo Apoſtolus multimoda diaboli ingenia oſtẽdere, quibus nos capere nitatur p ea loca in quibus nõ omni cuſtodia ſeruemus cor noſtrum, methodias eiꝰ, id eſt, adinuẽtiones uel uerſutias nominauit. Si enim abſtinuerimus nos à corporum uoluptate, parũ cautos in auaricia capit. Quod ſi & auariciam cum uoluptate contemnimus, per luxuriam irrepit, & facit nobis uentrem eſſe deum: & per hanc etiã illa quæ fortia eſſe uidebanꝰ expugnat. Et quomodo ſolent ſapientes exercituũ principes ea uel maxime oppugnare urbium loca quæ parum munita ſunt, ut cum per illa irruperint, facile munita capiantur: ita & diabolus per ea quæ patere uidet, aut certe non firmiter clauſa, quærit irrumpere, & ad ipſam arcem cordis & animæ peruenire. Et quid me neceſſe eſt de pluribꝰ eius inſidijs dicere, cum ex his & cæteræ uerſutiarũ eius ſpecies cognoſcantur. Diabolus autem, nomen græcum eſt, quod interpretatur criminator. Iuxta Hebræi uero ſermonis proprietatem, quia & tribus zabulon quandam ſimilitudinem huius uocabuli habet, καταρύωρ, id eſt deorſum fluens dici poteſt, quod ſcilicet paulatim de uirtute ad uitium fluxerit, & de cœleſtibus ad terrena corruerit. a ¶ Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus &c.] Non puto Paulum ſcribentẽ ad Corinthios dicere potuiſſe, non eſt uobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, quibus ait:

tra uerſutias diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem: ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus

B Tentatio uos non apprehendat niſi humana. Fidelis autem deus qui nõ permittit uos tentari ſupra id quod poteſtis. Exiſtimo quippe aduerſus carnem & ſanguinẽ eſſe certamina, quæ ibi tentationes appellantur humanæ, quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & prouocat nos facere opera ſua, fornicationem, immũdiciam, luxuriam, idololatriam, inimicitias, contentiones, æmulationes, iras, rixas, diſſenſiones, hæreſes, inuidias, ebrietates, comeſationes, & reliqua his ſimilia. Porrò non eſt humana tentatio, nec aduerſus carnem & ſanguinem pugna, quando aut ipſe ſatanas trãsfiguratus in angelum lucis, perſuadere nititur uerum angelũ lucis arbitremur: aut aliquid horum ſimile facit, in omni uirtute, ſignis & portentis mendacibꝰ, in omni deceptione iniquitatis. Nam cum aliquem illaquearit inimicus ut recipiat ſe, & loquatur in eo, hæc dicit dominus: Non quaſi caro & ſanguis eum decipit, aut quaſi humana tentatio, ſed quaſi principatus & poteſtas, rector tenebrarum & nequitia ſpiritualis. Quamobrem nõ demus locum diabolo, ſed & ſi ſpiritus poteſtatem habentis aſcẽderit ſuper nos, iuxta qđ ſcriptum eſt, locum non demus ei. Dicat quiſpiam hoc quod ait: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſum principatus & poteſtates, & cætera quæ ſequunꝰ, ideo dici: ut doceamur, ne ea quidem quæ nobis miniſtrari uitia putamus ex carne, carnis eſſe uel ſanguinis, ſed à quibuſdã ſpiritualibus nequitijs ſuggeri. Sunt enim quidam dæmones amoribus & amatorijs canticis ſeruientes, ut propheta quoq; commemorat dicens: Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Nam & barbara quædam nomina eorum eſſe dicuntur, ut ſæpe cõfeſſi ſunt hi quos uere uulgus maleficos uocat, & incantationes, & preces & colores uarij, & diuerſa uel metallorum genera uel ciborum, ad quæ inuocati aſſiſtere dæmones, & infelices animas capere memorãtur. Alij uero iracundias & furores & bella cõmittere: alij præeſſe inimicitijs, & inter homines odia concitare. Quia uult ergo (inquiunt) Apoſtolus nos docere, nõ ex natura corporis, & de materia carnis & ſanguinis, hæc uitiorum genera procreari, ſed inſtinctu dæmonum, propterea ait: Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, & reliqua. Ideo autem nũc eorum qui magicis infelices artibus ſeruiunt, & facere iſta perhibenꝰ, in mediũ exempla protulimꝰ, ut retũdamus eorum opinionẽ, qui putant oĩa uitia eſſe carnis & ſanguinis, & nullã habere dæmones poteſtatem, ut nos incitent ad peccatum. Talem luctationem & Iacob putamus fuiſſe, cꝝ ſcilicet nõ aduerſum carnem & ſanguinem conGen.32.f tenderit, quando remãſit ſolus & luctabatur cum eo homo, adiuuans eum & corroborans aduerſum alium ſudore nimio dimicantem. Et ſimul uide, ne forte ridiculi ſint qui arbitrantur in ritum luctantiũ, tota Iacob nocte luctatum. Quid enim grande, ſi ut illi aiunt, luctans aut ſuperarit, aut uictus ſit? Sed iuxta rationabilem & conuenientem patriarchæ luctam, talem illi colluctationem fuiſſe credendum eſt, qualem hi habent qui poſſunt dicere: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem. Non neceſſe eſt totum nunc loci illius excutere ſacramentum, cum in ſuo loco ſi uixero plenius differendum ſit. Quærimus autem ubi in ueteri teſtamento Paulus hæc legerit, aut qua autoritate quæ minime ſcripta ſunt publicarit. Et cõijcimus ex his quæ de prælijs & ſingulari certamine, uerbi cauſa, Dauid aduerſum Goliã, & filiorũ Iſrael contra alienigenas, & cæteras gentes, ſcripta ſunt in lege: & Ieſu, & libro Iudicũ, & Regnorũ, & Paralipomenon, altius intellexiſſe Apoſtolum, & ſpirituale bellum ſenſiſſe de carneo, quo pugnantes uicti ſint ſiue ſuperarint: & ſatrapas quidem unicuiuſq; loci, ſuperna- D rum fuiſſe indicia poteſtatũ: Reges aũt gentium ſingularum imagines eorum qui nunc rectores mundi tenebrarumq; dicuntur: Malos uero homines ſpirituales nequitias in cœleſtibus demõſtraſſe. Et uidetur nobis Apoſtolus alijs uerbis hæc dicere: O Epheſij, quæ de prælijs Iſraelis aduerſum nationes legitis; uidenꝰ quidẽ carnem ſonare uel ſanguinẽ: Verbi gratia: Aegyptiorũ, Idumæorum, Ammanitarũ, Moabitarũ, & gẽtium cæterarũ: Sed ſi uere uultis ſcire, cognoſcite quia illa uniuerſa figuraliter cõtingebant illis. Scripta ſunt aũt ꝓpter nos, in quos fines ſeculorũ decurrerunt, ut intelligamus ex illis, non 1.Cor.10.c eſſe nobis pugnã aduerſum carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus ſpirituales quaſdã & inuiſibiles poteſtates, aduerſus rectores earũ tenebrarũ, quæ huic mundo incubãt, & errorẽ hominibus incredulitatis offundunt: & aduerſum ſpiritualia nequitiæ, quæ habitãt in cœleſtibus: Nõ quo dæmones in cœleſtibus cõmorentur, ſed quo ſupra nos aer, hoc nomen acceperit. Vnde & aues quæ uolitãt per aerem uolucres cœli eſſe dicuntur. Nam & in alio loco de dæmonibus ꝙ in aere iſto uagẽtur, Apoſtolus ait: In quibus ambulaſtis aliquando iuxta ſeculum mundi Ephe.2.a iſtius, ſecundum principem poteſtatis aeris ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Hæc aũt omniũ doctorum opinio eſt, ꝙ aer iſte qui cœlũ & terram medius diuidens, inane appellatur, plenus ſit contrarijs fortitudinibus. Poſt hæc retractandũ, à quo principatus, & poteſtates, & rectores tenebrarũ mũdi, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibꝰ, ut hoc ſint, acceperint poteſtatẽ. Et quidem dicat alius, apoſtatam diabolum, ſatellitibꝰ ſuis diuerſa officia cõmiſiſſe, & nõ eſſe harum diſtributionũ autorem deum. Cui poteſt illud diligens lector opponere, & quomodo ſcriptum eſt: Non eſt enim poteſtas, niſi à Rom.13.a deo? Quod ſi de hominibus dicitur, quanto magis de his qui ſunt ſubtilioris melioris'que naturæ? Nec ſtatim qui hoc ſentiat blaſphemiæ eum crimen incurrere, quia unuſquiſque iuxta ſuam uoluntatem, diuerſa miniſteria ſortitus ſit, Quomodo enim in urbibus eos qui

Gal.5.d

Ephe.4.f

Oſee.4.c

A eos qui aliquid cõmisere flagitij, uidemus uel bestias alere, uel secare marmora, uel mundare spurcitias cloacarum, uel præesse gladiatoribus, & fundendo reorum sanguini destinari: Ita & dæmones ex proprij arbitrij libertate, in sidiarũ, fraudium, scelerum, atque periurij, & reliquam uitiorum prouinciam esse sortitos, ut sint rectores tenebrarum, quia esse lucis principes noluerunt. Hi ergo rectores mundi atq; tenebrarum, cum aduersum aliquem colluctãtes supplantauerint eum fecerintq; corruere: statim illum suo mundo, & suis tenebris quibus principantur, annectunt. Ob quam causam fortius laborandum, ut qui semel audiui-
Ioan.15.c mus: Ego elegi uos de isto mundo, iam non estis de isto mundo: si enim essetis de mundo, mundus quod suum esset, amaret: non redeamus ad mundũ, nec subijciamur ei, sed crucifigatur nobis mundus, & nos ei, ut rector lucis Iesus proprio mũdo nos copulet, & sub patris esse faciat ditiõe, erutos de spiritualis nequitiæ potestate, & de cœlo eorum quod transiturũ est, nec dei sedes appellari potest. Impium quippe est, ut spiritualia nequitiæ in cœlestibus, eum cœlum tenere credantur, de quo loquitur
Esa.66.a deus: Cœlũ mihi thronus est. Itaq; qui intelligit quanta in isto mũdo, nobis & præsentib⁹ & absentibus fiant, dum ea uidere non possumus, siue propter corpus humilitatis nostræ hoc fragile atq; terrenum, quo anima involuitur, siue quia carnalib⁹ oculis subtilior natura non panditur: Hic uidebit quæ sint tenebræ quæ ab Apostolo nunc dicantur: quod scilicet aut tota uita ista terrena, tenebræ nuncupentur: Lux quippe lucet in tenebris, & tenebræ eam nõ comprehenderunt: Aut animæ lumen & sensus, terrenum corpus, & corpus mortis & humilitatis obumbret, operiat, & obcæcet. Sciamus autem quod
B excepto præsenti loco, nec in ueteri, nec i nouo testamento, κοσμοκράτορας, id est, mundi rectores, unq; legerimus: quod nomen idcirco Paulus apostolus finxit, quia nescisse habebat ad Ephesios disputans, rebus nouis & invisibilibus, noua nomina coaptare. Adhuc propter hoc quod ait, in cœlestibus, quia uidetur ambiguum: dicendũ subaudiri posse illud ad omnia, ut sit sensus: Non est nobis colluctatio aduersus potestates in cœlestib⁹, & rectores tenebrarum istarum in cœlestibus, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & nõ tantum aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestib⁹: maxime si intelligimus (ut iam supra expositum est) quomodo cœlestia nominent propter uolucres cœli, & quod in usu dicitur, pluuiam uenire de cœlo: Non quo pluuia è cœlo ueniat. Philosophi quippe aiunt: nõ amplius, q̃ duobus milibus passuum à terra distare nubes, ex quibus fundantur pluuiæ & imber irroret. Iuxta quem sensum cataractæ quoq; cœli in diluuio apertæ esse feruntur. Verumtamen quanto quis peior fuerit, tanto uicinior erit terræ locis, & pinguiori substantiæ. Siquidem & terra, & circundatus nobis aer, habent pinguedinẽ suam. Aiunt quidam & animas corporib⁹ liberatas, si attenuatæ fuerint in præsenti uita, & lima, ut ita dicam ἀσκήτους atq; uirtutum, in subtile corpus attritæ, non habitaturas in pinguioribus locis, sed deo q̃ incorporeus est, uicinas fore. Si uero tales fuerint,
Psal.4.a de quibus dici possit: Filij hominum usq;quo graui siue pingui corde: secundũ crassitudinis suæ pondus ad infirma detrahi, & pinguedine prægrauari. Post hoc & illud pariter differendũ, an hac terra & aere, aliquis pinguior locus sit, qui à pleriscq; appellatur infernus, in quo hi qui dicũtur inferi, commorentur. Qui nam uero isti sint, & quam uel cognationem uel diuersitatem habeãt, ad eos qui spiritualia nequitiæ in cœlestibus appellantur, non est præsentis temporis disputare. Reliquum est, ut quid inter colluctationẽ carnis & sanguinis, & inter rectores tenebrarum istarum, & spiritualia nequitiæ in cœlestib⁹ sit, in duobus apud Apostolum manifestius discamus agminibus. Quando em̃ uult humanas tentationes, hoc est, colluctationẽ carnis & sanguinis indicare, despiciens eas atque contẽnens loquitur: Quis nos separabit à charitate dei, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames & nuditas, & periculũ, & gladius? Iuxta quod scriptum est: Propter te mortificamur tota die: reputati sumus ut oues occisiõis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Quando uero docere nos uult de aduersarijs potestatib⁹ & rectoribus tenebrarum, & spiritualibus nequitiæ in cœlestibus, ab alio quasi capite sumit exordiũ & dicit: Certus sum enim, quia neq; mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque præsentia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neq; alia quælibet creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Prolixius forsitan quam lector uoluerit, de hoc capitulo disputatum sit, sed quæso det ueniam difficultati ipsius loci & personæ Ephesiorum, qui post artes magicas scire debuerãt, à quib⁹ fuissent aliquando decepti. a ¶ Ideo sumite omnia arma dei, ut possitis resistere in die malo &c.] Diem malam, aut præsens tempus ostendit, de quo supra dixerat: Redimẽtes tempus, quia dies mali sunt, propter angustiam & uitæ huius labores, quia non absq; sudore & certamine peruenimus ad palmã: aut certe consummationis atque iudicij, quando diabolus inimicus & uindex, in sua nos cupiet parte retinere: De qua liberabitur, qui intelligit super egenum & pauperem: In die enim mala liberabit eum dominus. Hæc est dies, de qua & in alio loco scriptum est: Ecce uenit dies iræ domini. Et alibi: Dies enim domini insanabilis ueniet, furoris & iræ. Et rursum: Væ desiderantibus diem domini: Vt quid uobis dies domini: & hæc est tenebræ & nõ lux. Quemadmodũ si fugiat homo à facie leonis, & incurrat in ursum, & introeat in domum suam, & reclinet manus suas super parietẽ, & mordeat eũ coluber: Nõne tenebræ dies domini, & non lux, & caligo nõ habens splendorem? Quomodo enim non mala est hæc dies, quæ tenebris, & caligine inuoluitur? De qua Iohel quoq; propheta cõmemorat dicẽs: Canite tuba in Sion, prædicate in monte sancto meo, & cõfundantur omnes qui habitant terram, quoniam adest dies domini, quia prope est dies tenebrarũ & turbinis, dies nebulæ & caliginis. Et Sophonias de eadẽ die loquitur dicens: Prope est dies domini magna, prope & uelox nimis. Vox diei domini amara, & dura, & fortis: dies iræ, dies illa, dies angustiæ & necessitatis, & reliqua. Post quæ infert: Et affligam homines, & ambulabũt ut cæci, quia domino peccauerũt. Vt igitur possit quis in hac die diabolo resistere, quia ipse est accusator fratrum nostrorũ, assumat omia arma dei: Hoc enim sonat παναοπλία, nõ ut in Latino simpliciter arma translata sunt, & omnibus telis armisq; succinctus, de quibus in sequẽtibus explicatur: sciat tũc se stare posse, si uniuersa fuerit operatus, ut plenus cunctis uirtutibus, stabilem figat gradum, & nõ moueatur de acie, sitq; ex his de quibus dns ait: Sunt quidam de hic stantibus. Et in alio loco: Etenim fide statis. Et psalmista: Statuit (inquit) supra petram pedes meos. Tertia quoque à quibusdã interpretatio subinducitur, dicentibus: non omne aduersum diabolum prælium morte finiri: sed cum de isto seculo exierimus, tunc nobis fortius & apertius, præsentibus contra præsentes futurum esse certamen: & sic illud quod paulo ante posuimus exponent, neque præsentia, neque futura, ut futura hæc dicant esse, quæ post uitam istam sint ineunda certamina. Necnon & illud: Quapropter cõtendimus, siue in præsenti, siue in futuro placere illi, ut præsens tempus, hanc uitam: futurũ, post mortem significari putent. Hoc quoque quod nunc dicitur: Et omnia operati stare, ad eundem sensum referent, quasi non possit aliquis omnia in præsenti uita operari, sed ex parte quid faciat: sic ut ex parte uideat, & ex parte prophetet, & tũc perfecte stare

Rom.8.g

Matth.16.g

2.Cor.5.b

D

Iohel.1.d

ualeat

A ualeat, cum uniuersa fuerit operatus. Alius uero simplicius hæc exponit, dicens Ephesios ad futuras tentationes, & persecutiones quas eis Paulus apostol⁹ post hanc epistolam prophetico uidebat spiritu prouenire, cohortari & moneri, ut omnia faciant, per quæ possint in fide stare euangelij, nec in persecutione corruere. Diem autem malam, pprie de quadragesimo octauo psalmo, arbitramur esse nūc sumptā. *a* ¶ State ergo succincti lumbos uestros in ueritate.] Quod iuxta mēbra carnis & corporis, omnia membra animæ in scripturis uocentur, nulli dubium est: de quibus unum puto esse nunc membrum, lumbos: quos ut accingamus ueritate præcipitur. Scriptum est quoq; in euan-
Luc.12.d gelio κατὰ λουκᾶν: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Quia igitur lumbi in gene-
Psal.131.b ratione semper accipiuntur & semine, secundum illud: De fructu lumbi tui ponam super thronū tuum. Et alibi: Adhuc in lumbis erat Leui patris sui Abrahā, quando obuiauit ei Melchisedech: Videtur nobis accinxisse lumbos suos, qui nequaquam uxori debitū reddit, nec seruit libidini, sed imitatur ingenitum deum, generationis negocijs nō ministrans, Hoc idem reor & illud significare quod Ioannes zonam pelliceā habebat circa lumbos suos, & non erat de immundis, qui propter fluxum
B seminis extra castra proiecti, cum arca domini habitare
Leuit.13.f non possunt: Nec ex his de quibus in Numeris scribitur: Sint uestimenta eius dissuta. Qui autem Christo accinctus est ueritate, hæc uestimenta in altum colligit & sursum trahit, & nudorum laterum fœditatem, baltheo spirituali uelat, stringit, includit, & paratus ad prælium est, & opera habet lucentia, quæ lucernæ dicūtur ardentes. *b* ¶ Et induti lorica iusticiæ.] Sicut difficile uulneratur, in his uel maxime locis quæ uitam tenent: qui confertam hamis, & ferreis inuicem arculis se tenentem loricam uirtutis indutus est: ita qui est circūdatus multiplici ueste iusticiæ, nec ad similitudinem cerui in iecur accipiet sagittam, nec in desideria corruet & furores, sed erit mundo corde, habens artificem huius loricæ deum, qui unicuique sanctorum omnia arma fabricatur, & nō finit eum à iaculo uolante per diem, & à sagittis ardentibus percuti pariter & exuri. *c* ¶ Et calciati pedes, in præparatione &c.] Diligentius obseruate, quod uirtutem quandam animæ appellauerit pedes, quibus ingre-
Ioan.14.d dimur in eo qui dicit: Ego sum uia, & quos nos oportet calciare præparatione euangelij pacis. In horum calcia-
Exod.12.b mentorum figurā, & illa calciamenta in Exodo præcesserunt, quæ habere pascha uescentibus imperatur, & his qui ad faciendum iter parati sunt. Sic enim (ait) mandu-
Matth.10 cabitis illud: lumbi uestri accincti, & calciamenta uestra in pedibus uestris, & baculi uestri in manibus uestris, & comedetis illud cum festinatione, pascha est enim domini. Signum siquidem præparationis est, cum festinatione & calciatis pedibus comedere, ut corroborati paschali cibo, latam & horribilem possint eremum pertransire. Qui ergo adhuc ambulat, calcietur: Qui uero iam Iordane trāsmisso terram repromissionis intrauit, nudet pedem. Solue (ait) calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo tu stas, terra sancta est. Si quis non est Iesus
Iosue.5.d Naue, nec Apostolus calciet pedes suos in præparatione euangelij pacis. Si quis autem apostolus est, & inter duodecim numerari potest, nequaquam tollat in uia calciamentum suū: nec ad scorpiones & colubros declinandos, calcaneum tegat, sed iam consummatus atq; perfectus, stet in terra sancta, & uiuat in Christo, & sequatur
C agnum quocūq; uadit. Quæritur utrum nam ad distinctionem euangelij alterius, nunc dixerit, pacis euangelium: An certe propriū sit hoc euangelij, ut pacis euangelium nominetur? Qui igitur habet pacē, calciatus est

in die malo, & uniuersa operati stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & indūti loricam iusticię. Et cālciati pedes, in præparatione euangelij pacis. Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere. Et gāleam salutis accipite. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Per omnem orationem & obsecrationem, orantes in omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instātia & prece, pro omnibus sanctis & pro me. Vt mihi detur ser-

Christi euangelio: & cum calciatus fuerit, præparat⁹ est, & præparatus non se putet esse perfectum, sed ad hoc præpareť, ut pergat, & pergens ueniat ad finem. *d* ¶ Super omnia accipientes scutum &c.] Quasi dixerit: in oīi opere portate clypeum fidei, ut possitis tecti atq; muniti excipere uenientes sagittas, & huc atq; illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides super qua & Abraham post multa opera atque uirtutes, uix potuit promereri, ut de eo scriptura diceret: Credidit autem Abraham deo, & reputatum est illi ad iusti-
Gen.15.b ciam. Perspicua autem sunt iacula maligni, quæ uult mittere in corda nōstra per cogitatiōes pessimas, de quibus unum iecit in cor Iudæ, ut traderet saluatorem. Itaq; ne principium quidem habere poterit inimic⁹ animæ uulnerandæ, si tenuerimus scutum fidei, in quo non solū uenientia tela franguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur: de quo & propheta complorat dicens: Om-
Osee.7.a nes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. Qui hūc umbonem fidei manu forti tenuerit, & confisus in domino, scierit se à uenientibus iaculis esse securum, loquetur
D intrepidus: In domino cōfido, quomodo dicitis animæ
Psal.10.a meæ, transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetris, ut sagittēt in obscuro rectos corde. Cum ergo (inquit) confidam in domino, qua mihi datis ratione consilium, ut non stem aduersum inimicorum impetus, & iacula quæ contra me in pharetris præparārūt, uolentes non solum me, sed etiam omnes rectos corde percutere? Ecce enim ſto super petrā, & non trāsmigro in montes tenebricosos: & omnia tela hostium repulsa, in ipsos qui dirigunt conuertuntur. *e* ¶ Et galeam salutis accipite &c.] Propter hanc galeam salutaris, omnes in capite nostro sensus integri perseuerant: & maxime oculi, de
Eccēs.2.b quibus in Ecclesiaste Salomon ait: Sapientis oculi in capite eius. Sciebat enim quod esset uiri caput, & qui nam isti oculi in uiri cāpite collocati. Si enim caput uiri Christus est, & oculi sapientis in capite eius sunt, sequitur ut omnis nōster sensus, mens, cogitatio, sermo, consilium, si tamen sapientes fuerimus, in Christo sint. In Christo autem uerbo, lumine, iusticia, ueritate, cunctisq; uirtutib⁹. *f* ¶ Et gladium spiritus, quod est uerbum dei &c.] Dei sermo de spiritu sancto fluit, contrarius uero de terra loquitur, & inde sumit exordium. Qui enim de terra est,
Ioan.3.d de terra loquitur. Qui de cœlo uenit, super omnes est: Et quod uidit & audiuit, hoc testatur. Porro sermo dei, gladius spiritus est, de quo nunc Paulus ait: Gladius spiritus, quod est uerbum dei. Viuens quippe sermo dei & efficax & acutus super omnem gladiū ancipitem, & penetrans usq; ad artus animæ, & ossium & medullarum. Qui spiritus præcidit & diuidit, multum proficiens per orationem & obsecrationem eorum, qui in omni tempore dominum deprecantur in spiritu, iuxta illud: Orabo
1.Cor.4.c spiritu, orabo & mente. Et in hoc proficiens, ut per uigilias & instantem precem: Apostolus in dei uerbo doctrinaq; ditetur. Et hæc omnis opulentia ad aliorum profectum salutem, ut eis quoque ipsis prosit, qui pro eo obsecrant. Simulq; Apostoli humilitas admiranda, petentis Ephesios, ut pro se faciant obsecrationes. Ait quippe: In

A omni instantia & prece pro omnibus sanctis & pro me: Vt seorsum sanctorũ, & seorsum sui faceret mentionem.

a ¶ Vt mihi.] Hoc qđ nũc ait, in apertione oris mei: Et alibi: Os meũ ad uos apertũ est ò Corinthij: Et, aperiens ós suum, docebat discipulos suos dicens: Et os meũ aperui, & attraxi spiritũ: Et, aperiã in parabolis os meum: & cætera his similia, sic accipiendum quasi dixerit: aperiantur thesauri, & abscõdita à seculis sacramẽta pãdantur, ut spiritus sanctꝰ introeat ad ea profereda quæ latitãt. Nã quod huius testimonij, id est, ut detur mihi sermo in apertiõe oris mei, iste sit intellectus, sequentia probant. In confidentia (inquit) notum facere mysterium euangelij: Nequaq̃ in parabolis & prouerbijs, sicut & prophetæ, & ipse dominus adhuc cõstitutus in corpore loquebatur dicens: Venit hora quãdo nequaq̃ uobis in prouerbijs loquar, sed confidenter de patre annunciabo uobis. Hunc confidentiæ sermonem, solus poterit obtinere, qui non habuerit cor se reprehendens: Si enim cor nostrum nos nõ reprehenderit, confidentiam habemus ad deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo. Rarus itaq̃ est qui in confidentia notum faciat mysteriũ euangelij, quia rarus est qui cõfidentiam habeat ad deum. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis stabit dicens mundum se esse à peccatis? Post hæc qd sit hoc quod ait: Pro

B quo legatione fungor in catena, ut notum uidelicet facerem mysterium euãgelij, breuiter perstringendũ. Et quidem qui simpliciter intelligit, dicet propter testimonium Christi eum de carcere & de catenis hæc Romæ positum scripta misisse. Alius uero propter corpus humilitatis & catenam istam qua circundamur: & necdum scimus secundum quod oportet nos scire, & per speculum uidemus in ænigmate, ista eum dixisse contendet: & tũc uere posse in cõfidentia euangelij aperire mysteria, cum catenam deposuerit, & de carcere liber exierit, nisi forte & in uinculis absq̃ uinculis computandus est, qui conuersationẽ habet in cœlis, & de quo dici potest: Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. b ¶ Vt aũt &c.] Dupliciter accipitè, uel ideo Tychicum missum Ephesum, ut nunciaret eis uincula apostoli Pauli nota facta esse in omni prætorio, & catenam illius ad fidem euãgelij profecisse, eo tempore quo ad Colossenses scripsit dicẽs: Quæ circa me sunt, omnia nota uobis faciet Tychicus frater dilectus, & minister, & conseruus in domino, quẽ misi ad uos ob hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra cũ Onesimo charissimo & fideli fratre, qui est ex uobis, qui oñia quæ hic agunt̃, nota faciet uobis. Grandis enim consolatio erat audire Paulum Romæ in domina urbium, & in arce Romani imperij, de carcere & de uinculis triumphantem. Vel certe ob id Tychicum missum esse, ut uitam & conuersationẽ Pauli, quam ignorabant, annunciaret eis, & quasi quoddam exemplar uiuendi daret discentibus gesta apostoli atque uirtutes, & eum imitari uolentibus. Nec parua esse poterat consolatio æmulari cupientiũ, quæ apostolũ egisse cognouerãt.

c ¶ Pax fratribus & charitas, cum fide à deo patre & domino Iesu &c.] Si qua alia dona sunt quæ tribuuntur à deo patre & domino Iesu Christo, inter hæc pax nõ minimũ possidet locũ, quæ superat omnem sẽsum, & custodit corda intellectusq̃ sanctorũ: serenitas quædam atq̃ trãquillitas animæ quiescentis, & uniuersam tempestatem & turbinem perturbationum fugans. Huic similis est charitas cum fide, quam & ipsam simul deus pater donat & filius, ut diligamus deũ de toto corde, & proximos sicut nosmetipsos, & pro inimicis nostris precemur. Hãc pacem & charitatem quam credentibus Apostolus imprecatur: hi tantũ habent, qui fratrum nomine merentur uocari. Pax fratribus & charitas cum fide & pace. Igitur & charitatem & fidem sic pater præstat ut filius: Et hæresis obmutescit, quæ nõ uult eadem filium posse quæ patrem. d ¶ Gratia cum omnibus qui diligunt dominum Iesum Christũ in incorruptione. Amen.] Nonnulli hoc ita interpretati sunt, ut eum putarent diligere dominum nostrum Iesum Christum, qui ab operibus corruptionis alienꝰ sit, D opera corruptionis in coitu sentiẽtes. Vnde & consuetudo & sermo uulgaris incorruptos, uirgines uocat, eosq̃ qui coitum nesciãt fœminarũ. Corruptos uero eos, qui istiusmodi degustauerint uoluptatem. Illud quoque testimonium coaptãtes: Si quis templum dei corrumpit, corrumpet illum deus. Sed nescio an hoc ualeant explanare qđ scribitur: Vnusquisq̃ propriũ habet donum à deo, alius quidem sic, & alius sic. Videamꝰ igitur ne forte melius sit omne peccatum corruptionem animæ intelligere, & eos qui à peccato liberi sunt, incorruptos uocari: ita ut diligentes dominum Iesum Christum, in incorruptione sint, dum peccati uinculis nõ tenentur, & cum eis est gratia dei. Simulq̃ arbitror ad distinctionem eorum qui diligunt dominum Iesum Christum, sed non in incorruptione: nunc positũ, eos gratiam habere Christi, qui diligant eum in incorruptione. Quanti eñ diligunt dominum, parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera sustinere: & nihilominus carnis passione superantur: sed his non imprecatur Apostolus gratiam, quia gratia domini est cum omnibus qui diligunt eum in incorruptione.

Commentariorum ad Ephesios finis.

detur sermꝰ in apertione oris mei, in cõfidentia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam ut oportet me loqui. Vt aũtem sciatis & uos quæ circa me sint, quid agam, omnia nota uobis faciet Tychicus, dilectus frater, & fidelis minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & cõsoletur corda uestra. Pax fratribus & charitas, cũ fide à deo patre & dño Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

Psal.118.r
Ioan.16.c
Rom.8.b
Colos.4.b
1.Cor.3.b

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD Titum, ad Paulam & Eustochium procœmium.

Licet non sint digni fide, qui fidem primam irritam fecerunt, Marcionem loquor & Basilidem, & omnes hæreticos qui uetus laniant testamentum: tamen eos aliqua ex parte ferremus, si saltem in nouo cõtinerent manus suas, & non auderent Christi (ut ipsi iactitant) boni dei filij, uel euangelistas uiolare, uel apostolos. Nunc uero cum & euangelia eius dissipauerint, & apostolorum epistolas, non apostolorum Christi fecerunt esse

A cerunt esse,sed proprias: miror quomodo sibi Christianorum nomen audeant uindicare. Vt enim de cæteris epistolis taceam,de quibus quicquid contrarium suo dogmati uiderant,eraserũt: nonnullas integras repudiandas crediderunt:ad Timotheum uidelicet utranque, ad Hebræos, & ad Titum,quam nunc conamur exponere. Et si quidem redderent causas cur eas apostoli nõ putarent,tentaremus aliquid respondere,& forsitan satisfacere lectori. Nunc uero cum hæretica autoritate,pnuncient & dicant: illa epistola Pauli est,hæc non est: ea autoritate refelli se pro ueritate intelligant,qua ipsi non erubescant falsa simulare.Sed Tatianus Encratitarum patriarches,qui & ipse nõnullas Pauli epistolas repudiauit: hanc uel maxime, hoc est,ad Titum,apostoli pronunciandam credidit,paruipendens Marcionis & aliorum qui cum eo in hac parte consentiunt assertionem.Scribit igitur Apostolus, ò Paula & Eustochium de Nicopoli, quæ in Actiaco littore sita, nunc possessionis uestræ pars uel maxima est, & scribit ad Titum discipulum suum,& in Christo filium,quem Cretæ reliquerat ad ecclesias instruẽdas: præcepitq; ei ut cum è duobus Artemas seu Tychicus Cretam fuerit appulsus,ipse Nicopolim ueniat. Iustum quippe erat,ut ille qui dixerat,sollicitudo mea omnium ecclesiarum: & qui euangelium Christi usq; ad Illyricum de Hierosolymis proficiscens fundauerat, nõ pateretur & sui & Titi absentia Cretenses esse desertos,à quibus primum idololatriæ semina pullularũt, sed mitteret eis pro se & Tito Arteman uel Tychicum,quorum doctrina & solatio confouerentur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD TITVM LIBER UNUS.

PAulus seruus dei,apostolus autẽ Iesu Christi.] In epistola ad Romanos ita exorsus est: Paul⁹ seru⁹ Iesu Christi uocatus apostol⁹. In hac autem seruum se dei dicit: Apostolũ uero Iesu Christi. Si B eẽ pater & filius unũ sunt,& qui crediderit in filiũ, credit & in patrem: seruitus quoq; indifferenter apostoli Pauli,uel ad patrẽ est referẽda, uel ad filiũ. Hæc autẽ seruitus nõ est illa de qua ipse Apostolus ait: Nec eẽ Rom.8.c accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore,sed accepistis spiritum adoptionis,in quo clamamus Abba pater:uerum nobilis seruit⁹, de qua & Dauid ad Psal.no.b deum loquitur:Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ: Et beata Maria ad angelum: eccè ancilla domini,fiat mihi secũdum uerbũ tuum. Hanc seruitutem habuit & Moyses,de quo dominus ad Iesum filium Naue: Moyses (inquit) famulus meus mortuus est.Et in alio loco:Mortuus est Moyses famulus domini in terra Moab per uerbũ domini.Absit quippe ut spiritũ seruitutis Moysen & Mariam in timore,& nõ in dilectione dei habuisse credam⁹. Nec mirum quamuis sanctos homines, tamẽ dei seruos nobiliter appellari, cum per Esaiam prophetã,pater lo- Esa.49.b quatur ad filium:Magnum tibi est uocari te puerũ meũ, qđ græce dicitur: μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου. Puer autem,hoc est, παῖς, quia potest secundũ Græcos & famulum & filium significare: in Hebræo quæsiuimus,& inuenimus non filium meum scriptum esse,sed seruum meum: id est עַבְדִּי Vnde & Abdias propheta qui interpretatur seruus domini, ex famulatu dei nomen accepit. Si moueat quempiam,dominũ saluatorem, qui uniMatth.20.d uersitatis est conditor,seruum dei dici:non mouebitur, loan.12.a si ipsum ad apostolos audiet loquentem: Qui uoluerit inter uos esse maior, sit omnium seruus. Et filius hominis uenit, non ut ministraretur sibi,sed ut ministraret: quod ne docere tantum uerbis uideretur,monstrauit exemplo. Assumpto qppe linteo,accinxit se: & aqua peluim replens,discipulorum pedes lauit. Non est itaq; impium credere eum qui formam serui assumpserat,hæc fecisse quæ serui sunt, ut paternæ uoluntati seruisse dicatur, cum seruis suis ipse seruierit. Hæc autem seruitus, charitatis est, per quã nobis inuicẽ seruire præcipimur. Et ipse Apostolus cum esset liber ex omnib⁹, omnium se seruum fecit. Et in D alio loco: Vester (inquit) seruus propter Christum. Seru⁹ dei ille est, qui non est seruus peccati. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Apostolus igitur q peccati nõ fuit seru⁹, recte dei patris uocatur seruus & Christi: Porrò quod ait: Apostolus autem Iesu Christi, tale mihi uideretur, quale si dixisset: præfectus prætorio Augusti Cæsaris,magister exercit⁹ Tiberij imperatoris. Vt enim iudices seculi huius quo nobiliores esse uideantur, ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate qua intumescunt uocabula sortiuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi uindicans dignitatem, apostolum se Christi titulo prænotauit, ut ex ipsa lecturos nominis autoritate terreret,indicans omnes qui in Christo crederent,debere sibi esse subiectos. Nechon quod paulo ante scriptum posuim⁹ ad Romanos: Seruus Iesu Christi, non differt ab eo si dixisset,seruus sapientiæ,seruus iusti- 1.Cor.1.d ciæ, seruus sanctificationis, seruus redemptionis: Christus quipp⁹ factus est nobis à deo patre sapientia, iustitia,sanctificatio & redemptio. b ¶ Secundũ fidem electorum dei & cognitionem ueritatis,quæ est iuxta pietatem &c.] Qui nõ iuxta humilitatẽ, ut plerique æstimãt, sed uere dixerat:Et si imperitus sermone,nõ tamen scientia:Hebræus ex Hebræis,iuxta legem Pharisæus,profundos sensus Græco sermone nõ explicat:& quod cogitat, in uerba uix promit. Iuxta ordinem igitur sensuum & textum rerum,potius quàm uerborũ,de singulis ut scripta sunt,disseramus. Secundũ fidem (inquit) electorum dei,refert ad superiora,quod intulit: Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundũ fidem electorum

AD TITVM

PAVLVS seruus dei, apostolus autem Iesu Christi. Secundũ fidem electorũ dei & cognitionẽ ueritatis, quæ est iuxta pietatẽ in spe uitæ æternæ,quã promisit non mendax deus ante secula æterna: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum imperium saluatoris nostri dei, Tito charissimo filio iuxta communem fidem: Gratia & pax à deo patre, & Iesu Christo saluatore nostro.

Huius

A dei,id eſt, eorum qui non tantum uocati ſunt,ſed & electi.Electorum quoq; ipſorum, magna diuerſitas eſt pro uarietate operum,ſenſuum, atq; ſermonum. Nec ſtatim qui electus dei eſt, uel iuxta electionem poſſidet fidem, uel iuxta fidem habet ſcientiam ueritatis. Vnde & ſaluator ad Iudæos qui in eum crediderant, eſt locutus: Si permanſeritis in uerbo meo,cognoſcetis ueritatem,& ueritas liberabit uos.Et euangeliſta teſtatur, quod hæc credentibus quidem dixerit: ſed neſcientibus ueritatem,quam conſequi poſſent,ſi in ſermone ipſius permanerent:& liberi effecti, ſerui eſſe deſinerent.Quæritur quare ad id quod ait: ſecūdum fidem electorum dei & cognitionem ueritatis, iunxerit,quæ iuxta pietatem eſt: utrum nam ſit aliqua ueritas quæ non in pietate ſit poſita,& nunc ad diſtinctionem illius inferatur cognitio ueritatis, quæ iuxta pietatem eſt. Eſt plane ueritas, quæ non habet pietatem. Si quis grammaticam artem nouerit uel dialecticam, ut rationem recte loquēdi habeat, & inter falſa & uera dijudicet. Geometria quoq; & arithmetica & muſica habent in ſua ſcientia ueritatē,ſed non eſt ſcientia illa pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere prophetas, euangelio credere,apoſtolos non ignorare.Et econtrario multi ſunt qui habent pietatis ueram cognitionem,ſed non ſtatim & cæterarum artium, & earum de quibus ſupra mentionem fecimus ueritatem.Hæc igitur ueritas cuius cognitio iuxta pietatē eſt, in ſpe uitæ æternæ poſita eſt: quia ſtatim ei qui ſe cognouerit, præmium tribuit immortalitatis. Abſque pietate uero noticia ueritatis delectat ad præſens,ſed æternitatem non habet præmiorum, quam promiſit non mendax deus ante ſecula æterna:& manifeſtauit eam temporibus ſuis in Chriſto Ieſu.Cui autem promiſit ante,& poſtea fecit eſſe perſpicua, niſi ſapiētiæ ſuæ,
B quæ erat ſemper cum patre, cū lætaretur orbe perfecto, & gauderet ſuper filijs hominum: & repromiſit eos qui cunq; in illa crediturі eſſent, habituros eſſe uitam æternam:Antequam orbis iaceret fundamenta, antequā maria diffunderet, montes ſtatueret,cœlū ſuſpenderet, terram deiecta mole ſolidaret, hæc repromiſit deus in quo mendacium non eſt: Non quia poſſit mentiri, & nolit infalſitatis uerba prorumpere,ſed quia qui pater ſit ueritatis,nullum in ſe habeat mendacium,ſecundū illud: Fiat
Rom.3.a autem deus uerax,omnis autem homo mendax.Propterea autem non mendax deus dicitur: etenim cum iureiurando quædā in prophetis pollicetur, ut nos ſecuriores effecti,magis ſperemꝰ futura eſſe quæ prædicta ſunt, & tota mente credentes, ad conſequenda ea quæ uentura ſunt,præparemur. Nō ab re uidetur breuiter perſtringere,cur deus ſolus uerax,& omnis homo mēdax,Apoſtoli uoce dicatur.Et niſi fallor,quomodo ſolꝰ habere dicitur immortalitatem, cum & angelos & multas rationabiles fecerit creaturas,quibus dederit immortalitatem, ita & ſolus dicitur eſſe uerax,non quod & cæteri non immortales & ueritatis ſint amatores,ſed quod ille ſolꝰ naturaliter ſit & immortalis & uerus. Cæteri uero immortalitatem & ueritatem ex largitione illius conſequantur: & aliud ſit uerum eſſe,& quid habere per ſemet: aliud in poteſtate donantis eſſe quod habeas. Sed nec hoc ſilentio prætereundū puto, quomodo non mendax deus ante æterna ſecula,æternam ſpoponderit uitam,ex quo iuxta hiſtoriā Geneſeos factus eſt mundus,& per uices noctium atq; dierum,menſium pariter & annorū, tempora cōſtituta ſunt.In hoc curriculo & rota mundi,tempora labuntur & ueniunt:& aut futura ſunt,aut fuerūt.Vnde quidam philoſophorū non putant eſſe tempus præſens,ſed aut præteritum,aut futurum: quia omne quod loquimur,agimus,cogitamus:aut dum fit,præterit: aut ſi nondū factum eſt, expectamus. Ante hæc igitur mundi tempora,æternitatē quandam ſeculorū fuiſſe credendum eſt,quibus ſemper cum filio & ſpiritu ſancto fuerit pater:& ut dicam, unum tempus dei, eſt omnis æterni, C
tas:imò innumerabilia tempora ſunt,quum infinitus ſit ipſe qui ante tempora omne tempus excedit. Sex milia necdum noſtri orbis implentur anni: & quantas prius æternitates, quanta tempora,quantas ſeculorum origines fuiſſe arbitrandū eſt, in quibus angeli, throni, dominatiōes, cæteræq; uirtutes ſer-

Huius rei grātia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerā, corrigeres

uierint deo,& abſq; temporum uicibus atq; mēſuris deo iubente ſubſtiterint. Ante hæc itaq; omnia tempora quæ nec ſermo eloqui,nec mens comprehendere,nec cogitatio tacita audet attingere, promiſit deus pater ſapientiæ ſuæ uerbum ſuum,& ipſam ſapientiam ſuam, & uitā eorum qui crediturі erant mundo eſſe uenturam. Diligenter attendite textum & ordinem lectionis,quoniam uita æterna quam non mendax deus ante ſecula æterna promiſit,non alia ſit abſq; uerbo dei.Manifeſtauit enim (inquit) temporibus ſuis uerbū ſuum : Ergo quam promiſerat uitam æternā,ipſa eſt uerbum ſuum quod in principio erat apud patrem, & deus erat uerbum : & uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quod autem uerbum dei,hoc eſt,Chriſtꝰ ipſe ſit uita,in alio loco teſtatur dicens: Ego ſum uita. Vita uero non breuis, non aliqui- Ioan.14.a
bus circunſcripta temporibus,ſed perpetua,ſed æterna: quæ manifeſtata eſt in nouiſſimis ſeculis, in prædicātione quæ credita eſt Paulo doctori gētium & magiſtro, ut annunciaretur in mundo,& hominibus nota fieret,iuxta imperium ſaluatoris dei, qui nos ſaluos eſſe uoluit,id quod pollicitꝰ fuerat implendo. Scribit autem Apoſtolus Tito chariſſimo filio, quod græce dicitur Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ, & latino ſermone non poteſt explicari: γνησίῳ em hoc potius ſonat, cum quis fidelis & propriꝰ & (ut ita dicam) legitimus ſiue germanus abſq; comparatione alterius appellatur. Ex quo intelligimꝰ fuiſſe & in filijs Pauli plurimam differentiā,quod alios haberet γνησίους, id eſt D
germaniſſimos, ſibiq; coniunctos : & de uero matrimonio, ac de libera procreatos : alios uero quaſi ex ancilla & ex Agar,qui non poſſunt hæreditatem accipere cum liberæ filio Iſaac. Sermo quippe & ſapientia & doctrina qua Titus Chriſti eccleſias inſtruebat, efficiebant eum propriū Apoſtoli filium,& ab omni aliorum conſortio ſeparatū. Videamus poſt hæc quod ſequitur: Secūdum cōmunem fidem, utrum nam omniū qui in Chriſtū credebant,cōmunem dixerit fidem,an cōmunem,ſuam tantum & Titi? Quod quidē melius mihi uidetur, apoſtoli Pauli & Titi fidem fuiſſe cōmunem,cū omniū credentiū, in qbus ,p uarietate mētiū, fides quoq; cōmunis eſſe nō poterat,ſed diuerſa. Ad extremū præfatio epiſtolæ,& ſalutatio præfationis apoſtoli ad Titū,tali fine cōpleť. Gratia & pax à deo patre & Chriſto Ieſu ſaluatore nr̄o. Siue cp & gratia & pax tam à deo patre ſit q̄ à Chriſto Ieſu,& utrūq; ab utroq; datū poſſit intelligi: ſiue cp gratia ad patrem,& pax referať ad filiū. Non abſq; ſcrupulo trāſeundum eſt,qđ quibuſdā Apoſtolꝰ imprecatꝰ eſt,ut eis gratia & pax multiplicarenť: nunc uero ad Titū pax & gratia ſine multiplicatione ſint poſitæ. Noe uir iuſtꝰ & nauifragο orbe ſolus ſeruatꝰ,nō diciť plures gratias,ſed unā gratiā iueniſſe in cōſpectu dei. Et Moyſes ad dñm: Si in- Exod.33.e
ueni (inquit) gratiā apud te : Et ſicubi alibi in ꝓſona ſanctorum gratia poſita eſt:quære & inuenies:non eos gratias inueniſſe, ſed gratiam. Mercator ille de euāgelio qui plures habuit margaritas, ad extremū unam precioſam Matth.13.f
reperit,quam de multis margaritis ſolam emit.Perfectorum quippe eſt unam margaritā,& unum theſaurū,omnibus margaritis & totiꝰ ſubſtātiæ ſuæ emere cōmercio. Incipientiū uero & adhuc in itinere poſitorū, nedū unā & ſolam,ſed plures habere margaritas. ¶ Huius rei gratia reliqui te &c.] Apoſtolicæ dignitatis eſt eccleſiæ iacere fundamentū, qđ nemo poteſt ponere,niſi architectus. Fundamentum autem nō eſt aliud præter Chriſtum Ieſum. Qui inferiores artifices ſunt,hi poſsūt ædes

ſuper

A ſuper fundamenta cõſtruere. Paulus itaq; ut ſapiens architectus, & hoc omni labore contendens, ne in præparatis gloriaretur, ſed ubi necdũ Chriſtus fuerat annunciatus, poſtq; dura Cretenſium ad fidem Chriſti corda mollierat: & tam ſermone q̃ ſignis edomuerat & edocuerat eos non in uernaculum louem, ſed in deũ patrẽ & in Chriſtum credere: reliqt Titum diſcipulũ Cretæ, ut rudimenta naſcentis eccleſiæ confirmaret: & ſi quid uidebat deeſſe, corrigeret: ipſe pergens ad alias nationes, ut rurſum in eis Chriſti iaceret fundamentum. Quod aũt ait, ut ea quæ deerant, corrigeres: oſtendit necdũ eos ad plenam ueniſſe ſcientiã ueritatis: & licet ab Apoſtolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. Omne aũt quod corrigitur imperfectum eſt. Nam & in Græco præpoſitionis adiectio, qua ſcribitur ἐπιδιορθώσῃ, non idipſum ſonat qđ διορθώσῃ, id eſt corrigeres: ſed ut ita dicam, ſupcorrigeres, ut ſcilicet ea quæ à me correcta ſunt, & necdum ad plenã ueri lineam ſunt retracta, à te corrigantur, & normã æqualitatis accipiãt. *a* ¶ Et cõſtituas p ciuitates &c.] Audiant epiſcopi qui habẽt cõſtituendi presbyteros per urbes ſingulas poteſtatem, ſub quali lege eccleſiaſticæ cõſtitutionis ordo teneatur: nec putẽt Apoſtoli uerba eſſe, ſed Chriſti, qui ad
Luc.10.c diſcipulos ait: Qui uos ſpernit, me ſpernit: qui autẽ me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit: Sic & quos audit, me audit: qui aũt me audſt, audit eum qui me miſit. Ex quo manifeſtũ eſt eos qui Apoſtoli lege contempta, eccleſiaſticum gradum non merito uoluerint alicui deferre, ſed
B gratia, contra Chriſtũ facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per Apoſtolũ ſuum in ſequentibus executus eſt. Moyſes amicus dei, cui facie ad faciem deus locutus eſt: potuit utiq; ſucceſſores principatus, filios ſuos facere, & poſteris propriã relinquere dignitatẽ, ſed extraneus de alia tribu eligit Ieſus, ut ſciremus principatum in populos non ſanguini deferendum eſſe, ſed uitæ. At nunc cernimꝰ plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos qui poſſunt eccleſiæ plus prodeſſe & in eccleſia erigere columnas: ſed quos uel ipſi amant, uel quorum ſunt obſequijs deliniti, uel pro quibꝰ maiorum quiſpiã rogauerit, & ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent, muneribus impetrarũt. Diligẽter Apoſtoli uerba attendamꝰ dicẽtis: Vt cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi diſpoſui. Qui qualis presbyter debeat ordinari, in cõſequentibus differẽs, hoc ait: Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris uir, & cætera: poſtea intulit: Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, tanquam dei diſpenſatorem. Idem eſt ergo presbyter qui e-
1.Cor.1.b piſcopus, & anteq; diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego aũt Cephæ, communi presbyterorum cõſilio, eccleſiæ gubernabantur. Poſtq; uero unuſquiſq; eos quos baptizauerat ſuos putabat eſſe non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Putat aliquis nõ ſcripturarum, ſed noſtram eſſe ſententiam, epiſcopũ & presby-
Philip.1.a terum unum eſſe, & aliud ætatis, aliud eſſe nomen officij, relegat Apoſtoli ad Philippenſes uerba dicentis: Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cũ epiſcopis & diaconis, gratia uobis & pax, & reliqua. Philippi una eſt urbs Macedoniæ, & certe in una ciuitate plures, ut nuncupãtur epiſcopi eſſe nõ poterant. Sed quia eoſdẽ epiſcopos illo tempore quos & presbyteros appellabant: propterea indifferẽter de epiſcopis quaſi de presbyteris eſt locutus. Ad huc hoc alicui uideatur ambiguũ, niſi altero teſtimonio
Act.20.b cõprobetur. In Actibus apoſtolorũ ſcriptum eſt, quod cum ueniſſet Apoſtolus Miletũ, emiſerit Epheſum, & uocauerit presbyteros eccleſiæ eiuſdẽ, quibus poſtea inter C cætera ſit locutus: Attendite uobis & omni gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos paſcere eccleſiã domini, quã acquiſiuit per ſanguinẽ ſuũ. Et hic diligentius obſeruate, quomodo uniꝰ ciuitatis Epheſi presbyteros uocans, poſtea eoſdẽ epiſcopos dixerit: Si quis uult recipere eam epiſtolã, quæ ſub nomine Pauli ad He-
Heb.13.c bræos ſcripta eſt, & ibi æqualiter iter plures eccleſiæ cura diuiditur. Siquidẽ ad plebẽ ſcribit: Parete principibus ueſtris, & ſubiecti eſtote: ipſi enim ſunt qui uigilant pro animabus ueſtris, quaſi rationem reddentes, ne ſuſpirantes hoc faciant: Si quidẽ hoc utile uobis eſt. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit, in
1.Pet.5.a epiſtola ſua loquitur dicens: Presbyteros ergo in uobis obſecro cõpresbyter, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius gloriæ quæ in futuro reuelanda eſt, ſocius ſum: paſcite eum qui in uobis eſt gregem domini, non quaſi cum neceſſitate, ſed uoluntarie. Hæc propterea, ut oſtendere-mus apud ueteres eoſdem fuiſſe presbyteros quos & epiſcopos: paulatim uero ut diſſenſionũ plãtaria euelleren-tur, ad unum omnem ſollicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei qui ſibi præpoſitꝰ fuerit eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine q̃ diſpoſitionis dominicæ uerita-te, presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere, imitantes Moyſen: qui cum haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſrael, ſeptuaginta elegit cum quibus populũ iudicaret. Videamus igitur qualis preſbyter ſiue epiſcopus ordinandus ſit. *b* ¶ Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris uir &c.] Primum itaq; ſine cri- D
1.Timot.3.a mine ſit, quod puto alio uerbo ad Timotheum irreprehenſibilem nominatum, non quod eo tantum tempore quo ordinãdus eſt, ſine ullo ſit crimine: & præteritas maculas noua cõuerſatione diluerit: ſed ex eo tempore quo in Chriſto renatus eſt, nulla peccati conſcientia remordeatur. Quomodo emꝫ poteſt præſes eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem admiſiſſe quæ corripit? Itaq; qui epiſcopatũ deſiderat, bonũ opus deſiderat. Opus inquit, non honorem, non gloriam. Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, ut nõ in opprobrium incidat & in laqueũ diaboli. Quod autem ait, unius uxoris uir, ſic intelligere debemus, ut non omnem monogamum digamo putemus eſſe meliorem, ſed quo is poſſit ad monogamiam & continentiam cohortari, qui ſui exemplum præferat in docendo. Eſto quippe aliquem adoleſcentulum coniugem perdidiſſe, & carnis neceſſitate ſuperatum, accepiſſe uxorem ſecundã, quam & ipſam ſtatim amiſerit, & deinceps uixerit continenter: alium uero uſq; ad ſenectam habuiſſe matrimonium & uxoris uſum, ut pleriq; exiſtimant felicitatem, nunquam à carnis opere ceſſaſſe: quis uobis è duobus uidetur eſſe melior, pudicitior, continentior? Vtiq; ille qui infelix etiam in ſecundo matrimonio fuit, & poſtea pudice & ſancte conuerſatus eſt: & non is qui ab uxoris amplexu nec ſenili eſt ſeparatus ætate. Non ſibi ergo applaudat, quicunq; quaſi monogamꝰ eligitur, quod omni digamo ſit melior, cum in eo magis ſit electa felicitas q̃ uoluntas. Quidã de hoc loco ita ſentiunt: Iudaicæ (inquiunt) conſuetudinis fuit uel binas uxores habere, uel plures: qđ etiam in ueteri lege de Abraham & Iacob legimꝰ, & hoc nunc uolunt eſſe præceptum, ne is qui epiſcopus eligendus eſt, uno tempore duas pariter habeat uxores. Multi ſuperſtitioſius magis q̃ uerius, etiam eos qui cum gentiles fuerint, & unam uxorem habuerint, qua amiſſa, poſt baptiſmũ Chriſti alteram duxerint, putãt in ſacerdotio non legendos, cum utique ſi hoc obſeruandũ ſit, illi magis ab

A gis ab episcopatu arceri debeant: qui uagam per meretrices ante exercentes libidinem, unam regenerati uxorem acceperint: & multo detestabilius sit fornicatū esse cum pluribus, q̄ digamum reperiri: quia in alio infelicitas matrimonij est, in alio ad peccādum prona lasciuia. Montanus & qui Nouati schisma sectātur, nomen sibi mūdiciæ præsumpsere, putātq̄ secunda matrimonia ab ecclesiæ cōmunione prohibenda, cum Apostolus de episcopis & presbyteris hoc præcipiens, utiq̄ in cæteris relaxarit: non q̄ hortetur ad secunda matrimonia, sed q̄ necessitati carnis indulgeat. Scripsit & Tertullianus de Monogamia librum hæreticū, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Et quidem esse sine crimine episcopum siue presbyterum, & unam uxorem habere, in nostra est potestate. Cæterum illud quod sequitur: habere filios fideles, non in accusatione luxuriæ, ac non subditos, extra nostrā est uoluntatem. Esto quippe parētes bene instituisse liberos suos, & à parua ætate semper dominicis eruditisse præceptis: hi si postea se luxuriæ dederint, & superati uitijs, libidini frena permiserint: nunquid culpa ad parentes redundabit, & sanctitatem patris, filij peccata maculabūt? Si qs bene eruditit filios suos, in his puto fuisse & Isaac, qui utiq̄ Esau filiū suum bene instituisse credendus est. *Gen.15.d* Verum Esau fornicarius & prophanꝰ, pro una esca uendidit primogenita sua. *1.Reg.12.c* Samuel quoq̄ qui talis fuit, ut inuocaret dominū, & dominus exaudisset eum, & in tempore messis, pluuiā hyemis impetraret: habuit filios qui B declinauerunt post auaritiam, & accipiebant munera, & tam iniqui iudices extiterūt, ut populus nequaquam ferens, regem sibi in similitudinem cæterarū gentium postularet. Ergo si electio sacerdotū fieret, & Isaac propter Esau, & Samuel ꝓpter filios suos indigni sacerdotio putarentur. Et cum peccata parentum filijs non imputentur, nequaquā iam illa uigente sententia, parentes uuam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt, filiorum uitia parentibus præiudicabunt? Primum itaq̄ dicendū est, quod tam sanctum nomen sit sacerdotij, ut nobis etiā ea quæ extra nos sunt posita, reputentur: non quo propter uitia nostra episcopi non fiamus, sed quod propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arcendi simus. Qua enim libertate possumus alienos filios corripere, & docere quæ recta sunt, cū nobis statim possit qui fuerit correptus ingerere, ante doce filios tuos. Aut qua fronte extraneū corripio fornicantē, cum mihi conscientia mea ipsa respondeat: Exhæreda ergo fornicantem filium, abijce filios tuos uitijs seruientes. Cum autem nequam filius in una tecum cōmunicat domo, tu audes de alterius oculo festucam detrahere, in tuo trabem non uidens? Non itaq̄ iustus polluitur ex filiorum uitijs, sed libertas ab Apostolo ecclesiæ principi reseruatur: q̄ talis fiat qui non timeat propter uitia liberorū extraneos reprehendere. Deinde etiam illud est inferendum aduersum eos qui de episcopatu intumescūt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos, quia non statim omnibus his meliores sint, quicūq̄ episcopi non fuerint ordinati: & ex eo q̄ electi sunt, ipsi se magis existiment comprobatos: sed intelligāt propterea quosdam à sacerdotio remotos, quia eos uitia liberorum impedierint. Si autem peccata filiorū iustum ab episcopatu prohibent, quanto magis unusquisq̄ se cōsiderans & sciens, quia potentes potenter tormenta patiuntur, retrahet se ab hoc non tam honore q̄ onere: & aliorū locum qui magis digni sunt, nō ambiet occupare. Ad extremū hoc dicendum est, in scripturis per filios λογισμούς, id est, cogitationes: per filias uero πράξεις, id est, opera intelligi, & eum nunc præcipi debere episcopum fieri, qui & cogitationes & opera in sua habeat potestate, & uere credat in Christo, & nulla subrepentiū uitiorum labe macule, C tur. *a* ¶ Oportet enim episcopum &c.] Quæritur ergo inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur: & non comedēs & bibens cum ebriosis, percutiat seruos & ancillas: sed incertum dei expectet aduentum, & det conseruis in tempore cibaria. Inter uillicum autem & familiam hæc sola distātia est, q̄ cōseruus præpositꝰ est cōseruis suis. Sciat itaque episcopꝰ & presbyter, sibi populū conseruum esse non seruum. Cætera quæ sequuntur, in nobis posita sunt. Non proteruum, id est, nō tumentem & placentē sibi quod episcopus sit: sed quasi bonum uillicum, id requirentem quod pluribus prosit. Non iracundum. Iracundus est qui semper irascitur, & ad leuem responsionis auram atq̄ peccati, quasi à uento folium cōmouetur. Et reuera nihil est fœdius præceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus, & secun *1.Timot.2.d* dum illud quod scriptum est: Seruum autē domini non oportet rixari, sed humilem esse ad oēs, doctorem, patientem, in mansuetudine erudientem eos qui contra ueniunt: Ille è diuerso toruo uultu, trementibꝰ labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem rubore mq̄ uariata, clamore perstrepat: & errantes nō tam ad bonum retrahat, q̄ ad malum sua fœuitia præcipitet. In de est quod & Salomon ait: Ira perdit etiam sapiētes. Et, *Prou.21.d* ira uiri iusticiā dei non operatur. Neq̄ uero qui aliquando irascitur, iracundus est: sed ille dicitur iracundus qui crebro hac passione superatur. Prohibet quoque episcopum esse uinolentum, de quo ad Timotheum scribitur: *1.Tim.3.d* Non multo uino deditum. Quale est aūt episcopum ui- D dere uinolentū, ut sensu occupato uel exaltet risum contra grauitatis decorem, & labijs dissolutis cachinnet: uel si paululum tristis cuiusdā rei fuerit recordatus, inter pocula in singulꝰ prorumpat & lachrymas. Longū est ire per singula, & insanias quas ebrietas suggerit, explicare. Videas alios pocula in tela uertētes, scyphum in faciem iacere conuiuæ: alios scissis uestibus in uulnera aliena proruere, alios clamare, alios dormitare: qui plus biberit, fortior cōputatur: accusationis occasio est, adiuratū per regē frequentius nō bibisse. Vomunt ut bibant: bibunt ut uomant. Digestio uētris & guttur, uno occupantur officio: Hoc nūc dixisse sufficiat, quod secundū Apostolū, in uino luxuria est. Et ubicūq̄ saturitas atq̄ ebrietas fuerint, ibi libido dñetur. Specta uentrē & genitalia, pro qualitate uitiorū ordo membrorū. Nunq̄ ego ebriū castum putabo, qui & si uino cōsopitꝰ dormierit, tamen potuit peccare per uinum. Miramur aūt Apostolum in episcopis siue presbyteris damnasse uinolentiā, cum in ueteri quoq̄ lege præceptū sit, Sacerdotes cū ingrediuntur templum ministrare deo, uinum omnino nō bibere, & Nazaræū quādiu sanctā comam nutriat: & nihil contaminatum, nihil mortale conspiciat: & à uino abstinere, & ab uua passa, & à dilutiori quæ solet ex uinaceis fieri potione, omniq̄ ficera, quæ mentem ab integra sanitate peruertit. Dicat quisq̄ quod uolet, ego loquor consciētiam meam: scio mihi abstinentiam & nocuisse intermissam, & profuisse repetitam. Post uinolentiam autem hoc præcipit, ne percussor sit: quod quidem & simpliciter intellectum ædificat audientem, ne facile manum porrigat ad cædendum: ne in os alterius uerberandum, insanus erumpat. Melius autem est, ut non percussorem illum dicamus esse, qui mansuetus & patiens, scit in tempore quid loquendum sit, quid tacendum: nec sermōne inutili, consciētiam percutit infirmorum. Non enim Apostolus ecclesiæ principem formans, uetat esse pugilem & pancratiasten: quod etiam in plebeio & quocunque gentili si fuerit, reprehenditur: sed hoc tm dixi, ne contumeliosus & garrulus perdat eum, quem potuit modestia & lenitate corrigere. Turpis quoque

subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, tanq̄ dei dispensatorem: non proteruum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, nō turpis lucri appetitorem

A quoq; lucri appetitus ab eo qui episcopus futurus est, esse debet alienus. Sunt enim multi docentes quæ non
Prouer.16.b oportet, turpis lucri gratia: qui totas domos subuertũt, & putant quæstũ esse pietatem. Melior aũt est iuxta Salomonem, modica acceptio cum iusticia, q̃ multa gemina cũ iniquitate, & magis eligendum in paupertate nomẽ bonum q̃ in diuitijs nomen pessimũ. Episcopus qui imitator Apostoli esse cupit: habens uictum & uestitum, his tantũ debet esse cõtentus. Qui alterio seruierint, de alterio uiuant. Viuant, inquit, non diuites fiant. Vnde & æs nobis excutitur de zona, & una tantum tunica induimur: nec de crastino cogitam⁹. Turpis lucri appetitio, est plus q̃ de præsentibus cogitare. Hucusq; quid non debeat habere episcopus siue presbyter,
Matth.25.c Apostoli sermone præceptũ est: nunc ecõtrario quid habere debeat, explicatur. a ¶ Sed hospitalem &c.] Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnes illud de euãgelio audire desyderãt: Hospes fui, & suscepisti me: quanto magis episcopus, cuius domus, omnium cõmune esse debet hospitiũ? Laicus enim unum aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes receperit inhuma-
Matth.12.d nus est. Sed uereor ne quomodo regina Austri ueniens à finibus terræ, audire sapientiã Salomonis, iudicatura est homines temporis sui: Et uiri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ, condemnabunt eos qui maiorem Iona saluatorẽ audire cõtempserunt: Sic plurimi
B in populis, episcopos iudicent, subtrahẽtes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ episcopo non conueniũt exercentes: de quibus puto & Ioannẽ ad Gaiũ scribere. Charissime fideliter facis: quodcũq; operaris in fratribus, & hoc peregrinis: qui testimoniũ dederunt dilectioni tuæ corã ecclesia: quos optime facis, si præmiseris deo digne: pro nomine enim domini exierunt, nihil accipientes à gentilibus. Et uere sancto spiritu in se loquẽte: quod futurum erat in ecclesijs, iã tunc reprehendit dicens: Scripsi etiam ecclesiæ: sed qui primatus agere cupit eorũ Diotrephes non recipit nos. Propterea cum uenero, admonebo eius opera, quæ facit malis uerbis detrahens de nobis, & non sufficit ei quod ipse non recipit fratres, sed & uolẽtes prohibet, & de ecclesia ejicit. Vere nũc est cernere quod præ dictum est, in plærisq; urbibus, episcopos siue presbyteros, si laicos uiderint hospitales, amatores bonorũ: inuidere, fremere, excõmunicare, de ecclesia expellere: quasi non liceat facere quod episcopus non faciat, & tales esse laicos, damnatio sacerdotũ sit. Graues itaq; eos habent, & quasi ceruicibus suis impositos, ut à bono abducant opere, uarijs persecutionibus inquietant. Sit autem episcopus & pudicus, quẽ Græci σώφρονα uocãt, & Latinus interpres uerbi ambiguitate deceptus, pro pudico prudentem transtulit. Si aũt laicis imperatur ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu: quid de episcopo sentiendum est: qui quotidie pro suis populiq; peccatis, illibatas deo oblaturus est uictimas? Relegamus
1.Reg.21.b Regũ libros, & inueniemus sacerdotẽ Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius: nisi interrogaret, utrum mũdi essent pueri à muliere: non utiq; aliena, sed coniuge. Et nisi eos audisset abheri & nudiustertius uacasse ab opere cõiugali: nequaq; panes quos prius negauerat, concessisset. Tantũ interest inter propositionis panes & corpus Christi, quantũ inter umbram & corpora, inter imaginem & ueritatem, inter exemplaria futurorũ, & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaq; mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas C quoq; & benignitas, præcipue esse debẽt in in episcopo, & inter cũctos laicos eminentia: Sic & castitas propria, & (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: ut nõ solum ab opere se immundo abstineat, sed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Christi corpus confectura sit libera. Iustus quoq; & sanctus episcop⁹ esse debet: ut iusticiã in populis quibus præest, exerceat: reddens uni cuiq; quod meretur: nec accipiat personã in iudicio. Inter laici aũt & episcopi iusticiam hoc interest, q̃d laicus potest apparere iustus in paucis: episcopus uero in tot exercere iusticiam potest, quot & subditos habet. Sanctus aũt quod Græce ὅσιος dicitur, magis id significat, cum ipsa sanctitas est mixta pietati, & ad deum refertur. Quem enim nos sanctũ, Græci ἅγιον uocant: quem autem illi ὅσιον, nos pium in deum possumus appellare. Sit quoq; episcopus & abstinens: non tantum (ut quidam putant) à libidine & ab uxoris amplexu, sed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam concitetur, ne illum tristicia deijciat, ne terror exagitet, ne lætitia immoderata sustollat. Abstinentia autẽ in fructibus spiritus, ab Apostolo numerata est. Et si exigitur ab omnibus, quanto magis ab episcopo: qui patiens & mansuetus debet uitia ferre peccantium: consolari pusillanimes: sustentare infirmos, nulli malum pro malo reddere, sed uincere in bono malum. Ad extremum obtineat eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut quomodo sermo dei fidelis est & omni acceptio- D
ne dignus, sic & ille talem se præbeat: ut omne quod loquitur, fide dignum existimetur, & uerba ipsius sint regula ueritatis. Potens quoq; sit eos qui seculi istius turbinibus exagitantur consolari, & per sanam doctrinam infirma præcepta destruere. Sana autem doctrina dicitur ad disinctionem languidæ infirmæq; doctrinæ. Talis quoq; sit, ut contradicentes arguat hæreticos siue Iudæos, & seculi istius sapientes. Et superiora quidem quæ in episcopi uirtutibus posuit, ad uitam pertinent. Hoc uero quod ait: ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes arguere, referendum est ad scientiam. Quia si episcopi tantum sit sancta uita, sibi potest prodesse sic uiuens. Porrò si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest se cæterosq; instruere, & non solum instruere & docere suos, sed & aduersarios reper-
cutere: qui nisi refutati fuerint atque conuicti, facile queunt simplicium corda peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertiæ se & ocio & somno dantes, putant peccatum esse, si scripturas legerint: & eos qui in lege domini meditantur die ac nocte, quasi garrulos inutilesq; contemnunt: non animaduertentes Apostolum post catalogum conuersationis episcopi, etiam doctrinam similiter præcepisse. b ¶ Sunt enim multi & non subditi, uaniloqui, & mentium deceptores: maxime qui de circuncisione sunt, quibus oportet silentium indici: qui uniuersas subuertunt domos, &c.] Qui ecclesiæ futurus est princeps, habeat eloquentiam cum uitæ integritate sociatam: ne opera absq; sermone sint tacita, & dicta factis deficientibus erubescãt: maxime cum sint non pauci, sed plures, nec subditi, sed proterui: qui Psal.61.a non curent illud Psalmistæ dicere: Nõne subiecta est deo anima mea? Sed bonam mentium sementem, quæ naturaliter habet noticiam dei, inani persuasione peruertant. Hoc quippe mihi Paulus uidetur sensisse, cum dicit φρενα πάτας: nõ ut simpliciter Latinus interpres trãstulit, deceptores, sed mentium deceptores. Et quidem sine scriptu

A rarum autoritate garrulitas non haberet fidem, niſi uide
rentur peruerſam doctrinã etiam diuinis teſtimonijs ro
borare. Hi ſunt de circunciſione Iudæi, qui tunc tempo
ris naſcentem Chriſti eccleſiam ſubuertere nitebantur,
& introducere præcepta legalia: de quibus & ad Roma
nos & ad Galatas ple
nius Paulus exequi
tur. Et nos ante pau
cos menſes, tria uolu
mina in epiſtolæ ad
Galatas explanatio
ne dictauimus. Tales
homines doctor ec
cleſiæ, cui animæ po
pulorũ creditæ ſunt
ſcripturarum debet
ratione ſuperare, & ſilentium illis teſtimoniorum ponde
re imponere: qui non unam aut paucas domos, ſed uni
uerſas cum dominis familijſq; ſubuertunt: docentes de
ciborum differentijs, de ſabbati iam olim abolitione, de
circunciſionis iniuria: atq; utinam hoc ipſum zelo fidei
Rom.10.a facerent, ex parte aliqua poſſet ignoſci: dicente Apoſto
lo: Cõfiteor, zelum dei habent, ſed non ſecundum ſcien
tiam. Verum quia deus eſt uenter ipſorum, turpis lucri
gratia uolunt proprios facere diſcipulos: ut quaſi magi
ſtri à ſectatoribus ſuis alantur. Poſſumus autem & aliter
interpretari hoc quod dictum eſt, turpis lucri gratia: ut
putemus Apoſtolum cõmuni uerbo uſum, quo omnes
hæretici cum peruerſa docent, ſe hominum ſolent aſſere
re lucratores: cum non lucrum ſit, ſed perditio animas
interficere deceptorum. Contra, qui errantem fratrem
ſuum iuxta euangelium corripuerit: ſi fuerit ille conuer
ſus, lucratus eſt eum. Quod enim maius lucrum poteſt
eſſe: aut quid precioſius, q̃ ſi humanã animam quis lu
cretur? Omnis igitur doctor eccleſiæ, qui ad fidẽ Chri
B ſti recta ratione perſuadet, honeſtus lucrator eſt. Et om
nis hæreticus qui quibuſdã præſtigijs homines fallit &
fallitur, loquitur quæ non oportet, turpis lucri gratia.

a ¶ Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta: &c.] Quantum ad textum ſermonis, & ad cõtinentiam
1.Cor.7.f loci pertinet, hoc quod ait: Dixit quidã ex illis proprius eorum propheta: uidetur ad eos referri, de quibus ſupe
rius eſt locutus: maxime qui de circũciſione ſunt: quos
oportet refrenari, qui uniuerſas domos ſubuertunt, do
centes quæ non oportet turpis lucri gratia: ut ſequatur,
dixit quidam ex illis proprius eorum propheta. Quia
uero in nullo prophetarum, qui apud Iudæam uatici
nati ſunt, hic hexameter uerſiculus reperitur: uidetur
mihi dupliciter legendũ: ut hoc quod ait: Dixit quidam
ex illis proprius eorum propheta, cum ſuperioribus co
puletur: huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ dee
rant, corrigeres, & ſequatur: dixit quidam ex illis pro
prius eorum propheta, id eſt, Cretenſiũ. Sed quia mul
ta in medio ſunt, & hoc abſurdũ uidetur, & forte nemo
recipiat: propterea cum ſuperioribus, quæ magis uicina
ſunt, aliter aptandum eſt, ut legamus: Sunt enim multi
& non ſubditi, uaniloqui, & mentium deceptores: maxi
me autem qui de circunciſione ſunt: quos multos & non
ſubditos, uaniloquos, & mentium deceptores, cum his
qui de circunciſione ſunt, oportet refrenari: q̃ uniuerſas
domos ſubuertunt: docentes quæ non oportet turpis lu
cri gratia: dixit quidam ex illis proprius eorum prophe
ta: ut id quod ait, proprius eorum propheta: non ſpecia
liter ad Iudæos & eos maxime qui de circũciſione ſunt,
ſed ad multos referatur, qui non ſubditi ſunt, & uani
loqui, & mentium deceptores: qui utiq; quia in Creta e
rant, Cretenſes fuiſſe credendi ſunt. Dicitur autem iſte
uerſiculus in Epimenidis Cretenſis Poetæ oraculis repe
riri: quem in præſentiarum ſiue illudens prophetam uo
cauit: quod ſcilicet tales Chriſtiani, tales habere merean
tur prophetas: quomodo & prophetæ erant Baal, & pro
phetæ confuſionis, & alij offenſionum, & quoſcunq; ui

uerſas ſubuertunt domos, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit q̃uidã ex illis proprius eorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Teſtimoniũ hoc uerum eſt: ob quam cauſam increpa illos acriter: ut ſani ſint in fide, nõ attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auerſantium ſe à

tioſos prophetas ſcriptura cõmemorat: Siue uere, quia C
de oraculis ſcripſerit atq; reſponſis, quæ & ipſa futura
prænuncient, & ea quæ uentura ſunt, multo ante prædi
cant. Deniq; ipſe liber, oraculorum titulo prænotatur:
quem quia uidebatur diuinũ aliquid repromittere: pro
pterea Apoſtolum ar
bitror inſpexiſſe, ut
uideret quid gentiliũ
diuinatio pollicere
tur, & in tẽpore abu
ſum eſſe uerſiculo,
ſcribentem ad Titum
qui erat Cretæ: ut fal
ſos Cretenſiũ docto
res, pprio inſulæ do
ctore cõuinceret. Hoc
autem Paulus non ſolum in hoc loco, ſed etiam in alijs
feciſſe deprehenditur. In actibus quippe Apoſtolorum, Act.17.c
cum concionaretur ad populũ, & in Areopago, quæ eſt
curia Athenienſium diſputaret, inter cætera ait: Sicut &
quidam de ueſtris poetis dixerũt: Ipſius enim & genus
ſumus: quod hemiſtichiũ in Phænomenis Arati legitur:
quem Cicero in Latinum ſermonem trãſtulit, & Germa
nicus Cæſar, & nuper Auienus, & multi, quos enumera
re perlongum eſt. Ad Corinthios quoq;: qui & ipſi Atti
ca facundia expoliti, & propter locorum uiciniam Athe 1.Cor.15.d
nienſium ſapore conditi ſunt: de Menandri Comœdia
uerſum ſumpſit Iambicum: Corrumpunt mores bonos
colloquia mala. Nec mirũ ſi pro opportunitate tempo
ris, gentilium poetarum uerſibus abutatur: cum etiam
de inſcriptione aræ aliqua cõmutans, ad Athenienſes lo
cutus ſit: Pertranſiens enim, inquit, & contemplans cul
turas ueſtras, inueni & aram in qua ſuperſcriptum eſt:
Ignoto deo. Quod itaq; ignorantes colitis, hoc ego an
nuncio uobis. Inſcriptio autem aræ non ita erat ut Pau
lus aſſeruit, ignoto deo: ſed ita: Diſs Aſiæ & Europæ, & D
Aphricæ: diſs ignotis & peregrinis. Verum quia Paulus
non pluribus diſs indigebat ignotis, ſed uno tantũ igno
to deo, ſingulari uerbo uſus eſt: ut doceret illũ ſuum eſſe
deum, quem Athenienſes in aræ titulo prænotaſſent, &
recte eum ſcientes colere deberent: quẽ ignorantes uene
rabantur, & neſcire non poterant. Hoc autem Paulus fa
ciebat raro, & ut loci potius q̃ oſtentationis opportuni
tas exigebat: in morem apium, quæ de diuerſis floribus
ſolent mella componere, & fauorum cellulas coaptare.
Sunt qui putent hunc uerſum de Callimacho Cyrenen
ſi poeta ſumptum, & aliqua ex parte non errant. Siqui
dem & ipſe in laudibus Iouis aduerſus Cretẽſes ſcripti
tans: qui ſepulchrum eius ſe oſtendere gloriabantur, ait:
Cretenſes ſemper mendaces: qui & ſepulchrum eius ſa
crilega mente fabricati ſunt. Verum (ut ſupra diximus)
integer uerſus de Epimenide poeta ab Apoſtolo ſum
ptus eſt, & eius Callimachus in ſuo poemate eſt uſus ex
ordio. Siue uulgare prouerbium, quo Cretenſes fallaces
appellabantur, ſine furto alieni operis in metrum retu
lit. Putant quidam Apoſtolum reprehendendum, q̃ im
prudẽter lapſus ſit, & dum falſos doctores arguit, illum
uerſiculum comprobarit: quod propterea Cretenſes di
cunt eſſe fallaces, q̃ Iouis ſepulchrum inane conſtruxe
rint. Si enim, inquiunt, Epimenides ſiue Callimachus
propterea Cretenſes fallaces & malas beſtias arguũt, &
uentres pigros, quod diuina non ſentiant, & Iouem qui
regnet in cœlo in ſua inſula fingant ſepultũ, & hoc quod
illi dixerunt, eſſe uerum Apoſtoli ſententia comproba
tur: ſequitur Iouem non mortuũ eſſe, ſed uiuum. Impe
rite igitur Paulus idololatriæ deſtructor: dum aduerſus
peruerſos doctores agit: deos q̃s impugnabat, aſſeruit.
Quibus breuiter reſpõdendum eſt: ſicut in eo quod ait:
Corrumpunt mores bonos, colloquia praua: Et in illo:
Ipſius enim & genus ſumus: non ſtatim totam Menan
dri Comœdiam, & Arati libruñ probauit, ſed opportu
nitate uerſiculi abuſus eſt: ita & in præſenti loco, nõ totũ

opus

A opus Callimachi ſiue Epimenidis: quorum alter laudes Iouis canit, alter de oraculis ſcriptitat, per unum uerſiculum confirmauit: ſed Cretenſes tantum mendaces uitio gentis increpauit: non ob illam opinionem, qua ſunt arguti à poetis, ſed ob ingenitam mentiendi facilitatem, de proprio eos gẽtis autore confutans. Qui autem putant totum librum debere ſequi eũ qui libri parte uſus ſit: uidentur mihi &
Iudæ.d apocryphũ Enochi, de quo apoſtolus Iudas in epiſtola ſua teſtimonium poſuit, inter eccleſiæ ſcripturas recipere, & multa alia quæ Apoſtolus Paulus de reconditis eſt locutus. Poſſumus enim hoc argumẽto dicere: quia apud Athenienſes ignotum deum colere ſe dixit, quem illi in ara annotauerãt: debere Paulum & cætera quæ in ara ſcripta fuerant ſequi, & ea quæ Athenienſes faciebant, facere: quia cum Athenienſibus in cultura ignoti dei ex parte conſenſerat. Abſit ut argumentũ & ſcholaſticam elegantiam in calumniam traham. Nemo eſt tam ſiccarius, & tam parricida, tam ueneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit. Ergo ſi unum bonum illius uidens probauero, & in cæteris mihi incumbet neceſſitas, quæ mala fuerint approbãdi. Si inimicus aduerſus nos iurgetur & clamitet, nõne inter uerba ſimultatis & rixæ aliquid loquetur ueritatis? quod & à nobis quoq; aduerſus quos loquitur, non uſq; quaq; reprehenditur. Itaq; & Callimachus & Epimenides, non ideo uera dixerunt Iouem deum eſſe, & reliqua quæ in eorum carminibus continentur, quia Cretenſes fallaces ſunt, ſed in eo tantũmodo uerũ locuti ſunt, quia ingenitum Cretenſium uitium expreſſere mendacij: qui
B quia fallaces ſunt, non ſtatim & uerum non aliquãdo dixerunt. Nec enim Iupiter deus idcirco non eſſet, ſi Cretenſes uera loquerentur: ſed illis tacẽtibus, qui mortuus erat, dei uocabulum non haberet. Deniq; ut ſciamus Apoſtolum non fortuito, & ut libet tranſitorie (ut illi arbitrantur) ſed cõſiderate & circunſpecte, & ex omni parte ſe protegentem aduerſus Cretenſes locutum: Teſtimonium, inquit, hoc uerum eſt: non totum carmen, de quo teſtimonium ſumptum, nõ uniuerſum opus: ſed tantum hoc teſtimonium, hic uerſiculus quo mendaces uocantur. Et utiq; qui in una tantum poematis parte cõſenſit, cætera confutaſſe credendus eſt. Quomodo autem uel Cretenſes mendaces, & ſtulti Galatæ, uel dura ceruice Iſrael: uel unaquæq; prouincia proprio uitio denotetur, in epiſtola Pauli ad Galatas diſſeruimus. Et quia nihil amplius eſt quod hic poſſimus afferre, illo contenti ſumus. Quamobrem increpa (ait) illos acriter: Mendaces quippe ſunt, & malæ beſtiæ, & uentres pigri: qui falſa perſuadent, qui ferarum ritu ſanguinẽ ſitiunt deceptorum, & non cum ſilentio operantes, ſuum panem manducãt: quorum deus uenter eſt, & gloria in confuſione eorum, & increpa ut ſani ſint in fide. De qua fidei ſanitate & in conſequentibus loquitur: Senes ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos in fide, & charitate, & patientia: ad quam fidei ſimilitudinem, doctrinæ quoq; ſaniras appellatur. Erit (ait) tempus quando ſanæ doctrinæ non acquieſcẽt.
1.Tim.6.a Sunt & ſermones ſanitatis, de quibus ad Timotheum in prima epiſtola loquitur: Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ. Et in ſecunda: Exemplum habens ſanorum uerborum quæ à me audiſti.
2.Tim.1.d Qui hanc habẽt fidei & doctrinæ ſanitatẽ atq; uerborũ, non attendent Iudaicis fabulis & mãdatis hominũ auerſantiũ ſe à ueritate. Acquieſcamus pauliſper Iudæis, & eorum qui apud eos ſapientes uocantur, patiẽter ineptias audiamus, & tũc intelligemus quæ ſunt Iudaicæ fabulæ ſine autoritate ſcripturæ, ſine ulla aſſertione rationis, ani

ſe à ueritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil mũdum, ſed polluta eſt eorum & mens & conſcientia. Cõfitentur ſe noſſe deum, factis aũt negant, execrabiles & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.

Cap. II.

Tu uero

lia quædam & fabuloſa fingentiũ: de quibus Eſaias propheta uit dicens: Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorum longe eſt à me. Sine cauſa autẽ colunt me, docentes doctrinas & mandata hominũ. Quod teſtimonium ſaluator in euãgelio cõprobans, arguit eos legi dei mandata hominũ prætuliſſe: Deo quippe ait: Honora patrẽ & matrẽ. Illi uero tradiderunt: quia quicunq; dixerit patri & matri: munus quodcũq; eſt ex me, tibi proderit, & non honorificauit patrẽ ſuũ & matrem.

C
Eſa.29.d
Matth.15.a

Si quis poſt aduentum Chriſti cõciditur & non circunciditur: Iudaicis ſeruit fabulis, & mandatis hominũ auerſantiũ ueritatẽ. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, ſed qui in occulto, & circunciſio cordis in ſpiritu, nõ litera: Si quis paſcha agit, non in azymis ſynceritatis & ueritatis: ut exterminet ex anima ſua omne uetus fermentum malitiæ & nequitiæ: iſte attẽdit fabulas, & umbras ſequitur, ueritate neglecta. Si quis non reſurgens cum Chriſto: nec quærens ea quæ ſurſum ſunt, ſed quæ deorſum, dicit: ne tetigeris, ne guſtaueris, ne tractaueris, quæ ſunt in corruptione ipſo uſu, ſecundũ præcepta & doctrinas hominũ: iſte ſequitur iuſticias nõ bonas, & præcepta nõ bona. Vbi aũt eſt ueritas & lex ſpiritualis, ibi iuſtificationes bonæ, & præcepta ſunt optima: quæ qui fecerit, uiuet in eis. a ¶ Omnia munda mũdis &c.] Quia ſuperius dixerat: Sunt enim multi, & nõ ſubditi, uaniloqui, & deceptores, maxime qui de circũciſione ſunt, & de his qui ab eis decepti fuerant, conſequenter addiderat. Increpa illos acriter, ut ſani ſint in fide: non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auerſantiũ ueritatẽ. Et quo modo ad Galatas & ad Romanos pleniſſime diſputat, putabant inter cibos eſſe diſtantiam: cum aliqui mũdi, aliqui uiderentur immundi: propterea nunc infert: Omnia munda mundis: his uidelicet qui in Chriſto credũt, & ſciunt omnẽ creaturã bonam eſſe, & nihil abijciẽdum quod cum gratiarũ actione percipitur. Coinquinatis autem & infidelibus nihil mundũ: quia polluta eſt eorum & mens & conſcientia: propterea etiam quæ munda ſunt per naturã, eis immunda fiunt: Non q uel mundũ ſit aliquid uel immundũ: ſed pro qualitate ueſcentiũ, & mundum mundis, & immundũ contaminatis fiat. Alioquin infideles quoſq; atq; polluros, etiã panis benedictionis, & calix dominicus non iuuat: quia qui indigne comederit de pane illo, & de calice biberit, iudicium ſibi mandu cat & bibit. Aduentu Chriſti purgata ſunt omnia. Quæ ille mundauit, nos cõmunicare non poſſumus. Sed conſiderandum ne iſta tractantes, occaſionem illi hæreſi demus: quæ iuxta Apocalypſim & ipſum quoq; apoſtolũ Paulum ſcribentẽ ad Corinthios, putat de idolothytis eſſe ueſcendũ: quia omnia munda ſunt mundis. Nunc enim Apoſtolo non fuit propoſitũ de his quæ immolantur dæmonibus diſputare: ſed aduerſus Iudæos, qui ſecundum legis abolitæ diſciplinã, quædam munda, quædam arbitrabant immũda. Non enim, inquit, poſſumus
1.Cor.10.c menſæ domini participare, & menſæ dæmoniorũ, nec ualemus ſimul bibere calicem domini, & calicẽ dæmoniorum. In nobis itaq; eſt comedere uel munda uel immunda. Si enim mundi ſumus, munda nobis eſt creatura. Si aũt immundi & infideles, fiunt nobis uniuerſa cõmunia: ſiue per inhabitantem in cordibus noſtris hæreſim, ſiue per conſcientiã delictorũ. Porrò ſi cõſcientia noſtra nos nõ reprehenderit, & habuerimus fiduciã pietatis ad dominum: orabimus ſpiritu, orabimus & mente: pſallemus ſpiritu, pſallemus & mente, & procul erimus ab his, de quibus nunc ſcribitur: Polluta eſt eorũ & mens & conſcientia. b ¶ Cõfitentur ſe noſſe deum &c.] Hi quorum polluta eſt & mens & conſcientia, deum ſe noſſe confi-

Apoc.2.f
1.Cor.8.b

tentur

A tentur: factis autem negant: ſecundū illud quod in Eſaia dicitur: Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum longe eſt à me. Quomodo igitur labijs quis honorat, & corde procul recedit: ita deum ſermone quis confitens, operibus negat. Negans autem operibus deum, confeſſione ſimulata, recte execrabilis & ꝓpha nus eſt, & nulla ueritatis ratione perſuaſꝰ inobediēs & incredulus appellatur. Vnde euenit ut ad omne opus bonū rēprobus ſit, quod ſcilicet & ea quæ naturali bonitate ſuperatus forte bona fecerit: non ſint bona, dum mentis peruerſitate ſunt reproba. Exiſtimāt quidam in eo tantum deum negari, ſi in perſecutione quis à gentilibus cōprehenſus, ſe renuerit Chriſtianū. Sed ecce Apoſtolus omnibus quæ peruerſa ſunt factis, deum aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſticia, ueritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam, ſapiētia, per iniquitatem, iuſticia, per mendacium, ueritas, per turpitudinem, ſanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotienſcunq; uincimur uitijs atq; peccatis, totiens deum negamus. Et econtrario: quotiens bene quid agimus, deū confitemur. Nec arbitrandum eſt in die iudicij illos tantum à dei filio denegandos, qui in martyrio Chriſtum deneAct.1.a garunt: ſed per omnia opa, ſermones, cogitationes, Chriſtus uel negatus negat, uel confeſſus confitetur. De hac puto cōfeſſione & diſcipulis præcepit dicens: Eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſq; ad extremum terræ: ut in omnibus bonis operibus atq; ſermonibus, mens Chriſtum ipſi dedita confiteatur. Eſt & quædam laudanda negatio: de qua & ipſe Apoſtolus
Titum.2.c ait: Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, caſte, & iuſte, & pie uiuamus in præſenti ſeculo: expectantes beatā ſpem & aduentū ſaluatoris noſtri dei. Quam
B negationem qui negauerit, & ſequi uoluerit ſaluatorem
Luc.9.c loquentem: Quicunq; uoluerit uenire ad me, abneget ſemetipſum: exutus ueterem hominē cum operibus eius: & indutus nouum, ſequetur deum ſuum. Quomodo autem ſe quis abneget, contēplandū eſt. Pudicus fornicatorem quod prius fuerat, negat: ſapiens imprudentem, iuſtus iniuſtum, fortis infirmum. Et ut in commune de omnibus loquar: totiens negamus nos, quotiens priora uitia calcantes, deſinimus eſſe quod fuimus, & incipimus eſſe quod ante non fuimus. CAP II.

TV uero loquere quæ decet ſanam doctrinam. Senēs ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos: in fide & charitate

TV uero loquere quæ decet ſanam doctrinam &c.] Aliud eſt ſanam doctrinam loqui: aliud ea quæ ſanæ conueniunt docere doctrinæ: quia in altero ſimplex tantum inſtitutio eſt: in altero cū eo quod doces, uitæ quoq;
Matth.5.c correctio eſt. Qui enim ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: domino præcipiente diſcipulis, non ſolum in meditatione ſcripturarum eos laborare debere, ut quæ ſcripta ſunt, replicent & condant in memoriæ theſauro: ſed prius faciant quæ præcepta ſunt. Quicunq; uero fecerit & docuerit, ille uocabitur magnus in regno cœlorū. Niſi enim ſupergreſſa fuerit noſtra iuſticia ſcribarum iuſticiam & Phariſæorum, non poſſumus ingredi
Matth.23.a regna cœlorum: Qui ſupra Moyſi cathedram ſedentes dicunt, & non faciunt, & alligāt onera importabilia, quæ ceruicibus hominum imponunt, & ipſi minimo digito nolunt ea cōtingere. Hoc igitur nunc Apoſtolus Titum filium in Chriſto, & diſcipulum ſuum docet: ut ea loquatur quæ ſanæ doctrinæ conueniant: quia tunc doctrinæ ſit ſanitas, cum doctoris doctrina pariter & uita conſentiant. *b* ¶ Senes ſobrios eſſe, honeſtos, pudicos, ſanos in fide, &c.] Generaliter Tito ante præcipiēs quid ipſe loqui deberet ad cunctos, in eo quod ait: Tu uero loquere quæ decet ſanam doctrinam: nūc per ſingulas ſpecies quid unamquamq; ætatem deceat, exponit. Primum ſenibus uiris conuenientia: deinde anus quid deceat: tertio quæ adoleſcentibus apta ſint, tam maribus uidelicet, quàm fœminis: licet in præcepto mulierum uetularum C de adoleſcentibus fœminis mandata ſubiecerit: ut non tam ipſe doceret adoleſcentulas, q̄ quid à uetulis docerentur, exponeret. Extremo de ſeruis, & per ſingulas ætates, & conditiones, ſic decenter præcepta cōſtituit: ut ſermo eiꝰ, uitæ morūq; ſit regula. Senes igit̄ ſobrios eſſe, ſiue uigilantes: quia νηφάλιοι apud Græcos utrūq; ſonat: honeſtos: ut ætatis grauitatē, morum grauitas decoret. Pudicos, ne in aliena ætate luxurient: ne iam frigido ad libidinem ſanguine, exemplo ſint adoleſcentibus ad ruinam. Sanos in fide: de qua fidei ſanitate ſupra diximus. Sanos aūt non tantum in fide, uerum & in charitate & in patientia: ut cum primam fidei habuerint ſanitatem, audiant à ſaluatore: Fides tua te ſaluum fecit. Et ali- Mar.10.g
bi: Neq; in Iſrael tantā fidem inueni. Et propter eandem Matth.8.b
fidei ſanitatē, fiant filij Abrahæ: de quo ſcriptum eſt: Credidit Abraham deo, & reputatum eſt ei ad iuſticiam. Et Gen.15.b
Abacuk de hac fidei ſanitate cōmemorans ait: Iuſtus autem ex fide mea uiuit. Relege ad Hebræos epiſtolā Pauli Abac.2.d
Heb.11
apoſtoli: ſiue cuiuſcunq; alterius eā eſſe putas: quia iam inter eccleſiaſticas eſt recepta: totū illum catalogū fidei enumera: in quo ſcriptū eſt: Fide maius ſacrificiū Abel à Cain obtulit deo, & Enoch translatus eſt, ne uideret mortem, & Noe de his quæ necdū uidebat, deo credens fabricatus arcam, & Abrahā in terram quam neſciebat, egreſſus eſt. Et ne uideretur ſcriptura nullū mulieribus fidei exemplum dare: in eadem epiſtola ſcribitur: quia & Sara acceperit uirtutem ad recipiendū ſemen alieno iam ætatis ſuæ tempore: quia fidelem eum qui repromiſerat, arbitrata eſt. Laudatur ibi fides Iſaac, & Iacob, & Ioſeph, Moyſi quoq; & Rahab, & cæterorum, quos melius poteſt ſcire, qui ipſam epiſtolam legerit. Quomodo eſt igitur fidei ſanitas: ita eadem ſanitas & in charitate eſt. D
Quis aūt ſanitatem poſſidet charitatis, niſi ille qui primum deum dilexerit ex tota anima ſua, & ex toto corde ſuo, & ex totis uiribus ſuis? Deinde Chriſti præceptum audiens in proximum: Diliges proximum tuum ſicut Matth.5.g
teipſum, diuiſerit charitatē: quia in his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Qui habet ſanitatem 1.Cor.13.b
charitatis, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non inhoneſte, non ad iracundiam concitatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati: omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat, omnia præſtolatur. Et quia charitas nunq; excidit: qui in charitatis eſt ſanitate, nunq; & ipſe corruit. Siquidem nec tribulatio eum, nec anguſtia, nec fames, nec perſecutio, nec nuditas, nec periculum, nec gladius ſeparare poterit à ſanitate charitatis quam habuerit in Chriſto Ieſu. Quid de gladio & cæteris minoribus loquar: quæ nō poſſunt eū diuidere, qui ſanitatis poſſidet charitatē: cum nec mors, nec uita: nec angeli, nec principatus: nec præſentia, nec futura: nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec alia quælibet creatura poſſit ſeparare eum qui habet charitatē ſanitatis in Chriſto Ieſu? Si intellecta eſt à nobis ſanitas charitatis, de ſcripturis aliquod ſumamus exemplū, eorum qui in infirmitate ſunt charitatis.
Ait ſaluator de extremis temporibus: Quia cum multi- Matth.24.b
plicata fuerit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Calida quippe eſt charitas in his qui feruent in ſpiritu: frigens aūt & glacialis & gelida, in his qui flatus aquilonis duriſſimos ſuſcepere. Ab aquilone enim exardeſcēt ma- Hiere.1.c
la ſuper omnes inhabitantes terrā. De hoc frigore charitatis & Amnon in ſorore ſua Thamar obriguerat. Timen 2.Reg.13.a
dum ergo ne forte & nos hac infirmitate charitatis aliquando ſuperemur. Nonnunq; enim euenit, ut primum a nobis in uirginem ſiue in quamlibet fœminam ſit ſancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus, paulatim ſanitas charitatis languore palleſcat, & infirmari incipiat, & ad extremā mortem diligentem ferat. Vnde
& Apo-

A & Apoſtolus caute & prudenter Timotheo præcipit, ut exhortetur adoleſcentulas in omni caſtitate. Omnis autem caſtitas, in carne, & ſpiritu, & anima eſt, ne ſcandalizet oculus: ne in pulchritudine uultus fœminæ hærētes pendeamus: ne blanda nos audire uerba delectet: ne ad ſimulatos ſermones mēs prio dura marceſcat. Caueāt ergo (ut diximus) tā iuuenes q̄ ſenes: tā adoleſcentulæ, q̄ uetulæ, & omni diligentia cuſtodiant cor ſuum: ne per ſanitatē dilectionis, morbus charitatis incroeat, & per amorē ſanctum, fiat non ſancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennam. Qui ſanus eſt in fide, qui ſanus in charitate, ſanus quoq; ſit in patientia, & patientia quæ maxime in tentationibus cōprobatur: quia nihil prodeſt habuiſſe quæ ſupra enumerauimus, niſi omnes diuitiæ & mercimonia quibus onuſta nauis eſt, in tempeſtate ſeruentur, & perflātibus hinc inde uētis, abſq; naufragio ea quæ bene parta ſunt, liberentur. Qui enim perſeuerauerit uſq; in finē, hic ſaluus erit. *a* ¶ Anus ſimiliter in habitu ſancto &c.] Tametſi apoſtolus Petrus præceperit: ut uiri uxoribus ſuis tanq̄ infirmiori uaſculo honorem tribuant: Non tamen arbitrandum eſt, quod uxor quæ corporis uaſculum habet infirmum, ſtatim & anima infirmior ſit. Vnde nunc
1.Cor.12.c præcipitur eis: ut in ipſis quoq; illud Apoſtoli complea-
B tur: Virtus in infirmitate perficitur: & dicitur, ut & omnia habeant, quæ ſenibus uiris ſunt præcepta cōmuniter, in eo ſcilicet quod ait: Anus ſimiliter, hoc eſt: ita ut uiri ſenes, in omnibus honeſtæ, ſobriæ, pudicæ, ſanæ in fide & charitate, & patientia: & pro ſexu ſuo hoc habeant proprium, ut ſint in habitu ſancto: ſiue ut melius legitur in Græco ὡς καταστήματι ἱεροπρεπεῖς: ut ipſe quoq; earum in ceſſus & motus, uultus, ſermo, ſilentium, quandam decoris ſacri præferant dignitatem. Et quia hoc genus mulierculārum eſſe ſolet garrulū, iuxta illud: Simul autem & ocioſæ diſcunt circumire domos: non ſolum autē ocioſæ, ſed & uerboſæ & curioſæ, loquentes quæ nō oportet: Propterea eas uult eſſe non incentrices, id eſt, non accuſatrices: nō tales quæ ut alijs placeant, de alijs detrahāt: Aut certe quia ipſæ adoleſcentiam iam tranſgreſſæ ſunt, de adoleſcentularum ætatibus diſputent, & dicant: illa ſic ornatur: illa ſic comitur, ſic illa procedit: amat illum, amatur ab illo, cum etiam ſi hæc uera ſint, nō tam apud cæteros debeant accuſare, q̄ ipſam ſecrete Chriſti charitate corripere, & magis docere ne faciat, q̄ in publico accuſare quod fecerit. Solent hæ ætates, quia corporis frixere luxuriā: licet ſint plurimæ, quæ nec canos ſuos eruberſcant, & ante gregem nepotum, trementes uirgunculæ componantur, uino ſe dedere pro libidine, & cum inter pocula ſibi prudentes uiſæ fuerint & facundæ: morum quaſi auſteritatem aſſumere, loquentes hoc quod ſibi uidentur eſſe, & nō recordātes illud quod fuerūt. A uini ergo nimio potu anus prohibeantur: quoniā quod in adoleſcentibus libido, hoc in ſenibus ebrietas eſt. Aut quo-
1.Tim.5.b modo poteſt docere anus adoleſcētulas caſtitatem: cum ſi ebrietatem uetulæ mulieris adoleſcentula fuerit imitata, pudica eſſe non poſſit. Signanter aūt expreſſit, non uino multo ſeruiētes: Seruitus enim quædā eſt & extrema conditio, uino ſenſus hominis occupari, & non ſuū eſſe, ſed uini. Quia igitur docuit quales primo anus deberēt eſſe, & poſt illa quæ cum ſenibus uiris habent communia, etiam propria earum expoſuit: ut honeſto & ſancto habitu & omni decore ſint plenæ: nec accuſatrices, nec alijs detrahentes, nec uino ſenſibus occupatis: Nunc C conſequenter doctrinæ eis frena permittit: ut cum tales fuerint, docendi habeant libertatem: ut ſcilicet doceant ea quæ bona ſunt. Licet enim in alio loco dixerit: Doce- 1.Tim.2.d re autem mulieribus nō permitto: ſic intelligendum eſt, ut in uiros ſit illis doctrina ſublata. Cæterum adoleſcentulas doceant quaſi filias ſuas. Primum caſtitatem: quia aduerſus hanc magis in ætate florenti pugnat inimicus, & uirtus eius omnis contra fœminas in umbilico uentris eſt: deinde ut ament uiros ſuos, diligant filios. Quæ doctrina eſt amare uiros: cum hoc non in eloquio docentis, ſed in corde amantis ſit conſtitutum? Vult eas amare uiros ſuos caſte: uult inter uirum & mulierem eſſe pudicā dilectionem: ut cum pudore & uerecundia, & quaſi neceſſitate ſexus reddat potius debitum uiro, quàm ipſa exigat ab eo, & opera liberorum ante oculos dei & angelorū perpetrare ſe credat: ita ne illa erubeſcet etiam ſecretum cubile, & noctis tenebras, & clauſum cubiculū ſuum: cum omnia patere dei oculis cogitarit. Filios autem ita diligunt, ſi eos in dei eruditāt diſciplina. Cæterum nolle eos cōtriſtare docendo quæ bona ſunt, & libertatem tribuere peccandi: non eſt amare filios, ſed odiſſe. Eruditantur quoq; adoleſcentulæ, ut domus habeant diligentiam. Et quia poterat euenire, ut diligentia domus cum auſteritate regeretur, & per hoc Apoſtoli præceptum, matrona ſeuerior fieret in ſeruulos: ideo copulauit, benignas: D ut tunc ſe crederet mariti bene domum regere, ſi cum benignitate imperet ſeruulis, nō in terrore. Necnon & ſubditas uiris ſuis: ne forte diuitijs & nobilitate perflatæ dei ſententiæ nō meminerint: per quam ſubiectæ ſunt uiris. Ait quippe ad mulierem: Ad uirum tuum cōuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. In quo ſanctæ ſcripturæ conſideranda prudentia eſt: quia nō uiro hoc dominus ſit locutus, & dixerit: Dominaberis uxori tuæ, ſed ipſi mulieri: ut illi præmium relinqueret obſequelæ, dum in poteſtate eius eſt, ſi dei uelit obedire præceptis: ſeruire uiro & marito eſſe ſubiecta: ut quodammodo eſſet libera ſeruitus, & dilectione plena: ideo ſeruiens eſt uiro, dū eum metuit offendere. Etenim non eſt creatus uir propter mulierem, ſed mulier propter uirum. Et cum caput mulieris uir ſit: caput autem uiri, Chriſtus, quæcunq; uxor non ſubijcitur uiro ſuo, hoc eſt, capiti ſuo: eiuſdem criminis rea eſt, cuius & uir ſi non ſubijciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem domini blaſphematur: uel dum contemnitur dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur: Vel Chriſti infamatur euangelium, dum contra legem fidemq; naturæ, ea quæ Chriſtiana eſt & ex dei lege ſubiecta, uiro imperare deſiderat: cum etiam gentiles fœminæ uiris ſuis ſeruiant communi lege naturæ. *b* ¶ Iuuenes ſimiliter exhortare ut pudici ſint in omnibus teipſum exemplum præbens bonorum operum: in doctrina &c.] Sicut in eo quod ſupra præceperat dicēs: Anus ſimiliter in habitu ſancto: ſimilitudinem anuum dixeramus, ad ſenes eſſe referendam: Ita nunc in eo quod intulit: Iuuenes ſimiliter hortare ut pudici ſint: ſimilitudinē iuuenū ad anus, & per anus ad ſenes arbitramur aptandam: ut ſenum habeant ſobrietatem, & honeſti ſint & pudici, & ſani in fide & charitate, & patientia. Anuum autem in habitus ſanctitate, ut non ſint accuſatores, non uino multo ſeruientes, bene docentes, & cætera. Proprium aūt adoleſcentulorū hoc poſuit, ut pudici ſint in

charitate, & patientia. Anūs ſimiliter in habitu ſancto, non incentrices, non uino multo ſeruientes, bene docentes, ut ad caſtitatem erudiant adoleſcentulas: ut ament uiros ſuos: ut ament filios: pudicas, caſtas, habentes domus diligentiā, benignas, ſubditas uiris ſuis, ut uerbum dei non blaſphemetur. Iuuenes ſimiliter exhortare ut pudici ſint in omnibus: teipſum exemplū præbens bonorum operum: in doctrina, in integritate & caſtitate, in ſermone ſano & irreprehenſibili: ut qui ex aduerſo eſt, reuereatur nil habens de nobis dicere mali.

omnibus

A omnibus: tam ſcilicet mente, q̃ corpore: tam opere, q̃ cogitatione: ut nulla ſit in adoleſcente ſuſpicio turpitudinis. Et licet quidam de Latinis ita exiſtiment legendum: Iuuenes ſimiliter hortare ut pudici ſint, & poſtea inferant, in omnibus teipſum formam præbens bonorum operum: tamen ſciamus, in omnibus, ad ſuperiora eſſe referendū: id eſt, hortare ut pudici ſint in omnib. Sciendum quoq; eſt quod cōtinentia non ſolum in carnis opere & animi concupiſcentia, ſed in omnibus rebus neceſſaria ſit: ne honores indebitos appetamus: ne accendamur auaricia: ne ulla paſſione ſuperemur. Teipſum, inquit, formam præbens bonorum operum. Nihil prodeſt aliquem exercitatum eſſe in dicēdo, & ad loquendū triuiſſe linguam: niſi plus exemplo dōcuerit q̃ uerbo. Denicq; qui impudicus eſt, quamuis diſertus ſit: ſi ad caſtitatē audientes cohortetur: ſermo eius infirmus eſt, & autoritatē non habet cohortandi. Et econtrario quamuis ſit ruſticanus & tardus ad loquendum: ſi caſtus fuerit, exemplo ſuo homines poteſt ad uitæ ſimilitudinem impellere. Quod aūt ait, in incorruptione: ſic accipiendum: quod incorruptio proprie uirginitatē ſonet. Denicq; qui uirgines ſunt, uulgo incorrupti appellari ſolent, & qui uirgines eſſe deſierint, corrupti nominantur, & dicimus, illa quæ fuit olim uirgo, corrupta eſt. Vnde & Titum exiſtimo priuſquam carnis opere occuparetur, euangelio credentē accepiſſe baptiſma, & uirginem permanſiſſe, & nūc ab Apoſtolo ut in incorruptione formam ſui præbeat cōmoneri: quam quidem incorruptionem in Timotheo nō uidemus. Nam cum ei diceret: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed forma eſto fidelium in ſermone: in conuerſatione, in charitate, in fide, in
B caſtitate: de incorruptione tacuit, & tantum poſuit caſtitatem. Caſtitas autem & in cœlibatu abſq; uirginitate intelligi poteſt: Niſi forte caſtitatem accipiamus in mente: incorruptionē uero in corpore: iuxta illud quod alibi in uirginis definitione ſcribitur: ut ſit ſancta corpore &
1.Cor.7.f ſpiritu: Et ipſe nunc conſequenter adiunxit: In doctrina, in incorruptione: in pudicitia. Poſſumus & pudicitiam & incorruptionem, & in doctrinæ integritate interpretari: niſi quod ſpecialiter ſequitur ſermone ſano & irreprehenſibili, propriū haberet ſuper doctrinæ inſtitutione præceptum. Quod autē ait, ſermone irreprehēſibili, non quod ullus tantæ facundiæ & prudentiæ ſit, ut à nemine reprehendatur: reprehenduntur quippe & apoſtoli & euangeliſtæ ab hæreticis & gentibus: ſed quod nihil dignum reprehenſione dicat aut faciat: licet aduerſarij ſint ad reprehendendum parati. Et quia ſunt multi non ſubditi, uaniloqui & mentiū deceptores: qui oderunt in portis arguentem, & ſermonem ſanctum abnominātur: propterea exemplū nos in omnibus præbeamus: in doctrina, in integritæte, in pudicitia, in ſermone ſano & irreprehenſibili: ut aduerſarij uitæ & doctrinæ noſtræ ſanitate perterriti: non audeāt accuſare: hoc eſt, nihil ueriſimile in accuſatione confingere. Et reuera uſq; hodie uidemus nō nullos in eccleſijs, quanq̃ hæc rara auis ſit, tantæ gra uitatis continentiæq; eſſe: ut etiam ab aduerſarijs habeāt teſtimoniū, & dicatur, uir magnus eſt ille, & ſanctæ conuerſatiōis: probisq; moribus niſi eſſet hæreticus. Nemo eſt enim tam immoderatæ impudentiæ, ut ſolis radios poſſit accuſare tenebroſos, & clarum lumen caligine no-
1.Cor.11.c ctis offundere. Vnde & Apoſtolus hæc eadē præcauens ait: Vt auferam occaſionem his qui uolunt occaſionem. Poteſt autem is qui ex aduerſo eſt & diabolus intelligi: qui accuſator eſt fratrū noſtrorum: ut Ioannes euangeliſta prædicat: qui cum nihil habuerit mali quod nobis obijciat erubeſcit, & criminator non poterit criminari. Diabolus autem in Latina lingua criminatorem ſonat.

A ¶ Serui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus, ſint placentes non contradicentes &c.] Quoniam dominus & ſaluator noſter qui in euāgelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam uos: nullam conditionē, ætatem, ſexum, à beatitudine arbitratur alienum: propterea nunc Apoſtolus & ſeruis præcepta conſtituit: ſcilicet ut parti eccleſiæ mēbriſq; corporis Chriſti. Et quomodo ſuperius ſenes, anus, adoleſcentulas, iuuenes, quid Titus erudire debe-

Serui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus: ſint placentes, non cōtradicentes, non furantes: ſed omnē fidem oſtendentes bonam, ut doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornent

ret edocuit: ita nunc ſeruis apta præcepta cōſtituit. Primum ut ſubditi ſint dominis ſuis in omnibus. In his aūt omnibus, quæ non ſunt contraria deo: ut ſi dominus ea iubet quæ non ſunt aduerſa ſcripturis ſanctis, ſubijcia-
tur ſeruus domino. Sin uero contraria præcipit, magis obediat ſpiritus q̃ corporis domino. Diligenter attendite quomodo congrua perſonis præcepta decernat. Serui, inquit, dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus. In alio Eph.6.d
loco diſputās de filijs ait: Filij obedite parentibus. Filios Col.3.c
quippe decet parentibus obedire: Seruos uero imperanti domino eſſe ſubiectos. Nec illud putemus eſſe contrarium quod in alia epiſtola, mulieres (ait) ſubiectæ ſint uiris, & in hac ſubiectas uiris ſuis aſſeruit uxores: quaſi eo Luc.2.g
dē uerbo & in ſeruis & in uxoribꝰ uſus ſit. Quodāmodo enim maritus uxoris eſt dominus: Ipſe inquit, dominabitur tui. Erat & ſaluator ſubiectus parentibus ſuis: ſed cū adhuc duodecim eſſet annorū, & nihil differret à ſeruo, dominus omniū: necdum enim ad perfectā uiri ætatem quæ poſſet hæreditatem capere peruenerat. Sed & alibi de eo ſcriptum eſt: quia cum ſubiecta ei fuerint omnia, 1.Cor.15.d
ut ſit deus omnia in omnibus. Subijcientur autem ei omnia: cum dixerit dominus domino meo ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorum. In ſubiectis ſeruis dominus ſubijcitur. Et quomodo pro nobis dicitur eſſe maledictum: cum non ſit male dictum, ſed uera benedictio: ita pro nobis uel ſubiectus ſcribitur, uel non ſubiectus: ſi aut ſubditi fuerimus deo aut non ſubditi. Quidam hunc locū ita legunt: Serui dominis ſuis ſubditi ſint. Et poſtq̃ huc uſq; diſtinxerint, inferunt: in omnibus placeant: cum in Græco alius ſit ordo lectionis: id eſt, ſerui dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus: ut ſequatur εὐάρεστοι εἶναι: quod nos licet non plene, tamen ex parte aliqua interpretari poſſumus, ut complaceant ſibi, ne uidelicet ſuper cōditione ſua uideatur eis dei iniqua ſentētia. Sed quomodo pauper iuxta menſuram ſuam ſaluari poteſt, & mulier in ſexus infirmitate à regno dei non excluditur, & omnis cōditio ſecundum ordinem ſuū beatitudinē capere poteſt: ita & ſerui complaceant ſibi quod ſerui ſint, & non idcirco putent deo ſe ſeruire non poſſe, quia ſubiecti ſint hominibus: ſed in eo magis placere uoluntati dei, ſi & dominis ſuis ſubditi fuerint in omnibus, & complacuerint ſibi in conditione ſua, & quod deinceps Apoſtolus præcipit exequanē, ut non ſint contradicentes, non furantes. Vel maximum ſuorū uitium eſt, dominis contradicere, & cum aliquid iuſſerint ſecum muſſitare. Itaq; Titum cōmonet, ut per doctrinam ſuam ab his qui Chriſtiani ſerui ſunt: iſtiuſmodi auferat paſſionem. Si enim quæ dominus imperat neceſſe habet ſeruus implere: cur hoc ipſum nō cum bona faciat uoluntate, ſed & dominū offendat & tandem faciat quod iubetur: maxime cum & deus ad aquā contradictionis offenſus ſit. Et in alio loco de murmurante populo loquatur: Deſinat à me murmuratio eorū, & non morientur. Poſt contradictionem & aliud ſeruorum uitium, doctrina Chriſti corrigat, ne fures ſint. Fur autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furto ablatū eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione & adulterio, nō idcirco diuerſa ſit fornicatio aut adulterium, ſi pulchra

uel

A uel diues, deformis aut paup, meretrix uel adultera sit: sed qualiscunq; illa fuerit, una est fornicatio uel adulterium: Ita & in furto, quãtumcunq; seruus abstulerit, furti crimen incurrit. Vnde & in Moysi lege fures nõnunq; septuplum, nonnunq; quadruplũ reddere cõpelluntur, & interdum obtruncatur, interdum uenditur fur ipse pro furto: de quibus nuper uobis in Leuitico exposuisse me memini. Si autem hoc prohibetur in seruo: quanto magis in libero: ne aut iudex rapiat, aut miles non contentus stipendijs suis aliena deuastet? Pulchre quidam uir apprime grauis, cum ei cuiusdam iudicis laudaretur integritas, & diceret de eo ille qui laudabat: non est fur: Respondit, optimum seruum faceret, si nec fugitiuus esset. intantum furti suspicio ab omni libero debet esse aliena. Sint itaq; serui subditi dominis suis in omnibus, sint complacentes conditioni suæ, ut non ferant aspere seruitutem, nõ contradicant dominis: nõ furentur, & post hæc in omnibus fidem bonam ostendant: ut doctrinam saluatoris dei nostri ornent in omnibus. Si enim apud carnales dominos in minimo fideles fuerint: incipient eis apud deum maiora cõmitti. Ornat autem doctrinam domini, qui ea quæ conditioni suæ apta sunt facit. Et e diuerso cõfundit eam, qui non est subiectus in omnibus: cui conditio sua displicet: qui contradictor atq; fraudator in nullo fidem bonã ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia dei, qui carnali domino fidem exhibere non po-

B tuit? *a* ¶ Illuxit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus &c.] Post catalogum doctrinæ ad Titũ: quid senes, quid anus, quid adulescẽtulas & iuuenes, quid ad extremum seruos erudire deberet: recte nunc intulit: Illuxit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus. Non est enim aliqua differentia liberi & serui: Græci & barbari, circuncisi & habentis præputiũ, mulieris & uiri: Sed cuncti in Christo unum sumus, uniuersi ad dei regnum uocamur: omnes post offensam patri nostro recõciliandi sumus: non per merita nostra, sed per gratiam saluatoris: Vel quod dei patris uiuens & subsistens gratia ipse sit Christus: Vel quod Christi dei saluatoris hæc sit gratia, & non nostro merito saluati simus: secundum illud quod in alio loco dicitur: Pro nihilo saluabis eos.

Psal.55.b Quæ gratia omnibus hominibus ideo illuxit: ut erudiret nos abnegantes impietatẽ & secularia desyderia, pudice & iuste & pie uiuere in hoc seculo. Quid sit aũt abnegare impietatem & secularia desyderia: ex eo quod supra exposuimus: deum confitentur se nosse, factis autem negant, intelligi posse confido, & per contraria disserta contraria. Secularia ergo desyderia sunt, quæ à mundi istius principe suggeruntur, & cum sint seculi, cum seculi huius nube pertranseũt. Nos autem cum pudice & iuste, nec corpore scilicet, nec mente peccantes uixerimus in Christo: pie quoq; uiuemus in hoc seculo: quæ pietas expectat beatam spem, & aduentũ gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Sicut em impietas, magni dei reformidat aduentum: ita secura de opere suo & de fide illum pietas præstolatur. Vbi est serpens Arius? ubi Eunomius coluber? Magnus deus Iesus Christus, saluator dicitur, non primogenitus omnis creaturæ, non uerbum dei & sapientia, sed Iesus Christus: quæ uocabula assumpti hominis sunt. Neq; uero aliũ Iesum Christum alium uerbum dicimus: ut noua hæresis calumniatur: sed eundem & ante secula, & post secula, & ante mũdum & post Mariam: imo ex Maria, magnum deum appellamus saluatorem nostrum Iesum Christum, qui dedit se-

> ornent in omnibus. Illũxit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desyderia, pudice & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum egregium, æmulatorem bonorum operum. Hęc loquere & exhortare

metipsum pro nobis, ut precioso sanguine suo nos redi- C
meret ab omni iniquitate, & mũdaret sibi populũ περιούσιον, ita quippe habetur in Græco, & bonorum operum faceret æmulatorem. Sæpe mecum consyderans quid sibi uellet uerbum περιούσιον, & à sapiẽtibus seculi huius interrogãs si forte alicubi legissent: nũq; in uenire potui qui mihi qd significaret exponeret. Quãobrem cõpulsus sum ad uetus instrumentum recurrere: unde arbitrabar & apostolũ sumpsisse quod dixerat. Hebræus enim ex Hebræis, & secundum legem Pharisæus: utiq; id ponebat in epistola sua, quod in ueteri testamento legisse se nouerat. In Deuteromio itaq; reperi: Quoniam populus sanctus tu domino deo tuo, & in te complacuit domino deo tuo: ut esses ei in populum περιούσιον ex omnibus populis qui sunt super faciẽ terræ. Et in centesimo tricesimoquarto psalmo, ubi nos habemus: Psallite nomini eius quoniam suaue est: quoniã Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi: pro eo quod est, in possessionem, in Græco scriptum est, εἰς περιουσιασμόν: quod quidẽ Aquila & quinta æditio εἰς περιούσιον expressерunt. Lxx. uero & Theodotio περιουσιασμόν transferentes, commutationem syllabæ fecere nõ sensus. Symmachus igitur pro eo qd est in Græco περιούσιον, in Hebræo סְגֻלָּה expressit ἐξαίρετον: id est, egregium uel præcipuum: pro quo uerbo in alio uolumine Latino sermone utens: peculiarem, interpretatus est. Recte igit Christus Iesus, magnus deus noster atq; saluator, redemit nos sanguine suo: ut sibi D
Christianum populum peculiarem faceret: qui peculiaris tunc esse posset, si bonorum operum æmulator existeret. Vnde & illud quod in euangelio secundũ Latinos interpretes scriptum est: Panem nostrum quotidianum *Matth.6.b*
da nobis hodie: melius in Græco habetur panẽ nostrum ἐπιούσιον: id est præcipuum, egregiũ, peculiarem: eum uidelicet qui de cœlo descendens ait: Ego sum panis qui *Ioan.6.c*
de cœlo descendi. Absit quippe ut nos qui in crastinum cogitare prohibemur: de pane isto qui post paululum concoquendus & abijciendus est in secessum, in prece dominica rogare iubeamur. Nec multum differt inter ἐπιούσιον & περιούσιον: præpositio enim tantummodo est mutata non uerbũ. Quidam ἐπιούσιον existimant in oratione dominica panem dictũ, quod super omnes οὐσίας sit: hoc est, super uniuersas substantias. Quod si accipitur, non multum ab eo sensu differt quem exposuimus. Quicquid enim egregium est & præcipuum: extra omnia est, & super omnia. *b* ¶ Hæc loquere & exhortare &c.] Tria posuit: loquere, exhortare, & increpa. Et quidem in eo quod ait, loquere: ad doctrinam uidetur esse referendum. Quod uero intulit, exhortare: id est παρακάλει: aliud quoddam in Græco significat q̃ in Latino: παράκλησις quippe magis consolationẽ q̃ exhortationem sonat. Hoc uerbum & superius de adolescentibus est locutus: Iuuenes similiter consolare, pudicos esse in omnibus. De quo nos in suo loco ita ut in Latino legitur: quasi exhortare scriptum esset expressimus. Consolatur igitur audientem qui dicit: Rogamus pro Christo reconciliamini deo, & seipsum humiliat & subijcit: ut lucrifaciat quem consolatur. Quod uero tertium est, increpa: consolationi mihi uidetur esse contrarium: ut quicunq; consolationem contempserit, increpatione sit dignus, & mereatur audire: Obliti estis consolationis: quæ uobis ut filijs loquitur. Ad Timotheum quoq; alteram consolatio- *2.Tim.4*
nem, & increpationem alteram legimus, dicente Apostolo: Insta opportune, importune, argue, increpa, consolare

A lare. Et ibi quidem increpatio ante assumitur, & postea consolatione seueritas temperatur. Hic uero ante uult discipulos consolari, & si non profecerint cõsolando, tunc corripi, & corripi cum omni imperio. Sic enim intelligo hoc quod dictum est: Increpa cum omni imperio: ut specialiter ad increpationem & non ad duo superiora in cõmune referatur. Neq; enim conuenit dicere: consolare cum omni imperio, & loquere cum omni imperio: sed tãtũmodo increpa cũ omni impio. a ¶ Nemo te cõtemnat &c.] Existimet aliquis hoc ipsum nunc ad Titum scribi quod
1.Tim.4.c ad Timotheum dictum est: Nemo adolescentiam tuam cõtemnat. Nos uero iuxta Græci sermonis differentiam, aliud putamus significare περιφρονείτω, quod hic scribitur, & aliud καταφρονείτω quod ad Timotheum dictum est, & præpositiones περὶ uel κατὰ sensum facere diuersum. Quod autem nõ fortuito & ut libet, Paulus apostolus, non solum nominibus & uerbis: uerumetiam præpositionibus diuersis utatur pro uarietate causarũ, per-
1.Cor.11.b spicuum fieri poterit ex eo quod ait: Mulier enim ex uiro: uir uero per mulierẽ. Et alibi: Quia ex eo & per eum
Rom.11.d & in ipso sunt omnia. Nec nõ & illud, Paulus apostolus non ab hominibus neq; per hominẽ. Existimamus itaq; καταφρόνησιν ad contemptum proprie pertinere: uel cum quis inter equuleũ laminasq; distentus, contemnit dolorem: & nec iudicis cõminationem, nec circunstantis populi fremitum pertimescit: sed pro confessione martyrij, uniuersa supplicia contemnit & despicit. E contrario au-
Abac.1.b tem est & malus contemptus, de quo & Abacuk spiritu
B sancto in se loquente testatur: Videte contemptores & in
2.Tim.4.a spicite mirabilia & disperdimini. Iuxta quod ad Timotheum quoq; scriptum diximus: Nemo adolescentiam tuam contemnat: id est, nolo te talem exhibeas, ut possis ab aliquo merito contemni. περιφρόνησις autem illud sonat, sicut Stoici tamen asserunt, qui distinguũt inter uerba subtiliter: cum quis confidens sibi se alio esse meliorem, despicit eum quem inferiorem putat, & superiorem, id est plus sapiens, humiliorem existimat dignum esse contemptu. Tale quid intumescens superbiæ uanitate, & cœlum ipsum solemq; despiciens apud Græcos quidam dixisse deluditur: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, quod nos latine possumus dicere: scando per aerem & pluris me noui esse q̃ solem. περιφρόνησις ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet: Nemo eorum qui in ecclesijs sunt, te segniter agẽte sic uiuat, ut se putet esse meliorem. Qualis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem? Vnde non solum episcopi, presbyteri & diaconi debẽt magnopere prouidere: ut cunctum populum cui præsident, conuersatione & sermone præcedant: uerum & inferior gradus: exorcistæ, lectores, æditui, & omnes omnino qui domui dei seruiunt. Quia uehementer ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse quàm clericos.

tare & increpa cum omni imperio. Nẽmo te cõtemnat.

Cap. III.

ADmõne illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire, ad omne opus bonum paratos esse: neminem blasphemare: non litigiosos esse, esse modestos: omnem ostendentes mansuetudinẽ ad omnes homines

CAP III.

Rom.13.a ADmone illos principibus & potestatibus subditos &c.] Tale quid & ad Romanos scribit: Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à deo. Quod quidem præceptũ, & hic & ibi propterea puto æditũ: quia Iudæ Galilæi per illud tempus dogma adhuc uigebat, & habebat plurimos sectatores: cuius & in Actis apostolorũ fit mentio, scriptura re-
Act.5 ferẽte: Ante hos enim dies surrexit Theodas dicẽs quendã se esse magnũ: cui appositi sunt uiri quasi tria milia. Et post hunc surrexit in diebus census Iudas Galilæus: qui inter cætera hoc quasi probabile proferebat ex lege nullum debere dominũ nisi solum deum uocari, & eos qui ad templum decimas deferrent, Cæsari tributa non C reddere. Quæ hæresis in tantum creuerat, ut etiam Phãrisæorum & multam partem populi conturbaret: ita ut ad dominum quoq; nostrum referretur hæc quæstio: Licet Cæsari dare tributũ an non? Quibus dominus pru- Matth.22.b dẽter cauteq; respondẽs ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Cui responsioni Paulus apostolus cõgruens, docet principatibus & potestatibus credentes debere esse subiectos. ἀρχαὶ qppe quæ leguntur in Græco, magis principatus q̃ principes sonant, & ipsam significant potestatem, non eos qui in potestate sunt homines. Sed quia dixerat: admone illos principatibus & potestatibus subditos esse: poterat his qui tormenta formidant, occasio ad negandum dari: dum iuxta Apostoli dictum se assererent principatibus & potestatibus esse subiectos, & facere quod iuberent, propterea subiecit: Obedire ad omne opus bonũ. Si bonum est quod præcipit imperator & præses, iubentis obsequere uoluntati. Sin uero malum & contra deum sapit: respondẽ ei illud
Act.5.e de actibus apostolorum: Obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud dominos, & de uxoribꝰ apud uiros, & de filijs apud parentes, quod in illis tantum debeant dominis, uiris, parentibus esse subiecti, quæ contra dei mandata non ueniũt. Quod uero sequitur: Paratos esse: dupliciter legendum: ut uel subaudiatur, ad omne opus bonũ paratos esse, uel certe cum superioribus copulato hoc quod ait, obedire ad omne opus bonum, & hucusq; finito: quasi aliud proprium & speciale præceptum sit, paratos esse: D
Leuit.16.b iuxta illud quod in Leuitico scriptũ est: Hircũ qui emittitur maledicta populi sustinentem, tradi in manus hominis parati. Si quis ergo paratus est ut ἀποπομπαῖον teneat & educat illum in desertum, & ibi eum disperdat, & quantum in se est, sorte maledictionis exterminetur: cum obedierit omni operi bono, etiam paratus erit. Potest autem & aliter accipi, paratos esse: ut omnia quæcunq; euenire possunt sibi in animo præfigurent, & cũ acciderint, nihil quasi nouum sustineant: sed eis præparata sint omnia. Neminem quoq; blasphemare, non simpliciter accipitur. Nec enim ait: neminem hominẽ blasphemare, sed absolute neminem: non angelum, non aliquam creaturam dei. Omnia quippe quæ à deo facta sunt: ualde bo- Iudæ.c na sunt. Quando Michael archangelus cum diabolo disputabat de Moysi corpore, nõ fuit ausus inferre iudiciũ blasphemiæ: sed dixit, imperet tibi deus. Si igit̃ Michael non fuit ausus diabolo, & certe maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemiæ: quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per archãgeli os blasphemia exire non debuit. Relege ueteres libros, & uide quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, ut benedicerent populo, & Deut.27.b quæ in monte altero ut maledicerent. Ruben, qui maculauerat thorum parentis, & Zabulon nouissimus filius Liæ, & ancillarum liberi, in monte Ebal ponũtur: ut maledicant eis qui maledictione sunt digni. Longum est si Gen.49.d nunc enumerẽ quomodo Iacob qui ad benedictionem uocauerat filios dicens: ut benedicam uobis: postea quasi in benedictione cõsociet: maledictus furor eorũ, quia procax, & ipse dominus loquatur in Genesi: Maledicta terra in operibus tuis. Hoc nũc tantum dixisse sufficiat: quod blasphemare Christi discipulos non oportet: Nec quod additur, esse litigiosos. Si enim sumus filij pacis, & uolumus super nos pacem requiescere, & accessimus ad Hierusalem cœlestem, quæ ex pace nomen accepit: cum his qui oderũt pacem habeamus pacem, & quantum in nobis

A nobis est cum omnibus hominibus pacati simus: non solum cũ modestis, sed etiam cũ rixosis: quia nulla uirtus est ferre mansuetos: locumq; demus iræ, omnem ostendentes mansuetudinẽ ad omnes homines: non quod uanæ gloriæ desiderio nos esse mansuetos omnibus hominibus ostendere debeamus: sed dum omnes ferimꝰ, & iniuriæ uicem non rependimus, ipsa opera notiora uniuersis fiant. Potest aliquis ob iactantiam & opinionẽ uulgi auramq; popularem, simulare apud quosdam mansuetudinem, & fingere bonitatem. Sed ubi non est uera & genuina & solida mansuetudo, nescio an eũ esse mansuetum possit omnibꝰ psuaderi. a ¶ Fuimus enim aliquando &c.] Quærat aliqs quomodo Paulꝰ fuerit stultꝰ, incredulus, errans, & seruiens uarijs desiderijs & uoluptatibus, in malicia, & in inuidia, odiosus, & odiens: antequã saluatoris nostri bonitas atq; clemẽtia per lauacrũ secundæ regenerationis eum saluum faceret: non ex iusticiæ operibus quæ fecerat: sed ex misericordia sua, effuso abundãter & large super apostolos atq; credentes per Iesum Christum spiritu sancto: ut hæreditatem gratiæ consecuti, spem uitæ in perpetuum
B possiderent. Et certe legimus eum secundum iusticiam quæ in lege est sine querela fuisse circũcisum octaua die: Hebræum ex hebræis, secundum legem Pharisæum, de tribu Beniamin, eruditum ad pedes Gamalielis, & ab infantia sacris literis institutum. Ad quod respondetur, Iudæos qui ante aduentum saluatoris & passionem eius & resurrectionem in lege uersati sunt: licet non plenam, attamen aliqua ex parte habuisse iusticiam: sicut Symeon quoq; & Anna prophetissa in templo dei seruiens est reperta. Postq; uero populus conclamauit, crucifige, crucifige eum: non habemus regem nisi Cæsarem, & sanguis eius super nos & super filios nostros: & ablatũ est ab eis regnum dei, & traditum genti facienti fructus eius, ex eo tempore qui in Christum non credidit: fuit stultus, errabundus, incredulus, & seruiens uarijs uoluptatibus. An non uobis uidetur Paulus fuisse stultus: quãdo habebat zelum dei, sed non secundum scientiam, & persequebatur ecclesiam, & lapidantiũ Stephanum uestimenta seruabat: cum in tantum odij contra saluatorem instigatus exarserit: ut literas à sacerdotibus acciperet: pergens Damascũ ad eos qui in Christum crediderant uinciendos? Aut ullas poterat habere uirtutes sine uirtute dei Christi Iesu: aut æstuantem flãmam restinguere uoluptatum: cum non esset templum dei? Quæ aũt maior potest esse malicia & inuidia, q; contra absentes epistolas sumere, & ubiq; Christi uastare discipulos? nolle ipsum saluum fieri: & cæteris qui salui esse poterant inuidere: odisse Christianos & consequenter ab omnibus odium promereri. Quis autem maior error & inobedientia & uecordia, q; postq; respirauit dies & præterierunt umbræ, legem abolitam uelle seruare, & dicere: ne attrectaueris, ne contigeris, ne gustaueris, & apparente solido cibo & uirili, infantiæ lacte cupere potari. Diligentius attendamus, & inueniemus in præsenti capitulo manifestissimã trinitatem. Benignitas quippe atq; clemẽtia saluatoris nostri dei: non alterius q; dei patris, per lauacrum regenerationis & renouationem spiritussancti: quem effudit super nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, uiui-
C ficauit nos in uitam æternam. Salus credentium mysterium trinitatis est. Alij hunc locum ita intelligũt: ut non de Paulo & apostolis, sed sub apostolorum persona, de alijs dictũ putent: ut quomodo sub persona sua & Apollo & Cephæ de dissensione & schismate q̃d arguebat in Corinthijs est locutus: ita etiam in præsenti loco se & apostolos nominans: omnes qui in Christo crediderant, quales fuerint ante regenerationẽ lauacri uitalis ostenderit. Simul autem & humilitas eius est admiranda, quod qui omnem utilitatẽ iusticiamq; legis quasi quisquilias & purgamenta cõtempsit: recte se sine Christo uitijs omnibus seruisse memorarit. b ¶ Fidelis sermo, & de his uolo te &c.] Hoc quod ait,

homines. Fuimus ẽnim aliquãdo & nos stulti, inobedientes, errantes, seruiẽtes desideriꝭ & uoluptibus uariꝭ, in malicia & in inuidia agentes, odiosi, odientes alterutrum: Cum autem bonitas & humanitas illuxit saluatoris dei, non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluauit nos: per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritussancti, quem effudit super nos opulenter per Iesum Christum saluatorem nostrum: ut iustificati illius gratia, hæredes efficiamur secundum spem uitæ æternæ. Fidelis sermꝺ, & de his uolo te confirmare: ut curã habeant bonis operibus præesse qui credunt in domino. Hæc bona sunt & utilia hominibus. Stultás aũt quæstiões & genealogias & contentiones, & pugnas quæ ueniunt ex lege, deuita.

Sunt fidelis sermo, ad superiora iungendũ est: in quibus præmiserat, ut iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur secundum spem uitæ æternæ. Dignus enim fide super hæreditate dei sermo, & super spe uitæ æternæ. Vnde oportet de his, non dubium, non timentem & ipsum credere, & ut credant cæteri confirmare. Non solum aũt hoc, sed & hoc cum cæteris his qui uoluerint credere confirmandum est: quapropter ait: Et de his uolo te confirmare. D Qui aũt ista uera esse crediderint, necesse est ut curã habeant bonorum operum: per quæ hæreditas dei & spes uitæ præparatur æternæ. Et pulchre ut maiorem fidem faceret, non dixit, qui credũt hominibus: sed qui credũt deo. Necesse est enim ut curam bonorum operum habeant, quæ adimpleta & omni studio perpetrata, sunt bona utiliaq; credentibus. c ¶ Stultas autem quæstiones &c.] Quia multiplices & diuersæ sunt quæstiones: propterea Salomon de his qui quærũt deum locutus est dicens: Recte autẽ quærentes eum inuenerunt pacem. Qui igitur deum non recte quærũt, pacem inuenire non possunt. Plurima exempla sunt quærentiũ non recte deum. Iudæi praue quærunt deum, sperantes se eum inuenire posse sine Christo. Hæretici uano sermonũ strepitu concrepantes: quærunt quem inuenire non possunt. Philosophi quoq; & barbari de deo uaria sentientes, quæsierunt deum. Sed quia non recte quæsierunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones: putantium deum humanis sensibus posse comprehendi. Ab his igitur Paulus nos reuocat quæstionibus. Cæterum ad sapientes & quæ scripturarum autoritate sunt fultæ, magis cohortatur & prouocat, præceptorum non nescius saluatoris in quibus ait: Quærite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis: petite & dabitur uobis: Omnis eñ qui quærit inueniet, & qui petit accipiet, & qui pulsat aperietur ei: modo non sit corpus nostrum subditum peccatis, & ingredietur in nos sapientia. Exerceatur sensus: mens quotidie diuina lectione pascatur, & quæstiones nostræ stultæ non erunt quæstiones. Quod aũt ait: genealogias & contentiones & rixas quæ ueniunt ex lege deuita: proprie pulsat Iudæos: qui in eo iactant & putant legis habere noticiam, si nomina teneant singulorum: quæ quia barbara sunt, & etymologias eorum non nouimus: plerunq; corrupte proferuntur à nobis. Et si forte errauerimus in accentu, in extensione & breuitate syllabæ: uel breuia producentes, uel producta breuiantes: solent irridere nos imperitiæ,

Philip.3.a
Act.22.a
Act.8.a
1.Cor.1.b
Prouer.8.b
Luc.11.b

A maxime in aſpirationibus & quibuſdam cum raſura gu
læ literis proferendis. Hoc autem euenit quod Lxx. inter
pretes, per quos in Græcum ſermonem lex diuina tranſ/
lata eſt: ſpecialiter ח heth literam & ע ain, & cæteras
iſtiuſmodi: quia cum duplici aſpiratione in Græcam lin
guam transferre non
poterant: alijs literis
additis expreſſerunt.
Verbi cauſa: ut Ra/
hel, Rachel dicerent,
& hieriho, hiericho,
& hebron chebron,
& ſeor, ſegor. In alijs uero eos conatus iſte deficit. Nam
nos & Græci unam tantum literam, s, habemus: illi uero
tres ס ſamech צ ſade & ש ſin quæ diuerſos ſonos
poſſident. Iſaac & Sion per צ ſade ſcribunt: Iſrael per
ש ſin, & tamen non ſonat hoc quod ſcribitur. Seon rex
Amorræorum per ס ſamech literam & pronunciatur
& ſcribitur. Si igitur à nobis hæc nominũ & linguæ idio
mata, ut uidelicet barbara nõ ita fuerint expreſſa ut ex/
primuntur ab Hebræis, ſolent cachinnũ attollere & iu/
rare ſe penitus neſcire quod dicimus. Vnde & nobis cu
ræ fuit omnes ueteris legis libros: quos uir doctus Ada/
mantius in exempla digeſſerat: de Cæſarienſi bibliothe/
ca deſcriptos, ex ipſis autenticis emendare, in quibus &
ipſa Hebræa proprijs ſunt characteribus uerba deſcri/
pta, & Græcis literis tramite expreſſa uicino. Aquila e/
tiam & Symmachus. Lxx. quoq; & Theodotio ſuum or/
dinem tenẽt. Nõnulli uero libri & maxime hi qui apud
Hebræos uerſu compoſiti ſunt: tres alias æditiones addi
tas habent: quam quintam & ſextam & ſeptimam tranſ/
lationem uocant: autoritatem ſine nominibus interpre/
tum conſecutas. Hæc immortale illud ingenium ſuo no
bis labore donauit: ut non magnopere pertimeſcamus
ſupercilium Iudæorũ: ſolutis labijs, & obtorta lingua, &
B ſtridente ſaliua, & raſa fauce gaudentiũ. Eſt in illis & alia
occaſio ſuperbiæ: quoniam ſicut nos qui Latini ſumus,
Latina nomina & origines de lingua noſtra habẽtia, facti
lius memoriæ tradimus: ita illi à parua ætate, uernacula
ſui ſermonis uocabula, penitiſſimis ſenſibus imbiberũt,
& ab exordio Adam uſq; ad extremum Zorobabel: om
niũ generationes ita memoriter uelociterq; percurrunt,
ut eos ſuum putes referre nomen: Hoc nos qui aut alias
literas didicimus: aut certe ſero credidimus in Chriſtũ:
aut etiã ſi infantes ſumus eccleſiæ mancipati: magis ſcri/
pturarum ſenſum q̃ uerba ſectamur, ſi forte non ita no
uimus, putant ſe in nominibus referendis, & in ſupputa
tione annorum, & in nepotibus & abnepotibus, auis,
proauis, & atauis doctiores. Audiui ego quendam de
Hebræis qui ſe Romæ in Chriſtũ credidiſſe ſimulabat,
de genealogijs dñi noſtri Ieſu Chriſti quæ ſcripta ſunt
in Matthæo & Luca facere quæſtionem, quod uidelicet
à Salomone uſq; ad Ioſeph: nec numero ſibi, nec uoca/
bulorum æqualitate conſentiant: qui cum corda ſimpli/
cium peruertiſſet: quaſi ex adytis & oracuło deferebat
quaſdã ut ſibi uidebatur ſolutiones: cũ magis debuerit
iuſticiã & miſericordiã & dilectionẽ dei quærere, & poſt
illa ſi forte occurriſſet, de nominib⁹ & numeris diſputa/
re. Satis forſitan de Hebræorũ ſupcilio & plus q̃ neceſſe
fuerit dixerimus: ſed occaſio nobis data eſt, de genealo/
gijs & cõtentione & rixis quæ ex lege uenium⁹ diſſerẽdi.
Dialectici quorum Ariſtoteles princeps eſt: ſolent argu/
mentationum retia rendere, & uagam Rhetoricæ liberta
tem in Syllogiſmorum ſpineta concludere: hi ergo qui
in eo totos dies & noctes terunt: ut uel interrogẽt uel re/
ſpondeant: uel dent propoſitionem uel accipiant, aſſu/
mant, confirment atq; concludant, quoſdam contentio/
ſos uocant: qui ut libet, non ratione ſed ſtomacho diſpu
tent litigantium. Si igitur illi hoc faciunt: quorũ pro/
prie ars contentio eſt: quid debet facere Chriſtianus niſi
omnino fugere contentionem? Rixæ quoq; legales peni/
tus reſpuendæ ſunt, & Iudæorum ſtulticiæ relinquendæ:

Sunt quippe inutiles & uanę. Hęrẽticum hominẽ poſt unam & alteram correptionem deuita: ſciens quod ſubuerſus eſt eiuſmodi, & delinquit q̃ eſt à ſemetipſo dãnatus

Sunt enim inutiles & uanæ: quæ tantũ ſpeciem ſcientiæ C
habent: cæterũ nec dicentibus nec audientibus proſunt.
Quid em̃ mihi prodeſt ſcire quot annos uixerit Mathu/
ſalem: quoto ætatis ſuæ anno Salomon ſortitus ſit coniu
gem, ne forſitan Roboã undecimo ætatis illius anno na/
tus eſſe credatur? & multa iſtiuſmodi, quæ aut difficile eſt
inuenire, ppter libro
rum uarietatẽ, & (dũ
paulatim de inemen/
datis inemẽdata ſcri/
buntur) errores inolitos: aut etiam ſi inueniremus ma/
gno ſtudio & labore, nihil profutura cognouimus. Fre/
quenter accidit ut habeamus pugnas legis, non ob deſy
derium ueritatis, ſed ob iactantiã gloriæ, dum apud eos
qui audiunt, docti uolumus æſtimari, aut certe ex hoc
rumuſculo turpia ſectamur lucra. Quid enim prodeſt
ſpumantibus labijs, & latratu garrire canum: cum ſim/
plex & moderata reſponſio, aut poſſit te placare ſi uera
eſt, aut ſi falſa, leniter à te & placabiliter emendari.
a Hæreticum hominem poſt unam &c.] Nomen Hæ
reſeos & in epiſtola ad Corinthios poniť: Oportet enim 1.Cor.11.d
& Hæreſes in uobis eſſe, ut probati quiq; manifeſti fiant.
Et ad Galatas inter carnis opera numeratur: Manifeſta Gal.5.c
aũt ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immundicia,
luxuria, idololatria, ueneficia, inimicitiæ, contentiones,
æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ,
ebrietates, comeſationes, , & cætera his ſimilia: quæ præ
dico uobis ſicut prædixi: quoniã qui hæc agũt, regnum
dei non poſſidebunt. In quibus diligenter eſt obſeruan/
dum, quod quomodo cætera uitia quæ inter carnis ope
ra numerata ſunt excludũt nos à regno dei: ita etiam no
bis hæreſes auferant regnum dei, & non intereſt quomo
do quis, dum tantũ excludatur à regno. Quod aũt ma/ D
gis mirum ſit, etiam illud de actibus apoſtolorum uide/
tur eſſe relegendũ, fidem noſtram in Chriſto, & eccleſia/
ſticam diſciplinam, iam tunc à peruerſis hominibus hæ
reſim nuncupatã: Nos enim, inquiunt Iudæi ad apoſto/
lum Paulum, nec literas de te accepimus de Iudæa: nec Act.28.c
ueniens quis de fratribus annũciauit nobis: aut locutus
eſt aliquis de te in malum. Petimus aũt, ut audiamus à
te quid ſentias: de hæreſi enim iſta notum eſt nobis, quia 1.Cor.1.b
ubiq; ei contradicit̃. Et licet nomen hæreſeos Miletij non
dicatur, à Paulo tamen opera nominantur, loquente ad
presbyteros eccleſiæ: Ego ſcio quoniam uenient poſt ab
ſceſſum meum lupi graues in uos non parcentes gregi,
& ex uobis ipſis conſurgent uiri loquentes peruerſa: ut
abducant diſcipulos poſt ſe. Hæc in tranſitu dicta ſint,
ubi & alibi hæreſis appelletur: Nunc ipſum nomen uide
tur pleniſſime uentilandũ. Hæreſis Græce ab electione
dicitur, quod ſcilicet unuſquiſq; id ſibi eligat quod ei
melius eſſe uideatur. Philoſophi quoq; Stoici, Peripate/
tici, Academici, Epicurei, illius uel illius hæreſeos appel
lantur. Superfluũ eſt ire per ſingula, & Marcionem, Va/
lentinũ, Apellem, Hebionem, Montanũ, & Manichæum
cum ſuis enumerare dogmatibus: cum perfacile ſit uni/
cuiq; cognoſcere quibus ſinguli ducantur erroribus. A/
rius & Eunomius, & nouæ autor hæreſeos, utinam tam
noti nõ eſſent, minus forſitan plurimos decepiſſent. Hæ/
reticum igitur hominem poſt unam correptionem: ſiue
ut in Græco melius habetur, νουθεσίαν deuita: νουθεσία au
tem cõmonitionem magis & doctrinã abſq; increpatio/
ne ſignificat. Legitur in Latinis codicibus, quod uerum
Papa quoq; Athanaſius approbat: Poſt unam & alte/
ram correptionem: quod ſcilicet non ſufficiat tantum ſe/
mel eum corripi uel commoneri qui aliquo ſit depraua
tus errore: ſed & ſecunda ſit ei adhibenda doctrina: ut in
ore duorum aut trium teſtium ſtet omne uerbum. Qua/
re aũt poſt primam & ſecundam correptionem deuitan
dus ſit, reddit cauſas dicens: quod ſubuerſus eſt eiuſmo
di, & peccat, cũ ſit à ſemetipſo damnatus. Qui em̃ ſemel
biſq;

A bisq; correptus, audito errore suo non uult corrigi: errare existimat corrigentem, & econtrario se ad pugnas & iurgia uerborum parans, eum uult lucrifacere à quo docetur. Propterea uero à semetipso dicitur esse damnatus: quia fornicator, adulter, homicida, & cætera uitia, per sacerdotes de ecclesia propellūtur. Hæretici autem in semetipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes: quæ recessio, propriæ conscientiæ uidetur esse damnatio. Inter hæresim & schisma hoc esse arbitrantur: quod hæresis peruersum dogma habeat. Schisma propter episcopalem dissensionem ab ecclesia separetur: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest. Cæterum nullum schisma non sibi aliquam confingit hæresim: ut recte ab ecclesia recessisse uideatur. *a* ¶ Cum misero ad te Arteman aut Tychicum: festina uenire ad me Nicopolim: ibi enim statui &c.] Legimus in exordio istius epistolæ: Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ deerant corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui: Vt quia Cretenses nuper crediderant: recedente Paulo & ad alias ecclesias transeūte, non dimitterentur orphani: sed haberent apostolicū uirum, qui ea quæ uidebātur deesse corrigeret. Quia ergo post fundamentum aliarum ecclesiarum necessarius erat Titus: qui ædificium superstrueret, scribit ei, ut cum Arteman uel Tychicum, unum scilicet è duobus qui secum
B fuerant, Cretam misisset, impleturus locum eius: ipse Nicopolim ueniret: ibi se hyematurum esse contestans. Ex quo paternos Pauli in Cretenses probemus affectus. Necessarium habet Titum in euangelij ministerium: tamen non eum ante ad se uult uenire, nisi in locum eius Artemas uel Tychicus successor aduenerit. Nicopolis ipsa est, quæ ob uictoriā Augusti, quod ibi Antonium Cleopatramq; superarit, nomen accepit. *b* ¶ Zenam
1.Cor.1.b legis doctorem & Apollo sollicite præmitte ut nihil illis desit.] Iste est Apollo de quo & ad Corinthios scribit: Vnusquisq; uestrum dicit: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ. Fuit autem uir Alexandrinus ex Iudæis, ualde eloquens & perfectus in lege: episcopus Corinthiorum: quem propter dissensiones quæ in Corintho erant, ad uicinam insulam Cretam cum Zena legis doctore putandum est transfretasse, & Pauli epistola dissensionibus quæ Corinthi ortæ fuerant temperatis, rursum Corinthum reuertisse. Zenam uero legis doctorem, de alio scripturæ loco quis fuerit, nō possumus dicere, nisi hoc tantum, quod & ipse apostolicus uir id operis quod Apollo exercebat habuerit, Christi ecclesias extruendi. Præcipit itaq; Tito, ut quoniam de Creta ad Græciam nauigaturi erant: non eos faciat sitarcijs indigere, sed habere ea quæ ad uiaticum necessaria sunt. *c* ¶ Discant autem & nostri bonis operibus præesse in necessarijs usibus: ut non infructuosi sint.] Supra dixerat, Zenam legis doctorem & Apollo sollicite præmitte, ut nihil illis desit: Quia ergo poterat suboriri occulta responsio, ut non tam Titus quàm quicunq; epistolæ lector hoc diceret, & unde Tito, ut uiaticum non habentibus largiretur? Soluit hanc quæstionem, & quasi nihil sibi opponatur elidit, dicendo:

tus. Cum misero ad te Arteman aut Tychicum: festina uenire ad me Nicopolim: ibi enim statui hyemare. Zenam legis doctorem & Apollo sollicite præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse in necessarijs usibus: ut non infructuosi sint. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dómini nostri cum omnibus uobis.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse in necessarijs usibus: ut non infructuosi sint. Nostros, suos uocat qui in Christo crediderant: qui quia Christi erant, recte & Pauli & Titi appellari merebantur. Habes, inquit, in discipulos potestatem: doce eos non esse infructuosos: sed euangelistis & apostolicis uiris qui bonis operibus seruiūt ministrare, & ministrare non in quibuscunq; cauſis, sed in necessarijs usibus: Habētes quippe uictū & uestimentum, his contenti simus: Et qui altario seruiunt, de altario uiuant, & qui participes spiritualium nostrorum facti sunt, debent nobis sua participare carnalia. Et ne forsitan uel epistolam Pauli uel præceptum Titi facile contemnerent: infructuosos uocat, quicunq; euangelistis non ministrauerint. Dicit & Salomon in Prouerbijs: Fructus uero eleemosyna. Et ipse Paulus primum spiritus fructum charitatem uocat. Charitas autem in communicatione & in ministerio uel maxime comprobatur. Vt non inquit, infructuosi sint. Omnis enim arbor quæ non facit fructū bonum, excidetur & in ignem mittetur. Hoc autem dico: quia qui parce seminat, parce & metet. Apostolicis uiris & euangelizatoribus Christi in necessarijs usibus nolle tribuere: sterilitatis seipsum est condemnare. *d* ¶ Salutant te qui mecū sunt omnes.] Vel solita consuetudine usus est, ut Titum ab omnibus qui secum erant diceret salutari: uel certe proprie in Titum, quod talis esset, ut amorem eorum qui cum Paulo erant omnium mereretur. Magna uero laus Titi, per Paulum ab omnibus salutari. *e* ¶ Saluta eos qui nos amant in D fide.] Si omnis qui amat amaret in fide, & non essent alij qui absq; fide diligerent: nunquam Paulus ad amorem fidem appositisset, dicens: Saluta eos qui nos amāt in fide. Amant quippe & matres filios, ita ut mortē pro eis oppetere sint paratæ: sed non amāt in fide, & uxores maritos quibus frequentissime commoriuntur, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide diligit, intantum ut etiam si ille qui diligitur infidelis sit: tamen sanctus in fide eum diligat secundum illud: Om- *Luc.6.d*
nia uestra in fide fiāt. Et alibi: Diligite inimicos uestros. Diligit sanctus inimicos suos, & ideo in fide diligit: quia credit in eum qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum esse mercedē. *f* ¶ Gratia domini nostri cū omnibus uobis.] Sciendū quod in Græcis codicibus ita scriptum est: Gratia cum omnibus uobis: ut nec domini nec nostri in libris feratur autenticis. In commune itaque sanctis atque credentibus, Tito & cæteris qui cum eo erant, imprecatur gratia. Et quomodo Isaac patriarcha benedixit filium suum Iacob, & ipse duodecim patriarchas: apostoli quoq; ingredientes domum *Matth.10.b*
dicebant: Pax huic domui: Et si digna erat domus, requiescebat pax eorum super eam: si uero exhibebat se indignam, reuertebatur ad eos qui eam fuerant imprecati: Ita & nunc in fine epistolæ suæ Apostolus gratiam credentibus imprecatur: quæ cum uoto habebat effectum, & erat in potestate credentium, si talem se benedictus, qualem benedicens præbere uoluisset.

Commentariorum in epistolam
ad Titum finis.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTO/ C
lam ad Philemonem ad Paulam & Euſtochium Proœmium.

QVi nolunt inter epiſtolas Pauli eam recipere quæ ad Philemonẽ ſcribitur: aiũt non ſemper apoſtolũ,nec omnia Chriſto in ſe loquente dixiſſe, quia nec humana imbecillitas unũ tenorem ſancti ſpiritus ferre potuiſſet, nec huius corpuſculi neceſſitates ſub præſentia domini ſemper cõplerentur: uelut diſponere prandiũ,cibũ capere,eſurire,ſaturari,ingeſta digerere,exhauſta cõplere:taceo de cæteris quæ exquiſite & coacte replicãt, ut affirment fuiſſe aliquod tempus in quo Paulus dicere non auderet: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus.Et illud:An experimentũ quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Quale inquiunt,experimentũ Chriſti eſt audire:Penulã quam reliqui Troade apud Carpũ,ueniens tecum affer.Et illud ad Galatas: Vtinã & excidantur qui uos cõturbant.Et in hac ipſa epiſtola: Simul aũt & præpara mihi hoſpitiũ? Hoc aũt non ſolum apoſtolis, ſed prophetis quoq; ſimiliter accidiſſe. Vnde ſæpius ſcriptũ feratur:factum eſt uerbũ dñi ad Ezechiel,ſiue ad quemlibet alium prophetarũ:quia poſt expletũ uaticiniũ,rurſum in ſemet reuertẽs,homo cõmunis fieret è,pphe/ta,& excepto dño noſtro Ieſu Chriſto,in nullo ſanctũ ſpiritũ remãſiſſe. Q; ſignũ & Ioãnes baptiſta acceperat:ut ſuper quẽ uidiſſet ſpiritũ ſanctũ deſcendentẽ & manentẽ in eo,ipſum eſſe cognoſceret.Ex quo oſtendit ſuper multos quidem deſcendere ſpiritũ ſanctũ,ſed propriũ hoc eſſe ſaluatoris inſigne:qa permaneat in eo.His & cæteris iſtiuſmodi,uolũt aut epiſtolã nõ eſſe Pauli quę ad Philemonẽ ſcribit:aut etiã ſi Pauli ſit,nihil habere quod ędificare nos poſſit,& à pleriſq; ueteribus repudiatã:dum cõmendandi tantũ ſcribat officio,nõ docẽdi. At ecõtrario qui germanæ autoritatis eam eſſe defendunt,dicunt nunq; in toto orbe à cunctis eccleſijs fuiſſe ſuſceptam niſi Pauli apoſtoli crederetur, & hac lege ne ſecundã quidẽ ad Timotheũ & ad Galatas eos debere ſuſcipere,de quibus & ipſi humanę imbecillitatis exempla protulerunt:Penulã quã reliqui Troade apud Carpũ,ueniens tecũ affer.Et utinã excidantur qui uos conturbant. Inueniri pluri/
B ma & ad Romanos & ad cæteras eccleſias,maximeq; ad Corinthios remiſſius & quotidiano pe D
nè ſermone dictata,in quibus Apoſtolus loquatur.Cæteris aũt ego dico non dñs. Quas & ipſas quia aliquid tale habeãt:aut Pauli epiſtolas nõ putandas,aut ſi iſtæ recipiuntur, recipiendã eſſe & ad Philemonem,ex præiudicio ſimiliũ receptarũ. Valde aũt eos & ſimpliciter errare: ſi putent cibum emere,hoſpitiũ præparare, ueſtimenta cõquirere,eſſe peccatũ,& aſſerere à ſe refugari ſpiritum ſanctũ,ſi corpuſculi pauliſper neceſſitatibus ſeruiamus. Nolite,inquit Apoſtolus,cõtriſtare ſpiritũ ſanctum in quo ſignati eſtis in die redemptionis.Quibus operibus ſpirituſſanctus contriſtetur, propheta cõmemorat, multis in ordine uitijs peccatisq; digeſtis, ad extremũ inferens. In omnibus iſtis cõtriſtabas me. Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere,pedes lauare,immolare uitulũ,prandiũ præparare,peccatũ ſit: cum ſciamus ex his rebus in dei quoſdã filios adoptari. Non eſt huius temporis ad omnia reſpondere: quia nec omnia quæ illi proponere ſolent intulimus:Quod ſi non putant eorum eſſe parua, quorum & magna ſunt,alterum mihi conditorem, iuxta Valentinũ,Marcionem & Apellen,formicæ,uermium,culicum,locuſtarũ: alterum cœli,terræ,maris & angelorum debent introducere.An potius eiuſdẽ poteſtiæ eſt,ingeniũ quod in maioribus exercueris etiã in minoribus non negare. Et quoniã Marcionis fecimus mentionẽ, Pauli eſſe epiſtolã ad Philemonẽ,ſaltẽ Marcione autore doceantur. Qui cũ cæteras epiſtolas eiuſdem, uel non ſuſceperit:uel quædã in his mutauerit atq; corroſerit:in hanc ſolam manus non eſt auſus mittere,quia ſua illam breuitas defendebat. Sed mihi uidentur dũ epiſtolã ſimplicitatis arguũt, ſuam imperitiã prodere:nõ intelligentes quid in ſingulis ſermonibus uirtutis ac ſapientiæ lateat: quæ orantibus uobis,& ipſo nobis ſancto ſpiritu ſuggerente,quo ſcripta ſunt,ſuis locis explanare conabimur. Si aũt breuitas habetur contemptui: contemnatur Abdias,Nahum, Sophonias & alij duodecim prophetæ, in quibus tam mira & tã grandia ſunt quæ ferũtur, ut neſcias utrum breuitatem ſermonum in illis admirari debeas,an magnitudinem ſenſuum. Quod ſi intelligerẽt hi qui epiſtolam ad Philemonem repudiant:nunquam breuitatem deſpicerent:quæ pro lacinio ſis legis oneribus, euangelico decore conſcripta eſt, dum breuiatum cõſummatumq; ſermonem facit dominus ſuper terram. Sed iam ipſa apoſtoli uerba ponenda ſunt, quæ ita incipiunt.

Commen

A COMMENTARIORVM HIE/ronymi in epistolã ad Philemonem liber unus.

Paulus uinctꝰ Iesu Christi & Timotheus frater, Philemoni dilecto & cooperatori nostro.]

Præpostero ordine atque peruerso, in epistolas Pauli dictari à me uobis placuit. Nã cum id crebro ꝺ Paula & Eustochium peteretis ut facerem: & ego obnixe ne facerem recusarẽ, saltem paruã & quæ uobis ut numero uersuum, ita sensu quoq; & ordine uidebatur extrema, ut differerẽ coegistis. Rem itaque principij in fine tẽtabo: & quod alius in exordio statim apostoli quæreret: quare, aut quo tempore, uel quo cognominante è Saulo Pauli nomen acceperit: hoc ego nunc facere compellor, ne mu quidem (ut dicitur) ante hanc diem in eum facere ausus. Neq; uero putandũ est, ut à simplicioribus latinis legitur: Saulum ante dictum esse, & non Saul, quia & de tribu Beniamin erat, in qua hoc nomen familiarius habebatur. Siquidẽ & ille Saul, rex Iudææ, persequutor Dauid, de tribu Beniamin fuit. Quod autem Saulus à nobis dicitur, non mirũ est Hebræa nomina ad similitudinem Græcorum & Romanorum casuum declinari: ut sicut pro Ioseph Iosephꝰ, pro Iacob Iacobus: ita pro Saul quoq; Saulus in nostra lingua ac sermone dicatur. Quæritur igitur, cur, aut quo iubente, uel antiquum nomẽ amiserit, uel nouum sumpserit. Vt ex Abram Abraham diceretur, dei iussione perfectum est, ut ex Sarai Saræ uocabulũ fieret, æque dei imB perium fuit. Et ut ad nouum instrumentũ ueniam, ut Simon, Petri nomen acciperet, & filij Zebedæi בְּנֵי רַעַם beni reem, hoc est filij tonitrui uocarẽtur, domini nostri Iesu Christi uoce præceptum est. Quare autem è Saulo Paulus dictus sit, nulla scriptura memorat. Audacter itaque faciam, sed forte uere, de Actibus apostolorũ suspiciones meas affirmans. Legimus in eis quod sanctus spiritus Antiochiæ dixerit: Separate mihi Barnabã & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Qui cum Seleuciam Syriæ descendissent, & nauigantes Salaminam Cypri, quæ nunc Constantia dicitur, peruenissent, haberentq; secum in ministerio Ioannem, propter quem postea ædificatoriũ ecclesiæ iurgium concitatum est, & omi insula peragrata, Paphum usq; inuenissent: inuenerũt quendã magum pseudoprophetã nomine Bar Iesu cum proconsule Sergio Paulo uiro prudente. Qui accitis Barnaba & Saulo, desiderabat dei sermonem ab eis audire. Resistente itaq; mago, & à fide recta Sergium deprauante, Saulus (ait scriptura) qui & Paulus, repletus spiritu sancto, intuẽs in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omis iusticiæ, nõ desinis subuertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus nõ uidens solem usq; ad tempus. Cõfestimq; cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manus daret. Tunc proconsul cum uidisset factũ, credidit, admirans super doctrina domini. Et quum à Papho nauigassent Paulus, & qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ. Diligenter attende, quod hic primũ nomen Pauli acceperit. Vt eñ Scipio subiecta Aphrica, Aphricani sibi nomen assumpsit: & Metellus Creta insula subiugata, insigne Cretici suæ familiæ reportauit: & imperatores nũc usq; Romani ex subiectis gẽtibus, Adiabenici, Partici, Sarmatici nuncupantur: Ita & Saulus ad prædicationem gentium missus, à primo ecclesiæ spolio proconsule Sergio Paulo, uictoriæ suæ trophæa retulit: erexitq; uexillum, ut Paulus diceretur è Saulo. Si autẽ & interpretatio nominis quæritur, Paulus in Hebræo, mirabilẽ sonat: Reuera mirum ut post Saul, qui interpretatur expetitus, eo quod ad uexandum ecclesiam, fuisset à diabolo postulatus, de persecutore uas fieret electionis. Plus forte quàm oportuit, sed necessarie disputatum est. Quod aũt sequitur, uinctus Iesu Christi, in nulla epistola hoc cognomine usus est: licet in corpore epistolarum, ad Ephesios uidelicet & Philippenses & Colossenses esse se in uinculis pro confessione testetur. Maioris autẽ mihi uidetur supercilij, uinctum se Iesu Christi dicere, q̃ apostolum. Gloriabantur quippe apostoli, quod digni fuerant pro nomine Iesu Christi contumeliam pati. Sed necessaria autoritas uinculorum. Rogaturus pro Onesimo, talis rogare debuit, qui possit impetrare quod posceret. Felix nimirum qui non in sapientia, non in diuitijs, non in eloquentia & potentia seculari, sed in Christi passionibus gloriatur. Tali & ad Galatas epistolam sermone concludens: De cætero (ait) nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Non omnis autem qui uinctus est, uinctus est Christi, sed quicunque pro Christi nomine & pro eius confessione uincitur, ille uere uinctus dicitur Iesu Christi: & sanguis effusus is tantum martyrem facit, qui pro Christi nomine funditur. Scribit igitur ad Philemonem Romæ uinctus in carcere, quo tempore mihi uidentur ad Philippenses, Colossenses, & Ephesios, epistolæ esse dictatæ. Ad Philippenses illa ex causa: primum, quod cum solo Timotheo scribit, quod in hac epistola facit. Dehinc quod uincula sua manifesta dicit facta pro Christo in omni prætorio. Quid sit autem prætorium, in ipsius epistolæ fine significat. Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. A Cæsare missus in carcerem, notior familiæ eius factus, persecutoris domum, Christi fecit ecclesiam. Deinde ait: Quidam autem ex contentione Christum annunciant, non syncere, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Porrò & ad Colossenses principium simile: Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater. Et in consequentibus: Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Et in fine: Salutatio mea manu Pauli, memores estote uinculorum meorum. Hoc ideo, ut sciamus has quoque epistolas de carcere, & inter uincula fuisse dictatas. Illud autem proprie habet ad Colossenses, quod idem Onesimus qui nunc Philemoni commendatur, etiam perlator eiusdem sermonis fuit. Denique ait: Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & minister fidelis, & conseruus in domino, quem misi ad uos, ad hoc ut cognoscat quæ circa uos sunt: & consoletur corda uestra cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui est ex uobis. Si autem Philemon ad quem hæc epistola scribitur, Onesimi dominus est: immo frater esse cœpit in domino, & ad Colossenses refertur quod Onesimus ex eis sit: ratio nos ipsa & ordo deducit, quod & Philemon Colossensis sit: & eo tempore communem ad omnem ecclesiam Onesimus epistolam tulerit, quo priuatas & sui cõmendatrices ad dominum literas sumpserat. Est & aliud indicium, quod in hac eadẽ epistola & Archippus nominat: cui hic cũ Philemone scribit: Dicite (inqt) Archippo, uide ministeriũ

AD PHILEMONEM

PAVLVS uinctus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto et cooperatori nostro, & Apphię sorori, & Archippo cõmilitoni nostro, & ecclesiæ quę in domo tua est. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & dño nostro

A quod accepisti à domino, ut illud impleas. Quod est ministerium quod Archippus accepit à domino? Ad Philemonem legimus: Et Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est. Ex quo puto aut episcopum eum fuisse Colossensis ecclesiæ, cui admonetur studiose & diligenter præesse, aut euāgelij prædicatorem. Aut si ita non est, illud mihi in præsentiarū sufficit, quod & Philemō & Archippus & Onesimꝰ ipse qui literas pferebat, fuerint Colossenses, & eodē tempore, quatuor (ut ante diximꝰ) epistolæ scriptæ sunt. Ad Ephesios uero illam ob causam, quod pro Christo & hic uinctū se esse dicat: & eadem quæ ad Colossenses iusserat, in huiꝰ quoq; epistolæ fine præcipiat, ut uxores subijciant uiris, & uiri uxores diligant, ut filij obediāt parentibus, ut patres non prouocent ad iracundiā filios suos: ut serui obediant dominis carnalibꝰ, ut domini relictis minis, ea seruis quæ iusta sunt, præbeant: & ad extremum epistolam suam hoc fine concludat: Quid agam, notum uobis faciet Tychicꝰ charissimꝰ frater, & fidelis minister in dño, quē misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa me sunt, & consoletur corda nostra. Tychicus autē is est, qui & ad Colossenses cum Onesimo mittitur: & eo tempore Onesimū habuit comitem, quo Onesimus ad Philemonem literas perferebat. Et Timotheus frater. In alijs epistolis Sosthenes & Siluanus, interdum & Timotheus assumitur. In quatuor tantū Timotheꝰ, quia uel eodem tempore, uel præsente Timotheo cæterisq; dictatæ sint. Quod ego duplici ex causa factū puto, ut & epistola maB iorem haberet autoritatem, quæ nō ab uno scribebatur: & quia nulla æmulatio erat inter apostolos, si quid forte Paulo dictante, alij spiritꝰ suggessisset, absq; ulla tristicia addebat Paulus in literis quas dictabat. Secundum id
1.Cor.14.f quod ipse Corinthijs præcepit, ut si alio prophetāte, alij fuerit reuelatū, taceat ille qui prius prophetabat: Ita ipse quoq; præceptum suū opere complebat, & propter pauca quæ alio addiderat suggerente, ut suā ita alterius quoque epistolam præscribebat: Philemoni (inquit) dilecto. Non habetur in Græco ἠγαπημένῳ, quod dilectꝰ dicitur: sed ἀγαπητῷ, id est, diligibili. Inter dilectum autem & diligibilem hoc interest, q̄ dilectus appellari potest & ille qui dilectionem non meretur. Diligibilis uero is tātum qui merito diligitur. Deniq; & inimicos nostros diligere præcipimur: q̄ iunt dilecti, sed non diligibiles. Amamus quippe illos, non quia amari merentur, sed quia præcipitur eos odio nō habēdos. Illud uero quod in quadragesimi quarti psalmi titulo prænotatur, pro dilecto: me
2.Reg.12.c lius habet in Græco, pro diligibili, qui locus manifestissi
יְדִידְיָה me de Christo intelligitur. Licet enim Iudæi Iedidia, hoc est, amatum dei, Salomonem dici putent, quod ei à deo sit ob sapientiam nomen impositum: tamen amatus dei quis magis dici potest, nisi is de quo in euangelio pater loquitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, hunc audite. Deniq; & in Esaia ita scriptum
Esa.5.d habet: Cantabo dilecto canticum diligibilis uineæ meæ. Vinea facta est dilecto. Et hoc circuncisio de populo Iudaico accipiendum putans, impegit in lapidem offensionis & petrā scandali, non recogitans uineam quæ de Aegypto translata est, esse domum Israel: & Christum hic dici uel diligibilem, uel dilectum, dum & ipse diligi meretur à sanctis, & sancti eum diligunt, offerentes ei magis charitatem, q̄ ulla charitatis præmia postulantes. Scribunt igitur Paulus & Timotheus Philemoni charissimo & cooperatori, qui ideo charissimus dictus est, quod in eodem Christi opere uersetur. Apphiæ quoq; sorori nō habenti in se falsæ aliquid & fictæ germanitatis, & Archippo cōmilitoni, quem arbitror cum Paulo & Timotheo contra aduersarios pro Christi nomine dimicātem C extitisse uictorem, & propterea nunc commilitonem dici, quod in eodem certamine belloq; superauerit. Scribitur etiam ecclesiæ, quæ in domo eius est. Verum hoc ambiguum, utrum ecclesiæ quæ in domo Archippi sit, an ei quæ in domo Philemonis. Sed mihi uidetur nō ad Archippi, sed ad Philemonis referendum esse personam, cui ipsa quoque epistola deputatur. Nam licet Paulꝰ & Timotheus pariter scribant ad Philemonem, Apphiam, Archippum, & ecclesiam, tamen in sequentibus approbatur Paulum tantummodo ad Philemonem scribere, & unū cum uno sermocinari. Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens. Huncautem morem scribendi in nonnullis epistolis eius inuenire poteritis, quod cum plures & ad plures in præfatione ponātur, postea per totum corpus epistolæ, unus disputans inducatur. Illud quod ad Galatas scribens Apostolus ait: In Christi fide nihil referre, gentilis sit aliquis, an Iudæus, uir an mulier, seruus, an liber, etiam in hoc loco perspicuum fit. Inter duos quippe uiros & apostolicos, inter cooperatorem Pauli & cōmilitonem eius, medium Apphiæ nomen inseritur, ut tali ex utroque latere fulta comitatu, non uideatur ordinem sexus habere, sed meriti. Quod autem ait: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo, adhuc à duobus ad plures scribitur: & in omnibus penè epistolis æquale principiū est, ut gratiam eis & pacem à deo patre & Christo domino imprecetur. Ex quo ostenditur unā filij patrisq; esse naturam, cū id possit filius præstare quod pater, & dicit id D pater præstare quod filius. Gratia autem est, qua nullo merito nec opere saluamur. Pax qua recōciliati deo per Christum sumus, ut ibi: Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. a ¶ Gratias ago deo meo semper, memoriā tui faciens in orationibus meis &c.] Hæc iam nō ut Paulus & Timotheus, Philemoni & cæteris, sed ut solus Paulus, ad solum Philemonem loquitur: Gratias inquiens, ago, & memoriam tui faciens in orationibus meis. Ambigue uero dictum, utrū gratias agat deo suo semper, an memoriam eius faciat in orationibꝰ suis semper. Et utrunq; intelligi potest. Qui enim præcipit alijs, ut in omnibus gratias agant deo, nullis angustijs poterit coartari, ut gratias semper deo ipse non referat. Si autem pro sanctis & melioribꝰ quibusque Paulus semper orabat: Sanctus autem & Philemon est, tantam habens in se fidem & charitatem, ut non solū auditu ei, sed etiam opere nosceretur: & pro Philemone semper orasse Paulum, credibile est, quo scilicet fides & charitas quam habebat in Christo, & in omnes sanctos eius, per communicationem fidei & operationem agnitionis in omni bono, Christi misericordia seruaretur: & de charitate quidem quam habebat in Christo Iesu, & in omnes sanctos eius, non difficilis interpretatio est, qua post deum diligere iubemur & proximos. Nunc hoc quæritur, quo modo eandē fidem in Christo Iesu habere quis possit, & in sanctos eius: ἀπὸ κοινοῦ enim resonat charitatē quam habes in dño Iesu & in omnes sanctos eius. Ad expositionē huius loci de Exodo sumamus exemplum: Credidit populus deo & Moysi seruo eius: Vna atque eadem credulitas in Moysen refertur & in deum, ut populus qui credebat in dominum, æque credidisse dicatur in seruum. Hoc autem non solum in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est, ut quicūq; credidit deo, aliter eius fidē recipere nō queat, nisi credat & in sanctos eius. Nō est em̄ in deū pfecta dilectio & fides, quæ in ministros eiꝰ odio & infidelitate tenuatur. Qd' aūt dico, tale est: Credidit quispiā in cōmilitorē deū, nō potest credere, nisi prius crediderit de sanctis

Gal.3.d

Exod.19.b

A de ſanctis eius uera eſſe quæ ſcripta ſunt, Adã à deo plaſmatum: Euam ex coſta illius & latere fabricatã: Enoch translatum: Noe naufrago ſolum orbe ſeruatum: Quod primus Abraham de terra ſua & cognatione iuſſus exire, circunciſionem quam in ſignum futuræ prolis acceperat, poſteris dereliquit: Quod Iſaac oblatus, uictima ſit: & ꝓ illo aries immolatus, coronatuſq; ſentibꝰ, paſſionẽ domini deformarit: Qđ Moyſes & Aaron decẽ plagis Aegyptũ afflixerint. Qđ ad uocẽ Ieſu filij Naue preceſq; ſteterit ſol in Gabaon, & luna in ualle Ailon. Lõgum eſt diuerſa Iudicum geſta percurrere, & totam Samſon fabulam, ad ueri ſolis (hoc quippe nomẽ eius ſonat) trahere ſacramentum. Ad Regum libros ueniam, quando in tempore meſſis obſecrante Samuele, pluuiæ de cœlo & flumina repente manarunt: & Dauid unctus in regẽ eſt: & Nathan & Gad prophetauerunt myſteria, cum Elias igneo raptus eſt curru: & Eliſeus ſpiritu duplici, mortuꝰ mortuũ ſuſcitauit. Hæc & cætera quæ de ſanctis ſcripta ſunt, niſi quis uniuerſa crediderit, in deum ſanctorũ credere non ualebit: nec adduci ad fidem ueteris teſtamenti, niſi quæcunq; de patriarchis & prophetis, & alijs inſignibus uiris narrat hiſtoria cõprobarit, ut ex fide legis,

Abacuk.2.a ad fidem ueniat euangelij, & iuſticia dei in eo reueletur
Leuit.19.a ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus autem ex fide
B uiuit. Præcipitur & in alio loco: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum, dicit dominꝰ deus ueſter. Eadem ſanctitas ſeruis debetur & domino, & ſanctificans quippe & ſanctificati ex uno omnes. Non putemus leuem Philemonis prædicationẽ, ſi eandem fidem habeat in ſanctos quam & in deum. Qui credit deum ſanctum eſſe, utique non errat. Quod ſi quis hominẽ qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit, & dei eum iunxerit ſocietati, Chriſtum uiolat: cuius corporis oẽs membra ſumus. Qui dicit, inquit, iuſtum iniuſtũ, & iniuſtum iuſtum, abominabilis uterq; apud deum eſt: ſimiliter qui ſanctum di-
1.Cor.6.d cit eſſe non ſanctum: & rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis apud deũ eſt. Omnes credentes (ſecundum Apoſtolum) Chriſti corpus efficiũtur. Qui in Chriſti corpore errat & labitur, aſſerẽs membrum eius uel ſanctum eſſe, cum non ſit: uel non ſanctũ eſſe, cũ ſan-
Eſa.5.c ctum ſit, uide quali crimine obnoxiꝰ fiat: Væ (ait Eſaias) qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum quod ſanctimoniæ contrariũ eſt: æque lux ſanctimonia intelligi poteſt, tenebræ cõtrariæ ſanctitati. Quis putas è nobis probandis numiſmatibꝰ, callidus trapezita, nõ errabit in diſcretione ſanctorum. Qui cum in deum uel ſanctos eius æqualem charitatem habuerit & fidem, ipſius fidei communicationem debet habere non diſparẽ, ut ſicut credit & diligit, ita dilectionem ſuam & fidẽ opere conſumat. Vnde ait: Euidens fiat in agnitione omnis boni: ſiue ut in Græco melius habetur, efficax. ἐνεργὴς enim proprie transferri poteſt, efficax ſiue operatrix, ut non ſolum fidem nobis & charitatem in deum & in ſanctos eius ſufficere poſſe credamus: ſed id quod credimus, opere compleatur. Poteſt autem accidere, ut quis habeat fidẽ, & eam opere conſumet: uerum
Rom.10.d ſimpliciter & nude non habens agnitionẽ, nec ſcientiam eius, iuxta illud Apoſtoli: Confiteor zelum dei habent, ſed non ſecundũ ſcientiam. Sunt hodie pleriq; ſimplicium, qui faciunt opera iuſticiæ, & nõ habent eorum quæ ipſi operantur ſcientiam. Vnde addidit: Vt communicatio fidei tuæ operatrix fiat ī agnitione oẽis boni. Quantis gradibus quãtiſq; ſanctibus, apoſtolicus in altiora ſermo ſe tẽdit. Habet quiſpiã charitatem & fidem, in deum & in ſanctos eius: ſed forſitan nõ æquali eam in oẽs lan C ce cõmunicet. Communicet forſitan in cunctos, ſed opere nõ expleat, uoluntate impleat aliquis & ὀpere, ſed geſtorum ſuorũ perfectam habere non poteſt notionẽ. Sit talis quoq; qui & opus habeat & ſcientiã, ſed non omnis habet boni. Multa enim iuſte, manſuete, ſtudioſeq; ꝓpetrans, impar eſt ſuis in aliqua parte uirtutibꝰ. An nõ talis Philemõ? Habet quippe cõmunicationẽ operatricis fidei & charitatis in agnitione omnis boni. Quæ cum in apoſtolis ſit, nõ eam putemus ob id tantũ eſſe perfectã, ſi in illis ſit: ſed in eo totã eſſe, quia Chriſti eſt, ut quicqd boni & in Philemone laudatur, & de apoſtolorũ exemplo ſumitur, inde bonum ſit, quia de fonte Chriſti ducatur.

> Gaudium enim magnum habuimus & conſolationem in charitate tua, quia uiſcera ſanctorum requieuerunt per te frater. Prõpter quod multam fiduciam habẽs in Chriſto Ieſu, imperãdi tibi quod prodeſt, propter charitatem magis obſecro, quum ſis talis ut Paulus ſenex: nunc autem & uinctus Ieſu Chriſti. Obſecrõ te de meo fi-

a ¶ Gaudiũ enim &c.] Plenius inculcat & edocet, quare dixerit: gratias ago deo meo, ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis. Dignum ſiquidem erat agere gratias deo ſup charitate Philemonis, qui internum cordis affectum, & profundos animi ſanctorũ receſſus ſuſcipiẽdo refecerat. Et hoc idioma apoſtolicũ eſt, ut ſemper uiſcera uocet, uolens plenam mentis oſtendere charitatem. Vnde gaudens cum gaudentibus, & cum his qui requieuerãt, refectum eſſe credens: habet læticiã non tranſitoriam & leuem, & quæ fortuito poſſit accidere, ſed magnam, & prout erat in Philemone charitas, eminentem: quam augebat conſolatio ſup Philemonis charitate deſcendens, plena à patre miſericordiarũ, & deo totius con
D ſolationis. *b* ¶ Propter quod &c.] Multis in Philemonem laudibus ante præmiſſis, cum res talis ſit, pro qua rogaturus eſt: quæ & præſtanti ſit utilis & roganti, poterat Paulus magis imperare q̃ petere. Et hoc ex fiducia illa ueniebat, ꝙ qui tanta ob Chriſtũ opera perpetrarat, utiq; impar ſui in cæteris eſſe non poterat. Sed uult magis petere q̃ iubere, grãdi petentis autoritate propoſita, per quam & Apoſtolus obſecrat, & ſenex & uinctus Ieſu Chriſti. Totum autẽ pro quo rogat, illud eſt: Oneſimus ſeruus Philemonis, fugã furto cumulans quædam rei domeſticæ cõpilarat: hic pergens ad Italiã, ne in proximo facilius poſſet apprehendi, pecuniam domini per luxuriam prodegerat. Hoc ne quis putet temere, & ut libet, à nobis factum, in ſequentibus diſcat. Nunquã enim Paulus diceret: Si quid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa: Ego Paulus ſcripſi manu mea, ego reddam. Nec ſpõſor rei fieret ablatæ, niſi eſſet id quod ablatum fuerat diſſipatũ. Hic igitur cum ob confeſſionem Chriſti, Paulus Romæ eſſet in carcere, credidit in Chriſtum, & ab eo baptizatus, digna pœnitentia, maculas uitæ prioris abſterſit, in tantum ut is Apoſtolus conuerſionis eius teſtis fieret, qui quondam Petrum increpauerat, nõ recto pede in euangelij ueritate gradientem. Quantum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, quo dominum læſerat, ueniam non meretur: quantum uero ad Apoſtoli teſtimonium, qui ſcit eum plene eſſe cõuerſum, grandi pondere premitur qui rogatur, ut qui è ſeruo fugitiuo atque raptore, miniſter apoſtoli factꝰ erat. Quod autem aliud habebat apoſtolus miniſteriũ niſi euãgelij Chriſti Ieſu, iam nõ quaſi à dño, ſed quaſi à cõſeruo, & eo euangeliſta, ignoſceret ei qui ſeruus eſſet Chriſti ſimiliter & miniſter. *c* ¶ Obſecro.] Volens impetrare qđ poſtulat: iam nõ ꝙ ſeruo Philemonis, ſed ꝙ filio ſuo ſe aſſerit deprecari, & illo filio quem genuerit in uinculis euãgelij, hoc eſt, quæ ꝙ Chriſti euangelio ſuſtinebat: qui cũ ante inutilis dño ſuo tantum fuerit: nec enim ſeruus fur atq; fugitiuꝰ alteri nocuit, niſi dño ſuo: nũc ecõtrario utilitatis cõpenſatione, qua ipſi dño & Paulo utilis eſt: cæteriſq; ꝙ Paulum, plus charitatis meretur q̃ odij ante meruerat. Vnde ait: Qui

meo filio quem genui in uinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autē & tibi & mihi utilis est, quem remisi tibi. Tu autem illum, id est, mea uiscera suscipe, quem ego uoluerā mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euāgelij. Sine consilio aũtem tuo nihil uolui facere, ut non quasi ex necessitate bonũ tuum esset, sed uoluntarium. Fòrsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut æternũ illum reciperes, iam non sicut seruum, sed plus seruo, fratrem charissimum, maxime mihi: quanto magis autem tibi & in carne & in domino. Si ergò habes me socium, suscipe illum sicut me. Si aũtem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Egò Paulus scripsi manu mea. Ego reddam, ut non dicam

A ait: Qui tibi aliquando inutilis fuit. Tibi, inquit, soli, nõ cæteris: nunc autem & mihi & tibi utilis. Vtilis domino in eo, quia posset & Paulo seruire pro domino suo. Paulo uero in eo utilis, quia illo in carcere uinculisq; detento, posset ei in euangelio ministrare. Simul autem admirandũ de magnanimitate Apostoli, & ĩ Christum mente feruẽtis. Tenetur ĩ carcere, uinculis stringitur, squalore corporis, charorum separatione, pœnalib⁹ tenebris coartatur, & non sentit iniuriã, non dolore cruciaẽ: nihil nouit aliud nisi de Christi euãgelio cogitare. Sciebat seruum, sciebat fugitiuum, sciebat aliquando raptorẽ ad Christi fidem esse conuersum. Grãdis laboris est talem hominẽ in eo perseuerare quod cœpit. Idcirco filium suum & filium uinculorum & ministrum euangelij in uinculis constituti, inculcat ac replicat, ut Philemon ille prudenter & dispẽsatorie tantum in præfatione laudatus, non auderet negare, ne suis laudibus uideretur indignus. Quod autem ait: Tu autem illum, id est, mea uiscera suscipe: hoc est, quod paulo ante dixi, uiscera significare internum cordis affectum, & plenam ex animo uoluntatem, cum to-
B tum quicquid in nobis est, suscipitur à rogato: Alìàs autem omnes liberi, uiscera sunt parentũ. a ¶ Sine consilio autem tuo nihil uolui facere &c.] Hoc quod à plerisque quæritur, & sæpissime retractatur, quare deus hominem faciens, non eum bonum rectumq; condiderit, de præsenti loco solui potest. Si em̃ deus uoluntarie & non ex necessitate bonus est, debuit hominẽ faciens, ad suam imaginem & similitudinẽ facere: hoc est, ut & ipse uoluntarie & non ex necessitate bonus esset. Qui autẽ asserunt ita eum debuisse fieri, ut malum recipere non posset, hoc dicunt: talis debuit fieri qui necessitate bonus esset, & nõ uoluntate. Quod si talis fuisset effectus, qui bonum non uoluntate, sed necessitate perficeret: nõ esset deo similis, qui ideo bonus est, quia uult, non quia cogitur. Ex quo manifestum est rem eos inter se postulare cõtrariã. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo deo similis fieri: illud petũt, ut liberi fieret arbitrij, sicut deus ipse est. Ex eo autem quod inferunt: talis debuit fieri, qui malum recipere non posset, dum necessitatem ei boni important, illud uolunt, ut homo deo similis nõ fieret. Potuit itaq; & apostolus Paulus absq; uoluntate Philemonis, Onesimum sibi in ministeriũ retinere. Sed si hoc sine uoluntate Philemonis fecisset, bonum quidem erat, sed non uoluntarium: Quod autem non erat uoluntariũ, alio genere arguebatur nõ esse bonum. Nihil quippe bonum dici potest, nisi quod ultroneum est. Ex quo Apostoli consideranda prudentia est: Qui idcirco fugitiuum seruum remittit ad dominum, ut prosit domino suo, qui prodesse non poterat, si domino teneret absente. Superior ergo quæstio ita soluitur: Potuit deus hominem sine uoluntate eius facere bonum. Porrò si hoc fecisset, non erat bonum uoluntarium, sed necessitatis: Quod autem necessitate bonum est, non est bonum: & alio genere malum arguitur. Igitur proprio arbitrio nos relinquẽs, magis ad suam imaginem & similitudinem fecit. Similem autem deo esse, absolute bonum est. b ¶ Forsitan &c.] Nonnunq; malum occasio fit bonorũ, & hominũ praua consilia, deus uertit ad rectũ. Quod dico manifestius exemplo fiet. Ioseph fratres sui, zeli stimulis ĩcitati, Ismaelitis C uiginti aureis uendiderunt. Hoc initiũ & patri & fratrib. & oĩ Aegypto bonorũ omniũ fuit. Deniq; ipse postea ad fratres: Vos, inquit, cogitastis de me mala, & deus cogitauit de me bona. Simile qd & in Onesimo possumus intelligere, quod mala principia, occasiones fuerint rei bonæ. Si enim dominũ non fugisset, nũq; uenisset Romam ubi erat Paulus uinct⁹ in carcere. Si Paulũ in uinculis non uidisset, non recepisset fidem in Christum. Si Christi non habuisset fidẽ, nunq; Pauli effect⁹ filius, in opus euangelij mitteret. Ex quo paulatim & per gradus suos, reciprocante sententia, ideo minister euãgelij est factus Onesimus, quia fugit à dño. Pulchre aũt addens, forsitan, sentẽtiam tempe-
rauit. Occulta sunt quippe iudicia dei, & temerariũ est quasi de certo ꝓnunciare quod dubiũ est. Forsitã, inqt, ideo discessit: caute, timide, trepidãter, & nõ toto fixo gradu: ut si nõ posuisset forsitã, omnibus seruis fugiendum esset ut apostolici fierent. Quod aũt ad horã iunxit: horam pro tempore debemus accipere. Ad cõparationem em̃ æternitatis, omne tempus breue est. Vt æternũ illũ reciperes. Nullus ætern⁹ dñs serui sui, potestas q̃ppe eius D & utriusq; cõditio, morte finitur. Onesimus uero qui ex fide Christi factus ætern⁹ est, æterno Philemoni, quia in Christũ & ipse crediderat, spiritu libertatis accepto, iam non seruus sed frater cœpit esse de seruo, frater charissimus, frater æternus, æterno & ipsi apostolo dñoq; suo, cui Onesimũ ut carnis ante conditio, ita postea spiritus copulabat. Et tunc quidem quando erat ei subiectus in carne, nõ erat ei iunctus in domino: nunc aũt ei & in carne iunctus est & in dño. Ex quo intelligimus seruum qui crediderit in Christo, duplici domino suo lege constringi, ut ei & carnis necessitate iungat̃ ad tempus, & in æternum spiritu copulet̃. c ¶ Si ergo &c.] Philemon Paulum socium habere cupiebat, & in Christum credens, tales utiq; uolebat habere profect⁹, ut Paulo similis fieret & ei cõmunicaret in uinculis. Consyderemus ergo quantum hic laudetur Onesimus, quantũ profecisse dicatur, cum ita recipiendus sit ut apostolus: & sic eius dominus ut Pauli debeat desyderare consortiũ. Breuiter quod dicit tale est. Si me uis habere consortem, habeto & Onesimum, quem ego consortem & filium meũ & uiscera mea habeo: quẽ si non susceperis, nec habere uolueris, & ipse intelligis quod me habere non possis. d ¶ Si aũt &c.] Imitator domini sui & Christum in se loquentẽ habens, ea iuxta uires suas debet facere quæ Christus. Si em̃ ille infirmitates nostras portauit, & plagas nostras doluit: iuste Apostolus pro Onesimo se opponit, & spondet quæ ille debebat. Vt autem supra diximus totum illud est, quod ablatum furto & per luxuriam perditum, non poterat absolui, qd̃ Philemon grandi precio pẽsabat, dum pro seruo fugitiuo & pecunia perdita, & fratrem charissimum, & fratrem reciperet æternũ, & per eum sibi Apostolum faceret debitorem. e ¶ Ego Paulus scripsi manu mea: Ego reddam, ut non dicam tibi &c.] Quod dicit tale est: Qd̃ Onesimus furto rapuit, ego me spondeo redditurum, cuius sponsionis, epistola hæc & manus testis est propria, quã non solito more dictaui, sed mea manu ipse cõscripsi. Crede igit̃ mihi ꝓ Onesimo pollicenti.

Hoc aũt

dicam tibi,quia et ipsum te mihi debes.Ità frater ego te fruar in domino:Rẽfice uiscera mea in Christo.Cõfidens de obediẽtia tua scripsi tibi, sciens quoniam super id quod dico facies. Simũl autem & præpara mihi hospitium. Spẽro enim per orationes uestras donari me uobis. Sãlutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu

A Hoc autem dico quasi ad extraneum loquẽs. Cæterum si ad ius meum redeam,propter sermonẽ Christi,quem tibi euangelizaui,& Christianus effectus es,teipsum mihi debes. Qđ si tu meus es,& tua omnia mea sunt,Onesimus quoq; qui tuus est,meus est.Poteram igitur eo uti ut meo, sed uoluntati tuæ relinquo,ut mercedem habeas igno/scendo. *a* ¶ Ita frater &c.] Proprietatẽ Græcam Latinus ser/mo non explicat. Qđ enim ait ναὶ ἀδελφὲ, ναὶ quoddã quasi aduerbium blandiẽtis est. Nos autem interpretantes, ita frater, aquatius & dilutius nescio quid magis aliud q̃ id quod est scriptum sonamus. Sicut enim נָא illud Hebraicũ, pro quo frequẽter Lxx. interpretes ὦδή transtulerũt,in lingua sua significat deprecantis affectũ: unde nonnunquã Symmachus pro ana λίσσομαι, hoc est, obsecro transtulit: Ita & nos eandẽ in Græca lingua uim patimur,quam Græci sustinẽt in Hebræa. Quod autem ait:Ego te fruar in domino,aliud multo intelligitur q̃ putatur. Apostolus non fruitur nisi eo qui multas in se habet concinnentesq; uirtutes.Et totum quod Christi dicitur pro uarietate causarum, sapientiã uidelicet,iusticiã, cõtinentiam,mansuetudinem,temperantiam,casitatẽ: has imprecatur Philemoni, ut cum his abũdauerit,ipse eo perfruens impleatur. Et ne putes illam fruitionem dici qua nos sæpe nostri inter nos præsentia delectamur: addidit in domino,ut ex eo quod domini nomen adiunctum est,intelligeretur & alia esse fruitio, qua quis absq; domino perfruat. *b* ¶ Refice &c.] Sicut ipse frui uult Philemone in domino,ita uiscera sua Onesimũ,quem &
B superius eodem nomine appellauit,refici uult per Philemonem.Et ambigue dictũ, utrum uiscera Pauli in Christo Onesimus sit: an uiscera Pauli Onesimus per Philemonem in Christo reficienda sint. Si superius accipere uolueris, recte Pauli in Christo uiscera dicentur Onesimus, quem in uinculis Christo genuit. Si posterius, in Christo reficiendus est Onesimus à Philemone, dũ eius in Christo sermonibus eruditur. *c* ¶ Confidens &c.] Qui præsumit de eo quem rogaturus est, ipsa quodammodo præsumptione præiudicat, ne ei negare liceat qđ rogatur. Porrò si scit ille qui postulat plusquam rogauit rogatum esse facturum,ideo minora petit,ut habeat rogatus uoluntariam & maiorem præstatione mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit, quanto magis faciet ob dilectionem dei? Vnde merito Apostoli uoce laudatur,quod mandata eius opere præuertat,& possit dicere: Voluntaria oris mei complaceãt tibi domine,plusq; faciens q̃ præceptum est,uincat eos qui tantummodo imperata fecerunt,& iubentur dicere: Serui inutiles sumus,quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoq; propterea maiori præmio coronatur, quia præceptum domini non habet,& ultra imperata tendit. *d* ¶ Simul autem & præpara mihi hospitium.] Non puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatum,ut de præparando ageret hospitio,& nõ una contentus cellula, breue corporis sui spacium,ædes amplissimas existimaret: Sed ut dum eum spectat Philemon ad se esse uenturum, magis faciat quod rogatꝰ est. Si autem hoc non dispensatorie, sed uere quis existimat imperatum,ut sibi hospitium præparet,apostolo magis q̃ Paulo hospitiũ præparandũ est. Venturus ad nouam ciuitatem, prædicaturus crucifixum,& inaudita dogmata delaturus,sciebat ad se plurimos concursuros: & necesse erat,primũ, ut domus in celebri esset urbis loco ad quam facile conueniretur. Deinde ut ab omni importunitate uacua, ut amplã, quæ plurimos caperet audientium,ne proxima spectaculorum locis, ne turpi uicinia detestabilis: postremo ut in plano potius esset sita quàm in cœnaculo. Quam ob causam eum existimo etiam Romæ in conducto mansisse biennio. Nec parua,ut reor erat mansio,ad quam Iudæorum turbæ quotidie confluebant. *e* ¶ Spero enim per orationes uestras donari me uobis &c.] Filiũ patri, deus rogatus indulget: & frater sæpe fratris oratione seruatur. Apostolꝰ autem totius ecclesiæ precibus cõceditur, ob eorum qui eum audituri sunt utilitatem. Et hoc donum,non tam in eum dicit esse qui differtur à martyrio ad martyrium præparatus, quàm in eos ad quos apostolus mittitur. Quod autem crebro Paulus in carcere fuerit,& de uinculis liberatus sit: ipse in alio loco dicit:In carceribus frequent,de quibus non nunq; domini auxilio,crebro ipsis p̃secutoribusnihil dignum in eo morte inueniẽtibus dimittebatur. Necdum eĩ super nomine Christiano senatusc̃sulta ꝓcesserant: necdum Christianum sanguinem Neronis gladius dedicarat. Sed pro nouitate prædicationis,siue à Iudæis inuidentibus,siue ab his qui sua uidebãt idola destrui, ad furorem populis cõcitatis, missi in carcerem,rursum impetu & furore depositi laxabantur. Et hoc ita esse ut dicimus,apostolorum acta testantur,in quibus & Felix loquitur ad Agrippam,potuisse dimitti Paulum,si nõ appellasset Cæsarem. Et quia nullã inuenerit causam præter quæstiones quasdam de religione propria,& de quodam Iesu quem Paulus uiuere prædicabat. Ex quo animaduertimus,& à cæteris iudicibus similiter eos potuisse dimitti: id agente domino ut in toto orbe noua prædicatio disseminaretur. *f* ¶ Salutat te Epaphras con
D captiuus meus in Christo Iesu: Marcus,Aristarchꝰ, Demas, Lucas cooperatores mei.] Id quod in principio dicebamꝰ, quoniã ad Colossenses epistola eodem in tempore,& per eũdem esset scripta baiulum literarum, quo ad Philemonem quoq; scriptum est:etiam eorum qui salutantes inducuntur nomina docent. Nam & in ipsa ita scribitur: Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus,& Marcus cõsobrinus Barnabæ,& Epaphras qui est ex uobis seruus Christi. Et paulo inferius: Salutat uos Lucas medicus chariſſimꝰ,& Demas,& dicite Archippo: uide ministerium qđ accepisti in domino, ut illud impleas,& memores estote uinculorum meorum. Si autem ex eo aliquis non putat pariter scriptas, quod ad Colossenses pauca sint nomina quæ hic non ferantur assc̃ripta: sciat non omnes omnibus aut amicos esse aut notos:& aliud esse priuatam ad unum hominem, aliud publicã ad uniuersam ecclesiã epistolã fieri. Salutat te inquit, Epaphras cõcaptiuus meꝰ in Christo Iesu. Quis sit Epaphras concaptiuus Pauli,talem fabulam accepimus. Aiunt parentes apostoli Pauli de Gyscalis regiõe fuisse Iudææ: & eos cum tota prouincia Romana uastaret manu,& dispergerentur in orbe Iudæi, in Tarsum urbem Ciliciæ fuisse translatos: parentum conditionem adolescentulum Paulum secutum: Et sic posse stare illud quod de se ipse testatur: Hebræi sunt & ego: Israelitæ sunt & ego,semen Abrahæ sunt & ego. Et rursum alibi: Hebræus ex Hebræis, & cætera quæ illum Iudæum magis indicant q̃ Tarsensem. Quod si ita est, possumus & Epaphram illo tempore captum suspicari, quo captus est Paulus: & cum parentibus suis in Colossis urbe Asiæ collocatum, Christi postea recepisse sermonem. Vnde ad Colossenses ut supra diximus scribitur: Salutat uos Epaphras qui est est ex uobis, seruus Christi, semper solicitus pro uobis in orationibus. Hoc si se ita habeat, & Aristarchus qui cõcaptiuus eius in eadem epistola dicitur: ad eandẽ intelligẽtiã deduceꝝ, nisi forte reconditũ aliqđ

2.Cor.11.c

2.Cor.11.c
Philip.3.c

A & ſacratum ut quidam putãt in uerbo captiuitatis oſten
dit: quod capti pariter & uincti, in uallem hanc adducti
ſint lachrymarũ. Quod ſi neutrũ recipitur, ex eo quod
hic additũ eſt in Chriſto Ieſu: poſſum⁹ ſuſpicari eadem
eum Romæ pro Chriſto uincula ſuſtinuiſſe quæ Paulũ:
& ut uinctũ Chriſti,
ita captiuum quoq;
ei⁹ potuiſſe dici. Aut
certe ita, quod nobi
lis & ipſe ſit in apoſto
lis, ut Andronicus &
Iulia, de quibus ad
Romanos ſcribitur: Salutate Andronicum & Iuliam co
gnatos & concaptiuos meos, qui ſunt nobiles in apoſto
lis, qui & ante me fuerunt in Chriſto Ieſu. Hæc de Epa
phra. Cæterum cooperatores euangelij & uinculorum
ſuorum, cum ad Philemonem epiſtolam ſcriberet, Mar
cum ponit, quem puto euangelij conditorem, & Ariſtar
chum cuius ſupra fecimus mẽtionem, & Deman de quo
in alio loco queritur: Demas me dereliquit diligens præ
ſens ſeculum, & abijt Theſſalonicam. Et Lucam medicũ,
qui euangelium & Actus apoſtolorum eccleſijs derelin
quens, quomodo apoſtoli de piſcatorib⁹ piſcium, piſca
2.Cor.8.c tores hominũ facti ſunt: Ita de medico corporum, in me
dicum eſt uerſus animarum, de quo & in alio loco: Miſi,
inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per
omnes eccleſias, cuius liber quotienſcunq; legitur in ec
cleſijs, totiens eius medicina non ceſſat. a ¶ Gratia do
mini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu ueſtro.] Sicut à me
liore parte hominis capite numeratur populus Iſrael, di
cente ſcriptura, ſecundum capita eorum: ita in toto qui
dem homine & in omni parte ſanctorum, gratia eſt do
mini Ieſu Chriſti. Sed à maiori & meliori parte id ẽ, ſpi
ritu, per ſynecdochen, de toto homine dicitur. Gratia do
mini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu ueſtro. Cum autem
in ſpiritu gratia fuerit, totum facit hominẽ ſpiritualem:
ut & caro ſpiritui ſeruiat, & anima nõ uincatur à carne, C
& redacta ſimul in ſubſtantiã ſpiritualem adhæreãt do
mino, quia qui adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Inter
pretatur autem ſecundum Iudæos Paulus, admirabilis.
Timotheus, benefic⁹. Philemon, mire donat⁹, ſiue os pa
nis: ab ore, non ab oſ
ſe. Apphia, continens
aut libertas. Archip
pus, lõgitudo operis.
Oneſim⁹, reſpondẽs,
Epaphras, frugifer &
uidẽs ſiue ſuccreſcẽs.

ſto Ieſu: Marcus, Ariſtarchus, Demas, Lucas coopera
tores mei. Grãtia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiri
tu ueſtro.

Marcus, ſublimis mãdato. Ariſtarchus, mons operis am
plioris. Demas, ſilens. Lucas, ipſe cõſurgens. Quæ ſi no
mina iuxta interpretationẽ ſuam uolueritis intelligere,
non eſt difficile, admirabilem atq; beneficum præcipue
ad eum ſcribere, cui uniuerſa cõceſſa ſint uitia, & os eius
pateat ad cœleſtem panem. Deinde ad cõtinentem & li
beram & ad longitudinem operis, quod nunquam à ſan
cto labore deſiſtat. Scribere autẽ pro eo qui reſpondeat
teſtimonio ſuo, necnon ei cui ſpecialiter epiſtola dedica
tur, ſalutari ab ubertate creſcente: Et eum qui factus ſit
per mandata ſublimior: illo qui per maiora opera in
montem uſque ſuccreuerit: ab eo quoque qui poſuit cu
ſtodiam ori ſuo, & oſtium munitum labijs ſuis, qui idcir
cõ forſitan ſiluit, quia ad modicum Apoſtolum dereli
querat: Et ad extremum ab eo qui per ſe ipſe cõſurgens
quotidie augeatur, proceſſuſq; habeat, dum eius e
uangelio orbis impletur: & totiens creſcit,
quotiens auditus & lectus
ædificat.

COMMENTARIORVM HIERO
nymi in epiſtolam ad Phile
monem finis.

PROOEMIVM COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS DIVI PAVLI.

ITERIS TVIS mihi cursim allatis,& laboribus & curis in sacris codicibus desudare me cogis,iam mihi senescēte corpore,& uiribus lassescentibus Heliodore sancte:idq; in epistolis beati Pauli apostoli, quæ & scientia prædicatoris & lima iusticiæ tam magnæ & prædicando & docendo testimonio spiritus sancti prolatæ atq; dilatatæ sunt,ut comparare aut coæquare ueteri testamento & euāgelicæ doctrinæ nō dubitemus: ipse enim reuelante sibi spiritu sancto cognouit, dum se raptum esse usq; ad tertium cœlum in corpore aut extra corpus asserit: hoc est,usque ad tertiam legem ueteris nouiq; testamenti.In corpore aut extra corpus: id est, neque per legem naturæ, neque per legem literæ,sed per spiritum sanctum ei,omnibus apostolis minimo,nouissime datum per Iesum Christum dominum nostrū, per quem habemus accessum in gratia ista, in qua & stamus & gloriamur. Nos uero simpliciter exposuisse breuibusq; sermonibus cōperies. Eius nempe epistolæ magnificentius ab omnibus sapientibus & interpretantur & prædicantur.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

B PAulus.] Quærimus quare Paulus scribat,cum Saulus antea sit uocat⁹? Quod ex more sanctorū fecisse credendum est, qui in uirtutibus proficiētes,mutato nomine sunt uocati,ut essent etiam ipso nomine noui, ut Abraham & Sara & Cephas. Aliter.Paulus.Sicut aliorum sanctorū tam in ueteri quàm in nouo testamento : id est,Abraham & Petri & cæterorum, profectu & incremento meritorū mutata sunt nomina: ita &Paulus in gratia proficiens nomen sibi ipse mutauit.

AD ROMANOS.

PAVLVS seruus Iesu Christi uocatus apostolus,segregatus in euangeliū dei, quod ante prōmiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secundū carnem:qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis. Ex resurrectiōne mortuorum Iesu Christi, domini nostri. Per quem accepimus gratiam & apostolatum, ad obedientia, hic natura:cuius etiā in carne natiuitas dissimilis cæteris inuenit, eo q; ex uirgine natus est. *i* Qui factus.] Factus per spiritū sanctū. *k* ¶ Secundū &c.] Addendo secundū carnem,& Fotinū excludit & Ariū. Si em̄ secundum carnē factus est, scdm uerbi utiq; substantiā factus nō est. *l* ¶ Qui prædest.&c.] Dicēdo:in uirtute,ostendit nō solitū humanæ naturæ esse conceptū,sed absq; uirili semine ex uirgine procreatū.Inferendo aūt: *m* ¶ Secundū spiritū.] Ostēdit creatorē suum spiritū sanctum. Itē ut sit in omnibus ipse primatū tenens, secundū spiritum sanctificationis prædestinatus,ut prior omnibus in corruptibilitatis uirtute surgeret,& uiā resurrectiōis dei filijs aperiret.De qbus ipse dicit: Quia filij dei cū sint filij resurrectionis. *n* ¶ Ex resurrectione.] Nō omniū resurgentiū,sed ad Christū pertinentiū.In ipso Christo resurrectionis forma est. *o* ¶ Per quē accepim⁹.] Gratiā in baptismo,apostolatū, quādo à spū sancto direct⁹ est.

Gal.2.d

Act.13.d

b ¶ Seru⁹ Iesu Christi &c.] A seruo cœpit,exemplum nobis humilitatis ostendēs, quasi imitator eius qui exinaniuit seipsum,formam serui accipiens, & humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortem, propter quod & deus illum exaltauit : & hic per fidele primum seruitium meruit apostolatum.Item non secundū timorem,sed secundum dilectionem, sicut ipse dicit : Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. *c* ¶ Vocatus apostolus &c.] Iam in præsentia ad hoc uocat⁹ ut esset apostolus.Item ostendit nō solum uocatū se ad apostolatus gratiam,sed & segregatū in prædicationem gentium,ut ipse memorat.Nos in gētibus,ipsi autem in circūcisione.Vocatus ergo à Christo ad apostolatū:segregatus autem in prædicationē gentium,ut ostendat unā esse substantiam patris & filij & spiritus sancti. *d* ¶ Segregatus.] Sicut in Actibus apostolorū spiritus sanctus dicit : Segregate mihi Barnabā & Paulum in opus ad quod elegi eos. *e* ¶ In euang.&c.] Euangeliū,Latine bona annunciatio dicit̄, natiuitatis scilicet Christi,passionis & resurrectionis & in cœlum ascensionis. *f* ¶ Quod ante promiserat &c.] Ostendit se Christum non alium prædicare,q̄ eum cuius euangeliū prophetæ ab Hierusalem promiserant esse uenturū. *g* ¶ In scripturis sanctis &c.] Ipsos asserit dei prophetas esse,& illas scripturas sanctas quæ de Christo ante cecinerūt. Verū tot⁹ hic loc⁹ cōtra manichæos facit, ubi dicit,q; euangeliū ante sit ,pmissum, & per ,pphetas dei & in sanctis scripturis, & qd̄ Christ⁹ secundū carnē ex Dauid stirpe, id est de Maria uirgine sit creatus, secundum qd̄ prædixerat Esaias. *h* ¶ De filio suo.] Multi filij gra-

Esa.7.c

åd obediendum fidei in ōmnibus gentibus pro nōmine eius,in qūibus eſtis & uos uocati Ieſu Chriſti: omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei uōcatis ſanctis. Gratia uōbis & pax à deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto. Primum quidem gratias agō deo meo pēr Ieſum Chriſtum pro omnibus uobis,qūia fides ueſtra annunciatur in uniuerſo mundo. Teſtis ēnim mihi eſt deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam ueſtri facio ſemper in orationibus meis,ōbſecrans ſi quō modo tandem aliquando proſperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos. Deſydēro enim uidere uos, ūt aliquid impertiar gratiæ uobis ſpiritualis ad cōfirmandos uos: id ēſt ſimul conſolari in uobis per eam quæ inuicem eſt fides ueſtra atque mea. Nōlo autem uos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui uenire ad uos, & prōhibitus ſum uſque adhuc,ūt aliquem fructum habeam in uobis, ſicut & in cætēris gentibus. Græcis ac Barbaris, ſapiēntibus & inſipiētibus debitor ſum:itāq; quod in me promptum eſt, & uobis qui Romæ eſtis euangelizare. Nōn enim erubeſco euangelium. Virtūs em̄ dei eſt in ſalutē ōmni credenti:Iudæō primū & Græco. Iuſticiā em̄ dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicūt ſcriptū eſt: Iuſtūs autem

A Apoſtol⁹ enim Græce,Latine miſſus dicitur. Item recto ordine,accepta gratia,honorem apoſtolatus meruiſſe ſe dicit. *a* ¶ Ad obediendū fidei.] Oſtendit euāgelij gratiam obedientibus prædicandā. *b* ¶ In omnibus gentibus.] Apoſtolatū accepit,ut iam non legi,ſed fidei obedirent. *c* ¶ Pro nomine eius &c.] Vice noīs eius fungimur, ut ipſe ait: Sicut miſit me pater, & ego mitto uos.Et iterū: Qui uos recipit, me recipit. *d* ¶ In quibus eſtis &c.] Et i uobis: id eſt Romanis apoſtolatum accepimus. *e* ¶ Omnibus q̄ ſunt Romæ &c.] Hoc eſt omnibus credētib⁹, quos æqualiter diligit deus ſine acceptione perſonæ Iudæi uel Græci. *f* ¶ Vocatis ſanctis.] Sanctis uocatione dei, non meritis facti. Item idcirco dicit, ſanctis, quoniā gratiam ſpiritus ſancti habentib⁹ prædicabat. *g* ¶ Gratia uobis & pax &c.] Talis eſt ubiq; ſalutatio eius, ut & commemoret in nobis beneficia dei, & optet in nobis B integra p̄manere, q̄a & gratis nobis peccata dimiſſa ſunt, & reconciliati ſumus deo per mortē filij eius.

Ioan.6.f *Matth.10.d*

Commonet etiam pacificos eſſe debere, unam eādemq; gratiam conſecutos. *b* ¶ Primum quidem gratias ago deo meo &c.] Natura,deus omniū eſt, merito & uoluntate,paucorum: ut deus Abraham,ſecundum quod hic ſuum nominat deum. *i* ¶ Per Ieſum Chriſtum pro omnibus uobis.] Hoc eſt,non pro Iudæis ſolis. *k* ¶ Quia fides ueſtra annunciatur in uniuerſo mūdo &c.] Oſtendit quomodo Romanorū fides omnibus eccleſijs cognita ſit: Vel certe quod eadem fides quam Romani tenent, in uniuerſo mundo ab apoſtolis prædicetur. Itē prudenter laudat, ut prouocet ad profectum: Siue quia omni mundo mirum fuit Romanos credidiſſe, qui idolorum nimia fuerant cultura poſſeſſi,ita ut omnium gentium dijs quas uicerant deſeruirent. Sed & ſimpliciter eorum fidem laudaſſe credendū eſt,cuius nunc deuotio demonſtratur. *l* ¶ Teſtis em̄ mihi eſt deus &c.] Hoc eſt,in toto corde meo & prompta deuotiōe mea deſeruio. Si em̄ uolens hoc ago,mercedem habeo. Siue uerbum hic ſpiritum nominauit,ut eſt illud: Verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis uirt⁹ eorum. *m* ¶ Qd̄ ſine intermiſſione.] Hic oſtendit ſe omnia ex dilectione dicturum,ut liberius audiatur,& dat exemp̄lum ſine intermiſſione orandi. *n* ¶ Obſecrans &c.] Qua liberatione ad uos quandoq; perueniam in uoluntate dei. Aliter enim proſperū iter non habeo,niſi me uoluntas dei quæ omnia nouit illuc direxerit, ut aliquem habeam fructū.

Act.16.g *Iacobi.2*

Vnde in Actibus apoſtolorum legimus, eos aliò ire uolentes,aliò deſtinatos. Siue ſecundū illud Iacobi: Si deus uoluerit & uixerim⁹, faciem⁹ hoc uel illud. *o* ¶ Si quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi.] Demōſtrat ſe cūcta quæ agebat, ex dei gerere uolūtate. *p* ¶ Deſydero em̄ uidere uos.] Hic oſtendit quomodo eos ſuperius laudauerat qui ad C confirmandum aliquid gratiæ indigent ſpiritualis. *q* ¶ Vt aliquid impertiar gratiæ uobis.] Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare ſe uelle Paulus dicit,non quo minus accepiſſent à Petro, ſed ut duobus apoſtolis, teſtib⁹ atq; doctoribus,eorū roboraretur fides. *r* ¶ Id eſt &c.] Vt p cōmunē fidē iuicē cō ſolemur. *s* ¶ Nolo em̄ uos ignorare fratres,q̄a ſæpe &c.] Per commeantes aūt fratres audire potuiſtis. *t* ¶ Et prohibitus uſque adhuc.] Oſtendit ſe occupatum neceſſitate euāgelij prædicandi, Romam adhuc ire nō poſſe. Item prohibitus hic occupatus accipitur,dum alijs prouincijs prædicauerit, ſicut ipſe exponit in fine epiſtolæ ſuæ dicēs: Propter quod & impediebar plurimum uenire ad uos. *u* ¶ Vt aliquē fructum habeā in uobis.] Mercedem laboris ſui nominat fructum. *x* ¶ Sicut & in cæteris &c.] Subauditur,habeo. D *y* ¶ Græcis ac barbaris,ſapientibus & inſipiētibus debitor ſū.] Sapiētes græcos philoſophos,barbaros,inſipientes appellat. *z* ¶ Itaq; qd̄ in me promptum &c.] Qui Romæ eſtis,æque inſipientibus ut Græcis euangelizare uult. *a* ¶ Non enim &c.] Recte dicit nō ſe erubeſcere prædicationem crucis, quæ credentibus dei uirtus eſt in ſalutem. Item hoc adnexationem ſubtiliter pertinet paganorum: qui cum non erubeſcant credere deum ſuum louem propter inanem libidinem,in animalia irrationabilia & inſenſibilia eſſe mutatum: nobis erubeſcendum putant dominum propter ſalutem pērditi hominis credere crucifixum,cum in altero horrendum ſit dedecus, in altero admiranda pietas atq; uirtus. Simul & illos hæreticos tangit,qui hæc tanq̄ indigna deo refugiunt,ut hominem ſi diueret quem pro ſalute humani generis paſſioni traderet: nō intelligentes nihil dignius creatori quàm creaturæ ſuæ curare ſalutē: maxime cum ipſe per hoc naturæ detrimentū quaſi impaſſibilis ſentire non poſſit. *b* ¶ Virtus enim dei eſt in ſalutē.] Nulla maior uirtus eſt q̄ quæ deuicta morte homini perdito reddit uitā. *c* ¶ Omni credenti.] Quam uis infirmitas uideat incredulis. *d* ¶ Iudæo &c.] Siue quod iuſtū fuerit, ut quomodo Abrahā credens ex gentibus p ſolam primā fidem ſaluatus eſt: ita cæteri credentes ſaluarent. Siue quod illud teſtamentū quod p legem deus uerax p̄miſerat,debuerat exhibere. *e* ¶ Iuſticia em̄ &c.] Oſtēdit ex fide uniuſcuiuſq; noſtrū, prædicationis fidem poſſe roborari. *f* ¶ Ex fide.] Siue qd̄ ex fide iuſtificat Iudæ⁹, & in fide gentilis. Et ideo expoſuerit ut cacologiæ uitiū declinaret. *g* ¶ Sicut ſcriptū eſt.] Nō ex operibus legis. *h* ¶ Iuſtus autem ex fide uiuit.] Propterea hoc dicit, quia ſine fide: hoc eſt ſine ſpe retributionis bonorū operum,perficere uirtutes nemo poterit: ſicut & ipſe ad Hebræos p̄hibens docet. Sine fide autem

A autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est: & inquirentibus se remunerator sit. a ¶ Reuelatur enim ira dei de cœlo.] Si dicentibus Manichæis crudelis asseritur deus ueteris testamenti, quia super peccatores uindictã inducat: quo modo hoc loco ab Apostolo dicitur à deo noui testamẽti uindictam impijs hominibus inferendam? Vnde monstratur unum eundemq; deum esse noui & ueteris testamẽti. Item incipit ad partem gentiũ loqui, dicitq; dei iram per euangelium reuelari siue per naturæ testimonium: nouerunt enim homines & beneficia & plagas expecta re de cœlo. b ¶ Super omnem impietatem & iniusticiam hominum.] Tres esse uidẽtur impietates. Prima & maxima ī deũ, quæ aut per blasphemiam aut per idololatriã admittitur. Secunda in parẽtes, aut iniuria aut contẽptꝰ, sicut scribit in Leuiti

autem ex fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnẽ impietatem & iniusticiã hominum, eorũ qui ueritatẽ dei in iniusticia detinent: quia qđ notũ est dei, manifestũ est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibiliã enim ipsius à creatura mũdi per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur: sempiternaq; quoq; eius uirtus & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierũt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula, amen

Leuit.20 B co. Si quis dormierit cum uxore patris sui, morte moriatur: ambo impietatem fecerũt. Tertia in extraneos, ut est
Psal.21.b illud: Et tu remisisti impietatẽ cordis mei. Et plura alia, quæ enumerare perlõgum est. Siue omnis impietas, ad diuersas idolorũ culturas referenda est, ut impietas quasi ad iniuriã dei: iniusticia uero ad omnia peccata pertinere uideatur. c ¶ Eorum qui ueritatem &c.] Veritatem nominis dei iniusticia indignæ materiæ detinẽte dolorem. Item scientes delinquunt, qui dei ueritate agnita iniuste agunt. d ¶ Quia quod notum est dei.] Ostendit quomodo omnis homo naturalẽ habens intellectũ, agnoscit esse insequẽdam substantiam inuisibilem, quæ diuersas in hominibus artes & disciplinas operat. Quo etiam exemplo inuisibilis deus manifestatur hominibꝰ, ex his operibus quæ operatus est & operatur: simul & mens trinitatis demonstrat imaginem, in qua generat insitum sibi uerbum, & inseparabilẽ habet sibimet natum uerbum sapientia. Item q̃ potest naturaliter scire de deo quod sit, & quod iustus sit. e ¶ Manifestum est illis.] In cõscientijs eorũ. Omnis nanq; creatura deum se nosse testatur, & ab alio factã indicat, cuius uoluntati sibi parere necesse sit. Si enim deus summũ magnũ est, inuisibilis, incomparabilis, incomprehẽsibilis, inæstimabilis, & qui super omnia sit: id est, cui neq; præponi aliquid neque possit æquari, siue magnitudine siue claritate uel potentia: manifestũ est hoc nulli creaturæ posse competere quæ & oculis uidetur, ratione colligitur, & æstimatione iudicatur. Maior aũt omnibus per omnia nulla est creatura, quia omnes se alterutrum uincunt. Alia enim magnitudine, ut cœlum, terra. Alia claritate, ut sol, luna uel stella. Alia altitudine, ut mare. Ita ergo peruidetur quia nullum elementũ sit deus. Quod autem facta sint, mutabilitas eorum quæ non potest cadere in æternitatem demonstrat. Quod uero non seipsa fecerint, manifestũ est: quia si seipsa fecerunt, iam erant anteq; fierent ut se facere possent, quod ualde absurdum est dicere. Cum uero uariant, & ordines suos permutant, & alterutrum cedũt: ostendunt se ab uno autore facta, & non suam, sed domini sui facere uoluntatẽ, cuius transgredi non possunt imperium. f ¶ Deus enim illis manifestauit.] Virtus enim C eius occulta, ex his quæ palàm sunt æstimatur. Si enim ea quæ uidentur, tam præclare ab eo facta sunt, ut quidam illa deos putarẽt & æterna asserere tentarent, quanto magis factorem sempiternum & omnipotentem & immensum esse intellige re potuerunt? secundum sapiẽtiæ librum dicentẽ. Ad cuius magnitudinem, creaturarũ comparata, poterit horũ creator uideri &c. g ¶ Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi p ea quæ facta sunt itellecta cõspiciuntur.] Tam eui dẽter intellecta sunt, ut cõspecta dicantur. h ¶ Sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas ita ut sint inexcusabiles, quia cũ cognouissẽt deũ.] Siue per naturam, siue per facturam & rationem. i ¶ Non sicut deum glorificauerũt, aut gratias egerunt.] Pro eo quod tales facti sunt, ut deum possint agnoscere si uelint. k ¶ Sed euanuerunt in cogitationibus suis.] Putantes se dei magnitudinem in cogitatione posse comprehendere, euanue- D runt in naturali sapore, creaturas pro creatore uenerati. l ¶ Et obscuratum est insipiens cor eorum.] Recedentes à lumine ueritatis. m ¶ Dicẽtes enim se esse sapientes.] Quasi qui inuenissent quomodo inuisibilis deus, per simulacrũ uisibile coleretur. n ¶ Stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem.] Non intelligentes nullam similitudinem habere mortale immortalis, & incorruptibile sempiterni.

o ¶ Imaginis corruptibilis hominis & uolucrũ & quadrupedum & serpẽtium.] Non hominis solum, sed imaginis hominis: & non huius tantum, sed etiam animaliũ. Hic Iouis cultores appellat, qui eum propter amores fœdissimos in ista asserunt transformatum, & idcirco se illi tales imagines consecrasse, in quibus libidini satisfecit. p ¶ Propter quod tradidit illos deꝰ in desideria cordis eorum.] In hoc quod deus tradidisse dicitur proprijs desiderijs peccatores, ostendit non quod ipse sit causa, sed quod per longanimitatem & patientiã nõ inducendo uindictam, patitur eos secundum cordis sui agere uoluntatem: hoc facit uolens eos ad pœnitentiam conuerti. Item tradere in scripturis dicitur deus, cum non retinet delinquentes propter arbitrij libertatẽ, sicut in psalmo dicit: Et dimisi eos secũdũ desideria cordis eorum. q ¶ In immũdicia.] Quæ ẽ in turpibꝰ ministerijs idolorum. r ¶ Vt cõtumelijs afficiãt corpora sua.] Dum sibi in sacramentis eorum, cauteria & combustiones infligunt. s ¶ In semetipsis.] Vt quasi amentes ipsi in se, suorum sint uindices delictorum. t ¶ Quia commutaueruñt ueritatem dei in mendacium.] Commutauerunt uere dei cultum in mendacium idolorum, quæ falso prodijs coluerunt: & quodammodo stultis mentiuntur esse quod non sunt. u ¶ Et coluerunt & seruierũt creaturæ potius q̃ creatori.] Non solum dilexerunt, sed etiam seruierunt: sed quicunq; alicuius creaturæ cupiditate uincitur, ipsi seruit. A quo enim quisq; superatus est, huius & seruus est: x ¶ Qui est benedictꝰ in secula.] Cui si seruissent, fieri benedicti in secula potuissent. Qui enim fece

A rit uolũtatem dei,manet in æternum,ſicut ipſe manet in æternũ. a ¶ Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ.] Propter cauſas ſuperius memoratas,in his flagitijs ſunt dimiſſi. b ¶ Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem uſum,in eum uſum qui eſt contra naturam.] Omnia peruerterunt in deũ peruerſi. Neque enim ordinem naturæ ſeruarunt, q naturæ dereliquerunt autorem. In fandorum enim idolorum cultura, oĩs mali cauſa eſt, initiũ & finis. c ¶ Similiť autem & maſculi relicto naturali uſu fœminæ,exarſerũt in deſideriſs ſuis in inuicẽ, maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes.] Effrenata libido modum ſeruare non nouit. d ¶ Et mercedem quã oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.] Sic cucurrit ordo, ut q dei obliti erant, nec ſeipſos agnoſcerent.

e ¶ Et ſicut non probauerũt deum habere in noticia.] Nõ ne ſcierũt, ſed minime ꝓbauerunt. Ille eñ ꝓ-

B bat ſe deum habere i noticia, qui ſemper illũ in præſenti habẽs, peccare non audet.

f ¶ Tradidit illos deus in reprobum ſenſum.] Nõ reprobandi ſunt traditi ī reprobũ ſenſum. g ¶ Vt faciãt ea quæ nõ conueniunt.] Homini facere. h ¶ Repletos omni iniquitate,malicia.] Iniquitatem & maliciam, principales cauſas oſtendit uitiorum eſſe. i ¶ Fornicatione,auaricia.] Fornicationem aũt & auariciam ſimul iunxit,quia utriq penè idololatria cõparatur nequitiæ. k ¶ Plenos inuidia, homicidio.] Pulchre inuidiam homicidio ſociauit,quia prima huiꝰ criminis, ipſa materia eſt. l ¶ Cõtentione.] Contentio eſt,ubi nõ ratione aliquid,ſed animi pertinacia defenditur:& ubi iam non ueritas quæritur,ſed proximus fatigatur. m ¶ Dolo.] Occulta malicia,blandis ſermonibꝰ adornata: n ¶ Malignitate.] Maliciæ uotum,uel opus,malignitas appellatur.

o ¶ Suſurrones.] Murmuratores,non in faciem,ſed in aurem loquentes. p ¶ Detractores,deo odibiles.] Nihil eſt enim tam odibile deo quàm idololatria, cui per ſimilitudinem eradicandi pœna detractionis ſcripta coniungitur. q ¶ Cõtumelioſos.] Qui ueloces ſunt in uerbis iniuriæ. r ¶ Superbos,elatos,inuẽtores malorũ.] Qui uult ſupergredi quod eſt, ſuperbus eſt, ſicut diabolus perdit ſeipſum quod eſt. Qui enim ſuper alios uult eſſe,hic infra ſe fiet:& ideo ſequitur inuẽtores malorum, quia ſemper ſuperbia excogitat & inuenit mala:ſicut autor ſuperbiæ per elationem ſuam inuenit ſibi malum qđ ante non fuerat. Elatus autem dicitur,qui effertur ſuper menſuras ſuas. s ¶ Parentibus non obedientes.] Veri parentes ſunt qui per ſemen uerbi generant in lucẽ filios ad uitam æternam. t ¶ Inſipientes,incõpoſitos.] Qui à fonte ſapientiæ receſſerunt,neceſſe eſt ut inordinate ferantur. u ¶ Sine affectione,abſq; fœdere.] Affectio eſt adimpletio charitatis. x ¶ Sine miſericordia.] Quomodo alijs poterant miſereri, qui in ſe miſericordes eſſe noluerunt.Hæc omnia per ordinem digeſta peccata, de illis dicuntur, qui de relinquẽtes deum,ab eo uiciſſim ſunt derelicti. Caueamꝰ ergo & nos ne quod malũ ex his habentes,ſimiliter relinquamur.

y ¶ Qui cum iuſticiã dei cognouiſſent non intellexerunt,quoniã qui talia agunt digni ſunt morte.] Hic oſtẽdit q̃modo unuſquiſque hominum ſcit ſe à deo ſecũdum actus proprios iudicandũ: in quo & ipſe aliũ hominem peccantem iudicat atq; cõdemnat. Item cum ex eo ſibi quiſq; diſplicet quod fecerit malum, dei iuſticiam cognouiſſe dicitur: nõ intellexerũt tales ab eo, & ſi nõ in præſenti,tamen in futuro eſſe puniendos. Si enim intellexiſſẽt, utiq; talia committere timuiſſẽt. z ¶ Nõ ſolum qui ea faciunt, D ſed & qui cõſentiunt faciẽtibus.] Ne quis diceret:hæc non omnia ſe feciſſe,addidit, qui cõſentiunt facientibus: Sed & q in iſtis non conſenſit qui iudicabant huiuſmodi, tamẽ idololatriæ conſentiendo,quæ omnium horum caput & cauſa eſt,omnibus conſenſiſſe uidebatur. Cap. II

la, amẽ. Prõpterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalem uſum,in eum uſum qui eſt contra naturã. Similiťer aũt & maſculi relicto naturali uſu fœminę,exarſerunt in deſideriſs ſuis in inuicẽ,maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedẽ quã oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut nõn probauerũt deum habere in noticia:trãdidit illos deus in reprobum ſenſum,ut faciãt ea quæ non cõueniunt, repletos omni iniquitate, malicia,fornicatione,auaricia,nequitia, plenos inuidia, homicidijs,cõtentione, dõlo,malignitate, ſuſurrones, detractores,deo odibiles,cõtumelioſos,ſuperbos, elatos,inuentores malorũ,parentibus nõ obedientes,inſipientes,incompoſitos,ſine affectione,abſq; fœdere,ſine miſericordia. Qui cum iuſticiã dei cognouiſſent,non intellexerunt,quoniam qui talia agunt,digni ſunt morte: nõn ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Cap. II

PRopter quod inexcuſabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas,teipſum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei eſt ſecundũ ueritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ò homo omnis qui iudicas eos qui talia agũt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad

PRopter quod inexcuſabilis &c.] Omnes huiuſmodi qui dijudicabant, maxime tamen hi qui habent in reprehendendo iudicium,iudices & domini conueniuntur. Naturali enim iudicio dignam factis profert unuſquiſq; ſententiam:omnesq; nouerunt, & innocentiã mereri præmium,& malũciam habere ſuppliciũ. b ¶ Scimus enim quoniam iudiciũ &c.] Secundum ueritatem erit iudiciũ, quo iudicabuntur huiuſmodi qui condemnare in alijs potuerunt quæ ipſi committere non timuerunt. Si enim tu peccator,peccatorem tibi ſimilem iudicas,quanto magis deus iuſtus te iudicabit iniuſtum? ne illi mala placere & diſplicere bona forſitan uideantur: Quippe quem ſine perſonarum acceptione, nec amicis ſuis,nec angelis legimus peperciſſe peccantibus. Humanum aũt iudicium multis modis corrumpitur. Amore, odio,timore,auaricia ſæpe iudicij integritas uiolatur: & contra iuſticiæ regulam interdum miſericordia inclinatur. c ¶ An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras quoniam benignitas dei.] Hic aperte monſtratur quare peccatori deſideria cordis ſui dimiſerit deus:& cum poſſit prohibere peccantẽ, uel inferre uindictam,mauult conuerti ad pœnitentiã. Item nunquid ꝓpterea tibi de impunitate blãdiris,quia deus in præſenti nõ reddit:& tu lõgitudinẽ temporis & abundantiam bonitatis intuens,putas iam nõ eſſe iudicium?

Audi ſcri-

A Audi ſcripturæ ſententiam: Non tardat dominus promiſſis, ſed patienter agit propter uos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiã conuerti. Bonus eſt expectando, iuſtus eſt puniendo. Vnde admonet propheta:
Eccĩ.5.b Ne tardes conuerti ad dominum, neq; differas de die in diem: ſubito uenit ira eius, & in tempore uindictæ diſperdet te. Et iterum. Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triſte: eſt enim altiſſimus patiens reddi tor. Multi ſe homines per patientiã dei ſeducunt, qa nõ uult ſtatim punire peccantes: putatur enim aut res humanas minime curare, aut culpas indulgere quia differt. Plerique etiam cõtra ſe calumniantur, cur in præſenti non reddit: non intelligentes qd ſi ita fieret, nullus penè hominum remaneret, nec unq; de iniuſtis fierent iuſti. Ideo autem hominibus uidetur deus diu expectare peccantes, quia nos cũ parui temporis ſimus, annos centum æternitatem putamus. Ille autẽ apud
B quem mille anni pro unõ ſunt die, centum annos unius horæ ſuæ ſpacio non coæquat: quapropter hoc paruum eſt apud eum, cum etiam homines ſoleant multo tempore correptionẽ ſperare peccantiũ. a ¶ Secundum autem duriciam tuam & impœnitens cor.] Tu autem impudens æger, ad uulnera maiora abuteris ipſo
Iob.24.d remẽdio, quia iuxtá ſententiam beati Iob, pœnitentiæ loco abuteris in ſuperbiam. Vnde nõ agnita pietas maius tibi iudicium parat, ut uindictam ſentiat qui miſericordiam ſentire contempſit. Iterũ, omne enim cor quod nõ ſentit, induratur. Hoc em modo indurauit deus cor Pharaonis. b ¶ Theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet unicuiq; ſecundũ opera eius.] In diem iudicij, iram tibi ſuper irã ipſe condis, qui die definito & certo tẽpore apparebit. c ¶ His qui dem qui ſecundum patientiam boni operis.] Boni operis merces per patientiã expectatur, quia in præſenti uita non redditur. Per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem. Et tunc erit perfectũ opus, ſi in finem uſq; dura uerit, quia qui pſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. d ¶ Gloriam & honorem & incorruptionẽ.] Gloriam, qua ſancti fulgebunt ut ſol. Honorem, filiorum dei quo nihil eſt maius, per quem etiam angelos iudicabunt. Incorruptionẽ, uitæ perpetuæ. e ¶ Quærentibus uitam æternam.] Qui per patientiæ opera quærit uitam æternam, iſta omnia conſequitur. Et qui habet hanc ſpem, in eo ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus eſt. f ¶ His autẽ qui ſunt ex contentione.] Audiant qui ſæpe uicti, animoſitate contendũt, & timeant in conſuetudine peſſima permanere, ne iſta omnia ſuper eos deputentur: Iam ſuperiꝰ dictum eſt, contentioſum hunc eſſe ſpecialiter, qui aliquid contra conſcientiam ſuam nititur defenſare. g ¶ Et qui non acquieſcunt ueritati, credunt autẽ iniquitati.] Euangelicæ ueritati non credunt, & conſentiunt iniquitati, ut relicto creatore deſeruiant creaturæ. h ¶ Ira & indignatio.] In iudicio pœnæ ſũt. i ¶ Tribulatio & anguſtia.] Conſcientiæ & infructuoſæ pœnitentiæ; ſicut ſcriptũ eſt: C
Tunc dicent intra ſe pœnitentiam agentes, & per angu- Sap.5.a
ſtiam ſpiritus gemẽtes. Item hucuſq; ſermo dirigitur ad omnes naturali obnoxios legi: in quo etiam Iudæi pariter continentur. Idcirco autẽ Iudæus gentili antefertur: quoniã præter naturalem legem & Moyſi legem ſcriptam habẽt. k ¶ In omnem animã hominis &c.] Animæ pœnam apoſtolꝰ cõminatur propter hæreticos, qui ſolam carnẽ delinquere dicunt, & animam negãt poſſe peccare. Siue anima pro toto homine dicit: Sicut in Geneſi: Iacob cum Gen.46.c
ſeptuaginta animab. Aegyptũ introiſſe refertur. l ¶ Gloria autem & honor & pax omni homini operanti.] Gloria cõtra irã, honor cõtra indignationẽ. Et quod ſupra incorruptionem, hic pacem appellat.
m ¶ Iudæo primum & Græco.] Quod ſupra animam, hic hominẽ hominauit. Primum autem pro quidem ponit. Siue priD
mũ credulitatis tempore non honore.
n ¶ Non eſt enim perſonarũ acceptio apud deum.] Ergo nec gentes ſibi de ignorantia falſa, nec Iudæi de legis circunciſione & priuilegio blandiãtur. o ¶ Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribũt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.] Sine lege literæ, in lege naturæ: hoc loco, pibunt & iudicabuntur: unum uoluit intelligi, quia & qui perit, per dei iudicium perit: & qui iudicatur, peccator perit: ſicut ſcriptũ
Pſal.38.g eſt: Quia peccatores peribunt. Nam & ſimiles illos facit dicendo: Non auditores tãtum legis iuſtos eſſe, ſed factores. Et paulo inferius, dicit gentes in die domini iudicandas. Quis enim dubitat, tam ſub lege poſitos quàm ſine lege degentes, niſi Chriſtum crediderint perituros?
p ¶ Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.] Reddit rationem quare non ſint gentibus meliores. Vnde & nobis timendũ eſt, ne audientes legem & nõ facientes, cum gentibus pereamus, ſicut ipſe alibi dicit: Ne cum hoc mundo damnemur. q ¶ Cum enim gentes quæ legem non habent.] Ne quis forte diceret, legem nõ habent, ad quã formam poterunt iudicari. r ¶ Naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt.] Siue de his dicit, qui naturaliter iuſti fuerunt ante legem: ſiue etiam qui nunc boni aliquid operantur.
s ¶ Eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex.] Oſtendit illos non eſſe ſine lege, ut & gentes inexcuſabiles faciat, & Iudæis de proprietate gloriam tollat.
t ¶ Qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente &c.] Natura agit legem in corde per conſcientiæ teſtimonium: ſiue conſcientia teſtatur legem habere timendõ dum peccat, & uictis gratulando peccatis, etiam ſi nullum hominũ uereatur ipſe qui peccat. u ¶ Et inter ſe inuicem cogitationũ accuſantium, aut etiam defendentium &c.] Dicit altercationes cogitationum eſſe, cum quid faciendum diutina deliberatione decernimus, & ſecũdum hoc nos in die domini iudican-

A dos,quia bonum malum'ue nō ignoraſſe probamur. Si ue conſcientia & cogitationes noſtræ erunt in die iudicij ante oculos noſtros,tanq; quædam hiſtoriæ cognoſcendæ:aut ipſæ nos accuſabunt,aut etiam excuſabunt,ſicut Pſal.49.d ſcriptum eſt: Arguam te,& ſtatuam eam contra faciem tuam. a ¶ Secundū euangelium meum p Ieſum Chriſtum.] Secundum quod annūcio per Ieſum Chriſtum iudicabit deus. b ¶ Si autem Iudæus cognominaris.] Hic conuertit ſe ad Iudæos, docens opere non nomine tantum debere eſſe Iudæum, eumq; eſſe uerum,cuius occulta ſūt bona. c ¶ Et reqeſcis in lege.] Cōfidis uel ſecurus es. d ¶ Et gloriaris in deo,& noſti uoluntatem eius.] Gloriaris te ſolum noſſe deum, eiusq; uoluntatem agnoſcere. e ¶ Et probas utiliora inſtructus per legem.] Eligis maiora, & inter minora diſcernis. Quæ ēm per naturā utiliora probantur, utiliora ſunt per legem. f ¶ Cōfidis
B teipſum eſſe ducē cæcorū.] Quorum cor obſcuratum eſt. g ¶ Lumen eorū qui in tenebris ſunt.] Ignorantiæ. h ¶ Eruditorem inſipientiū.] Qui dei non habent ſapientiam. i ¶ Magiſtrum infantium.] Paruulorū ætate uel ſenſu. k ¶ Habentem formam ſciētiæ & ueritatis in lege.] Ad quam ſemper reſpiciens,errare non potes. l ¶ Qui ergo alium doces,teipſum non doces?] Similiter gentibꝰ dixerat: Qui enim alium iudicas,teipſum condemnas? Qui in lege requieſcis ò Iudæe,quare tranſgrederis legē? Qui gloriaris in deo,quare inhonoras deum? Qui noſti uoluntatem eius, quare nō obtemperas eius uoluntati? Qui probas utiliora,cur inutilia ſectaris? Dux cæcorū, quomodo uiam non uides rectam? Si enim uideres,per ipſam utiq; ambularēs. Si lumen es aliorū, cur non abij cis opera tenebrarū? Eruditor inſipientiū, ut quid timorem domini qui eſt initium ſapiētiæ,reliquiſti? Magiſter infantiū,quomodo puer es in ſenſu? Qui habes formam ſciētiæ ueritatis in lege,quare nec ipſe ſequeris,nec alios ſequi peſſimo exemplo permittis? Quare non conuenit uita tua doctrinæ tuæ,& opus tuum deſtruit fidem tuā? Vnde fiet ut lex à te non cuſtodita, nō ſolū tibi nihil profit,ſed etiam maioris criminis reum,ſuū contemptorem obtineat. m ¶ Qui prædicas nō furādū,furaris.] Qui dam dicunt,abſcondendo ab hominibus furaris Chriſtum. n ¶ Qui dicis non mœchandū, mœcharis.] Nō eſt una mœchia. Nam oñe quod deo debet anima,ſi ali cui præterq; deo reddiderit,mœchatur. o ¶ Qui abominaris idola,ſacrilegiū facis.] Sacrilegiū eſt quod proprie in deum cōmittitur,quaſi ſacroſancti uiolatio. Item in hoc,inquit,in quo committis ſacrilegium, idololatra eſſe monſtraris. p ¶ Qui in lēge gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras.] Exponit ſacrilegium quia dicit. q ¶ Nomen enim dei per uos blaſphematur inter gentes,ſicut ſcriptū eſt] in Eſaia: Præpoſterato ordine ante poſuit teſtimonium quàm diceret ſcriptum: Ita enim dicentis ſermo dilapſus eſt,ut quod ex propria intentione dicebat, eodem ſenſu ſcriptum repererit. Vel reuera,quorū iniuſtis actibus nomen dei fuerat blaſphematum, ſicut ſcriptū eſt: Polluerūt nomen meum inter gētes: dū dicūtur populus dei, inter quas gentes captiui,ſuis peccatis facientibus morabanť. Item,ſicut ait:Per bona opera ueſtra bene dicitur deus: ita nūc non recte conuerſantibus blaſphematur. r ¶ Circumciſio quidem prodeſt, ſi legē obſerues:ſi autē præuaricator &c.] Quomodo nihil eſt, ſi prodeſt? Prodeſt tempore ſuo ſignū: prodeſt ſi iuſticia cuius eſt ſignaculum,adſit. Cæterum ſine illa ſuperfluū erit, ſiue quia uiuere faciebat Iudæū, & infantia extermina ri antequam ſaperet: ſiue quia in lege faceret eſſe, quia perſpecta inuenitur carnis circumciſione ceſſante, ueram illā cordis D eſſe uēturam. Et præuaricator legis eſt,dū nō ſequitur id quod ibi prædictum eſt. s ¶ Si igitur præputium iuſticias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circunc. &c.] Viſibilia indigēt inuiſibilibus,inuiſibilia nō indigent uiſibilibus: eo q uiſibilia imago ſunt inuiſibilium: & inuiſibilia ueritas ſint uiſibilium: ideo circumciſio carnis,indiget cordis. Circūciſio autem cordis, nō indiget carnis, quia imagine non indiget ueritas: imago autem indiget ueritate. Quæritur ſanè,quare ſit data circumciſio,ſi per ſeipſam non prodeſt. Primū,ut agnoſceretur dei populus inter gentes. Deniq; quando ſoli erant in eremo,circūciſi non fuerunt. Siue ut corpora eorum agnoſcerentur in bello. Nam quod in tali membro ſignātur,hæc cauſa eſt. Primum,ne aliud membrum aut debile fieret,aut turpe, quod publice uideretur. Iterum, propter gratiæ ꝓmiſſionem, in qua erant per caſtitatem placituri. Siue ut Chriſtus ſignificarē ex eius ſemine naſciturus,ad quem futura erat iſta carnalis, quæ ſpiritualem habebat afferre: Cuius typū gerēs Ieſu Naue,populum ſecundo circūcidere iubetur. t ¶ Et iudicabit id quod &c.] Siue dum literæ circūciſionē ſectaris,circumciſionem ſpiritus accipere dedignaris: ſiue nō ſequendo quod lex dicit: hoc eſt ut Chriſto credens, ueram circūciſionem acceperis. u ¶ Non enim &c.] Ipſe eſt uerus. Oñia ēm quæ antea circa exteriorē hominem gerebantur,figurā interioris habebant. x ¶ Et circūciſio.] De qua ſcriptum in lege eſt: In nouiſſimis diebus circūcidet Deut.30.b deus cor tuū,& cor ſeminis tui,ad dñm deum tuū amandum. Et iterū: Circūcidite uos deo ueſtro,& circūcidite Ibid.10.d præputiū cordis ueſtri. y ¶ In ſpiritu,non litera,cuius laus non ex hominibus,ſed ex deo eſt.] Non ſecundum literam legis,ſed ſecundum nouum teſtamentum,quod interiora quærit,quæ ſolum uidet deus.

cum iudicabit deus occulta hominum ſecundum euāngelium meum,per Ieſum Chriſtū. Si aūtem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriāris in deo, & noſti uoluntatem eius, & probās utiliora inſtructus per legem, cōfidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lūmen eorū qui in tenebris ſunt, erūditorem inſipiētium, magiſtrūm infantium, habēntem formam ſcientiæ & ueritatis in lege. Qūi ergo alium doces,teipſum non doces. Qm̄ūi prædicas nō furandum,furaris. Qūi dicis non mœchādum,mœcharis. Qūi abominaris idola,ſacrilegium facis. Qūi in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nōmen enim dei per uos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt. Circūmciſio quidem prodeſt ſi legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis,circumciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſticias legis cuſtōdiat, nónne præputium illius in circumciſionem reputabitur? Et iūdicabit id quod ex natura eſt præputiū, legem cōſummans, te, qui per literā & circūciſionē præuaricator legis es. Non enim qūi in manifeſto Iudæus eſt,neq; quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio,ſed qui in abſcōdito Iudæus eſt,& circumciſiō cordis in ſpiritū, non litera,cuius laus non ex hominibus,ſed ex deo eſt. Cap. III

Quid

QVid ergo amplius est Iudæo: aut quæ utilitas circuncisionis? Multum quidem per omnem modum.] Ex persona Iudæi interrogãtis dicitur: respondente Apostolo, multum quidem secundum omnem modum. Ideo autem multum interest: non quia circuncisionem in carne acceperunt, sed quia credita sunt illis eloquia dei. Item reddit rationẽ, quod lex contempta non prosit, & quod carnalis circuncisiõis prærogatiua, nullis operib⁹ fulta, sit uana. Interrogat quid amplius habeat Iudæus. Ex cuius persona respondet: Multum per omnem mõdum. Nam si ipsius sensus est: multũ per omnem modũ, & omnis homo mẽdax: q̃modo postea contrauenit, dicẽs: Si autem iniquitas nostra iusticiam dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus deus? Absit, &c. Postremo, quomodo Iudæos nihil amplius habere confirmat, si hic multum habere commemorat? *b* ¶ Primũ quidem quia credita
B sunt illis eloqa dei.] Hoc estis dicturi: primum, quod credita sunt illis eloquia dei: & gentibus nulla. *c* ¶ Quid enim si quidam illorũ non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum, fidem dei euacuauit? Absit.] Fidem promissorum, cum sit dictum
Gen.12.d Abrahæ: Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. *d* ¶ Est autem deus uerax: omnis autẽ homo mendax.] Hic omnis, *p* maxima parte dicit, sicut: Omnes
Phil.2.c sua quærunt. Et: Omnes me dereliquerũt. Lucas est me
2.Tim.4.b cum solus. *e* ¶ Sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris.] In psalmo quinquagesimo. Hoc testimoniũ ita posuit pars aduersa, quasi diceret: Propterea ego peccaui, ut tu iustus appareas, me iudicando. Sed uerus sensus sic se habet: quia promiserat se deus sine personarum acceptione in peccantibus uindicare, & quidam eius patientiam mendacium iudicabant: uincit cum iudicauerit, quando eorum facta puniet: in quibus nemo putauerat uindicari. Aliter: Probasti te curam de hominibus habere: qui per prophetam mea abscondita reuelasti, & uicisti eos qui te incuriosum humanorum actuum esse confingunt. Hucusq; obiectio cucurrit: iam incipit Apostolus respondere. *f* ¶ Si autem iniquitas nostra iusticiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus?] Iniquum est, si in illis uindicat: qui ideo peccauerunt, ut illis iustior appareret. Item nõ quod nostra iniquitas addat iusticiã deo, sed in tempore quando in iudicium cum deo uenimus, non obseruantes præcepta eius, promissionum retributionem fraudamus. Vnde ostenditur deus uerax: quia quæ promisit sanctis, peccatoribus non dat. *g* ¶ Qui infert iram.] Vt in diluuio & Sodoma, ita in iudicio. *b* ¶ Secundum hominem dico: Absit.] Secundum me, q taliter sentis. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundũ? Quia iusticia damnabit iniusticiã: si secundum te, humana iniquitate sit iustior. *i* ¶ Si enim ueritas dei in meo mendacio &c.] Hoc est, creuit. *k* ¶ Quid adhuc & ego?] Hoc est, insuper iudicor ego quicũq; mentior homo, qui laudari deberem, si meo mẽdacio, dei ueritas comprobatur. *l* ¶ Tanq̃ iudicor peccator, & non sicut blasphemamur, &c.] Vt qui me ita iudicat quasi peccantem, & non sicut quidã nos aiunt dicere: quod quanto maiora mala feceri/mus, tãto maiora bona recipiamus. *m* ¶ Faciam⁹ mala.] Hoc fortassis ideo putabant: quia non intellexerunt quod quidã dicebat: Vbi abundauit peccatum, super abundauit gratia. *n* ¶ Quorũ damnatio iusta est.] Quid iustius, q̃ ut hãc pœnam sentiãt, quã nos negare mentiti sunt: qui nihil magis q̃ iustum dei iudiciũ præ dicamus. *o* ¶ Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaq̃ &c.] Nos ex Iudæis nullã unde maiores simus inuenio causam. Hoc enim inuestigauit ratio, sub peccato esse & Iudæos & Græcos: quod non ratione sola colligimus, sed etiã de Iudæis testimonio
D comprobamus. Item hoc ostendit: quomodo Iudæi licet legem & prophetas haberent, nihil tamen amplius q̃ gentes habeant, quia omnes similiter peccauerũt, & egent gloria dei. *p* ¶ Sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquã.] In psalmo tertiodecimo. Psalmus iste unde hoc testimonium sumptum est, de insipiente loquitur: quod testimonium in aduentu Christi, præcipue ostendit impletum, tempore scilicet passionis, quo nullus iustus cum pateretur, puto inuentus sit. *q* ¶ Non est intelligens, non est requirens deum.] Qui non requirit fundamentum, necesse est ut declinet. *r* ¶ Omnes declinauerunt.] Qui non intelligit, non requirit: seu ideo, non intelligit, quia non quærit. Deus autem tunc requitur, cum eius uoluntas inquiritur: quia omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum: eo quod qui peccat, domini sui non cognoscit uoluntatem. Nam & uulgo nescire dicitur, cuius uoluntas ignorata est. *s* ¶ Simul inutiles facti sunt.] Inutiles ad opus, ad quod fuerunt procreati. *t* ¶ Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum.] Nec Apostolus. Item si non est qui faciat honum, quomodo inferius, plebem suam arguit, deuorantes, & inopum consilium confundentes? Plebs enim dei non erat, si bonum non faciebat: maxime cum iusta ibidem generatio appelletur. Hoc magis ad psalmi expositionem pertinet, quàm ad Apostoli causam. *u* ¶ Sepulchrum patens est guttur eorum.] Fœtore doctrinæ suæ & adulatione contaminans, & interficiens audientes. Ideo enim sepulchrum diligenter clauditur, ne adhuc uiuentibus exhalatione sua generet pestem. *x* ¶ Linguis suis dolose agebant.] Aliud ore promittentes, aliud corde uolutantes. *y* ¶ Venenum aspidum.] Horum serpentium pessimum dicit esse uenenum. *z* ¶ Sub labijs eorum.] Hoc est, in corde.

Quorum

Quorum os maledictione.] Non eſt unius generis maledictio. Quicquid enim malo uoto dicitur, ſine dubio male dicitur. *b* ¶ Et amaritudine plenum eſt.] Amaritudo cõtraria eſt dulcedini uerborũ dei. *c* ¶ Veloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem.] Siue ſimpliciter homicidas dicit: ſiue interficiẽtes animas adulan
Act.20.f do. Vnde in actibus apoſtolorũ dicit Paulus: Mundus ſum ab omni ſanguine. Non enim ſubterfugi, quominus uobis annunciarẽ omne conſiliũ dei. *d* ¶ Contritio & infelicitas in uiis eorum, & uiã pacis non cognouerũt.] Conteruntur & infelices fiunt animæ in doctrinis eorum, uel in exemplis cõuerſationis eorum. *e* ¶ Non eſt timor dei ante oculos eorũ.] In timore dei concluſit: qui ſi timorem dei ſemper ante oculos habuiſſent nõ utiq; deliquiſſent. Neq; eñ audet ſeruus domino præſente peccare. *f* ¶ Scimus aũt quoniã quæcũq; lex loquit̃ &c.]
B Ne dicerent, hæc in pſalmo de gẽtibus dicta, oſtendit quæ in lege dicta ſunt: his qui in lege ſunt, loqui. Quæritur ſanè, quomodo Iudæi dixerunt, deum non eſſe. Non utiq; uerbo dixerunt, ſed opere. Nam confitentur quidem ſe noſſe, factis autẽ negant. Ergo gentes hic non appellat: qui iam de illis talia dixerat in propria cauſa. *g* ¶ Vt omne os obſtruat̃.] Non ſolum gentium, ſed etiam Iudæorum: dum non habent unde gloriari poſſint. *h* ¶ Et ſubditus fiat omnis mundus deo.] In confeſſione peccati. *i* ¶ Quia ex operibus legis &c.] Modo non iuſtificatur. Siue opera legis, circunciſionem dicit, ſabbatum, & cæteras ceremonias: quæ non tam ad iuſticiã, q̃ ad carnis lætitiam pertinebant. Item non contraria ſibi dicit Apoſtolus, ſuperius dicens: Qui oſtendunt opus legis in cordibus ſuis: Et nunc dicit: Ex operibus legis non iuſtificari omnem carnem. Carnem accuſat, cuius prouidentia legi dei ſubiſcere non poteſt. Lex enim oſtendere nouit peccatum: non tamen oſtendit qualiter debeat obſeruari, & iterum punire noxia, non dans ueniam pœnitẽti: Chriſtus autem remiſſionem peccatorum donat credentibus, & docet quomodo debeant carnis uitia uitari, atq; prudentia reſecari. *k* ¶ Per legem enim.] Nõ remiſſio eſt peccati, ſed cognitio. Ideo enim per legẽ quid ſit peccatũ, agnoſcitur: quia aut in obliuiõe erat lex naturæ, aut ante legẽ literæ leuiora quæq; non cognoſcebãtur eſſe peccata: id eſt, quæ aliis non nocebant: ut concupiſcentia, ebrietas, & cætera huiuſmodi. *l* ¶ Nunc autem ſine lege &c.] Hoc eſt quod dicit: quia iuſticia quæ in Chriſto manifeſtanda erat, in lege naturali non erat cognita. Teſtimonia autem legis Moyſi & prophetarum, annunciatione prædicantur. Item ſine lege literæ iuſticia manifeſtata: quæ nobis gratis à deo donata eſt: nõ noſtro labore quæſita, & apertius per exempla Chriſti, euidentiora patefacta, quæ latebant in lege. *m* ¶ Teſtificata à lege & prophetis.] Siue iuſticia hæc prædicata eſt à lege & pphetis: in nouiſſimis temporibus eſſe uentura: ſiue cognitio peccati, à lege & prophetis teſtimoniũ accepit. *n* ¶ Iuſticia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper &c.] Iuſticia, qua creditur Chriſto. *o* ¶ Non enim eſt diſtinctio.] Inter Iudæum & Græcum. *p* ¶ Omnes eñ peccauerũt & egent &c.] Quia non habẽt ſuã. *q* ¶ Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.] Sine ulla operũ actione per baptiſmum, quod omnibus non meritis gratis peccata donauit. *r* ¶ Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.] Qua nos redemit ſanguine ſuo dẽ morte: cui per peccatũ uenditi fueramus, ſecũdum Eſaiã dicentem: Peccatis ueſtris uenundati eſtis. Quam mortem Chriſtus uicit: quia nõ peccauit. Omnes autẽ rei eramus morti: cui ſe ille indebite tradidit, ut nos ſuo ſanguine redimeret. Vnde propheta prædixerãt: Gratis uenũdati eſtis & ſine pecunia redimemini. Hoc eſt, qa nihil pro uobis accepiſtis, & Chriſti eſtis ſanguine redimendi. Simul illud notandum: quia redemit nos, non emit: quia ante per naturam ipſius fueramus, licet ſimus noſtris ab eo alienati delictis. Tunc ſanè fructuoſa erit redemptio noſtra, ſi peccare ceſſemus.
Eſa.52.a
C
D
ſ ¶ Quem propoſuit deus.] In promptu ante oculos omnium poſuit: ut qui redimi uult, accedat. *t* ¶ Propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſticiæ ſuæ.] Vt propicietur eis qui credunt ſe eius ſanguine liberandos. *u* ¶ Propter remiſſionem præcedentium delictorum.] Propterea paſſus eſt Chriſtus, ut propoſitum dei ſedaret: quo tandem punire decreuerat peccatores. *x* ¶ In ſuſtentatione dei, ad oſtenſionem iuſticiæ eius in hoc tempore.] Vult oſtendere deum quidem ad hoc expectaſſe, ut quidem ſe corrigerent delinquentes. Illos uero male uſos patientia dei, in maiora prolapſos eſſe peccata. Vnde Iob ille iuſtiſſimus ſuo tẽpore ait de peccatore: Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia. *y* ¶ Vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum &c.] Qui ſolus iuſtus inuentus eſt, & quem ipſe iuſtificauerit: non ex operibus, ſed ex fide. *z* ¶ Vbi eſt ergo &c.] Ad Iudæum loquitur: ne glorieris te operibus meruiſſe iuſticiam. Item interrogatio Iudæi eſt. Et reſpondetur ab Apoſtolo: Excluſa eſt. Item Iudæus interrogat. *a* ¶ Per quam legem? Factorum?] Id eſt, naturalem. Opera legis refelluntur ab Apoſtolo. *b* ¶ Non. Sed per legẽ &c.] Per quam legem? Factorum? Non, ſubauditur, eſt, ſed per legem fidei. Legem, dicit ſtatum fidei terminum, hoc eſt, nouum teſtamentum. *c* ¶ Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.] Certi ſumus, uel iudicamus. Abutuntur quidam hoc loco ad deſtructionem operum iuſticiæ, ſolam fidem poſſe ſufficere affirmantes: cum tamen alibi dicat Apoſtolus: Si habuero omnem
Iob.24.b
1.Cor.13.d

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: ueloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Cõtritio & infelicitas in uiis eorum, & uiam pacis non cognouerunt: nõn eſt timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcũq; lex loquitur: his qui in lege ſunt, loquitur. Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mũdus deo: quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt, teſtificãta à lege & prophetis. Iuſticia autem dei per fidẽ Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerũt & egent gloria dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſticiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum in ſuſtentatione dei, ad oſtenſionem iuſticiæ eius in hoc tempore: ut ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eũ, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Nõn. Sed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus

A omnem fidem,ita ut montes transferam:charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. In qua charitate, alio loco legis aſſerit plenitudinem contineri,dicens:Plenitudo legis eſt charitas. Quod ſi hæc eorum ſenſui uidentur eſſe contraria: ſine quibus operibus legis, Apoſtolus iuſtificari hominem per fidem dixiſſe credendus eſt, ſcilicet circunciſionis uel ſabbati, & cæterorum huiuſmodi: non abſq; iuſticiæ operibus:de quib⁹ beatus Iacobus dicit: Fides ſine operib⁹ mortua eſt: hic autem de illo dicit: qui ad Chriſtū ueniens ſola cum primum credit fide ſaluatur. Addendo aūt, operibus legis:oſtendit eſſe etiam gratiæ op̄a. a ¶ An Iudæorū deus tantū? Nōne & gentium?] Nunqd Iudæos ſolos deꝰ creauit:aut de illis ſolis curam gerit? Nam & gentes peccauerūt & uos,& ſi uos cōuertimini,& illi. Si uobis uenit Chriſtus ex lege promiſſus, & illis. Nam & frequenter p phetæ etiā de Iudæorum uocatione dixerūt. b ¶ Imò & gentium.] Pulchre modum ſeruauit in uerbis. Imò dixit: ut oſtēderet magis gentes quāuis non erant circunciſi. Et Abraham ante circunciſionem iuſtus. Et reddit rationem ne Iudæos excludere uideretur. c ¶ Quoniamquidem unus deus qui iuſtificat.] Vtriq; uni deo & uni Chriſto credidiſtis. d ¶ Circunciſionem ex fide præputium per fidem.] Ipſum eſt ex fide & per fidem: ſed uſus ſcripturarum hic eſt, ut in ijſdem cauſis mallent mutare q̄ repetere ſermonem:ſicut in Daniele ſcriptum eſt: Propter Abraham ſeruum tuum & Iſaac dilectum tuum, & Iſrael ſanctum tuum. e ¶ Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus.] Nō contraria ſibi Apoſtolus dicit, ſuperius aſſerens excluſam eſſe umbram & typum legis præſenti ueritate: nunc autem infert approbare ſe legem in quo ipſe teſtimonium perhibet. Abraham, non ex operibus legis, ſed ex fide iuſtificatus eſt. Item, legem ergo quæ circuncidi præcipit ſuperfluam iudicamus. Abſit. Imò ſtare faciamus, dum probamus uerum eſſe quod dixit: legem legi,teſtamentum teſtamento: circunciſionem circunciſioni ſucceſſuram. Cap. IIII.

QVid ergo dicemus inuenisſe Abraham.] Reuocauit illos ad caput circunciſionis:ut quod initio cōſtitueꝛit adhibeatur in toto. g ¶ Patrem noſtrū.] Patrem ſecundum carnis circunciſionem. Nam fides in mente conſiſtit. h ¶ Secundum carnem?] Dicēs ſecundum carnem,oſtendit traducē carnis eſſe non animæ. i ¶ Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt.] Si ex eo quod ſe circuncidit iuſtificatus eſt, nihil illi deus donauit,ſed ex ſe habuit gloriam. Aliter. Si iuſſa perfecit apud ſemetipſum habet gloriam, non apud deum.

k ¶ Habet gloriam,ſed non apud deum.] Dicens:habet gloriam,ſed non apud deum:oſtendit eum ex operibus ſuis gloriam habere, & nō ex deo. l ¶ Quid enim ſcriptura dicit: Credidit Abraham deo.] Tam magna fuit fides Abrahæ, ut & priſtina ei peccata donarentur, & ſola præ omni iuſticia doceretur accepta, & tanto deinceps amore flagraꝛuit: ut ſuper omnia ſe opera præparet.

operibus legis. An Iudæorum deus tantum? Nōne & gentium? Imò & gentium. Quoniam quidem unus eſt deus qui iuſtificat circunciſionē ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus. Cap. IIII.

QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt: habet gloriā, ſed non apud deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Ei aūtem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſticiam ſecundum propoſitum gratiæ dei: ſicut & Dauid dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iuſticiā ſine operibus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circunciſione tantum manet: an etiam in præputio? Dicimus enim: quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſticiam. Quomodo ergo reputata eſt ei,in circūciſione, an in præputio? Nōn in circunciſione, ſed in præputio. Et ſignum accepit circūciſionis,ſignaculū iuſticiæ fidei, quæ eſt in præputio. Vt ſit

B

C

m ¶ Et reputatū eſt ei ad iuſticiam.] Et ideo habet gloriam apud deū, ſecundum quod lex probauit. n ¶ Ei autē qui operatur,merces non reputatur ad gratiam, ſed ſecundum debitū.] Debitoris enim eſt facere quæ iubentur, & niſi paruerit, damnatur: ſi autem fecerit,non habet gloriam: quia inutilis ad huc ſeruus dicit̄, qui nihil amplius q̄ præceptum eſt operatur. Aliter. Non illi gratis donatur iuſticia, ſed merces redditur operū priſtinorū. o ¶ Ei uero qui non operatur: credēti autem in eum qui iuſtificat impiū, reputatur fides eius ad iuſticiam.] Conuertentē impiū, per ſolā fidem iuſtificat deus, non opera bona quæ nō habuit. Alioquin per impietatis opera fuerat puniendus. Simul attende, quia non peccatorem dicit iuſtificari per fidem, ſed impium: hoc eſt nuper credentem aſſeruit. p ¶ Secundum propoſitū gratiæ dei.] Qui propoſuit gratis per ſolam fidē peccata dimittere. q ¶ Sicut & Dauid dicit beatitudinē.] Magna beatitudo eſt ſine labore legis & pœnitētiæ domini gratiā promereri: ſicut ſi qs aliquam dignitatem gratis accipiat. r ¶ Cui deus accepto fert iuſticiam &c.] Ad hoc fides prima ad iuſticiam reputatur,ut de præterito abſoluatur,& de præſenti iuſtificetur,& ad futura fidei opera præparetur. ſ ¶ Beati quorum remiſſæ ſunt &c.] Quod pœnitetur, non tenetur, & quod tegitur, non apparet, & idcirco minime imputatur. Quidā dicunt remitti per baptiſmū, tegi laboribus pœnitentiæ, non imputari per martyriū. Alij aūt dicunt, remiſſis per baptiſmū peccatis, augeri charitatē in deo, quæ operit multitudinē peccatorū,& deinceps non ſinit imputari, dum bonis quotidie operibus, mala præterita ſuperātur. t ¶ Beatitudo ergo &c.] Vult iſtam beatitudinē tribus temporibus aſſignare: naturæ,& circūciſionis,& Chriſtianitatis. u ¶ Dicimus enim &c.] Omnes enim confitemur & cōſentimus: ut quod ratio de Abrahā inuenerit,hoc de cæteris obſeruem⁹. x ¶ Quomodo ergo reputata eſt ei: in circunciſione an in præputio?] Videamus utrū circunciſio ex iuſticia, an iuſticia ex circūciſione ſit nata. y ¶ Non in circūciſione &c.] Quia ante iuſtus, q̄ circunciſus. z ¶ Et ſignū accepit &c.] Ne dicerent:ergo ſuperflue circūciſus eſt:ſignum ait eſſe iuſticiæ,nō augmentū. a ¶ Signaculū iuſticiæ.] Signaculū accepit illius iuſticiæ, quam præputiati fides meruit. Perfecta enim fuit,ut ſignaculū mereretur. Semper,

A per enim res plena ſignatur. Siue ut oſtenderet: q̄ iuſtus & fidelis eſſet, qui dolorem ſibi ex mandato dei non dubitauit inferre. Non putetis ſuperfluum quod ab eſſentiarum domino iubebatur: ſicut nec parricidium credidit impium, quod fons præceperat pietatis. *a* ¶ Vt ſit pater omniū credentium per præputiū: ut reputetur & illi ad iuſticiam, & ſit pater circunciſionis: nō his tantū qui ſunt ex circunciſione, ſed & his qui ſectātur ueſtigia fidei &c.] Vt omnes qui ex gentibus credunt, filij ſint Abrahæ: dum & illis ſola fides ad iuſticiā reputatur: Erunt & ipſi circunciſi, ſed corde. Siue quia in præputio iuſtus fuit, ut eſſet incircunciſorum pater, & circunciſus iuſtus permanſit, ut circunciſorum iuſtorū fuerit pater. *b* ¶ Non enim per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius.] Hic em̄ legem ipſam circunciſionem appellat: eo qd' poſſit omne præceptum, lex intelligi. *c* ¶ Vt hæres eſſet

B mundi, ſed per iuſticiam fidei.] Siue ut in ſemine eius, quod eſt Chriſtus, benedicerentur omnes gentes: quæ illi in hæreditatem à patre ſunt datæ. Siue ut cum eo recumbant gentes, in regno cœlorū. *d* ¶ Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides: abolita eſt promiſſio.] Si illi ſoli ut uos uultis circunciſi hæredes ſunt: non impleuit deus promiſſum Abrahæ, ut pater eſſet multarum gentium, & ſi ita eſt, iam uidebitur deo ſine cauſa credidiſſe. *e* ¶ Lex enim iram operatur.] Quia iniuſtis eſt poſita, & magis grauauit peccare uolentes, q̄ abſoluit per ſcientiā cumulando delicta. Si enim cæci eſſetis, peccatum non haberetis. *f* ¶ Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio &c.] Cum ergo fides exinaniri non poteſt, nec promiſſio aboleri, non eſt ex lege hæreditas, ſed ex fide. Lex enim non donat peccata, ſed damnat, & ideo non poteſt omnes gentes filios facere Abrahæ: quia ſecundum quod omnes ſub peccato inuēti ſunt, omnes erant utiq; puniendi. Fides autem dimiſſis per gratiam peccatis, omnes credētes filios efficit Abrahæ: ſiue quia nō eſt qd' præuaricetur, ubi lex nō eſt: ſiue non eſt quod uindicetur, ubi lex neceſſaria nō eſt. *g* ¶ Ante deū cui credidiſti.] Ante deū qui pater eſt omniū credētium. *h* ¶ Qui uiuificat mortuos.] Hic mortuus ad generandum dicit, ut præſenti conueniat cauſæ. *i* ¶ Et uocat ea quæ nō ſunt.] Quāuis & in principio uocauerit quæ non erant, & ſtatim eſſe cœperūt: tamen hic de filij deſperata conceptione ſignificat: quia iam non erant eis tempora generandi. *k* ¶ Qui cōtra ſpem in ſpe credidit.] Contra ſpem naturæ eſt: ut centum annorum homo ex muliere æque iam feſſa, quæ etiam in iuuentute ſterilis fuiſſet: ſemen ſuū ſicut ſtellas cœli crederet eſſe futurū. *l* ¶ Vt fieret pater multarum gentium: ſecundum quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuum.] Qui nec unius filij iā per ſe eſſe poterat pater. *m* ¶ Et non infirmatus eſt in fide.] Quæ rit quomodo Abraham iā emortuo corpore, filios de Cetura generauerat, qui de Sara ante nō potuit? Idcirco de Sara non genuit: quia & ſenex erat & ſterilis: in illa uero quaſi in iuuene, curſu naturæ, facile potuit generare. *n* ¶ Nec conſiderauit corpus ſuū emortuū: cū ferè centū eſſet annorū, & emortuā uuluā Saræ.] Nihil naturæ conſiderat fides: quia omnipotentem nouit eſſe qui dixit. *o* ¶ In repromiſſione etiā dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide.] Nec de ſe, nec de ſene

D ctutis impoſſibilitate nec de ꝓmiſſiōis magnitudine dubitauit. *p* ¶ Dās gloriā deo, pleniſſime ſciēs: quia quæcunq; promiſit deus, potens eſt & facere.] Tanq; de repto gratias agens. *q* ¶ Ideo & reputatū eſt illi ad iuſticiam.] Quia tam perfecte & firmiter credidit. *r* ¶ Non eſt autē ſcriptum tantū propter ipſum: quia reputatū eſt &c.] Non ut eius ſolum fidem ſciremus, qua domino placuit: qui ideo etiam tentatus eſt, ut & ipſe ſe noſſet, & nos ſequeremur. *ſ* ¶ Credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis.] Si tam perfecte crediderimus Chriſtum à mortuis reſurrexiſſe: quomodo ille credidit corpus ſuum poſſe ad generandum uiuificari iam mortuum. *t* ¶ Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrā.] Qui morte ſua, noſtra peccata abo leuit, & in ea qualitate qua mortuus eſt, neceſſario reſurgens apparuit: ut iuſticiam credentium confirmaret.

Vt ſit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iuſticiam, & ſit pater circūciſionis, non his tantum qui ſunt ex circunciſione, ſed & his qui ſectantur ueſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Nō enim per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius, ut hærēs eſſet mundi: ſed ꝑ iuſticiā fidei. Si enim q̄ui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, neq; præuaricatio. Ideo ex fide ut ſecundū gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. Non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt pater omniū noſtrum: ſicut ſcriptum eſt: Quia patrem multarum gentium poſui te, antē deum cui credidiſti, q̄ui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non ſunt, tanq; ea quæ ſunt. Q̄ui contra ſpem in ſpe credidit, ut fieret pater multarum gentium: ſecundum quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuū ſicut ſtellæ cœli, & tanq; arena maris. Et nō infirmatus eſt in fide: nec conſiderauit corpus ſuum emortuū: cum ferè centum eſſet annorum, & emortuam uuluam Saræ. In reprōmiſſione etiam dei non hæſitauit diffidentia, ſed cōfortatus eſt fide: dans glōriam deo, pleniſſime ſciens, quia quæcunq; promiſit deus, potens eſt & facere. Idēo & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Nō eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum: quia reputatum eſt illi ad iuſticiā, ſed & propter nos quibus reputabitur, crēdentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis, q̄ui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Cap. V.

IVſtificāti igitur ex fide, pācem habeamus ad deum per

CAP V.

IVſtificati igitur ex fide.] Pertractata cauſa quare nemo eorum ex operibus iuſtificatus ſit, ſed omnes ex fide: quod exemplo Abrahæ probat: cuius ſe filios eſſe ſoli Iudæi putabant: oſtendit ratione quod non genus nec circunciſio, ſed fides faciat filios Abrahæ: qui ex ſola prima fide iuſtificatus eſt. Qua ratione concluſa, pacem eos habere hortat: quia nemo ſuo merito, ſed omnes æqualiter de gratia ſunt ſaluati. *x* ¶ Pacē habeamus ad deū &c.] Vel ſubiecti ſimus utriq; deo: ſiue pacem dei non

tantum

per dominum nostrum Iesum Christum: p̃r quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam in q̃a stamus,& gloriam̃ur in spe gloriæ filiorum dei. Nō solum autem,sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem:prōbatio uero spem. Spes autem nō confundit: q̃ia charitas dei diffusa est in cordibus nostris p̃r spiritū sanctum, qui datus est nobis. Vt quid ẽnim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tẽpus, prō impijs mortuus est? Vix enim prō iusto quis moritur:nā̃m pro bono forsitan qs audeat mori. Cō̃mendat autem charitatē suam deus in nobis: quōniam si cū adhuc peccatores essemus, secundū tempus Christus prō nobis mortuus est:multo igitur magis iustificati nunc,in sangu̇ine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si ẽnim cum inimici essemus, recōciliati sumus deo per mortem filij eius: multō magis recōciliati, salui erimus in uita ipsius. Nō solum autē, sed & gloriamur in deo per dominū nostrum Iesum Christum,per quem nunc reconciliationem accepimus. Prōpterea sicut per unum hominem

A tantum seculi habeamus. *a* ¶ Per quem & accessum habemus per fidem in gratia ista.] Per quem accessimus prope, qui eramus longe. *b* ¶ In qua stamus.] Qui ante iacebamus. *c* ¶ Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.] Gloriamur nos sperare filiorum dei gloriam posseſſuros. Tantū̇q; est quod speramus, quātum ex se nullus auderet,ne non spes, sed blasphemia putaretur:eo quod multis pro sua magnitudine incredibile uideatur. *d* ¶ Nō solū autem, sed & gloriamur in tribulationibus:scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem.] Non solum in gloriæ spe,sed etiā in saluberrimis tribulationibus gloriamur, magnitudinem p̃mij cognoscentes: sicut Iacobus ait: Omne gaudium existimate fratres, & reliqua. Vnde & gaudere debem⁹ aliquid pati pro nomine dei, ut acquiramus de tribulatiōe finiēda præmium infinitū. Considerationeenim præ
B mij, nullū possumus cōdignum æstimare laborem. Nam & scimus homines propter aurum ultro se ad bestias deputare: quod tamen in æternum non poterunt possidere: quanto magis nos exemplo apostolorum in tribulationib⁹ gaudere debemus? Quæ quidem cum sint temporales, æternā salutem acquirunt,& à doloribus liberant sempiternis. Cum multi propter spem paruæ salutis,& curam corporis,maximos iustinuerint cruciatus:nec tamen perfectam possunt consequi sanitatem: quæ etiam si prouenerit, paulopost morte intercedente soluetur. Habemus ergo unde honeste & sine periculo gloriemur. Magna em̃ gloria est de imis ad summa crescere: de nihilo ad maxima peruenire: de limo ad cœlum, & de seruitute uocamur ad regnum:si tamen omni seculi gloria & iucunditate contempta: in illo solo quod nobis promittitur, gloriemur. Quod & si feceritis, tale est,quale si quis nummo plumbeo cōtempto, gemmam regiam consequatur:quanquam nec sic sit digna comparatio: quia quamuis hic precium distet,tamen manet utriusq; corruptio: ibi uero incorruptibilibus corrupta, & æternis caduca mutantur. *e* ¶ Probatio uero spem: spes autem non confundit.] Spes futurorum omnem confusionem expellit. Vnde probatur nō habere spem, qui præceptis confunditur Christi. *f* ¶ Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris.] Magnitudo beneficiorum excitat in se magnitudinem charitatis: quæ perfecta confidit, & timere nō nouit. Item manifēste hoc ostendit: quia quæcunq; hominibus à deo patre donantur, per spiritum sanctū tribuuntur. *g* ¶ Per spiritum sanctum,qui datus est nobis.] Quomodo nos deus diligat,ex hoc cognoscimus: quia non solum nobis per filij sui mortem peccata dimisit,sed & spiritum sanctū nobis dedit, qui iam ostendat gloriā futurorum. *h* ¶ Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus.] Vt quid indebite pro nobis mortuus est, nisi ut manifestaret suam charitatem: cum adhuc peccatorū & scelerum languoribus premeremur? *i* ¶ Secundum tempus.] Secundum tempus infirmi, quo iam defecerat pene iusticia. Siue quia ultimo tempore passus est Christus: siue ad tridui tempus ut prædicebatur est mortuus. *k* ¶ Pro impijs mortuus est.] Vult ostēdere, quia pro impijs mortuus est: ut ex beneficiorū contemplatione eius gratiam commendaret, & in mercato delicti, quantum eum debeamus diligere, demonstraret,& tanto beneficio & sancto, an aliquid præponendum sit, uideremus: cum ille nobis impijs nec uitam suam præposuerit: ne necessariam nobis denegaret mortem. *l* ¶ Vix enim pro iusto quis moritur.] Ideo pro iusto difficile morī, quia iustus non habet mori. Pro morituro em̃ forte moritur alter.

C

m ¶ Nam pro bono forsitan &c.] Bonus ipse est, qui & iustus. Dicit em̃ alibi: Mandatum sanctum,& iustum & bonum. Forsitan autem, hoc est, tam facile audeat, ne illi iniuria fiat. Rom.7.c

D

n ¶ Commendat autem charitatem &c.] Amabilem facit,cū insinuat quantum nos diligit.quādo enim indebite aliquid præstatur, tunc maxime charitas commendatur. Quid enim tam indebite, q̃m ut sine peccato dominus pro seruis impijs moreretur, & uniuersitatis conditor dignaretur apparere in homine & contemni pro reparatione propriæ creaturæ. *o* ¶ Quoniā si cum adhuc peccatores essemus.] Notandum quod plerunq; Apostolus credentes iam in Christo fuisse peccatores,dicens:iam non esse significat: ut qualiter se exhibere debeant,recognoscāt. *p* ¶ Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc.] Si peccatores tantum dilexit, quanto magis custodiet iustos? *d* ¶ In sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.] Non animalium, sicut in lege. Caueamus ergo, ne peccando eum pollutū dicamus: sicut dicit ipse Apostolus ad Hebræos. *r* ¶ Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus &c.] Peccatores inimici sunt cōtemnendo: sicut dicit Apostolus: Scitis quia amicitia huius mūdi inimica est deo: Quicunq; enim uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cognoscit. Inimici ergo actibus,non natura. Reconciliati autem, quia cōciliati naturaliter fueramus. *s* ¶ Multo magis reconciliati &c.] Si per mortem Christi saluati sumus: quanto magis in eius glorificabimur uita, si eā fuerimus imitati? *t* ¶ Non solum autem sed & gloriamur in deo per dominū nostrum &c.] Non solum nobis uita dabitur sempiterna, sed etiā quædam similitudo per Christum promittitur diuinæ gloriæ:sicut dicit Apostolus Ioānes: Nondum apparuit quid erimus, quoniā cum apparuerit, similes ei erimus. *u* ¶ Propterea sicut per unū &c.] Si per unum hominē Euam, peccatum intrauit in mundum: insaniunt qui dicunt: antec̄ deceperit diabolus Euam,peccatū fuisse in mundo. Item hic ostendere uult propterea Christum passum: ut qui sequentes Adam discesseramus à deo,per Christum reconciliaremur deo. 1.Ioan.3.a

¶ In hunc

A 4 ¶ In hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum, mors.] Exemplo, uel forma: Quomodo cum non esset peccatum, per Adam aduenit: ita etiam cnm penè apud nullum iusticia remansisset, per Christum est reuocata. Et quomodo per illius peccatum, mors intrauit: ita & per huius iusticiã, uita est reparata: futura, non præsens.

b ¶ Et ita in omnes homines mors pertransijt.] Dum ita peccant, & similiter moriuntur. Nõ enim in Abraham, & Isaac & Iacob pertrãsijt: de quibus dicit dominus: Omnes enim illi uiuunt. Hic autẽ ideo dicit omnes mortuos: quia in multitudine peccatorũ non excipienẽ pauci iusti, sicut ibi: Non est qui faciat bonũ: nõ est usq; ad unũ. Et omnis homo mendax. Siue in eos omnes pertrãsijt: qui humano, non cœlesti ritu uiuebãt. Itẽ nunc Apostolus mortem animæ significat: quia Adam præuaricãs mortuus est: sicut & ꝓpheta dicit: Anima quæ peccat, ipsa morietur. Transiuit enim & omnes homines, qui naturalem legẽ præuaricati sunt.

Rom.14.b
2.Cor.5.c
Psal.52.d
Ezech.18.c

c ¶ In quo omnes peccauerunt.] Hoc est, in eo quod omnes peccauerunt, exemplo Adæ peccant. d ¶ Usq; ad legem enim peccatum erat in mundo.] Lex peccati uindex aducnit: ante cuius aduentum liberius uel præsentis uitæ longitudine fruebantur. Erat quidem ante legem peccatum sed non ita putabatur esse peccatũ: quia iam penè obliteratũ fuerat in natura. Item dicens: Usq; ad legem, Moysi significat. Inferens autem, peccatũ non imputatur cum lex non est: naturalem iterum ostendit legem, per quam præuaricatus est Cain, & post ipsum qui naturalem legem præuaricati sunt. e ¶ Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.] Quomodo mors regnabat, si non imputabatur peccatum? nisi subaudias, in præsenti non imputabatur. f ¶ Sed regnauit mors ab Adam, usq; ad Moysen.] Siue dũ non esset qui inter iustum & iniustum ante distingueret, putabat se omnibus dominari. Siue non solũ in eos qui præceptum sicut Adam trãsgressi sunt: Hoc est de filijs Noe:

Gen.9.d

quibus iussum est, ne animã in sanguine manducarent: Et de filijs Abrahæ, quibus circuncisio mandata est: sed etiam in eos qui sine præcepto legem contempsere naturæ. g ¶ Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.] Hi sunt qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt: qui per naturalem legem transgressi sunt, & non sicut Adam per mandatum h ¶ Qui est forma futuri.] Siue ideo forma fuit Christi: quia sicut Adam sine coitu à deo factus est: ita ille ex uirgine spiritu sancto operante processit. Quidam dicunt forma econtrario, hoc est: sicut ille peccati caput, ita & iste iusticiæ. Item forma Christi Adam factus est. Sicut enim Adam primus mandatũ dei præuaricans exemplum est, legem dei præuaricare uolentibus: sic & Christus uoluntatem patris complens, exemplum est imitari eum cupientibus. i ¶ Nam non sicut delictum, ita & donum.] Ne in forma, æqualitas putaretur. k ¶ Si em̃ unius delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit.]

hominem, in hũnc mundum peccatum intrauit, & per peccatum, mors: & ita in õmnes homines mors pertransijt: in quõ omnes peccauerunt. Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adam, usq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Nam non sicut delictum, ita & donum: Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: grãtia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iusticiæ, accipientes in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iusticiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti cõstituentur multi: Lex autem subintrauit

l ¶ Et non sicut per unum peccatum, ita & donum.] Sed amplius. m ¶ Nam iudicium quidẽ ex uno in condemnationẽ.] Ex uno iusto peccante, processit iudicium mortis. n ¶ Gratia autem ex multis delictis ī iustificationẽ.] Quia non inuenit Adam multã iusticiam quam suo exemplo destrueret: Christus autẽ gratia sua, multorum peccata dissoluit. Et Adam solam formam fecit delicti: Christus uero & gratis peccata remisit, & iusticiæ dedit exemplum. o ¶ Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abũdantiam gratiæ & donationis & iusticiæ accipientes in uita, regnabunt per unum Iesum Christum.] Quare multa peccata dimisit, abundantia donationis spiritus sancti: quia multa sunt dona. Ipsa enim iusticia donatur per baptismum, non ex merito possidetur. p ¶ Igitur sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iusticiam in omnes homines in iustificationem uitæ.] Mors regnauit: subaudiatur, ita & per iustificationem gratia regnauit. Itemq; superius dicit: Nunquid iniquus deus qui infert iram? Et adiecit: Absit: quomodo potest unius delicto Adæ, omnes homines condemnare, cum nec unius Christi iusticia, omnes homines iustificati sunt? Omnes autem dicens non generaliter dicit: sed uniuscuiusq; partis significat multitudinem. Alioquin inueniuntur omnes homines iustificati in Christo, sicut & in Adam condemnati, & non erit ultra qui puniatur. q ¶ Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi.] Sicut exemplo inobedientiæ Adæ, peccauerunt multi: ita & Christi obedientia iustificantur multi. Grande enim crimen inobedientiæ est, quod tantos occidit. r ¶ Lex autem subintrauit: ut abundaret delictum.] Quia naturalem legem habentes Hebræi & scribæ acceperunt: propterea dicit: subintrauit. Ipsi enim ad maiorem mercedem accipientes legem, per suam negligentiam non custodientes, in maius cecidерunt: ne dicerent, sed nobis lex peccatum dimisit, non, inquit, uenit dimittere, sed demonstrare delicta. Et dum scienter peccatur, cœpit abundare delictum: quasi si diceret: ut uideo lex peccatum non abstulit, sed adiecit: non tamen suo uitio sed illorum, subintrauit, hoc est, subito intrauit, & ita cõtigit ut abundaret delictum

A delictum. *a* ¶ Vbi autem abundauit delictum, superabūdauit & gratia.] Sicut ait saluator: Cui plus dimittitur, amplius diligit. Manifestata est enim quātitas peccati ut sciretur gratiæ magnitudo, & redderemus competens debitū charitatis. *b* ¶ Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnat per iusticiā in uitam æternā, per Iesum Christum dominum nostrum.] Sicut abundāter conformatū est regnum per contemptum legis: ita & regnum gratiæ confirmetur per multorum remissionem peccatorū, & indesinentem deinceps iusticiæ actionem.

CAP VI.

QVid ergo dicemo? Manebimus ī peccato ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato.] Ne non intelligentes dicerēt: Si gratia crescit in magnitudine delictorū, peccare debemus, ut possit magis ac magis gratia abundare. Absit. Ego de illis dico q̄s ita fides inuenit, non de nobis qui iā mor-
B tui sumus peccato ut gratia uiueremus.
d ¶ Quomodo adhuc uiuemus ī illo?] Vult tam firmū esse baptizatū tanq̄ perfectū. *e* ¶ An ignoratis.] Aut nūquid nescitis ipsum sacramentū baptismatis?
f ¶ Quia quicunq; baptizati estis in Christo Iesu.] Tribus modis baptismū accipitur in scripturis: Aquæ, & spiritus sancti, qui & ignis appellatus est, & sanguinis in martyrio: de quo saluator dicebat: Baptismo habeo baptizari. *g* ¶ In
Luc.12.f morte ipsius baptizati sumus.] Vt illi cōmoriamur in baptismo. *h* ¶ Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.] Ostendit nos propterea ita baptizari, ut per mysteriū consepeliamur Christo, criminibus morientes, & renunciantes pristinæ uitæ: ut quomodo pater glorificatur in filij resurrectiōe: ita & per nostræ conuersationis nouitatem ab omnibus honoretur: ut ne signa quidem ueteris hominis agnoscantur in nobis. Nec enim aliquid uelle aut cupere debemus, quod uolūt aut cupiunt qui nondum sunt baptizati, & quicunq; adhuc ueteris uitæ erroribus implicantur. *i* ¶ Si enim complantati facti sumus similitudini.] Si consepulti sumus nunc, & tunc resurrectionis eius poterimus esse participes: & si fuerimus noui & immutati in cōuersatione, similiter noui & immutati erimus in gloria. *k* ¶ Hoc scientes quia uetus homo noster.] Qui ueterē hominem terrenum Adam imitando peccabant. *l* ¶ Simul crucifixus est.] Per baptismum te crucifixū intellige, qui membrum de corpore eius effectus es. Et ille quidem in noxium corpus appendit, ut tu noxium suspendas à ui-

subintrauit, ut abūdaret delictū. Vbi autē abundauit delictū, superabundauit & gratia. Vt sicūt regnauit peccatū in mortē, ita & gratia regnet per iusticiā in uitā ęternā: per Iesum Christū dominū nostrū. Cap. VI.

QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato: ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato: quōmodo adhuc uiuemus in illo? An ignōratis fratres: quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortē ipsius baptizati sumus? Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriā patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hōc scientes: quia uetus homo noster simūl crucifixus est, ut dēstruatur corpus peccati: ut ultra non seruiamus peccato. Qui ēnim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autē mortui sumus cū Christo: credimus quia simul etiā uiuemus cum illo. Sciēntes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quōd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quōd aūt uiuit, uiuit deo. Ita & uōs existimate uos mortuos quidē esse peccato: uiuentes autem deo, in Christo Iesu. Nōn ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exhibeātis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uōs deo tanquam ex mortuis uiuentes, & membrā uestra arma iusticiæ deo.

Peccatum

est eos qui semel illuminati sunt &c. Quibus non pœnitentiam negat: sed iterationem baptismi diffitetur.
q ¶ Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.] Quia ipse peccata nostra portauit, & pro nobis doluit, ne de cætero peccaremus. *r* ¶ Quod autem uiuit, uiuit deo.] Viuit in gloria deitatis. *s* ¶ Ita & uos existimate, uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.] Quasi membra eius semel uos scitote commortuos debere iam semper uiuere deo in Christo: in quo uita nostra abscondita est apud deum, quem induti, eius sequamur exemplū. *t* ¶ Non regnet peccatum in uestro mortali corpore: ut obediatis concupiscentijs eius.] In corpore mortali, uiuite ut immortales. Et quomodo regnet peccatum in corpore, exposuit, per obedientiam scilicet & consensum.
u ¶ Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato.] Vnumquodq; membrum si officium suum in malos usus uerterit, arma iniquitatis efficitur ad iusticiam expugnandam. Simul notandum, quod homo membra sua cui uelit parti exhibeat per arbitrij libertatem. *x* ¶ Sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes.] Tanquam qui iam resurrexistis: quia tunc nec carnaliter uiuitur nec peccato. *y* ¶ Et membra uestra arma iusticiæ deo.] Vt oculus qui ante uidebat ad concupiscendum: nunc uideat nudum ad uestiendum. Sic de reliquis membris aduerte.

A ¶ Peccatum

C

bimus mortem. Siue iam non potestis iterum baptizari: quia Christus non potest pro uobis iterū crucifigi: sicut dicit ad Hebræos: Impossibile Heb.6.d

D

Pęccatum enim uobis nō dominabitur. Non ẽnim ſub lege eſtis ſed ſub gratia. Quid ergō? Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub grātia? Abſit. An nẽſcitis quoniã cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum: ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſticiam. Grātias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autẽm ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſticiæ. Humānum dico propter infirmitatẽ carnis ueſtræ. Sicūt enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationem. Cūm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſticiæ. Quem ergō fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nūnc uero liberati à peccato: ſerui autem facti deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem: finem uero uitam æternam. Stipendiā enim peccati mors: grātia autem dei uita æterna, in Chriſtō Ieſu domino noſtro. Cap. VII.

ANignorātis fratres: ſcientibus enim legẽ loquor: quiā lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nām quæ ſub uiro eſt mulier: uiuente uiro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt à lege uiri. Igitūr uiuente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio uiro. Itaq; fratrēs mei & uos mortificati eſtis legi per cōrpus Chriſti, ut ſitis alterius: qui ex mortuis reſurrexit ut fructificetis

A a ¶ Peccatum enim in uobis non dominabitur.] Non uos uincet peccatum. Non enim eſtis paruuli ſed perfecti: quaſi pædagogus puero, noli facere uitiū ſermonis. Non enim adhuc audis grāmaticum ſed oratorem: ſiue non debet dominari. Item non quia impoſſibile ſit peccare his qui gratiam acceperūt: ideo dicit peccatū in uobis non dominabit. b ¶ Nō enim ſub lege eſtis.] Sed bene ſciens quia hi q ſub gratia ſunt, alieni ſunt à multis & à diuerſis præceptis legis, & aboneribus eius: quæ data eſt propter duritiam cordis Iudæorum: ut
Leuit.14 eſt illud: Leproſam domum deſtruere & longe à ciuitate in locum immundū proij cere. Qui enim participes ſūt Chriſti gratiæ, didicerunt quem admodū oportet uincere paſſiones, & deū
Deut.6.a diligere ac proximū ſuum: ſicut ſcriptum eſt: Nō enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia: gratiā uincendi & doctrinæ præbuit exemplum. c ¶ Quid ergo? Peccabituus: quo
B niam nō ſumus &c.] Ne dicerēt: Ergo ceſſante uindicta legis, impune peccamus. d ¶ Sed ſub gratia. Abſit.] Si peccatis, ſub gratia non eſtis. e ¶ An neſcitis, quoniā cui exhibetis uos ſeruos ad obediendū ſerui eſtis eiꝰ cui obediſtis: ſiue peccati ad mortē: ſiue obeditionis ad iuſticiā.] Si uolueritis peccatis ſeruire, incipietis ſententiæ legis ſubiacere, quæ uindicat in peccantes: ſi autem iuſticiæ obedieritis, non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. f ¶ Gratias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati.] Fuiſtis, inquit, ſed non eſtis. g ¶ Obediſtis aūt ex corde in ea forma doctrinæ in qua traditi eſtis.] Ex corde dicit, hoc eſt fideliter. h ¶ Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſticiæ.] In doctrina & exemplo Chriſti, qui non ſolum peccata, ſed etiam occaſiones auferre docuit delictorum. i ¶ Humanum dico propter infirmitatem carnis ueſtræ.] Humanum dico: quia nondum ad plenum poteſtis audire diuinum. Cum enim multo magis debetis ſeruire iuſticiæ quàm peccato cui ante ſeruiſtis: ego tamē concedo infirmitati ueſtræ ut tantum iuſticiæ ſeruiatis. Siue ita: humana iā ratione digna loquor, quod omnes mecum ſentire poſſent, & nullus abnuere. k ¶ Sicut enim exhibuiſtis mēbra ueſtra ſeruire &c.] Quia quicquid anima carnaliter gerit, carnaliter deputātur: ſi autem caro ſpirituale opus faciat, totus homo efficitur ſpi-
Sap.9.d ritualis: ut eſt illud: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Nos exhibuimus membra noſtra ſeruire peccato: non ſicut Manichæi dicunt: naturam corporis inſertum habere peccatum. l ¶ Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſticiæ.] Hoc eſt in nullo ei pentus ſeruientes: ita & nunc liberi eſtote ab omni peccato. m ¶ Quem ergo fructum habuiſtis &c.] Nullus ſine dubio fructus eſt in ea re quæ per pœnitentiam erubeſcitur: Omnis enim qui cognoſcit bonitatem, in priſtinis actibus erubeſcit: qui cunq; autē erubeſcit iuſticiam, fructū eius ignorat. Ergo q peccant, nec in præſenti aliquem fructum habent, & mortem perpetuam in futuro percipient: Qui uero ſeruiunt domino, & in præſenti fructum habent donum ſpiritus ſancti, & in futuro uitam æternam. Aliter. Qualem fructum in actione illius rei habuiſtis: in cuiꝰ etiam etiā recordatione uerecūdia eſt? n ¶ Nūc uero liberati à peccato, ſerui autem facti deo: habetis fructum ueſtrum in ſanctificatione: finem uero uitam æternam.] Hoc ipſum ideo fructus eſt, quod uiuetis ſanctificati p baptiſmū. o ¶ Stipendia peccati mors.] Qui peccato militat, remunera- D
tionem accipit mortem. Item præmium quod offert ad deceptionem noſtrā hoc mors eſt. p ¶ Gratia autē dei uita æterna.] Non dixit ſimiliter, ſtipēdia iuſticiæ: quia non eſt antecēdre muneratur in nobis. Non enim noſtro labore quæſita eſt, ſed dei munere condona

ta. q ¶ In Chriſto Ieſu domino noſtro.] Eſt ſiue gratia ſiue uita. Cap. VII.

AN ignoratis fratres: ſcientibus enim legem loquor.] Hic incipit difficultatē legis oſtendere, ut illos horteţ tur ad gratiā ſine eius timore tranſire. ſ ¶ Quia lex in homine dominat̃ &c.] Homo: ſiue lex homini. t ¶ Nā quæ ſub uiro eſt mulier, uiuente uiro alligata eſt legi: Si autem mortuus fuerit uir eius &c.] Comparatione legis, mandatū uirum appellat: ut oſtendat legem ſine effectu uindictæ quaſi mortuam, nobis iam mortificatis impedire nō poſſe: quo minus ex integro ad Chriſtum qui reſurrexit à mortuis tranſeamus: qui merito nobis uiueret, ſi inueniſſet q̃d punire poſſet in nobis. u ¶ Igitur uiuente uiro uocabitur adultera ſi fuerit cum alio &c.] Quamdiu uiuit uir, tamdiu illi ſecundum eius ſolius neceſſe eſt uiuere uoluntatem: cum aūt illo mortuo, alio uiro mulier fuerit copulata, iam non illi ſecundum prioris uiri conſuetudinē eſt uiuendum. x ¶ Itaq; fratres mei & uos mortificati eſtis legi.] Noluit iuxta comparationem, legem illis dicere mortuam: ſed quod uerbis eis dicere nō audebat, intellectui dereliquit. y ¶ Per corpus Chriſti, ut ſitis alterius uiri, qui ex mortuis reſurrexit: ut fructificetis deo.] Cōmoriendo Chriſto, qui damnauit peccatum

fructificetis deo. Cum enim essemus in cărne:passiões peccatorum quæ per legem erant,operabătur in membris nostris, ut frŭctificarent morti. Nunc ăutem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ităut seruiamus in nouitate spiritus,& nō in uĕtustate literæ. Quid ĕrgo dicemus:Lex peccatum est? Absit. Sed peccătum non cognoui,nisi per legem.Nam concupiscĕntiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasionĕ autem accepta,peccatum per mandatum operatum est in me omnĕm concupiscentiam. Sinĕ lege enim pĕccatum mortuum erat. Egŏ autem uiuebam sine lege aliquando. Sĕd cum uenisset mandatū, peccătū reuixit. Egŏ aŭt mortuus sum, & inuentŭm est mihi mandatū quod erat ad uitā, hoc esse ad mortē. Nam pĕccatum occasione accepta per mandatū seduxit me,& per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonū. Quŏd ergo bonum est,mihi factum est mors? Absit. Sĕd peccatum ut appareat peccatum,per bonum operatū est mihi mortē,ut fiăt supra modum

A peccatū in carne. *a* ¶ Cum enim essemus in carne,passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris.] Cum essemus in carnali conuersatione,passio concupiscentiæ operabatur in oculis,& in cæteris membris cæteræ passiones: quæ tamē per legem ostendebātur esse peccata. Itē in carne est: qui uoluntate carnis ducitur, & legi dei obedire prohibetur: quia non potest duobus dominis seruire. Nunc autē gratia spiritus sancti, docti passiones uincere, in carne non sumus: quia mortui sumus legi, quæ doctrinam gratiæ non continet. *b* ¶ Vt fructificarent morti.] Vt nos legis seueritas interficeret. *c* ¶ Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur.] Moriētes peccato,in quo detinebamur à lege. *d* ¶ Ita ut seruiamus in nouitate spiritus.] Spiritualis gratiæ præceptis & nō literæ legis. Itē seruitus noua est, non diligere mundū neq; ea quæ sunt in

B mundo, & carnis curam non facere in concupiscentijs. Lex enim bona terræ promittens, nutrire nouit amatorum carnis desideria.Iuste hic discipuli Iesu legi mortui sunt, quoniam mundo abrenunciauerunt. *e* ¶ Et non in uetustate literæ.] Nunc scriptæ & naturalis legis facit mentionem: quia scripta lex & naturalem continet. Infert autem dicens: Nam concupiscentiam nesciebam nisi per legem.Personam iuuenis sumit,ostendere uolēs: quia quamdiu sumus infantes,omnino quid sit cōcupiscentia ignoramus. Cum aūt crescere cœperimus,initiū accipit concupiscentia quæ à lege prohibita est in nostrā peruenire noticiā,cum iam possimus discernere bonum & malum. *f* ¶ Quid ergo dicemus? Lex peccatū est.] Quia ab eo semper mortem dixerat esse solutam. Item exhinc uult ostendere:quoniam nō custodiendo legem, non fuit legis infirmitas,sed humanæ uoluntatis. Dicendo aūt.Peccatum non cognoui nisi per legem:personam pueri assumit, qui per ætatis infirmitatē legi obnoxius non est:sed ubi adoleuerit, sub lege esse incipit & mandata cognoscere. *g* ¶ Absit.] Cōtra Manichæos. Quod si dixerint, timuit scandalū:semper ergo timuit, & nunquam contra legem locutus est. Vnde ergo uos audistis, quod ille non fecit? *h* ¶ Sed peccatum non cognoui nisi per legē.] Hic in persona eius hominis loquitur qui legem accipit:id est, qui primum dei mādata cognoscit: cum cōsuetudinem habet delinquendi. *i* ¶ Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces.] Non dixit: non habebam aut non faciebam, sed nesciebam: hoc est nesciebam concupiscentiam esse peccatum. Item sicut lumen in tenebris uel offendiculū uel foueam ostendit, similiter & lex præcauendum & obseruandum esse à peccatis, facit noticiam peccatorū, & per hoc legem sanctam & bonam esse dicimus. *k* ¶ Occasione autem accepta peccatum per mandatū operatum est in me.] Hic peccatum diabolum appellat: sicut in Apocalypsi nominatur:scilicet autor peccati. Dicit ergo occasionem mādati: quod excusationem ignorantiæ abstulit. Grauius enim facit q̄s ante peccare:sicut omnis inuidus tunc magis occasionē nocēdi amplectitur: quādo aliquid cōmittitur ei cui ille molitur insidias. *l* ¶ Omnem concupiscentiam.] Quæ fuerat lege prohibita. *m* ¶ Sine lege enim.] Penè lex in obliuione erat naturalis, quæ suggerebat quid sit peccatum: id circo lex literæ superducta est:ut cōmoneret oblitos. Itē si cum lex non esset, peccatū mortuū est: Insaniūt qui de Adam per traducē asserunt ad nos uenire peccatū. Propterea hic dicit peccatum mortuū est:quia in infantibus qui sine lege sunt, nō uiuit,id est impune cōmittit. Nam maledicēte infante, parentibus uidetur esse peccatum, non tamē uiuum sed mortuū. *n* ¶ Peccatū mortuū.] Puer licet peccet, mortuum est in eo peccatū: qa nō est legi subiectus. *o* ¶ Ego autem uiuebam &c.] Quasi iustum & liberum uiuere me putabam: siue in præsenti uiuebam. Item, cum autē puer

C esset, legi obnoxius non eram. *p* ¶ Sed cum uenisset mandatū.] In fine obliuionis recognitū est peccatum aduenientе mādato:ut omnis qui illud fecerit,mortuum se esse cognoscat. *q* ¶ Peccatum reuixit.] Vbi adoleui & cœpi esse sub lege, & delictum, quod cum essem puer per ignorantiam erat in me mortuum,reuixit in me lege dominăte. Ita ergo,inquit,mandatū quod erat ad uitam datum,hoc mihi in mortē inuentum est pueritiæ consuetudine & more peccandi.Item, quia uixerat per naturalem scientiā & mortuū fuerat per obliuionem, ideo dicitur reuixisse per legem. *r* ¶ Ego aūt mortuus sum.] Quia sciens præuaricaui. *s* ¶ Et inuentū est mihi mandatum quod erat ad uitam,hoc esse ad mortē.] Quod custoditū proficiebat ad uitam, neglectū duxit ad mortem. Item pœnam mortem dicit,quam nobis peccatum per deceptionem suam acquisiuit:ostendens temporalia & terrena quæ putantur esse bona,& legem præuaricare suadens, quæ uitam æternam facientibus repromittit. *t* ¶ Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me &c.] Contra impugnatores legis, & contra eos qui iusticiam à bonitate secernunt: lex & sancta & bona dicitur & iusta. Nisi,inquit,abundauerit iu- *Matth.5.d*
sticia uestra. Sed & deus nonnunq; in ueteri instrumento bonus,& in nouo dicitur iustus. Pater iuste,ait domi- *Ioan.17.d*
uus. Contra Marcionistas hic locus facit. *u* ¶ Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit:] Non mihi ipsa causa mortis extitit, sed ego qui peccādo inuenio mortem. *x* ¶ Sed peccatū ut appareat peccatum, &c.] Per bonum legis reuelatur peccatū & ab ipsa punitur. Item uult ostendere qualiter infantis qui ante sine lege erat, cum cœperit adolescere, & à parentibus nihilominus prohiberi,peccatum incipiat apparere. Apparet autem cum illud uitare didicerit. Ipsum enim peccatum si in proficiente ætate, non solum non abscinditur sed augetur, supra modum peccās efficitur dum iam ueniam non meretur. *y* ¶ Vt fiat supra modū peccans.] Ante legem modum habebat per ignorantiā: supra modum

A est cum scienter admittitur. Item hoc dicit: quoniam peccatum cum per ætatem obnoxium non erat adolescenti ætati: dominãte sibi lege commissi reputatur in culpam: factum est ultra modum peccatum. *a* ¶ Peccatum per mandatum.] Nunc ex persona eius qui ætatem legiti-

mã habet, sermo profertur. Qui enim dicit: Quia lex spiritualis est: ipse sum conde-mnat propria uoluntate peccante. Vnde adiecit: Ego autẽ carnalis sum, uenundatus sub peccato: ut ostẽdat, quia cum esset liber, ipse se uenundedit peccato. Quid enim iterũ dicit. Qđ enim operor non intelligo, hoc est nolens discernere nocere, uolens noceo. Aliena desidero, in eis fraudare non optãs: hoc enim ostendit, dicens: Non enim quod uolo ago: hoc est mihi bonum fieri, sed quod odi illud facio: similiter intelligitur, mihi malũ fieri. Si eñ quod nolo mihi malum fieri hoc facio: consentio legi, qa bona est: præcipiens quod tibi fieri non uis, alij non feceris. *b* ¶ Scimus enim q̃d lex spiritualis est.] Quæ spiritualia mandat.

c ¶ Ego autem carnalis sum. Ego quamcunq; legem accipio, & carnaliter uiuere consueui. *d* ¶ Venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo.] Proposito peccato, ut si consilium eius accepero, ipsius seruus efficiar, sponte memetipsum subijciens: etiam quasi inebriatus cõsuetudine peccatorum ignoro quid facio. Quod enim operor non intelligo. Siue ita pronunciandum: ego non intelligo malum esse quod inuitus admitto, cum malum nolo facere quod cõmitto: utiq; cum lege sentio: quæ mala & non uult & prohibet. Potest autem & intelligi: Si pecco, legis seueritati meipsum subijcio. Item inuenitur peccare qui uoluntati carnis inseruit.

e ¶ Si autem quod nolo illud facio &c.] Si ea quæ lex præcepit contraria uoluntati carnis, custodire uoluero, secundum carnem quod nolo illud facio: secundum uero uoluntatem spiritus, legi dei spirituali atq; bonæ conuenio. *f* ¶ Nunc autem iam non ego operor illud.] Ante cõsuetudinem ergo libens ego ipse faciebam. Item dicens: Iam non ego operor illud: ostendit quia non est hominis rationalis, irrationalium animaliũ ritu uiuendum. Inferens autem, quod habitat in me peccatum: docuit quia totũ se tradiderit passionibus carnis, quæ deo sunt inimicæ. *g* ¶ Sed quod habitat in me peccatũ.] Habitat quasi hospes, & quasi aliud in alio: non quasi unũ: ut accidentia scilicet non naturalia. *h* ¶ Scio enim quia non habitat in me: hoc est in carne mea bonum.] Non dicit: Non est caro mea bona. Item hoc ex persona eius dicitur: qui peccandi consuetudinem habet, & carnis uitijs tenetur obnoxius. *i* ¶ Nã uelle adiacet mihi.] Est uoluntas, sed non est effectus: quia carnalis consuetudo uoluntati resistit. Item uolũtas carnis amatur magis q̃ dei. Ideo dicit: uelle adiacet mihi, ut id quod mihi bonum fieri uolo non perficiam proximo: nam quod odi C
pati, illud facio. *k* ¶ Perficere autem bonum non inuenio.] Non uideo facere. *l* ¶ Non enim quod uolo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.] Sicut uerbi gratia, si quis iam deuorare consueuit, etiam cum non optat incurrit. *m* ¶ Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod.] Non ego qui inuitus sed cõsuetudo peccati: quã tamen necessitatẽ mihi ipse paraui. *n* ¶ Inuenio igitur legẽ uolenti mihi facere bonum.] Si ego uolo, inuenio mihi legem bonum facere contra adiacens malũ. Item hoc est qđ ait, secundum animæ uoluntatem bonũ uelle sefacere: adiacere sibi malum iuxta desideria carnis. *o* ¶ Quoniã mihi malũ adiacet.] Quod dicit: Quoniã mihi malum adiacet: ostendit quia nõ per necessitatem peccat: sed propria uoluntate ducitur ad peccatum, cũ uult esse carnis amator. *p* ¶ Cõdelector eñ legi dei secundũ interiorẽ hoD minem.] Consentio legi secundũ mẽtem. Item interior homo noster rationalis & intelligibilis est anima quæ consentit legi dei. Lex enim eius est rationabiliter uiuere, & nõ duci irrationabilium animaliũ passionibus. Exterior uero, est corpus nostrũ. Eius aũt lex prudentia carnis est: quæ docet edere & potare, & cæteris uti luxurijs quæ repugnant rationi. Et si superauerint, legi peccati subijciunt. Sic eñ ita est sicut quidã æstimant: quia quod nolumus hoc facimus. *q* ¶ Video aũt aliã legẽ &c.] Desideria cõsueta uel persuasionem inimici. *r* ¶ Repugnantẽ legi &c.] Conscientiæ scilicet naturali, uel legi diuinæ quæ in mente consistit. *s* ¶ Et captiuantem me in lege peccati quæ est &c.] In consuetudinẽ delectorum. *t* ¶ Infelix ego homo quis me liberabit de corpore &c.] Ego qui sic detineor, quis me liberabit de consuetudine mortifera corporali? *u* ¶ Gratia dei per Iesum Christum &c.] Admirabiliter intulit, dicẽs: Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: quia quæ Moyses & naturalis lex non docuit: hæc docuit dominus noster Iesus Christus: contemnere mundum & superare uitia. Vnde beatus Apostolus hoc docet, dicens. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Item quem lex non potuit liberare: nunquid non Paulus nondũ erat dei gratia liberatus? Vnde probatur: quia ex alterius persona hæc loquitur. *x* ¶ Igitur ego ipse mente seruio legi dei.] Recapitulat ut concludat, & rursum in persona eius qui sub lege erat hæc loquitur. *y* ¶ Carne aũt legi peccati.] Homo carnalis duplex est quodammodo & in semetipso diuisus.

B

Cap. VII.

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui nõ secundũ carnẽ ambulãt. Lex enim

Cap. VIII.

Nihil ergo nũc dãnationis &c.] Hic Apostolus, nihil in his dãnatione dignũ esse ait, qui carnis opera crucifixerũt. *a* ¶ Lex eñ spiritus in Christo.] Notãdum quia

A quia gratiam legem appellat. a ¶ Liberauit me à lege peccati & mortis.] Quæ mortificat peccatores.
b ¶ Nã quod impoſſibile erat legi.] Hic oſtendit quoniam lex per infirmitatem carnis non poterat impleri. In eo autem in quo dicit: Deus cum filium ſuum miſiſſet in ſimilitudinem carnis peccati, & propter peccatum miſiſſe demonſtrat, quoniam ante incarnationem erat filius, & ſuſcepta poſtea carne quæ ad peccandum eſſet procliuior, ipſe tamen abſq; peccato eam ſuſceperit. Et idcirco dicitur in ſimilitudinem carnis peccati ſuſcepta carne uenisse, & peccatum in eadẽ carne dãnaſſe: quoniã carnẽ quam ſuſceperat, innoxiam ſeruauerit ab omni contagione peccati. Item legem dicit non præcepta ſacrificiorum, & cætera quæ erant umbra, uſq; ad tempus Chriſti data: ſed illam quam & dominus noſter Ieſus
Matth.7.b Chriſtus docuit, dicẽs: Omnia quæcũq; uultis ut faciant uo-
B bis hoĩes: ſic & uos facite illis. Iſta eſt enim lex & prophetæ. Infirmauerat qua nos uolebamus. Nõ em̃ impoſſibilia mãdata. Vnde filiꝰ dei formã ſerui accipiens, factus eſt homo, ut peccatũ dãnaret in carne, & nos inſtrueret quẽadmodũ oporteat peccatũ damnare in carne: ut iuſtificatio legis impleat̃ in nobis. c ¶ In quo infirmabatur per carnem.] In illis infirmabatur non in ſe. d ¶ Deus filium ſuum mittẽs.] Contra Photinum qui negat filium ante carnem. e ¶ In ſimilitudinem carnis peccati.] Dicens in ſimilitudinem carnis peccati, oſtẽdit eum eandem quidem carnem: ſed abſq; peccato portaſſe. Item hic ſimilitudo ueritatem habet: ſicut Adam genuit ad ſimilitudinẽ ſuam. Similem ergo cæteris hominibus carnem dominus deus noſter Ieſus Chriſtus aſſumpſit. f ¶ Et de peccato damnauit peccatum &c.] Quaſi ſi dicas: de hoſte expugnauit hoſtem: Siue ſicut hoſtias quæ pro peccato offerebant in lege, peccati nomine uocant, cum ipſi delicta neſcirent: ſicut ſcriptum eſt: Et imponent manus ſuper caput peccati ſui. Sic & Chriſti caro quæ pro peccatis noſtris oblata eſt, peccati nomen accepit. Quidam aũt dicũt quod pecato Iudæorum quod dominum occiderunt, peccatum diaboli quod hoſtem deceperat per hominẽ condemna
Heb.2.d rit: ſicut ad Hebræos dicit: Vt per mortẽ deſtrueret eum qui habebat mortis imperium. Siue de illius carnis ſubſtantia quæ ante ſeruiebat peccato, uicit nunq; peccando peccatum, & in eadem carne damnauit peccatum ut oſtenderet uoluntatẽ eſſe in crimine non naturam, quæ talis à deo facta eſt, ut poſſit nõ peccare ſi uelit. g ¶ Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.] Vt quod in illis repugnante carnali conſuetudine implere non potuit, in nobis ſaltem impleatur qui exemplo Chriſti mortificabimus carnem. h ¶ Qui non ſecundum carnem ambulamus &c.] Homo ex ſpiritu & carne conſtructus eſt. Quando ergo carnalia agit, totus caro dicitur: quando uero ſpiritualia, totus ſpiritus appellatur. Vnaquæq; enim ſubſtantia, cum eadem alteram in ſuam ditionẽ eri- C
git, & uim quodãmodo propriã & nomen amittit: Nam ſingulæ cognata ſibi & uicina deſiderãt. i ¶ Nam prudentia carnis &c.] Notandũ quia non caro mors ſed prudentia. Eius aũt mortem dicens: æternam pœnam ſignificat. Item ipſe alibi dicit: prudentiam humanam eſſe, malo uicem referre. Talis ergo prudẽtia mortem parit tranſgrediendo præceptum. Spiritus uero prudẽtiæ, ĩ præſenti pacem habet, nõ reddendo uicem, & uitã in futuro. Prudentia uero à prouidendo eſt appellata.
k ¶ Quoniam prudentia &c.] Nõ ipſa caro, ut Manichæi dicunt, ſed ſenſus carnalis inimicus eſt deo. Omne enim non ſubiectum, inimicũ eſt: & quicunq; ſe uoluerit uindicare, etiã ueteris legis nonnunq; modum excedit.
l ¶ Nec em̃ poteſt.] Impoſſibile dixit: ut uel ſic eos à carnis cõ
D cupiſcentijs reuocaret. m ¶ Qui autem in carne ſunt.] Hic probatur quia ſuperius non carnem, ſed opera accuſaueras carnis: quia quibus hoc dicitur, utiq; in carne uiuebant. n ¶ Deo placere non poſſunt.] Fieri enim non poteſt ut carni deditus, aliquando non peccet. o ¶ Vos aũt in carne &c.] Hoc eſt in ſpiritualibus operibus occupati. p ¶ Si ſpiritus &c.] Hic oſtendit, quoniã ſpiritus ſanctus patris & filij ſit. Item In illo ſpiritus dei habitat in quo eius apparent fructus: ſicut ait ad Galatas: Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudiũ &c. q ¶ Si quis aũt ſpiritum Chriſti &c.] Spiritus Chriſti eſt humilitas & patientia omniumq; uirtutum eſt: qui dilexit inimicos & pro eis orauit. r ¶ Si aũt Chriſtus in uobis eſt &c.] Si Chriſtum imitamini, carnalis ſenſus quaſi mortuus non reſiſtit. Vnde & Dauid aiebat: Ego tanq; ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum &c. Pſal.37.c
ſ ¶ Spiritus uero uiuit propter iuſtificationẽ.] Nunc ſpiritum noſtrũ ſignificat: qui propter iuſticiã ſuam uita appellatur, quaſi iuſtificans corpus, beata illa æterna uita. Item ſpiritus uiuit ut iuſticiã operetur. Non enim ſolum quæritur, ut à carnalibus ceſſemus ſed etiam ut ſpiritualia faciamus. t ¶ Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum &c.] Si tamen purificati ut in nobis ſpiritus ſanctus habitare dignetur: non patitur deus templũ ſpiritus interire: ſed quomodo Ieſum à mortuis ſuſcitauit: ita & corpora ueſtra reſtaurabit. u ¶ Ergo fratres debitores ſumus non carni ut ſecundum carnem uiuamus.] Hoc totum agit, ut oſtendat eis legem non eſſe neceſſariã: quæ carnalibus data eſt. Item manifeſta nunc oſtendit: quia nõ de cõmuni & naturali more ſuperius fecerit mentionem, dicens. x ¶ Si enim ſecundũ carnem uixeritis &c.] Significat aũt mortem pœnæ æternæ. Non enim quia caro humana mala ſit, & ſpiritus bonus, laudat ſpiritum & uituperat carnem: cum ipſe doceat, dicẽs: Et uirgo cogitat

enim ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium ſuum mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iuſtificatio legis impleretur in nobis: qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: qui uero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt. Nam prudentia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus uita, & pax. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo. Legi enim dei nõ eſt ſubiecta: nec enim poteſt. Qui autẽ in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum: ſpiritus uero uiuit propter iuſtificationẽ. Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in uobis: q ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantẽ ſpiritũ eius in uobis. Ergo fratres, debitores ſumus nõ carni ut ſecundũ carnẽ uiuamus. Si enim ſecun-

dum

A quæ ſunt domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nouit enim & mentẽ accuſare, dicens: Homines corrupti mente: hoc enim dicit, oſtendere uolens maximam partem paſſionum, deſideria humani corporis eſſe: quod cum cæteris irrationalibus cõmune habemus. Sicut enim cætera animalia de terra habent natiuitatẽ: ita & nos corpus. Anima autẽ noſtra ſpiritus eſt incorporeus & ratiõalis & immortalis. Si eñ ſecũdum carnem uixeritis, moriemini. Secundũ rationem expoſitã: carnales homines iuſticiam cuſtodire non poſſunt. *a* ¶ Si aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.] Spiritualibus actionibꝰ, carnis opera ſubieceritis. Notãdum ſanè opera carnis, non ſubſtantiam accuſare. *b* ¶ Quicunq; autem ſpiritu dei aguñ &c.] Qui cunq; merentur ſancto ſpiritu gubernari: Sicut econtrario qui peccant, ſpiritu diaboli aguntur, ab initio peccatore. Item quicunq; ſecundum doctrinam ſpiritus ſancti uiuunt: ipſi ſunt qui ſpiritu dei aguntur. *c* ¶ Non enim accepiſtis ſpiritum B &c.] Notandum eſt, quia Iudæi & ſi filij dei erant: tamen cum eſſent ſub lege uelut ſub pædagogo agentes, ſpiritum timoris habebant. Item Iudæi acceperunt ſpiritum qui illos ad ſeruitutem cogeret per timorem. Timere enim ſeruorum eſt: diligere filiorum, ſicut ſcriptũ eſt: Seruus dominum ſuum timebit, & filius diliget patrem ſuũ. Illi ergo qui operari charitatis uoluntate nolebant, timoris neceſſitate cogantur. Nos uero omnia uoluntarie operemur: ut filios nos omnes probemus non ſeruos timoris. Item uos Romani in adoptionem filiorũ uocati eſtis, non ſicut Iudæi qui ſubditi legis imperio, in ſeruitute tenebantur. *d* ¶ In quo clamamus abba pater.] Qui uocat patrem, filium ſe eſſe profitetur. Debet ergo patri in moribus ſimilis inueniri: ne nomine quoq; inuacuum uſurpato maiori pœnæ ſubiaceat. *e* ¶ Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddet ſpiritui noſtro quod ſumus filij dei.] Teſtimoniũ adoptionis eſt quod habemus ſpiritum per quem ita oramus. Tantam enim arram accipere non poterãt niſi filij. *f* ¶ Si aũt filij & hæredes &c.] Qui meretur eſſe filius, meretur effici hæres patris & ueri filij cohæres. *g* ¶ Si tamen compatimur.] Si talia patimur cum neceſſe fuerit pro nomine eius: qualia pertulit ille pro nobis. *h* ¶ Vt & glorificemur.] Sicut Ioannes ait: Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus. *i* ¶ Exiſtimo enim quod nõ ſunt codignæ paſſiones &c.] Hic uult futuram gloriam cõmendare, ut præſentes preſſuras facilius toleremus. Et reuera nihil poſſet homo condignũ pati gloriæ cœleſti: etiam ſi talis eſſet illa qualis modo eſt uita. Quicquid eñ paſſus fuerit à morte, plus non eſt q̃ etiã ꝓ peccatis ſuis antea merebatur. Nunc aũt & peccata donantur, & tunc uita æterna præſtabitur, conſortiũ angelorum, ſplendor ſolis, & cætera quæ ſanctis legimus repromiſſa. *k* ¶ Ad futuram gloriã quæ reuelabitur &c.] Modo enim abſcondita eſt cum Chriſto in deo, & nondum apparuit quid erimus: quod dominus repromiſit ſanctis. *l* ¶ Nã expectatio creaturæ, &c.] Diuerſi hunc locũ, diuerſis modis exponunt. Siue omnis creatura reſurrectionis tempus expectat: quia tunc in melius cõmutabitur, ſiue angelica, ſiue rationalis creatura. Petrus enim dicit, etiam angelos gloriam deſiderare ſanctorum. Quidam etiam ſic dicunt: Adam & Euam eſſe creaturam, quos olim ſerpens à ſpe diuinitatis uanitati ſubiectos, corruptioni effecerit deſeruire, non ex ſemetipſis peccantes, ſed ſerpentis inſtigatione & conſilio. Et ipſi, inquiunt, liberabuntur, ut iã non corruptioni deſeruiant. Omnem autem creaturam dicũt eſſe, qui, cunq; uſq; ad aduentum Chriſti iuſti fuerunt: quia & ipſi nondum accipientes expectant, deo pro nobis aliquid melius ꝓuidente. Non ſolum aũt illi: ſed & nos ipſi in quibus completa ſunt, necdũ tenemus, ſed in ſpe ſuſtinemus: quamuis quæ multi uidere iuſti cupierũt uiderimus. Item dicens: Si tamẽ compatimur ut & glorificemur, & inſerẽs: Expectatio creaturæ: De rationali creatura ſermonẽ fecit, & non ſicut quidam exiſtimant de irrationali uel inſenſibili, quæ ad ſeruitutẽ hominũ creata eſt, & poſt hæc peritura, quãdo ſol obſcurabit, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ, & ſtellæ cœli cadent ſuper terrã, & tũc erit nouũ cœlũ & noua tempora. Creatura aũt Adã eſt & Eua quæ adhuc expectat ſe à deo recipere adoptionẽ. *m* ¶ Vanitati enim.] Vanitas eſt omne quod quandoq; finitur. Itẽ uanitas eſt præuaricatio: cui ſubiecta Eua, non propria uoluntate, ſed à ſerpente decepta, ſpe illa quã audierat: Et eritis quaſi dij, ſcientes bonum & malum. Seruitus aũt eſt corruptionis quam audiuit Adam: Terra es & in terram ibis. In reſurrectione recepturi ſunt incorruptionẽ filiorum dei. *n* ¶ Subiecta eſt.] Si angeli hominibus miniſtrant. *o* ¶ Non uolens, ſed propter eum &c.] Iam non ſeruiet eis qui dei imaginẽ corruperũt. *p* ¶ Scimus eñ quod omnis creatura ingemiſcit &c.] Sicut gaudẽt angeli ſuper pœnitentes: ita dolent ſuper conuerti nolentes. Item nunc cõmunem creaturã nominat, poſt Adam & Euã, iuſtos qui fuerũt uſq; ad tẽpus Chriſti: qui & ipſi Adæ & Euæ qui dicuntur creatura ſimul congemiſcunt, recipere deſiderantes præmia uirtutũ quæ dominus promiſit eis. *q* ¶ Non ſolum autem illa ſed & noſipſi &c.] Non ſolum angeli qui benigniores nobis ſunt de huiuſmodi dolent, ſed etiam nos qui iam ſpiritũ ſanctum habemus, de talibus ingemiſcimus: ſicut & Hieremias ingemiſcẽs aiebat: Heu mihi anima quia perijt à terra reuerens, & reliqua. Item dicens: Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes: manifeſte edocuit: quia non de irrationali uel inſenſibili creatura ſermonem fecerit, quæ non participat ſpiritum ſanctum, ſed de ſanctis dicit qui deo placuerunt naturali lege, ſimiliter & Moyſi: Diſcipuli autem Chriſti primitias dicuntur habere ſpiritus, id eſt prima & præclara chariſmata, per quæ ditauerunt omnem terram. Nõ enim tanta fuit gratia ante legẽ & in lege Moyſi. Et ꝙ priores ſint diſcipuli Chriſti, Hebræis ſcribens docet: Sed & hi omnes teſtimonio fidei probati nõ acceperũt repromiſſionẽ deo ꝓ nobis melius aliquid prouidente, & ne ſine nobis conſummarentur

dum carnẽ uixeritis, moriemini. Si autẽm ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicunq; ẽnim ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. Non ẽnim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ dei: in q̃ clamamus, abba pater. Ipſe ẽnim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filij dei. Si aũtem filij & hæredes: hæredes quidem dei: cohæredes aũt Chriſti: ſi tamen compatimur ut glorificemur. Exiſtimo enim quod non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non uolẽns, ſed propter eũ qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit & parturit uſq; adhuc. Nõn ſolum aũt illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habẽtes, & ipſi

1.Pet.1.b

Gen.3.d

Hiere.9.d

1.Ioan.3.d

ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes aũt quæ uidetur, non eſt ſpes. Nam quod uidet quis, quid ſperat? Si aũtem quod non uidemus ſperamus, per patientiã expectamus. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. Nam qũid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus põſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Scimus aũt quoniã diligẽtibus deũ oĩa cooperãtur in bonũ, his qui ſecundũ propoſitũ uocati ſunt ſancti. Nã quos preſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratrib. Quos aũt prædeſtinauit, hos & uocauit: & qs uocauit, hos & iuſtificauit: quos aũt iuſtificauit, illos & magnificauit. Qũid ergo dicemus ad hæc? Si deus, p nobis, quis cõtra nos? Qui etiã proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, qõmodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Qũis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Qũis ergo nos ſeparabit

A ſummarentur. *a* ¶ Expectantes redemptionem corporis noſtri &c.] Nondum rem ipſam promiſſam percepimus, ſed ſperamus, ſicut ad Corinthios ait: Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. *b* ¶ Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes &c.] Quod uidetur, non ſperatur: ſed ſi propriũ eſt poſſidetur. Nulla eĩm ſpes in rebus uiſibilibus eſt Chriſtianis. Non enim nobis præſentia promiſſa ſunt, ſed futura. *c* ¶ Si autem quod non uidemus ſperamꝰ, per patiẽtiam expectamꝰ.] Ideo fides per patientiam grandis eſt præmiũ, quia quod nõ uidet credit: & quaſi iã acceperit, ita ſecura eſt de nondum acceptis, ſicut ait ad Hebræos: Patientia uobis neceſſaria ẽ, ut uoluntatẽ dei facientes, reportetis repromiſſionem. Spes enim ſine patientia eſſe non nouit. *d* ¶ Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã.] Secundũ hanc ſpem adiuuat, ut non terrena, ſed cœleſtia poſtulemus. Infirma eſt enim noſtra poſſibilitas, niſi doctrina ſancti ſpiritus adiuuetur. *e* ¶ Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus.] Quia adhuc per ſpeculũ uidemus. Frequenter obſunt, quæ prodeſſe putamꝰ: & ideo nobis poſtulata minimẽ cõcedun tur prouiſione diuina, ſicut & ipſe alibi ait: Propter qđter dominum rogaui, ut diſcederet à me, & reliqua. Aliter: Difficile orationis noſtræ deſiderium ſecundũ quod corde concepimus, exprimere uix uoce ualemus, unde ſubſecutus eſt. *f* ¶ Sed ipſe ſpũs poſtulat pro nobis.] Deus ergo qui ſcrutatur corda, & ſi ſermone comprehendere non ſufficimus: nouit inquantũ modo credere cupiamus. Scit tamen quia pro ſanctis rebus, non pro ſecularibus poſtulamꝰ ſecundũ ipſius uoluntatẽ. *g* ¶ Qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid deſyderat ſpiritus.] Quaſi ſummus ſacerdos. *h* ¶ Quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis.] Hic gratiam ſpiritus, ſpiritum nominauit, ſicut alibi dicit: Si orauero lingua, ſpiritꝰ meus orat, & æmulatores eſtis ſpirituũ. Poſtulat autem, quia poſtulare nos facit gemitibus, qui enarrari non poſſunt: ſicut tẽtare nos dicitur deus ut ſciat, hoc eſt, ut ſcire nos faciat quales ſimus. Sed & hoc cõmune quod dominꝰ fieri iubet, ipſe dicitur operari, ut ille ædificauit domum, aut ille codicem fecit: cum nec ipſe ſcripſerit, nec ille conſtruxerit. Item gratiã ſpiritus, nominat ſpiritum, qui docet nos pro nobis domino poſtulare, ſicut Eſaias dicit: Spiritus ſapiẽtiæ & ſcientiæ & intellectus. Et Corinthijs ſcribens dicit: Sic & uos quoniã æmulatores eſtis ſpirituũ, ad ædificationẽ eccleſiæ quærite & abundetis. *i* ¶ Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ.] Omnia quæcunq; fecerimus, uel paſſi fuerimus propter dilectionem dei, omnia nobis ad mercedem creſcunt. Omnia eĩm quæcunq; iuſtus fecerit, proſperabuntur. *k* ¶ His qui ſecundũ &c.] Secundum qꝫ propoſuit ſola fide ſaluare quos præſciuerat credituros, & quos gratis uocauit ad ſalutem, multo magis glorificabit ad ſalutem operantes. *l* ¶ Et prædeſtinauit conformes fieri &c.] Prædeſtinare idem eſt qđ præſcire. Ergo quos præuidit conformes futuros in uita, uoluit ut fierent cõformes in gloria. Qui transformauit corpus humilitatis nr̃æ, conforme corpori claritatis ſuæ. *m* ¶ Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribꝰ.] Primogenitꝰ ex mortuis in gloriã. Item hic ſecundũ qđ homo factꝰ eſt, ſecundum gratiam quæ in eo erat filius dei, primogenitꝰ interpellat pro nobis, non quaſi deus interpellat, ſed quaſi ſummus ſacerdos. *n* ¶ Quos aũt prædeſtinauit &c.] Quos præſciuit credituros, hos uocauit. Vocatio autẽ uolentes colligit, non inuitos. Aut certe diſcretio nõ in perſonis, ſed in tempore eſt. Hoc ideo dicit, propter fidei inimicos, ne fortuitam dei gratiã iudicarent. Ergo uocantur per prædicationẽ ut credant: credentes iuſtificentur per baptiſmum: glorificenẽ in uirtutibus gratiarum. *o* ¶ Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis cõtra nos?] Vult oſtendere quod nemo poſſit impedire eos qui diligentes deum, diliguntur à deo: quo minus gloriam quæ promiſſa eſt, cõſequantur, eo quod perfecta quæ in illis eſt charitas, omnem cauſam mortalis timoris foras expellat. *p* ¶ Qui etiam proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ.] Præmiſit tradidit, ut tradentibus maneret libertas arbitrij, & nobis patiẽtiæ monſtraretur exemplum. Quod dicit, pro omnibus, notandum quia non pro aliquantis. *q* ¶ Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Quid poteſt habere charius, quod nobis neget, qui filium non negauit? *r* ¶ Quis accuſabit aduerſus electos dei.] Quos deꝰ elegit credentes, ac ſignis & uirtutibus iuſtos oſtendit: quis pro priſtinis audebit accuſare delictis, uel pro contemptu legalium mandatorũ? *s* ¶ Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imò qui & reſ. &c.] Secundum aſſumpti hominis loquitur formam, qui mortuus eſt & reſurrexit. *t* ¶ Qui etiã interpellat pro nobis.] Vt cum ipſo ſimus, ubi ipſe eſt. Solent planè Ariani ex interpellationis cauſa, mouere calumniã, dicentes, qꝫ qui interpellatur, interpellante ſi maior. Quibus reſpondendũ eſt, deum oblitionem non pati, ut pro ipſis cõmoneatur ſemper quos ipſe elegit: ſed in hoc interpellare eum dicitur, dum ſemper patri hominem quem ſuſcepit, quaſi noſtrũ pignus oſtendit: & offert ut uerus põtifex & æternus. *u* ¶ Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio &c.] Poſt tanta & præclara beneficia uel promiſſa, quæ poterit tam grauis eſſe preſſura, quæ nos ab eiꝰ charitate diuellat: & dicẽdo oẽs docet tales eſſe debere, qꝫ à Chriſto nec periculis debeãt ſeparari.

a 1.Cor.5.b

b Heb.10.b

c 2.Cor.12.c

d Eſa.11.d

e 1.Cor.14.c

A Tunc uero Iudæi uolebãt illos à Christo ita separare, ut ad legis eos custodiam reuocarent. a ¶ Quia propter te mortificamur tota die.] Nõ propter aliquod crimen, sed propter te, qui dixisti: Beati eritis cum persequentur uos &c. b ¶ Aestimati sumus sicut oues occisionis.] Hoc in nobis Christianis maxime implet: quibus non licet nos metipsos defendere, sed exemplo domini & magistri, qui sicut ouis ad uictimam ductus est, omnia illata patientissime tolerare. c ¶ Sed in his omnibus superamus &c.] Has omnes tribulationes pro nihilo ducimus, propter eum q nos tãtum dilexit, ut etiam moreretur pro nobis. Et quãdo pro eius nõe morimur, tunc maxime triumphamus: præsertim cũ leue sit pro se pati, quod ꝓ alijs Christus dominus pati dignatus est. d ¶ Certus sum enim, quia neque mors, neque uita &c.] Pro certo confido, quia nec si mihi quis mortẽ minetur,

B nec si uitam promittat: nec si se angelum dicat à domino destinatum, nec si se angelorum principẽmentiatur: nec si ĩ præsenti honorem conferat, neq; si polliceat gloriam futurorum, neque si uirtutes operetur, nec si cœlum promittat, & inferno deterreat: uel profunditatem scientiæ suadere conetur, unq̃ nos poterit à Christi secernere charitate. e ¶ Neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei.] Omnem penè creaturam nominauit: & non fuit his contentus nisi addiderit, ut etiam si sit alia creatura, nec ipsa ualeat separare.

f ¶ Quæ est in Christo Iesu domino nostro.] Deum diligit in Christo, cuius dilectio consistit in custodia mandatorum, sicut & ipse ait: Si diligitis me, mandata mea seruate. Necnon imitationem amoris sui in fraterna charitate cõstituit, dicens: In hoc cognoscent homines, quia mei discipuli estis, si dilexeritis inuicem. Et Ioannes ait:

1.Ioan.4.d Si fratrem quem uides, non diligis, deum quem non uides, quomodo potes diligere. Cap. IX

VEritatẽ dico in Christo Iesu &c.] Cõtra Iudæos actus, primum illis satisfacit, non se odij causa hæc dicere, sed amoris, eo quod doleat illos nõ credere Christũ, ad quos primum saluandos aduenerat. Quod autem dicit, se in Christo dicere ueritatem, ostendit hominem baptizatum, qui per cõmunicationem corporis & sanguinis Christi in ipso manet, & ipse in illo: quicq̃d uel facit uel loquitur, in Christo eum loqui uel agere, cuius est membrum. Et quicquid ei illatũ iniuriæ fuerit, Christo similiter irrogari. Nam quod ait: Conscientiã sibi in hac parte testimonium perhibere, illum docet ueritatem dicere, cuius conscientia in omnibus attestatur, nec eum mendacij reum, interna accusatione constituit. Item apostolus se tristem dicit ualde pro fratribus suis secundum carnem, qui dicit nullum nos separare à charitate Chri- C sti, sciens se quando persecutor erat, & optabat se anathema esse à Christo, uocatum à Christo secundũ eius misericordiam, & uolebat eos credere, & eandem misericordiam promereri. b ¶ Optabã enim ego & ipse anathema esse à Christo.] Optabam aliquãdo cũ persequerer Christum, nõ modo optarem, sciebam q ipsorũ essent hæc omnia. Sed postquã cognoui ueritatẽ, dereliqui eos quos taliter diligebam, & ipsi nondũ cõuertunt. i ¶ Qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio est filiorũ.] De ipsis eñ dicebat: Filius meus primogenitus Israel. Exod.4.f k ¶ Et gloria & testamẽtum & legislatio.] Veteris latio, & noui promissio. l ¶ Et obsequiũ & promissa.] Hoc est ministerium angelorum uel prophetarũ. m ¶ Quorũ patres.] Abraham, Isaac, & Iacob. n ¶ Ex quibus est Christus secundũ carnem, qui est super omnia deus benedi- D ctus.] Contra Manichæum, Photinum, & Ariũ, qa & ex Iudæis est secũdum carnem, & deus benedictus in secula: sicut & Thomas adorat & dicit: Deus meꝰ, deꝰ meꝰ. Ioan.20.g Quod ille cõfirmat, dicens: Quia uidisti, ideo credidisti. o ¶ Non autẽ quod exciderit uerbum dei.] Licet Apostolus doleat Iudæos excidisse à promissionis gratia, ostendit tamen non ipsane fuisse uerbũ dei: & his promissa deberi, nõ qui secundũ carnem ex Abraham, Isaac & Israel nati sunt, sed qui seruantes fidem patriarcharum, de quorum semine putantur. Item quia superius dixerat dolere se, quod genꝰ Israel proprio uitio excluderetur à regno, quorum hæc omnia fuerunt: Hic ostendit illos qui nõ credunt, non esse filios Abrahæ, ne omnibꝰ Iudæis præiudicare putaretur & obijceretur ei: Nunquid deus mentitus est Abrahæ? p ¶ Non enim omnes qui ex circũcisione &c.] Si nõ omnes, tamen aliquanti: Et si nõ omnes Israelitæ, Israel sunt: sunt ergo ex gentibus aliquanti, in quibus nõ est dolus. q ¶ Sed in Isaac &c.] In solo Isaac uocati sunt, etiam tunc filij Abrahæ, non etiam Ismael, cum & ipse ex eius stirpe descenderet. Item semen Isaac non isti qui secundũ carnem nati sunt: sed hi qui secundum spiritum sunt, hoc est, secundum fidem Isaac. Qui enim talis, huius promissio est & adoptio filiorum. Habebat enim primogenitum Esau, & nõ est à deo dilectꝰ, nisi Israel. r ¶ Id est nõ qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij &c.] Ismael enim secundum carnalem usum natus est ex ancilla: Isaac uero super natam de senibus ex repromissione dei est generatꝰ: Ita nunc Christianos promissio facit filios Abrahæ, quam meruit fides, ut scilicet pater sit gentium plurimarum. s ¶ Promissionis enim uerbum hoc est.] Hic ostendit posteriorem populum more Isaac esse repromissionis.

separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an persecutio, an gladius? sicut scriptũ est: Quia propter te mortificamur tota die. Aestimãti sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, ꝓpter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, nẽque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Cap. IX

VEritatẽm dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente cõscientia mea in spiritu sancto, quoniã tristicia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabã ẽnim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, q sunt cognati mei secundum carnẽ qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio est filiorũ, & glõria & testamentũ & legislatio & õbsequiũ & promissa, quõrum patres ẽx quibus est Christus secũdum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen. Nõn autem quod exciderit uerbum dei. Nõn enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaãc uocabitur tibi semen: id ẽst non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Prõmissionis enim uerbum, hoc est: Secundum hoc

dum hŏc tempus ueniam,& erit Saræ filius.Nō solū autē illa,sed & Rebecca ex ūno concubitu habens Isaac patris nostri. Cū enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret,nō ex operibus,sed ex uocante dictū est ei : quiā maior seruiet minori,sicut scriptum ēst:Iacob dilexi,Esau autem odio habui.Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit.Moysi enim dixit : Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei.Dicit enim scriptūra Pharaoni : Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam : & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergō cuius uult, miseretur : & quem

A 4 ¶ Secūdum hoc tempus ueniam,& erit Saræ filius.] Anteq̄ nasceremini, imò priusquam Rebecca Esau & Iacob utero suo funderet,in Iacob dilexi uos, in Esau Idumæum odio habui. Quem locum Paulus apostolus mystica disputatione euentilans,scriptum est ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Malachiaq̄ cōiungit. Sed & Rebecca de uno cō cubitu habens Isaac patrem nostrū. Nam cum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni uel mali, ut secundum electionē, propositū dei maneret,non ex operibus, sed ex uocatiōe dictū est ei: Quia maior seruiet minori: Sicut scriptum est: Iacob dilexi,Esau autē odio habui. Hoc enim quod dicitur: Sicut scriptū est, & ad Geneseos librum, & ad prophetam Malachiā refertur.Et non solum ait: Iacob dilexi anteq̄ nasceretur:& odio habui Esau,prius quàm ex matris utero funderetur : sed in posteros eorū amorem meum & odium cōseruaui. Odium in Esau,cuius montes qui appellantur Seir, redegi in solitudinem, & urbes feci esse desertas,& à serpentibus ac bestijs obtineri. *b* ¶ Non solum autem illa,sed & Rebecca.] Non
B solum autem Ismael & Isaac, qui quāuis ex uno quidem patre, diuersa tamen matre sunt generati: nō sunt unum apud deum,sed etiam Iacob & Esau,qui ex uno sunt de Rebecca nati concubitu,anteq̄ nascerentur fidei sunt apud deum merito separati,ut propositum dei de eligendis bonis,& refutādis malis, etiam in præsenti maneret. Ita ergo & nunc quos præsciuit de gentibus credituros, elegit,& ex Israel reiecit incredulos. *c* ¶ Ex uno concubitu habēs Isaac patrem nostrum.] Quæ legitur primo geminos ædidisse,in eo quasi nouum aliquid accesserit, perterrita deum interrogat. *d* ¶ Cum enim nondū nati fuissent &c.] Siue ut hoc significaret, qd' modo etiam de geminis qui non credit, abijcietur. *e* ¶ Non ex operibus sed ex uocatione dictū est ei.] Præscientia dei non
Ezech.18.f præiudicat peccatores,si conuersi uoluerint.Dicit enim p Ezechielē: Si dixero peccatori, morte morieris,& ille conuersus iusticiam fecerit, uita uiuet, & non morietur.
Gen.25.c *f* ¶ Quia maior seruiet minori.] In Geneseos libro dictum est: Duæ gentes & duo populi in utero tuo,& populus populū superabit, & maior seruiet minori. Ergo prophetia non de his est, qui secundum carnem sunt Iacob & Esau,sed de his q futuri erant ex operibus boni & mali,& ex ipsis operibus aut odium dei habere, aut misericordiam eius consequi. *g* ¶ Sicut scriptū est:Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] Hoc autem quod dicitur, sicut scriptum est,& ad Geneseos librum,& ad prophetam Malachiam pertinet. In Geneseos libro ad Rebeccam dicitur: Duæ gentes & duo populi in utero tuo. Vnde bene ostendit Apostolus promissiones non esse eorum qui secundum carnem filij sunt Abrahæ,sed eorum qui fidem patrum seruant atq; custodiunt. *h* ¶ Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit.] Timuit ne qd' ipse propterea dixerat, ut probaret apud deum prærogatiuam generis nil ualere: siue iam tunc significatum posteriorē populum meliorem futurū, non intelligentes,putarent eum dicere, qd' alios deus bonos faceret,alios malos,secundū ipsorum sententiam? quod erat iniquorum punire,qui nō sua sponte peccassēt:pro ponit sibi ex aduerso testimonia, quibꝰ ipsi hoc affirma C
re solebant. Quibus exemplis per breues subiectiones respondet,ostendens ita intelligi non posse. *i* ¶ Moysi enim dicit: Miserebor cui misereor,& misericordiā præstabo.] Hoc recto sensu ita intelligitur : Illius miserebor quem præsciui posse misericordiā promereri, ut iam tūc illius sim misertꝰ. *k* ¶ Cui miserebor.] Econtrario Iudæi sermo est. Igitur nō uolentis neque currentis. Et iterum:Ergo cuius uult miseretur : & quem uult,indurat. Non enim apostolus tollit quod in propria uoluntate habemus,qui superiꝰ dicit:Ignoras qa bonitas dei te ad pœnitentiā adducit? Et iterum Timotheo scribit : In magna autem domo, nō solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Et quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam. Si quis autem mundauerit se ab his, erit uas in honorem sanctificatum. *l* ¶ Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei.] Hoc loco Paulus apostolus usque ad illum locum : Quid enim adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? personam de contrario assumit uenientis & dicentis, non esse in nobis, aut recte, aut malum agere,sed in dei arbitrio cōstitutū, D
qui cuius uult,miseretur : & quem uult,indurat. Homo tu quis es qui contradicas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,quid me fecisti sic? Nunc Apostolus contradicentem sibi superius increpat, ostendens hoc ipsum quod dicit: Cui uult,miseretur:& quē uult,indurat : Et quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? Ex hoc igitur demonstrat eum esse proprij arbitrij uel uoluntatis: qd' si ut ipsi ecōtrario uenientes dicit : Cuius uult miseretur deus,& quem uult,indurat: nihil differt, quod figulus tractat in manibus: quod fingenti ex se uas aliquid contradicere non potest, quid ex eo uult efficere : hic autem in eo in quo cōtradicit, queritur de dei uoluntate, ostendit liberi esse arbitrij, qui audet de dei iudicio retractare. Item si non est uolentis neque currentis,ut quidā putant:quare ipse currit,dicens: Cursum consummaui. Et alios ut currerent,adhortatus est,dicens:Sic currite ut omnes comprehendatis. Vnde intelligitur quia hic interrogantis uoce utitur, & redarguentis potius quàm negātis. *m* ¶ Dicit enim scriptura Pharaoni : Quia in hoc ipsum excitaui te,ut ostēdam in te uirtutem meam & ut annūcietur nomen meū &c.] Hoc & illi male proponūt. Sed hic locus duobus modis à diuersis exponitur : Siue quod unusquisq; modum & finem peccatorum suorum implet ut puniatur sicut Sodomitæ & Amorræi. Hic ergo iam modum excesserat, & idcirco uoluit deꝰ quasi de iam perituro alijs prouidere,ut populꝰ eius agnosceret iusticiā ipsius atq; uirtutē, ut nec peccarent,nec suos aduersarios uererentē. Tale est hoc qd' in Pharaone gestū est, quale si medicꝰ de cruciatu iam damnati rei multis inueniat sanitatē,causas inquirendo morborū. Vel si iudex cum possit criminosum statim punire, ad omniū timorem diuersis pœnis afficiat. Siue dei patiētia induratus est. Cessante enim plaga dei durior fiebat:& quāuis sciret eum non conuerti, tamen etiam in ipso suam clementiam uoluit demonstrare.
n ¶ Ergo cuius uult, miseretur.] Ergo si hoc sic intelligitur

quem uult, indurat. Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O hõmo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An nõn habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliã? Quõd si deus uolens ostendere iram, & notã facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia ũasa iræ apta in interitum, ũt ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quõs & uocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gẽtibus, sicũt in Osee dicit: Võcabo non plebem meam, plebem meam, & nõn dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutã. Et èrit in loco ubi dictum est eis: Non plebs mea uos, ibi uõcabuntur filij dei uiui. Esaiãs autẽ clamat pro Israel: Si fuerit nũmerus filiorum Israel tanq̃ arena maris, reliquiæ saluæ fient. Vẽrbum enim consummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatũ faciet dominus super terrã. Et sicũt prædixit Esaias: Nisi dñs sabaõth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus, quod gentes quę nõ sectabantur iustitiã, apprehenderunt iustitiã? Iustitiã autem quæ ex fide est. Israel uẽro sectãdo legem iustitiæ, in legẽ iustitiæ nõ puenit. Quare? Quia nõ ex fide, sed quasi

A tur: Cuius uult miseretur: & quem uult, indurat: quod satis iniquum est, & ita propositio uestra cõcluditur, ut dicatis maliciæ uestræ, nõ uos esse causam, sed domini uoluntatem, cui contradici non possit: sed resistit hic ratio ni uestræ ipsa natura iustitiæ dei. *a* ¶ Dicis itaq; mihi: Quid adhuc queritur &c.] Apostolus cõtra aduersarios dicit: Dicis itaq; mihi: Quid adhuc queritˢ? Et iterum infert, confirmans hoc quod dixerat: homo tãto magis uere queritur, & iuste ex uerbis tuis. Nemo enim propriã non habens uoluntatẽ, dicere potest de deo, quid adhuc queritur. Vnde recte arguẽs eius imprudentiã, dicit: Tu quis es qui respondes deo? Qui enim à deo induratus est, sicut tu dicis, contradicere suo creatori non potest, quasi nõ habens propriam uoluntatem, sicut & lutũ insensibilis materia fictori suo respõdere nõ potest, quia in potestate figuli positũ est. *b* ¶ O homo tu quis es qui
B respondeas deo &c.] Quibusdam uidetur & hoc adhuc ex ipsorum persona dicere, quia ipsum est dicere, neminẽ posse contradicere uolũtati dei alterius miserentis, alterum indurantis: & addere neminem deo respondere. Quidam uero dicunt iam hinc Apostolum respondere: quod etiam si ita esset ut illi calumniantur, non debere eos suo respondere factori, eo quod tales simus ad comparationẽ dei, quale ad suum est luti artificem figmentũ. In græco habet, μὴ νοῦν γε ὦ ἄνθρωπε, quod est, ò homo tanto magis. *c* ¶ An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem &c.] Secundum hos qui hæc uerba Apostoli dicunt, massam dicit omnes in Aegypto cõmorãtes, quia & Israel ibi idolis deseruierat. *d* ¶ Quod si deus uolens ostendere iram & notam facere potentiã &c.] Quia illum diu sustinuit blasphemantem, & populum suum uarijs operibus affligentem. Præterea quod innoxiam ætatem paruulorũ crudeliter iusserat enecare. Item competens responsum, quia patiẽtia & eius bonitas facit eos qui propriam habent uoluntatem uiuendi, siue uasa iræ, siue misericordiæ? *e* ¶ Vasa iræ apta in interitum.] Implendo peccata sua, uasa iræ digna sunt facti, & à semetipsis ad interitum præparata. *f* ¶ ¶ Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ &c.] Digni erant misericordia, quia & minora cõmiserant, & grauiter fuerant afflicti. *g* ¶ Quos & uocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus.] Quia & tunc aliquanti Aegyptiorũ exierant cum filijs Israel, quod si deus personã acciperet, solus Israel debuit habere salutem. Ita & nunc non solum Iudæos, sed etiam gentes uocauit ad fidem. Secundum eos autem qui hæc non ex apostoli, sed ex Iudæorũ persona dici putant: Intantum, inquiunt, quos uoluit, saluauit: ut etiam gentes C elegerit idololatras, qui nunq̃ seruierant deo, & ex Israel paucos uocaret, secundũ testimonium Esaiæ. *b* ¶ Sicut in Osee dicit.] Non populũ, duas tribus dicit, & nõ misericordiã cõsecutã, decem tribus. *i* ¶ Vocabo non plebem meã, plebem meam.] Hoc loco Iudã significat. *k* ¶ Et nõ dilectam, dilectã, & nõ misericordiam consecutã, misericordiam consecutam.] Israeliticũ populum. *l* ¶ Et erit in loco ubi dictũ est eis, nõ plebs mea uos.] Gentes demonstrat in Christo credituras, sicut in euãgelio dñs per parabolam loquit nuptiali cœna facta, cum Israel uenire noluisset, & pro ipso gentes uocantur. *m* ¶ Ibi uocabuntur filij dei uiui.] Vocationem gentium significat.

n ¶ Esaias autem clamat pro Israel.] Cõmunicatio pro ipsis esse monstratur.

o ¶ Si fuerit numerꝰ filiorum &c.] Pauci tatem eorum creditu
D ram esse demonstrat. *p* ¶ Verbũ enim consummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatũ faciet dominus super terrã.] Historiæ hoc habet sensus: Sicut ego uerbum abbreuio, & cito definio, ita deus hoc omni uelocitate perficiet. In prophetia aũt uerbum breuiatum, nouum testamentũ accipitur, quia in eo breuiter cõprehensa sunt omnia & clausa. *q* ¶ Et sicut prædixit Esaias.] Bene prædixit, quia superius scriptum est. *r* ¶ Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen &c.] Quia nõ est passus paucos iustos perire cum multitudine impiorum in fide, nisi semẽ Abraham Christus fuisset missus ad populũ liberandum qui corruisset. *s* ¶ Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiã, apprehenderunt iustitiãˢ?] Si superiora ex persona apostoli dicuntur: hic sibi iterum proponit, quia poterãt dicere, si non est ita ut dicimus, quia non est uolentis neque currentis, quomodo gentes inuenerunt iustitiam quam nunquam antea quæsierunt. Israel uero quærens semper iustitiam, non potuit inuenire? Si uero totus superior sensus cõtradicentibus applicatur, hic respondet Apostolus, & breuiter recapitulat quæstionem, dicens: Quid ergo dicemus ad ea quæ nobis obiecta sunt, nisi quia gentes uocatæ, crediderunt, & illi credere noluerunt. *t* ¶ Iustitiam autem quæ ex fide est.] Quia iustitia ex fide est, cui illi credere noluerunt. *u* ¶ Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ nõ peruenit. Quareˢ? quia non ex fide, sed quasi ex operib. legis.] Reddit causas, quare non inuenerint iustitiam, quia falso in operibus gloriati, credere noluerunt, quasi iustitiã gratiam reputãtes: dicens, quoniã populus Iudæorum ex operibus legis iustificari se putans, in legem iustitiæ, id est ad fidem Christi dedignando non potuit peruenire.

Offenderunt

quasi ex operibus. Offendèrũt enim in lapidem offen/
sionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem of/
fensionis, & petram scãdali: & ǒmnis qui credit in eum,
non confundetur. Cap. X

FRatrès: Voluntas quidem cordis mei & obsecratio
ad deum fit pro illis in salutem. Testimǒniũ enim
perhibeo illis, quod ęmulationem quidem dei habent,
sed nõ secundum scientiam. Ignorántes enim iusticiam
dei, & suam quærentes statuere, iusticiæ dei nõ sunt sub
iecti. Finis ẽnim legis, Christus ad iustitiã omni creden
ti. Mǒyses enim scripsit: quoniam iusticiam quæ ex le/
ge est, qũi fecerit homo, uiuet in ea. Quæ ãũt ex fide est
iusticia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, qũis ascẽdet in
cœlum, id est Christum deducere: aut quis descendet in
abyssum: hoc est Christum à mortuis reuocare? Sed
qũid dicit scriptura? Prope est uerbum in ore tuo, & in
corde tuo, hoc est uerbũ fidei quod prædicamus, qm̃ia
si confitearis in ore tuo dominũ Iesum, & in corde tuo
credideris, quod deus illum suscitauit à mortuis, salm̃us
eris. Cǒrde enim creditur ad iusticiã, ore autem confes/
sio fit ad salutem. Dicit ẽnim scriptura: Omnis qui cre/
dit in illum, nǒn confundetur. Non ẽnim est distinctio
Iudæi & Græci. Nam idẽ dominus omniũ, diues in om
nes qui inuocant illum. Omnis ẽnim quicunq; inuoca/
uerit nomẽ domini saluus erit. Quomodo ergo inuoca/
bunt in quem nõ crediderunt? Aũt quomodo credent
ei quem nõ audierunt? Quomodo aũt audient sine præ
dicante? Quomodo uero prædicabunt, nisi mittantur,
sicũt scriptum est: Quàm speciosi pedes euangelizan/
tium pa/

A a ¶ Offenderũt enim in lapidem offensionis &c.] Qui uidet lapidem, non offendit: qui autem cæcus est, impin git. Quod contigit Iudæis, quos sua malicia excæcauit, & Christum non agnoscentes crucifixerunt: Sed & idcir co lapis offensionis & petra scandali, prædictus est Chri stus, quia multi in na tiuitate eius & passio ne scãdalum patiun/ tur, sicut scriptũ est: Mat.24.c Quia scandalizaban tur in eo. Et Aposto/ 1.Cor.1.d lus ait: Christum cru cifixum, Iudæis scan/ dalum, gentibus stul ticiam: ipsis uero uo/ catis, Christũ dei uir tutẽ & dei sapiẽtiam. Vnde & hic sequitur: Qui credit in eo, non confundetur. Petrus 1.Pet.2.a quoq; dicit, quod cre dentibus lapis electꝰ sit angularis, incredu lis uero offensionis.

b ¶ Et omnis qui cre diderit in eũ, non cõ/ fundetur.] Non Iu/ dæus solꝰ, sed omnes credẽtes in eo nõ con fundẽtur de pristinis delictis. Cap X

B FRatres: Voluntas quidẽ cordis mei & obsecratio ad deũ fit pro illis in salutẽ.] Hic se ostendit non so lis labijs, sed & corde pro inimicis orare.

d ¶ Testimonium e/ nim phibeo illis, qꝺ æmulationem quidẽ dei habent, sed non se cundum scientiam.] Habent scientiam se/ ctandæ legis, sed non intelligũt, quia Chri/ stus secũdum legem uenit. Et quia per le/ gẽ iustificari nõ pos/ sunt, periclitanr̃ reuera, si sine scientia fiat, quia sæpe uer titur in contraria.

e ¶ Ignorãtes enim iusticiam dei, & suam quærentes statuere, iusticiæ dei non sunt subiecti.] Ignorãtes quod deus ex sola fide iustificat: & iustos se ex legis operibus, quam non custodierũt esse putantes: no/ luerunt se remissioni subijcere peccatorum, ne peccato/ res fuisse uiderentur, sicut scriptum est: Pharisæi autem spernentes consilium dei in semetipsis, noluerunt bapti/ zari baptismo Ioannis. Item quia sacrificia legis, & cæte ra quæ umbra erant ueritatis, quæ per Christum perfici habebant, præsentia Christi cessauerunt, cui credere no luerunt: Bene dicit Apostolus, iusticiam suam, quia iam non dei est, sed ipsorum.

f ¶ Finis enim legis, Christus ad iusticiam omni credenti.] Talis est ille qui Christum credidit, die qua credidit, qualis ille q uniuersam legem impleuit.

g ¶ Moyses enim scripsit, quoniam iusticia Leuit.18.a quæ ex lege est.] Moyses distinxit in Leitico inter utrã que iusticiam, fidei scilicet atq; factorũ: quod altera ope ribus, altera sola fidei credulitate accedente fiat. Itẽ Apo/ stolus ostendere uolens differentiam iusticiæ legis ac fi/ dei, testem uocat Moysen. Item docentẽ de iusticia legis, qui fecerit homo, uiuet in ea. De iusticia autem fidei: Ne dicas, inquit, in corde tuo: quis ascendet in cœlum: hoc est, ne dubites credere mandato, quod futurũ est annũ C ciare Christum, qui uenturus est tibi dare iusticiam ex fi de.

b ¶ Qui fecerit homo uiuet in ea.] Nemo enim il/ lorum uiuit, quia in hoc tempore nemo perfecit legem sine Christo, quia & hoc legis est, ut ipsi credatur. Qui/ dam ex hoc loco pu/ tant Iudæos præsen/ tem tantum uitam ex legis operibꝰ meruis/ se: quod uerum non esse, domini uerba de clarãt: qui de uita in/ terrogatꝰ æterna, mã data legis opponit di cens: Si uis in uitam Matth.19.c uenire, serua manda/ ta. Vnde intelligimꝰ, quod qui suo tempo/ re legem seruauit, ui/ tam habuit æternã.

i ¶ Quæ autẽ ex fide est iusticia, sic dicit: Ne dixeris in cor.] Il le quidem secundum historiã de lege hoc dixit, sed Apostolus illud ad Christum a/ ptat, qa lex nec in cœ lo fuit, nec in abysso. Siue ideo illud semp iubet lex meditari, ut ibi Christũ ualeãt in/ uenire.

k ¶ Quis a/ scendet in cœlum, id D est Christum deduce re: aut quis descẽdet ī abyssum &c.] Quia Christus deus & ho/ mo est, in eo qꝺ deus uerbum, qui cum in forma dei erat, semet/ ipsum exinaniuit, for mam serui accipiens, factus est homo: Pro/ pterea dicit: Quis a/ scendet in cœlũ, hoc est Christum deduce re. Deducere dicit se/ cũdum formam dei: reducere aũt ex mortuis, secundũ formã serui.

l ¶ Sed quid dicit scriptura: Propè est uerbum &c.] In Deutero Deut.30.c nomio. Nouum scilicet testamentum.

m ¶ Quia si con fitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credi deris, quod deus illum suscitauit à mortuis.] Testimo/ nium cordis, est oris confessio.

n ¶ Saluus eris.] A de lictis præteritis cum futuris.

o ¶ Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Ergo si fides sufficit ad iusticiam, & cõfessio ad salutem, inter Iu dæum & gentilem credentes nulla discretio est.

p ¶ Di cit enim scriptura: Omnis qui credit in illum.] In Esaia. Esa.53.d Non solum Iudæus.

q ¶ Non confundetur.] Nolite er go uos illos cõfundere de pristinis actibus, quos scriptu ra dicit confundi non posse.

r ¶ Non enim est distin/ ctio Iudæi & Græci: Nam idem dominus omnium, di/ ues in omnes qui inuocant illum.] Vnus dominus om/ nium, & abundãs misericordia & salute, habet unde lar/ gitur.

s ¶ Omnis enim quicunq; inuocauerit &c.] In Iohele. De gẽtibus obiectio Iudæorũ, quod deum inuo/ Iohel.2.g care non possunt.

t ¶ Aut quomodo credẽt ei, quem non audierunt &c.] Quia nunq; ad illos prophetæ sunt missi.

u ¶ Sicut scriptũ est: Quàm speciosi pedes euan gelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona?] Istorũ pedes pulchri

A pulchri ſunt,qui pacem annunciant:illorum autem qui annunciant ſeculi curſum,turpes ſunt atque deformes. *a* ¶ Sed non omnes obediũt euangelio.] Ergo ſi nec illi omnes obaudierũt, ad quos iſti ſunt miſſi:quanto minus iſti ad quos nemo eſt deſtinatus? *b* ¶ Eſaias enim dicit: Dñe, qs credidit auditui noſtro?] Quis credit quod auditum à nobis,uel qđ nos à te,ut alijs annũciaremus,audiuim⁹. *c* ¶ Ergo fides ex auditu, auditus aũt per uerbũ Chriſti.] Hic reſponſio Apoſtoli. *d* ¶ Sed dico : Nunquid non audierunt? Et quidẽ.] Etiam ante illos audiſſe confirmat. *e* ¶ In omnem terram exiuit ſon⁹ eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.] Vult hoc teſtimoniũ per Allegoriam,uocibus intelligi prophetarũ. *f* ¶ Sed dico.] Gẽtes eſſe uocandas ad fidem. *g* ¶ Primus Moyſes dicit.] Ideo prim⁹ Moyſes, quia oẽs penè prophetæ poſtea de gentium ſalute dixerũt.

B *h* ¶ Ego ad æmulationem uos adducã in nõ gentem: in gentem inſi piẽtẽ,in iram uos mittam.] In cantico Deuteronomij. Antequã crediderint deum, non erant gentes dei. Quaſi ergo dicat, eos qui non ſunt gens mea,uocabo, & credent mihi ad ueſtram irritationem: ut quibus maiores debuiſtis eſſe,gaudeatis æquari: ſicut ſi quis habeat filium inobedientem,& ad corrigendũ eum dimidium patrimonij ſui det ſeruo ſuo, ut tandẽ ille conuerſus gaudeat, uel ſi tantũ accipere mereatur. Siue non eramus gens,qa mortui eramus in peccatis. *i* ¶ Eſaias autem audit & dicit : Inuentus ſum à non quærentibus me.] Gentibus quæ nõ deũ in lege, ſed in idolo ignorãti requirebant. *k* ¶ Palàm apparui eis qui me non interrogabant.] Non deum, ſed dæmonia interrogabãt per augures & haruſpices idolorum atque aſtrologos. *l* ¶ Ad Iſrael autem dicit.] Ipſe qui talia gentibus iræ promiſit Iudæis:ecce qualia cõminatur,ut ſciatis utrunque prædictum. *m* ¶ Tota die expandi.] Toto tempore mirabilia uel plagas oſtendit: & nec ſic crẽdere uoluerunt. *n* ¶ Manus meas ad populum non credentem.] Extenſio manuum,allegorice ſignat crucem. Cap. XI

Deut.32.c

DIco ergo : Nunquid repulit deus populum ſuum? Abſit.] Quia ſatis illos humiliauerat, modo quaſi bonus doctor conſolatur eos,ne illos nimium exacerbare uideretur. Non omnes ait repulit,nec ſemp,niſi quandiu nõ credũt. *p* ¶ Nam & ego Iſraelita ſum.] Si omnes repuliſſet,me non ſuſcepiſſet. *q* ¶ Ex ſemine Abraham de tribu Beniamin.] Nõ ex ſemine proſelytorum. *r* ¶ Non repulit deus plebem ſuã quã præſciuit.] Illam plebem non repulit, quam præſciuit eſſe crediturum. *s* ¶ An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura.] In Regum libro, ubi ſcriptum eſt de Elia. *t* ¶ Quemadmodum interpellat deum aduerſus Iſrael.] Gentibus ſuperbiam tollit, ne glorientur quod ex Iudæis pauciſſimi crediderunt:& ipſi ſoli remanſerũt deo. *u* ¶ Domine, prophetas tuos occiderũt.] Omnes prophetæ illa tantummodo ſciebãt, quæ illis fuiſſent à dño reuelata. Vnde & rex Hieremiam dubie interrogat: ſi in ea hora qua cum illo loquebatur,apud eum ſermo domini habereť. Sed & Eliſæus dicit:quomodo hæc dom⁹ abſcõdit à meę Ita ergo & Elias hoc loco præter ſe eſſe alios qui deum colerẽt, ignorarit. *x* ¶ Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum.] Si prophetam tãti latuerũt, quanto magis uos neſcitis cũ multi Iudæorum & ſaluati ſunt & ſaluandi. *y* ¶ Qui non curuauerunt genua ante Baal.] Non ſolũ immolando,idolis ſeruitur, ſed etiam delinquẽdo. Si enim deus factis negatur, utiq; & dæmones honorãtur. *z* ¶ Sic ergo & in hoc tẽpore.] Sicut ergo tunc non omnes perierunt, ita & nunc aliquanti ſaluantur. *a* ¶ Reliqæ ſecũdum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt.] Electio gratiæ, fides eſt: ſicut opera, electio legis . Cæterũ

4.Reg.4.e

C

D

tium pacem, euangelizantium bona? Sed nõn omnes obediunt euãgelio.Eſaias enim dicit:Dõmine,quis credidit auditui noſtro? Ergõ fides ex auditu,auditus autem per uerbum Chriſti.Sed dico:Nunquid nõ audierunt? Et quidem, in õmnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.Sed dico:Nunquid Iſrael nõ cognouit? Primus Moyſes dicit:Egõ ad æmulationem uos adducam in non gentem, in gentem inſipientem,in iram uos mittam. Eſaiãs autẽ audit & dicit: Inuentus ſum à non quærentibus me: palàm apparui his qui me non interrogabant. Ad Iſrael aũtẽ dicit: Tõta die expãdi manũs meas ad populum non credentẽ, ſed contradicentem mihi. Cap. XI

DIco ergõ:Nũquid deus repulit populũ ſuum. Abſit? Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahã, de tribu Beniamin. Nõn repulit deus plebẽ ſuam quã præſciuit.An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura:quemadmodũ interpellat deum aduerſum Iſrael? Dñe,prõphetas tuos occiderũt,altaria tua ſuffoderunt,& ego relictus ſum ſolus,& quærunt animã meam. Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum?Reliqui mihi ſeptẽ milia uirorum,qui nõ curuauerũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundũ electionẽ grãtiæ dei ſaluæ factæ ſunt. Si aũt gratia,iam nõ ex operibus: Alioquin gratia iã nõn eſt gratia. Quid ergo? Quod quærebat Iſrael,hoc nõ eſt cõſecutus.Electiõ aũt cõſecuta eſt: cæteri uero excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos ut nõ uideant, & aures ut quæ electio,ubi nulla diuerſitas meritorũ? *b* ¶ Si autem gratia,iam nõ ex operibus.] Ne dicerent illi,de quibus Eliæ dicitur: Iuſti erãt,iſti uero peccatores,quomodo electi ſunt,ſubiecit : quia & ipſi gratis ſaluati ſunt, ſicut & gentes. *c* ¶ Alioquin gratia iam non eſt gratia.] Quia gratuitum munus appellatur. *d* ¶ Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc nõ eſt conſecutus.] Ideo Iſrael totus non eſt conſecutus iuſticiã,quia eam non ex fide quærebat,ſed ex ſolis operib⁹ legis ſe iuſtificari putabat: cum maxime legis mandata contemneret. Vnde à ſaluatore arguuntur,culicem liquantes,& camelũ glutientes. Item propterea hoc dicit,quia Iudæorũ erant promiſſiones, per quas uenturus erat Chriſtus ſaluare eos à ſuis peccatis:ſed quia uenit,& nõ crediderunt,ideo dicit: Iſrael nõ eſt conſecutus. *e* ¶ Electio aũt conſecuta.] Qui per fidem electi ſunt. *f* ¶ Cæteri uero &c.] Cæteri per infidelitatem excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi crederitis,nõ intelligetis. *g* ¶ Sicut ſcriptũ eſt: Dedit illis deus &c.] In Eſaia: Ante hominẽ uita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi, ne libertas ſcilicet tollatur arbitrij. Dei ergo dare, permittere eſt. Spiritum aũt compũctionis,quem deſiderabant. Semp enim uerbis dei fuerunt increduli:nam ſi uoluiſſent habere ſpiritũ fidei, accepiſſent. Sed & nũc Chriſtiani qui de reſurrectione dubitãt, & præmio ac gehenna,ſimilem ſibi ſpiritum quæriũt.

Matth.13.c

Eſa.7.b

Hoc enim

A Hoc enim loco propheta de infidelibus loquitur. Diuina ſcriptura hoc habet, ut cũ unuſquiſq; habeat libertatem faciendi bonum uel malum, deum dicat tradere aut dare, propterea quia ipſe eſt qui dedit libertatem. Hæc enim facit eius patientia, quia non ſtatim peccãtibus infert uindictã, nec bonis præmia. *a* ¶ Vſque ĩ hodiernũ diẽ.] Vſquequo cõuertantur: ſicut de uelamine cordis, ad Corinthios dicit. *b* ¶ Et Dauid dicit: Fiat mẽſa eorũ corã ipſis &c. & dorſum illorũ ſemper incurua.] Aliter: ſemper incurua onera peccatorum, ut nõ dimittãtur niſi credi/derint, quia in paſſione Chriſti beati ſunt, paſcha comedentes. Hoc enim de illis prophetatur, qui ſaluatorem aceto & felle potarunt, & tamen ipſis dicit Petrus: Et nunc ſcio, quia per ignorãtiam feciſtis hoc: Pœnitemini ergo, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum. Et ipſe Paulus poſt modicũ ait: Et illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur, ut ſciamus quia ſpiritꝰ compunctionis facultatẽ illis non abſtulit conuertendi. Deniq; ſtatim ipſe ſoluit ĩ ſequẽtibus uerbis. Item ſacerdotes cũ arbitrantur quod ſi Chriſtũ interfecerint, haberent ſemper menſam ſacrificiorum & decimarum, facta eſt illis in laqueum. Perdiderunt enim templum in quo uanam ſpem habuerunt, & nũc ſunt in gentes maledicti. *c* ¶ Dico ergo: Nũquid ſic &c.] Modo iterum partem releuat Iudæorũ. *d* ¶ Vt caderent. Abſit.] Non penitus & irremediabiliter ceciderunt. *e* ¶ Sed illorum delictum ſalus eſt gentibus &c.] Vſq; adeo illos dilexit, ut propter ſalutem illorum gentes uocarentur, quo eas uidentes ad regnũ dei admitti, uel ſic facilius cõuerterentur. Item quia diſpenſatio dei ita fuit, ut per mortem Chriſti omne genus humanum ſaluaretur, ſicut ipſe dominus dicit: Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, ideo dicit: Sed illorum delictũ ſalus gentium. Dicens autẽ: Vt illos æmulentur, oſtendit: quia niſi gentes in Chriſto credidiſſent, reliquiæ illorum nunquam ſaluatæ fuiſſent. *f* ¶ Quod ſi delictum &c.] Si delictum eorum tantum uobis profuit, ut ſine operibus legis, uos illis faceret cohærere: & ſi pauci eorum credentes, omnes uos ad ſalutem uocarunt: quanto magis ſi omnes crediderunt, prodeſſe poterant uobis per doctrinam? *g* ¶ Vobis enim dico gentibus.] Vult oſtendere ad Iudæorum ſalutẽ magnopere feruinare. *h* ¶ Quandiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorifico &c.] Quandiu fuero in corpore conſtitutus, honorificabo miniſteriũ noſtrum, dum exemplo meo plures eorum ſaluare contendo. *i* ¶ Si quomodo ad æmulandũ prouocem.] Vt omni modo talem me exhibeã, ut me deſiderent imitari. *k* ¶ Et ſaluos faciam aliquos ex illis.] Vel aliquantos, quia nolunt omnes. *l* ¶ Si enim amiſſio eorum reconciliatio &c.] Repetit quod dixerat ſuperius. *m* ¶ Quæ aſſumptio, niſi uita ex mortuis?] Vnde gentibus aſſumptio, niſi ex illorum uiuerẽt morte? Ex Iudæis mortuis, Chriſtus uel apoſtoli uita fuerunt gentibꝰ: Siue ſi quos inde liberauero, ad ueſtram proficient uitã. Itẽ hoc dicit: quoniam ſicut gentes per fidem aſſumptæ ſũt, ita etiam Iudæi ſi crediderint ex mortuis ad uitam tranſibunt. *n* ¶ Quod ſi deliba/tio ſancta eſt, & maſſa.] Si illi q pauci ex eis crediderũt, ſancti ſunt, & omnes ſi credant. Hic primitias, Chriſtum dicit. Maſſam autem populum Hebræorũ, à quibus Chriſtꝰ ſecundũ carnem eſt. *o* ¶ Et ſi radix ſancta, & rami.] Radix, patriarchæ: rami, apoſtoli: hoc eſt, & primi & nouiſſimi ſancti ex ipſis ſunt. Itẽ hoc loco radicem, Abrahã ſignificat: quoniam propter fidem, pater multarum gentium uocat. Ramos uero poſteros eius, fidem ſimiliter retinentes. *p* ¶ Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt.] Nõ propter te fracti ſunt, ſed ꝓpter illos tu inſertus es, qa illi fracti ſũt. *q* ¶ Tu autẽ cum oleaſter &c.] Olea quidem, ſed inculta atq; ſylueſtris. Item hoc loco contra naturã gentilem populum inſitum dicit in radice, hoc eſt, in fide patriarcharum, & non ſecundũ naturam arborũ quaſi inſertũ, proprij generis fructũ ferre, ſed bonitatẽ radicis ſequi, in quam inſertus es. *r* ¶ Et ſocius &c.] Radicis patrum, pinguedinis Chriſti. *s* ¶ Noli gloriari &c.] Noli de illorũ perditione gaudere, alioquin audies ꝙ non illi per te ſtant, ſed tu per illos. Nec tu illis uitam præſtas, ſed illi tibi. *t* ¶ Dicis ergo &c.] Tu dicis ideo illos fractos, ut tu inſeraris: Videamus ſi propterea & nõ magis propter incredulitatẽ ſuam ceciderunt. *u* ¶ Tu autem fide ſta.] Nõ enim deus perſonam tuam acciperet, & illos ſine cauſa proijceret. *x* ¶ Noli altum ſapere, ſed time.] Quidam hunc locum non intelligentes, nec attendentes cauſam uel perſonas de quã & de quibus loquitur Apoſtolꝰ, putant hic ſapientiam eſſe prohibitã. Quod ſi ita eſt ſecundum illos, inuenietur ſibiipſe contrarius: qui hic uetat, quod alibi, ut Epheſij & cæteri accipiant, magnis ſupplicationibus ad dominũ deprecatur. Noli ergo altũ ſapere, hoc eſt, noli contra eos eſſe ſuperbus. *y* ¶ Si enim deus &c.] Si illis non pepercit propter incredulitatem qui ex radice ſancta ſunt, multo minꝰ tibi ſi peccaueris. *z* ¶ Vide ergo &c.] Contra eos qui aliũ deum iuſtum, aliũ aſſerunt bonũ. Et contra eos qui negant deũ in peccantibus uindicare. *a* ¶ In eos quidem qui &c.] Quia & illi iuſte fracti ſunt, & tu clementer inſertus es. *b* ¶ Si ꝑmanſeris &c.] In fide, quæ tibi dei bonitate collata eſt.

aures ut non audiant, uſque in hodiernum diem. Et Dauid dixit: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem & in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. Dicó ergo: Nunquid ſic offenderũt ut cãderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt gẽtibus, ut illos æmulentur. Quod ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gẽtibus, quãdiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meũ honorificabo, ſi quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis. Si enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi, quæ aſſumptio, niſi uita ex mortuis? Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa. Et ſi rãdix ſancta & rami. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt: tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos. Quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Dicis ergo: Fracti ſunt rami ut ego inſerar. Bene propter incredulitatẽ fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: nõli altum ſapere, ſed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vidẽ ergo bonitatem & ſeueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem dei, ſi permanſeris in bonitate. Alioquin

Aliôquin & tu excideris. Sed & illi si nõ permaserint in incredulitate,inserentur. Pôtens est enim deus iterũ inserere illos. Nam & si tũ ex naturali excisus es oleastro, et cõntra naturam insertus es in bonam oliuam:quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ? Nôlo enim uos ignorare fratres mysteriũm hoc, ut nõ sitis uõbismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit Israel, donec plẽnitudo gentium intraret. & sic omnis Israel saluus fieret. Sicũt scriptũ est: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Et hòc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangẽlium quidẽ inimici propter uos: secundum electiõnem autem charissimi propter patres. Sinẽ pœnitentia em̃ sunt dona & uocatio dei. Sicũt em̃ aliquando & uos non credidistis deo: nũnc autem misericordiã consecuti estis propter incredulitatem illorum: ità & isti nunc nõ crediderunt in uestram misericordiã, ut & ipsi misericõrdiam consequãtur. Cõclusit enim deus omia in incredulitate, ut ômnium misereatur. O altitudõ diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incõmprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis em̃ cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuet ei? Quõniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi hõnor & gloria in secula seculorum: Amen. Cap. XII

Obsecro

a ¶ Alioquin & tu excideris: sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur.] Sin uero, & tu seueritatem senties, & illi bonitatem. b ¶ Potens est enim deus iterum inserere illos.] Apud homines quidem, impossibile est aridos surculos reformare: apud deũ omnia possibilia & facilia sunt.

c ¶ Nã & si tu ex naturali excisus es oleastro.] Quia iam olim patres eorum naturalem legem obliti, degenerauerant à natura: & per successiones peccandi, consuetudine permanente, quasi naturaliter amari, & infructuosi esse cœperũt. Itẽ hoc loco contra naturam gẽtilem populum insitum dicit in radice: hoc est, in fide patriarcharũ, & non secundum naturam arborum quasi insertũ, proprij generis fructũ ferre, sed bonitatem radicis sequi, in quam insertus est. d ¶ Et cõtra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis hi qui secundum naturã inserentur suæ oliuæ.] Contra naturam est oliuæ inserere oleastrũ, qa magis ramꝰ solet uim radicis imitari, q̃ radix ramorum i suam uertere qualitatem.

B

e ¶ Nolo enim uos ignorare fratres &c.] Hoc totum contra illos, ne superbiãt gentes. f ¶ Mysterium hoc.] Arcanum quod hominibus ignotum est, quare saluatæ sunt gẽtes, quia occasionem eis salutis etiam cæcitas præstiterit Israel. g ¶ Vt nõ sitis uobismetipsis sapientes.] Ne secundum humanã sapientiã dicatis: Nos deꝰ elegit, & illos abiecit. h ¶ Quia cæcitas ex parte contigit in Israel.] Intantum Israel & delicta & perfidia occuparunt, ut ueniret tempus quo gentes omnes admitterentur ad uitã: & ita omnis Israel per fidem solam saluaretur: quomodo gentiũ plenitudo uita æquales essent in Christo, quia inæquales fuerãt in delictis. i ¶ Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.] Tam diu permãsit, donec gentes saluatæ uiderent, quod omnes uocati sunt ad salutem: sicue ex Iuda & Israel, & lege scilicet. Item hoc ostendit quoniam intrante in fidem Christi gentiũ supplemento: tũc zelo & æmulatione permoti, reliqui populi Iudæorum, credentes in Christo salui fiant. Præponit autem interdũ Apostolus gentes, populo Hebræorum in fide, ea ratione, quoniam etiam si aliquanti ex illis Christo crediderant: tamen legis Mosaicæ adhuc præcepta seruabãt. Vnde & ipsi postea exemplo gentium, Christianam fidem, integre custodire cœperunt. Non enim pro multitudine plenitudinem dicit, sed quia repleti sunt à domino nostro, sicut & ipse ait Paulus de credentibus: Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiã, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omia in omnibꝰ adimplet. k ¶ Sicut scriptũ est &c.] Quidam hæc omia futura existimãt. Quibus respondendũ est: Ergo & hoc testimonium: Veniet ex Sion qui eripiat Israel, adhuc futurum est, ut rursum Christꝰ aduenias liberare, & à deo pro tempore excæcati sunt, & non semetipsis quid de illis, quomodo pereunt non credẽtes. l ¶ Et hoc illis &c.] Testamentum nouũ quod promisit Hieremias, quod nõ nisi noui abolitis peccatis accipiẽt. Hiere. 31.

m ¶ Secundũ euangelium &c.] Inimici mei sunt, ꝓpter quæ uobis prædico, Christum prohibentes nõ gentibus loqui ut saluæ fiant. n ¶ Secundum electionem aũt charissimi &c.] Si autem credant, charissimi sunt dupliciter cõmendati. o ¶ Sine pœnitẽtia em̃ sunt dona & uocatio dei.] Si crediderint, non illis poterunt imputari peccata, quia dominum non pœnitet Abrahæ semen promisisse. Siue illi sine affectione pœnitentiæ si crediderint, saluabuntur. p ¶ Sicut enim aliquando & uos nõ credidistis deo &c.] Quãdo adhuc illi credebant. q ¶ Nunc aũt misericordiã consecuti estis &c.] Non uõ merito. r ¶ Ita & isti nunc &c.] Misericordia gentiũ, Christus ẽ. s ¶ Vt & ipsi misericordiã &c.] Intantum non crediderunt, ut & ipsi operibus suis nõ iustificentur, sed misericordia sicut & uos. t ¶ Cõclusit enim deus omnia in incredulitate.] Non ui conclusit, sed ratione conclusit, quos inuenit in incredulitate, hoc est, Iudæos oẽs & gentes hic conclusit, quia anteà Iudæi peccatores tantum erãt, non etiam perfidi: postq̃ autem Christum non crediderunt, gentibꝰ sunt æquales, & omnes similiter misericordiam consequuntur. u ¶ Vt omniũ misereatur.] Hac de causa. x ¶ O altitudo diuitiarum sapientiæ &c.] Laudat sapientiam dei, qui tam diu expectauit secundum præscientiam, donec omnes misericordia indigerent: ut omnibus de falsa iactantia operum, gloria tolleretur.

C

y ¶ Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius &c.] Iudicia dei abyssus multa. Aliqui enim comprehendere non possunt. z ¶ Quis em̃ cognouit sensum domini?] Ante nemo cognouit: nam in præsenti ipse Paulus utiq; sciebat, qui alijs ostendebat. Nos autem sensum domini habemus? Siue legem ipsius per se nemo cognouit, & nemo peculiari deo cõfabulatione instructus, doctrina nõ indiget legis. a ¶ Aut quis cõsiliarius &c.] Vt eius nouerit sacramenta. b ¶ Aut quis prior &c.] Quis prior fecit aliquid boni & non dei misericordiã glorificet, sed suo se merito recepisse glorietur. c ¶ Quoniã ex ipso.] Ab ipso omnis creatura accepit initium, & per ipsum regitur, & in ipso omnia cõcluduntur, nec ipse continetur ab ullo. d ¶ Ipsi honor & gloria &c.] Ipse solus glorificandus est: cuius est etiam quod sumus & uiuimus, ac mouemur. Simul etiã cõtra Arianos facit hic locus, cum dicitur deus id esse, ex quo oia, & per quem oia facta esse monstrantur

D

A monſtrantur: ſiquidem omnia per uerbum in principio facta, euangeliſta ſignauit. Et quod de filio euãgeliſta teſtatur, hoc Apoſtolus per unitatis myſteriũ, de patre intelligendum edocet credendum. Cap. XII

OBſecro itaq; uos fratres.] Quia de ſenſu domini dixerat: modo dicit, quales ſe exhibere debeãt, ut ſenſum domini habere mereãtur. Hucuſq; de dogmatibus dicit, hinc iã moralia docet. b ¶ Per miſericordiam dei.] Qua magis nihil eſt, per quam liberati ſumꝰ. c ¶ Vt exhibeatis corpora ueſtra.] Quãto magis animã, non animalium, ſicut in lege: quæ tamen licet in figura fuerint, immaculata offerebãtur & uiua. d ¶ Hoſtiam uiuentem, ſanctam.] Hoc eſt, caſtã & alienã ab oñi morte peccati. e ¶ Deo placẽtem.] Domino, nõ hominibus tantũ placete, ſiue talis ei placet hoſtia. f ¶ Rationabile obſequium ueſtrum.] Omne opus bonum tunc placet deo, ſi rationabiliter fiat. Nam merede priuatur: utputa ſi quis hominũ cauſa ieiunat, bonum obſequium inſipienter facit: ita & de omnibus aliacẽtibus ſentiendũ eſt. g ¶ Et nolite conformari &c.] Nolite ſimiles eſſe filiis mundi, q facti eſtis filij dei, ſed reuouate ſenſum ueſtrũ per quem regitur corpus, & omnia membra diriguntur, ut etiã corporis actus noui fiant, quo poſſitis uoluntatem dei & ſenſum eius agnoſcere. Hæc enim non niſi nouo ſenſui reuelantur. h ¶ Bona & benep. &c.] Hoc eſt, quod bonum ſit & melius & optimum. i ¶ Dico enim per gratiam.] Prohibet uſum humanæ ſapiẽtiæ, quæ præter legem eſt: nõ ſenſu proprio loqui ſe dicit, ſed autoritate gratiæ dei. k ¶ Oñibus qui ſunt &c.] Qui ſunt ſacerdotes ſiue doctores, quorum cæteri ſequuntur exemplum. l ¶ Non plus ſapere, q̃ oportet ſapere &c.] Plus uult ſapere, qui illa ſcrutatur, quæ lex nõ dicit. Vnde & Salomon ait: Altiora te ne quæſieris, & maiora te ne ſcruteris, ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper. m ¶ Et unicuiq; ſicut &c.] Notãdum quod deum dicat ſpiritũ ſanctum, q̃modo ad Corinthios ait, dona diuidere ſingulis prout uult. n ¶ Menſuram fidei.] Menſura fidei, uirtutis intelligenda eſt gratia, quam non niſi fideles accipiunt. o ¶ Sicut enim &c.] Per comparationem corporis, eos ad cõcordiam cohortatur, ne uel hinc moueantur, quia dona accepere diuerſa: non enim poterant omnia habere ſinguli, ne ſuperbirent nullius egentes: nec omnes eadem, ut corporis Chriſti ſimilitudo in nobis mõſtretur. Itẽ quod dicit in uno corpore multa membra, propter diuerſitatem officiorum dicit. Non enim poteſt oculus audire, nec auris uidere, & ſic cætera intelligenda. p ¶ Singuli autem alter alterius membra.] Vt præſtando alterutrũ quod habꝰ, magis ac magis charitas in nobis confirmetur. q ¶ Habentes autẽ donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis differentes.] Donum non ex noſtro, ſed ex donantis arbitrio pendet. Et omnibus quidem credentibus gloria promittitur in futuro: ſed qui tam mundum cor habuerit, ut hoc mereatur gratiam uirtutum accipit etiam in præſenti. r ¶ Siue prophetiam ſecundum rationem fidei.] Fidei, non legis: ſiue quia fides illa meretur. Vnuſquiſque enim tantum accipit, quãtum credit. Item ſecũdum fidem quæ unicuique à deo data eſt atq; cõceſſa. s ¶ Siue miniſterium in miniſtrando.] Miniſterium ſacerdotalis, uel diaconatꝰ officij. t ¶ Siue q &c.] Qui docet, maior eſt eo q exhortatur. Exhortari em̃ p uiribus ſuis poſſũt, etiã minꝰ periti. Notandum ſanè quod tertio tãtum poſuerit, ſiue: qd' quare fecerit, ſpiritualis debet lector agnoſcere. u ¶ Qui tribuit in ſimplicitate.] Omnibus ſimpliciter largitur, cunctos credẽs bonos eſſe, & indigere quæ petunt.

B

x ¶ Qui præeſt in ſollicitudine.] Qui præeſt eccleſiæ uel fratribus, debet eſſe ſollicitus. y ¶ Qui miſeretur in hilaritate.] Maxime circa ægrotos miſericordiã exhibẽdo. Siue miſericordiæ titulus generalis eſt, qui circa omnes placido exhibendus eſt animo. Hilarem enim datorem diligit deus, & triſtem ſine dubio odit, quia melius eſt uerbum bonum ſuper datum optimum. z ¶ Dilectio ſine ſimulati. &c.] Tota puritas debet eſſe in Chriſtianis, ſicut deus pura lux eſt. Fingere enim ſeruorũ eſt. Et diligamꝰ nõ lingua tantũ, ſed opere & ueritate. Ita ut etiam ſi neceſſe fuerit, pro inuicẽ moriamur. a ¶ Charitatem &c.] Ita uos diligite, quaſi ex una matre geniti. b ¶ Honore inuicem præuenientes.] Hoc ſi ſemper ſeruaremus, & charitatẽ & patientiam teneremus, ſicut alibi ait: Alter alterutrum maiorem æſtimantes. Si enim nos omnibus minores iudicaremus, nec ultro alicui iniuriam faceremus, nec illatam nobis grauiter deputaremus. c ¶ Sollicitudine non pigri.] Ne per ſollicitudinem ſeculi, pigri in dei opere efficiamini & inertes.

C

d ¶ Spiritu feruentes.] Quia frigidos dominus non amat, & in tepidis nauſeat. Tunc plane ſpiritu feruemus, ſi ſeculo frigidi ſumus. e ¶ Domino ſeruientes.] Non ſeculo nec̃ uitio, ſed deo. f ¶ Spe gaudentes.] Spe nõ præſenti. Spes enim quæ uidetur, non eſt ſpes. g ¶ In tribulatione patientes.] Propter gaudium ſpei futuræ, omnia ſuſtinete, ſicut ait: Omne gaudium exiſtimate. h ¶ Orationi inſtantes.] Inſtantia orationis nobis præſtat auxilium in aduerſis. i ¶ Neceſſitatibus ſanctorum communicantes.] Miniſtrate eis qui propter Chriſtum, ſua omnia contemnentes, alienis ad tempus indigent miniſterijs. Quidam codices habent: Memorijs ſanctorum communicantes: quod ita intelligitur, quod meminerint, in qualibus ſancti, uel quibus operibus promeruerint deum, ut participes eorum fiant imitantes ſemper. Denique ſequitur:

D

Ecc. 3. c

1. Co. 12. b

1. Cor. 9. b

Iacob. 1. d

hospitalitatẽm sectantes. Bẽnedicite persequentibus uos. Benedicite & nolite maledicere. Gaũdere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inũicem sentientes. Nõn alta sapientes, sed humilibus cõsentientes. Nõlite esse prudẽtes apud uosmetipsos. Nũlli malum pro malo reddentes, prõuidentes bona: non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est, cum oĩbus hominibus pacem habentes. Nõn uosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locum iræ. Scriptũm est enim: Mihi uindictam, & egõ retribuam, dicit dominus. Sed & si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hõc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Nõli uinci à malo, sed uince in bono malum. Cap. XIII

OMnis animã potestatibus sublimioribus subdita sit: nõn est enim potestas nisi à deo. Quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aũt resistũt, ipsi sibi dãnationẽ acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis aũtem non timere potestatem? Bonũ fac, & habẽbis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si aũt malũ feceris, time. Nõn enim sine causa gladium

a ¶ Hospitalitatem sectantes.] Quia & hoc sancti fecerunt: sicut Abraham, sicut Lot, qui etiam inuitos hospites detinebant, de qua dicitur. Per hanc enim quidã deo placuerũt angelis hospitio receptis. b ¶ Benedicite persequentibus uos, benedicite.] Ne putaremus utrunque nos facere debere. Ait eñ & beatus Petrus: Neq; maledictum ꝓ maledicto, sed econtrario benedicentes. c ¶ Gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flentibus.] Vt si quid patitur unũ membrũ, compatiãtur omnia mẽbra. Sicut Iob ait: Si nõ ingemui uel lachrymatus sum, cum uiderem homines in necessitate. Et dominus fletibꝰ Mariæ, ad fletũ prouocatur, ut nobis daret exẽplũ. Nec enim pro Lazaro quem erat suscitaturꝰ, fleuisse credẽdꝰ est, nec propter incredulitatem illorum, q ei sæpe non crediderunt mirabilia facienti. Nos autẽ iam peruerso modo flemꝰ cũ gaudentibus, & gaudemus cum flentibꝰ. Si quis enim laudatꝰ fuerit, cõtristamur: si quis ceciderit, exultamus. Vnde ostẽdimꝰ nos qui talia facimꝰ, de corpore Christi nõ esse, qui nõ dolemus de uno membro præciso: sed inimici sumꝰ partis nostræ, & amici partis aduersæ, qui nõ dolemus de acie nostra uiros fortissimos corruentes: nec gaudemus, si uideamus eos fortiter dimicantes, quãuis ipsi tam ualidi nõ simus ad pugnandum. d ¶ Idipsum inuicem sentiẽtes.] Vt ita alteri sentiatis, sicut uobismetipsis. e ¶ Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.] Superba sapit iste, qui suam per se ulcisci cupit iniuriam, & non humilibus rebus, id est humilitate consentit. f ¶ Nolite esse prudẽtes apud uosmetipsos.] Nolite in humana sapientia gloriari, sed stulti estote seculo, ut sitis domino sapiẽtes, sicut scriptũ est: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. g ¶ Nulli malum pro malo reddentes.] Humana sapientia est, si quæramus uicem reddere inimicis. Stulticia est enim in hoc seculo, si percutienti & aliam maxillam præbere uolueris. Quod si tãtæ patientiæ & humilitatis fueris, non solum apud dominũ, sed & apud omnes homines poteris probabilis apparere. h ¶ Prouidentes bona, non tantũ coram deo, sed etiam coram hominibus.] Tantum caue ne ideo facias, ut non deo, sed solis hominibus placere desideres. i ¶ Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.] Quod uestrũ est, uos cum omnibus pacem habetote, & dicite cum propheta: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: optantes scilicet conuersionem eorum atq; salutem, sicut quæ uobis fieri possit. k ¶ Non uosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locum iræ.] Aut fugiendo, aut permittendo nocere. l ¶ Scriptum est enim: Mihi uindictã.] Ego quasi meã, dicit dominus, non quasi uestram iniuriam uindicabo, quoniam dicit propheta: Qui uos tangit, tanquam qui tangit pupillam oculi ipsius. m ¶ Ego retribuam dicit dominus.] Facienti bona, retribuere ꝓmittit. n ¶ Sed & si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.] Noli illi negare, quod deus nulli negat, quamuis sit blasphemꝰ & impius. o ¶ Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.] Vt cum sibi carbones intellexerit per suam indebitam misericordiam congregari, excutiat eos: hoc est, cõuertatur, & diligat te, quẽ habuerat aliquã do perosum. Cæterũ non est misericordia, sed crudelitas: si ideo ea facias, ut illi aliqd peius eueniat: ꝓ quo deum præciperis deprecari. Itẽ hoc loco docet nos imitari deũ debere, qui solem suũ oriri facit sup bonos & malos. Cibando enim inimicum & potãdo, eum ad pacem uel reconciliationem prouocamus: & si ille in malicia perstiterit, ignem suo congerit capiti. p ¶ Noli uinci à malo, sed uince i bono malũ.] Ille dicitur uicisse alterũ, qui eum ad suam duxerit partẽ, sicut hæreticum uel paganũ. Si ergo te fecerit sibi uicem reddere, ille te uicit, sibi similẽ te faciendo: si autẽ per patientiam tuam feceris eum cessare ab iniuria, tu uicisti.

CAPVT XIII

OMnis anima potestatibus sublimioribꝰ subdita sit.] Hæc causa aduersus illos prolata est, qui se putabant ita habere libertatem Christianã, ut aut nulli honorem deferrent, aut tributa dependerent. Quocunq; ergo modo eos humiliare desiderat, ne forte propter superbiam, magis q̃ propter deum contumeliã patiãtur. Ideoq; docet illos humilitate tempus redimere. Aliter, q̃ sublimiores potestates, ecclesiasticæ dignitates intelligantur. r ¶ Non est eñ potestas nisi à deo.] Et quomodo deus dicit per prophetam: Regnauerunt, & non ex me? s ¶ Quæ aũt sunt, à deo ordinata sunt.] Si de seculi potestatibus dicere uideatur, non ideo iustæ erunt: etiam si à deo exordiũ acceperunt. Secundum desideriũ uniuscuiusq; dantur. Nam dicit Salomon: Quoniam data est nobis potestas à deo. Sed cũ essetis ministri regni illius, non recte iudicastis. Horrende & cito apparebit uobis, & cætera. Constituitur enim à deo ut iuste iudicet: & ut peccatores habeant, quod timeant, ne peccent. t ¶ Itaque qui resistit potestati &c.] Sicut ad Rahab dicitur: Qui exierit foras, ipse sibi reus erit. u ¶ Nam principes nõ sunt timori boni operis, sed mali.] Malus debet timere potestatẽ, nam bonus non habet q̃ timeat: qui si iniuste occiditur, gaudet. x ¶ Vis autem &c.] Accipe consilium meum, & nunq̃ timebis. y ¶ Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa.] Ipsa damnatio malorũ, laus est bonorum. z ¶ Dei enim minister est tibi in bonum &c.] Qui pro tua sollicitus est quiete. Itẽ in hic dicendo: Minister est tibi boni causa, ostẽdit in his quæ recta sunt iudicibus obediendum, non in illis quæ religioni contraria sunt. a ¶ Non eñ sine causa gladiũ portat, dei eñ minister est.] Et ĩ te habet officiũ, si peccaueris, nec tibi ꝓficit ad mercedem

1.Pet.3.b

Psal.93.b

Ioan.11

Zach.2.c

Sap.6.a

A ad mercedem. Siue ſacerdotes gladium ſpiritualem por
Act.5.a tant: ſicut Petrus percuſſit Ananiã & Sapphirã, & Pau
lus magum. a ¶ Vindex in iram ei qui malum agit.]
Quia deus nõ diligit malos, qui odit omnes qui operan
tur iniquitatem. b ¶ Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote,
non ſolum propter i
ram, ſed etiã propter
conſcientiam.] Non
ſolũ quia poſſunt po
teſtates etiã ſine cau
ſa iraſci, ſed & ne pro
pter alicuius peccati
cõſcientiam condem
nemini. Siue non ſo
lum, ne iraſcantur ſa
cerdotes, ſed etiã qa
ſãctis illis & iuſtis ho
norem debetis. Item
malum agẽtes, & con
tra præcepta uiuen
tes, propter uindictã
ſubditi ſunt poteſtati
bus: recte autẽ uiuen
tes propter conſcien
tiã ſubditi ſunt, quia
bona & iuſta ſũt quæ
iubentur. c ¶ Ideo
em & tributa præſta
tis &c.] Poſſunt & tri
buta ſacerdotũ intel
ligi, quæ illis à deo
ſunt conſtituta. Siue
ideo regibus tributa
præſtatis, quia uolui
B ſtis poſſidendo ſecu
lo eſſe ſubiecti. Mini
ſtros autem dei illos
appellat, ut uel ſic eis
reddant, quod eis de
bebant, ne uideretur
Chriſtꝰ ſuperbiã do
cuiſſe. d ¶ Reddite ergo omnibus debita: cui tributũ,
tributum.] Poteſt etiam eleemoſyna debitum appellari.
Dicit ſcriptura: Inclina pauperi aurẽ tuam, & redde de
bitũm tuum. e ¶ Cui uectigal, uectigal.] Vectigal no
ſtrum eſt, ut trãſeuntibus donemus: uel nos tranſeuntes
ſedentibus ad uiam, & inde uenientibus largiamur.
Pſal.17 f ¶ Cui timorem, timorem.] Quomodo ergo ſcriptum
eſt alibi: Præter deum neminem eſſe timendũ? Sed ſic, in
quit, age ut neminem timeas. Timor enim dei, timorem
expellit humanum. Sed quoniam cauſas adhuc timoris
habetis, neceſſe eſt ut timeatis. g ¶ Cui honorẽ, hono
rem.] Etiam timorem maioribus, honorem tantũ æqua
libus. h ¶ Nemini quicquam debeatis.] Præclare di
xit Apoſtolus, reddẽda unicuiq; quæ debentur, ſola tan
tum dilectione nos inuicem obnoxios eſſe debere. Si au
tem ſemper fratribus debuerimus, dilectionẽ ſeruemus,
ut perpetuæ charitati connectamur. Nam non adultera
bis, non occides, non furaberis, non concupiſces: & ſi qd
eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur: Item ne
mini debitum non reddatis. i ¶ Niſi ut inuicem dili
gatis.] Hoc ſolũ ſemper debet manere, quod nunquam
perſolui poteſt. k ¶ Qui enim diligit proximũ, legem
impleuit.] Secundũ domini parabolam, ſine diſcretio
ne cunctis miſericordiã fieri iubentis: omnis homo pro
ximus eſſe cenſendus eſt. Item dilectionem ideo præmi
ſit, quia fidelibus ſcribebat, & de iuſticiæ converſatione
tractabat. l ¶ Nam non adulterabis &c. Diliges proxi
mum tuum ſicut teipſum.] Recapitulatur omnis iuſti
cia in proximi dilectiõe, & iniuſticia naſcitur, dum plus
cæteris nos amamus. Qui enim ſicut ſe diligit proximũ,
non ſolũ illi malum non facit, ſed etiam bonũ facit, quia
& circa ſe utrunq; cupit impendi. m ¶ Dilectio proxi C
mi, malum non operatur.] Etiam bonũ non facere, ma
lum eſt. Nam ſi uiderit illum fame periclitari, nõne ipſe
illum occidit, ſi ille cum affluat, nõ dederit uictũ, quam
uis ei proprias nõ tulerit facultates? Quiſq; enim in qua
cunq; neceſſitate ſuc
currere morituro po
teſt, ſi non fecerit, oc
cidit. n ¶ Plenitu
do ergo legis, eſt dile
ctio.] Hoc eſt perfe
ctio. o ¶ Et hoc ſciẽ
tes tempus, quia ho
ra eſt iam nos de ſom
no ſurgere.] Hoc eſt,
ut ad perfectiora ten
datis. Non enim ſem
per debetis eſſe par
uuli & lactẽtes, ſicut
alibi dicit: Etenim cũ Heb.5.c
deberetis magiſtri eſ
ſe & cætera. Item hor
tatur Apoſtolus, ut tẽ
nebroſa & ſomni tor
pore depreſſa opera
relinquentes, in lumi
ne, hoc eſt, in bonis
operibꝰ ambulẽmꝰ.
Item de ſomno iner
tiæ & ignorantiæ con
ſurgamus: Iam enim
ſciẽtia lucet. p ¶ Nũc
enim propior eſt no
ſtra ſalus, q̃ cum cre
didimꝰ.] Scientia ꝓ
ficiente propior eſt ſa D
lus, q̃ quando primũ
credidimꝰ. q ¶ Nox
præceſſit, dies aũt ap
propinquauit.] Cõ
parat diei ſcientiam,
& ignorantiam nocti, ſecundũ Oſee dicentem: Nocti aſ- Oſee.4.b
ſimilaui matrẽ tuam: factus eſt populus meus tanq; non
habens ſcientiam. r ¶ Abiiciamus ergo opera tenebra
rum, & induamur arma lucis.] Cum ignorantia abiicia
mus ſimul & opera ignorantiæ, & arma lucis, hoc eſt, lu
minis opera induamur. Qui em̃ male agit, odit lucẽ: qui Ioan.3.c
uero facit ueritatem, uenit ad lucem. s ¶ Sic ut in die
honeſte ambulemus.] Sicut lux diei prohibet unum
quenq; agere, quod nocte libere cõmittebat: ita & ſcien
tia nos prohibet legis mandata contemnere, quod ſcia
mus nos ſemper à deo uideri. t ¶ Non in comeſationi
bus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.]
Comeſatio, eſt menſæ collatio. Nos uero habemus ſpiri
tuale conuiuiũ dicentes: Cum conuenitis, unuſquiſque
pſalmum habeat, & cætera. Ebrietatẽ ergo perniciosam
eſſe, & luxuriæ materiam: ex hinc cognoſcimus, quia im
pudicitiam ſubiunxit. Et alibi ait: Nolite inebriari uino Ephe.5.d
in quo eſt luxuria. u ¶ Non in contentione & æmula
tione.] Etiam contentionem & inuidiam criminoſam Iaco.3.d
eſſe, & alijs multis probatur exemplis, dicẽte Iacobo: Si
enim zelũ amaro habetis & cætera. x ¶ Sed induimi
ni dominum Ieſum Chriſtũ.] Solus Chriſtus uideatur
in uobis, non uetus homo. Qui enim dicit ſe in Chriſto
manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare: in
quo omnes ſunt uirtutes. y ¶ Et carnis curam ne &c.]
Sicut Salomon ait: Poſt cõcupiſcentias tuas non eas. Et
iterum: Si dederis concupiſcentiã animæ tuæ, in gaudiũ
facies te inimicis tuis uenire. Cap. XIIII

Ignis curam ne feceritis in deſideriis. Cap. XIIII

INfirmum autem in fide aſſumite: non in diſcepta
tionibus

& ignorantiam noctis, ſecundũ Oſee dicentem: Nocti aſ- Oſee.4.b
ſimilaui matrẽ tuam: factus eſt populus meus tanq; non
habens ſcientiam. r ¶ Abiiciamus ergo opera tenebra
rum, & induamur arma lucis.] Cum ignorantia abiicia
mus ſimul & opera ignorantiæ, & arma lucis, hoc eſt, lu
minis opera induamur. Qui em̃ male agit, odit lucẽ: qui Ioan.3.c
uero facit ueritatem, uenit ad lucem. s ¶ Sic ut in die
honeſte ambulemus.] Sicut lux diei prohibet unum
quenq; agere, quod nocte libere cõmittebat: ita & ſcien
tia nos prohibet legis mandata contemnere, quod ſcia
mus nos ſemper à deo uideri. t ¶ Non in comeſationi
bus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.]
Comeſatio, eſt menſæ collatio. Nos uero habemus ſpiri
tuale conuiuiũ dicentes: Cum conuenitis, unuſquiſque
pſalmum habeat, & cætera. Ebrietatẽ ergo perniciosam
eſſe, & luxuriæ materiam: ex hinc cognoſcimus, quia im
pudicitiam ſubiunxit. Et alibi ait: Nolite inebriari uino Ephe.5.d
in quo eſt luxuria. u ¶ Non in contentione & æmula
tione.] Etiam contentionem & inuidiam criminoſam Iaco.3.d
eſſe, & alijs multis probatur exemplis, dicẽte Iacobo: Si
enim zelũ amaro habetis & cætera. x ¶ Sed induimi
ni dominum Ieſum Chriſtũ.] Solus Chriſtus uideatur
in uobis, non uetus homo. Qui enim dicit ſe in Chriſto
manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare: in
quo omnes ſunt uirtutes. y ¶ Et carnis curam ne &c.]
Sicut Salomon ait: Poſt cõcupiſcentias tuas non eas. Et
iterum: Si dederis concupiſcentiã animæ tuæ, in gaudiũ
facies te inimicis tuis uenire. Cap. XIIII

INfirmum &c.] Hic oblique illos increpare incipit, qui
ſe fortes putabant, ut immoderate carnibus ueſcerent.
Itẽ hic infirmos fideles dicit, qui carnes quæ in macello

tiõnibus cogitationum. Aliũs enim credit ſe manducare omnia. Qui autem infirmus eſt, olus mãducet. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem nõ iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit, ſtabit autem. Potens eſt enim deus ſtatuere illum. Nam alius iudicat diẽ inter diem: alius autem iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diem, domino ſapit: & qui mãducat, domino mãducat. Gratias eñ agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Nemõ enim noſtrum ſibi uiuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: ſiue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, ſiue morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri uel ſcandalum. Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil cõmune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat quid commune eſt.

A tunc temporis uendebantur, idololatrias eſſe credebãt: & propter hoc ſic putantes, ne polluerentur, oleribus ueſcebantur, unde præcipitur ab Apoſtolo, ne imperiti ita ſentientes iudicent, qui habent fidem: omnia quæ in macello ueneunt, ſine diſceptatione manducent: quoniam omnis creatura dei bona eſt, & nihil dãnandum eſt eorum, quæ deus hominibus ad edendum creauit.

a ¶ Non in diſceptationib. cogitationũ.] Nolite ſecundum ueſtras cogitatiões, quẽ lex non iudicat iudicare. b ¶ Alius enim credit ſe manducare omnia.] Qui tantam fidẽ habet, ut non moueatur aut abſtinẽtia confractus, aut ſenio.

c ¶ Qui autem infirmus eſt &c.] Infirmus aut ætate, aut corporis calore. Itẽ hic probatur, quia nõ de Iudæis dicatur, ut quidam putãt, ſed de abſtinentibus. Nõ enim carnes ſecũdum legẽ, ſed ſola olera manducabãt. Aliter: Si idcirco tibi infirmitas animæ generatur, quia alium eiuſdẽ propoſiti, carnibus pro ſua fide ueſci phorreſcens, forte cognoſcis: noli eſſe iudex alterius uoluntatis, nec exigere ab aliquo. Vnicuiq; in uoluntate dimiſſum eſt: ſed ſi tibi ſcandalum eſt, & nõ uis carnibus ueſci, tibi ipſi impone modum: & melius faciens, ſola olera mãduca. Magis unuſquiſq; per tuam æquanimitatem ad abſtinentiã prouocetur, q̃ iritatus de hoc ſcandalizete. Magis in edendis carnibus cõfirmetur, quod tum nõ potes quaſi culpam in alio reprehendere, ſi unuſquiſq; aut fideliter hoc præſumit, aut forte aſperitate ualitudinis, aut ſenecta hoc faciat exigẽte. d ¶ Is qui manducat, non manducantem nõ ſpernat.] Habebant inter ſe ſcandala, illi illos quaſi carnales iudicabant: & illi illos tanq; ſtultos iridebant, & ſuperſtitioſos iudicabant.

e ¶ Et q non manducat, manducantẽ non iudicet: deus enim illum aſſumpſit.] Ita illos deus uocauit, ut te.

f ¶ Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruum?] Cuius tu autoritatis es, ut iudices eum quem lex nõ iudicat? Vnde & Iacobus ait: Qui iudicat fratrem ſcilicet ſapientiorem ſe, iudicat legem. Cæterum ipſe Paulus contra mandatũ facientes iudicauit, & alijs iudicãdi tribuit facultatem. Ad eum qui fide infirmus eſt ſermo dirigitur, nõ eum debere iudicare manducantẽ. Omnia quæcũq; in macello ueneunt: qui robuſtus fide eſt, omnia munda mundis eſſe cognoſcit. g ¶ Domino ſuo ſtat aut cadit.] Siue uiuit, ſiue moritur, quia & ille propter deum abſtinet, & ille ſecundum deum mãducat. h ¶ Stabit autem? Potens eſt eñ deus ſtatuere illum.] Deus qui tres pueros legumi-

Iaco. 4. c

Dan. 1. c

nibus paſtos, meliores apparere fecit, q̃ illos qui de menſa regis edebant, poteſt & illos diutius facere in corpore ſtare. i ¶ Nam alius &c.] Iudæi in eſcis diẽ inter diem iudicare nõ poterant. Ergo de ieiunio & abſtinẽtia dicit quæ nõ ſunt ſub certo modo legis redacta, ut unuſquiſq; tantũ faciat, quantũ poteſt, quãtum mercedẽ habere uoluerit. Vnde ſequitur: Vnuſquiſq; id faciat in tali cauſa, quod melius eſſe iudicat. Itẽ hoc eſt quod dicit, aliquos eſſe, qui certis anni tẽporibus, alios eſſe qui omni tempore uitæ ſuæ ab eſu carnium decreuerũt abſtinẽdum. k ¶ Qui ſapit diẽ, domino ſapit.] Domino ſapit, qui propter deum ieiunat, & non propter homines. l ¶ Et qui manducat, dño manducat &c.] Qui propter dominum manducat, ut prædicandi euãgelium poſſit habere uirtutẽ: non ſuæ gulæ ſtudet, ſed aliorum ſaluti, ꝓpter qd conuerſi, gratias referãt deo. m ¶ Et qui non manducat &c.] Quia per exemplum illius multi ſaluãtur, & gratias referũt deo. Qui eñ uoce agit gratias, ſolus agit: qui autem etiam in opere, in multis agit. n ¶ Nemo enim noſtrum ſibi uiuit, & nemo ſibi moritur &c.] Nemo fidelium ſibi uiuit, & nemo ſibi moriẽ: qa Chriſtus ꝓ omnibus mortuus eſt: ut & qui uiuũt, iam nõ ſibi uiuant, ſed illi. Cauendũ econtrario, ne nos aut nobis uiuamus manducãdo: aut propter homines moriamur ieiunãdo. o ¶ In hoc enim Chriſtus &c.] Aduentus Chriſti & uiuos inueniet, & mortuos ſuſcitabit. Nihil ergo refert, utrũ te refuſcitet, an uiuum inueniat: tantum labora, ut coram eo iuſtus appareas. p ¶ Tu autẽ quid iudicas fratrem tuum?] Qua autoritate quaſi uocacẽ damnas? q ¶ Aut tu quare ſpernis fratrem tuũ?] Quaſi infirmum deſpiciens, aut ſuperuacue ieiunãtem? r ¶ Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.] Tũc cõſcientias noſtras dominus iudicabit, quid & quali uoto fecerimus. s ¶ Scriptum eſt enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo.] Hoc teſtimonio probat, quia omnes ſoli domino reddemus noſtrorum actuum rationem. t ¶ Itaq; unuſquiſq; noſtrum, pro ſe rationẽ reddet deo.] De his quibus lex tacet. Cæterũ ſi uidens peccantem nõ arguerit, reddet etiam deo pro eo rationem. u ¶ Non ergo amplius inuicem iudicemus.] Sufficit quod nunc uſq; feciſtis. x ¶ Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum.] Hic ſubtiliter ingreditur ad abſtinentiam cõmendandam, & dicit illos abſtinere debere quãuis firmi ſint, ne exemplo illorum, infirmi ſcandalũ patiantur. y ¶ Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum.] Non hoc ideo dico, quia putem aliquid commune eſſe. Per Chriſtum enim ſcio omnia eſſe mũdata. Cõmune enim dicitur, quicquid immundum uidetur in eſca Iudæorũ. z ¶ Niſi ei qui exiſtimat quid cõmune eſſe, illi cõmune eſt.] Illi ꝓ conſcientiã fit cõmune, q adhuc ritu Iudaico aliquid

A aliquid poſt Chriſti fidem in talibus cauſis arbitratur immundum. *a* ¶ Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur.] Non dixit, propter ieiuniū: ſed ne illum tuo exemplo aut prouoces, aut cōpellas. *b* ¶ Iam non ſecundum charitatem ambulas.] Quia inuitus mādu cat, quod illi non ex pedit. Etiam non dili gis proximum ſicut te, ſi non illius utilita tem cogitas ſicut tuā. *c* ¶ Noli cibo tuo il lū perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.] Nō dixit, abſti nentia tua, ſicut qui dam uolūt. *d* ¶ Nō ergo blaſphemetur bonum noſtrum.] Libertatem quam ha bemus in domino, ut omnia nobis munda ſint: non ea ita debe mus uti, ut uideamur propter gulā & epu las ambulare. Siue blaſphematur ſi pro pter ralia contendi mus. *e* ¶ Nō eſt em̄ regnū dei eſca & po tus.] Non per eſcam iuſtificamur. Sed & hoc notandū, quod non dixerit: ieiunium & ſobrietas non eſt re gnum dei, ſed eſca & B potus. Item hic mani feſte monſtratur, quo niam regnum cœlo rum cibum & potum non habet tempora lem, ſed illic ſpiritua liter uiuit. *f* ¶ Sed iuſticia, & pax, & gau dium in ſpiritu ſan cto.] Quæ per abſti nentiam facilius cuſtoditur. Vbi uero iuſticia, ibi & pax: ubi pax, ibi & gaudium ſpirituale: quia ex diſſentione ſemper triſticia & moleſtia generatur. *g* ¶ Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probatus eſt homini bus.] De tali homine nemo poteſt dubitare, quia ſanctus eſt. *b* ¶ Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur.] Vt non inuicem nos de huiuſmodi iudicemus. *i* ¶ Et quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.] Sed æ dificatio eſt abſtinētia. Cæterum eſca etiam ſi neminem perdat, nullum ædificat. *k* ¶ Noli propter eſcam de ſtruere opus dei.] Hominem ſcilicet à deo creatum. *l* ¶ Omnia quidem munda ſunt.] Repetit quod ſupe rius dixerat, ne creaturā damnare uideretur. *m* ¶ Sed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.] Ipſum mundum, illis fit malum, ſi̇ per illud alterum of fendat. *n* ¶ Bonum eſt non māducare carnem, & non bibere uinum.] Exponit quid ſit per quod offendere dicebat infirmum. Item hoc loco laudat quidem abſti nentiam carnis & uini: ſed multo magis admonet, pro pter ſcandalum fratris abſtinendum eſſe à cibo & potu eorum, quæ idolis immolantur. *o* ¶ Neq; in quo frater Eccĕs.19.d tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.] In firmatur à pudicitia. Vinum enim & mulieres apoſtata re faciunt etiam ſapientes. *p* ¶ Tu fidem quam habēs penes temetipſum, habe coram deo.] Si in hoc fidelē te putas: ſic manduca, ut nemo tuo infirmetur exemplo. *q* ¶ Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod pro bat.] Quia non ſuam infirmitatem probando conſide C rat, ſed alterius ſalutem infirmi. *r* ¶ Qui autem diſcer nit ſi manducauerit, damnatus eſt.] Si quis de alio di ſcernat & dicat: Iſte ſi manducauerit, planè damnandus eſt. Hoc non habet fides, & ideo ſubſequitur. *ſ* ¶ Quia nō ex fide.] Non eſt em̄ ex fide, ſi tu alium idcirco condemnas: quia te ieiunante, ille māducat. Aliter: Qui ſe ita dijudicat. Idi pſum enim eſt diſcre tio & iudicium: quia & iudiciū diſcernen do fit, & diſcretio iu dicādo. *t* ¶ Omne aūt quod non eſt ex fide &c.] Non ex fi de, quæ per charita tatē operatur. Quic quid ergo alium de ſtruit, ex fide non eſt, & idcirco peccatum.

commune eſſe, illi cōmune eſt. Si enim prōpter cibum frater tuus contriſtatur, iam nōn ſecundum charitatem ambulas. Nōli cibo tuo illum perdere, pro quo Chri ſtus mortuus eſt. Nōn ergo blaſphemetur bonum no ſtrum. Nō ēſt enim regnum dei, eſca & potus, ſed iūſti cia, & pax, & gaudiū in ſpiritu ſancto. Q̄ui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probatus eſt hominibus. Itāque quæ pacis ſunt, ſectemur, & q̄uæ ædificationis ſunt, inuicē cuſtodiamus. Nōli propter eſcam deſtrue re opus dei. Omnia quidē munda ſunt, ſed mālum eſt homini, qui per offendiculū manducat. Bōnum eſt non manducare carnem, & non bibere uinum, nēq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcādalizatur, aut infirmatur. Tū fidem quam habes penes temetipſum, habe coram deo. Beātus qui nō iudicat ſemetipſum in eo quod pro bat. Qui autēm diſcernit ſi manducauerit, damnatus eſt: qūia non ex fide. Omne aūtem quod non eſt ex fi de, peccatum eſt.

CAP XV

DEbemus autē nos firmiores imbecil litates &c.] Si uere firmi eſtis, ſic facite ut ego, qui fact⁹ ſum in firm⁹, ut infirmos lu crifacerem. *x* ¶ Et non nobis placere: unuſquiſq; proximo ſuo placeat.] Non à nobiſipſis ſed à pro ximis collaudemur: D ſicut & alibi ſuum no bis proponit exem plum, dicēs: Sicut & ego omnibus per om nia placeo, non quæ rens quod mihi utile eſt, ſed quod multis ut ſalui fiant. Nemo enim poteſt ædificare

Cap. XV.

DEbēmus autem nos firmiores imbecillitates infir morum ſuſtinere, & non nobis plācere. Vnuſquiſq; ueſtrum proximo ſuo placeat in bōnum ad ædificationē. Etenim Chriſtus non ſibi placuit. ſed ſicūt ſcri ptum eſt: Improperia improperantiū tibi ceciderunt ſu per me. Quæcunq; ēnim ſcripta ſunt, ad noſtrā doctri nam ſcripta ſunt: ut pēr patientiam & conſolationē ſcri pturarū ſpem habeamus. Deus aūt patientiæ & ſolatij det alterum cui per bonam uitam non ante placuerit. Sed & ſibi placentes ſunt, qui propria cōmoda quærētes, ſuam faciunt uoluntatē. *y* ¶ In bonā ædificationē.] Oſten dit modū placendi & cauſam: ne ad uanā gloriā placea mus. Simul cum dicit: In bonam ædificationē: oſtēdit & malam eſſe: ſicut eſt illud: Aedificabitur ad manducan 1.Cor.8.e dū idolothyta. *z* ¶ Etenim Chriſtus nō ſibi placuit.] Imitatur hoc & diſcipulus Chriſti: non quærit ſuum cō modum. Ille enim ob aliorum ſalutem, etiam mortuus eſt, & improperia amariſſima ſupportauit, dicentium. Vah qui deſtruit templū & cætera. *a* ¶ Sicut ſcriptum Mar.15.c eſt: Improperia improperantiū &c.] Quæcunq; non ſolum Chriſto, ſed etiam ſanctis exprobrantur dei cau ſa, deo improperari dicuntur: ut eſt illud: Vbi eſt deus tuus? *b* ¶ Quæcūq; enim ſcripta ſunt &c.] Nihil enim Pſal.41. ſcriptum eſt ſine cauſa. Nam & merita uel tentationes iu ſtorum ad noſtram proficiunt ædificationem: quia deo manifeſtiſſimi erant. *c* ¶ Vt per patientiam &c.] Per ſcripturarum ſolatia, ſpem futurā patientiſſime expecta mus: ſicut ſcriptū eſt: Pax multa diligentibus legem tuā, Pſal.118.b & non eſt illis ſcandalum: hoc eſt qui conſolatione legis utunt̄, mōueri ulla tentatione non poſſunt, ut per exem pla patientiæ & cōſolationis eorum quæ ſcripta ſunt ſpe remus conſolationē etiā in præſentibus tentationibus. Magna enim cauſa ſolatij eſt, ſi quæ nos patiamur dīm noſtrum Ieſum Chriſtū & ſanctos eius ſciamus eſſe per peſſos. *d* ¶ Deus aūt patientiæ &c.] Hoc loco deum

det uobis idipsum sapere in alterutrũ secundum Iesum Christum: ut unanimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem sicut et Christus suscepit uos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrũ fuisse circumcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deum: sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cũ plebe eius. Et iterũ: Laudate omnes gentes dñm, & magnificate eũ omnes populi. Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurgat regere gentes: in eum gentes sperabũt. Deus aũt spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti. Certus sum autẽ fratres mei, & ego ipse de uobis: quoniã & ipsi pleni estis dilectione: repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrũ monere. Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte, tanq; in memoriã uos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à deo: ut sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificans euangeliũ dei: ut fiat oblatio gẽtium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus, in obedientiam gentium, in uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorũ, in uirtute spiritus sancti: ita ut ab

A patientiæ, spiritum sanctum significat, qui donat nobis secundum Christum unanimes glorificare deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Item patiẽtiæ eius quæ est in cõuersione & solatio, nõ ira neq; dissidio. *a* ¶ Det uobis idipsum sapere in alterutrũ secundũ Iesum Christũ.] Vt unusquisq; sic quærat salutem alterius quasi suam, sicut Christus sua morte omnes saluauit à morte. *b* ¶ Vt unanimes uno ore honorificetis deum & patrẽ domini nostri Iesu Christi.] Tũc uere deus honorificat, si uno animo & concordi uoce laudatur. Si enim duo cõuenerint super terram ex omni re, quæcũq; petierint, fient illis.

c ¶ Propter quod suscipite inuicẽ.] Propter honorem dei inuicem onera uestra portate: sic adimplebitis legem Christi: quia nos suscepit in se cũ essemus impij. Quanto ergo magis nos inuicẽ ut similes, nos sustinere debemus. Iterũ hic utrũq; populũ ad unitatem

B hortatur. Consentio uobis ò Iudæi quia Christus uobis promissus ad uos uenerit primum, & gentes propter misericordiã dei uocatæ sint: tamẽ unũ corpus estis effecti. *d* ¶ Sicut & Christus suscepit uos in honorem dei.] Siue in gloriam diuinitatis: siue propter honorem dei. *e* ¶ Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse &c.] Hic ostendit quoniam secundũ carnem Christus, iuxta promissiones patrũ ex ipsis natus sit: ut præcepta legis impleret. Item nõ uenerat ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. *f* ¶ Ad confirmandas promissiones patrum.] Quia illis promiserat Christus: sicut ipse dicit: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. *g* ¶ Gentes autem super misericordia honorare deum.] Cui enim plus dimittitur, plus diligit. *h* ¶ Sicut scriptũ est: &c.] Tulit Iudæis arrogantiam, dum gentium salutem docet esse prædictam, quãuis non fuerit nunciatus ipse Christus in gentibus. Confitetur eos misericordiã consecutos: quia & ipsi sunt in corpore eius. *i* ¶ Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius.] Qui cum ipsis estis ad salutem adducti. *k* ¶ Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait: Erit radix Iesse.] Iesse pater fuit Dauid, de cuius semine, id est Maria, natus est Christus. *l* ¶ Et qui exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt.] Non de proselytis asserit, sed & illud huic loco

Gen.49.b similẽ est: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de fœmoribus eius. Vnde probat uere iam uenisse Christum, in quo omnes gentes sperare manifestũ est. *m* ¶ Deus autẽ spei.] In quo omnes speramus: hoc ostendit quomodo deus absq; uirtute spiritus sancti non replet alios quando nationem gratia, quoniam unum donum est patris & spiritus sancti. *n* ¶ Repleat uos omni gaudio & pace.] Pax fidelium, in spe debet esse futura. Et ibi omne gaudiũ ubi pax est. Nullum uero in dissensione gaudium sed uniuersa mœsticia. *o* ¶ In credendo ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.] Abundantia, in spe, in spiritu, uirtutib; consistit & signis.

p ¶ Certus sum aũt &c.] Bonus doctor laudando prouocat ad profectum ut erubescant tales non esse quales ab Apostolo putantur. *q* ¶ Quoniam ipsi pleni estis dilectione.] Prouidit ne unquam contentiosius dura increpasse uideat. Vel diffidentes aut stultos ostendit Christianos semper alterutrũ monere debere. *r* ¶ Repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrũ monere.] Hoc est noui & ueteris testamenti. *s* ¶ Audacius autẽ scripsi uobis fratres ex parte.] Imo ideo magis scribendi fiduciam habui, quia noui uos ut prudentes cito accipe rationem: sicut scriptũ est: Argue sapientem, & amabit te. Itẽ hoc loco aut humilians se Apostolus loquitur: aut certe quoniã habentibus iam prædicationem Petri, ipse audeat prædicare. *t* ¶ Tanq; in memoriam uos &c.] Recordans uos esse prudentes siue non ignaros, non doceo, sed cõmoneo ut sciẽtes. *u* ¶ Propter gratiam &c.] Non propter munera terrena uel laudẽ, sed ut impleam officium quod accepi. *x* ¶ Vt sim minister Christi Iesu in gentibus.] Seruiens euangelio: hoc est reuocans ei seruos quosdam fugitiuos. *y* ¶ Sanctificans euangelium dei.] Meo exemplo sanctũ esse demonstrãs, quod cum tanto timore pericio. Quidam enim ut humanum contemnunt, quod prædicant ut diuinum, & ita fit ut res sancta uideatur esse non sancta, cum non perficitur sancte. Vnde dicitur: Sanctificate ieiuniũ, id est sanctum facite siue monstrate. *z* ¶ Vt fiat oblatio gentium &c.] Vt exemplo meo gentes efficiantur hostia deo accepta, non igni sanctificata uel suscepta, sed spiritu sancto: sicut scriptum est: Quia sedit super apostolos quasi ignis, & uisæ sunt eis uariæ linguæ. *a* ¶ Habeo igitur gloriam, Christi Iesu ad deum.] Qui gloriatur, in domino glorietur. Gloriam habeo apud deum, licet apud homines infamer & maculer. *b* ¶ Non enim audeo aliquid loqui eorum &c.] Hic ostendit Christi & spiritus sancti unam esse potentiam atq; uirtutem. Item non ausus sum aliquid dicere me in his duntaxat rebus propria uirtute fecisse, & non omnia per me esse deo operatũ. *c* ¶ Verbo & factis &c.] Hoc est doctrina & signis. Non enim de operibus hic, sed de uirtutibus loquebatur. *d* ¶ In uirtute spiritus sancti.] Vnã esse uirtutẽ atq; potentiã.

¶ Ita

Luc.7.g

Iobel.2.d

Act.2.d

1.Cor.1.d

Prouer.9.b

ab Hierusalẽm per circuitum usq; ad Illyricum repleue
rim euangelium Christi. Sic aũtem prædicaui euange/
lium hoc: nõ ubi nominatus est Christus, ne super alie/
num fundamentum ædificarem, sed sicũt scriptum est.
Qũoniam quibus non est annunciatum de eo, uide/
bunt, & qui non audierunt de eo, intelligent: prõpter
quod & impediebar plurimum uenire ad uos, & prohi
bitus sum usq; adhuc. Nunc uero alterius locũ non ha/
bens in his regionibus: cupiditãtem aũt habens uenien/
di ad uos ex mũltis iam præcedẽtibus annis: cũm in Hi
spaniã proficisci cœpero, spero quod præteriẽs uideam
uos, & à uõbis deducar illuc, si uobis primũ ex parte frui
tus fuero. Nunc igitur proficiscar in Hierusalẽ, miniſtra
rẽ sanctis. Prõbauerũt enim Macedonia & Achaia col/
lationem aliquã facere in pauperes sanctõrũ qui sunt
in Hierusalẽ. Placuit enim eis, & debitõres sunt eorum.
Nam si spiritũaliũ eorum participes facti sunt gentiles:
debẽt & in carnalibus miniſtrare eis. Hoc igitũr cũ con
sũmauero, & assignàuero eis fructũ hũc: p uos, pficiscar
in Hispaniã. Sciõ aũt quoniã ueniens ad uos, in abun/
dantia benedictionis Christi ueniã. Obsecro ergõ uos
fratres per dñm nostrũ Iesum Christũ, & pẽr charitatẽ
sancti spiritus: ut adiuuetis me in orationib. uestris pro
me ad deũ: ut libẽrer ab infidelibus qui sunt in Iudea, &
obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalẽ sanctis,
ut ueniã ãd uos in gaudio p uoluntatẽ dei, & refrigerer
uobiscũ. Dẽus aũt pacis sit cum omnibus uobis. Amẽ.

Cap. XVI.

COmmẽndo autem uobis Phœben sororem no/
stram

a ¶ Ita ut ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyri/
cum repleuerim euangelium Christi.] Repletur euan/
gelium, cum etiam gentes credunt. b ¶ Sic autem hoc
prædicaui euangelium, nõ ubi nominatus est Christus:
ne super alienum fundamentum ædificarem.] Non o/
mnis qui super alie/
num fundamentum
ædificat, malefacit:
sed si ædificet aurum
& cætera. Hic pseudo
apostolos tangit, qui
semper ad eos qui iã
crediderant ibant &
nunq; ad gẽtes: quia
non poterãt uirtutes
operari. Et ostendit p
fecte se laborasse, qui
& fundamentum po/
suit & ædificiũ super/
struxit. c ¶ Sicut
Esa.52.d scriptũ est.] In Esaia.
Ostendit suum labo/
rẽ iã ante fuisse præ/
dictum. d ¶ Quo/
niam quibus non est
annunciatũ de eo ui/
debunt & qui non au
dierunt intelligent.]
Ostenditur Christus
in apostolis & p uir/
tutes quæ in eius no/
mine fiebãt. e ¶ Pro
pter quod & impedie
bar plurimũ uenire
ad uos.] Exposuit il
B lud quod in capite di
xerat. f ¶ Sed pro/
hibitus sum usq; ad/
huc. Nunc uero ulte/
rius locũ non habẽs
in his regionibus.]
Vbi iã toti firmi sunt,
causam se negat ha/
bere ponendi funda/
mentum. g ¶ Cupi
ditatẽ autem habens
ueniendi ad uos.]
Notandum, esse cupi
ditatem etiã bonam:
Philip.1.c Sicut cupio dissolui & esse cum Christo. Et: Concupiuit
Psal.118.c anima mea desiderare iustificatiões tuas. h ¶ Ex mul/
tis iam præcedentibus annis.] Qualis necessitas fuerit
ostendit, quæ illũ multis detineret annis. i ¶ Sed cum
in Hispaniam proficisci cœpero &c.] Vtrum in Hispa/
nia fuerit, incertum habetur. k ¶ Et à uobis deducar
illuc, si uobis primũ ex parte fruitus fuero.] Quia ita
uos exhibetis, ut nec apud uos locum aut necessitatem
habeam diutius remorãdi, & ideo ex parte illis fuisse di/
cit: quia non credere indigebant, sed tantũmodo confir
mari. Siue ideo ex parte: quia nulla magnitudo tempo/
ris satiat charitatẽ. l ¶ Nunc igitur proficiscar in Hie/
rusalem.] Hoc mihi restat deinceps ut ueniã. m ¶ Mi
nistrare sanctis.] Sancti erant in Hierusalem, qui omni
bus suis distractis, & ante apostolorũ pedes depositis,
orationi, lectioni, doctrinæq; uacabant. Quales aũt fue/
rint, ex hoc cognoscitur ut ipse apostolus per se illis per/
geret ministrare, & quibus oblationem suam esse optat
acceptam: id est, ut eam dignentur accipere, ostendens
hoc non tam prodesse accipientibus q̃ dantibus. Hoc
contra illos facit qui gloriam perfectionis impugnant.
n ¶ Probauerunt enim Macedonia & Achaia.] Proba
uerunt hoc sibi utile fore, si collationem aliquam sum/
ptuum facerent sanctis. o ¶ In pauperes sanctorũ qui C
sunt in Hierusalẽ. Placuit enim eis.] Quia propter san/
ctorum ædificationem esse pauperes uoluerũt. Siue sim
pliciter pauperes sanctorũ intellige. p ¶ Et debitores
sunt eorum.] Exemplo eorum prouocat Romanos ad
simile opus, ostendẽs
hoc illis non immeri/
to placuisse. q ¶ Nã
si spiritualiũ eorum
participes facti sunt
gẽtiles, debẽt & in car
nalibus miniſtrare
eis.] Quia doctores
ex ipsis habebant, &
socij facti fuerant ra/
dicis, & pinguedinis
oliuæ: ideoq; unus/
quisq; in quo abun/
dat debet alteri impti
re. r ¶ Hoc igitur
cum consummauero
& assignauero eis fru
ctũ hunc, proficiscar
p uos in Hispaniã.]
Si uos benc exhibue
ritis, abũdauit nobis
bona doctrina in uos
quia quantum profi/
cit discipulus, tãtum
prouocaẽ ad docen/
dum & doctor. Sicut
alibi ait: Os nostrum
patet ad uos ô Corin 2.Cor.6.c
thij. Siue abundãter
benedicitur in aduen
tu meo Christ⁹ in uo D
bis. s ¶ Scio autem
quoniam ueniens ad
uos, in abundãtia be
nedictiõis Christi ue
niam.] Sciens Apo
stolus quoniam pro/
pter prædicationem
Christi Romam uin/
ctus ducendus erat,
in abundantia bene/
dictionis prædicat se
esse uenturum. Vel
certe quoniam con/
scius sibi erat, nihilominus habere se gratiam ab alijs a/
postolis. t ¶ Obsecro igitur uos fratres per dominum
nostrum Iesum Christũ.] Rogat ut pro eo tota instan/
ter oret ecclesia: quia nouit multũ ualere preces in com/
muni multorum. Iacobo enim occiso, Petrus fratrum
precibus de carcere liberatur: qui non tam illi quàm si/
bi beneficium præstiterunt, scilicet ut eius possint doctri
na firmari. u ¶ Et per charitatem spiritus ut adiuuetis
me in orationibus uestris pro me ad deum.] Spiritua/
lis enim charitas facit ut pro inuicem exoretis. x ¶ Vt
liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei
oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis.] Siue ut om
nes credant: siue fidelibus miniſtrans, in manus infide/
lium non incurram, ne ad uos uenire non possim.
y ¶ Vt ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei, &
refrigerer uobiscum.] Tunc in gaudio ueniam, si obla/
tio mea ab eis accepta fuerit, & securus uerbũ dei abun/
dantius loquar. Tristicia enim animi multũ impedit ad
doctrinam. z ¶ Deus autem pacis sit &c.] Deus pa/
cis non nisi pacificis est. Pulchre aũt finiuit, duobus po/
pulis in concordiam reuocatis. Cap. XVI.

COmmendo autem uobis Phœben sororem nostrã.]
Iam quasi finito textu epistolæ, ut solet commenda/

tionis

A tionis gratiam subter adnexuit. Item hic monstrat Apostolus non accipiendam aut eligendā personam esse uiri uel fœminæ, quando Romanis per mulierem ut fertur literas mittit. In eadem epistola alijs fœminis mandat salutē. a ¶ Quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchreis.] Sicut etiam nunc in orientalibus diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare uidentur in baptismo, siue in ministerio uerbi: quia priuatim docuisse fœminas inuenimus, sicut Priscillam, cuius uir Aquila uocabatur. b ¶ Vt eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunq; negocio &c.] Vt adiuuetis eā siue sumptuū opibus, siue solatio: quia & ipsa quamdiu habuit plures adiuuit. c ¶ Salutate Priscam &c.] Qui cōfirmasse Apollo dicuntur in fide: quos & ideo adiutores appellat: quia in opere doctrinarum ubi ipse laborabat & isti iuuerūt. d ¶ Qui pro anima mea suas ceruices B &c.] Probādo meā doctrinam, se periculo subiecerunt, ppter quod illis omnes ecclesiæ gratias agunt: quia per illos ego seruatus sum. e ¶ Et domesticam eorum ecclesiam.] Ostendit congregationem fideliū, ecclesiam nominari. f ¶ Salutate Epænetum dilectum mihi &c.] Primitiuos ecclesiæ Asiæ, istos omnes quos salutat, intelligimus ex nominibus fuisse peregrinos: per quorū exemplū atq; doctrinam, nō absurde existimamus credidisse Romanos. g ¶ Salutate Andronicum & Iuliā cognatos & concaptiuos meos qui sunt nobiles in apostolis: qui & ante me fuerūt in Christo. Salutate Amplia tum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrū in Christo, & Stachyn dilectū &c. Salutate Rufum electum in dño. Et matrē eius & meam.] Aetate non partu matrem salutate. Hi ex Iudæis erant, & quia simul cum Paulo fuerāt tribulati, nec territi: ideo nobiles hoc merito habebantur: qui ad profectum Romanorum inter cæteros fuerant destinati, quiq; priores Paulo credidisse, ipsius testimonio referuntur. h ¶ Salutate Asyncriton, Phlegontem, Herman, Patroban, Hermen, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum & C Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadem & omnes qui cum eis sunt sanctos.] Suo exemplo nos docet quales amicos debeamus in nostris literis salutare: non diuites seculi, facultatibus uel dignitatibus honoratos, sed gratia ac fide locupletes. i ¶ Salutate inuicem in oscu lo sancto. Salutant uos omnes ecclesiæ Christi.] Non ficte uel subdole, quale Iudas tradidit saluatori. Ideo enim in ecclesia pax primo annunciatur: ut ostendat se cum omnibus esse pacificum qui corpori communicaturus est Christi. k ¶ Rogo autem uos fratres ut obseruetis eos q dissensiōes & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis faciūt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri.] De illis dicit qui ex circūcisione illo tēpore uenerāt, ieiunia & abstinentiam destruentes, neomenias & sabbata & cæteras fe- D rias, uentris gratia prædicabant, dissentientes ab apostolica doctrina, & fratribus offendicula præparantes. l ¶ Et p dulces sermones & bene dictiones seducunt corda innocētium.] Per blandimenta, & adulationes, compto sermone compositas. m ¶ Vestra enī obedientia in omni loco diuulgata est.] Stilis obedistis quibus non debuistis: quanto magis nobis obedire debetis? Nam & illi propterea ad uos uenerūt, quia sciebāt uos per obedientiam simplicem cito posse seduci. n ¶ Gaudeo igit in uobis: sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat satanā sub pedibus uestris uelociter. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Salutat uos Timotheus adiutor meus & Lucius & Iason & Sosipater cognati mei. Salutat uos Gaius hospes meus &c.] Quia bona est obedientia, sed si rationabilis sit, & ideo uolo uos sapientes esse in bono, ut malum nescientes, sub pedibus innocentiæ deponatis inimicum. Ita enim dedit nobis dominus potestatem calcandi super scorpiones atq; serpentes, & omnem

strā, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchreis: ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunque negocio uestri indiguerit. Etenim ipsa quoq; assistit multis & mihīpsi. Salutate Priscā & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suas ceruices suppositerūt. Quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium, & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu. Salutate Mariam quæ multum laborauit in uobis. Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & cōcaptiuos meos: qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliatū dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanū adiutorē nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen, probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meū. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Salutate Tryphenam & Tryphosam: quæ laborāt in domino. Salutate Persidam charissimā quæ multū laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum & Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologū & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadē, & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicē in oscūlo sancto. Salutāt uos oēs ecclesiæ Christi. Rogo aūt uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & bene dictiones seducunt corda innocentiū. Vestrā enim obediētia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapiētes esse in bono, & simplices in malo. Deus aūt pacis conterat satanā sub pedibus uestris uelociter. Gratia dñi nostri Iesu Christi uobiscū. Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius qui scripsi

epistolā

bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat satanā sub pedibus uestris uelociter. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Salutat uos Timotheus adiutor meus & Lucius & Iason & Sosipater cognati mei. Salutat uos ego Tertius qui scripsi epistolā in domino. Salutat uos Gaius hospes meus &c.] Quia bona est obedientia, sed si rationabilis sit, & ideo uolo uos sapientes esse in bono, ut malum nescientes, sub pedibus innocentiæ deponatis inimicum. Ita enim dedit nobis dominus potestatem calcandi super scorpiones atq; serpentes, & omnem

A omnem uirtutem inimici: id est ne nobis prævaleat, & omnibus super eum membris liberis ac solutis ambulare possimus. *a* ¶ Salutat uos Erastus Arcarius ciuitatis & Quartus frater.] Hic Arcarium ex Arcario dicit: sicut gentes credentes ex gentibus sæpe uocauit, secundum consuetudinem legis quæ Abigail, uxorem Nabal adhuc appellat, cū iam illo mortuo in Dauid matrimonium trāsisset. *b* ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi cū omnibus uobis. Amen.] Hæc est subscriptio manus eius in omnib⁹ epistolis, ut in ea etiam cōmoneret beneficia Christi. *c* ¶ Ei autem qui potens est uos confirmare.] Signis atq; doctrinis. Itē hic patris personam monstrat. Descendens autem dicit: manifestatum hunc per scripturas prophetícas secundum imperium æterni dei: spiritum sanctum significat. Item infert: Cognitum est soli sapienti deo per Christum Iesum: cui gloria in secula. Hoc loco patrem & filium manifeste loquitur. Quod autem dicit: Cognitum est soli sapienti deo: in communi munere, mysterij significat trinitatem. *d* ¶ Iuxta euangeliū meum & prædicationem Iesu Christi.] Vt sic uiuatis, quomodo ego Christi exemplo & autoritate gentibus prædicaui. *e* ¶ Secundum reuelationem mysterij.] Mysterium de uocatione uniuersarum gentium in lege diu fuerat occultatum, quod nunc per Paulum euidenter patefactum est euangeliū in Christo per testimonia prophetarum: quia quamuis de gentibus ante multa dixisset, tamen quomodo & in Christo unum fierent & Iudæi, nemo tam aperte cognouerat. Existimare enim poterāt quosdā ad fidē quasi proselytos admittendos. *f* ¶ Temporibus æternis taciti, q̄d nunc patefactum est per scripturas ꝓphetarum.] Descendēs autem dicit quid est patefactum. *g* ¶ Secundum præceptum æterni dei.] Præcepit deus ut oēs gētes obediāt & deū agnoscant, quod futurum quandoq; solus ante sciebat, qui solus naturaliter sapiēs, sicut naturaliter bonus: cum tamen & homo dicatur bonus: sed nos institutione boni uel sapiētes esse possumus: ille natura. Cui per Iesum Christum gloria & honor in secula seculorum. *h* ¶ Ad obeditionem fidei in cunctis gentibus.] Spiritum sanctum significat. Item infert. *i* ¶ Cogniti soli sapienti deo per Iesum Christum: Cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

psi epistolam hanc in domino. Salutat uos Gaius hospes meus, & uniuersa ecclesia. Sālutat uos Erastus Arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Grātia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis: amen. Ei autē qui potens est uos confirmare iūxta euāgelium meum & prædicationē Iesu Christi, secūndum reuelationem mysterij tempōribus æternis taciti: quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum præceptum æterni dei ad obēditionem fidei in cunctis gentibus cōgniti soli sapienti deo, per Iesum Christum: cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Commentariorum in epistolam ad Romanos, finis.

B COMMENTARII IN PRIMAM epistolam ad Corinthios Paulus.

PAulus quod nomen præponit in epistolis, autoritatis esse noscendum. Item aliter. Paulus apostolus: cōnectens in epistola fratrum nomina: uel humilitatem suam significat, uel cooperatorē esse eum apostolicæ prædicationis ostendit. *l* ¶ Vocatus apostolus Iesu Christi per uolūtatem dei.] Voluntate dei uocatur quisq; ad fidem, sed sua sponte & fuo arbitrio credit: sicut Act.26.c ait in Actibus: Nō fui incredulus cœlesti uisioni. *m* ¶ Et Sosthenes frater ecclesiæ dei.] Frater, inquit, non apostolus: Hunc autem idcirco secum scribentem inducit: quia ex ipsis doctor est, & pro his ualde sollicitus. *n* ¶ Quæ est Corinthi.] Ostendit qui sunt ecclesia dei, sancti scilicet & immaculati: quia ecclesia neq; maculam habet neq; rugam, & ideo his scribit qui integram adhuc seruabant, non qui perdiderūt sanctitatem. Nam istos honorat literis, illos autoritate commendat. *o* ¶ Sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis. Per baptismum sanctificatis. Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi.] Proprie sacerdotum est inuocare dominum: Quibus dicitur: Sic benedicite filijs Israel, inuocantes nomen meum super Psal.68.b illos. Et Psalmista dicit: Et Samuel inter eos qui inuocāt nomen eius. Quem sacerdotē fuisse illa res probat: quia & sacerdoti succesſit & hostias offerebat. De quo etiam secundum historiam dictum est: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Qui quamuis non sit ex genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in Paralipomenon legitur: quia 1.Reg.2.g ipse hunc constituit qui & illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendi non amiserit potestatem. *p* ¶ In oīi loco ipsorū & nostro.] Quia sacerdotes & suo & apostolorum loco fungūtur. Propter quod etiam ecclesiarum apostoli nominantur. Item aliter. Vniuersis ecclesijs, puinciæ Achaiæ ostēdit se has literas mittere. *q* ¶ Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.] Pax gratiam seruat, quam quidam habere nolebant. *r* ¶ Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu.] Primum solito laudando prouocat ad profectum, & dicit se quidem gaudere de eorum scientia: sed scire illos debere: quia uera sapientia non inflat neq; dissentit. *s* ¶ Quia in omnibus diuites facti estis in illo.] In omnibus uirtutibus, per sapientiam, quæ amicos dei & prophetas constituit. Item aliter. Hoc dicendo, Apostolus ostendit eos quando ad fidem Christi accesserunt, omni gratia tunc ditatos: nunc autem non iuxta fidem conuersantes, uacue factam monstrat gratiam quam perceperunt.

AD CORINTHIOS EPISTOLA PRIMA

PAulus, uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi: sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis, cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi: in omni loco ipsorum & nostro. Grātia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Grātias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti

¶ In omni

facti estis in illo, in ōmni uerbo & in omni sciētia: sicūt testimonium Christi confirmatum est in uobis: ita ut nihil uobis desit in ulla gratia expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & cōfirmabit uos usq; in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis dēus per quem uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autē uos fratres per nomen dñi nōstri Iesu Christi: ut idipsum dicatis omnes, & nō sint in uobis schismata. Sitis autē perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Significatū est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia cōtentiones sunt inter uos. Hōc autem dico, quod unusquisq; uestrū dicit: Ego qui dem sum Pauli: ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus ēst Christus? Nūnquid Paulus crucifixus est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati estis? Grātias ago deo meo, quod neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterum nescio, si quem alium uestrum baptizauerim. Nōn enim misit mē Christus baptizare, sed euangelizare: nōn in sapiētia uerbi: ut non euacuetur crux Christi. Verbūm enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his aūtem qui salui fiunt id est nobis, dei uirtus est. Scriptūm est enim: Perdā sapientiam sapientium, & prudentiām prudentiū reprobabo

A a ¶ In omni uerbo & in omni scientia.] Id est non tam noui q̄ ueteris testamenti. b ¶ Sicut testimoniū Christi cōfirmatum est in uobis.] Testimonium quo ait: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. c ¶ Ita ut nihil uobis desit ī ulla gratia.] Vnde ait Salomon. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, id est, cū sapientia. d ¶ Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.] Ille uerē expectat aduentum Christi, qui in omnibus præparatus est. Reuelatio autem dicitur domini aduētus: quia modo à nobis abscondita est.

Sap.7.b

e ¶ Qui & confirmabit uos usq; ad finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi.] Per doctrinam: sicut ait Dauid: Cōfirma me in uerbis tuis. Et iterum: Pax multa diligētibus legem tuam, & non est illis scandalum. Itē aliter. Orat pro ipsis ut usq; ad finem uitæ suæ irreprehensibiles in aduentum domini nostri Iesu Christi permaneant. f ¶ Fidelis deus per quē uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.] Quam societatem Ioannes expo-

Psal.118.d

B

nit, dicens: Quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Et Paulus ait: Si cōmortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Hic locus contra Arianos facit, qui in hoc minorem esse filium uolunt, quo per ipsum omnia facta referuntur, cum hoc etiam in patrem cadat: per quem in societatem filij eius credentes uocat. Item aliter: Hoc contra Arianos ualet qui ministrum præceptorum patris filium dicunt: quoniam scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt: hic autem ostenditur quia per deum patrem uocati sunt in cōmunionem Iesu Christi domini nostri. Hucusq; cum laude præfatio. g ¶ Obsecro autem uos fratres.] Ad unum sentiendi concordiam reuocat, & ut ipsi omnes idem loquantur hortatur. Item aliter. Hic iam causam contra dissensionem aggreditur. h ¶ Per nomen domini nostri Iesu Christi.] In quo nomine saluati estis & signa fieri cōspexistis. i ¶ Vt idipsum dicatis omnes.] Vt unum sentiatis atq; dicatis. k ¶ Et nō sint in uobis schismata.] Schismata semper ex contentione nascuntur. l ¶ Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sciētia.] Si unum sentiatis & proferatis, tunc uere potestis esse perfecti. m ¶ Significatum est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloes: quia contentiones inter uos sunt.] Quæritur quomodo Apostolus crediderit aliquid de absentibus: cum scriptum sit: Non credes auditui uano. Et iterum: Quæ uiderint oculi tui loquere & cætera. Sed hanc gratiam habebat, ut nosset absens quid in singulis ecclesijs ageret. Sicut dicit ad Colossenses: Et si corpore absens sum, sed spiritu præsens, gaudens & uidens ordinem uestrū &c. Quia ergo sciebat Corinthios ita agere, ut audiebat, non credidit sine causa quasi de absentib. quorum conuersationem in spiritu cognoscebat. n ¶ Hoc autem dico quod &c.] Sub nomine apostolorū, pseudoapostolos tangit, qui eos per sapientiam circunuenerāt mūdi, ut unusquisq; eius se diceret esse cuius doctrinam elegisset qui aduersa docebāt. Si ergo nec de ueris apostolis hoc dici permittit: quāto magis de falsis nō licebit? o ¶ Diuisus est Christus.] Diuiditur corpus cū membra dissentiunt.

Ioan.1.b

2.Tim.2.c

Eccl.15. et 19

C

Col.2.d

p ¶ Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati estis?] Potest istud dici his q̄ relicto Christi exemplo, sanctos ueteris testamenti in solis diuitijs cupiunt imitari: Nunquid Abrahā crucifixus est pro uobis, aut in nomine Iob baptizati estis? Et illud domini, ubi docemur non quærere quid alij discipulo iubeatur? dicētis Petro: Quid ad te, tu me sequere. q ¶ Gratias ago deo meo quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum &c.] Quod ita contigit, ut illos paucos baptizarem, qui se non dicunt in meo nomine baptizatos. Item aliter. Illorū ipsorum neminem nisi quos numeraui. r ¶ Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.] Non usurpauit minora facere qui poterat officia implere maiora. Sicut hodie & episcopus uocat sacerdos, si uoluerit, diaconi poterit implere ministerium. s ¶ Non in sapiētia uerbi.] Cum possint apostoli etiam sermones sapientiæ prædicare, simpliciter docent, ne astutiæ prædicationis asscribatur prudentia & euacuetur crux Christi. t ¶ Vt non euacuetur crux Christi.] Euacuant enim uim crucis: qui aures declamatione permulcent. u ¶ Verbū enim crucis pereuntibus quidem stultitia est.] Prædicatio crucis non intelligētibus uirtutem dei: stultitia uidetur dei filium dicere crucifixum? fideles autē intelligunt dei esse uirtutem qua mors uicta est, & diabolus superatus est. x ¶ His autē qui salui fiunt, id est nobis, uirtus dei est.] Fides enim eorū eos saluos facit. y ¶ Scriptum est enim: Perdam sapientiā sapientium.] Hoc in aduentu saluatoris asserit adimpletum: id est, ad nihilum redigam. z ¶ Et prudentiam prudentium reprobabo.] Eligendo piscatores artem rhetoricā & philosophicam reprobauit. Quærit plane, unde sit hæc sapientia quam reprobat deus. Scriptum est enim quod omnis sapientia à domino deo sit: id est de bona natura ducit exordium

Ioan.21

1.Cor.1.c

dium. Hoc enim habet ſenſus humanus, ut quocunq; eum tetenderis, cõſequatur, & paulatim meditãdo proficiat. Inde eſt quod multi illiterati poemata componũt tam exquiſita quæ uiri eruditiſſimi admirentur. Hunc ergo ſenſum quem deus ad ſe ex creaturis cognoſcendũ & ſuam uoluntatem inquirendã dederat: illi ad inquirẽda ſuperflua & curioſa uerterunt. Similiter & de diuitijs ac fortitudine & de omnib⁹ quibus male utimur poſſumus exiſtimare.

a ¶ Vbi ſapiens, ubi ſcriba.] Id eſt doctor. b ¶ Vbi inquiſitor huius ſeculi. Nõne ſtultam fecit deus ſapientiã huius mundi.] Qui acquirit ſapientiam ſecularem uel quicunq; alijs de rebus obſcuris inquirit. c ¶ Nam quia in dei ſapientia &c.] Factura mũdi, dei ſapientia eſt fabricata: in qua per ſapiẽtiam naturalẽ quæ ad hoc data & creata fuerat, debuit cognoſci ipſe qui fecerat: ſed quoniam non agnouerũt homines: alia illis me
B dicina ſuccurritur. Item aliter. Hoc loco ſapientiam dei, ordinatione creaturarum quæ uidentur oſtendit: ex quibus deum autorem uenerari & agnoſcere debuerũt.

d ¶ Placuit deo per ſtulticiam prædicationis ſaluos facere credentes.] Non quod uere ſtulticia ſit prædicatio crucis, ſed quia apud illos ita haberetur. e ¶ Quoniã & Iudæi ſigna petũt.] Iudæi ex conſuetudine prophetarum ſigna petunt, quæ etiam uidentes credere noluerunt. f ¶ Et Græci ſapientiam quærunt.] Artis dialecticæ & humanæ ſapientiæ rationem. g ¶ Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum.] Multum ſuam doctrinam ab illorum ſenſu diſcrepare demonſtrat. h ¶ Iudæis quidem ſcandalum.] Scandalizantur ſi audiunt Chriſtum à ſe crucifixum. Siue ſcandalum illis eſt audire Chriſtum mori potuiſſe quem illi quaſi immortalem expectãt. Inde eſt
Ioan.12.c quod dicebant: Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum: non intelligentes, quia primum pati illum oportebat & ſic in gloriã ſuã introire. i ¶ Gentibus aũt &c.] Secundum mundanam ſapientiam, ſtulticia uidetur deum credere crucifixum. k ¶ Ipſis autem uocatis Iudæis atq; Græcis, Chriſtum dei uirtutem & dei &c.] Hic non diuinitatem Chriſti dicit dei uirtutem & ſapientiam, ſed ordinationem crucis. Item aliter: Ipſi Iudæi & gentes cum crediderint, intelligunt uirtutem dei eſſe quæ deuicta morte hominem reuocauit ad uitam, & ſapientiam quæ nos à dominatione diaboli liberauit: quod ante per incredulitatem intelligere non ualebant. l ¶ Quia quod ſtultum eſt dei: ſapientius eſt hominibus.] Quod ſtultum putatur dei, omnem humanam ſapientiam antecedit: quia ſapientia ſua liberari non potuerant qui per crucis myſterium ſunt ſaluati.

babo. Vbi ſapiẽs, ubi ſcriba, ubi inquiſitor huius ſeculi? Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? Nam quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam deum, plãcuit deo per ſtulticiam prędicationis ſaluos facere credentes. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiã quærunt. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum. Iudæis quidẽ ſcandalum, gẽtibus aũt ſtulticiam, ipſis aũtem uocatis Iudæis atq; Græcis, Chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiã. Quia quod ſtultum eſt dei, ſapiẽtius eſt hominibus. Et quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Videte enim uocationem ueſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, ut cõfundat ſapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & cõtemptibilia elegit deus, & eã quæ nõ ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut nõn glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo aũtem uos eſtis in Chriſto Ieſu. Qui factus eſt nobis ſapiẽtia à deo & iuſticia & ſanctificatiõ & redemptio, ut quẽadmodũ ſcriptũ eſt. Qui gloriatur, in dño glorietur. Cap. II.

ET egõ cum ueniſſem ad uos fratres, nõn ueni per ſublimitatem ſermonis aut ſapientiæ, annuncians uobis teſtimoniũ Chriſti. Nõ enim iudicaui me ſcire aliquid inter uos niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixum. Et ego

m ¶ Et quod infirmum eſt dei: fortius eſt hominibus.] Mortem quam nec gigantes euadere potuerunt, crucifixi infirmitas ſuperauit. n ¶ Videte enim uocationem ueſtram fratres.] Exemplum accepit ex his qui crediderant, ut oſtendat quia non prodeſt gloriatio carnalis ad fidem, ſed magis obeſt, dum ſuperbia ſapientiæ & nobilitatis inflati, homines dei ſapiẽtiæ ſubiacere noluerũt. o ¶ Quia non multi ſapientes ſecundũ carnem: non multi potentes: non multi nobiles.] Hic contra illos agit obliquę, qui ſe legis peritos, & fortiores apoſtolis & nobiliores ex ſacerdotali ſtirpe deſcendere iactabant.

p ¶ Sed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit deo⁹ ut confundat ſapientes, & infirma mundi elegit deus ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus.] Quia dum in ſemetipſis non confidebãt, celerius crediderunt. Semper enim ſapientium & diuitũ & fortium gloria increpatur, ſicut ait prophe- D
ta: Nõ glorietur ſapi- Hiere.9.f
ens in ſapientia ſua, neq; fortis in fortitudine ſua, neque diues i diuitijs ſuis: ſed ipſe dominus q̃d per prophetam dixerat, ipſe ad noſtrum cõpleuit exemplum. Naſcendo enim de matre paupere, diuitias reprobauit. Dum autem literas non diſcit, refutat ſapientiam ſecularem. Cum uero traditus non reſiſtit ſed patienter ſuſtinet crucem, in humana fortitudine prohibet gloriari. Humilient ergo ſe deo huiuſmodi ſi uolunt & ipſi cum cæteris liberari. q ¶ Et ea quæ non ſunt, ut ea &c.] Quæ nõ ſunt ſapientia, fortia, nobilia, ut quæ ſunt talia diſſiparet. r ¶ Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.] Omnis caro nõ ſpiritus, quia carnalis eſt iſta gloriatio. ſ ¶ Ex ipſo autem &c.] Si ergo ex ipſo eſtis, nolite ea quæ ille reprobat admirari. t ¶ Qui factus eſt ſapientia nobis à deo & iuſticia.] Nobis factus eſt, ſi bi ſemper fuit: ut ſcilicet nos faceret ſapientes & iuſtos & ſanctos. Item alia expoſitio. Cum ſit Chriſtus dei patris ſapientia, tunc tamen cum quis in illum crediderit, ſapientia ei Chriſtus efficitur. u ¶ Et ſanctificatio & redemptio.] Redemptio noſtræ ſalutis. x ¶ Vt quemadmodum ſcriptum eſt: &c.] Non in ſemetipſo aut in ſuperius comprehenſis. Cap. II.

ET ego cum ueniſſem ad uos fratres.] Quia oſtenderat non illos debere humanam ſapientiam admirari, ſuo quoq; hoc exemplo confirmat, eo quod ipſe nõ per humanam ſapientiam prædicaſſet. z ¶ Non ueni per ſublimitatem ſermonis, aut ſapientiæ &c.] Nolui pompaticum eloquentiæ iactare ſermonem in prædicatione diuina. a ¶ Non enim iudicaui me ſcire aliquid &c.] Id eſt nõ ſum gloriatus in aliquo niſi in Chriſto. b ¶ Et hunc crucifixum.] Quod ſtultum apud homines eſſe

A uidetur. a ¶ Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos.] Nec enim alio modo deum conuenerat prædicari: non iactantia neq; gloria carnali.
b ¶ Et ſermo meus & prædicatio mea.] Quia dialecti ci erant Corinthij, noluit apud illos diſputatione uti, ne hoc quoq; illis noua aliqua philoſophia uideretur, ſed magis illis uirtutes & miracula demonſtrauit.
c ¶ Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis.] Quia rhetorica habet colores perſuaſorios in unaquaque materia.
d ¶ Vt fides ueſtra non ſit in ſapiẽtia hominum, ſed in uirtute dei.] Sapiẽtia hominis temporalis, adbreue ꝓdeſt. Virtus autem dei ut æterna, dat ſine fine ꝓfectũ.
e ¶ Sapientiam aũt loquimur inter perfectos.] Ne putetis & nos ſapientiam non habere: habemus diuinam, ſed uos iam tunc capere minime poteratis: quæ iã credentibus aperitur.
B f ¶ Sapientiam uero non huius ſeculi neq; principum &c.] Siue regum ſiue philoſophorum, qui in hoc ſeculo primatũ ſapiẽtiæ tenere uidentur. Qui cum ſapientia ſua per noſtrum euangeliũ deſtruuntur. g ¶ Sed loquimur dei ſapientiã in myſterio quæ abſcondita eſt.] In euãgelio quod cõtinet natiuitatẽ Chriſti, paſſionem &c. h ¶ Quam prædeſtinauit deus ante ſecula.] Siue in præſentia, ſiue in lege ante tempora.] Multi enim prophetæ cupierunt uidere & non uiderũt.
Matth.13.c i ¶ Et gloriã noſtrã.] Qui credimꝰ Chriſto. k ¶ Quã nemo principum huius ſeculi cognouit.] Pilatus, Caiphas & cæteri, quorum etiam ignorãtia damnatur: quia non debuerãt ignorare. l ¶ Si enim cognouiſſent, nunquam dominũ maieſtatis crucifixiſſent.] Hoc loco ad defenſionem peruerſi dogmatis, duæ hæreſes abutũtur, Apollinarij ſcilicet & Arij. Vna ut perfectã aſſumpti hominis naturam deſtruat. Alia ut dei uerbum aſſerat eſſe paſſibile: neq; erat intelligens, maieſtatis dominũ etiam aſſumptum hominem dictum: neq; iſta ſciens, non diuinitatis ſed humanitatis paſſibilem eſſe naturã. Item alia expoſitio. Dominus maieſtatis carne patitur, carne crucifigitur, carne moritur, ſubſtãtia autem deitatis impaſſibilis eſt. Et ſimili modo etiam apoſtolus Petrus teſtatur in epiſtola ſua, Chriſtum pro nobis in carne paſſum
1.Pet.2.d dicens: Qui peccata noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſuper lignum. Item alio loco: Chriſto igitur paſſo in car
Eſa.64.d ne. m Sed ſicut ſcriptum eſt: Quod oculus non uidit nec auris audiuit &c. Memoratorũ ſcilicet principum mens hæc uidere nõ potuit; quia credere noluerũt. Qui dam ſanè dicunt oculus non uidit uirginem peperiſſe, c nec auris audiuit. Tunc iuſti ſicut ſol fulgebunt. Qui Matth.13.f habet aures inquit, audiendi audiat, & in cor hominis non aſcendit, homines cohæredes Chriſto futuros.
n ¶ Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum.] Nobis qui fide meruimus ſpiritum dei accipere, qui nobis uoluntatẽ eius oſtendit. o ¶ Spiritus enim omnia ſcrutatur etiã profunda dei.] Etiam quæ in ſecreto dei conſilio conquieſcunt. p ¶ Quis eñ ſcit hominũ quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus &c.] Quæ cogitationes uerſentur in homine. Item alia expoſitio. Præclarum hoc aduerſus hæreticos qui creaturam ſpiritum ſanctum dicunt. Vnde hic oſtenditur nõ ſolum creaturam non eſſe, uerumetiam quod ipſe ſolus interiora dei & profunda rimetur: quippe ut eiuſdem naturæ atq; ſubſtãtiæ ſit cũ Chriſto. q ¶ Nos autem non huius mundi ſpiritũ accepimus &c.] Quicunq; mundana D ſapit, non ſpiritũ dei uidetur habere ſed mundi. r ¶ Vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis.] Vt ſciamus quanta nobis à deo collata ſunt per Chriſti aduentũ.
/ ¶ Quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis &c.] Quæ etiam uobis annunciamus, non à philoſophis uel grãmaticis, ſed à dei ſpiritu eruditi. t ¶ Spiritualibus ſpiritualia comparantes.] Illis ea dicẽtes qui poſſunt audire: nõ enim poſſunt niſi à ſibi cognitis & ſimilibus comprehendi.
u ¶ Animalis autem homo non percipit ea &c.] Qui ſpiritum dei non habet, animalis eſt: quia animalium ritu uerſatur, qui putat nihil eſſe poſt mortem. Et ideo ut animal uentri libidiniq; cõmittit ſe, æterna morte peritu rus. x ¶ Stulticia eſt enim illi & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinat.] Stulticia illi uidetur primo quod ille qui & paſſus & mortuus eſt & reſurrexit: totius creaturæ nunc dominus prædicetur. Secũdo contemnere propria bona, alteri præbere maxillam, & cætera his ſimilia Chriſti mandata. y ¶ Spiritualis aũt iudicat omnia &c.] Iudicat uana eſſe, in quibus carnales homines delectantur. Et ipſe ita ſe agit ut à nemine iudicetur. Siue omnia ſpiritualis diſcernit & intelligit, & ſenſus illius ab homine nõ intelligitur animali. Item alia expoſitio. Omnia dicit quæ ſunt ſpiritualia. Nõ enim artes & diſciplinas huius mundi, animalis homo niſi ſpiritualiter intelligat, ſcire poteſt. z ¶ Quis eñ &c.] Senſum dñi qui eſt in uiris ſpiritualibus, ſine ſpiritu dei nemo cognouit. Item ſenſus, hic intelligentiam ſignificat.
a ¶ Nos aũt.] Qui ſpiritũ ſanctũ accepimꝰ. Cap. III

Et egõ in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos, & ſermo mẽus & prædicatio mea nõn in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis, ut fidẽs ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute dei. Sapiẽtiam autem loquimur inter perfectos. Sapiẽtiam uero non huius ſeculi neq; principum huius ſeculi, qui deſtruũtur: ſed lõquimur dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt, quãm prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriãm noſtram: quãm nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cõgnouiſſent, nunq; dominum gloriæ crucifixiſſent. Sicũt ſcriptum eſt: quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ prꝑparauit deus his qui diligunt illũ. Nobis aũtem reuelauit deus per ſpiritũ ſuum. Spiritus ẽnim omnia ſcrutatur, etiam profunda dei. Quis enim ſcit hominũ quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus dei. Nõs autẽ non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpiritum qui ex deo eſt: ut ſciãmus quæ à deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpirituãlibus ſpiritualia comparantes. Animalis aũtẽ homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stũltícia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritũalis aũt iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur: ſicut ſcriptum eſt. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis inſtruxit eum. Nos aũtem ſenſum Chriſti habemus. Cap. III. Et ego

ET ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus.] Modo timens ne putent hoc solum habere sensum domini, quod ipsi ut paruuli audierãt, non, inquit, in me sensus domini defecit: sed uobis uirtus defuit audiendi. Item alia expositio. Arguit Apostolus Corinthios quod gratiam quã in principio credentes acceperant, perdiderint. Videtur aũt hoc loco uniuersos in cõmune increpare. Cum hi reprehendantur qui non iuxta fidem conuersantur. *b* ¶ Tanq̃ paruulis ī Christo.] Nõ ætate carnali, sed in Christo. *c* ¶ Lac uobis potum dedi &c.] Hoc & beatus Petrus ait: Deponentes igitur omnem maliciã & simulationem tanquam modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac cõcupiscite, ut in eo crescatis in salutẽ. Si ergo adhuc illi paruuli sunt qui omnem maliciam abiecerunt, & qui nondum sunt in uirtute perfecti, quid de illis censendũ est,
B quib⁹ omnis malicia dominatur? *d* ¶ Cũ enim sit inter uos zelus & cõtentio: nonne carnales estis?] Ecce de quibus uitijs carnales iudicantur: quæ non proprie per carnem fiunt sed de carnali sensu talia descendunt. *e* ¶ Et secundum hominem ambulatis.] Qui nihil amplius habet quam cæteri homines: secundũ hominem dicitur ambulare: sed in hoc loco ob defensionẽ singulorum hominũ, homines appellantur. *f* ¶ Cum enim quis dicat: ego quidẽ sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines estis?] Vult nos plus esse quàm homines. *g* ¶ Quid igitur est Apollo: quid uero Paulus: ministri eius cui credidistis.] Si nos nihil sumus q̃s ministros ipse constituit, quanto magis illi qui in carnalibus gloriantur? *h* ¶ Et unicuiq; sicut deus dedit: ego plantaui: Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit.] Hoc ipsum non ex nobis est, sed dei donũ est, ut per manus meas signa fierent quæ uos excitarent ad fidem: & Apollo sua uos doctrina firmaret: quia sicut planta sine aqua, sic fides sine doctrina marcescit. Si ergo & plantatio & fons dei est: quid nobis asscribitis quasi aliquid nostra uirtute fecerimus? *i* ¶ Itaq; neque qui plantat est aliquid &c.] Nisi enim deus incrementũ dederit, sine causa laboramus. Nos mercenarij sumus in alieno agro. Alienis utimur ferramentis: nihil habemus proprium nisi mercedem nostri laboris. *k* ¶ Dei enim sumus adiutores, dei agricultura estis &c.] Non in potẽtia sed in uerbo adiuuamus: colli dei agrum & extrui templum. *l* ¶ Secundum gratiã dei &c.] Non secundũ meam uirtutem. Siue ponẽdi fundamentũ gratiam accepit ut ibi prædicarẽ, ubi Christus non fuerat nunciatus. *m* ¶ Vt sapiens &c.] Non potest imperitus architectus ponere fundamentum. *n* ¶ Alius autem superædificat.] Alius doctor instituit supra fidẽ quã ego fundaui. *o* ¶ Vnusquisq; autem uideat quomodo superædificet.] SolliCitus quàm fortia & recta parietum latera consurgant. *p* ¶ Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est &c.] Nõ est alius Christus quẽ possit uobis aliquis prædicare, præter Iesũ cui fide firmissima credidistis. Hoc solum agitur ne per doctorum negligentiam, obnoxij incipiatis esse gehennæ. *q* ¶ Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc.] Eiusdem artis est qui superædificat, licet minor sit in opere cui⁹ ille est qui posuit fundamentum. Non ergo unusquisq; homo super fidẽ suã ædificat, sed quilibet doctor: quia nec parietes per se aliquando possunt erigi, nisi fuerint ab operatore constructi. Item hic magistros & doctores significat sup fundamentum quod est Christus homines recte instituere uel pra- D
ue, in quib⁹ magistrorum doctrina in die iudicij in igne reuelabitur, ubi cõsumptis peccatoribus probati manebunt. Doctores autem super his qui probati fuerunt, mercedem retributionis accipient: in illis uero quos ignis exurit, damno afficientur: quia inuacuũ laborauerunt. Idem autem magistri in iudicium uenientes, salui fient, si tamen ipsi causa non fuerint perditorum. Quod autem ait: Si cuius opus arserit, damno affectus erit. Non hic ut quidam putant in igne flammæ arsura sunt opera, sed homines qui ita operati sunt ut mereantur incendio deputari. Si autem opera, id est crimina punientur, saluo eo qui perpetrauerat, non erit ei damnũ sed lucrum. Vnde manifeste ostenditur sicut supra cõprehensum est, homines esse aurum, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulã. Quia acceptis institutionibus magistrorũ uel obseruant præcepta uel negligunt. *r* ¶ Aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulã: uniuscuiusq; opus manifestum erit: dies enim domini declarabit quæ in igne reuelabit?] In ecclesia tria genera sunt bonorũ. Est bonum, & melius, & optimũ. Quod autem primo aurum posuit, ut sermo melius texeretur, siue ad fortitudinem non ad speciem comparauit. Quia argentum fortius est auro, ideo meliori ponitur loco. Tria sunt econtrario genera malorum: Malum, peius & pessimum. Quæ lignis, fœno, & stipulæ comparantur. *s* ¶ Et uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet.] Aurum & argentum non solum non ardent, sed per ignem splendidiora radiabunt. Ligna uero & cætera cremabuntur. Siue examinationem iudicij, igni uoluit comparare: iuxta

A consuetudinem scripturarum. a ¶ Si cuius opus arserit detrimentum patietur.] Si quis negligenter aut uerbo docuerit aut exemplo, perdet laborem suum. Quia opus aridum infirmumq; perfecit. b ¶ Ipse aũt saluus erit.] In propria iusticia. c ¶ Sic tamẽ quasi p ignẽ.] Quod sanctis tam præsentia quàm futura diuinitus sint attributa: item Christi uitam mortemq; significat. Quoniam propter nos & mortuus est & resurrexit. o ¶ Vos autem Christi.] Sic est Christus dei: sicut alibi deus dicitur Christi, & hoc fide diuinitate uelis intelligi: Cæterum hic de assumpti hominis forma tractat, secundũ quam & dicitur unctus. p ¶ Christus autem dei.] Quasi homo. C

Quod si ille non nisi per ignem saluus erit qui iustus ex proprio est, quia negligenter ædificauit discipulos: quid de illis fiet q & sermone non ædificant, & insuper scandalizant exemplo? d ¶ Nescitis qa templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis.] Nescitis cuius sitis templum, siue in singulis, siue in uniuersa ecclesia? e ¶ Si quis autẽ templum dei uiolauerit: disperdet illum deus. Templum enim dei &c.] Siue suũ corpus peccãdo, siue ecclesiam ad prauã doctrinam reducendo: uel certe exẽplo proprio destruendo. Solent hunc locum Nouatiani opponere ad pœnitentiam excludendam. Quibus re-

B spondendum est, ad quid hoc ipsum scribitur: Spẽ ueniæ non habebunt. f ¶ Nemo uos seducat.] Propria uel aliena adulatione deceptus. g ¶ Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens.] Hic proprie mundi increpat sapientes, quos humana sapientia non permittebat sentire diuina. Aliter. Si quis ad reddendum uicem iniuriæ, si eadem

Matth.5.f fecerit, putet se esse sapientem, stultus fiat In hoc enim seculo stultus est qui euãgelica uoluerit implere præcepta. Qui enim percutienti, alteram præbet maxillam, uoluntate stultus est, non natura. h ¶ Sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum.] Nihil stultius est q̃ ut uelit se, qui non potest uindicare, & deo suam non reseruat iniuriam. Et ita de contumelia uindictã apud deum perdet, & de patientia mercedem. i ¶ Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum.] Ad effugiendam manum dei, nulla suffragatur astutia. k ¶ Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanæ sunt.] Nihil utilitatis conferunt ad salutem. l ¶ Nemo itaq; glorietur in hominibus.] In falsis scilicet apostolis, humana tantum sapientibus, cum nec in nobis quidem, sed in eo cuius & ipsi sumus sit gloriandum. m ¶ Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas nos uestri sumus: uos aũt Christi: siue mundus, siue uita, siue mors.] Omnia creata sunt propter sanctos: qui cum nihil habeant, possident cuncta. Possumus autem hæc ad libertatem referre arbitrij, ut quod uelint eligant siue mortem siue uitam. n ¶ Siue præsentia siue futura. Omnia em̃ uestra sunt.]

accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse aũtem saluus erit, sic tamẽn quasi per ignem. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis ãutem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Nemo uos seducat. Si quis uidẽtur inter uos sapiẽs esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens. Sapiẽtia enim huius mundi, stulticia est apud deũ. Scriptũm est enim: Comprehendam sapiẽtes in astutia eorum. Et itẽrum: Dominus nouit cogitationes sapientium: quoniam uanæ sunt. Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omniã enim uestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt: uos autem Christi: Christus autem dei.

Cap. IIII.

SIc nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hic iãm quæritur inter dispẽsatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi aũtem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iũstificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaq; frãtres nolite ante tempus iudicare quousq; ueniat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus ẽrit unicuiq; à deo. Hæc aũtem fratres transfiguraui in me & Apollo: propter uos, ut in nobis discatis, ne supra q̃ scriptum est, unus aduersus alterũ infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes

D enim mihi sum conscius: unde super homines debeam gloriari. Si hoc Paulus dicit: Quid à nobis dici debeat cogitandũ est. Sed nõ in hoc iustificatus sum. y ¶ Qui autẽ iudicat me dominus est.] Non in quo me quidam ita laudant: quia ita quisq; aliena laude non iustificat, ut ne maculetur infamia. Vnicuiq; enim apud deum quod est, non quid dicitur: imputatur. z ¶ Itaq; nolite iudicare ante tempus, quousq; ueniat dominus, qui & illuminabit absc̃dita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.] Homo uidet in facie, deus autem in corde. a ¶ Et tunc laus erit unicuiq; à deo.] Ille uere laudabilis est qui dei testimonio laudatur apud quem omnia occulta & inuisa sunt cognita. b ¶ Hæc autem fratres trãsfiguraui in me & Apollo propter uos.] Vt à nobis humilitatis sumatis exemplũ: ne supra disciplinam scripturæ audeat unusquisq; aduersus alterũ p alio inflari, doctore malæ contentionis euerso. c ¶ Vt in nobis discatis ne supra q̃ scriptum est: Vnus aduersus alterum infletur p alio.] Hoc est quod dicit: ne unusquisq; magistrum proprium prædicãs, alter aduersus alterum incitetur. d ¶ Quis em̃ te discernit.] Hic ad ipsos inflatos per eloquentiam, uerba conuertit: quis te discernit cuius momenti sis? e ¶ Quid autem habes quod non accepisti.] Quid enim boni ex temetipso habes quod à nullo

bes quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloria ris quasi non acceperis? Iam saturati estis: iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus. Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles: Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus & nudi sumus, & colaphis cedimur & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus, Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed no multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Rogo ergo uos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad uos cito si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute. Quid uultis? in uirga ueniam ad uos an in charitate & spiritu mansuetudinis?

Cap. V.

OMnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus

A nullo didiceris: uel dei dono minime consecutus sis. *a* ¶ Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?] Quasi in proprio gloriaris. *b* ¶ Iã saturati estis iam diuites facti estis.] Hoc increpatiuo modo legendum uel pronunciandũ est. *c* ¶ Sine nobis regnatis.] In nullo nostri indigentes. *d* ¶ Et utinã regnetis ut & nos uobiscũ regnemus.] Vtinam non essetis falsa gloriatione decepti, forsitan simul regnaremus. *e* ¶ Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos.] Nos omniũ ultimos ad gẽtes tanq̃ ad mortẽ direxit. *f* ¶ Quia spectaculum facti sumus huic mundo & angelis & hominib.] Omnes nostras publice spectãt iniurias, siue uere angeli & homines, siue sancti homines & peccatores. *g* ¶ Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo: nos infirmi, uos.] Nos tanquam stulti propter Christum omnia sustine-
B mus: Vos aũt ita uultis esse Christiani, ut prudentiam sæculi teneatis. Nos infirmi, quia uicem reddere nolumus: Vos autem reddendo, fortes uos esse gloriamini. Nos nihil habentes uoluntaria paupertate deiecti: Vos uobis etiã nobilitatẽ terreni generis uẽdicatis. *b* ¶ Vsque in hanc horam &c.] Ab initio prædicatiõis nostræ usq; in præsens tempus. *i* ¶ Et esurimus & sitimus & nudi sumus & colaphis cædimur &c.] Non stamus in sedibus certis, ubiq; euangelij necessitate iactamur. *k* ¶ Et laboramus operantes &c.] Sic tamen operabantur ut doctrinæ officium magis implerent. *l* ¶ Maledicimur & benedicimus &c.] Rogamus deũ pro his qui nos blasphemant. *m* ¶ Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus &c.] Sicut scriptum est: Iustus immundus est apud malos. *n* ¶ Omnium peripsema usq; &c.] Omniũ humillimi atq; subiecti. *o* ¶ Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo &c.] Poterant confundi de sua gloria si eos non releuaret. Non enim ruborem illorum cupiebat, sed profectum. *p* ¶ Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres &c.] Omnes qui ab alio iam genitis ministrant, patres dici non possunt. *q* ¶ Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui &c.] In nouam uitam me primum prædicante, reformatos uos esse meministis. *r* ¶ Rogo ergo uos, imitatores mei estote &c.] Bono- C
rum filiorum est, in omnibus bonos imitari parentes. *s* ¶ Ideo misi ad uos Timotheũ qui est filius meus charissimus &c.] Quanto fidelior est cæteris, tanto charior cunctis. *t* ¶ Qui uos commonefaciat uias meas quæ sunt in Christo &c.] Qui uos & meis literis & suo cõmoneret exemplo: aliud enim sine alio prodesse nõ poterat. *u* ¶ Sicut ubiq; in omni ecclesia doceo.] Quomodo semp & ubiq; meum exemplum cum doctrina concordat. *x* ¶ Tanquam non uẽturus sim ad uos.] Hic incipit causam fornicationis arguere. *y* ¶ Sic inflati sunt quidã. Veniam autem cito ad uos si dominus uoluerit.] Tãdiu aliquis de scientia falsa se iactat, usquequo uera scientiæ prædicator aduenit. *z* ¶ Et cognoscã non sermonẽ eorum qui inflati sunt sed uirtutem &c.] Examinabo non eloquentiæ pompam, sed conuersationis effectum, ubi uirtus fidei esse pro- D
batur. *a* ¶ Non enim in sermone est regnũ dei, sed i uirtute &c.] Hic ostẽdit nihil prodesse doctrinã absq; iustitiæ operibus, ei qui non faciat quæ facienda persuadet. *b* Quid uultis &c.] Benigno magister discipulorum correctionem in eorum potestate dimittit: ut si pœnitere uelint, clementissimus consolator adesset. Si autem nollent, durus ultor assisteret peccatorũ. *c* ¶ In uirga ueniam ad uos an in charitate & spiritu mansuetudinis?] Quali uirga uenit Petrus ad Ananiam & Sapphiram, & ipse Paulus ad magum. *Act.5*

CAP V. *Ibid.13.b*

OMnino auditur &c.] Ostendit quare superiora minatus sit. *e* ¶ Inter uos fornicatio qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui &c.] In ecclesia cui uos præesse uidemini. *f* ¶ Et uos inflati estis & non magis luctum habuistis.] Vana scientia inflamini & curam de his qui pereunt non habetis: ut aut corrigantur, aut ab ecclesia separentur. Cum bonos pastores semper legamus populi defleßse peccata: ut Hieremiam, qui ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem la- *Hiere.9.d*
chrymarum? ut ostenderet sibi non affectum doloris, sed lacrymas defecisse. *g* ¶ Vt tollatur de medio uestrũ qui hoc opus fecit.] Siue homo qui peccauit tollatur, siue satanas eiiciatur dum non habet per quem ope-

opus fecit. Egō quidem absens corpore, præsens autem spiritu: iam iudicaui ut pręsens, ẽum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, trādere huiusmodi satanæ in interitum carnis: ůt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non ẽst bona gloriatio uestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expůrgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etẽnim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur, non in fermento ueteri, neq; in fermento maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Scripsi uōbis in epistola, ne cōmisceamini fornicarijs. Nō utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nůnc autem scripsi uobis non cōmisceri. Si is qui frater nominatur, inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cům huiusmodi nec cibum sumere. Quid ẽnim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nōnẽ de his qui intus sunt, uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Aůferte malum ex uobisipsis. Cap. VI.

AVdẽt aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum, iůdicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nẽscitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uōbis iudicabitur mũdus: indigni ẽstis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quanto magis secularia? Sẽcularia igitur iudicia

A retur. a ¶ Ego quidem absens corpore, præsens aũt spiritu iam iudicaui ut præsens.] Præsentem se esse dicit in spiritu, ne ex solo auditu absentem damnasse putaretur:
4.Reg.5.g secundum illud Elisei dicentis ad Giezi: Nōne spiritus meus tecũ erat in uia? b ¶ Eum qui sic operatus est in nomine dñi nostri Iesu Christi cōgregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu.] Qui pro me erat præsens, siue in literarum mearũ auctoritate, per quã dñs quoq; uirtus assistit. c ¶ Tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis.] Vt arripiendi illum corporaliter habeat potestatem. Quod dũ uiderit se nec carnis hic, nec in futuro, spiritus requiem habiturum, de facto pœniteat ut saluet. Siue sic quisq; pro meritis suis de ecclesia pellitur, & satanæ traditur potestati: ut dum caro eius per pœnitentiam afflicta quendam interitum patitur, spiritus conseruetur. Habet enim consuetudinem scriptura, ut hominẽ in
B parte totũ intelligat. Siue ita, quia & hic scripturæ mos est, ut ī carne carnales actꝰ interire, in spiritu uero spiritualis conuersatio salua fieri demōstretur. Itẽ hic ostendit eiectum extra ecclesiã rabido ore dæmonum lacerãdum, si permanserit nolens carnis uitia mortificare, ut possit uitam sanctam recuperare. d ¶ Vt spiritus saluus sit &c.] Quoniam in spiritum satanas accipere non potest potestatem, ut domini iudicio reseruetur. e ¶ Non est bona gloriatio uestra: nescitis quia modicũ fermentum totam massam corrumpit.] Ignoratis quia malo exẽplo possunt plurimi interire. Sed & per unius delictum, in omnem populum Iudæorum iram dei legimus aduenisse. f ¶ Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consperſio sicut estis azymi.] Nihil in uobis cōuersationis pristinæ relinquatis, quod synceritatẽ possit naturæ corrumpere. g ¶ Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur non in fermẽto ueteri, neq; in fermẽto maliciæ & nequitiæ, sed in azymis &c.] Nō figura, sed ueritas. Et Iudæi quidẽ septem diebus azyma comedebant. Nos uero semper, si simpliciter & pure uersemur. Quia in septem diebus mundus est factus: qui semper in suo ordine reuoluitur. Et quotidie nobis agnus occiditur, & pascha quotidiẽ celebramus: si fermentum maliciæ & nequitiæ non habemus. Quid est enim aliud nisi corruptio naturæ, fermentum: quod & ipsum prius à naturali dulcedine recedẽs adulterino acore corruptum est? h ¶ Scripsi uobis in epistola ne commisceamini fornicarijs: non utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus.] Hoc ipsum in hac epistola ita scripsi, non ut à gentibus, sed ab his qui peccãt in ecclesia separemini, sin autem, mori debueratis: quos idcirco præcipue uiuere interim deus uoluit, quo cohabitatione uestra profi, cerent infideles. i ¶ Alioquin debueratis de hoc mundo exisse.] Siue ita: sin aũt, melius uobis fuerat de hac luce migrasse, q̃ indigere per cōmonitionem à gentium consortio separari. k ¶ Nunc aũt scripsi uobis nō commisceri.] Sed magis quod scripsi, hoc est, ne talibus coniungamini. l ¶ Si is qui frater nominatur inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax.] Non ex sola opinione uitandus est. Sed si quis frater solo nomine appellatur, cũ fornicator detegat aut fur, ab hoc separari iubemur: sicut scriptum est: Qui se iungit fornicarijs, nequam est: putredo & uermes hæreditabunt eũ. Eccls.19.d m ¶ Cum huiusmodi nec cibũ sumere.] Nec commũnẽ quidẽ cibum cum talibus participandum esse concessit. n ¶ Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?] Hoc est, de infidelibus. o ¶ Nōne de his qui intus sunt uos iudicatis? Nã eos qui foris sunt deus iudicabit.] Nunquid non uos de his solis q̃ sunt intra ecclesiã iudicatis? p ¶ Auferte malum ex uobisipsis.] Quo facilius eos possitis docere qui foris sunt. Cap. VI.

AVdet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum.] Audet aliquis contra præceptum domini uenire, dicentis: Si quis uult tecum iudicio contendere Matth.5.f & cætera. Notandum q̃ aliquando apostolus in medio causæ quam agit, quosdam sensus inserat & de latere iactet, quibus explicitis rursus reuertatur ad causam. r ¶ Iudicari apud iniquos & non apud sanctos.] Hic probatur Christianos tunc iudices non fuisse: quia iniqui dicũtur. s ¶ An nescitis quoniã sancti de hoc &c.] Quod dominus repromisit, discipulis dicens: Sedebitis Matth.19.d & uos iudicantes duodecim tribus Israel: etiã omnibus hoc promittẽs, qui eos fuerint imitati. Nã ex ipsis unus periit, cuiꝰ loco alius successit: cui nihil fuerat repromissum. Paulus quoq; & Barnabas apostoli sunt ordinati à sancto spiritu. t ¶ Et si in uobis iudicabitur mundus.] Siue per uos uel uestro exemplo. u ¶ Indigni estis qui de minimis iudicetis &c.] Ergo indigni sunt de rebus exiguis iudicare, q̃ & mundũ totũ & angelos iudicabũt. Illos angelos qui cum carnẽ non habuerint, peccare uoluerunt, hi qui in carne sancti esse uoluerũt, iudicabunt. x ¶ Secularia igitur &c.] Quæ de rebus seculi oriũnẽ.

¶ Contem-

dicia ſi habueritis,contẽptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad uẽrecundiã ueſtram dico. Sic non eſt inter uos ſapiens quiſquam qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum, ſed frãter cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iãm quidem omnino delictũ eſt in uobis, quòd iudicia habetis inter uos. Quãre non magis iniuriam accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini? Sed uos iniuriã facitis, & fraudatis, & hõc fratribus. An nẽſcitis, quia iniqui regnum dei nõ poſſidebunt? Nõlite errare, neque fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neque fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebũt. Et hæc ãliquando quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nõmine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri. Omniã mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omniã mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca uentri, & uenter eſcis: dẽus autem hunc & hanc deſtruet. Cõrpus autem non fornicationi, ſed domino, & dominus corpori. Dẽus uero & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam. Nẽſcitis quoniam corpora ueſtra, membra ſunt Chriſti? Tõllens ergo membra Chriſti, faciãm membra meretricis? Abſit. An nẽſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erũt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret deo, unus ſpiritus eſt. Fũgite fornicationem. Omnẽ enim peccatũ quodcũq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſci-

a ¶ Contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.] Poſſunt de his etiam illi qui minimi ſunt in eccleſia iudicare. Item contemptibiles in eccleſia eos iudices dicit, quos appellat in inferioribus infideles. b ¶ Ad uerecundiam ueſtram dico. Sic nõ eſt inter uos ſapiẽs quiſquam qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum.] Erubeſcere debetis, eo q̃ nemo ſit inter uos tã ſapiens qui nouerit cauſas inter fratres diſcernere, ut nõ neceſſe ſit publice litigare. c ¶ Sed frater cũ fratre iudicio cõtendit, & hoc apd' ifideles.] Duplex peccatũ eſt, & quod iudicio contẽditis, & quia apud infideles uos ad iurgia prouocatis. d ¶ Iam quidem omnino delictũ eſt in uobis.] Iam hoc ſolum delictũ eſt quod contra præceptum facitis Chriſti. e ¶ Qd' iudicia habetis inter uos.] Qui ſemper pacem habere deberetis, etiam cum rerum temporaliũ detrimẽto ſeruatã. f ¶ Quare non magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed uobis iniuriam facitis & fraudatis.] Cum illata ſecundũ euangelij præceptum, & domini exemplũ patienter ſuſtinere deberetis: uos econtrario nõ ſolum non ſuffertis, ſed etiã non facientibus iniurgatis. g ¶ Et hoc fratrib⁹.] Quod nec inimicis reddere debere tis, fratribus facere nõ timetis. h ¶ An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſſidebunt.] Quod regnum dei non poſſidebunt, niſi omnia peccata baptiſmi gratia diluantur. i ¶ Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces &c.] Nolite errare, putantes uobis ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, cum omne peccatum permanens, excludat à regno, ſicut ad Galatas ait: Gal.5.d Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immũdiciæ, cõtentiones, iræ, & his ſimilia, quæ prædico uobis: quoniam qui talia agunt, regnum dei non cõſequentur. Ideo autẽ addidit, & his ſimilia ne quis negaret præter hæc alia eſſe peccata, quæ regnum dei prohiberẽt intrare. k ¶ Et hæc aliquando quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.] Nolite de præteritis timere peccatis, tantum ne poſt baptiſmũ delinquatis. Aut qui ut aſſolet præuentus fuerit, ad pœnitentiam cõuertatur. Item omnia peccata, baptiſmi gratia diluuntur. Item alia expoſitio. Hoc contra hæreticos dicit, qui Chriſtum & ſpiritũ ſanctum à deo patre ſeparare conantur. Hic enim oſtenditur, quoniã ſicut pater, ita & Chriſtus & ſpiritus ſanctus peccata abluit, iuſtificat atq; ſanctificat. l ¶ In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & ſpiritu dei noſtri.] Abluti in nomine Chriſti, ſanctificati p ſpiritum dei. m ¶ Omnia mihi licent &c.] Qui de fornicatione tractabat, uoluit gulam & intemperantiã, materiam fornicationis oſtendere & ſimul deſtruere. Itẽ hoc dicit, quia liberi ſum arbitrij, & licet mihi agere quod uelim: non tamẽ debeo ipſe aliquo peccato eſſe ſubiect⁹. n ¶ Omnia mihi licẽt, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca uẽtri, & uẽter eſcis.] Licet nobis manducare & bibere, ſed ſi nimium uentri ſubditi fuerimus, ipſum licitum trahit nos ad illicita: hoc eſt, ad fornicationem: ita & de omnibus intelligendum, quæ cum peccatum non ſint, occaſiones tamen poſſunt capere delictorum. o ¶ Deus autẽ hunc & hanc deſtruet.] Et hæc duo: id eſt, eſcam & uentrem, & hominem his ſubditum & uoluptatibus ſeruientem. Itẽ in reſurrectione mortuorũ non deſtruetur uentris ſubſtantia, ſed eſus ciborum, & uentris opera ceſſabunt. Quoniam regnum cœlorum ſicut idẽ Apoſtolus ad Romanos dicit: neq; eſca neque potus eſt. Rom.14.c p ¶ Corpus aũt non fornicatiõi ſed domino, & domin⁹ corpori.] Nõ fornicationi, ſed domino exhibeatur, & domin⁹ corpori copulabitur. Dominus enim nobiſcum eſt quãdiu fuerimus cum illo, ſi dereliquerimus eum, & ille nos derelinquet. q ¶ Deus uero & dominũ ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam.] Quia caput noſtrũ ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit, ſi tamẽ eius membra per ſanctitatem eſſe mereamur. r ¶ Neſcitis, quoniam corpora ueſtra, membra ſunt Chriſti?] Omnis eccleſia, corpus Chriſti eſt, ſinguli autem membra. s ¶ Tollens ergo membra Chriſti.] Tollit Chriſti membra, id eſt, abſcindit ſe à corpore Chriſti, qui iunctus eſt meretrici. t ¶ Faciã membra meretricis? Abſit.] Non dixit, fornicatoris, ut oſtenderet eum eiuſdem & criminis eſſe & nominis, cuius illa eſt: Apud homines eñ minus uidetur uiri q̃ mulieris admiſſum. u ¶ An neſcitis, quoniã qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur.] Quomodo cum uxore licite, ita & illicite cum meretrice una caro efficitur per amorem. x ¶ Qui autem adhæret deo, unus ſpiritus eſt.] Quomodo per carnis opera caro fit: ita per opera dei, ſpiritus efficitur. y ¶ Fugite fornicationem.] Cuius crimen uidetis eſſe grauiſſimũ. z ¶ Omne enim peccatũ quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui aũt fornicatur &c.] Omne peccatum

A potest & ab uno cõmitti,qui membrũ dici potest,non tamen corpus.In fornicatione aũt duo pereunt, etiam corpus.Grauius ergo malũ est,in quo duæ animæ moriuntur. Grauat fornicationis causam, quæ illis per consuetudinẽ leuissima uidebatur. Item alia expositio : De his qui sunt in coniugio constituti,Apostolus sumit exemplũ.Quo

An nescitis,quõniam membra uestra,templũ sunt spiritus sancti, qui in uobis est:quem habetis à deo, & nõn estis uestri. Empti em̃ estis precio magno:glorificate & portate deum in corpore uestro. Cap. VII

DE quibus autem scripsistis mihi:bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisq; suam uxorem habeat, & unaquæq; suum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat : similiter autem & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem nõ habet,sed uir.Similiter autem & uir sui corporis potestatem nõ habet,sed mulier.Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus,ut uacetis orationi : & iterum reuertimini in idipsum , ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram . Hoc autem dico secundum

Gen.2.d modo,inquit,scriptũ est:Erunt duo in carne una:id est,uir & uxor,unum corpus efficitur: Vnde si aliqs ipsorum fuerit fornicatus, peccat in aliũ, quasi in propriũ corpus . Residua autem peccata, specialia uniuscuiusq; sunt,nec alterum condemnant. a ¶ An nescitis,quoniam mẽbra uestra, templum sunt spiritꝰ sancti, q in uobis est: quẽ habetis à deo.] Cui grauissimã iniuriam facitis fornicando. b ¶ Et non estis uestri,empti em̃ estis precio magno.] Qui non est suus, non debet suæ uoluntati seruire, sed illius à quo emptus est, secundum ipsius iussum dicentis : Qui uult post me uenire abneget semetipsum sibi. Si enim homo à seruo pauca pecunia comparato, continuã exigit seruitutem, quãto magis ille qui nos sua morte redemit: Sicut ait Pe

1.Pet.1.d trus : Scientes quod non corruptibilibus, argento uel

B auro redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Aliter:Rescindit emptionis pactum quisquis inculcauerit ius testamenti:& à seruili cõditione alienus est,qui libertate suæ uoluntatis nõ impeditur. c ¶ Glorificate & portate deum in corpore uestro.] Glorificate deũ actibus uestris,& portate eum, eius imaginem conseruando, sicut ait alibi:Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cœlestis. Cap. VII

DE quibus autẽ scripsistis mihi.] Incipit de coniugijs, ante enim expugnauit illicita q̃ de licitis loqueretur. e ¶ Bonum est homini mulierem non tangere:propter fornicationem autem unusquisq; suam uxorem habeat, & unaquæq; suum uirum habeat. Vxori uir debitũ reddat : similiter autem & uxor uiro.] Bonum fuerat illud quod uobis in primordio prædicaui, hoc est,secundum coniugij usum,non tangere mulierem.Sed quoniã multos incontinentes huic doctrinæ scripsistis refragari,concedatur remedium,ne fornicando moriantur. Ergo hoc Apostoli exẽplo in primis uirginitas & continentia prædicatur.Et si quis se incontinentem non erubuerit confiteri,in languorem incontinentiæ reclamanti, non denegetur remedium nuptiarum.Quomodo si peritus medicus inquieto ægro, & neganti se posse à pomis omnibus abstinere:concedat aliquantum,ne ille pernicios præsumat.Incontinentiæ reuera usus,& tempore,& ætate,& loco,& infirmitate prohibet. Castitas uero potest iugiter custodiri.Illud ergo debemꝰ appetere, quod facilius custodire sine impedimento ullo possumus & in perpetuo possidere.Sed obijcere amatores luxuriæ solẽt: Vt quid ergo prima dei benedictio, crescere & multiplicare,concessit: Vt terra scilicet repleretur : qua iam impleta, debemus ab incontinentia tẽperare. Sed potuit,inquiunt, omnes homines de terra formare, si semper illi usus coniugij non fuerat placiturus. Sed non quæritur quid potuit,sed quid fecit,cui omnia possibilia sunt.Ipsam deinde Euam noluit de terra facere,sed de costa. Si autẽ pu C tas nobis antiqua tempora in omnibus conuenire:imitare Adam, qui filiam (ut ita dixerim) suam accepit uxorem.Cain similiter,si nõ pudet & cæteros, qui proprias in matrimoniũ accepere sorores. Quod si fieri nõ debet, omnia dominũ secundum præscientiã suis temporibus ordinasse credamus:ut q tũc terrã implere uoluit, modo plus diligat castitatem, cui & grãde præmium repromittit.Illud etiam dicendum est,quod nec secundum uetus testamentum,quosdã uxores habuisse uideamus . Quia ibi uxores liberorũ causa habere permissum est: non propter nimiam libidinẽ exercẽdam, qui in hoc etiam animalibꝰ deteriores essе noscuntur: quo nescando filios,probant se non filiorum causa nupsisse.Qui aũt ea sola causa coniungitur,statim se abstinet post cõceptum. Et cessante iam per ætatem partu, cessat & usus. f ¶ Mulier sui corporis potestatem non habet,sed uir:similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet,sed mulier.] Corpus dicitur omne quod iũgitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur uiri:ita & uir, corpus mulieris appellatur.Ideo neq; si uoluerit mulier contraire,in corpore suo,id est,in uxore, uir poterit do- D minari.Dubium autem non est,multo magis nolente uiro,neq; in uirum mulierem posse præualere. Quoniam ergo de duobus incõtinentibus dicit,concedit ex necessitate Apostolus, ut in idipsum, quia utriq; incontinẽtes sunt,reuertantur:ne intercedente quacunq; dissensionis causa,ambo fornicationis crimen admittant,quia utriq; sunt incontinentes. Cæterũ autem si unus è duobus considerans præmium castitatis,uoluerit continere,incontinenti assentire non debet,sed ita agere, ut uidendo continentiam illius prouocetur incontinens, quia luxuria ad continentiam transire debet,non ad luxuriam continentia declinare, quamuis plurimæ mulieres castitati cõtradicant.Ita illum qui uoluerit continere,agere debere,ut incontinentia assentiat in idipsum,ne dum ille continet, illa peccet. Anima quæ peccauerit,ipsa morietur.Nec enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. Neq; enim uocauit nos deus in immundicia, sed in sanctificatione. Aliter:quia uoluit uiro esse subiectam,solam sibi abstulit libertatẽ. g ¶ Nolite fraudare inuicẽ,nisi forte ex consensu ad tempus &c.] Negare uidetur incontinentes orationi posse uacare, quæ in eo utiq; minor est cõmunione, quia catechumeni & pœnitentes orant,qui cõmunicare non possunt : Non solum hoc in nouo,sed etiam in ueteri testamẽto sanctificantur à muliere,ut descẽdenti dño in montem,assistere mereantur.Hic probatur quid possit perpetua cõtinentia, si tantum ualuit triduana. Vnde in Regnorum libro panem sacerdotalem 1.Reg.21.b non nisi cõtinentes accipiunt. Quam ob causam necessitas legẽ soluere uenialiter potuit suffragio charitatis.Vn de & Petrus hortatur nostras orationes minime impedi 1.Pet.3.b ri debere. h ¶ Ne tentet uos satanas propter incõtinentiam uestram.] Notandũ quod ad duos respiciẽs incontinentes,uni non præiudicet cõtinenti.Item ne uno seretrahente,alius fornicetur. i ¶ Hoc autem dico secundum indulgentiã,& nõ secundum imperium. Volo autem omnes uos esse sicut meipsum.] Hoc ut paruulis indulgeo

1.Pet.3.

A dulgeo,non præcipio ut perfectis,nam omnes homines cupio mihi ſimiles inueniri. Noui enim quanta caſtitas mercede penſetur. Nunquam hoc uoluiſſet Apoſtolus, ſi fieri omnino non poſſet. *a* ¶ Sed unuſquiſq; propriũ donum habet ex deo : alius quidem ſic, alius uero ſic.] Hoc eſt, propriæ uoluntatis accepit donatiuum. *b* ¶ Dico autem non nuptis & uiduis.] Incipit aliam cauſam de innuptis. *c* ¶ Bonum eſt illis ſi ſic permãſerint, ſicut & ego.] Magnopere appetẽdum eſt,quod à tãto doctore laudatur. *d* ¶ Quòd ſi nõ ſe continent, nubãt.] Notandum quod incõtinentibus nuptiæ concedanẽ. *e* ¶ Melius eſt enim nubere quàm uri.] Malo fornicationis melius eſt, quod igne punitur: ſi
Gen.38.f cut Iudas in Geneſi de ſua nuru pronunciat. *f* ¶ His autem qui matrimonio iuncti ſunt.] Item de coniugijs minime cauſa aliqua dimittendis.
g ¶ Præcipio nõ ego,
B ſed domin⁹, uxorem à uiro nõ diſcedere.] Prohibet dimitti quacunque ex cauſa, ne alijs coniungantur ſecundum conſuetudinem Iudæorũ, quam dominus interdixit,
Matth.19.b dicens: Quicunque dimiſerit uxorẽ ſuã, excẽpta cauſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Aliter:Præcipio nõ ego, ſed domin⁹, uxorem à uiro non diſcedere. Non quia in ſe non habebat Chriſtum loquentẽ, hæc dicit : ſed ut oſtendat, quia ipſe dominus per ſemetipſum de hoc in euangelio dixit.
b ¶ Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari, & uir uxorẽ non dimittat.] Si ob aliquam cauſam diſceſſerit,alij nõ nubat:aut ſuo uiro ſi uoluerit, reconcilietur : quia hoc quàm alteri nubere melius eſſe manifeſtum eſt. *i* ¶ Nam cæteris dico ego,non dominus.] Conſilium do quod mihi utile eſſe uidetur.
k ¶ Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo,non dimittat illam:& ſi qua mulier fidelis habet uirum infidelem,& hic cõſentit habitare cum illa,non dimittat uirum.] Si quis ſolus crediderit è duobus, nõ quo permiſerit fidelem infideli coniungi. Non enim dixit: ſi quis ducit,ſed ſi quis habet infidelem. *l* ¶ Sanctificatus eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem:& ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum fidelem.] Exemplum refert,quia ſæpe contigerit,ut lu-
1.Pet.3.d crifieret uir per mulierem. Vnde & beatus Petrus ait: Vt ſi qui nõ credunt uerbo, per mulierum conuerſationem ſine uerbo lucrifiant : id eſt, cum uiderint eas in melius commutatas,cognoſcant omnes dei legem ita conſuetudine inueterata potuiſſe mutari. Item ideo uir & uxor inuicẽ ſanctificantur : quia ex traditiõe dei,ſanctæ ſunt nuptiæ. *m* ¶ Alioquin filij ueſtri immundi eſſent,nunc au C tem ſancti ſunt.] Si nõ ita eſſet ut dico, filij ueſtri adhuc infideles permanerent:ſæpe enim cõtingeret, ut filij illos parentes qui crediderant,ſequerentur.Sub qua ſpe credi uoluit,alterum ſaluari poſſe,tam libcrorum exemplo cẽ coniugis. *n* ¶ Quòd ſi infidelis diſcedit,diſcedat.] Maritus eñ uel uxor non ſunt domino præferendi.
o ¶ Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater uel ſoror in eiuſmodi.] Non enim ita ligatus eſt in eiuſmodi cauſa,quaſi uere illi ſeruire neceſſe ſit,& propter alterum interire. *p* ¶ In pace autẽ uocauit uos de⁹.] Cæterũ non ad diſſidium ſumus uocati: ultro ergo diſcedere nõ debem⁹. *q* ¶ Vnde enim ſcis mulier,ſi uirum ſaluũ facies?] In dubium quidẽ poſuit, ſed ſemper ambigua in melius euenire credenda ſunt. Simul quærẽdum, quomodo ſuperi⁹ ſanctificatus dicatur,de cuius hic ſalute dubitatur, niſi ſecundũ hũc
D quem expoſuimus intellectum. *r* ¶ Aut unde ſcis uir,ſi mulierem ſaluã facies.] Si per te credat & ſaluatur. *s* ¶ Niſi unicuique ſicut diuiſit dom⁹. Vnumquenq; ſicut uocauit de⁹, ita ambulet: & ſicut in omnibus eccleſijs doceo.] Vel cum infideli coniuge, uel etiam

cundum indulgentiam & non ſecũdum imperium. Volo autem omnes uos eſſe ſicut meipſum. Sed unuſquiſque proprium donũ habet ex deo, alius quidẽ ſic, alius uero ſic. Dicõ autem non nuptis & uiduis: bonum eſt illis,ſi ſic permanſerint ſicut & ego. Quòd ſi non continent,nubant. Mẽlius eſt eñ nubere quàm uri. His autẽ qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio:nõn ego, ſed dominus,uxorem à uiro nõ diſcedere. Quõd ſi diſceſſerit, manere innuptã,aut uiro ſuo recõciliari. Et uir uxorem non dimittat. Nam cæteris dico ego,non dominus: Si quis frãter uxorem habet infidelem,& hæc cõſentit habitare cum illo,non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic cõſentit habitare cum illa,non dimittat uirum. Sanctificãtus eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem,& ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum fidelem. Aliõquin filij ueſtri immũdi eſſent,nunc autem ſancti ſunt. Quõd ſi infidelis diſcedit,diſcedat. Nõn enim ſeruituti ſubiectus eſt frater uel ſoror in huiuſmodi. In pacẽ autem uocauit uos deus. Vndẽ enim ſcis mulier,ſi uirum ſaluum facies? Aũt unde ſcis uir,ſi mulierẽ ſaluam facies? Niſi ũnicuiq; ſicut diuiſit dominus. Vnumquẽq; ſicut uocauit deus, ita ambulet,& ſicut in omnib. eccleſijs doceo. Circũciſus aliquis uocatus eſt,nõ adducat præputiũ. In præputio autẽ aliquis uocatus eſt,nõ circũcidatur. Circunciſiõ nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum dei. Vnũſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt,in ea permaneat. Seruus uocatus es, non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes

cum fideli : ſiue in præputio,ſiue circunciſus,ſeruus aut liber. *t* ¶ Circunciſus aliquis uocatus eſt, non adducat præputium : in præputio autem aliquis uocatus eſt, non circũcidatur.] Non putet ſe ſuperflue circunciſum, nec de hoc pœniteat : fuit enim ſuo tẽpore neceſſarium. Siue hoc modo:nõ adducat præputium,quo ſine legis ceremonijs uiuat,quia tunc quibuſdã apoſtoli permittebãt opera legalia cuſtodire,ne ſubito à lege retracti,ſcandalum paterentur. Item alia expoſitio : Euidens eſt hoc loco, non hic de circunciſione carnis aut præputio apoſtolum loqui:neq; enim fieri poteſt,circũciſum aliquem poſſe præputiũ adducere: ſed ad eos ſermo eſt, qui ſunt in coniugio conſtituti,hoc enim dicit:Si quis ad fidẽ dei acceſſerit,uxorem non habens,poſtmodũ gentilem coniugem non debet accipere. Si aũt in tali copula conſtitutus, ad fidem fuerit uocatus, non debere eum coniugale uinculum ſoluere. *u* ¶ Circunciſio nihil eſt,& præputium nihil eſt,ſed obſeruatio mandatorũ dei.] Hoc tempore nec prodeſſe poterit,nec obeſſe. *x* ¶ Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat : ſeruus uocatus es,non ſit tibi curæ.] Chriſtianæ religioni conditio nõ poteſt obeſſe ſeruilis : ne dicas ergo, quomodo deo poſſum placere, qui ſeruus ſum? Deus enim nõ conditionem aſpicit,ſed uoluntatem quærit & mentem.

Sed & ſi

A a ¶ Sed & ſi potes fieri liber, magis utere.] Vſqueadeo nō prodeſt libertas, nec ſeruitus nocet. Item ſimiliter ad eos qui matrimonio iuncti ſunt, Apoſtolus loquitur, dicens: Sed & ſi potes liber fieri, magis utere: ſi tamen tibi deo pudice uolenti ſeruire, non fuerit moleſta, quādo forte tuo cōſortio, etiam ipſa ad deū poſſit cōuerti. b ¶ Qui enim in domino uocatꝰ eſt ſeruus, libertus eſt domini: ſimiliter qui liber uocatus eſt, ſeruꝰ eſt Chriſti.] Qui hominis ſeruus eſt, liber eſt deo: & qui hominibus liber eſt, ſeruus eſt Chriſti. Ambo ergo unū ſunt. Non eſt enim perſonarum acceptio apud deum. c ¶ Precio ēpti eſtis, nolite fieri ſerui hominū, unuſquiſq; ergo in quo uocatꝰ eſt frater, in hoc permaneat apud deum.] Precio empti eſtis: hoc eſt, Chriſti ſanguine cōparati: nihil ergo propter homines facia-

Ephe.6.a tis, ſicut alibi ait: Nō ad oculum ſeruiētes, quaſi hominibus placentes, ſed quaſi ſerui

B Chriſti, facientes uoluntatem dei ex animo, & cæt. d ¶ De uirginibꝰ autem.] Et de hoc conſuluerant, ubi eſſet præcepta uirginitas. e ¶ Præceptum domini nō habeo.] Quod ſub præcepto eſt, ſi non impleatur, punit: Impletum morte tantū caret, quia nihil ex ſe dat: ſed quod debet, exoluit. f ¶ Conſilium autē

Matth.19.b do.] Conſilium eſt autem ſaluatoris dicentis: Sunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. g ¶ Tanq̄ miſericordiam conſequutus à domino.] Suo exemplo docet, non niſi in domino gloriandum. h ¶ Vt ſim fidelis.] Domini mei ſemper ſeruitio occupatus. i ¶ Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe.] Hic exiſtimo, non pro dubio poſuit, ſed pro certo, ſicut & illud: Puto enim quod & ego ſpiritum dei habeo. k ¶ Propter inſtantē neceſſitatem.] Id eſt, præſentis uitæ ſolicitudinem, quæ multū poteſt obeſſe iuſtitiæ: & qua præcipue iuncti matrimoniis implicantur. l ¶ Quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.] Duplex bonū eſt: & ſolicitudinibus mundi carere & uirginitatis præmium expectare. m ¶ Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem, ſolutus es ab uxore, noli quærere uxorē.] Ita uult ſolutos non ligari, quomodo nec ſolui diſſidio ligatos admittit. n ¶ Si autem acceperis uxorem, non peccaſti, &c.] Quia liberæ uoluntatis es, ſi nō uis eſſe maior, eſto uel minor. Nuptiæ enim peccatum nō ſunt, ſed per ſolicitudinem mundi qui nubunt, legē ſeruare uix poſſunt. Aliter: Illos dicit nō peccare ſi nubant, qui nōdum deo uouerint caſtitatem. Cæterum qui uel in corde ſuo promiſit: ſi aliud fecerit, habet damnationē, quia primam fidem irritā fecit. Quod

Act.8 enim erat licitum, per uotū ſibi fecit illicitum: ſicut Ananiæ & Sapphiræ, quibus de precio poſſeſſionis ſuæ retinere nihil licuit; Ob quā cauſam & ſubita morte proſtra

ti ſunt. o ¶ Tribulationē tamen &c.] Maledicto ſe Euæ C ſubijcientes, ſiue ſolicitudinem ſecularis tribulationis & triſticiæ patiētur. p ¶ Ego autem uobis parco.] Vobis uirginibus, ut minori labore maiorem poſſitis implere iuſticiam. q ¶ Hoc itaq; dico fratres.] Hic omni intentione etiam habentes uxores ad continentiam cohortatur, ut multo magis ſuadeat nō nubere nō habentes. r ¶ Tēpus breue eſt &c.] Tempꝰ uitæ nr̄æ modicū aſſerit: ut doceat uoluptatē, quæ cito finitur, non magnopere appetendam, ſed magis concupiſcendū eſſe æternum præmium caſtitatis. s ¶ Et qui flēt, tanq̄ non flentes: & q gaudēt, tanq̄ nō gaudentes, & qui emunt, tanq̄ non poſſidētes: & qui utunt̄ hoc mūdo, tanq̄ nō utātur.] Quia & iſtud in breui tranſibit: tempus enim oīs rei ſub ſole, tempus plangēdi, & cætera. t ¶ Præterit enim figura huius mundi.] Hoc ſeculū, quaſi umbra pertrāſit. Nolite ergo de eo multum eſſe ſoliciti, D ne huius poſſeſſione perdatis æternā, & figuram quærentes incipiatis amittere ueritatem. Hic enim mundus, imago futuri eſt. Si ergo talis eſt imago, ipſa ueritas qua-

Ecc.7.a lis eſt? Vnde ſi hoc tam impenſe diligitis, quanto magis illud impēſius amare debetis? Nam ſeculum hoc nos dimiſſuros, quotidiana morientiū exempla teſtantur. An forte nos ſolos credimus immortales, quaſi non ſimus ex hominibus generati? Vnde ſapiens ſemper aliorum caſibus emendatur, dicente ſcriptura: Cor ſapiētis in domo luctꝰ. Hic enim finis omni homini; & cui uult, dabit bonum in corde ſuo. u ¶ Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe.] Debemus & nos uelle, quod Apoſtolus uelle ſe dicit: ne incontinentes, cōtra eius uideamur facere uoluntatem. x ¶ Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo: qui aūt cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mūdi.] Multum nobis expedit ſolicitudine carere mūdana, ne forte ſpinæ ſuffocent ſemē,

Luc.14.d & dicere incipiamus: Villam cōparaui, boues emi, uxorem duxi, ad cœnam uenire non poſſum. y ¶ Quomodo placeat uxori.] Quale eſt uxori magis uelle placere q̄ deo. z ¶ Et diuiſus eſt.] Quod diuiſum eſt, unum non poteſt eſſe, quia unitas diuiſionem omnino nō accipit. a ¶ Et innupta & uirgo cogitat quæ dñi ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.] Corpore, ab uſu cōiugali, ſpiritu, à rerum mundanarū ſolicitudine, dum tota diuino ſeruitio mancipatur. b ¶ Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro.] Nuptam uiro placere aſſerit cogitando quæ mundi ſunt: innuptā uero deo quod illi nulla cura ſit ſeculi. Quæ ergo uirum non habet, & tamen quæ mūdi ſunt, cogitat, cui placere deſiderat? Nōne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando

si pōtes fieri liber, magis utere. Qūi enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Prēcio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud deū. De uirginibus autem præceptū dōmini non habeo, cōsilium autem do tanquam misericordiam cōsequutus à domino, ut sim fidēlis. Existimō ergo hoc bonū esse prōpter instātem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori, noli quærere solutionē. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si aūtem acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulātionem tamen carnis habebūt huiusmodi. Egō autem uobis parco. Hōc itaq; dico fratres. Tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanq̄ non habentes sint: & qūi flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanq̄ non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanq̄ non utātur. Prætērit enim figura huius mundi. Volo aūtem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore ē, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui aūt cum uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, qūomodo placeat uxori, & diuīsus est. Et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ aūtem nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat

A gitando mundana,complacet uel marito : cum hæc nec marito quẽ non habet,possit placere nec deo. *a* ¶ Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis injiciam,sed ad id quod honestum est,& quod facultatem præbeat, sine impedimento dominũ obsecrãdi.] Necessitatem illis uidetur imponere: Dicit se illis quid expediat commonere eos. Simul attende, quia si hoc illis utile erat quod Apostolus suadebat,illud minꝰ utile erat, quod illi uolebant. *b* ¶ Si quis autem turpem se uideri existimet super uirgine sua, quod sit superadulta.] Turpis uideri poterit,si cupiẽtem uirginem suam,nubere non permittat: & illa fuerit fornicata.Itẽ hoc loco non parentes dicit uirginum filiarum, neq; enim potestatis illorũ potest esse propositum alienæ continentiæ, sed unumquenq; habere propriæ carnis arbitrium, eam incorruptã seruare. *c* ¶ Et ita oportet fieri, qđ uult faciat,nõ peccat, si nubat.] Si ita necesse fuerit propter filiæ uoluntatem,nam parentes quidem usque ad legitimã ætatem custodire debent & docere, qđ melius est:si autem illa noluerit,fiat quod necesse est. *d* ¶ Nã qui statuit in corde suo firmus,non habens necessitatem : potestatem autem habens suæ uoluntatis: & hoc iudicauit in corde suo,seruare uirginem suam,bene facit.] Ille firmꝰ statuit,cuius puellæ consensus, patris firmauerit uoluntatem. Et nõ illum compellit filiæ necessitas facere quod nolebat,sicut illum de quo supra loquutus est. *e* ¶ Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam,bene facit: & qui non iungit,melius facit.] Ita concludit uirginum causam,ut eas faciat in omnibus meliores. Vnde prudentibus semper meliora & perfectiora sectanda sunt, quia nec in secularibus & caducis norũt mediocribꝰ esse contenti. *f* ¶ Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit.] Hic incipit de bigamis & uiduis. *g* ¶ Qđ si dormierit uir eius,liberata est à lege &c.] Secundũ legem libera facta est à uinculo coniugali . Qđ si nec tunc continere uoluerit, conceduntur illi etiam secundæ nuptiæ,tantum ut infideliũ nitu non nubat. *h* ¶ Beatior autem erit &c.] Beata habens maritum, si custodiat castitatem. Beatior uidua, quia minore labore maiorẽ inueniet castitatem. Beatissima uirgo, quæ sine labore ad summum præmium possit peruenire. *i* ¶ Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.] Ne meum cõsilium tanquam humanum contemnatis. Cap. VIII

B DE his autem quæ idolis sacrificantur.] Incipit de idolothytis, de quibus etiam dixerat : Quia quidam in templis edebant, idolum nihil esse dicentes, & creatura dei se debere uti,& errabant ueri similis ratione decepti:

do placeat uiro . Pôrrò hoc ad utilitatem uestram dico,non ut laqueum uobis injiciã, sed ad id quod honestum est,& quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se uideri existimat sup uirgine sua,quod sit superadulta : & ità oportet fieri,quod uult faciat: nõ peccat,si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus,non habens necessitatẽ: potestatem autem habens suæ uoluntatis,& hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginẽ suam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam,benefacit : & qui nõ iungit,melius facit.Mulier alligata est legi,quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius,liberata est à lege. Cui autem uult, nubat,tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum cõsilium. Putò autem quod & ego spiritum dei habeam. Cap. VIII

DE his autẽ quæ idolis sacrificantur,scimus, quia omnes sciẽtiam habemus.Scientiã inflat,charitas uero ædificat.Si quis autẽ se existimat scire aliquid,nõdum cognouit,quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deũ, hic cognitus est ab eo. De escis autem quæ idolis immolãtur,scimus,quia nihil est idolum in mũdo : & quod nullus est deus, nisi unus. Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra : siquidem sunt dij multi & domini multi : nobis tamen unus est deus pater, ex quo omnia, & nos in illo,& unus dominus

C hoc increpandũ Apostolus dicit ad eos qui habẽt scientiam dijudicandi,nihil esse quod idolis immolatur. Hoc ergo ait: *l* ¶ Scimus &c.] Id est,non omnibus est notitia.Et nos omnes nouimus sicut uos, sed sunt aliqui qui ignorant. *m* ¶ Scientia inflat.] Illa scientia quæ ex sensu proprio & humano descendit, eos qui præter eam diuinam non habuerint,inflat: & quæ cõiecturis magis nititur,q̃ exẽplis. Cæterum si diuina inflat, ut quidã putant, quare illos amplius uult docẽdo inflare? Et in principio ipsiꝰ epistolæ,gratias se dicit deo agere,qđ' omni scientia sint repleti,suum quoque alibi proponit exemplum dicens: Et si imperitꝰ sermone,sed nõ scientia . Sæpe etiã arguit ignorãtes:Et ignorantiam tenebris comparauit . Galatas æque stultitiæ notat: necnõ Ephesijs lumẽ sapientiæ suppliciter deprecatur. *n* ¶ Charitas uero ædificat.] Quia non quærit quæ sua sunt,sed quæ ædificẽt fratres. *o* ¶ Si quis autem se existimat scire aliquid,nõdum cognouit &c.] Si quis sibi uidetur sapiens, stultus est: qui eñ uere sapiẽs est,insipientiorem se omnibꝰ arbitratur. Vnde Salomon ait : Vidi uirum qui sibi sapiẽs esse uidebatur,& spem habuit insipiens magis q̃ ille. *p* ¶ Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo.] Ille diligit deũ, qui ædificat fratres, sicut dicit Petro : Si amas me,pasce oues meas. *q* ¶ De escis autẽ quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & q̃ nullus est deus,nisi unus.] Repetit quod superius dixerat se scire,& quid sit,euidentius ostendit. *r* ¶ Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra: siquidem sunt dij multi, & domini multi.] In cœlo, angeli,& sancti,in terra,de quibus dicitur: Ego dixi dij estis.& domini sunt sancti eorum,quos iudicabunt,de quibus dicitur:Iudicabunt nationes,& dominabuntur populis. *s* ¶ Nobis tamẽ unus est deus pater.] Cuius uirtute ex nihilo omnia sunt creata.Item hunc locũ hæretici ita accipiunt,personã patris filijq; separantes,ut dicant unum deũ & patrem,ex quo omnia:& dicunt dño,id est,Christo esse maiorem,per quem omnia. Hæc aũt & filio sicut patri esse cõmunia,idem Apostolus ad Ro. docet,dicẽs: Quis enim cognouit sensum domini : id est,Christi,non dei patris,sicut ille dicit & infert,dicens: Quia ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt omnia. Item per quem, etiam deo patri asscribit, idem Apostolus in hac eadem epistola dicẽs: Fidelis deus per quem uocati estis in cõmunionem filij eius Iesu Christi domini nostri. *t* ¶ Ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Iesus Christus.] Calumniam ex hoc loco commouent Ariani : quod quum unus tantum deus dicitur pater, filius à deitate seiunctus

Ioan.21.e

Psal.81.b

Rom.11.d

1.Cor.1.b

dominus Ieſus Chriſtus, per quem ōmnia, & nos per ipſum. Sed nō in omnibus eſt ſciētia. Quidam autem cum conſcientia uſq; nunc idoli, quaſi idolothytū manducant, & cōſcientia ipſorum cum ſit infirma polluitur. Eſcā autem nos non cōmendat deo. Nēq; enim ſi manducauerimus, abundabimus: neq; ſi non manducaueri/mus, deficiemus. Vidēte autem ne forte hæc licentia ueſtra ōffendiculū fiat infirmis. Si ēnim quis uiderit eum qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem, nōne conſcientia eius cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Sic aūt peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſto peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Cap. IX

NOn ſum liber, nō ſum apoſtolus, nōnne Chriſtū Ieſum dominū noſtrum uidi? Nōne opus meum uos eſtis in domino? Et ſi alijs nō ſum apoſtolus, ſed tamen uobis ſum: nām ſignaculum apoſtolatus mei uos eſtis in domino. Mea defenſio apud eos qui me interrogant, hæc eſt: Nūnquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Nūnquid non habemus poteſtatem ſororem mulierculam circunducendi: ſicut & cæteri apoſtoli & fratres dñi & Cephas? Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatē hoc operādi? Quis militat ſuis ſtipēndijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nūnquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc nōn dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos utiq; hęc dicit? Nam propter nos utiq; ſcripta ſunt quōniam debet in

A ſciunctus ſit. Quibus reſpondendū: ſi ideo non eſt filius deus, quia unus eſt deus pater, Ergo & pater nō erit dominus, quia unus eſt dominus Chriſtus. Si autem pater non excluditur à dominatione, nec filius à deitate, ſed utrunq; utriq; cōmune eſt. *a* ¶ Per quem omnia, & nos per ipſum.] Per filiū omnia facta ſunt, ſed & nos per ipſum ſumꝰ ſaluati. *b* ¶ Sed nō in omnibꝰ eſt ſciētia.] Non oēs ſciunt, quia per cōtemptum idolorum, & non magis ueneratione gratia manducetis. *c* ¶ Quidam autem cum conſcientia uſq; nunc idoli, quaſi idolothytū manducant, & conſcientia ipſorū cum ſit infirma, polluitur.] Quidā ignari ſic habēt: adhuc in conſcientia ſua quomodo antequā crederent, manducabant. *d* ¶ Eſca autem nos

Aggæi 1,b non cōmendat deo.] Sicut dicit Aggæus pheta: Et ſi manducaſtis & bibiſtis, nónne uobis māducaſtis & bibiſtis? *e* ¶ Neque enim ſi māducaueri/mus, abundabimus: neq; ſi non manduca

B uerimus, deficiemꝰ.] Cui enim dubiū eſt, nullum neq; manducando abundare, neque non manducando egere: cum ecōtrario illis magis formidanda inopia ſit, qui gulam retinere nō norūt. Sed quia magnitudini fidei ſuæ quæ idolis immolata ſunt ueſci, aſſcribebant: ideo Apoſtolꝰ neq; in illis edēdis fidei abundantiam, neq; in non edendis inopiam eſſe teſtatur. *f* ¶ Videte autem ne forte hæc licentia ueſtra.] Videte ne quod uobis ſufficere minꝰ creditis, alijs obſit. Poteſt & illis dici qui deſtruūt exemplo quod ædificant uerbo. *g* ¶ Offendiculū fiat infirmis.] Ne per uos offendant & cadant. *b* ¶ Si enim quis uiderit eum qui habet ſcientiam in idolio recumbentē &c.]

Matth.18.b Quicunq; ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, expedit ei ut mola aſinaria ſuſpēdatur collo eius, & mittatur in profundum maris. Quanto grauior pœna illos expectat, ut ad comparationē illius, hoc quod grauiſſimum eſt, leue putetur. Et notandum q in Chriſto peccare dixerit, qui in membro peccauerit Chriſti. *i* ¶ Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternū &c.] Non ſolum eſca, ſed omnia quæ ſcandalizare poterunt fratrem. Cap. IX

NOn ſum liber, non ſum apoſtolus.] Sicut alij? Nunquid non ſum, ſuam illis replicat formā: quod etiam licita contempſerit, ne alij eius infirmarentur exemplo.

l ¶ Nōne Chriſtum Ieſum dominū noſtrum uidi? Nōne opus meum uos eſtis in dño? Et ſi alijs non ſum apoſtolus, ſed tamen uobis ſum.] Ad quos nō ſum directus à domino, id eſt, ad Iudæos. *m* ¶ Nam ſignaculū apoſtolatuꝰ mei uos eſtis in domino.] Indicium apoſtolatus mei eſt, quod per me domino credidiſtis, ſignis & uirtutibꝰ prouocati. *n* ¶ Mea defenſio apud eos.] In de apoſtolus eſſe defendor. *o* ¶ Qui me interrogāt, hæc eſt.] In græco habet, iudicant. *p* ¶ Nunquid non habemꝰ poteſtatem māducandi & bibendi?] Habemꝰ poteſtatem conceſſam à dño de ſumptu uño uiuendi, ſine noſtro labore. *q* ¶ Nunqd nō habemus poteſtatem ſororem mulierculam circunducendi.] Non dixit, mulieres ducēdi, ne de uxoribus dicere putaret: ſed circūducendi, inquit, per prouincias, quæ neceſſaria de ſuis facultatibus miniſtrarent. *r* ¶ Sicut & cæteri apoſtoli & fratres dñi & Cephas? Aut ſolꝰ ego & Barnabas D nō habemus poteſtatem hoc operandi?] Non illos cōdemnat, ſed ſuū dat exemplū. Illi enim fidelioribus prædicabāt: & apud Iudæos antiqua hæc erat cōſuetudo, ut ne ceſſaria doctoribus à diſcipulis præberentur, quod gentes adhuc rudes poterat ſcā dalizare. *s* ¶ Quis militat.] Alijs etiam exemplis probat ſibi debitum hoc fuiſſe. *t* ¶ Suis ſtipēdijs unquam.] Suis, & non publicis, uel eorum pro quibus militat. *u* ¶ Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit: quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?] Per comparationem uineæ & gregis, populum uult intelligi, ſicut ibi: Vineam de Aegypto tranſtuliſti. Et iterum: Dabo uobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent uos cum diſciplina. *x* ¶ Nunquid ſecundum hominem hæc dico?] Id eſt, nunquid proprio tantum ſenſu loquor? *y* ¶ An & lex hæc nō dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os boui trituranti: Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos &c.] Quomodo ergo dei de pecoribꝰ cura eſt? Et ad Ionam de Niniue dicitur, in qua ſunt homines & pecora multa? Sed de ipſis propter hominem cui creata ſunt, cura eſt: nam deficiēte homine, & iſta deficiūt: non tamen propter dei curā merentur. *z* ¶ Quoniā debet.] Debet fructū ſui laboris percipere, & qui triturat, debet de ipſa

pſal.79.b Hierem.3.c Deut.25.d

A de ipſa area mãducare. *a* ¶ Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimꝰ, magnũ eſt, ſi nos carnalia ueſtra metamus.] Si uobis ſpiritualia & diuina ſeminauimꝰ, nunquid grauabimus uos, ſi à uobis quæ carni opus ſunt, uelimꝰ accipere. *b* ¶ Si alij poteſtatis &c.] Si illi à uobis accepe

debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nõs uobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia ueſtra metamus? Si alij poteſtãtis ueſtræ participes ſunt, quare non potius nos? Sed nõn uſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus: ne quod offendiculum demus euangelio Chriſti. Nẽ ſcitis quoniã qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? Et qui altario deſeruiunt, cũ altario participant? Itã & dominus ordinauit his qui euangeliũ annunciãt, de euãgelio uiuere. Ego autem nullo horum uſus ſum. Non ãutem ſcripſi hæc, ut ita fiant in me. Bõnum eſt enim mihi magis mori, cꝫ ut gloriã meam quis euacuet. Nam & ſi euãngelizauero, non eſt mihi gloria. Neceſſitas enim mihi incumbit. Væ ẽnim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si ẽnim uolens hoc ago, mercedem habeo: Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergo merces mea? ut euangeliũ prædicans, ſine ſumptu ponam euangelium, ut non abutar poteſtate mea in euangelio. Nãm cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruũ feci, ut plures lucrifacerẽ. Et factũs ſum Iudæis tanꝫ Iudæus, ut Iudæos lucrarer. His qũi ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cũm ipſe nõ eſſem ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, lucrifacerem. His qũi ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem: cũm ſine lege dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti, ut lucrifacerẽ eos qui ſine lege erant. Fãctus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſaluos. Omniã autẽ facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. Neſcitis quõd hi qui in ſtadio currunt, oẽs quidem currũt, ſed unus accipit brauium? Sic currite, ut cõprehendatis. Omnis ẽm qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidẽ ut corruptibilẽ coronam accipiãt, nos aũt incorruptã. Ego igitur ſic curro, non quaſi

lis abſtinere, cum uideatis me aliorum cauſa ſalutis, debita

non minus cꝫ licita contempſiſſe. *g* ¶ Bonum eſt enim mihi magis mori, cꝫ ut gloriã meam quis euacuet.] Etiã ſi fame morerer, propoſitũ meum, de quo ante deũ glorior, nunꝫ poteſt immutari. *h* ¶ Nam & ſi euãgelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incũbit.] Cum omnia feceritis præcepta, debita uos dicite perfoluiſſe. Nõ enim aliqd amplius feciſtis, unde gloriari poſſitis. *i* ¶ Væ enim mihi eſt ſi nõ euangelizauero.] Damnationem habeo. *k* ¶ Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo.] Tunc magis uidebitur uoluntariũ, ſi amore eius licita contemnantur. *l* ¶ Quæ eſt ergo merces mea &c.] Quaſi interroget, unde maiorẽ poſſit habere mercedem: & ipſe reſpondet, ſi gratis annunciẽ, nec acceptam exerceam poteſtatẽ. *m* ¶ Nam cũ liber eſſem ex omnibus, omniũ me ſeruum feci &c.] Cum poſſem uti libertate mea, & de cæteris non curare, omnibus tamen cõpaſſus ſum, ut eos facerem ſaluos. *n* ¶ Et factus ſum Iudæis &c.] Quãdo ſe purificauit in templo, quod tempore gratiæ ſciebat eſſe ſuperfluũ. *o* ¶ His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem.] Oſtẽdit quomodo fuerit cũ ipſis & ipſe Iudæꝰ. Poteſt & ita intelligi, cꝫ Samaritanos dixerit eſſe ſub lege, qui legem tantũ Moyſi uidentur accipere. *p* ¶ Cũ ipſe non eſſem ſub lege.] Non eſt ſub lege literæ, quæ peccatoribus data eſſe perſcribit. *q* ¶ His qui ſine lege erant &c.] Sine lege literæ, & à gẽtibus imprimis ſolã fidẽ quærebat, quaſi non haberet præcepta legis Chriſti, quæ illos obſeruare doceret: ſiue in eo quo illos ad fidei credulitatem non tam legalibus doctrinis q̃ rationabilibus argumentis prouocabat. Sicut Athenis feciſſe perhibetur, philoſophos & paganos per philoſophiam & ararum titulũ exhortando, dum dicit: Circũiui aras ueſtras: & ut quidam ueſtrũ dixerunt. *r* ¶ Cum ſi ne lege dei non eſsẽ.] Contra Arianos & Photinianos, cꝫ deus ſit Chriſtus. Etiã hoc notandũ quod nouũ teſtamentũ, lex appellat. *s* ¶ Factus ſum infirmis infirmus, ut ĩfirmos lucrifacerẽ.] Propter infirmos holera manducaui, cum ſecurus poſſem carni bꝰ ueſci promiſcuis. *t* ¶ Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſaluos.] Nõ aliqd mihi, nec quærens cꝫ mihi utile eſt, ſed quod multis. Itẽ aliter, in his quæ ſuperius memorauimus, non ut quidam male exiſtimant, illũ etiam illicitis conſenſiſſe. *u* ¶ Omnia aũt facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.] Vt in eo partem merear habere cũ ſanctis. *x* ¶ Neſcitis cꝫ hi qui in ſtadio currunt &c.] Hic ſtadij curſum, iuſticiæ uel fidei compărauit: quia quomodo illic cum omnes intra ſtadium currunt, non niſi q̃ bene cucurrerit, dignus præmio iudicatur: ita & hic quamuis intra fidei metas cuncti credentes contineantur: ſoli tamen qui iuſte uixerint, præmiũ cœleſte percipient. Item hoc loco inter eos qui in ſtadio currunt, unum accipientẽ palmam: ſignificat omnem recte fidem tenentem, & præcepta ſeruantẽ. *y* ¶ Omnis ẽm qui in &c.] Ab omnibus eſcis, quæ curſum eorum impedire conſueuerunt. *z* ¶ Ego igitur &c.] Non in uanum curro uel fingo certamẽ, ſed caſtigo corpus meum & ſeruituti ſubiſcio per abſtinentiã & afflictionem atꝫ labores, ſicut alibi ait: In ieiunijs multis, in uigilijs, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in laboribꝰ, in carceribꝰ &c.

A Sicut ad Hebræos ꝓphetas, & alios ſanctos paſſos mul/ta talia, memorauit. a ¶ Ne forte cum aliꝭ prædicaue rim, ipſe &c.] Non faciendo quæ dico. Cap. x

NOlo enim uos ignorare fratres.] Ne quis confidens in eo ſolum, ꝙ baptizat⁹ eſt: aut in eſca ſpirituali uel potu, putet ſibi deũ parcere, ſi peccaue/rit: tale patrũ propo/nit exemplum, quo oſtendat tunc iſta me rito profutura, ſi præ cepta ſeruentur.

c ¶ Et oĩes in Moy/ſe baptizati ſũt &c.] In Moyſe, qui Chriſti typum gerebat. Item hæc in illo tempore quaſi in umbra & ty/po fiebant, nõ in ueri tate, poſtea uero præ ſentia Chriſti cõplen tur. d ¶ In nube & in mari &c.] Quia & nubis proprium hu/morem portat.

e ¶ Et omnes eandẽ ſpiritualẽ eſcam man ducauerũt &c.] Man na, figura corporis Chriſti fuit. f ¶ Bi/bebant autem de ſpi/rituali cõſequẽte eos petra &c.] Oſtendit Apoſtolus, quoniam

B populus Iſrael quan/diu ĩ deſerto fuit, per omne iter eorũ ſeque batur eos petra. Vn/de populo cum om/ni ſubſtãtia ſua fluen/ta ſuffecerunt, donec perueníentes in terra Moab, puteum effo/derunt aquarum, ter ra repromiſſionis in proximo conſtituta. g ¶ Petra autem erat Chriſtus &c.] Quia Chriſt⁹ erat poſtmo/dum ſecutur⁹, cuius figurã tũc petra gere/bat. Idcirco pulchre dixit, conſequente eos petra. h ¶ Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt deo &c.] Ita ergo & uobis erit, ſi eos uolueritis peccando imitari. i ¶ Hæc autem in fi gura facta ſunt noſtri &c.] Ipſis uere facta ſunt, quæ in fi gura erant noſtra, ut timeamus talia agere, ne talia incur ramus. Omnia enim quæ in populo Iſrael illo tempore facta ſunt in figura, nunc in nobis in ueritate celebrãtur. Sicut eñ illi ꝓ Moyſen ex Aegypto liberati ſunt, ſic nos per quemlibet ſacerdotem uel doctorem de ſeculo libe/ramur. Deinde Chriſtiani facti, ducimur per deſerta, ut per exercitium cõtemptus mundi & abſtinentiæ, in obli uionem nobis eant Aegypti uoluptates, ita ut neſcia/mus ad ſeculũ repedare. Cum uero baptiſmi mare tran/ſimus, tunc nobis diabolus cum ſuo exercitu tanquam Pharao demergitur. Deinde manna cibamur, & potum accipimus de Chriſti latere emanantem. Claritas quoq; ſcientiæ tanquam columna ignis, in nocte ſeculi demon/ſtratur: & in tribulationis æſtu, diuinæ conſolationis nu/be protegimur. Poſt quæ omnia ſi peccauerim⁹, iſta no

Heb.10.c bis ſola ſuffragari non poterunt, ſicut & ad Hebræos di/citur: Irritam quis faciens legem Moyſi, duobus aut tri C bus teſtibus, ſine ulla miſeratione punitur. Quanto ma/gis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiũ dei con/culcauerit, & cætera. k ¶ Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis &c.] In idolio recumbentium uſ/queadeo negociũ ag/grauauit, ut illos ido/lolatras fuiſſe defini/at. l ¶ Neq; fornice mur, ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt.] Notandum quod nõ ſolum idololatræ pe/rire dicunt. m ¶ Ne que tentemus Chri/ſtũ &c.] Et hic Chri/ſtus deus oſtenditur, Num.14.d quia deum dixiſſe le/gimus, tẽtauerũt me decies. n ¶ Tentaue runt, & à ſerpentibus perierũt &c.] Dicen/tes nũquid poteſt de Pſal.77.c us parare menſam in deſerto? o ¶ Neque murmuraueritis, ſi/cut quidam &c.] In tribulationibus pro/pter Chriſtum.

p ¶ Hæc autem om/nia in figura &c.] O/mnia quæ illis conti/gerunt, ſecundum fa/cta ſua quidem rece/perũt: ſed tamen ideo ſcripta ſũt, ne nos pu D temus impune pecca re. Si eñ adhuc par/uulis & rudibus non pepercit, quanto ma/gis nobis q legẽ perfe ctionis accepim⁹, nõ parcet, ſi talia feceri/mus? q ¶ In quos fi nes ſeculorũ &c.] In quos tota temporum perfectio decucurrit. r ¶ Itaq; qui ſe exiſti mat ſtare.] Videat ne per hoc ipſum cadat: quod ſe ſtare firmiter gloriatur: ſiue uideat

non quaſi in incertum: ſic pugno, nõ quaſi aerem uerbe rans. Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo, ne forte cum aliꝭ prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

Cap. x

NOlo enim uos ignorare fratres, quoniã patres no ſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tran ſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem ſpiritualem eſcam manducaue runt: & omnes eundem potũ ſpiritualem biberũt. Bibẽ/bant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra au tem erat Chriſtus. Sed nõn in pluribus eorum benepla citum eſt deo. Nã proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, ut nõ ſimus cõcupiſcẽtes ma lorum, ſicut & illi concupierunt. Neq; idololatræ efficiãmini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodũ ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt lu/dere. Neq; fornicẽmur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt una die uigintitria milia. Neq; tẽnte/mus Chriſtũ, ſicut quidam eorum tẽntauerunt, & à ſer/pentibus pericrũt. Neq; mũrmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerũt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura cõtingebant illis: ſcripta ſunt autẽ ad correptionẽ noſtram, in quos fines ſeculorũ de uenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos nõ apprehendat, niſi humana. Fidelis au tem deus eſt, qui nõ patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciẽt etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere. Prõpter quod chariſſimi mihi, fugi te ab idolorum cultura. Vt prudẽtibus loquor, uos ipſi iudicate quod dico. Calix benedictiõnis cui benedici/mus, nonnẽ communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis

ne fallatur. s ¶ Tentatio uos non apprehendat, niſi humana &c.] Non uobis uenit extrinſecus iſta tentatio, quam uobis ſponte generatis: quam etiam ſi tormen/tis cogeremini, admittere non deberetis. Hoc ideo di/cit: quia ſpontanea uoluntate, immolata idolis mandu/cabant. t ¶ Fidelis autem deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed &c.] Qui ſe pol/licitus eſt ſui nominis cauſa tribulationem patientibus affuturum, ut ibi: Multæ tribulationes iuſtorum, & cæ/tera. u ¶ Sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere.] Non ampliorem uobis tribulatio nem ueuire patietur, quàm ſuſtinere poſſitis.

x ¶ Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, uos ipſi iudicate quod dico.] Propter omnia quæ ſuperius comprehendi.

y ¶ Calix benedictionis cui benedicim⁹.] Ideo primũ calicem nominauit, ut poſſit de pane latius diſputare.

z ¶ Nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?] Sicut ipſe ſaluator dicit: Qui manducat carnem meam, & bi/bit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo.

¶ Et panis

pānis quem frangimus, nōne participatio corporis domini est? Quoniā unus panis & unum corpus multi sumus omnēs quidem de uno pane & dē uno calice participamus. Videte Isrāel secundum carnem. Nónnē qui edunt hostias, participes sunt altaris? Qūid ergo? Dico quod idolis immolatū sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo. Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Non pōtestis calicem domini bibere, & calicē dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmūlamur dominum? Nūnquid fortiores illo sumus? Omniā mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licēnt, sed non omnia ædificāt. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Omnē quod in macello uænit, manducate, nihil interrogantes propter cōscientiam. Domini est tērra & plenitudo eius. Si qūis uocat uos infideliū ad cœnam, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, māducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idolis, nolite māducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Cōnscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt qūid enim libertas mea iudicatur ab aliena coscientia? Si egō cum gratia participo, quid blasphemor, p eo quod gratias ago? Sīue ergo manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Sinē offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærēs qd' mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Cap. XI

IMitatōres mei estote, sicut & ego Christi. Lāudo autem uos fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicūt tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Vōlo autem uos scire, quod ōmnis uiri caput, Christus est: caput autem

A a ¶ Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est?] Ita & panis idololatriæ, dæmonū participatio esse monstratur. b ¶ Omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus.] Ita si cum idololatris de uno pane comedimus, unum cum illis corpus efficimur. c ¶ Videte Israel secūdū carnē.] Carnalis Israel, carnales hostias offerebat: sicut spiritualis, sacrificia spiritualia offert Christo. Item ideo secundū carnem quod iuxta literam non spiritualiter seruierunt. d ¶ Nōne q edūt hostias, participes sunt altaris?] Sicut illi edentes hostias participes fiebāt diuini altaris, ita isti similiter idolorū. e ¶ Quid ergo dico, quod idolis immolatum sit aliquid &c.] Præuenit, ne quis diceret: Ergo dicis uim aliquā habere idolum, uel posse polluere: Non, inquit, idolū insensibile polluit, sed dæmones, qui templis præsidēt ad homines deprauandos, & suo seruitio mancipandos.

B f ¶ Nō potestis calicem domini bibere & calicē dæmoniorū.] Non potestis & dei & dæmonum esse participes. g ¶ An æmulantur dominū.] Alijs codices habent: Ipsi me zelauerunt in domino: hoc est, ad zelum prouocauerunt. h ¶ Nunquid fortiores illo sumus?] Qui ista non fecit: nam si sciisset hinc fidem firmissimā comprobari, in hoc quoque dedisset exemplum.

i ¶ Omnia mihi licēt, sed non omnia expediunt.] Omnia quæ à lege non prohibētur, licent: quia per se non habent peccatum, sed non semper expediunt: quia occasionem nonnunq; generant delinquendi.

k ¶ Omnia mihi licent, sed non omnia ædificāt. Nemo quid &c.] Omne quod expedit, licet: non omne quod licet, expedit: sed nos Apostoli exemplo & Christi non debemus illa tantum cōsiderare quæ licent, sed illa potius quæ nobis expediunt & ædificant fratres, ut non quæramus quæ nobis solis temporaliter prosint, & alijs forte nocent. l ¶ Omne quod in macello uænit, mānducate: nihil &c.] Si uultis manducare carnes, saltem de macello comparate, tantū ne in idolio comedatis: & nolite interrogare utrum immolatæ sint, ne cognoscētes uos, omnia immolata esse respondeāt: & nō possitis propter cōscientiam manducare. m ¶ Domini est terra & plenitudo eius.] Si domini sunt, munda sunt omnia simpliciter utentibus. n ¶ Si quis uocat uos infideliū ad cœnam, & uultis &c.] Cōcessit ire si uelint. Tūc sanè debet Christianus ad infidelem ire, si nouit esse profectū: sicut saluator qui ad hoc ibat, ut aut signa faceret, aut doceret: sicut apud pharisæū, primo ipsum docuit nō diuites pascendos esse, sed debiles. Deinde simul discumbentes docuit humilitatē etiam in accubitu custodire. Posiremo legis peritos arguit arrogantiæ, eo quod nec ipsi redarguerent superbiam, nec alios paterentur. o ¶ Cōscientiam autē dico &c.] Neq; putet illa uos quasi sancta comedere. p ¶ Vt quid em̄ libertas mea iudicaē ab aliena cōsciētia?] Hoc est, ad quē profectum ita utor libertate mea ut me alius reprehendat. q ¶ Si ego cum gratia participo &c.] Non ideo sub gratia sumus, ut sub libertatis specie, occasionē demus infidelibus blasphemandi. r ¶ Siue ergo mā ducatis siue bibitis.] Nihil magis agēdum est Christiano q̄ ut in omni opere eius, dei gloria prædicet: nec aliquid faciat, unde Christi doctrina possit in aliquo reprehēdi. s ¶ Sine offensione estote Iudæis & gētibꝰ &c.] Quia & Iudæi tanq; de idololatrijs scādalum patientes, credere non audebant: & gētes in colendis idolis firmabant: & Christiani tali destruebātur exemplo. t ¶ Sicut & ego &c.] Ego sic me exhibeo, ut omnibus placeam ad profectū. Si quis me sine causa odisse uoluerit, ego nō sum in culpa. Nunq; Apostolus ipse se laudat: non se ad extollentiā laudat, sed suo exemplo illos prouocat ad profectū. Vnde & nos ad hoc solum debemus uelle placere, ut sicut illius tātum deus nostram nouerit conscientiam, quia non hoc propter fauorem, sed propter salutem hominū facimus. Cap. XI

IMitatores mei estote &c.] Christus nihil propter se fecit aut passus est, sed salutis causa multorum. Item qui non quærit ea quæ sibi soli expediāt, sed & pluribus, ut salui fiant: ipse imitator est Christi, qui pro nobis & passus est, & mortuus. x ¶ Laudo autem uos fratres &c.] Incipit de uelamētis, & laudando ad rationē prouocat, quia in hac causa, autoritatē legis non habet quam profert. Hæc irridendo Apostolus dicit, q̄ eius præcepta minime seruarent. y ¶ Et sicut &c.] Quasi legē præcepta mea tenetis, sciētes illū in me spiritū loqui, qui in lege locutꝰ est & pphetis. z ¶ Volo &c.] Etiā in hoc uolo uos instruere, ut illud similiter teneatis. a ¶ Qd' omnis &c.]

A Vir nulli ſubiectus eſt niſi Chriſto, qui & homo & deus eſt. Mulier uero, & Chriſto & uiro debet eſſe ſubiecta. *a* ¶ Caput autem mulieris uir.] Secũdum ordinem naturalem. Cæterũ in Chriſto Ieſu neq; maſculus, neq; fœmina, ſed uoluit eas eſſe ſubiectas. *b* ¶ Caput uero Chriſti, deꝰ.] Secundum aſſumpti hominis formã. Item ideo caput Chriſti deus, quoniã ſuſceptam incarnationẽ ſecũdum hominẽ, deitas quæ in eo inerat, gubernabat, ſicut idem Apoſtolus alibi dicit: Deꝰ erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. *c* ¶ Omnis uir orãs uel prophetãs.] Siue docẽs, ſiue futura prædicãs. *d* ¶ Velato capite, deturpat caput &c.] Venit ad cauſam, qa & uiri comã nutriebant: & mulieres nudo capite ꝓcedebant in eccleſiã, gloriantes in crinibꝰ, quod non ſolũ inhoneſtũ erat, ſed etiam cõcupiſcentiæ fomenta præſtabat. Vir ergo ut liber, nõ debet habere uelamẽ, cuius caput ẽ Chriſtꝰ. B Mulier uero debet eſſe uelata, ut oſtẽdatur, qa debet eſſe humilis & ſubiecta. *e* ¶ Omnis aũt mulier orans aut prophetans non uelato & cæt. uelet caput ſuum &c.] In ſuo ſexu, aut in domo. *f* ¶ Vir quidem non debet uelare caput ſuum.] Ergo nec comam nutrire. *g* ¶ Quoniam imago & gloria dei &c.] Vir ad imaginẽ dei factus eſt, & idcirco liber eſt. Mulier uero ad uiri ſimilitudinẽ eſt formata, unde iubetur eſſe ſubiecta. *h* ¶ Nõ enim uir ex muliere eſt, ſed mulier ex uiro.] Ex coſta ſcilicet uiri. *i* ¶ Et enim non eſt &c.] Vir propter ſeipſum factus eſt: mulier uero ad uiri adiutorium creata eſt. *k* ¶ Ideo debet mulier uelamen habere ſuper caput ſuum.] Velamen ſignum poteſtatis eſſe declarat. *l* ¶ Et ꝓpter angelos.] Item hoc loco angelos, eccleſijs præſidẽtes dicit: ſicut & Malachias propheta teſtatur ſacerdotẽ angelum eſſe dicens: Labia enim ſacerdotis, cuſtodiunt ſcientiam: Et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt: Siue uere propter honorem angelorum, qui eccleſiæ aſſiſtere perhibentur. *m* ¶ Verũtamen neq; uir ſine muliere, neque mulier &c.] Conſolatur illas, ne nimiũ eas grauaſſe uideatur: & nec uir ſine muliere poteſt naſci, nec mulier ſine uiro. *n* ¶ Nam ſicut mulier de uiro &c.] Hoc eſt, in principio. Poteſt & ita dici: Sicut Eua ex Adam, ita ſecundũ hominem, Chriſtus ex Maria. *o* ¶ Omnia autem ex deo.] Contra Manichæos, qui negant carnem factam à deo. *p* ¶ Voſipſi iudicate &c.] In ipſorum iudicio ponit, ut ſua conſcientia conuincantur. *q* ¶ Nec ipſa natura docet uos.] Poteſt dici, ſi hoc natura eſt, quare nõ ab omnibus gentibus cuſtoditur? quia illi à natura deciderunt: ſicut ex multis alijs cõprobatur. Deniq; ſine lege uiuũt, & ſi apud illos loqueretur Apoſtolus alijs rationibꝰ uteretur. *r* ¶ Quod uir quidem ſi comã nutriat &c.] Nazaræi ut comam nutrirẽt, ex dei præcepto deuotiſſime faciebant. *s* ¶ Quoniam capilli pro uelamine dati ſunt ei.] Expoſuit quod dixerat, ſi nõ uelaꝛ & tondeatur. *t* ¶ Si quis autem uidetur cõtentioſus eſſe.] Præuenit illos, ne quis diceret: ubi ſcriptum eſt, uel alijs argumẽtis huic reſiſteret rationi. *u* ¶ Nos talem cõſuetudinẽ nõ habemꝰ.] ſiue cõtendendi, ſiue talia faciendi. *x* ¶ Neque eccleſia dei.] Quæ manſuetudini potius q̃ contentionibus ſtudet. *y* ¶ Hoc autem præcipio.] Conſideranꝺum eſt quid audierit à domino ille ſeruus, qui ſolum acceptum talẽtum cuſtodiuit. Vnde non eſt laudãdus qui nõ ſemper creſcit in melius, quia fides eo pfectior eſſe debet quo ſenior. Miſerum autem eſt, ſi ſemp infans lacte poſtetur: aut q literis ſtudet, hoc ſolũ habeat, D quod in primis rudimẽtis accepit. Quanto igitur magis ille ſine ſpe eſt, qui non ſolum non proficit, ſed etiã deficit: & illud ipſum penitꝰ obliuiſcitur, quod accepit. *z* ¶ Non laudans.] Subauditur uitupe-

put autẽm mulieris, uir: caput uero Chriſti, deus. Omis uir orãs uel prophetans uelato capite, deturpat caput ſuum. Omnis aũtem mulier orans aut prophetans non uelato capite, deturpat caput ſuum. Vnum enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam ſi non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari, uelet caput ſuũ. Vir qũidem non debet uelare caput ſuũ, qm̃oniam imago & gloria dei eſt: mulier autẽ gloria uiri eſt. Nõn enim uir ex muliere eſt, ſed mulier ex uiro. Etenim nõn eſt creatus uir propter mulierem, ſed mulier propter uirum. Ideõ debẽt mulier uelamen habere ſuper caput ſuum, & ꝓpter angelos. Verũtamen nm̃eq; uir ſine muliere, neque mulier ſine uiro in domino. Nam ſicũt mulier de uiro, ita & uir per mulierẽ. Omnia aũtem ex deo. Voſipſi iudicãte: decet mulierẽ non uelatam orare deũ. Nec ipſa natura docet uos. Quod uir qũidẽ ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier uero ſi comã nutriat, gloria eſt illi: qm̃oniam capilli pro uelamine dati ſunt ei. Si qũis autem uidetur contentioſus eſſe, nõs talem conſuetudinẽ nõ habemus: neq; eccleſiã dei. Hoc aũt præcipio, nõ laudans quod nõ in melius, ſed in deterius cõuenitis. Primũ qũidem cõuenientibus uobis in eccleſiam, audiõ ſciſſuras eſſe inter uos, & ex parte credo. Nam oꝑtet & hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in uobis. Cõnueniẽtibus ergo uobis in unum, iam non eſt dominicã cœnam mãducare. Vnuſquiſq; enim ſuã cœnam præſumit ad mãducandũ. Et ãlius quidem eſurit

ro, quod in deterius proficitis. *a* ¶ Primum quidem.] Incipit de ſacramentis. *b* ¶ Audiõ ſciſſuras eſſe &c.] Secundũ quod mihi à dño reuelatum eſt: ſiue quia ſcio contentioſos uos eſſe. *c* ¶ Nam oportet &c.] Quia tales cõtentiones habetis, neceſſe eſt uos etiam uſq; ad hæreſes peruenire. Sicut ſi dicas: ille qui tantũ bibit, neceſſe habet inebriari. Item non hoc dicit Apoſtolus, quia debent eſſe hæreſes, ſed qũia inter ſe ſciſſuras habebãt, ideo dicit: oportet hoc eſſe, & neceſſe ẽ hæreſes eſſe. *d* ¶ Conuenientibus &c.] Iam non eſt dñica, ſed humana, quando unuſquiſq; tanq̃ cœnam propriã ſolus inuadit: & alĳ qui nõ obtulerit, non impertit: ita ut magis propter ſaturitatem q̃ propter myſteriũ uideamini conuenire. Cæterum dñica cœna omnibus debet eſſe cõmunis, quia ille omnibus diſcipulis ſuis qui aderant, æqualiter tradidit ſacramenta. Cœna aũt ideo dicitur, quia dominus in cœna tradidit ſacramẽta. Item hoc ideo dicit: quia in eccleſia cõuenientes oblationes ſuas ſeparatim offerebant: & poſt cõmunionem quæcũq; eis de ſacrificijs ſupfuiſſent, illic in eccleſia cõmunem cœnã comedentes, pariter conſumebant. *e* ¶ Et ãlius quidem eſurit, alius aũt ebrius eſt.] Quicũnq; nõ obtuliſſet, non cõmunicabat, quia omnia ſoli qui obtulerant, inſumebant. Quidam hunc locum ad illos referunt, qui epulas in eccleſia faciebãt. Alter: Quidam eſurit, quidam ebrius eſt, ideo dicit, quia ſuperuenientibus mediocribus & uolentibus ſumere ſacramenta

esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos, in hoc non laudo. Ego enim accepi à domino quod & tradidi uobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiens cunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiens cunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non utique diiudicaremur. Dum iudicamur autem à dno corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem cum uenero disponam.

Cap. XII

De spiritualibus autem nolo uos

A cramenta, deerant: quoniam ab illis qui obtulerant oblationes in communi conuiuio, fuerant cuncta consumpta. a ¶ Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum?] Si uultis saturari, domi manducate. Sanctificatio enim etiam in paruo consistit. b ¶ Aut ecclesiam dei contemnitis.] Facietes eam triclinium epularum. c ¶ Et confunditis eos q nō habent?] Cōfundebantur, ab omnibus denotati, cum ita debeant communicare, ut eum qui obtulerit, nemo cognoscat. d ¶ Quid dicam uobis? laudo uos, in hoc non laudo.] Sicut in alijs laudaui ubi laudabiliter egistis, in hoc omnino non laudo. e ¶ Ego enim accepi à domino, qd & tradidi uobis.] Non est meum quod uobis tradidi, sed à domino illud accepi, sicut & ipse alibi dicit: Non ab
Gal.1.b hominibus, sed omnia à deo didicisse. f ¶ Quoniam dominus Iesus.] Iam hinc quasi oblitis commemorat, q magnum sit
B huius mysterij sacramētum. g ¶ In qua nocte tradebat.] Id est à Iuda. h ¶ Accepit panem, & gratias agēs &c.] Hoc est, benedicēs etiam passurus, ultimam nobis cōmemorationem, siue memoriam dereliquit. Quemadmodū si quis peregre proficiscens aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat: ut quotienscunq; illud uiderit, possit eius beneficia & amicitias memorari: quod ille si perfecte dilexit, sine ingenti desiderio non potest uidere uel fletu. i ¶ Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur &c.] Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Vnde agnoscere se debet, quisq; Christi aut corpo edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus effecto est. k ¶ Hic calix nouum testamentū est.] Quia uetus, hoc per sanguinem animalium portendebat. l ¶ In meo sanguine hoc facite.] Et uetus & nouum per sanguinē dedicatur, quia sine morte firmum esse non potest testamentū. m ¶ Quotienscunq; bibetis, in meam cōmemorationem.] Ideo hoc saluator tradidit sacramentū, ut per hoc semper cōmemoremus, quia pro nobis est mortuo. Nam & ideo cum accipimus à sacerdotibo, cōmonemur: quia corpus & sanguis est Christi, ut beneficijs eius non existamus ingrati. n ¶ Quotienscunq; enim manducabitis panem &c.] Si ue ipsi mysterio nunciatis, siue in cordibus uestris agnoscitis. o ¶ Donec ueniat.] Tā diu memoria opus est, donec ipse uenire dignet. p ¶ Itaq; quicūq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne.] Si-
Exod.20.d cut scriptum est: Omnis mundus manducabit. Et iterū: Anima quæ manducauerit immunda, exterminabitur de populo suo. Et ipse dominus ait: Si ante altare reconciliatus fueris, quia habet frater tuo aliquid aduersum te, C relinque munus tuum ante altare, & uade reconciliari fratri tuo. Prius ergo perscrutanda est conscientia, si in nullo nos reprehendit: & sic aut offerre aut cōmunicare debemus. Quidam sanè dicūt, quia non indignū, sed indigne accipiētem reuocet à sancto. Si ergo etiam digno indigne accedens retrahitur, quanto magis indignus qui nō potest accipere digne. Vnde oportet ociosum cessare à uitijs, ut sanctū domini corpus, sancte percipiat. q ¶ Reus erit corporis & sāguinis dñi.] Quia tanti mysterij sacramētum pro uili despexerit. r ¶ Probet autem seipsum homo &c.] Si in linteū, uel uas sordidum, nō illud mittere audet, quāto magis in corde polluto, quam immūdiciam deus super omnia execratur, & quæ sola iniuria eius est corpori. Nam & Ioseph ille iustus propterea sindone mūda inuolutum Marc.15.d in sepulchro nouo corpo domini sepeliuit, D præfigurans corpus domini accepturos, tam mundā mentem debere habere, q̄m nouam. s ¶ Qui enim manducat & bibit indigne &c.] Duplicíter reus effectus, præsumptionis scilicet & peccati. t ¶ Nō diiudicans corpus domini.] Non discernens à cibo communi. u ¶ Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt &c.] Erat præsens correptio, & nūc est: sed quia multi talia patiuntur, putamus consuetudinis esse quod culpæ est. Tribus sanè causis infirmitates aduenium corporales. Aut extentatiōe, sicut Iob & Tobiæ: aut ex peccato, sicut Asaph regi, & his qui in præsenti ab Apostolo arguuntur: aut ex aliqua intemperantia, ut Timotheo: & his qui iubentur medicum honorare. Huic tantum causæ, humana potest succurrere medicina. Item significat Corinthios propter supradictum peccatum, ægrotatione & imbecillitate & morte à domino esse correptos. x ¶ Dum iudicamur autem, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.] Correptio paterna est pietatis, ut pœniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur in æternum. y ¶ Itaq; fratres mei cum cōuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit &c.] Quia nemo alium expectabat, ut communiter offerretur. z ¶ Vt non in iudicium conueniatis.] Non in sanctificationem, sed ad iudicium conueniebant. a ¶ Cætera autem cum uenero disponam.] Cætera de ipsius mysterij sacramento.

Cap. XII

De spiritualibus autem.] Incipit de spiritualibo sacramentis. Crescente fide, iam linguarum gratia quam propter infideles acceperant, definebat: hinc ergo pluri mi contristati, adhuc etiam hanc gratiam habentibo in-

nõlo uos ignorare fratres. Scitis autẽm quoniam cum gẽtes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideõ notũ uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nẽmo potest dicere: dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiõnes uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autẽ datur manifestatio spiritus ad utilitatẽ. Alij quidem per spiritũ datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientiæ secundũ eundem spiritũ. Alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatũ in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretiõ spirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidẽs singulis prout uult. Sicut enim corpus unũ est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis quum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in unõ spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & õmnes in uno spiritu uocati sumus. Nam & corpus nõ est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam nõn sum manus, nõn sum de corpore: num ideo nõ est de corpore? Et si dixerit auris quoniã non sum oculus, nõ sum de corpore: nũ ideo non est de corpore? Si tõtũ corpus oculus, ubi auditus? Si tõtum auditus, ubi odoratus? Nunc aũt posuit deus membra, unum quodq; eorum in corpore sicut uoluit. Quod

A uidebant, omnibus donis hanc maiorem esse putantes. *a* ¶ Nolo uos ignorare fratres.] Nolo uos huius mysterij nescire rationem. *b* ¶ Scitis autem quoniã cum gentes essetis ad simulacra muta.] Hoc est, irrationabiles, secundum prophetam dicentem: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omẽs qui confidunt in eis. *Psal.134.d*

c ¶ Prout ducebamini euntes.] A magis uel aruspicibus idolorum. *d* ¶ Ideo notũ uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens &c.] Vtinam irrationabiles mobiles q; nõ sitis, cum religione enim & mores mutare debetis, & nosse uræ fidei rationẽ. *e* ¶ Et nemo potest dicere: dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.] Quomodo ergo operarios iniquitatis dominus cognoscet, si etiam uirtutes sint operati: & deus malis operibus denegatur? Sed nemo potest in spiritu sancto dominum appellare, nisi qui eũ & uerbis & operibus confiteẽ. Itẽ docet Corinthios, nisi in spiritu sancto, hoc est, in bonis operibus cõuersantes, dominum Iesum dicãt, eis prodesse non posse: sicut & ipse dominus in euãgelio dicit: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, introibit in regnũ cœlorum, sed qui facit uolũtatem patris mei. *f* ¶ Diuisiones uero gratiarũ sunt.] Hic uult ostendere gratiæ spiritus sancti diuisiones esse, non ipsius. Et quamuis hic locus proprie contra Macedonios faciat, qui spiritũ sanctum negant esse deum. Dicendo enim semper idem, omnia se dicere de spiritu sancto declarat: Sed & paulo post ait: Hæc aũt omnia cooperatur unus atq; idem spiritus: ut eum & deum & dominum demonstraret: Tamen contra Arianos non mediocre est argumentũ: qui de hoc calumniari solent, quod primo pater, secundo filius, tertio spiritus sanctus nominatur. Hic enim istum ordinem permutauit. Item manifesta prædicatio est, unius deitatis atq; substãtiæ patrem & filium & spiritũ sanctum esse, qui potestatem ut dominus & deus, singulis quibusq; ut uult gratiarum dona largitur. *g* ¶ Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatẽ.] Vt appareat illum spiritũ sanctum accepisse. *h* ¶ Alij quidẽ per spiritũ datur sermo sapientiæ.] Sapientiæ sermo est, sapienter & apte ac rationabiliter loqui, & posse differere, uel docere quod norit sanè. Qui ex dono habet sapiẽtiæ sine suo conatu loquitur & labore: & nemo illi sicut beato Stephano præualet contraire. Ad utilitatẽ, & incredulorũ, ut credant, & credentes ut firmẽtur. *i* ¶ Alij aũt sermo scientiæ &c.] Vt sciat legis mysteria explanare: uel ut præterita nouerit, & æstimet de futuris. *k* ¶ Alteri fides &c.] Hic fides, prodigia facienda, quæ montes transferat. Abusiue enim posuit rem pro effectu. *l* ¶ Alij gratia sanitatum &c.] Vt curet ægrotos. *m* ¶ Alij operatio uirtutũ.] Opus uirtutis est, dæmonia eijcere, uel mortuos suscitare. *n* ¶ Alij prophetia.] Hoc est, ut futura prædicet. *o* ¶ Alij discretio spirituũ &c.] Vt qualis uel quo spiritu ueniat uel loquaẽ, intelligat. *p* ¶ Alij interpretatio sermonum.] Alio interpretari poterat, quæ alio loqueretur. *q* ¶ Hæc autem omnia &c.] Si omnia unus spiritus operatur, quare contristaris, quod aliam gratiam accepisti: & alium quasi maiorẽ partẽ inuaserit, æmularis: cum hoc nõ nostra, sed in donãtis sit positum potestate. *r* ¶ Diuidens singulis prout uult.] Sic quoq; spiritũ domini dicit: dum nõ iussus, sed uoluntarius operatur. *s* ¶ Sicut eñ corpo unum est &c.] Per comparationem corporis, ostendit nõ naturam membrorũ sed officia esse diuersa: & neminem debere curare cuio sit officij, dum omnes uno eodemq; spiritu animentur. Sumit exemplũ ex humano corpore, ut doceat ita esse ecclesias in Christo unum corpus, sicut sunt membra in corpore hominis, ne ad uersum alterũ, alter infletur. *t* ¶ Ita & Christus.] Notandũ quod Christus per corpus suum dicatur ecclesia. *u* ¶ Etenim in uno spiritu &c.] Vt unum corpus efficiamur in Christo. Quorũ ergo spiritualia & cœlestia communia sunt, debent terrena & carnalia cõmuniter possidere, secũdum sententiam prophetæ: Nonne pater unus est omnium? Item hic manifeste ostenditur: quoniã qui baptizantur in nomine patris & filij & spiritus sancti, in una baptizãtur substantia, quoniam trinitas deitatis nõ habet diuersitatem, dicente Apostolo: *x* ¶ Et omnes in uno spiritu uocati sumus.] Quasi potionati spũ, quem accipiunt baptizati per manus impositionẽ. *y* ¶ Nam & corpus.] Reuertitur ad exemplũ. *z* ¶ Non est unũ membrum &c.] Nõ potest totum corpus, unum officiũ agere, sed unũquodq; membrorũ id agit ad quod aptũ est. *a* ¶ Si dixerit pes.] Pes ecclesiæ dici potest, q ad intercedendũ egreditur. *b* ¶ Quoniam &c.] Manus, est ille qui operatur. *c* ¶ Non sum &c.] Dicebat enim nõ esse se de corpore, quia hanc quã alij acceperunt gratiã, non habebat. *d* ¶ Si tõtũ corpus &c.] Si omnes scientes, ubi sunt auditores? *e* ¶ Si totum &c.] Si oẽs auditores? quis erit boni odoris mali'ue discretor, ut unũ corpus efficiamur in Christo. *f* ¶ Nunc aũt &c.] Sicut in corpore apte & ordinate constituta sunt membra: ita & in ecclesia unusquisq; à deo ad id qd aptus est, ordinat. Quod si

Matth.7.c

B

C

D

Malac.2.b

Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus. Et quę inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta aut nostra nullius egét. Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorē tribuendo honorē: ut nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicē sollicita sint membra. Et si quid pătitur unū membrū, cōpatiuntur omnia membra, siue glōriatur unum membrū, congaudent omnia membra. Vos aut estis corpus Christi, & mem bra de mēbro. Et quosdā quidē posuit deus in eccl̄esia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationū, ōpitulatiōes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid oēs gratiam habent curationū? Nunquid omnes linguis loquūtur? Nunquid omnes interpretātur? Aemulamini aut charismata meliora. Et adhuc excellentiorē uiā uobis demōstro. Cap. XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonās, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatē aut non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum

A a ¶ Quod si essent omnia unum membrum &c.] Si omnes unam gratiā haberent, reliquæ ubi essent: nec corpus iam poterant esse, sed membra. b ¶ Nunc aūt multa quidem membra, unum autem corpus.] Hoc est, humanū: quod multa membra ostendit. c ¶ Non potest autem oculus dicere manui &c. Ideo inuicē indigemus, ut magis ac magis charitas confirmetur. Nam si unus omnia haberet, aduersus cæteros inflaretur. d ¶ Aut iterum caput pedib⁹.] Sacerdos est caput: infirmi, pedes ecclesiæ. Si dixerit auricula quæ sapiens auditor est: Nam auris inter cætera auferri dicitur à Iudæa per Esaiā prophetam: Nō sum oculus, non sum ex corpore: nō ideo non est de corpore.

e ¶ Nō estis mihi necessarij.] Oculus est qui intelligit: os ille q docet uel loquitur linguis. f ¶ Sed multo magis &c.] Mēbra quæ spernitis in ecclesia, maioris utilitatis esse probantur: sicut in corpore sine manibus, & pedibus uiuitur, sine intestinis omnino non uiuitur.

g ¶ Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis.] Non quo uere sint talia.

b ¶ His honorē abundantiorem circundamus.] Cum cautius uestimētis & diligentius conteguntur.

i ¶ Et quæ inhonesta sunt nostra abundantiorem honestatē habent. Honesta autem &c.] Quæ per se pulchra sunt, nullius tegminis egent pulchritudine: ut est caput & manus. k ¶ Sed deus temperauit corpus &c.] Minoribus maiora dona concedens: ut qui honore minor erat, gratia abundaret. l ¶ Vt nō sit schisma in corpore.] Vt pro inuicē solliciti simus: dum alterutro indigemus, ne quis sequatur, & gratia & honore priuatū.

m ¶ Sed in idipsum pro inuicē sollicita sint membra.] Sicut oculi uiam pedibus præuident, & manus pro toto corpore operantur, & omnia alterutrū membra deseruiunt. n ¶ Et si quid patitur unum membrum &c.] Si unum membrū dolet, totum corpus affligitur, & ad sanitatem eius membra omnia collaborant. o ¶ Siue gloriatur unum membrum &c.] Sicut ait Salomon: Prouer.14.b Corde lætante, uultus floret. Nos aūt compassionem & congratulationem in contraria permutamus. p ¶ Vos autem estis corpus Christi.] Hoc est, ecclesia de carne eius, & de ossibus eius: sicut ad Ephesios ait. q ¶ Et mēbra de membro.] Toti corpus: singuli, mēbra. r ¶ Et quosdā quidem posuit deus.] Modo ipsum uult membrorum ordinem demonstrare. s ¶ In ecclesia primo apostolos.] Non in synagoga, ne putemus eum de antiquis dixisse prophetis: sicut erat Agabus: cæterum patriarchas quoq; debuerat nominare. t ¶ Secūdo prophetas &c.] Prophetæ sunt, qui explanant obscura prophetarum, & qui homines exhortantur, sicut alibi dicit: Nam qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationē, exhortationē & consolationes. u ¶ Deinde uirtutes &c.] Hic uirtutes, signa maiora significat.

x ¶ Opitulationes.] Hoc est, adiutoria. Vnde Paulo in uisu dicitur à uiro Macedone: Veni adiuua nos. Act.16.b

y ¶ Gubernationes &c.] Qui sciunt singulos, prout apti sunt gubernare.

z ¶ Nūquid omnes apostoli &c.] Hoc est quod superius dixerat: Si essent omnia unum membrū, ubi corpus. a ¶ Aemulamini aūt charismata meliora.] Hoc est sectamini prophetas.

b ¶ Et adhuc excellentiorem.] In Græco habet, sup modū.

c ¶ Viam uobis demonstro.] Charitatem per quam peruenitur ad deum: Vult nos magis illa quærere quæ ex nobis sunt, & ad uitam prosunt, q̄ signa quæ nō sunt in nostra potestate posita.

Cap. XIII.

SI linguis &c.] Nō solum omnium hominum, sed etiam si quæ sunt angelorum.

c ¶ Charitatē &c. uelut æs &c.] Quod non ex se, sed ab alio impulsum solum sonitum reddit, & delectat auditum. Charitas uero ex nobis est, & omnem possidet fructum.

f ¶ Et si habuero prophetiam &c.] Hic futura prædicare, mysteriorum cognitio est & omnium secretorum. Scientia uero, nosse omnia quæ fuerunt & sunt. Si ista omnia tam magna sine charitate nihil sunt: quāto magis sine abstinentia, ieiunio, & his similibus: in quibus sibi pleriq; relicta charitate gloriantur. g ¶ Et omnē scientiam.] Et hic scientia magna: quia cum his cōputatur, etiam si minor sit charitate. h ¶ Et si habuero &c.] Hic intelligitur magna fides esse, quæ in euāgelio grano sinapis comparatur: quæ non propter modicitatem, sed propter integritatē, uel uigorē apposita est. Notandum sanè quod inter cætera etiam omnis fides quæ montes transferat, sine charitate non prosit. i ¶ Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates.] Apostolus de summo Charitatis bono tractans, magnis eam proculdubio rebus prætulisse credendus est: neq; enim potuerūt rei summæ cōparari nō magnæ, quod ex ipsis specieb⁹ agnoscit. Nā linguis hominū loqui & angelorū, &

A habere prophetiam & omnia mysteria nosse, omnemq; scientiam possidere, & habere omnem fidem, & ignibus se cremandū tradere, magna esse quis nesciat? His etiam mundi contemptus annectitur: qui si magnus non esset, nec rei summæ: id est charitati cōpararetur, nec inter magna utiq; poneretur: quod illorum sententiam destruit qui renunciandū rebus seculi certo tempore, persecutione cogente uolūt esse præceptū: ut & apostolis gloriā tollant, quod non uoluntarie fecerint sed inuiti, & nostri æui profectos, uanos constituāt, qui rem alterius temporis, frustra nūc uoluerunt exercere. Item aliter: notandū, q̄d contemptus mundi, martyrio comparetur, contra eos qui illud de euangelio uarijs argumētis nituntur exoluere, ubi dici
Luc. 18. d tur ad diuitem: Vade uende omnia quæ habes, & da pauperib⁹.
a ¶ Et si tradidero corp⁹ meū &c.] Nō propter deū, sed propter gloriam humanam. Vel certe si quis
B in ipso martyrio aduersum fratrem retineat irā, contemnens eū qui iussit nos maliciam proximi oblīuisci, & in ipsa etiam morte prævaricator existens. b ¶ Charitas patiens est &c.] Semper bene uolēs. Modo describit omnia mēbra & species charitatis. Parentes quia multum diligūt filios, eorum etiam libenter patiūtur iniurias. c ¶ Charitas non æmulatur &c.] Nemo illi quē uere amat inuidet, cuiusuis eum esse conspiciat gloriæ uel honoris, sed omnem eius felicitatem, quasi suam libenter amplectitur. d ¶ Non est ambitiosa.] Maior esse aliis non ambit, & super fratres non cupit dominari. e ¶ Non quærit quæ sua sunt.] Non quærit quod sibi tantum sit utile, sed quod multis.
f ¶ Non iritatur.] Non incitatur ad iurgia ab illo quē diligit. g ¶ Non cogitat malum.] Non solum non facit, sed ne cogitat quidē. h ¶ Non gaudet super iniquitate.] Contristatur si quem iniquū aliquid uel fecisse uel passum esse conspexerit. i ¶ Congaudet autem ueritati.] Id est bonis operib. uel fidei ueritati. k ¶ Omnia sperat, omnia sustinet.] Suffert iniurias, satisfacienti credit, sperat eius emendationē, & donec corrigat patiēter expectat. l ¶ Charitas nunq; excidit.] Hoc est, ipsa sola permanet in futuro. Aut certe quæ uera est non finitur. m ¶ Siue prophetiæ euacuabuntur &c.] Non omnia scimus, nec omnia prophetamus. Et ista ut in magis proficiamus, destruentur: per ista enim ad perfecta

pauperū omnes facultates meas, & si trādidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Chāritas patiens est, benigna est. Chāritas non æmulatur non agit perperam, non inflatur: nōn est ambitiosa, non qūærit quæ sua sunt: non iritātur: non cōgitat malum: nōn gaudet super iniquitate: congaūdet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omniā sperat, omnia sustinet. Charitās nunq̄ excidit, siūe prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabūt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autēm uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem pāruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quādo aūtem factus sum uir: euacuaui quæ erant paruuli. Vidēmus nunc per speculūm in ænigmate, tūnc autem facie ad faciem. Nūnc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nūnc aūt manent, fides, spēs, charitas, tria hæc: maior aūt horum est charitas. Cap. XIIII.

SEctāmini charitatem, æmulāmini spiritualia, magis autem prophetetis. Qui ēnim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem lōquitur mysteria. Nām qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat. Volo aūtem omnes uos loqui linguis: magis autē prophetare. Nam maiōr est qui prophetat q̄ui loqūitur linguis, nisi forte intērpretetur, ut ecclesia ædificationē accipiat. Nūnc autē fratres si uenero ad uos, linguis loquēs: quid uobis prodero, nisi uobis loquar: aut in reuelatione, aut in sciētia, aut in prophetia, aut in doctrina. Tamen

c ¶ Cum autē uenerit quod perfectum est &c.] Quod sanctis promissum est in futuro. o ¶ Cum essem paruulus &c.] Exēplo carnalis incrementi, uult spiritualem demonstrare profectum. p ¶ Quando factus sum uir &c.] Expositi qualiter euacuentur, quæ superius memorauit.
q ¶ Videmus nūc.] Quasi paruuli, qui nō possunt serena cordis luce, perfecte lumen perspicere ueritatis. r ¶ Per speculum in ænigmate.] Per speculum legis, quasi rerū imaginem contemplamur.
s ¶ Tunc facie ad faciem.] Id est, in præsentia. t ¶ Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.] Sicut me pfecte deus nouit, ita & ego quæ sūt diuina cognoscā.
u ¶ Nunc autem manet fides.] In præsenti tria hæc, in futuro sola dei charitas & angelorū & sanctorum omniū permanebit. Maius ergo est quod semper erit, q̄ quod aliquando cessabit. Item in patre & filio & spiritu sancto, fides D stabilis est, additamēto enim opus non habet. Spem aūt eā manere dicit quæ est nō eorū quæ uidemus. Charitas uero ideo maior est omnibus: qa q diligit & credit & sperat. x ¶ Spes, charitas, tria hæc: maior &c.] Omne q̄d speramus credimus non omne quod credimus speramus.

CAP XIIII.

SEctamini charitatem.] Omnico-
natu ipsam sequamini, quia in uestra est potestate.
z ¶ Aemulamini spiritualia &c.] Et spiritualia dona æmulari uos ac quærere nō prohibeo, sed ut magis proficiatis exhortor. a ¶ Qui enim loquitur &c.] Nemo per auditū auriū de his quæ dicuntur accipit intellectū nisi deus, & qui interpretandi donū accepit, uel qui eiusdem est linguæ. b ¶ Spiritus autem &c.] Iterum linguā significat. c ¶ Nā qui prophetat &c.] Notādum quoniā prophetiā doctrinam dicit, expositi quot modis intelligenda sit prophetia. Quicūq; hanc habet, propheta esse cēsendus est. d ¶ Volo aūt &c.] Hoc quidē uolo, sed illud malo: hoc non prohibeo, illud exhortor.
e ¶ Nā maior est &c.] Quia & hoc magnū opus est charitatis per quod multi proficiunt. f ¶ Quàm qui loquitur linguis.] Quod uos præcipuum existimatis. Nisi forte ut ecclesia ædificationē accipiat. Si interpretetur æqualis esse poterit prophetanti. g ¶ Nunc aūt fratres &c.] Suū illis ꝓponit exēplū: erit uobis sola admiratio nō ꝓfectus, nisi uobis aut interpreter & plana faciā legis occulta

Tamen quæ sinẽ anima sunt,uocem dantia:siue tibia siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint:quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba:quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguã nisi manifestũ sermonem dederitis:quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa ut puta genera linguarũ sunt in hoc mundo:& nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutẽ uocis:ero ei cui loquar barbarus:& qui loquitur mihi, barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituũ ad ędificationem ecclesiæ quærite ut abũdetis. Et ideo qui loquitur lingua:oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritu,orabo & mẽte. Psallam spiritu: psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu:quis supplet locũ idiotæ? quomodo dicet amen super tuam benedictionẽ? Quoniam quid dicas,nescit. Nam tu quidem bene gratias agis,sed alter non ædificatur. Grátias ago deo meo quod omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam: quàm decem milia uerborũ in lingua. Frátres nolite pueri effici sensibus:sed malicia paruuli estote: sensibus autẽ perfecti estote. In lege em̃ scriptũ est. Quoniã in alijs linguis & in alijs labijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaq; linguæ in signum sunt,non fidelibus sed infidelibus,prophetiæ autẽ nõ infidelibus sed fidelibus. Si ergo cõueniat uniuersa ecclesia in unũ, & omnes linguis loquãtur, intrent autem idiotæ aut infideles nonne dicẽt, quid insanitis? Si autem omnes prophetent, intret aũt quis infidelis uel idiota,cõuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta em̃ cordis eius manifesta fiũt, & ita cadẽs in faciẽ adorabit deũ,pronuncias quod uere deus in uobis sit. Quid ergo est fratres? Cũ cõuenitis,unusquisq; uestrũ psalmũ habet,doctrinã habet,Apocalypsim habet,linguã habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.

A occulta quæ noui,aut prophetias exponã,aut uos moribus doceam institutis. *a* ¶ Tamen ea quæ sine anima sunt &c.] Cum hæc inanimantia nisi distinctionem habeant non possunt reddere cantilenam & ut superflua respuuntur, quanto magis uobis qui spirituales estis,suauitas nõ aures debet mulcere sed mentes. *b* ¶ Etenim si &c.] Si uox tubæ incerta fuerit utrum solennitatis an belli sit, nemo pugnabit: ita ergo & uester intelligẽdus est sermo, ut possit ad spirituale prælium Christi milites præparare. *c* ¶ Eritis enim in aera &c.] Etiã si tam multa loquamini ut genera sunt linguarum:quid proderit cum omnia in aera soluanẽ & nulli proficiant? *d* ¶ Et nihil sine uoce.] Nihil sine uoce linguam habens. *e* ¶ Si ergo nesciero &c.] Omnis sermo qui non intelligitur, barbarus iudicatur. *f* ¶ Et qui loquiẽ mihi,barbarus: sic & uos &c.] Quoniam spiritualia dona sectamini,illa magis quærite quæ ædificẽt auditores. *g* ¶ Et ideo qui loquitur lingua,oret ut interpretetur.] Oratio hoc loco oris elocutio intelligitur. Sic ergo loquatur,ut gratiæ uerba quæ dicit, possint intelligi: siue oret, ut illi interpretandi gratia donetur. *h* ¶ Nã si orem lingua, spiritus meus orat.] Hoc dicit: quoniã si quis incognitis alijs linguis loquatur, mens eius non ipsi efficitur sine fructu, sed audienti: quicquid enim dicitur ignorat. Item si lingua dicam, non ego loquor,sed spiritus, qui in me est. Si autem ad orationem requiratur spiritus, sermo non intelligendus est, qui nonnunquam mente alia cogitante precatur. *i* ¶ Mens autem mea sine fructu est &c.] Qui non intelligo q̃d loquor. *k* ¶ Orabo spiritu &c.] Qui em̃ interpretatur,necesse est ut ante intelligat quod alijs est dicturus. Item sic est loquendũ ut intelligant alij. *l* ¶ Cæterum si benedixeris spiritu.] Benedicitur omne quod uere & secundũ deum dicitur. *m* ¶ Quis supplet locum idiotæ.] Laicum significat qui nullo gradu ecclesiastico fungitur. Aliter. Inanitatem scientiæ in cor de ignari quis implet? *n* ¶ Quomodo dicit amẽ super tuam benedictionem &c.] Quomodo tuæ perhibet benedictioni testimoniũ uel consensum. *o* ¶ Nam tu quidem bene gratias agis &c.] Quod superius dixerat,omni benedicas,hic ipsum exponit. *p* ¶ Gratias ago deo quod omniũ uestrum linguis loquor.] Ne putetis me hanc quoq; gratiam non habere, & uos ideo prohibere, & idcirco nõ loqui. *q* ¶ Sed in ecclesia uolo &c.] Sed malo perpauca ad profectum loqui, quam multa quæ nulli proficiant. Quidam sanè quærunt quæ sunt quinq; uerba: à quibus econtrario, quæ sint decem milia est quærendũ. *r* ¶ Vt alios instruam &c.] Id est, proprio intellectu & simplici ratiõe. *s* ¶ Fratres nolite.] Scire debetis quãdiu futuræ sunt linguæ, uel quare sint datæ. *t* ¶ Sed malicia paruuli estote &c.] Malicia debetis paruuli esse non sensu: simul ostendit neminem nisi paruulum malicia, sensu esse perfectum. Quia in maliuolam animam nõ introibit spiritus sapientiæ. *Sap.1.d*
u ¶ In lege scriptum est &c.] Etiã hoc signũ dabo ut per sanctos meos inusitato sermone loquar, & nec sic eloquentẽ intelligent. *x* ¶ Itaq; linguæ in signũ sunt &c.] Hic ostenditur crescente fide, signa cessasse quãdo infidelium causa dãda esse prædicebatur. *y* ¶ Sed infidelib⁹.] Vt eius saltem admiratione mouerentur. *z* ¶ Prophetiæ autẽ non infidelibus &c.] Maior est ergo & utilior quæ fidelib⁹ prodest & semp est opus. *a* ¶ Si ergo cõueniat &c.] Hoc est si fieri potest ut concederẽ uobis qui omnes hoc uultis. *b* ¶ Intret & idiota &c.] Idiotæ nup credẽtes dicũtur Sicut Iudæi de apostolis dixerũt:Hi pleni sunt musto. Aliter, sicut initio apostoli quãdo acceperũt spiritũ sanctũ uisi sunt quasi ebrij. *Act.2.b*
d ¶ Si aũt omnes prophetent &c. Occulta etiam cordis &c.] Quãdo eius pulsatur conscientia per doctrinam. *e* ¶ Et ita cadens in faciem adorabit &c.] Sicut Nabuchodonosor adorauit Danielem: Vere deus uester ipse est deus: postq; somniũ quod oblitus fuerat & interpretationẽ eius audisset. *Dan.2.e*
f ¶ Quid ergo est fratres.] Quid ergo est faciendum,uel quid definiemus esse tenendum. *g* ¶ Cum conuenitis,&c.] Hoc est intelligit psalmum. *h* ¶ Apocalypsim habet, linguam habet &c.] Reuelationem aliquã mysteriorũ,quod intelligitur reuelatio.

¶ Omnia

interpretationem habet: omniâ ad ædificationẽ fiant. siue lingŭa quis loquitur secũdum duos, aut ut multum tres, & per partes & unus interpreterur. Si autẽm nõ fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi aũt loquatur & deo. Prophetæ åutem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes exhortentur. Et spiritus prophetárum prophetis subiectus est. Non enim est dissensionis deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Mũlieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid åutẽ uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à ŭobis uerbum dei processit, aut in uos solos peruenit? Si qŭis uidetur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Si quis autẽ ignorat ignorabitur. Itãq; fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia åutem honeste & secundum ordinem fiant in uobis. Cap. XV.

NOtum aŭtem uobis facio fratres euangeliũ quod prædicaui uobis, qŭod & accepistis, in qŭo statis, per quod & saluamini: quâ ratiõe prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frŭstra credidistis. Trãdidi enim uobis in primis qŭod & accepi: qŭoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est, & quiâ resurrexit tertia die secundum scripturas, & qŭia uisus est Cephæ, & post hoc ŭndecim. Deinde uisus ĕst plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usq; adhuc: quidã aũt dormierũt. Deinde

A a ¶ Omnia ad ædificationem fiant.] Nihil sit in uobis quod non uos alterutrũ ædificet. b ¶ Siue lingua quis loquitur secundũ duos &c.] Hoc est uicissim prophetantes dicãt, & unus paulatim interpretetur. c ¶ Si autem non fuerit interpres, taceat &c.] Sua conscientia & dei teneat eũ gratiam hãc habere. d ¶ Prophetæ aũtẽ duo aut tres dicant &c. Potestis eñ omnes per singulos &c.] Non stantibus sed prophetis sedẽtibus. e ¶ Et spiritus prophetarũ prophetis &c.] Siue gratia spiritus alteri prophetæ cõsensit ut alterutrũ sibi cedant: siue spiritũ humilitatis & charitatis debẽt habere, ꝓphetæ. Quia deus qui in ipsis est, nõ est deus dissensionis neq; superbiæ. Itẽ hoc ait: quia in q̃ est spiritus prophetiæ, ipse alijs prophetis p̃ societatem gratiæ subiectus est: in qua non æmulatur alterũ prophetare cum ei fuerit reuelatũ. f ¶ Sicut & in omnibus ecclesijs.] Sic est ubiq;, ne noui aliquid me
B uobis imperare putetis. g ¶ Mulieres &c.] Quia cõtra ordinem est naturæ uel legis, ut in conuentu uirorum fœminæ loquantur. Quæritur ergo quomodo alibi dicat, mulieres docere prudentiã & castitatẽ debere. Sed hoc in sexu suo: sed & hic designat locum, ubi taceãt, alibi eis loqui permisit, sicut & lex dicit. h ¶ Si quid aũtem uolunt discere.] Quia & uir prius factus est, & Sara dominum uocabat Abraham. i ¶ Domi uiros suos interrogẽt &c.] Ne uiderẽt eas etiã discere uetuisse, domi illas hoc quod publice non decebat, facere debere præcepit. k ¶ An à uobis sermo dei processit &c.] Nunquid doctrina Christi aut ex uobis est, aut apud uos remansit. De scientia similiter est dicendum. l ¶ Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis cognoscat &c.] Hoc probatis uerum prophetam, si ista cognouerit domini mãdata esse quæ dico: si quis autem ignorat hæc, ignorabitur & à nobis, & à domino dicente eis: qui se in eius nomine ꝓphetasse dicebant, nescio uos. m ¶ Itaq; fratres æmulamini ꝓphetare, & loqui linguis nolite prohibere.] Illud sectamini, hoc prohibere nolite. n ¶ Omnia aũt honeste & secundũ ordinem fiant.] Nihil peruerso ordine aut per cõtentionem uel inanem gloriam faciatis. Cap. XV.

NOtum autem uobis &c.] Incipit causa resurrectionis. Inter cætera, quidam Corinthiorũ etiam resurrectionem carnis ausi fuerant ex ueteris scientiæ præsumptione negare: qui hic ab apostolo arguunt. p ¶ Quod & accepistis.] Ne illi hoc non credidisse uiderentur: uel omnes creditum respuisse. q ¶ In quo statis &c.] In cuius doctrina statis, & per quod salutem speratis, & in præsenti de diuersis infirmitatibus sæpe saluamini. r ¶ Qua ratione prædicauerim.] Tota ratio prædicationis nostræ hæc est, ut resurrectionẽ credatis: hoc est enim primũ omnium qui Christo deseruiunt: alioquin superfluus omnis labor est orationũ ieiuniorũq; quem in hac uita patimini, cum uobis hic prospera uel aduersa cum infidelibus esse cõmunia uideantur: sicut & ipsi solent pagani ꝓponere: quid ab illis amplius habemus, & uerum est: Si horum laborũ præmium in uita alia nõ habemus, peiores illis sumus: quia illi uel in præsenti uoluptatum & luxuriæ consolationẽ habere uidentur. s ¶ Si tenetis ni si frustra &c.] Si fidei uestræ & laboris præmium non speratis, superfluũ hæc credidistis. t ¶ Tradidi enim uobis &c.] In primordio siue maxime. u ¶ Quod & accepi.] Vel à lege uel à prioribus, si
C ue per reuelationem Christi. x ¶ Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas.] Posset quidem apostolis prædicantibus & multa uirtutum signa facientibus haberi fides, esse ipsum Christũ quem euangelizant: sed ut maiore beatus Apostolus autoritate firmaret hunc esse Christũ saluatorem mundi, quem Moyses & prophetæ annunciauerũt: ideo secundum scripturas prædictum esse cõmemorat: sicut inter cætera Esaias propheta dicit: Sicut ouis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondente se obmutescit. Item infra idẽ propheta. Et dabit impios pro sepultura, & diuitẽ pro morte sua. Similiter Osee propheta, tertia die resurrectionem Christi futuram annunciat, dicens: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in cõspectu eius. y ¶ Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia uisus est.] Sicut Osee dicit: Viuificabit nos in biduo & die tertia resurgemus. z ¶ Et quia uisus est Cephæ.] Quod in euangelio dicitur: Apparuit Simoni. a ¶ Et post hæc undecim.] Iterum Petro & reliquis decem. b ¶ Deinde uisus est plusquã quingentis fratribus simul: ex quibus &c.] Vides quia in euangelio non omnes scriptæ sunt uisiones nisi quæ sufficerent ad fidem. Hic autem quoniã de apostolis dixerat, etiã hoc addidit, ne apostoli tanq; intimi eius, putarentur esse mentiti. Et ut maior fides multitudini testium haberetur: etiam multi uiuere dicuntur qui possint interrogati dicere quæ uiderunt.

Esa.53.c

Osee.6.d

Luc.24.c

¶ Deinde

Deinde ũisus est Iacobo: deinde apŏstolis omnib. Nŏ/uissime aũt omnium tanquã abortiuo ũisus est & mi/hi. Ego ẽnim sum minimus apostolorum, qui nõn sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ec/clesiam dei. Grãtia autem dei sum id quod sum, & gra/tia eius in me uacua non fuit, sed abundãntius illis om/nibus laboraui. Nõn ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus & sic credidi/stis. Si autẽm Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis: quõmodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum nõ est, nẽq; Christus resurrexit. Si autẽm Christus non resurrexit: inanis est prædicatio nostra: inanis est & fides uestra. Inuẽnimur autẽ & falsi testes dei: quoniam testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mŏrtui non resurgunt, neq; Christus resurrexit. Quod si Christũs non resur/rexit uana est fides uestra. Adhuc enim estis in pecca/tis uestris. Ergõ & qui dormierunt in Christo, perierũt. Si in hãc uita tantum in Christo sperantes sumus: mise/rabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc ãutem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dŏrmientium: quoniam q̃uidem per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnẽs mo/riuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnũs/quisq; autem in suo ordine, primitiæ Christũs: deinde hi qui sunt Christi: qui in aduẽtu eius crediderũt. Dein/de finis: cũ trãdiderit regnũ deo & patri, cũ eũacuauerit omnem

A a ¶ Deinde uisus est Iacobo.] Iacobo seorsum appa/ruit. b ¶ Deinde apostolis omnibus.] Siue iterum, siue apostolis quos extra duodecim ad prædicandum misit. c ¶ Nouissime autem omnium.] Ne putarent eum audita potius q̃ uisa narrare. d ¶ Tanquam om/nium abortiuo.] De cuius uita desperatũ est. e ¶ Visus est & mihi.] In uia scilicet uel in tẽplo. f ¶ Ego em̃ sum minim⁹ apo/stolorum.] Minim⁹ tempore non labore.

Eccl.12.a g ¶ Qui non sum di/gnus &c.] Fili pecca/sti, ne adĵcias iterum sed & de pristinis de/precare. Vnde & per

Esa.43.d Esaiam dominus di/cit: Ego sum q deleo iniquitates tuas, & nõ memorabor, tu autẽ memorare. Meli⁹ est em̃ dimissa recordari peccata, q̃ detẽta ob/liuisci. h ¶ Gratia dei sum &c.] Non fuit sine fructu, sicut

Matth.12.c ille qui talentum do/mini defodit in terrã. i ¶ Sed abundãtius illis omnibus labora/ui.] Quia illis diu/tius. k ¶ Non ego autem &c.] Non ex

B me, sed gratia dei. nec se sine gratia dicit in/euangelio laborasse, ne contra illud quod superius dixerat sibi aliquid dari uideret̃: nec gratiã sine se, ut liberum seruaret ar/bitrium. l ¶ Siue e/nim ego &c.] Vnde igitur & nos sic præ/dicauimus & uos si/militer credidistis: qa Christus idcirco sur/rexit primus, ut uiam resurrectionis aperiret: hoc illis cõmemorat, ut illo quod consequens est negare non pos/sint. m ¶ Si aũt Christus prædicatur &c.] Quæ con/sequentia rationis. Iam enim hoc ipsum resurrectio est quod Christus à mortuis resurrexit. n ¶ Quomodo quidã dicunt &c.] Alterũ ex altero pendet: aut utrũq; negare aut utrunq; necesse est confiteri. o ¶ Neq; Chri/stus resurrexit.] Cæterum rei non futuræ exemplũ da/re non debuit. p ¶ Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra &c.] Ergo & nos sine cau/sa hæc prædicauimus si uere non resurrexit, & uos in il/lum frustra credidistis. Quidam hæretici animæ resurre/ctionem uolunt assignare non carnis, sed resurgere non dicit̃ nisi quod cecidit & resurgit: ergo neq; anima mor/te cecidit, neq; semp iacuit corpus: alioquin surgere ma/gis q̃ resurgere diceretur. q ¶ Inuenimur autẽ & falsi testes dei &c.] Non solum uani sed etiam falsi contra deum inuenimur extitisse: si quidem mortui non resur/gunt. r ¶ Nam si mortui non resurgũt &c.] Sed quo/niam de illo nemo dubitat, & de nobis nemo dubitet.

s ¶ Quod si Christus non resurrexit &c.] Si mentitus est se post triduum resurrecturum, mentitus est etiam se peccata dimittere. Aut ita: omnes in resurrectione eius baptizamur ut nostra peccata diluantur. Si ergo non re C/surrexit, nec nobis remissa sunt peccata. t ¶ Ergo & qui dormierũt &c.] Maxime de his dicit, qui pro Christo sunt mortui: sine causa enim hanc uitam perdiderunt si aliam non habebunt. u ¶ Si in hac uita tantum &c.] Illi em̃ uel in præsen/ti gloriantur: nos aũt hic tribulatiões quo/tidie sustinemus. x ¶ Nunc aũt Chri/stus &c.] Qd̃ apud omnes est certũ: quia in primis probatum est. y ¶ Primitiæ dor/minentium.] Quia primus ĩ incorruptio/ne surrexit. Si ergo ca/put resurrexit, neces/se est etiam ut cætera membra sequantur. z ¶ Quoniã quidem &c.] Sicut per Adã mors intrauit, qa pri/mus ipse est mortu⁹: ita per Christum re/surrectio, qa primus resurrexit. Et sicut il/le morientium forma est, ita & iste resurgen/tium. Aliter: spẽ re/surrectionis uolens ostendere hoc dicit: si/cut in Adã mortales sumus: sic & in Chri/sto immortales eri/mus. a ¶ Et sicut in D/Adam &c.] Omnes quidem resurgẽt, sed soli hi uiuificabũtur in Christo, qui Chri/sti merebuntur copu/lari corpore. Item de cõmuni morte & de cõmuni resurrectio/ne dicit. b ¶ Vnus/quisq; aũt &c.] Tẽ/poris uel honoris. c ¶ Primitiæ &c. de/inde finis &c.] Tũc erit finis omnium etiam mortis, cum uniuersi resurgẽt. d ¶ Cum tradiderit regnum deo & patri.] Regnum scilicet humani generis, secundum Petri epistolam & Apocalypsim Ioannis, patri tradendũ asserit esse per fi/lium: ut ibi regnet deus per gloriam, ubi per uitia diabo/lus ante regnabat. Deo & patri. Deo secundũ humanita/tem, patri secundum deitatẽ. Hoc loco calumniari solent Ariani dicentes minorem esse filium. Si enim tradet, in/quiunt, patri regnũ, ipse utiq; iam regnare desinet. Qui/bus primo dicendũ est: quia hic nõ de trinitatis substan/tia, sed de resurrectione tractabat, quam Christi resurre/ctione confirmat. Ergo secundũ substantiã eius loquitur qui à mortuis resurrexit. Si tamen ideo Christus non re/gnabit: quia regnũ traditurus est patri: ergo nec pater re/gnarat anteq; ei tradat̃ à filio. Si aũt pater non tũc primũ regnauit, q̃uis tũc suscipiat regnũ, nec filius illud q̃uis tunc tradere uideat̃ amittit. Aliter. In hoc deo patri Chri/stus regnũ tradit: quoniã nemo potest ad patrẽ uenire ni/si crediderit ĩ Christo, sicut ipse in euãgelio dicit: Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. e ¶ Cum euacuauerit &c.] Ioan.14.a Euacuatis peccatis, euacuabunt̃ à nobis oẽs cõtrariæ po/tẽstates: ab eo q̃d nobis se sequẽtib. principant̃ potestate qua nos uicerant. Virtus enim eorũ nostra peccata sunt.

¶ Oportet

A a ¶ Oportet enim illum regnare donec ponat.] Cum omnibus scilicet suis. Donec, non semper finẽ signific: sicut est illud: Ego deus uester donec senescatis, & cætera talia. Aliter. Oportet, inquit, regnare omnibus Christũ donec inimicos & in se incredulos, subijciat sibi & patri. Non est aũt una subiectio: nam iustos ad se fide & credulitate uenientes subijcit. Infideles autẽ & impios destruẽs, subiugabit æterno supplicio deputandos. b ¶ Omnes inimicos sub pedibus eius.] Quando alij uoluntate, alij erũt necessitate subiecti. c ¶ Nouissima autẽ inimica destruetur mors, omnia &c.] Diabolus qui in Apocalypsi peccatum & mors appellatur: quia autor est peccati & mortis. d ¶ Præter eum qui subiecit omnia.] Caute Apostolus dicit filio qui deo patri subiecit omnia, cuncta esse subiecta: ne & ipsum simul cũ omnibus quæ subiecta sunt, credamus esse subiectum: quoniam à dextris patris

omnem principatum & potestatem & uirtutem. Oportẽt autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cũm autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio prætẽr eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia: ut sit deus omnia in omnibus: Aliõquin quid facient qui baptizantur pro mortuis: Si omninõ mortui non resurgunt: ut quid & baptizãtur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora. Quotidie morior? propter uestram gloriam fratres quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundũ hominem ad bestias pugnaui Epheſi: quid mihi prodest, si mortui non resurgũt? Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolitẽ seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidã habent. Ad reuerentiam uobis loquor. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgẽt mortui? Quali

gnificatio iuramẽti est. Nam si dicam per puerum misi, c non statim per puerũ iurasse recte putabor. l ¶ Quam habeo in Christo Iesu domino nostro.] Ego habeo mercedem laborum in uobis: etiam si uos proficere nolueritis. m ¶ Si secundũ hominẽ ad bestias pugnaui Epheſi: quid mihi prodest, &c.] Si nihil remunerationis à deo pro hoc certamine spero, quare pugnaui, ut hominibus forte placerẽ? Aliter. Hic bestias eos cõmemorat qui Epheſi seditionẽ aduersus eum mouerãt popularem propter Dianæ idolum, cuius culturam prædicatione apostolica destruebat. Quod autem manifeste constet, bestias cum quibus pugnauit Apostolus, aduersarios homines debere intelligi: idẽ in alia epistola memorat, dicẽs: Et liberatus sum de ore leonis. In quo ostendit se sæuitiam Neronis euasisse quãdo prima uice Romã uinctus deductus est. Dicẽs uero, quid mihi prodest si mortui nõ resurgũt: illorum

2. Tim. 4. d

1. Cor. 15. e

B sedet: æquali potestate cũ patre iudicaturus. e ¶ Cum autem subiecta fuerint illi omnia.] Hic quoq; Ariani ita calumniantur, ut dicant, quia post resurrectionem omnium & finem erit filius patri subiectus, ut minor scilicet maiori. Quibus respondendum est: Subiectionẽ non semper ad diminutionẽ honoris pertinere, sed etiam ad charitatis officium: maxime cum & spiritus prophetarum prophetis dicatur esse subiectus: ut non sit deus ibi dissensionis sed pacis. Et ipse dominus Ioseph ac Mariæ

Luc. 2. g

scribitur fuisse subiectus. Multi sanè de hoc capitulo diuersa senserunt. Nam quidam dicunt, sicut in suis esurientibus esurijt uel cibatur, ita & in ecclesia quæ est corpus eius ipse subijcitur. Alij aiunt quod ipsa humana natura quam induit, in gratiarum actionem semper sit subiecta diuinitati: cui secũ unum faciendo omnia subiecerit. Multi etiã alia & diuersa dicunt, quæ inserere & enumerare, prolixum est. f ¶ Vt sit deus omnia in omnibus.] Tunc deus omnia in omnibus erit, cum euacuata morte, & omni malicia uel errore destructo, solus regnabit in cunctis. g ¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis.] Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: id est, iã quasi cõmortui cum illo sumus. Quid ergo prodest nos huic mundo mori: si hunc cõtemptum uoluptatum uita non sequitur æterna? Item hoc est quod dicit: quia nõ solum propter remissionem peccatorũ baptizantur, sed & propter resurrectionem carnis nostræ. Carnem aũt nostram mortuam appellat quoniam hac morte anima non moritur. Vnde increpando ait: Aut quid facient qui baptizantur pro mortuis si omnino mortui non resurgunt, id est, quid baptizari opus est carnem si non resurgat? h ¶ Si omnino mortui non resurgunt ut quid & baptizantur pro illis &c.] Si nihil esset in futuro nõ eramus tam stulti ut tantas tribulationes pro illis pateremur. i ¶ Quotidie morior.] Semper paratus ad mortem, & quotidie expecto me pro uestra gloria moriturum. k ¶ Per gloriam uestram fratres.] Per, non semper si-

dogma destruit, qui dicunt ante corpora animas in cœ D lo factas, actum quendam propriæ conuersationis habuisse. Aliter. Multa dicuntur in epistolis quæ in actibus non continentur, & multa in actibus quæ in epistolis non scribuntur. Per allegoriam autem bestiæ possunt intelligi aduersariæ potestates: sicut ait in psalmo: Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: ad quas hic dicit se pugnasse. n ¶ Manducemus & bibamus &c.] Increpat exemplo prophetæ gulæ deditos, desperatione futurorum, cuius rei crimen negatur eis remitti quoadusq; moriant. o ¶ Nolite seduci.] Ab his qui talia loquuntur. p ¶ Corrumpunt mores bonos colloquia mala.] Ne dicerẽt, ergo tales nos iudicas qui facile seducamur? non, inquit, de uobis timeo sed de illorum conuersatione formido: sed quomodo mala colloquia bonos mores corrumpunt, ita econtrario bona colloquia malos mores ædificãt. q ¶ Euigilate iusti & nolite peccare.] Ille iustus est qui non peccat. r ¶ Ignorantiã enim dei quidam habent.] Ignorant uirtutem dei, qui eum putant suscitare non posse, potentiam eius ex sua imbecillitate censentes. s ¶ Ad reuerentiã uobis loquor.] Vt erubescatis uos his sermonibus tanquam adhuc paruulos erudiri. t ¶ Sed dicet aliquis.] Ipse sibi ex contradicentium persona proponit. Aliter. Præclarum hoc loco Apostolus de resurrectione carnis, frumentorum sumit exemplum. Quorum semen cum nudum seratur, non ita ut terræ mandatur nascitur, sed sicut in principio secundum ordinem unicuiq; seminũ quale corpus deus esse præcepit, & quemadmodũ iussit terrã producere ordinatione sua, durat & permanet: Ita & unicuiq; hominum carnem quã unicuiq; initio nascendi specialiter tribuit, in resurrectione restituet. Dicẽdo aũt dat illi corpus sicut uoluit & nõ sicut uult, ostendit à principio constitutionem dei immutabilẽ permanere. u ¶ Quomodo resurgent mortui &c.] Multi solent proponere utrũ debilia corpora ut sunt defuncta resurgant. Quibus respondendũ est in resurrectione nõ debilitatis uitium sed integritatem

integritatem reparari naturæ. Nunquam enim tam debile est corpus quàm cum fuerit in puluerem resolutũ. Qui ergo creditur totum reddere cur ex parte reparare dubitetur: hoc est, uerbi gratia, cur non reddat oculos qui totum restituet corpus. a ¶ Insipiens tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur.] Qui etiam naturalibus exemplis edoceri debueras, ad huc diuinis promissionibus infidelis existis. b ¶ Et quod seminas non corpus &c.] Sicut de grano resurgit fœcundior cum granis arista: ita & corruptibile corpꝰ in gloria resurgit cũ augmẽto. c ¶ Deus autem dat illi corpus prout uoluit.] Sicut ab initio disposuit, ut omnia semina cũ putruerint in amplius reformẽtur. d ¶ Et unicuiq; seminũ proprium corpus.] At tẽde quia proprium corpus dixerit non alienum. e ¶ Non omnis caro eadem caro &c.] Cuius iussu in principio terra, tãta & tam diuersa corpora animata quæ non acceperat dedit, quid mirũ si eius iussu hominem restituat quem accepit? f ¶ Alia uolucrum &c.] Similiter & de aquis intellige quæ tantam diuersitatẽ uolucrũ & piscium ediderũt. g ¶ Et corpora cœlestia & corpora &c.] Qui talia fecit corpora elementorum, cur non possit exiguum corpus humanum reficere? h ¶ Sed alia quidem cœlestium &c.] Tota comparationis huius diuersitas ad hoc facit, ut credas unum genus reparare facile posse qui tanta fecit ex nihilo. i ¶ Stella enim à stella differt in claritate &c.] Stellarum diuersitati, iustorum differentiam comparat: quos gradus uirtutũ in gloria, non peccata facient esse diuersos. Nam peccatorum diuersitas in cœlo non erit sed in pœna. k ¶ Seminatur in corruptione.] Vt nec febres iam nec cætera corruptibilitatis genera patiantur. Aliter. Sanctis & peccatoribus resurrectio carnis cõmunis est: sed sanctorum corpora æterna gloria uestientur cum incorruptione & immortalitate. l ¶ Seminatur in ignobilitate.] Quid tam ignobile q̃ cadauer? m ¶ Surget in gloria.] In gloria splendoris ut sol. n ¶ Seminatur in infirmitate.] Imbecillitatis humanæ. o ¶ Surget in uirtute.] In uirtute æternitatis. p ¶ Seminatur corpus &c.] Hic animale est corpus, quia non semper habet spiritum sanctum. Tunc uero semper manebit in sanctis. Item seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Aliter. Animale corpus dicit quod conditũ terræ corrumpitur. Spirituale uero quod incorruptum resurgit, ut possit aera penetrare festinãs ad cœlos. Primus Adam ad hoc factus est, tantum ut uiueret. Nouissimus Adam, id est Christus, ideo susceptus hominem, ut uiuificaret. q ¶ Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam &c.] Notandum quod cum duos Adam dicit, eiusdem naturæ utrosq; demonstrat. Quod contra Manichæos & Apollinaristas facit: qui negant à dei uerbo perfectum hominẽ esse susceptũ.

Quali autem corpore uenient? Insipiens, tu quòd seminas nõ uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudũ granum, utputa, tritici, aut alicuius cęterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uult, & unicuiq; seminum proprium corpus. Non omnis caro eadẽ caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Et cõrpora cœlestia & corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria: alia autem terrestriũ. Alia claritas solis: alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surgẽt in gloria. Seminatur in infirmitate: surgẽt in uirtute. Seminatur cõrpus animale, surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & spirituale: sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam uiuentem: nouissimus Adam in spiritum uiuificantẽ. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale est: deinde q̃d spirituale. Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus: tales & terreni: Et qualis cœlestis: tales & cœlestes. Igit̃ sicut portauimus imaginẽ terreni: portemus & imaginẽ cœlestis. Hoc aũt dico fratres: qa caro & sanguis regnum dei possidere nõ possunt, neq; corruptio incorruptelã possidebit. Eccẽ mysteriũ uobis dico. Oẽs quidẽ resurgemus: sed nõ oẽs immutabimur. In mom̃ento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui

r ¶ Sed non prius quod spirituale est, sed q̃d animale &c. Primus homo de terra terren? &c.] Cœlestis dicitur, quia nõ humanæ fragilitatis ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conceptus est & enixus: nã usq; adeo naturã nostrã habuit, ut secundus Adam dicatur & homo. Aliter. Hic primũ & secundũ hominẽ, iuxta operã terrestrem & cœlestem dicit: Nã & Christus secundũ carnem, ex nostra massa fuit.

s ¶ Et qualis cœlestis, tales & cœlestes.] Si ideo ut hæretici uolunt, nostri generis assumptus homo nõ fuerit, qa cœlestis dicitur: ergo nec isti naturæ nostræ sunt, qui cœlestes appellãtur. Si uero de his nemo dubitat, nec de illis est ambigendum.

t ¶ Igitur sicut portauimus imaginem &c.] Peccator, Adæ imaginem portat: iustus uero imaginem Christi. Ergo sicut portauimus ueterem hominem ante baptismũ, ita post baptismum portemus nouũ. u ¶ Hoc autẽ dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt &c.] Frequenter scriptura carnẽ pro operibus nominat carnis ut ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter Caro sicut est, regnum dei non possidebit, nisi immortalitate uestita. x ¶ Ecce mysterium uobis dico.] Obscuritatem significat nominãdo mysteriũ. y Omnes quidẽ resurgemus &c.] Omnes homines resurgent: sed soli qui regnaturi sunt in gloria, mutabũtur. Siue ita, resurgemus omnes qui in aduẽtu Christi mortui inueniemur. Non omnes immutabuntur qui in corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis gloriam cõsequent̃. Aliter in quibusdã Græcis codicibus habetur. Omnes eñ dormiemus: non omnes immutabimur. In alijs autem: Omnes enim nõ dormiemus: omnes autem immutabimur, quod quadrat magis ad sensum Apostoli: quia hic sermo non de omnibus generaliter dicit̃, sed de solis sanctis z ¶ In momẽto, in ictu oculi.] Per ictũ oculi, ni miam brꝛuitatem uult significare momenti, ut quanta sit dei potentia ex resurrectionis celeritate cognoscas. a ¶ In nouissima tuba &c.] Nouissima tuba, nouissimꝰ aduẽtus intelligitur Christi: mortui autẽ uel peccatores intelligendi sunt: qui etiã uiuẽtes mortui esse dicũtur ut ad pœnã aut immortales aut absq; aliqua mẽbrorũ diminutione resurgãt: uel certe simpliciter omnes mortuos resurgere dicit: & solos sanctos cũ his qui uiui iusti in-

A uenti fuerint in gloriam immutari. a ¶ Oportet enim corruptibile hoc.] Neceſſe eſt fieri qđ promiſſum eſt. b ¶ Induere incorruptelam &c.] Eſt quod induit,& eſt ſimiliter indumentum. c ¶ Cum autem mortale hoc &c. Abſorpta eſt mors in uictoria.] Vt euacuatis cauſis mortis per diui/nam uictoriam: ſibi abſorpta non appareat. d ¶ Vbi ē mors uictoria tua? Vbi eſt mors ſtimul⁹.] Propheta ex perſona iuſtorū loquitur inſultantiū morti. e ¶ Stimulus autem mortis peccatū eſt.] Sagittæ mortis peccatum, per quod animæ iugulātur. f ¶ Virtus uero peccati lex.] Dū fortius & maius ſit per ſcientiam peccatum. g ¶ Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriā &c.] Victoriam illius peccati in q̄ lex per carnalem noſtrā uoluntatem fuerat infirmata, quā Chriſtus cruce & exemplo deſtruxit. h ¶ Itaq; fratres mei dilecti.] Reddita reſurrectionis ratione de qua hæſitabant: hortatur eos in dei opere permanere iam certos de retributione futura. i ¶ Stabiles eſtote & immobiles abundantes in opere domini &c.] Nemo uos de gradu ſpei futuræ ultra permoueat.

Cap. XVI.

DE collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſijs Galatiæ: ita & uos facite.] De ſumptibus dicit, qui per ſingulas eccleſias collecti, Hieroſolymā ſanctis pauperibus mittebātur. l ¶ Per unā ſabbati.] Vna ſabbati dominica dies eſt: ſicut in euangelio dicitur, dominum una ſabbati ſurrexiſſe. m ¶ Vnuſquiſq; ueſtrū apud ſe reponat, recondens quod ei &c.] Vt paulatim reſeruantes, non una hora grauari ſe putent: ut hilares datores diligantur à deo. n ¶ Dum autem præſens fuero &c. Veniam autem ad uos cum Macedoniam pertranſiero &c.] Quia ita ſe agunt Macedones, ut non ſit neceſſe mihi apud eos diutius demorari: apud uos autem neceſſe eſt ut maneam uel hyemem.

mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in uictoria. Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum eſt: uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum noſtrum ieſum Chriſtum. Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles: abundantes in omni opere domini, ſemper ſciētes quod labor ueſter non eſt inanis in domino.

Cap. XVI.

DE collectis aut quæ fiunt in ſanctos: ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ: ita & uos facite per unam ſabbati. Vnuſquiſq; ueſtrū apud ſe reponat, recondens q̄d ei bene placuerit, ut non cū uenero tunc collectæ fiant. Cū autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittā perferre gratiā ueſtrā in Hieruſalē. Quod ſi dignū fuerit, ut ego eam, mecū ibunt. Veniam aut ad uos, cum Macedoniā pertranſiero. Nā Macedoniā pertrāſibo. Apud uos aut forſitan manebo: uel etiā hyemabo: ut uos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim uos modo in tranſitu uidere. Spero enim me aliquantulū temporis manere apud uos: ſi dñs permiſerit. Permanebo aut Epheſi uſq; ad pentecoſten. Oſtiū enim mihi apertū eſt magnū & euidēs, & aduerſantes multi. Si aut uenerit Timotheus, uidete ut ſine timore ſit apud uos. Opus enim domini operat, ſicut & ego. Ne quis ergo illū ſpernat. Deducite aut illū in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illū cum fratribus. De Apollo aut fratre uobis notū facio, quoniā multū rogaui eū, ut ueniret ad uos cū fratribus, & utiq; non fuit uoluntas eius, ut nunc ueniret. Veniet aut cū ei uacuū fuerit. Vigilate, ſtate in fide uiriliter agite & cōfortamini, omnia enim ueſtra in charitate fiant. Obſecro aut uos fratres, noſtis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſteriū ſanctorū ordinauerūt ſeipſos, ut & uos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperāti & laboranti. Gaudeo aut in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniā id qđ uobis deerat, ipſi ſuppleuerunt. Refecerunt enim & meū ſpiritū & ueſtrū. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. Salutant uos eccleſiæ Aſiæ

B

C

D

p ¶ Si autem uenerit Timotheus &c.] Sine tribulatiōis formidine, uel etiam ueſtri contemptu. q ¶ Deducite aut illum in pace ut ueniat ad me. Expecto enim illū cum fratribus.] Nihil admittentes, quod ad animæ eius faciat læſionem. r ¶ De Apollo autē fratre uobis notum facio quoniam multū rogaui eū ut ueniret ad uos cū fratribus, & utiq; non fuit uoluntas, ut nunc ueniret. Veniet autem cum ei uacuū &c.] Vigilate mētis oculis ad diaboli aſtutias præcauendas. State, quia ſtantibus difficile ſomnus obrepit. s ¶ Viriliter agite.] Muliebris enim omnis inconſtātia & uarietas indicatur. t ¶ Et confortamini, omnia enim ueſtra in charitate fiant.] Vt ſit in ueſtra uirtute profectus, omnia nō inanis gloriæ cauſa, ſed charitatis gratia facere feſtinate. u ¶ Obſecro autem uos fratres, noſtis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam ſunt primitiæ Achaiæ & in miniſterium ſanctorū ordinauerunt ſeipſos: ut & uos ſubditi ſitis eiuſmodi & omni cooperanti &c.] Quia præſentes ſunt apud uos, & in illis magnū poteſtis habere profectum. Siue quia mihi uenerunt pro uobis miniſtrare officiū charitatis. x ¶ Refecerūt enim & meum ſpiritum & ueſtrū.] Meum ſpiritum charitate pro uobis, ueſtrū pro mea lætitia, refecerunt. y ¶ Cognoſcite ergo q̄ eiuſmodi ſunt.] Vnde & alibi ait: Cognoſcite eos q̄ ita ambulant, ut habetis formam noſtram. Hos cognoſcite, honorate cognoſcentes eorū ſtudiū uel laborem. z ¶ Salutant uos eccleſiæ Aſiæ. Salutant uos in domino multum Aquila &c.] Domeſticam congregationem fraternitatis

Philip. 3. d

A nitatis,ecclesiam nominauit. *a* ¶ Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dñm nostrum Iesum Christum sit anathema.] Sicut illis qui eum amant redemptio uenturus est Christ⁹: Ita & qui eum non amant anathema sit, id est ut illos abominet & perdat. *b* ¶ Maranatha.] Magis Syrum est q̄ Hebræū, tametsi ex cōfinio utrarūq; linguarū aliquid Hebræum sonet. Et interpretatur dominus noster uenit.

Asiæ. Salutant uos in domino multum Aquila & Prisca: cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutāt uos oēs fratres. Salutate inuicē i osculo sancto. Sālutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominū nostrū Iesum Christum, sit anathema Māranatha. Grātia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Chāritas mea cum omnibus uobis in Christō Iesu. Amēn.

c ¶ Gratia domini uobiscum.] Propriæ manus cōsueta subscriptio. *d* ¶ Charitas mea cū omnibus uobis.] Vt quomodo uos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. *e* ¶ In Christo Iesu.] Non secundum seculi charitatem. *f* ¶ Amen.] Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat: quo modo inquiens, dicit amen super tuam benedictionem?

C

COMMENTARIA IN SECVNDAM epistolam ad Corinthios.

PAulus apostolus Iesu Christi.] Quæritur cur in omnibus epistolis contra usum epistolarum, primū suum nomen ponat, q̄ eorum ad quos literæ destinantur. Sed hoc ex autoritate apostolici ordinis, qa minorib⁹ scripsit: ut etiam seculi iudices solent ad eos quos regūt, scripta dirigere. Per uoluntatem dei, id est non hominum uolūtate. Simul uult ostendere nō sine uoluntate patris se missum à Christo.

B

b ¶ Et Timotheus frater &c.] Non dixit Paulus & Timotheus, quia nō ambo apostoli. ad Philippēses uero ubi non erat tanta autoritas necessaria, serui ambo ponuntur. *i* ¶ Cum omnibus sanctis qui &c.] Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur inuocātes dominum, & ad Philippenses cum episcopis & diaconibus. Ideo autem postea nominantur, ne parum intelligentes, eos prætermissos esse putarent. Cum sint in ecclesia cōprehensi Achaiæ, cuius est metropolis Corinthus. *k* ¶ Gratia uobis & pax à deo patre &c.] Hæc est solita salutatio. Hic gratias agit deo gaudens se ideo consolari ut ipse alios consoletur. *l* ¶ Benedictus deus pater domini nostri Iesu pater &c.] Quia ex ipso est omnis misericordia. *m* ¶ Et deus totius consolationis, qui consolatur nos.] Id est perfectæ cōsolationis, quia nō est minus tribulatione solatiū. *n* ¶ In omni tribulatione nostra.] Id est, non in aliquibus, sed in omnibus. *o* ¶ Vt possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt: p exhortationē qua exhortamur & ipsi à deo.] Id est propterea liberamur, ut & nos alios consolari & de tristicia liberare possimus. Aut ita formā dat nobis alios consolandi, ut per exhortationē qua ipsi à deo consolamur agnoscamus quod deus timentiū se neminem derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in præsenti non deserit. *p* ¶ Quoniā sicut abundāt passiones Christi in nobis.] Id est, p nomine Christi. *q* ¶ Ita & per Christū abundat consolatio nostra.] Vt Petrus est de carcere liberat⁹, & Paulus uisione domini & uoce cōfirmatus in templo. *r* ¶ Siue aūt tribulamur pro uestra exhortatione & salute.] Quia uos ad salutem hortamur: uel ut uobis exemplum tolerantiæ præbeamus. *s* ¶ Quæ operatur sufferentiam earundem passionum quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis.] Id est ideo liberamur ut ipsa re confirmemini nō pertimescere passiones, uel ut uos hortemur patienter ferre illa quæ ad præsentē consolationē pertinēt & futuram. *t* ¶ Scientes quoniam sicut socij passionum estis, simul & cōsolationū eritis.] Id est, hæc est spes nostra firma pro uobis. *u* ¶ Non em̄ uolumus uos ignorare fratres de tribulatiōe nostra quæ facta est in Asia.] Narrat suas passiones, ut illi se ad illarum compa-

D

SECVNDA EPISTOLA AD CORINTHIOS

PAulus āpostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei, & Timōtheus frater ecclesię dei quæ est Corinthi, cū omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Grātia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Bēnedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi pater misericordiarū, & deus totius consolātionis, qui cōsolatur nos in omni tribulatiōne nostra, ut possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationē qua exhortamur & ipsi à deo. Quoniā sicut abundāt passiōes Christi in nobis: ità & per Christū abūdat cōsolatio nostra. Siue aūt tribulamur pro uestra exhortatione & salute: siue cōsolamur pro uestra cōsolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute, quæ operatur tollerātiā earū dē passionū quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis. Scientes quoniā sicut socij passionū estis: sic eritis & cōsolatiōis: nō ēnim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra q̄ facta est in Asia: qm̄ suprā modū grauati sumus supra uirtutē: ità ut tæderet nos etiā uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsū mortis habuimus: ut nō simus fidētes i nobis: sed in deo

x ¶ Quoniam supra modum grauati sumus.] Supra uirtutem grauati pondere passionum. *y* ¶ Ita ut tæderet nos uiuere &c.] Ita ut mori omni desiderio cuperemus. *z* Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus: ut nō simus fidentes in nobis &c.] Hoc est in nostra prudentia uel cautela. *a* ¶ Sed in deo qui suscitauit mortuos &c.] Ipsa mors docuit nos, omne humanum auxilium defecisse, & ab illo solo sperandum esse remedium, cui etiam possibile est mortuos suscitare.

in deo qui ſuſcitat mortuos: qũi de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus: quoniã & adhuc eripiet, adiuuantibus & uobis in oratione prõ nobis: ut ex multarũ perſonis facierũ eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nam gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ conſcientię noſtræ. Quod in ſimplicitate cordis & ſynceritate dei, & nõ in ſapientia carnali, ſed in gratia dei cõuerſati ſumus in hoc mundo: abundantius aũt ad uos. Non enim alia ſcribimus uobis cę quæ legiſtis & cognouiſtis. Spero aũt quod uſq; in finem cognoſcetis: ſicut & cognouiſtis nos ex parte, quia gloria ueſtra ſumus ſicut & uos noſtra: in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Et hac cõfidentia uolui prius uenire ad uos, ut ſecundã gratiã haberetis, & per uos trãſirem in Macedoniã, & iterum à Macedonia uenire ad uos, & à uobis deduci in Iudæã. Cum ergo hoc uoluiſſem: nunquid leuitate uſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundũ carnẽ cogito, ut ſit apud me eſt & non eſt? Fidelis autẽ deus, quia ſermo noſter qui fuit apud uos, non eſt in illo, eſt & non, ſed eſt in illo eſt. Dei enim filius Ieſus Chriſtus qui in uobis per nos prædicatus eſt: per me & Siluanũ & Timotheũ, nõ fuit in illo eſt & non, ſed eſt in illo fuit Quotquot enim promiſſiones dei ſunt in illo eſt. Ideo & per ipſum dicimus amen deo ad gloriam noſtram. Qui autem confirmat nos uobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos deus & qui ſignauit nos, dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Ego aũtem teſtem deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis non ueni ultra Corinthum, non quia dominamur fidei ueſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Nam fide ſtatis.

Cap. II.

STatui aũtem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia uenirem ad uos. Si enim ego contriſto uos, & quis

A a ¶ Qui de tantis periculis eripuit nos & eruit adhuc in quem ſperamus, quoniã liberauit nos.] Scit ſe adhuc multa paſſurum qui ſperat ſe liberandum. b ¶ Adiuuantibus uobis.] Niſi laborans non dicitur ab alio iuuari. c ¶ Per orationem pro nobis.] Multum ualet oratio totius eccleſiæ quæ Petrum de carcere liberauit. d ¶ Vt ex multarũ perſonis facierum eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agãtur deo pro nobis.] Id eſt ut ex multorũ conuentu pro eo qd uobis donamur, dño gratiæ referantur: uel quia multis donati ſumus, plures cõuertentes, per nos gratiã agũt. e ¶ Nam gloria noſtra hæc eſt.] Ideo in ipſis paſſionibus gloriamur quoniam conſcientia nos minime reprehendit, eo quod gloriæ uel lucri cauſa docere uideamur. f ¶ Teſtimonium conſcientiæ noſtræ.] Id eſt beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. g ¶ Quod in ſimplicitate & ſynceritate dei nõ eſt.] Quomodo deus ſimplex eſt & ſyncerus.

B b ¶ Non in ſapientia carnali ſed in gratia dei conuerſati ſumus in mũdo.] Hoc non ſubdole uel aſtute docentes, ut ſapiẽtia carnalis quæ mercede diſtrahitur, ſed gratis: ſicut à deo accepimus, uel dei ſolius cauſa docemus. i ¶ Abundantius aũt ad uos.] A quibus nec uictum qui nobis iure debetur accepimus.

k ¶ Non enim alia ſcribimus uobis.] Non confundor, quia uos noſtis certum eſſe quod dico. l ¶ Quam quæ legiſtis & cognouiſtis.] In eſt, quæ legiſtis in epiſtola, cognouiſtis in cõſcientia. m ¶ Spero autem quod uſq; in finem cognoſcetis.] Id eſt, certus ſum meum propoſitum non mutari. n ¶ Sicut & cognouiſtis ex parte nos.] Quia nondum finis eſt, cum aũt uenerit ex integro cognoſcetis. o ¶ Quia gloria ueſtra nos ſumus ſicut & uos noſtra.] Sic gloriantur diſcipuli de bono doctore, quomodo & magiſter in bonis diſcipulis gloriatur. p ¶ In die domini noſtri Ieſu Chriſti.] Quando & ueri magiſtri & boni diſcipuli probabũtur. q ¶ Et hac confidentia &c.] Id eſt, quod nihil aliud ueſtrum quæſiui q̃ ſalutem. r ¶ Vt ſecundã gratiam haberetis &c.] Quia primam in primo habuiſtis aduentu: uel ut gratiam ſecundã præſentiæ meæ poſt literas haberetis. ſ ¶ Cum ergo hoc uoluiſſem &c.] Quia promiſſum non impleuerat, ne leuitatis accuſaretur ſe excuſat. t ¶ Aut quæ cogito ſecundum carnem cogito.] id eſt, ſecundũ carnalem uoluntatẽ, carnale enim eſt aliquem nulla maiore cauſa exiſtente non facere quæ promiſit. u ¶ Vt ſit apud me eſt & non.] Ideo non cogito ſecundũ carnem ut nõ mendax uel duplex inueniar.

C x ¶ Fidelis autem deus.] Ita & nos per quos ipſe loquitur: dum eum imitamur non ſumus infideles. y ¶ Quia ſermo noſter q̃ fuit apud uos &c.] Nulla in eo ambiguitas, nec nos uobis ſumus aliquando mentiti. z ¶ Dei enim filius Ieſus &c.] Quare cũ promiſiſſet ire ſe ad centurionis puerum non perrexit? Sed affuit ſpirituali gratia qui non affuit præſentia corporali. Sed eſt in illo fuit id eſt immutabilis ueritas, ut ad Moyſen dicit. Qui eſt miſit me. Ille enim uere eſt, qui ſemper idem eſt. Exo. 3. d

a ¶ Quotquot enim promiſſiones dei ſunt &c.] Omnis ueritas promiſſionis in Chriſto eſt: quæ per nos ad dei gloriam prædicat. D b ¶ Qui aũt confirmat nos uobiſcum in Chriſto.] Gratia & doctrina. Et quia dixerat per nos, modo oſtendit deum totũ facere, qui in eis iſta omnia operatus eſt. c ¶ Et qui unxit nos deus.] Spiritu ſancto uel chriſmate. d ¶ Et qui ſignauit nos.] Illud ſignatur, quod aliquid intrinſecus continet precioſum. e ¶ Et dedit pignus ſpiritus &c.] Id eſt pro arra, ſpiritus gratiã: omnis aũt arra pro magnitudine precij dari ſolet. Quantũ ergo precium eſt, cuius tanta eſt arra? f ¶ Ego aũt teſtem inuoco.] Reddit cauſam non impleti promiſſi, hoc non ſuæ leuitati, ſed illorum infirmitati aſſerit deputandũ. g ¶ In animã meã.] Cuius ſecreta ſolus agnoſcit. h ¶ Quod parcens uobis &c.] Ne in uobis acrius uindicarẽ. i ¶ Non quia dominamur fidei ueſtræ &c.] Nõ quod ideo crediderit ut uobis dominemur, ſicut ĩ lege ſacerdotes, & ideo uos terremus, ſed omnia ad ueſtram facimus emendationẽ, ut hic in conſcientia & in perpetuo gaudeatis, ne ipſa libertate uſi fueritis in peius. k ¶ Nã fide ſtatis.] Fide nõ lege. i. credẽdo Chriſto ſtare cœpiſtis. Cap. II.

STatui aũt hoc ipſum apud me: ne iterum in triſtitia uenirem ad uos.] Cogitaui uel diſpoſui, ne in triſtitia ſecũdo uenirem. Qui cum primũ credidiſtis, apud uos in gaudio fui. m ¶ Si enim contriſto ego uos &c.] Propterea id facio ut poſſim gaudere de uobis.

¶ Niſi

quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uobis, ut non cum uenero tristitiam super tristitiam habeam: de quibus oportuerat me gaudere confidens in omnibus uobis, quia meum gaudium omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis. Si quis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte ut non onerem omnes uos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita ut econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi uobis ut cognoscam experimentum uestrum an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donatis, & ego. Nam & ego quod donaui: si quid donaui propter uos in persona Christi, ut non circunueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum uenissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum. Sed uale faciens eis, profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu: & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: qa Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei: sed ex synceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Cap. III.

Incipimus

A a ¶ Nisi qui contristatur ex me.] Qui enim contristatur, intelligit se peccasse: sicut æger qui dolore sentit, potest percipere sanitatem, & ad medici læticiam pertinere. b ¶ Et hoc ipsum scripsi uobis.] Modo enim ideo scribo uel ante scripsi, ut literis emendati, præsente me gaudere faciatis. c ¶ Vt non cum uenero tristiciā super tristiciam habeā.] Tristiciam habeo qa peccastis: quæ magis augebit, si uos non perfecte uidero emendasse. d ¶ De quibus oportuerat me gaudere.] De quibus semp gaudere debuerā, uel de emendatione gratulari. e ¶ Confidens in omnibus uobis: &c.] Id est, confido uos intelligere, quia tunc fit uerum gaudium uestrum si ego gaudeā. Siue cōfido quod me taliter diligatis, ut meum gaudium uestrum esse dicatis. f ¶ Scripsi uobis per multas lachrymas.] Primā epistolam qua uos corripui, & hinc intelligendum q̄ fuerit de omnium salute sollicitus. g ¶ Non
B ut contristemini: sed sciatis quam charitatem habeam.] Non ideo commemoro ut iterum cōtristemini: sed ut sciatis me omnia in charitate fecisse. h ¶ Abundātius in uobis.] Ex maiori sollicitudine, abundantiorem cognoscite charitatem. i ¶ Si quis autem contristauit.] Quia per illius peccatum uos etiam correpti, amplio⁹ profeciſtis. Siue qui me emendauit, non me penitus contristauit. k ¶ Sed ex parte.] Id est, ex ea solū parte qua nocuit sibi, dū illi necesse est pœnitere. l ¶ Vt nō onerē omnes uos.] Ideo scribo eum recipi, ut non oneremini si per uestrā duritiā desperauerit de salute. m ¶ Suffi-
cit illi qui eiusmodi est &c.] Non de illo solū dicit qui paternū polluit thorum, sed de omni peccante: nā multos illic peccasse, epistola prima demonstrat. n ¶ Ita ut econtrario magis donetis.] Vt contra obiurgationem donetis ueniam. o ¶ Et cōsolemini.] Verbis prophe
Ezech.18.f tiæ dicētis: Nolo mortē peccatoris. Et, iniquus quacūq; die fuerit conuersus non memorabuntur peccata eius.
c.33.c p ¶ Ne forte abundantiore &c.] Ne forte per desperationē indulgentiæ absorbeat gurgite uitiorū, & à diabolo persuasus, ad infidelitatis & blasphemiæ maiora præcipitia deducat. q ¶ Propter quod obsecro uos &c.] Qua perfecte recognoscat se ueniā consecutū. r ¶ Ideo enim & scripsi uobis ut cognoscam &c.] Vt uideam si quomodo obaudistis in uindicando: ita obaudiatis in indulgendo. Obedientia enim illa uera & perfecta est, quæ in nullo contemnit. s ¶ Cui autem aliquid donatis, & ego.] Sicut uobiscum uindicaui: ita & dono uobiscū. t ¶ Nam & ego quod donaui.] Non in mea persona, sed in Christi qui dixit: Quæcunq; solueritis in terra, erunt & in cœlo soluta. u ¶ Si quid donaui propter uos.] Ne uos grauemini uel cōtristemini. x ¶ In persona Christi.] Quia uice fungimur Christi. y ¶ Vt non circūueniamur &c.] Nec enim eius ignoramus uersutias. Idē similiter circunuenit per nimiā duritiam peccatores, ut pereāt desperando: quomodo nimia remissione minime corrigendo. Vnde Salomon ait: Non declines in dexteram neq; sinistrā. Quamuis ergo tota Prouer.4.d epistola cōtra Nouatum sit, tamen hic eui dentissime ostēditur à diabolo circunuentos pœnitentiā denegare: cuius ista uersutia est: ut sub specie iusticiæ fallat incautos. z ¶ Cum uenissem autē troadem &c.] Modo illis uult probare quāto amplius eos diligat: quorum causa tantum sollicitus est ut cum essent
D illi omnia ꝓsperata, nullam requiē habueris, quia Titū quē ad eos uidēdos miserat, non inuenit, timēs iā, ne minime eos correxisset; quia nondum ei quicq̄ renunciauerat Titus. a ¶ Sed uale faciens eis &c.] Cito inde egressus sum: quāuis occasionē habuerim prædicandi. b ¶ In Macedoniam.] Per quā à uobis Titus erat utiq; rediturus. Vicinior est enim Macedonia Achaiæ q̄ Troadæ: deniq; cum ibi esset, dicit Titum postea aduenisse. c ¶ Deo aūt gratias &c.] Triūphare facit nos per Christū, uel in nobis ipse triūphat. d ¶ Et odorem &c.] Odor noticiæ dei, per doctrinam manifestat & signa. Odor aūt ideo dicitur, quia sentitur potius q̄ uidetur, & quia primo credentes, aliquid tanq̄ per modicum odorem sentire ualebāt. e ¶ Quia Christi bonus odor &c.] Quidā ita dicūt, noster labor deo semper est gratus, qa omnibus prædicamus seu uelint credere seu nolint: sed hic proprie de illis dicitur, qui uel sanabantur per ipsos, uel in quibus uindicta fiebat. Bonus ergo odor in utrisq; qa iustus. f ¶ Et ad hæc &c.] Ad hæc facienda quis potest tam idoneus esse q̄ nos qui ad hoc sum⁹ electi? g ¶ Nō enim &c.] Pseudoapostolos tāgit humanū sensum diuinæ prædicatiōi miscētes. Vnde Esaias ait: Caupones tui miscēt uino aquā, id est, mē- Esa.1.f
ræ doctrinæ adulationis mollia uerba, qbus hoies nō tā inebriati seruēat q̄ delectati tabescāt. h ¶ Sed ex &c.] Ex deo ꝓcessit doctrina quā scim⁹ ipso præsente ī psona dicere Christi .i. sicut ipse prædicauit.

A INcipimus iterum nosmetipsos commendare.] Non ut cõmendemus nos uobis ista dicendo, laudare nos uolumus: sed hæc ne ab alijs seducamini cogimur commemorare. *b* ¶ Aut nũquid egemus sicut quidã &c.] Quos non cõmendat gratia uirtutum, illos digne commendãt epistolæ amicorum. *c* ¶ Epistola nostra uos estis.] Per uestram fidem omnibus commendamur, sicut alibi dicit: Signaculum apostolatus mei uos estis. *d* ¶ Scripta in cordibus &c.] In conscientijs nostris, & uos nobis prædicantibus credidisse, uel in corde nostro est prædicatio per quam epistola nostra estis facti, quæ cognoscit & quæ legitur ab omnibus hominibus & manifestatur. *e* ¶ Quoniã epistola estis Christi ministrata à nobis.] Omnibus manifestũ est, Christo uos per nostrã credidisse doctrinam, confirmante uirtutẽ spiritu sancto. Siue uere hinc cognoscimini Christi esse, quod eius spiri-
B tũ accepistis. *f* ¶ Ministrata à nobis.] Hoc est spiritu sancto præparata. *g* ¶ Et scripta: nõ atramento: sed spiritu &c.] Hic differentiã indu-cit legis & gratiæ. Iudæi in dura materia legem acceperunt, significante duritiam mentis eorum, sicut & uelamen faciei Moysi, cordis eorũ uelamen ignorantiæ portendebat. Nos uero quamuis legem Christi scriptam in euangelijs habeamus: tamen in primis non quasi absentes tabulis scriptis, sed præsentes per auditũ domini uerba corde suscepimus. Euangelia uero postmodum scripta sunt, ad memoriã posterorum. Si ergo inexcusabiles sunt qui legem in lapidibus acceperunt: quãtomagis nos qui uerba Christi suscepimus si pecce-
Hebr.2.b mus: ut ad Hebræos scribitur. Si enim illi non effugerũt super terram loquente illis, & reliqua. *h* ¶ Fiduciã autem talem habemus per Christum ad deum.] Quia non uimus uos per nos credidisse: uel quod nos non humana epistola sed gratia diuina cõmendat. *i* ¶ Non quod &c.] Vult ostendere se nihil sua prudẽtia facere uel uirtute, quia pauci homines rustici, nunq̃ sine dei gratia totum mundum saluare potuissent. *k* ¶ Sed sufficientia &c.] Ideo hoc præmisit, quia dicturus erat tanto maius se q̃ Moysen mysterium suscepisse: quanto maius est nouum testamentũ lege, ut eos à falsis apostolis sibi detrahentibus reuocaret. *l* ¶ Qui & idoneos nos &c.] Dũ ad hoc idonei adimplendũ non essemus. *m* ¶ Non litera &c.] Nõ literæ legis sed spiritui gratiæ ministrantes. *n* ¶ Litera enim &c.] Quomodo alibi dicit legẽ
Rom.7.c esse spiritualem spiritualibus. Cæterum peccatores occidit. gratia autem uiuificat impium cõuertentẽ. Quidam dicunt q̃ historicus intellectus occidat: nescientes quod nec ubiq̃ historia, neq̃ ubiq̃ possit allegoria seruari: nã sicut quædam in figura dicta sunt, ita si præcepta uelis C allegorice intelligere, omnem uirtutem eorum euacuãs, omnibus aperuisti uiam delinquendi. Sed ille uerus spiritualis intellectus est qui non uerisimilibus coloribus pulchrum mendacium pingit, sed uirtute rerum ipsam rem exprimit ueritatis. *o* ¶ Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria.] Quæ mortificat peccatores: cæterum ipse eam sanctã & iustam & bonam alibi dicit. *p* ¶ Ita ut non possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi.] Id est contra Manichæos. Nunq̃ enim Apostolus posset contrario comparare, id est, maiorẽ ministrorum noui testamenti q̃ Moysi gloriam dicere, si inter eos non uideretur esse cõmunio. *q* ¶ Propter gloriam uultus eius quæ euacuatur.] Gloria legis per gloriã euangelij euacuat: sed ita euacuat ut proficiat: sicut infantem ipse dicit euacuari in uiri perfecti ætatem. Semen quoq; euacuat in fru- D ctum, melior fructus semine, sed sine eo esse non potest. Fructus non perit, sed multiplicabit semen in fructu & ita euacuatur sicut prophetia & scientia destruentur.

INcipimus iterum nosmetipsos cõmendare. Aut nunquid egemus sicut quidam commendaticijs epistolis ad uos aut ex uobis. Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris quę scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quoniã epistola estis Christi ministrata à nobis & scriptã, non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christũ ad deum. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamẽti: nõn litera sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem uiuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nã si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministeriũ iusticiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est: multo magis quod manet in gloria est. Hãbentes igitur talem spem multa fiducia utimur. Et non sicut Moyses ponebat uelamẽ super faciem suam: ut nõn intenderent filij Israel in faciem eius: quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodier-

num

r ¶ Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.] In gloria nostra quæ ut perfecta nõ potest euacuari. *s* ¶ Nã si ministratio damnationis in gloria est.] Exposuit quod superius dixerat: literam occidere, ministrationẽ esse mortis iam dãnando peccantes. *t* ¶ Multo magis abundat &c.] Quod ministrat iusticiam admittendo peccata. *u* ¶ Nam nec glorificatum est &c.] In comparatione gloriæ euangelicæ obumbratur gloria legis: ut orto sole lumen obtunditur lunæ cum tamen suo tempore magnũ habeat fulgorem: hoc ostẽdit etiam dominus cum ascendens montẽ solus, splendore solis uisus est radiasse: cum tamen Moyses & Helias uisi in gloria, referantur, & ideo uox desuper patris ipsum solum præcepit audiri. *x* ¶ Si enim quod euacuatur per gloriam est &c.] Si euacuandum per gloriam datum est testamentum, quanto magis erit quod permanet glorio *y* ¶ Habentes igitur talem spem.] Talem spem *z* ¶ Multa fiducia gloriæ, quia spe salui facti sumus. *a* ¶ Et non sicut Moyses ponebat uelamẽ super faciem suam.] Non ita facimus, quia iam omnes Christiani uident gloriam domini sancto spiritu reuelante. *b* ¶ Vt non intenderẽt filij Israel &c.] Vsq; in finem eius: id est, usq; in finem uitæ eius: ita & lex non intelligitur usq; dum in finem eius id est, dum Christo credatur. *c* ¶ Quod euacuatur.] Velamẽ nũc euacuatur in Christo. *d* ¶ Sed obtusi sunt sensus eorũ, usq; in hodiernũ diem.] Nisi enim crediderint, intelligere secundũ prophetã omnino non possunt.

¶ Idipsum

num diē idipſum uelāmen in lectione ueteris teſtamenti manet nō reuelatum, qūod in Chriſto euacuatur: ſed uſq; in hodiernū diem quum legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum aūtem cōuerſus fuerit ad deum auferetur uelamen. Dōminus autem ſpiritus eſt. Vbi āutem ſpiritus domini, ibi libertas. Nōs uero omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eāndem imaginem transformamur à clāritate in claritatem tanquam à domini ſpiritu.

Cap. IIII

IDeo hābentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, nōn deficimus, ſed abdicamūs occulta dedecoris, nōn ambulantes in aſtutia: nēq; adulterātes uerbum dei, ſed in mānifeſtatione ueritatis, commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum cōram deo. Quod ſi ētiam opertū eſt euangeliū noſtrum, in his qui pereūt eſt opertum, in quibūs deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij glorię Chriſti qui eſt imago dei. Nōn enim noſmetipſos prędicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. Nōs autem ſeruos ueſtros per Ieſum, quōniam deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illūxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei in faciē Chriſti Ieſu. Hābemus autem theſaurum iſtūm in uaſis fictilib⁹, ut ſublimitas ſit uirtutis dei, & nō ex nobis. In ōmnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur. Aporiāmur, ſed nō deſtituimur. Perſecutionē patimur, ſed non derelinquimur. Humiliamur, ſed nō cōfundimur. Deij/cimur, ſed nōn pimus. Sēmp mortificationē Ieſu Chriſti in corpore noſtro circūferētes, ut & uita Ieſu manifeſtet in corporibus noſtris. Sēmp em̄ nos qui uiuim⁹ in mortē tradimur ꝓpter Ieſum, ut & uita Ieſu manifeſtet in carne

a ¶ Idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamenti manet non reuelatum.] Cuius figuram ille geſtabat in facie. b ¶ Quod in Chriſto euacuatur.] Qui finis eſt legis. c ¶ Sed uſq; in hodiernū diem cum legitur Moyſes, uelamen &c.] Ignorantiæ, ſuper cor eorum quibus legitur Moyſes: id eſt Iudæorū. d ¶ Cum autem conuerſus fuerit &c.] Cum conuerſus fuerit Iudæ⁹ ſicut Moyſes conuerteba/tur ad dominum au/diendū. e ¶ Dominus aūt ſpiritus eſt.] Nihil in illo obſcurū uel uelatū. f ¶ Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas.] Liber eſt ſpiritus, & idcirco non poteſt uelamen accipere, cū magis ipſe oīa reuelet, quia qui ſpiritum dei habet, omnia illi nuda ſunt & aperta, qa ſpiritus omnia ſcrutatur. g ¶ Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes.] Euidenter & clare domini gloriam cōtemplamur. h ¶ In eandem imaginem transforma/mur.] Quam dominus oſtendit in mōte, ſicut alibi dicit: Qui transfigurauit corp⁹ hūilitatis noſtræ, conforme corpori claritatis ſuæ: Siue transformamur q̄tidie & nitimur transformari. i ¶ A gloria in gloriā tanquā à domini ſpiritu.] Id ē, ab hac gloria in futuram proficimus, ſpiritu domini operante.

Cap. IIII

IDeo habentes hāc adminiſtratiōm.] Quia per nos idonei tanto officio non eramus. l ¶ Non deficimus.] In omnibus tribulationibus noſtris. m ¶ Sed abdicamus occulta dedecoris.] Id eſt occulta uitiorum. Dedecus eſt enim delinquere Chriſtianum. n ¶ Non ambulantes in aſtutia.] Nō turpis lucri gratia prædicātes. o ¶ Neque adulterantes uerbum dei.] Per adulationem excuſando peccata, ut aliqui cauſa lætificādi cor hominis uerbo dei ſermonē uilem admiſcent, & per terram repunt. p ¶ Sed in manifeſtatione &c.] Sed ita manifeſtū eſt apud homines uerum eſſe quod dicimus, ut eorum conſcientia teſtimoniū phibeat nobis, qui reſiſtant. q ¶ Coram deo.] Nō hominibus, id eſt, nō ꝓpter ipſos eis nos cōmendamus. r ¶ Quod ſi etiam &c.] Quaſi aliquis illi obieciſſet, quod hanc non omnes intelligant ueritatem, ſed non credentes, inquit, uel ſubdoli non fideles, etiam plurimi Iudæorū ignorabāt. s ¶ In quib⁹ deus huius ſeculi &c.] Deus ſeculi poteſt ita accipi quomodo princeps mūdi, quia ipſe ſibi in infidelibus uēdicat principatum: ſed propter calumniā hæreticorum ita intelligendum eſt, ut dicamus deum mentes infidelium huius ſeculi merito infidelitatis excæcaſſe, ſicut ait ſaluator: In iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiāt. Et ipſe Apoſtolus alibi ait: Quia nō crediderunt ueritati, ſed conſenſerunt iniquitati: miſit illis deus ſpiritū erroris: hoc eſt dari permittit, quia credere noluerunt: quaſi ſi medic⁹ inobedientem ægrum deſerat, ipſe ægritudinē dicit prolōgaſſe, cū tota illius culpa ſit, quia audire cōtempſit. Tamē ſi rurſus roget & obtemperet, poteſt recipere ſanitatem. t ¶ Qui eſt imago.] Imago expreſſa ſubſtantia dei, ſicut ſcriptū eſt ad Hebræos. u ¶ Non enim &c.] Qui enim commoda propria quærit, non Chriſtum, ſed ſemetipſum prædicat, ſicut qui ſuo uētri ſeruiūt. x ¶ Nos autem ſeruos.] Quia ueſtræ utilitati oīa procura⁹ exemplo Chriſti, qui formam ſerui accepit, non gloriæ, nec auaritiæ cauſa docemus. y ¶ Quoniā deus qui dixit &c.] Hoc cōtra omnes inimicos ueteris teſtamenti, quia à patre Chriſti eſt datum. z ¶ Ipſe illuxit in cordib⁹ &c.] Illuxit primus in cordibus noſtris per Ieſum Chriſtum, ut nos alios illuminare poſſimus. a ¶ In facie Chriſti Ieſu.] Quæ claritas eſt in facie Chriſti maior q̄ Moyſi: uel in pſona Chriſti nos homines ſcientia illuminamus. b ¶ Habemus aūt.] Hic incipit oſtēdere quare tanta & talia patianē, quia de hoc illis pſeudoapoſtoli detrahebant. c ¶ Theſaurū &c.] Theſaurū gratiæ ſpiritualis in fragili corpore baiulam⁹, in quo etiā cum alios ſanemus, ipſi aliquotiens infirmamur, ut quod facimus nō nr̄æ uirtutis, ſed dei eſſe noſcatur. d ¶ In oīb⁹.] Perſecutionem quidem patimur, ſed per ſolatiū futuræ ſpei, nō anguſtiamur, ſed ampli⁹ delectamur. e ¶ Aporiamur &c.] Et cæde & opprobrijs, ſed diuino nō deſolamur auxilio. f ¶ Deijcimur, ſed non perimus.] Vſque ad deſperationē uitæ uenimus, ſed nō morimur: ſed & ſi morimur, nō perim⁹. g ¶ Semper mortificationem.] Per tribulationē ſicut alibi ait: Quotidie morimur p ueſtram gloriam: ergo ſi cōmorimur inquit, & cōuiuemus. Illi aūt qui nolunt cōmori, nec conuiuent. h ¶ Semper enim &c.] Quandiu ſumus in corpore. i ¶ Propter Ieſum &c.] Nō ꝓpter opera mala, ſed ꝓpter corpus eius, id eſt, eccleſiā patimur, qd paſſus eſt ille ꝓ nobis, ut uita ei⁹, hoc ē æterna manifeſtet ī carne nr̄a mortali, ut poſſit

1. Cor. 15. d

A fieri immortalis. Nondum enim apparuit in nobis quid
1.Ioan.3.a erimus. a ¶ Ergo mors &c.] Nunqd in nobis ſemper erit mors, & in uobis uita & futura & præſens? b ¶ Habentes autem &c.] Increpat eos qui falſis apoſtolis crediderunt: idcirco Paulum paſſionibus ſubiacere, quia ſi dei minoris ſit. Si ergo per fidem tribulari non poſſit, econtrario oſtēdit ſe propter fidem talia ſuſtinere: illos uero cauſas odij non habere per adulationē atq; diſſidiū. Vnde ad Galatas ait:
Gal.6.c Qui uolunt in carne placere tantū, ut crucis Chriſti perſecutionem minime patiantur. c ¶ Credidi ꝓpter &c.] Hoc teſtimonio credere ſe probat. Si enim ille ideo quia credidit loquebatur: nemo enim ſanæ mentis alteri affirmat quod ipſe nō credit: ergo & nos qui loquimur, inquit, credimus: qui etiā propterea tribulamur.
d ¶ Sciētes quoniā.] Firmiter tenētes hāc fidem, à qua nec morte diuellimur. e ¶ Et nos cum Ieſu &c.] Sicut illum ſuſcitauit, &
B nos, ſi ꝓ eo morimur. f ¶ Omnia propter uos.] Oīa ideo patimur, quia fideliter ueſtram ſalutem quærimus & optamus.
g ¶ Vt gratia abundans ꝓ multos in gratiarum actiones &c.] Hunc ſenſum habet, ut per multitudinem credentium propter gratiam abundantē, & gratiarū actio abūdet in gloria dei. h ¶ Propter qđ non.] Propter uos & propter gloriā dei in omnibus tribulationibus & opprobrijs non ceſſamus. i ¶ Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur.] Licet corpus paſſionum iniurijs corrumpatur, anima tamen ſpe futurorum quotidie confirmatur ad omnia ſuſtinenda. k ¶ Nam id quod præſens eſt &c.] Præſens tribulatio quantolibet tempore perſeuerās, ad comparationem immenſæ gloriæ æter-
Rom.8 næ breuis & facilis eſt, ſicut ad Romanos ait: Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. l ¶ Supra modum in ſublimitate.] Quia nulla comparatio poteſt eſſe. m ¶ Aeternū gloriæ pondus operatur in nobis.] Quia illud leue dixerat, ideo poſuit hic pondus, ſeruans metaphoram ſtatheræ: uel quod tribulationum pondus quæ ſupra modum ſunt in præſenti, ſublimitatem gloriæ æternæ perficiant. n ¶ Non contemplantibus nobis &c.] De uiſibilibus nec bonis mouemur, nec malis, quia utraque finiuntur.

Cap. V

SCimus enim quoniā ſi terreſtris domus noſtra &c.] Quaſi aliquis ei dixiſſet, quando iſtud erit cum ſciam me eſſe mortalē: ideo reſurrectionē gloriæ induxit. Do-

carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptū eſt: Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus, ꝓpter quod & loquimur, ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet uobiſcum. Omnia enim propter uos, ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione abūdet in gloriam dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia ſunt: quæ autem non uidentur, æterna ſunt.

Cap. V

SCimus enim quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ędificationem ex deo habemus domum nō manufactam, ſed æternam in cœlis. Nam & hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cœlo eſt ſuperinduí cupiētes: ſi tamen ueſtiti & non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt à uita. Qui autē efficit nos in hoc ipſum deus qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper & ſcientes, quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Audemus aūt & bonam uoluntatē habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad dominum

mus noſtra, inquit, terrenū corpus, in quo in hoc ſeculo adhuc corporaliter habitamus: ſi ante aduentū domini uel paſſionibus uel cōditione naturæ fuerit diſſolutum, cœleſtem incorruptionē ex deo corpore reuiuiſcente ſumemus. p ¶ Domum non &c.] Quia animale corpus quod dei quodāmodo manu dicitur eſſe plaſmatū, hoc ipſum ſpirituale fiet, per ſpiritum. q ¶ Nam & in hoc ingemiſcimus.] Gemitus hic pro labore accipitur, quia cū gemitu laboratur, ſicut & partus pro labore ponitur. Ad hoc ergo laboramus, ut illa ſupindui mereamur. r ¶ Si tamē ueſtiti.] A fide uel operē pietatis. s ¶ Nam & q ſumus &c.] Nam qui uiui inuenientur, hoc laborabunt, ut nō expolientur ab igne cū peccatoribus, cū omnia cœperint elementa cōſumi: ſed ut cum iuſtis immortalitate ſupindui mereantur. t ¶ Vt abſorbeat.] Quod abſorbeat non apparet cum ſit, ſicut ferrū ſi mittat in ignē manēte eius materia, totū fit ignis: nam & D
ſplendorem & calorē ipſius ignis aſſumit. u ¶ Qui aūt efficit.] Deum hoc dicit facere, ne cui impoſſibile uideretur. x ¶ Qui dedit nobis pignus ſpiritus.] Qui nobis dedit pignus ſpiritus, ut ſciamus quia templū ſui ſpiritus perire nō patitur. y ¶ Audentes igit ſemper & ſciētes.] Ideo hoc audemus petere, quia quādiu in corpore ſumus in hac uita, incertis iactamur euentibus, finem noſtri exitus neſcientes. Cum autem exceſſerimus è corpore, tunc ſcimus nos domino propinquare, quoniam aduerſis & incertis ſumus ſeculi moleſtijs liberati. z ¶ Quoniā dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino &c.] Peregrinamur, quia adhuc nō ſumus in hæreditate paterna. Vt peregrini ergo non debemus de huius ſeculi rebus magnopere curare, ſed neceſſarijs contenti, deſideriū omne & ſtudium perueniēdi ad patriam habeamus, quia fide adhuc ſperamus, & nondum ſpecie poſſidemus. Audemus autem & conſentimus, & prorſus hoc audenter ſe-
Philip.1.c gimus, ſicut alibi ait: Diſſolui & cum Chriſto eſſe multo magis melius. a ¶ Magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe &c.] Bene ait, peregrinari à corpore, quia ad id ſumus iterum regreſſuri. b ¶ Et præſentes eſſe ad dominum &c.] Quanquam creatori ſuo nulla creatura ſit abſens: ſed nos quodammodo tunc illi magis præſentes erimus, ut etiam perfecti, quum à carnis fuerimus fragilitate ſeiuncti. Siue quod ſecundum nos deo præſentes erimus, quia ſecundum illum abſentes eſſe nunquam poſſumus.

¶ Et ideo con-

dominum: & ideo contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero aut & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterum cõmendamus nos uobis, sed occasionem damus nobis gloriãdi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Si ue enim mẽte excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas enim Christi urget nos æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundũ carnem. Et si cognouimus secundũ carnem Christum, sed nũc iam nõ nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Omnia aut ex deo qui nos reconciliauit sibi p Christum, & dedit nobis ministeriũ reconciliationis. Quoniã quidẽ deus erat in Christo mundũ reconcilias sibi, non reputans illis delicta ipsorũ: & posuit in nobis uerbũ reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam deo exhortãte per nos. Obsecrámus p Christo, reconciliami-

carnaliter circunciſum cũ Iudæis omnia celebraſſe. Sed nunc iam iſta nõ nouimus, quia poſt reſurrectionẽ eius nouum eſt teſtamentũ. Aliter: Qui infirmi ſunt, carnaliter credunt Chriſto: perfecti uero intelligũt iam poſt reſurrectionem nihil imbecillitatis in eo eſſe carnalis.

r ¶ Si qua ergo in Chriſto noua creatura &c.] Si quis credit in Chriſto, noua eſt creatura: intelligẽs uetera, ſuo tempore fuiſſe diſſũcta, & amodo nouo more uiuendũ.

s ¶ Omnia autem ex deo.] Quia etiam præcepta innouata ſunt, tamen & noua & uetera ab uno deo pro diuerſitate temporum ſunt diſpenſata.

t ¶ Qui nos reconciliauit ſibi.] Quia peccando fueramus ab eo auerſi.

u ¶ Per Chriſtum.] Per Chriſti doctrinam, pariter & exemplum.

x Et dedit &c.] Vt & nos alios reconciliare poſſimus.

y ¶ Quoniam quidem deus erat in Chriſto &c.] Tribus modis ineſſe deum legimus: Secundum infinitatem omni creaturæ: ſicut ipſe dicit per prophetam: Nonne cœlum & terram ego impleo? Secundũ ſanctificationem & peculiarem inhabitationẽ in ſanctis, iuxta illud: Et inhabitabo in illis. Secundũ plenitudinẽ diuinitatis in Chriſto, dicente alibi Apoſtolo: Quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, mundum reconcilians ſibi. *Leuit.26.b* *Coloſ.2.b*

z ¶ Non reputans illis delicta ipſorum.] Hoc eſt, per ſolam fidem cognoſcens.

a ¶ Et poſuit in nobis uerbũ reconciliationis. Pro Chriſto ergo &c.] Vt pro Chriſto nos reconciliemus homines deo, cuius Chriſti uice, legati ſumus dei.

b ¶ Tanq; deo exhortante per nos.] Id eſt nõ ex nobis loquimur, ſed ex deo.

c ¶ Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo.] Quod dicit, hoc eſt: non inquit, nos p Chriſto depre-

camur

A a ¶ Et ideo cõtendimus ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi.] Iam modo tales eſſe actu conamur, quales futuri ſumus in regno, natura incorruptibili ſine dubio & perfecti. Hoc dicit: quandiu in mundo poſiti peregrinamur à dño, cõuerſatione bona id agamus, ut ei in futuro placere poſſimus, nõ ut quidã putant, quia poſtea q; exceſſerimus è corpore, ibi aliquid operãtes deũ promereamur.

b ¶ Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.] Pro magnitudine potentiæ ſedentis, magnitudo tribunalis, & terror iudicij æſtimanda ſunt.

c ¶ Vt referat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonũ ſiue malum.] Quia de reſurrectionis tempore fecerat mentionem: uult oſtendere animã omnia per corpus operatam, ſiue bonum, ſiue malum. Venite ad me benedicti. *Matth.25.c* Et: Diſcedite à me maledicti.

d ¶ Scientes ergo timorem domini hominib. ſuademus.] Scientes quantus metus ſit diuini iudicij, hominibus ſuademus ut caueãt: deo autem manifeſti ſumus, ſi nõ & nos formidamus.

e ¶ Spero autem & in cõſcientijs ueſtris manifeſtos nos eſſe.] Quamuis male uobis ſuggeſtum ſit de nobis: puto tamen quod non recipiat conſcientia ueſtra de nobis aliud ſuſpicari q; nouit: nec poſſit alijs magis fidem accommodare quàm ſibi.

f ¶ Nõ iterum cõmendamus nos uobis.] Quia ſuperius dixerat: incipimus noſmetipſos commendare.

g ¶ Sed occaſionẽ damus uobis gloriãdi pro nobis.] Cõtra pſeudoapoſtolos, qui primum per detractionem odium eis uolebant inſerere, ut eis fides facilius haberetur.

h ¶ Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.] Vt habeatis ad eos qui in carnalibus, & in uiſibilibus, & non in conſcientijs gloriane. Quid reſpondere poteſtis contra ea quæ de noſtra obtrectatione confingunt, ut etiam ſui cordis teſtimonio reuincantur.

i ¶ Siue enim mente excedimus deo.] Si, inquit, ſenſu pprio, recta peruertimus in uitia, ipſi à deo excidimus, atq; alienamur ab eo. Si autem integre ſentimus & ſobrij, uobis ſufficit noſtra prædicatio. Dicebant enim de illis, ſi eorum eſſet memoria coram deo, nunq; talia paterentur. Quidam aliter dicunt: Siue in ecſtaſi ſumus, deo: ſiue noſtro ſenſu loquimur, uobis.

k ¶ Siue ſobrij ſumus, uobis.] Siue abſtinentes propter uos.

l ¶ Charitas enim Chriſti urget nos.] Neceſſe eſt nobis uel aliquatenus uicem eius repẽdere charitati: id eſt, ut pro eius corpore patiamur, qui mori pro nobis morte dignatus eſt.

m ¶ Æſtimantes hoc quoniã ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.] Solus inuentus eſt, qui ut immaculata hoſtia pro omnibus qui erant in peccatis mortui offerretur.

n ¶ Vt & qui uiuunt, iam non ſibi uiuant.] Ei

B

C

D

Matth.16.d

camur,ſed propter id quod pro nobis paſſus eſt,ut credentes in ipſum,reconciliemini deo : hoc eſt,uice Chriſti. a ¶ Eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.] Secundum illud : Chriſtus qui abſq; peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatum, quia pro peccatis noſtris mortuus eſt: Pater pro nobis Chriſtũ, qui peccatum neſciebat,peccatum fecit, hoc eſt, ſicut hoſtia pro peccato oblata, peccatum uocabatur in lege, ut in Leuitico ſcriptum eſt: Et imponet manũ ſup caput peccati ſui: ita & Chriſtꝰ pro peccatis noſtris oblatꝰ, peccati nomẽ accepit. b ¶ Vt nos efficeremur iuſticia dei in ipſo.] Non noſtra,nec nobis.

Leuit.1.et 5.

Cap. VI

A Diuuantes autẽ.] Verbo uos adiuuãtes. d ¶ Ne inuacuum gratiam dei recipiatis.] Inuacuum gratiam dei recipit,q in nouo teſtamẽto nõ nouus eſt, hoc eſt,nihil in illo proficit.

B e Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & ĩ die &c.] Acceptũ tempus ad exaudiendum, & ad ſalutẽ miſerandum,in hac uita præſenti eſt, ſicut ait ſaluator: Ambulate dum lucem habetis, ne uos tenebræ comprehendãt. f ¶ Ecce nunc tempus acceptabile.] Sicut alibi: Dum tempus habemus,ait,operemur quod bonum eſt. Dies autẽ ideo dicitur hæc uita, quia ad operandum eſt apta : & concluditur nocte iudicij, quæ dies tenebræ erunt peccatoribus, non lux in qua iam nemo poterit operari. Aeſtati quoq; aſſimilatur hoc tempus, in cuius comparatione,formica dicitur hyemem ſperare uenturam. g ¶ Ecce nunc dies ſalutis.] Modo ſolam poſſumus inuenire ſalutẽ, quia iuxta prophetæ teſtimonium, in inferno nemo confitebitur. h ¶ Nemini dantes ullam offenſionem,ut non uituperetur &c.] Nemo à noſtro offendatur exemplo, ne nõ tam noſtrum uitium putetur eſſe q̃ legis. i ¶ Sed in omnibus.] Non in aliquantis. k ¶ Exhibeamus noſmetipſos.] Omnes aũt huius cauſæ in noſtra ſunt poteſtate. l ¶ Sicut dei miniſtros.] Dei miniſtri, deum debent,prout poſſibile eſt imitari, ut ex actu cognoſcantur dei eſſe cultores. Vnde alibi ait : Portate deum in corpore uestro: ſicut ille ſe ab omnibus patitur blaſphemari,& tamen in præſenti uita ingratis etiam ſua beneficia non denegat.. m ¶ In multa patientia, in tribulationibus.] Omnis læſio, tribulatio eſt. n ¶ In neceſſitatibus.] Omne quod neceſſe eſt, feramus ut neceſſe eſt. o In anguſtijs.] Anguſtia, eſt omnis egentia. p ¶ In plagis,in carceribus, in ſeditionibus,in laboribus.] Manuum, uel diſcurſuum. q ¶ In uigilijs.] Non minus mentis q̃ corporis. r ¶ In ieiunijs.] Notandum ieiunia cum uirtutibus numerari. s ¶ In caſtitate.] Illa eſt uera caſtitas,quæ nec mẽte polluitur. t ¶ In ſcientia.] Notandũ quod ſcientia ſit inter ſpecies uirtutũ. u ¶ In longanimitate.] Id eſt ſuſtinentia lõga. x ¶ In ſuauitate.] Vt nulli uerbis noſtris amaritudinem generemus,& dicatur de nobis : Fauces eius dulcedines,& totum deſiderium. y ¶ In ſpiritu ſancto.] Dum dignum ei nos habitaculũ præparamus. z ¶ In charitate non ficta.] Omnia quæ nobis uolumus facere,alijs faciamus,ut nõ diligamus uerbo,ſed opere & ueritate. a ¶ In uerbo ueritatis.] Id eſt, in uerbo Chriſti,ſi apte ꝓferat & uere, ne fiat de ueritate mẽdaciũ. b ¶ In uirtute dei.] In uirtute dei, ſiue legis, contra diabolum dimicemus. c ¶ A dextris & à ſiniſtris.] Nec proſperis eleuemur, nec frangamur aduerſis. d ¶ Per gloriam & ignobilitatem.] Gloriam uirtutum,& ignobilitatem carceris. e ¶ Per infamiam & bonam famam.] Ab alijs ut ueraces laudamur: ut ſeductores ab alijs infamamur : ſicut & ipſe ſaluator appellatus ẽ à Iudæis ſeductor, quæ oĩa æqualiter ferimus, ne extollant nos laudãtes,nec deijciant detrahentes, qa neceſſe eſt utrãq; partem aliquãdo mentiri. Vnde ad conſcientiam redeuntes, non debemus alijs magis fidem accommodare q̃ nobis. f ¶ Sicut qui ignoti & cogniti.] Ignoti perfidis & ingratis,& cogniti a fidelibus & iuſtis. g ¶ Quaſi morientes,& ecce uiuimus.] Hoc eſt,uſq; ad mortẽ peruenientes: ſicut quando lapidatus eſt,& mortuus æſtimatus,ſurgens docebat in Lyſtris. h ¶ Vt caſtigati & non &c.] Caſtigans caſtigauit me dominꝰ,& morti nõ tradidit me. i ¶ Quaſi triſtes,ſemper autẽ gaudentes.] Triſtes ſeueritate uultus: corde uero etiã in tribulatione gaudentes. k ¶ Sicut egentes, multos autem locupletantes.] In hoc ipſo quo nobis egemus, alijs abundamus,dum per nos eleemoſynæ fiunt : ſiue terrenis egentes,alios bonis cœleſtibus facimus locupletes. Simul attendẽdum, quomodo omnia quaſi pati ſe dicit:nõ tamen pati, ut oſtendat iſta eſſe,quaſi imagines paſſionum,ad comparationem præmij ſempiterni. l ¶ Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.] Sicut ait Salomon, eius qui fidelis eſt totus mundus diuitiarũ. Nam excepto quod omnia noſtra dei ſunt: nemo plus habet,quàm qui nullius indiget: Ille uero nihil eget, qui præter neceſſaria nihil requirit. De ſeparatione fidelium ab infidelibus, & quod omnes ſancti templum ſint dei. m ¶ Os noſtrum patet ad uos ò Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.] Ita ſumus ueſtro profectu prouocati, ut tacere penitus non poſſimus. Profectus enim diſcipuli,aperit os magiſtri. Et cor dilatat atque ampliſicat, id eſt, facit ſenſibus abundare. ſicut de Salomone ſcriptum eſt : Quia dedit illi deus latitudinem cordis, ſicut arenam maris. n ¶ Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in uiſceribus ueſtris &c.] Non ex nobis ſermonis anguſtia, ſed quia ualidiores uos nõ poteſtis audire doctrinam: ideo ex uobis cauſa procedit anguſtiæ. o ¶ Eandẽ autem habentes rem.&c.] Si eundem ſuſtinueritis laborẽ. Aut certe ſi tantum

Ioan.12.c

2.Cor.6.d

C

D

reconciliamini deo. Eũm qui nõ nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iuſticia dei in ipſo.

habentes

habentes remunerationem: tanquam filijs dico, dilatamini & uos. Nolite iugũ ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate: aut quæ societas lucí ad tenebras? Quæ autem conuentio Christí ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei uiui, sicut dicit deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & erò illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & egò recipiam uos, & erò uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

Cap. VII

HAs ergò habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminẽ læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem uestram dico. Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad comoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio, in omni tribulatione uestra. Nam & cum uenissemus in Macedoniã, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnæ, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus, in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, in qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrũ desideriũ, uestrũ fletum, uestram æmulationẽ pro me, ita ut magis gauderem. Quoniã & si contristaui uos in epistola, nõ me pœniter. Et si pœniteret, uidẽs quod epistola illa & si ad horam uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad

A si tantum, quantũ dicere possumus capiatis. *a* ¶ Tanquam filijs dico, dilatamini & uos.] Quasi filij meo exemplo dilatamini, ut maiora recipiatis. Siue sacerdotes in doctrina exemplo suo præcipit dilatari. *b* ¶ Nolite iugum ducere cum infidelibus.] Nolite illis conC nem admittitur. Spiritus uero, qd sola cogitatione peccatur. *r* ¶ Perficientes sanctificationẽ.] Tunc erit perfecta sanctificatio, si utraq; munda seruentur. *s* ¶ In timore dei.] Non in laude hominũ uel timore. *t* ¶ Capite nos. Neminem læsimus.] Accipite quod dicimꝰ, siue qd uiuimus, ut exemplum nostrum teneatis *u* ¶ Neminẽ corrupimus.] Mala doctrina. *x* ¶ Neminẽ circumuenimus.] Vt eius aliquid tolleremus. *y* ¶ Nõ ad cõdemnationem uestrã dico. Prædiximꝰ em̃ quod &c.] Nõ me excusando, uos tales expono: non enim possum de uobis hoc sentire quos diligo, ut superius commemorauí. *z* ¶ Multa mihi fiducia ẽ apud uos.] Multam mihi fiduciã dedistis loquendi, qa in oĩbus obedistis, siue quia multũ me à uobis diligi nõ ignoro. *a* ¶ Multa mihi gloriatio ,p uobis.] Apud alias ecclesias, de uestra emendatione mihi applaudo.

b ¶ Repletus sum cõsolatione.] Post multam tristiciã. Siue sermo mihi suppeditat cõsolationem, uestro prouocatꝰ exemplo & profectu. *c* ¶ Superabundo gaudio, in omni tribulatione uestra.] In omni tribulatione uestra tantum gaudeo, ut obliuiscar omnium pressurarum. *d* ¶ Nam & cum uenissemus in Macedoniã &c.] Ostẽdere illis uult quãtam pressurã magnitudo gaudij superarit. *e* ¶ Sed omnem tribulationem passi sumus.] Nullum genꝰ tribulationis experti non sumus. *f* ¶ Foris pugnæ, intus timores.] Pugnæ contra infideles, & timor de fratribus falsis: siue timebamus ne scandalizarentur infirmi. *g* ¶ Sed qui consolatur humiles &c.] Hoc est humiliatos passionibus & afflictos. *h* ¶ In aduentu Titi. Nõ solum autem in aduentu eius &c.] Non solũ quia desideratus aduenit, sed etiam quia illa nũciauit: propter quæ eius maxime expectabamus aduẽtum. *i* ¶ In qua consolatus &c.] Post luctum quem pro uobis nobiscũ habebat. *k* ¶ Referens nobis &c.] Pro nostra cõtristatione, & quorundam peccatis. *l* ¶ Vestram æmulationẽ pro me.] Quia uice mea æmulati estis dei æmulatione peccantes, siue triplex est æmulatio, aut imitationis, aut inuidiæ, aut de qua agit in præsenti. *m* ¶ Ita ut magis gauderem.] Quia non modo correxistis uos, sed etiam amplius profecistis. *n* ¶ Quoniam & si contristaui &c.] Et si me pœnituisset, eo quod uos duriꝰ corripuerim, tamen uester

iũgi, uel æquari, quia iugum simul non trahũt, nisi pares, id est, nolite pseudoapostolis sociari, uel his qui in idolio recũbebãt.

c ¶ Quæ enim participatio iusticiæ &c.] Nulla, sicut nec cum tenebris luci. Simul ostendit neminẽ posse esse iustum & iniustum, ualde cõtraria exempla proponens.

d ¶ Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?] Penitus illi nõ potest cõuenire. In Belial autẽ diabolum, sicut antichristum in uocabulo idoli nominauit.

e ¶ Qui autem consensus tẽplo dei cum idolis, uos em̃ &c.] Idola ipsos homines dicit, q idola colunt, quia templa sunt dæB monũ: sicut iusti templum dei sunt.

f ¶ Sicut dicit deus, quoniã inhabitabo in illis.] Cum ubiq; sit deus, tamẽ in illis pprie habitare se dicit, qui eiꝰ gratia perfruuntur: & qui mundum ei præparant sui cordis hospitium.

g ¶ Et inter eos ambulabo.] Omnes eõrũ sensus obtinebo, uel percurram.

h ¶ Et ero illorum deus.] Deꝰ enim natura omnium est, uolũtate paucorum, nõ em̃ est deus mortuorum, sed uiuorum.

i ¶ Et ipsi erunt mihi populus.] Qui uoluntate serui sunt, non natura tantũ. *k* ¶ Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus.] Actu uel conuersatione, uel familiaritate, nõ loco. *l* ¶ Et immundũ ne tetigeritis.] Omnis qui peccat, immũdus est: immundus enim apud deum omnis iniquus. *m* ¶ Et ego recipiam uos.] Si uos illi eiecerint. *n* ¶ Et ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias.] Si uos parẽtes abdicauerint infideles, me patrem habebitis sempiternum. *o* ¶ Dicit dominus omnipotẽs.] Addidit omnipotens, ne cui impossibile uideretur. Cap. VII

HAs ergo habentes promissiones charissimi.] Tantas & tales promissiones habentibus, quãto studio mundãda est domus talem hospitẽ receptura: & dei filij quomodo debent patrem in omnibus iusticiæ operibꝰ imitari. *q* ¶ Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.] Inquinamentũ carnis est, quod per car-

A tamen uester facit profectus, ut non me pœniteat: quasi si dicat medicus, etiam si doluisset mihi tam ardenti me usum esse cauterio: sed nunc gaudeo, non quia doluistis, sed quia dolor ille uobis profuit ad salutē. a ¶ Contristati enim estis secundū deū.] Non secundum seculum.

estis ad pœnitentiam. Contristāti enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristicia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi aūt tristicia, mortem operatur. Eccē enim hoc ipsum secundum deum contristari uos, quantam in uobis operatur sollicitudinem, sed dē fensionem, sed indignātionem, sed timorem, sed dēsiderium, sed æmulationem, sed uinctictam. In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio. Igitur & si scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriā, nec propter eum qui passus est: sed ad mānifestandam sollicitudinem nostram quā habemus pro uobis coram deo. Ideo quoq; consolati sumus. In cōsolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum, nō confusus sum, sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita et glōriatio nostra quæ fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscera eius abundantius in uobis sunt, reminiscentis omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in uobis.

Cap. VIII

NOtām autem facimus uobis fratres gratiam dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, & quod in multo experimēto tribulationis abundātia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum uirtutem testimonium illis reddo, & supra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrātes nos gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos. Et nō sicut speraūimus, sed semetipsos dederunt primum domino

B

C

D

b ¶ Vt in nullo detrimētum patiamini ex nobis.] Aut nostra negligētia. Aut ut uenientes aliquē uestrū damnaremus.

c ¶ Quæ enim secundum deū tristicia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.] Est enim pœnitētia diabolica aduersa saluti, si quis de bono opere pœniteat. Stabilē operatur, stabilem salutē, siue permanentem pœnitentiam. De propiciatu enim peccatorū, non debemus esse sine metu. d ¶ Seculi autē tristicia mortem operat.] Seculi tristicia est, aut de amissis rebus proprijs, aut de alienis nō inuasis dolere, uel de alterius felicitate torqueri. Secundum deum uero tristicia est, siue sua, si ue aliena lugere commissa. e ¶ Ecce em̄ hoc ipsum secundum deum cōtristari uos, quātam in uobis operatur sollicitudinē.] Hoc ipsum quod modo factum est, potest uos docere: quid sit inter utrāq; tristiciā. f ¶ Sed defensionē.] Quidam habent, sed excusationem: in græco autem ἀπολογίαν, id est, satisfactionē præcepti scilicet dicit. Quidam dicunt, hoc loco, sed præpositionem in latino esse superfluam. Apud Græcos uero consequentiam, structuræ esse sermonis.

g ¶ Sed indignationem.] Contra peccantes, non negligentiam. h ¶ Sed timorē.] Timorem domini, nō securitatem. i ¶ Sed desiderium.] Non fastidium, sed desiderium nostrum. k ¶ Sed æmulationē.] Contra peccantes, ne ultra peccarent, non remissionem. l ¶ Sed uindictam.] Non ueniam nociuam, sed uindictam salutarem. m ¶ In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio.] Probastis uos immunes à culpa: contaminatus enim autoritatem non habet uindicandi.

n ¶ Igitur & si scripsi uobis nō propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est.] Non propter eum qui patri fecit iniuriam tantum, nec propter ipsum solūmodo patrem scripsi. Potest & ita dici. Non propter eum qui excōmunicauit: neq; propter eum qui eiectus est scripsi: neq; enim per me hæc sola emendata uel correpta est causa. o ¶ Sed ad manifestandā sollicitudinē.] Ne putetis nos aliquid posse latere, dū pro uobis sumus nimia cura solliciti. p ¶ Ideo quoq; consolati sumus.] Quia uos castos probatis esse in negocio. q ¶ In consolatione autem nostra abundātius magis gauisi sumus.] In hoc autem amplius gratulati sum⁹, quod ita à uobis Titi spiritus est refectus, ut nunquā de eius mente possitis recedere. Profectus quippe discipulorum, spiritualia gaudia sunt magistrorum. r ¶ Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum.] Quasi peritus medicus agit, qui uuln⁹ iam p, pè sanatū, blandis unctionibus fouet, ut facilius cauterij ustura sanet. s ¶ Non sum confusus &c.] Confusionem nō habet gloria de profectu.

t ¶ Ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titū, ueritas facta est.] De rebus iustis, non uanitatis, sed ueritatis ē gloriatio. u ¶ Et uiscera eius abundantius in uobis &c.] Omnia uos affectuū eius membra desiderant, ut oculi præsentiam, aures sermonem, os colloquiū expectet. x ¶ Quomodo cum timore &c.] Obediētiam fidelē descripsit: qui enim ex charitate obedit, timet cōtristare quem diligit. y ¶ Gaudeo quod in omnibus confido in uobis.] Fecistis me gaudere, quia de obediētia uestra nunquā potui hæsitare, & de ministerio in sanctos.

Cap. VIII

NOtam autem fac m⁹ uobis fratres gratiā dei &c.] Causam inchoat de collectis, & exemplo ecclesiarum illarū, eos ad pœnitentiam & elee-

mosynam puocat, ut nō putarent sibi graue, quod pauperiores uideant iam fecisse. a ¶ Quod in multo experimento tribulationis abundātia gaudij ipsorum fuit.] Tunc maxime gaudent, quādo fuerint tribulati, scientes apostolos contumeliam in concilio passos pro nomine Christi, publica lætitia fuisse gauisos. b ¶ Et altissima paupertas eorum abundauit &c.] Multum quidem in terrena facultate sunt pauperes, sed in magna simplicitate sunt diuites, plus cupientes dare q̄ habent: ac propterea deus animum magis probat, q̄ quod dextera porrigit: qui enim quantum potest facit, totum fecit: similiter diues & pauper, quamuis diues amplio⁹ dare uideatur. c ¶ Quia secundum uirtutem &c.] Verbis præposteris hoc dicit. Testimonium illis reddo, quod secundū uires facientes, supra uirtutem uoluntarij fuerunt. d ¶ Cum multa exhortatione &c.] Multum suadentes nos, rogauerunt, ut gratāter quæ offerebāt susciperemus in ministerium sanctorum. e ¶ Et nō sicut spe &c.] Amplius q̄ speramus fecerunt: nō cōtenti sua dare, sed seipsos primo dño tradiderūt, deinde nobis: hoc est, deus uidet uoluntatem

A luntatem eorum,nos effectum. *a* ¶ Per uoluntatē dei.] Non ut nobis placerent ſine domini uolūtate. *b* ¶ Ita ut rogaremus Titum &c.] Illorum deuotione accenſi ſumus mittere eum ad uos, ut doctrina & diſpoſitiõe ſua, etiam hoc in uobis perficiat, ne quid minus cæteris habeatis. De collaudatione Corinthiorū & æqualitate, prout qſque habuit, & de miniſterio qđ fit in ſanctos agit. *c* ¶ Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone & ſcientia, & in omni ſollicitudine &c.] Nota cum fide ſcientiam eſſe laudabilem. *d* ¶ Vt & in hac gratia abūdetis.] Ne cū in aliis uincatis, in hoc ab aliis ſuperemini. *e* ¶ Nõ quaſi imperans dico &c.] Nõ impero nec exigo,ſed conſilium do,ut ſicut in multis formā aliis præbetis,ita & in iſto opere faciatis. Eſt em̃ uobis ſic ingenita pietas, ut ab aliis eam diſcere minime egeatis. *f* ¶ Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter uos egenꝰ factus eſt, cum eſſet diues, ut illius inopia uos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim uobis utile eſt.] Non ignoratis dei filiū propter uos pauperē factum: qui uniuerſorū erat conditor & dominus, ut eius exẽplo bonis cœleſtibꝰ ditaremini. Si ergo ille propter uos temporalia uniuerſa contempſit: quanto magis uos dare debetis parua,non ueſtra, imò ſua ei reddere:Ipſi em̃ datur, quicqđ eiꝰ cauſa porrigitur. Simul & contra Fotinum facit, quod priꝰ q̃ pauper fieret Chriſtus,diues erat,quia habitabat in patre. *g* ¶ Qui non ſolū facere,ſed & uelle cœpiſtis ab anno priore.] Oſtendit quoſdam poſſe facere,non uolentes,cum aut importunitas petentis,aut autoritas præcipientis exigeret. *h* ¶ Nūc uero & facto perficite, ut quemadmodū promptus &c.] Quod uoluntarie incœpiſtis,implete. Omnis enim boni operis finis eſt expetẽdus. Quia ſicut factum inuiti,acceptum non eſt:ita uoluntas infructuoſa eſt, habentibus eam ſine facto. *i* ¶ Si enim uoluntas prompta eſt ſecundum id quod habet &c.] Ne putetis me aliquem ſupra uires cogere, aut tantum in hac cauſa à paupere quantū à diuite expetere. Omnes æqualitẽ dabūt, ſi unuſquiſq; tantū dederit, quantum poteſt, non ſecundum qđ nõ habet. Hoc & Tobias dicebat ad filiū: Prout habueris fili fac eleemoſynam. *k* ¶ Non enim ut aliis ſit remiſſio,uobis aūt tribulatio &c.] Non dico ut uobis nihil ſeruetis,ſed quod quidem utriſq; ſufficiat. *l* ¶ Veſtra abundātia,illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia &c.] Date illis carnalia, ut & illi uacantes, poſſint uobis reddere ſpiritualia. Iſti em̃ duo gradꝰ, ſine alterutro eſſe nõ poſſunt: iam em̃ ille perfectus non erit de carnalibꝰ cogitando, quamuis miſericors, cum non habet cui dare, uel q̃modo dare doceat. *m* ¶ Qui multum habuit,non abundauit: & qui modicum,non minorauit.] De manna hoc dicitur, quod accepit populꝰ in deſerto, cuius exemplo docemur, quod oīs ſuperabundantia generet uermes. Simul & oſtendit quæ deus dat, omnibus æqualia eſſe debere. Et propter huius teſtimonij autoritatem, uult nobis Apoſtolꝰ præſentia omnia eſſe cõmunia, ut & perfecti doctrinam non abſcondant, & habentes ſubſtantiam mundi, non denegent eis uictum. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. *n* ¶ Gratias autem ago &c.] Gratia quidem exhortationis, & uoluntate propria feſtinauit, ut mercedē haberet: non inuitus quaſi ei ſit credita diſpenſatio. *o* ¶ Miſimus autē cum illo.] Hoc de Luca intelligitur, quia laudem in euāgelio conſcribendo uidet habere præ cæteris: qui etiā actus apoſtolorum præter euangelia ſcripſit. *p* ¶ Non ſolum aūt, ſed ordinatꝰ eſt ab eccleſijs &c.] Teſtimonio eccleſiarum idoneum eum & probatū fuiſſe, demonſtrat. *q* ¶ Ad domini gloriam, & deſtinatam uoluntatem noſtram. (Propoſitā ſiue paratam.) Deuitãtes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine &c.] Ne quis dicat,quomodo Chriſtus legē impleuit, cum uideamus Chriſtianos,non tantam eleemoſynā facere, quātam fieri in lege præceptū eſt. *r* ¶ Prouidens enim &c.] Nihil enim propter humanā gloriam facimus: ſed tamen nolumus ut per nos aliquis ſcandalū merito patiatur: ſed ut omnes uidentes opera noſtra bona, magnificent patrem noſtrum. *s* ¶ Miſimus autem &c.] Quidam hoc de Apollo aſſerūt dictum. *t* ¶ Quem probauimus in multis &c.] Teſtimonium illi dat, ut facilius audiatur. *u* ¶ Nunc autem &c.] Multo nunc ſollicitiorē comprobamus

domino: deinde nobis pẽr uoluntatem dei,ita ut rõgaremus Titum,ut quemadmodū cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam iſtam. Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone & ſciẽtia, & in omni ſollicitudine, inſup & charitate ueſtra in nos, ut & in hac gratia abundetis. Nõn quaſi imperans dico,ſed per aliorum ſollicitudinem etiam ueſtrę charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti,quoniam propter uos egenus factus eſt quum eſſet diues,ut illius inopia uos diuites eſſetis, & conſilium in hoc do. Hoc enim uobis utile eſt, q̃i non ſolum facere, ſed & uelle cœpiſtis ab anno priore. Nũnc uero & facto perficite,ut quemadmodum promptus eſt animus uoluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. Nõn enim ut aliis ſit remiſſio,uobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in præſenti tempore, ueſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat,ut illorū abundantia ueſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Q̃ui multū habuit non abundauit,& qui modicum non minorauit. Grãtias autem ago deo qui dedit eandem ſollicitudinem pro uobis in corde Titi,quoniã exhortationem quidem ſuſcepit: ſed quum ſollicitior eſſet ſua uoluntate profectus eſt ad uos. Miſimus autē cum illo fratrem noſtrum,cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias. Nõn ſolum autem,ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam quæ miniſtratur à nobis ad dõmini gloriam, & deſtinatam uoluntatē noſtram. Deuitantes hoc,ne quis nos uituperet in hac plenitudine quæ miniſtrat̃ à nobis in domini gloriã. Prõuidemus enim bona,non ſolum coram deo,ſed etiã coram hominibus. Miſimus aũtem cum illis & fratrem noſtrũ,q̃em probauimus in multis ſæpe ſollicitũ eſſe: Nũnc aũt multo ſollicitiorem confidentia multa in

B

C

D

Tob.4

Matth.10.b

A bamus eum propter uos, quia uestra obedientia prouocatur, siue quia adiuti à Tito, siue quia per seipsum comprobauit. a ¶ Siue pro Tito qui est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nostri &c.] Quod dicit, hoc est. Tam Titi causa qui eorū obedientiā collaudauerat q̄ eorū qui ad ipsum fuerant pariter destinati, ita se exhiberēt, ut & charitatis syncéritatem & apostolicæ pro ipsis gloriæ ueritatē, in conspectu omnium comprobarēt. b ¶ Ostensionem ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ gloriæ, pro uobis in illos ostendite in faciem eclesiarū.] Vt uideant uerum esse quod dicitur in omnibus eccle sijs de uestro ꝓfectu. Siue aliter: ostendite charitatem uestram, de qua coram omnibus ecclesijs gloriamur. Cap. IX

NAm de ministerio q̄d fit in sanctos, ex abundāti est mihi scribere uobis. Scio enim &c.] Mutare uidetur sanctos hic sensum, & ideo quidam dicunt eum superius
B de laicis dixisse, hic uero de sacerdotibus sanctis. Alij uero aiūt eum de eleemosynis hucusq; tractasse, modo autem de ministerio uerbi commonere, quod sanctificatis per baptismum exhibeē. Hi uero duo sensus usq; ad finem causæ diligenter utrique sunt colligendi.
c ¶ Quoniam & Achaia parata ē ab anno præterito.] Tota prouincia cui⁹ caput estis, per nos ad hoc ministeriū prouocata est. d ¶ Et uestra æmulatio prouocauit plurimos.] Hic æmulatio pro imitatione ponitur. e ¶ Misimus autem fratres, ut ne q̄ gloriamur de uobis, euacueē in hac parte.] Superius memoratur: Qui uos commoneant ne aliter inueniant: in parte doctrinæ, siue ministerij quam putabam.
f ¶ Vt quemadmodum dixi parati sitis, ne quum uenerint &c.] Si nos erubuerimus quasi falso gloriantes: quanto magis uos & pro uestra negligētia, & pro nostro rubore? Multa enim confusio est, si quis pro eo qui eum diligit erubescat. g ¶ Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromissam benedictionem &c.] Siue à benedicendo, siue quia per humanitatem eorum benedictio nascitur dei.
h ¶ Sic quasi benedictionē, non quasi auariciam.] Benedictio erit si grato animo tribuatur. i ¶ Hilarē enim datorem diligit deus.] Auarus aūt hilariter dare nō nouit. In scientia autem auarus est, qui sensum non uult implere quem cœpit. Vnde dominus neminem in uia salutare præcepit, hoc est, nulli transitorie uerbum annunciare salutis. Hoc est autē qui parce seminat, parce & metet. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, ubi meritorum gradus esse monstrantur. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ecōtrario ergo in maledictione seminans, inde & metet, sicut scriptum est. Non semines mala in sulcis iniuriæ, & non metes ea septuplū. Vnusquisq; prout destinauit i corde suo, id est uoluntario non coactus, non ex tristicia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus, secundum sapientiam Salomonis. Et in omni dato, hilarē face uultum tuum. Si autem de sciētia intelligitur, hilarē in labore suo uult esse doctorem, sicut de se alibi dicit. Si enim uolens hoc ago, mercedē habeo, & reliqua. k ¶ Potens est autem de⁹.] Siue ne inopiam formidarent, siue gratuitum donum sapientiæ. l ¶ Omnē gratiam abundare facere in uobis.] Gratiā nascentiæ, quia exinde per opera uestra, deo gratiæ referūtur. D
A fructu em̄ frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt. Eccl. 7.a Psal. 4.b
m ¶ Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes.] Ita ut tam carnalium misericordiarū q̄ spiritualium, id est, doctrinarum opus bonum possetis implere sicut scriptum est.
n ¶ Disperšit, dedit pauperib⁹.] Siue sensu pauperib. siue substantia, sicut superiꝰ

multa in uos: siue pro Tito qui est socius meus, & in uobis adiutor, siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Ostensionē ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ gloriæ pro uobis in illos ostendite in faciē ecclesiarum. Cap. IX

NAm de ministerio q̄d fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptū animum uestrū, pro quo de uobis glorior apud Macedones: quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & uestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut quemadmodū dixi, parati sitis, ne cum uenerint Macedones mecum & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse: sic quasi benedictionem, non quasi auariciam. Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristicia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus, omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonum sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandū prestabit. Et multiplicabit semen uestrum, & augebit incremēta frugum iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarū actionem deo. Quoniam

ait, illorum abundantia, uestræ inopiæ sit supplementū.
o ¶ Iustitia eius manet in æternum.] Rebus temporalibus, æterna iustitia comparatur. p ¶ Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandū præstabit.] Hoc ait: Quod deus qui uelle eis præstitit, etiam facere perficiat in uobis. Hoc est, deus qui tibi dedit unde dispenses, esurientē minime patietur. Si autem ad semen uerbi referas: Qui dedit officium docendi, præstabit & escam tibi, modo ad hoc solum uacare uelis.
q ¶ Et semē uestrū.] Humilitatis uel sermonis. r ¶ Et augebit incrementa frugum iusticiæ uestræ.] Fruges iustitiæ, sunt facultates, quum de eis fit iustitia. Cum uero aut inique congregantur, aut ad auaritiam uel superbiā possidētur, fruges iniquitatis fiunt. Pretio enim grauās triticum in populo maledicitur: siue fruges iustitiæ, sermones sunt dei. De fructu enim laborum suorum satiabitur sapiens. Sap. 3.d
s ¶ Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarū actionē deo.] Vt sine discretiōe oīibus simplicitē indigētibus tribuatis. Nō quærētes cui, sed quare detis.

Quoniam

Quoniam miniſterium huius officij nō ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiā abundat per multas gratiarum actiones in domino, p̄r probationem miniſterij huius, glorificantes deum in obedientia confeſſionis ueſtræ, in euangelio Chriſti & ſimplicitate cōmunicationis ueſtræ in illos, & in om̄es, & ipſorum obſecratione pro uobis, deſidēr antium uos propter eminentē gratiam dei in uobis. Gratias ago dēo ſup̄ inenarrabili dono eius.

Cap. X

IPſe aut̄em ego Paulus, obſecro uos per manſuetudinem & modeſtiā Chriſti, q̄ui in facie quidem humilis ſum inter uos: abſens autem confido in uobis. Rōgo autem uos ne præſens audeam p̄r eam confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam, q̄ui arbitrantur nos tāquam ſecundum carnem ambulemus. In carn̄e enim ambulantes, non tamen ſecundum carnem militamus. Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo, ad deſtructiōnem munitionū conſilia deſtruentes: & omn̄em altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiam dei: & in captiu͂itatem redigentes omnem intellectum in obſequiū Chriſti, & in prōmptu habentes ulciſci omnem inobedientiā, cum impleta fuerit ueſtra obedientia. Q̄uæ ſecundum faciem ſunt uidete. Si q̄uis confidit Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe: quia ſicut & ipſe Chriſti eſt, ita & nos. Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra quam dedit nobis dominus in ædificationem, & nō in deſtructionem ueſtram, non erubeſcam. Vt aut̄em non exiſtimer tanquam terrere uos per epiſtolas, quoniāquidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt & fortes: præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis: hoc cogitet q̄ui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus uerbo per epiſtolas abſentes, tales & pr̄eſentes in facto. Nōn enim audemus in

---

A a ¶ Quoniam miniſteriū huius officij &c.] Duplicem poteſtis habere mercedem, & perfectionem ſanctorum, & gratiarum in domino actiones. Aliter: Non ſolum docet ſanctos, ſed domino gratias agit, qui nos tanta ſapientia erudiuit. b ¶ Per probationem miniſterij huius.] Per hoc miniſterium eſſe probamini Chriſtiani, magnificantes deum per operū confeſſionem, ſicut econtrario alij factis negare dicunt. Aliter, perfecte docetis & oſtenditis diuinum eſſe, in quo deū per obedientiam magnificatis. c ¶ Et ſimplicitate.] In omnes ſimpliciter tribuētes ſiue docentes bona, quæ cōmunicatis potius q̄ donatis, certi uos cum multiplici ea fœnore recepturos. Hæc omnia operatur admini ſtratio huius officij quæ etiā in hoc abundat. d ¶ Deſiderantium uos ,ppter eminētem gratiam dei in uobis.] Quis autem non deſideret talem propter gratiam ſiue ſciētiæ, ſiue miſericor
B diæ cæteris eminentē. e ¶ Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius.] Qui tātam nobis gratiam pietate ſua conferre digna tus eſt. De armis carnalibus & ſpirituali-b⁹, & de Apoſtoli poteſtate, & de his qui ſe ipſos cōmendare conantur. Cap. X IPſe autem ego Paulus obſecro uos p̄r māſuetudinem &c.] Ea uos māſuetudine rogo qua Chriſtus, cum ſe poſſet de iniurioſis ulciſci, noluit, ut uel ſero ſe corrigerent. g ¶ Qui in facie quidem humilis ſum inter uos, abſens &c.] Semper ſanctorum præſentia, per nimiam humilitatē, minus intelligentibus poteſt eſſe contemptui. Abſentes uero ſi neceſſe fuerit, confidenter ſuam indicant poteſtatem. Qui præſentes, ſic ſunt quaſi nihil poſſint habere uirtutū, ſi tamē nihil delicti repererint in ſubiectis. h ¶ Rogo autem uos, ne præſens audeam.] Ita agite, ne mihi neceſſe ſit manifeſtare uirtutem. i ¶ Per eam cōfidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam.] Nam omnis exiſtimatio facta eſt, ſicut eſt. Puto autem quod & ego ſpiritū dei habeam. k ¶ Qui arbitrantur nos tanquam ſecundū carnem ambulemus.] Qui putant nos nihil amplius cæteris hominib⁹ habere uirtutis. l ¶ In carne enim ambulantes, nō tamen ſecundū carnem militamus &c.] In corpore uidemur incedere, ſed ut dei miniſtri ſpiritualiter militamus. Arma quippe militiæ noſtræ non ſunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata ſunt, ſed potentia dei, qua plus uel uerbo agas, q̄ alij homines carnalibus armis. m ¶ Ad deſtructionem &c.] Muniunt enim & circundant doctrinam ſuam falſi doctores aſtutiæ argumentis, quas aereas poteſtates Apoſtolus deſtruit uirtute gratiæ ſpiritualis: ſicut illū Magum uias domini perC uerſis diſputationib. ſubuertētem, Paulus uerbo cæcauit. Itē cogitatiōes aduerſariæ quæ aduerſus Chriſtum ſuggeruntur deſtruendas dicit. n ¶ Et omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſciētiā dei.] Quid tam ſuperbū q̄ diuinis contraire doctrinis? o ¶ Et in captiuitatem redigētes omnem intellectū in obſequium Chriſti.] Illos deſtruimus qui ſub nomine obſequij Chriſti, omnem intellectū ſentētiæ cupiūt captiuare. p ¶ Et in promptu habētes ulciſci omnē inobedientiā &c.] Parati ad ulciſcendum omnē inobedientiam cum impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apoſtolus, modo paratū ſe eſſe ulciſci omnem in obedientiam cum ea D quæ præcipiūtur impleuerint. Item cum iam ueſtra p̄ nos obedientia fuerit impleta, illi non audiantur poteſtatē ſe uindicandi accepiſſe à domino, quia mentiuntur. q ¶ Quæ ſecundum carnem ſunt uidete.] Hoc eſt ab illis qui in facie gloriantur cauete. Tam manifeſta eſt rei probatio, ut facillima ſit intellectu. Siue ab his hypocritis uobis cauete, qui in præſentia gloriantur. r ¶ Si quis confidit Chriſti eſſe &c.] Nemo tam ſtultus eſt q̄ qui ſe ſolum Chriſti eſſe gloriatur. s ¶ Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra &c.] Nā & ſi me magis poteſtatem à Chriſto accepiſſe dixero q̄ cæteros ut Apoſtolus, non erubeſcam, quia uerum dico, & nō gloriæ, ſed ædificationis cauſa compulſus hæc facio. t ¶ Et nōn in deſtructionem ueſtram, non erubeſcam.] Nam illi & uſurpatam, & in deſtructionem exercere cupiunt poteſtatem. u ¶ Vt non exiſtimer quaſi uos terrere per epiſtolas &c.] Hoc ideo dico, ne quis me putet illa cōminari quæ implere non poſſum, ut de me iactant deceptores. x ¶ Hoc cogitet q̄ eiuſmodi eſt &c.] Qui putat hoc, ſciat omnia me poſſe facere, ſi neceſſe ſit quæ promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirm⁹, & peccātibus per ſeueritatē fortis exiſto. y ¶ Non enim audemus &c.] Id eſt, nō debemus ita deū cōtemnere ut coæquemur aliquibus, qui ſuis laudibus malunt q̄ dei

gratia cõmendari: nec de nobis possumus maiora iacta/ re q̃ sumus. a ¶ Sed & ipsi in nobis &c.] Non excedi mus mensuræ nostræ terminos. b ¶ Et cõparantes nos/ metipsos nobis.] Non minoribus: sicut cũ illi nihil sint, apostolis se nõ modo æquales faciunt, sed etiam antepo nunt. c ¶ Nos autẽ nõ immensum &c.] Nihil supra mensurã humanam facimus, sed in apostolat⁹ gra/ tia, quãtum nobis do minus donare digna tus est, per quam uo/ bis Corinthij prædi/ camus, nec enim hoc usurpatione fecimus sed præcepto. d ¶ Vs/ que ad uos enim per uenimus in euãgelio Christi.] Nõ nostro, ut illi qui prædicãdo se, suum euangelium faciunt. e ¶ Non in immensum &c.] Im/ mensum est in alienis laboribus gloriari. Il/ li autem semper ad fi deles ibant, qui signa minime quærebant. f ¶ Spem autem ha bentes &c.] Qui non munera à uobis, sed mercedem à deo ue/ stræ fidei expectam⁹. g ¶ In abundantia il la quæ ultra uos sunt euãgelizare.] Id est, nõ enim usq; ad uos sufficit peruenire: sed cum uestra fides cre/ uerit, aliò transiem⁹. h ¶ Non in aliena re gula &c.] Sicut illi de præparatis iam ab aliis impudenter glo riantur. i ¶ Qui au tem gloriatur, in do/ mino glorietur.] Iam gloriari ĩ domino ex/ hortatur, cuius uirtu tes in eo opatæ sũt.] k ¶ Non enim &c.] Seipsum commẽdat qui ipse laudat se: Illũ uero dominus com/ mendat, qui signorũ uirtutibus commen/ datur. Cap. XI

mus inserere aut comparare nos quibusdã qui seipsos cõmendant: sed & ipsi in nobis nosmẽtipsos metientes, & cõparãtes nosmetipsos nobis. Nos aũt nõ in immen sum gloriabimur, sed secũdũ mensurã regulæ qua men sus est nobis deus mensurã pertingẽdi usq; ad uos. Nõ enim quasi non pertingentes, ad uos superextendimus nos. Vsq; ad uos enim peruenimus in euangelio Chri/ sti, nõn in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spẽm aũt habentes crescentis fidei uestræ in uobis ma/ gnificari secundũ regulam nostram in abũdãntia: etiam in illa quæ ultra uos sunt euãgelizare, nõ in ãliena regu la in his quæ præparata sunt gloriari. Qui autẽ gloria/ tur, in dño glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, il le probatus est, sed quem deus cõmendat. Cap. XI

VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Aemulor enim uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem ca stam exhibere Christo. Timeõ autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus ue/ stri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Nam si is qui uenit alium Christũ prædicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimó enim nihil me minus feci/ sse à mãgnis apostolis. Nam & si imperit⁹ sermone, sed non scientia. In ómnibus autem manifestus sum uobis. Aut nũnquid peccatũ feci meipsum humilians, ut uos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euangeli zaui uobis: aliãs ecclesias expoliaui, accipiens stipendiũ ad ministeriũ uestrum. Et cum essem apud uos, & ege/ rem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, supple uerũt fratres q uenerũt de Macedonia: & in ómnibus si ne onere me uobis seruaui & seruabo. Est ueritas Chri sti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo uos: Deus scit

VTinam sustineretis &c.] Sustinete me qui multum sustinere consueuistis imprudentiam meam. Ideo in sipiẽtem se dicit, quia illi necesse erat, aliqua de se dicere, licet uera, ut ostendat q̃ uere insipientes sunt qui falso se laudãt. Sed & supportate me. m ¶ Aemulor enim uos dei æmulatione &c.] Id est, non stimulo liuoris inflam/ mor, sed uos tanq̃ pater diuina æmulatione custodio, ut possim uos immaculatos Christo coniungere, tanto ma iore studio conuersatos, quanto meliori estis consortio iun gendi. n ¶ Timeo autem ne sicut serpens Euam sedu/ xit astutia sua &c.] Serpens Euam de deo mentiendo se duxit, affirmans solam deum cõminatum esse mortem, nec esse iam illaturum. Ita & pseudoapostoli asserebant ideo euãgelij præcepta addita, ut uel sic lex antiqua ser/ ens stipendium ad ministerium uestrum.] Cum uobis prædicarem, mihi Macedones ministrabãt. a ¶ Cum essem apud uos &c.] Hoc fuit ex ueritate infirmitatem portare paruulorũ, ut nec tunc quidem uellet accipere cum egeret. b ¶ Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres &c.] Qui non occurrebant, manibus adorando fratres quos nouerunt falsos: nec pseudoapostolos susce/ perant, quinimo uincebãt. c ¶ Et in omnibus sine one re &c.] Quando infirmos uos habueritis. d ¶ Est ueri tas Christi in me.] Sicut Christus semel statuit, nec nega uit, necesse est ut aliquãdo non mentitus ita faciam. e ¶ Quoniã hæc &c.] Gloriationẽ, propter deum con/ cessam contẽnit, præcipue si inopiã patiatur. f ¶ Qua re? Quia nõ dilig. &c.] Ipse nouit utrũ uos diligã an nõ.

Imo ideo

à simplicitate.] Quia dei uerbum simplici ter credere, nõ est ho minum peruersorũ. p ¶ Quæ est in Chri sto Iesu.] Castus sen/ sus qui uni uiro con/ iũgitur Christo, & so lius illi semel promil/ sa sufficiunt. q ¶ Nã si is qui uenit alium Christum prædicat, quem non prædicaui m⁹ &c.] Si uobis am plius aliquid gratiæ prædicaretur q̃ per nos accepistis, recte eos nobis præponi forsitan pateremini. r ¶ Existimo em̃ ni/ hil me min⁹ fecisse.] Me minus fecisse istis qui nihil sunt ne pute tis. s ¶ A magnis a/ postolis.] Quãto ma gis Petrus & cæteri prædicant minus ali/ quid accepisse. t ¶ Nam & si impe/ritus sum &c.] Non sicut isti qui cum sint D sciẽtia imperiti, in ser/ mone tumido gloriã tur. u ¶ In omnibus autem &c.] Ostendit integritatem suã, qua per deum omnia fece rit, cum nec auaritiã, nec gulam nec gloriã ab eis aliquãdo quæ/ reret. x ¶ Aut nun/ qd peccatũ feci.] Si forte hoc solũ pecca/ ui qui propter uos e/ tiam licita & concessa cõtempsi. y ¶ Quo niam gratis euãgeliũ euãgelizaui uobis.] Qui neq; panẽ quoti dianum, quem ordi/ nauit dom⁹ accepi mus. z ¶ Alias eccle sias expoliaui, accipi ens stipendium ad ministerium uestrum.] Cum uobis

Deus ſcit. Quod autem facio & faciam, ut amputem occaſionem eorum qui uolunt occaſionem, ut in quo gloriantur, inueniãtur ſicut & nos. Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurãtes ſe in apoſtolos Chriſti. Et nõn mirum: Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Nõn ergo eſt magnum ſi miniſtri eius transfigurent uelut miniſtri iuſticiæ, quorum finis erit ſecundũ opera eorum. Iterum dico ne quis putet me inſipientem eſſe. Alioquin uelut inſipientem accipite me, ut & ego modicũ quid glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum deum, ſed quaſi in inſipiẽtia in hac ſubſtantia gloriæ, quoniam multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis inſipientes, cũ ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis uos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo qs audet, in inſipiẽtia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt & egõ. Iſraelitæ ſunt & ego. Semẽ Abrahæ ſunt & ego. Miniſtri Chriſti ſunt & egõ. Vt minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci, nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus ſæpe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, piculis in mari, periculis in falſis fratribus. In labore et ærumna, in uigilijs multis, in fame & in ſiti, in ieiunijs multis. In frigore et nuditate, præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ uror? Si gloriari

A Imõ ideo à uobis non accipio, quia multum uos diligo. *a* ¶ Quod autẽ facio & faciam &c.] Hic reddit cauſam, quare ipſe non acceperit, & aduerſarij cur docerent gulam, auariciamq; ſectarentur, quærentes perpaucũ aditum inuenire lucrandi, ut hic uel panẽ acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo tollit occaſionem Apoſtolo, ut in hoc appareant qui propter deum docerent, ſi à diſcipulis nihil expeterent. *b* ¶ Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſũt.] Dicentes: Hæc dicit dominus, cũ ipſe non miſerit eos, & uiſiões à corde ſuo loquunt. *c* ¶ Operarij ſubdoli transfigurãtes ſe in apoſtolos Chriſti.] Subdolus eſt q aliud fingit, cũ aliud agit, ut ſub contemplatione euangelicæ prædicationis contegat rapacitatẽ. Tales enim prædicatores, ut hominibus placeant, neceſſe ẽ adulari, ut adulando placeãt, & placendo accipiant, ea quæ commendantur dicũt, nõ ea quæ ædificent audientem. Plerique eorũ non tam pecuniam deſiderant q̃ honorem, arbitrãtes ſe ſummis opib⁹ eſſe ditatos, ſi ab omnib⁹ collaudentur: ſed nec pecunias ideo ſpernũt, quia non habẽt, ſed quia in recõditis habẽt. Veri autem & ſimplices magiſtri apoſtolos imitãtur, dicentes: Neq; enim fuimus in ſermone adulatiõis aliquãdo, nec i occaſione auaritiæ: neq; quærẽtes ab omnibus gloriam nec à uobis. *d* ¶ Et nõ mirum, ipſe em̃ ſatanas trãsfigurat ſe in angelum lucis.] Non tam facile ſomnijs, aut aliquibus quaſi angelis lucis, fides habenda: ne forte transfiguret ſe ſatanas in angelum lucis, & decipiat ac fallat incautos. *e* ¶ Non eſt ergo magnum ſi miniſtri &c.] Nõ mirum ſi miniſtri ſatanæ, auaritiæ, id eſt gloriæ cauſa fingãt ſe iuſticiam prædicare. *f* ¶ Quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.] Mala opera, malus finis expectat. *g* ¶ Iterum dico, ne quis putet me inſipientẽ eſſe &c.] Iam ſuperius dixit: Suſtinete modicũ quid inſipientiæ meæ: & reddiderat rationẽ, quia zelo dei eos zelaret, non gloriæ deſiderio eſſet de ſe aliquid dicturus, ne eius in odium uerſi, falſos apoſtolos ſequerentur. Si ergo inſipientia eius tam ſapiens eſt, q̃ ſapiens erit ipſa ſapientia? Simul notandum, quia mirum eſſe non debet ſi ad tempus falſa doctrina præualeat, cuius autoribus in fine uindicta promittitur. *h* ¶ Quod loquor, non loquor ſecundum deum &c.] Si hic neceſsitate populi cõ lum miniſterio glorietur, nõ ſapiẽter hoc facit. *x* ¶ Vt minus ſapiẽs dico, plus ego, in laboribus plurimis &c.] Quinque uicibus tricenas & nouenas quaſi tranſgreſſor legis accepit. Hæc autem in Actibus apoſtolorum non omnia reperiuntur, quia nec in epiſtolis omnia quæ ibi ſcripta ſunt cõtinentur. *y* ¶ Ter naufragiũ feci, nocte ac die in profundo maris fui.] In ultimo periculo, cum nauim in profunda tempeſtate deductam, in horas fluctu operiri putaremus. *z* ¶ In itineribus ſæpe, periculis fluminũ &c. periculis in falſis fratribus.] Qui explorare ſubintroierunt noſtram libertatem. *a* ¶ In labore & ærumna &c.] Fames neceſſitatis eſt, ieiunium uoluntatis. *b* ¶ Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtãtia mea quotidiana &c.] Præter illa quæ per conſuetudinem leuiora eſſe uidentur. *c* ¶ Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis ſcandalizatur &c.] Non dixit, ſcandalizor: quia in fide ſcandalizatur. Cum infirmãtibus infirmor,

B

C

D

pulſus, negat ſe ſecũdum deum gloriari, quid de illis ſentiendum eſt, qui ſola iactantia gloriantur ſubſtantiæ gloriæ? Eſt enim alia uera ſubſtantia gloriandi. *i* ¶ Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem &c.] Quoniam in nobilitate terreni generis, gloriari carnale eſt. *k* ¶ Libenter eñ. ſuffertis inſipiẽtes, cum ſitis ipſi ſapiẽtes.] Video enim uos cũ edocti ſitis, nullius momenti inſipiẽtibus facile conſenſiſſe. *l* ¶ Suſtinetis enim ſi quis uos in ſeruitutẽ redigit.] Legis uel phariſæorum qui dominatum in populũ exercebant. *m* ¶ Si quis deuorat, ſi quis accipit.] Cõuiuia uel munera. Si quis accipit pecuniã. *n* ¶ Si quis extollitur.] Iudaica ſuphia, uel de ſcientia uel de generis q̃litate. *o* ¶ Si qs in faciem uos cædit.] Si quis etiam præſentes obiurgat. *p* ¶ Secũdum ignobilitatẽ dico.] Ignobilitas em̃ maxima eſt, ſi quis filius dei, de terrena nobilitate ſe iactet. *q* ¶ Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.] Ab illis min⁹ aliquid habeamus. *r* ¶ In quo quis audet.] Hic ſe apoſtolis comparat laborũ ſuorum cõtemplatione. Item notãdum quod quaſi temerarium dixerit audere. *s* ¶ Audeo & ego.] Poſſum audere ſi uolo. *t* ¶ Hebræi ſunt & ego: Iſraelitæ ſunt & ego &c.] Si ĩ hoc gloriantur, & ego huius ſum gentis. *u* ¶ Miniſtri Chriſti ſunt & ego.] Notandum q̃ ſi quis de Chriſti ſo-

A cum pereuntib⁹ perire me credo: sic enim uror tristicia, ut animo ardere me sentiam. *a* ¶ Si gloriari oportet.] Nam si gloriari necesse est, non in his quæ ad læticiã, sed quæ ad mœrorem pertinent gloriabor. *b* ¶ Quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.] Manifeste infirmitates suas Apostolus, tentationes quas sustinebat, persecutionesq; significat. Itẽ omnes superiores necessitates, uno infirmitatis nomine definiuit, eo quod humanas imbecillitates istæ prævaleant.

c ¶ Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit qui est benedictus in secula, quod non mentior.] Rem quasi difficilem dicturus, quod Iudæi contra eum etiã principes gentium concitassent, ante implorat testimoniũ dei, ne uerè hoc iactãtiæ imputaret, q; aduersus eũ etiam regna surrexerint, & nihil potuerint prævalere. Hæc autẽ idcirco enumerat, ut ostẽdat quid interesit inter ueros & falsos apostolos.

d ¶ Damasci præpo
B situs gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorũ.] Præpositus gentis illius erat, cui imperabat Areta rex.

Cap. XII

SI gloriari oportet, non expedit qdẽ.] Non mihi expedit, q necessitate cõpellor.

f ¶ Veniam autẽ ad uisiones & reuelationes domini.] Sibi infirmitates domino uisiones asscribit.

g ¶ Scio hominẽ in Christo.] Siue humilitatis causa de se in alterius persona loquitur, siue de alio, uerũ potest utrunq; cõstare. *h* ¶ Ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus &c.] Quia iterum repetit, ostendit aliam fuisse uisionem. Vide quãta necessitas fuit, ut quot annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur. *i* ¶ Et scio huiusmodi &c.] Iterando Apostolus hunc talem hominẽ, ostendit secundo esse raptum, semel usq; ad tertium cœlũ, ubi uidit uisiones, & semel in paradisum, ubi reuelata sunt ei ineffabilia uerba. *k* ¶ Et audiuit arcana uerba quæ nõ licet homini loqui.] Siue quæ nulli dicere fas est, siue quæ impossibile est humanã enarrare naturã. Hoc contra Arianos. *l* ¶ Pro huiusmodi gloriabor, pro me aũt nihil.] Visione uel homine, pro me autem nõ gloriabor in mea uirtute, quia non est reuelatio mea sed dei. *m* ¶ Nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uoluero gloriari, non ero insipiens.] Hic uidetur ostendere, cum de alio dicat, etiã C si dicat, causam gloriandi habere nolle. *n* ¶ Parco autẽ ne quis &c.] Sufficiunt manifesta, etiã si celentur occulta. *o* ¶ Et ne magnitudo reuelationũ extollat me &c.] Quanta putatis esse quæ celo, ut merito mihi esset stimulus necessarius, q me hominẽ esse semp mihi demonũraret. Stimulum carnis, angelum satanæ, tentationes persecutionum, apostol⁹ se sustinuisse significat.

p ¶ Vt me colaphizet.] Aut tribulationes suscitãdo, aut dolores. Quidam enim dicunt eum frequenter dolore capitis laborasse. *q* ¶ Propter quod ter dominũ rogaui, ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.] Hic intelligimus etiã sanctos ignorãter nõnunquam alia inimpetrabilia postulasse: simul etiam discimus quod importuna petitio uel responsum mereatur, si nõ meretur effectum. *r* ¶ Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis &c.] Posq; co- D gnoui prodesse, qd̃ nocere putabam.

s ¶ Propter qd̃ placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs.] Nõ in honoribus. *t* ¶ In necessitatib⁹.] Non in odio, non in diuitijs.

u ¶ In persecutionibus, in angustijs pro Christo.] Nõ p crimine, unde saluator docuit, ut sola causa iusticiæ patiamur: Petro similiẽ id attestante. *x* ¶ Cum enim infirmor, tunc potẽs sum.] Maxima potẽtia est infirmari pro Christo, & magnæ diuitiæ indigere.

Si gloriãri oportet, quæ infirmitatis mẽæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Damãsci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatẽ Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

Cap. XII

SI gloriãri oportet, non expedit quidem. Vẽniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Sciõ hominem in Christo ante annõs quatuordecim, siue in corpore nescio: siue extra corpus, nescio, deus scit: raptũ huiusmodi usq; ad tertium cœlum. Et sciõ huiusmodi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradisum, & aũdiuit arcana uerba quæ nõ licet homini loqui. Prõ huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitãtibus meis. Nam & si uoluero gloriari, nõ ero insipiens, ueritatem enim dicam. Parcõ autẽ ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Et nẽ magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, angelus satanæ qui mẽ colaphizet. Prõpter quod ter dominũ rogaui ut discederet à me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Libentẽr igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in perſecutionibus, in angustijs p Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigijs & uirtutibus. Quid est enim qd̃ minus habuistis præ cęteris ecclesijs, nisi q; ego ipse nõ grauaui uos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertiõ hoc paratus sum ue-

y ¶ Factus sum insipiẽs.] Insipientẽ esse dicit, aliquem se in laboribus iactare uel uirtutibus. *z* ¶ Vos me coegistis, ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt &c.] Sed hoc uos coegistis, qui cum alijs de me satisfacere deberetis quod nihil minus fuerim à magnis apostolis, iterum opus habetis ut uos denuo commendemus. *a* ¶ Tametsi nihil sum, signa tamen &c.] Ego quidẽ nihil sum ut homo, sed apostolatus sua si uobis signa monstrauit: hoc est patientiam in moribus, & prodigia in signis. *b* ¶ Quid est enim qd̃ minus &c.] Quibus alij apostoli prædicarũt. De integritate apostoli, & seueritate acceptæ potestatis à dño i eos qui pœnitentiã negarunt agit. *c* ¶ Ecce tertio hoc paratus sum &c.] Salutem uestram desidero, nõ munera.

Nec enim

sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Egō autem libētissime impendam, & super impendar egoipse pro animabus uestris abundātius: licet plus uos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego uos nō grauaui: sed cū essem astutus dolo uos cepi. Nūquid per aliquem eorū quos misi ad uos, circumueni uos? Rogāui Titū, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circumuenit? Nōnne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigijs? Olim pūtatis quod excusemus nos apud uos. Corām deo in Christo loquimur. Omnia autē charissimi propter ædificationem uestram. Timēo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar à uobis qualem non uultis: ne fōrte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiōes sint inter uos. Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos: & lūgeā multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

Cap. XIII.

ECce tertio hoc uēnio ad uos, ut in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Prædixi enim & prædicō, ut præsens uobis & nūc absens his qui ante peccauerūt, & cęteris omnibus: quoniā si uenero, iterum non parcam. An experimentū quæritis eius qui in me lōquitur Christus? Qui in uobis nō infirmatur, sed pōtens est in uobis. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nam & nōs infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmēt ipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate. An nō cognōscitis uosmetipsos, qa Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autē quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Orāmus autem deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pereamus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus. Nōn possumus enim aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quōniā nos infirmi sumus, uos autē potentes estis. Hoc & oramus uēstram cōsummationem. Ideo enim hęc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificatiōnem, & non in dēstructionem

ECce tertio hoc uenio ad uos: ut in ore duorū uel triū &c.] Secundū legem contra Manichæos. *n* ¶ Prædixi & prædico ut præsentibus & nunc absens &c.] Qui post documenta priorū peccauerint, non ipsis parcam: quia antecedentium ruina, sequentes debet facere cautiores. *o* ¶ An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?] An in me Christum tentatis: utrū in uobis ualeat uindicare? *p* ¶ Qui in uobis non infirmatur.] Quē non infirmū, sed potentē esse nec ipsi nescitis. *q* ¶ Sed potens &c.] Quanto magis in uobis

a ¶ Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs.] Ego magis si haberem, uobis dare deberem. *b* ¶ Ego autem libentissime impendam &c.] Quod habeo labore nimio, impendo, & plusq; possum impendā. Perfecta enim dilectio non solum totum quod habet gratis impendit, sed etiā ipsa libenter super impenditur si necesse est. *c* ¶ Sed esto: ego uos non grauaui &c.] Per omnia se purgat, ipsorū semper cōscientiam testem inuocās: simul, & quomodo se ab illis possint cauere demonstrans. *d* ¶ Rogaui Titū & misi cū illo fratrem &c.] Nunquid aliquid uobis abstulit ad me perferendū? *e* ¶ Nōne eodem spiritu &c.] Nōne uno spiritu omnia gerimus? *f* ¶ Olim putatis quod excusemus nos apud uos.] Non sicut superiō dixi placemus nobis, sed ne nobis cum uenerimus necesse sit acrius uindicare. *g* ¶ Corā deo in Christo loquimur &c.] Quem fallere impossibile est.

b ¶ Timeo enim ne &c.] Timeo si uos non inuenero iustos, & ego uobis seuerus inueniar. Blandimentis minas iungit. *i* ¶ Ne forte contentiones, æmulationes &c.] Propter hæc se dicebat seueriſſime uindicare. Quid faceret si nostris temporibus aduenirent, quib. ad comparationem aliorum criminum, ista ne putantur quidem esse peccata. *k* ¶ Et lugeam multos &c.] Hoc est contra Nouatianos pœnitentiæ negatores: si enim luget pœnitentiam non agentes: utique de agētibus gaudet. *l* ¶ Fornicatione &c.] Impudicitia grauior est fornicatione: quasi monstruosa turpitudo: sicut ille fecit qui uxorē patris accepit Cap. XIII

c ¶ An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?] An in me Christum tentatis: utrū in uobis ualeat uindicare? *p* ¶ Qui in uobis non infirmatur.] Quē non infirmū, sed potentē esse nec ipsi nescitis. *q* ¶ Sed potens &c.] Quanto magis in uobis carptorib. sui. *r* ¶ nā & si crucifixus ē &c.] Quod crucifixus est, nostræ est īfirmitatis: quod uiuit, suæ uirtutis. *s* ¶ Nam & nos infirmi &c.] Siue, q nos quasi infirmos, p uocatis, īuenietis nos uiuere cum Christo in uirtute dei cum in uos uindicare cœperimus. Siue nos in præsenti quidem infirmamur, sed in futuro cum illo non in nostra sed dei uirtute uiuemus. *t* ¶ Vosmet ipsos tentate &c.] Si in fide estis, & in uobis uos cognoscite: date sententiā in peccante, & uidete si non statim cū uestro uerbo uindicta, pcedat. *u* ¶ An non cognoscitis &c.] Dei uirtus, si tamen uos minime reprobauit. *x* ¶ Spero autē &c.] Spero uos sensuros quō nos cōuersemur. *y* ¶ Oramus autē deū &c. sed ut uos &c.] Si ēm mali aliquid feceritis, nos uindicando parebimus probati: sed maluimus nōs reprobos uideri, tātum ut uos quod bonum est faciatis. *z* ¶ Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem &c.] Innocētiæ enim nostra sentētia obesse non poterit, nisi ei qui pro certo peccauerit. *a* ¶ Gaudemus enim quoniā infirmi sumus &c.] Gaudemus si non sit necesse ut nostra uirtus appareat, sicut Petri apparuit in Saphira & Anania. *b* ¶ Hoc oramus uestram consummationem.] Vt uos perfecti sitis atq; potentes. *c* ¶ Ideo hæc absens scribo ut non præsens durius agam &c.] Si non correxeritis uos, durius adhuc acturus sum quàm scribendo denuncio. *d* ¶ In ædificationem.] Vt & uos de cætero emendetis, & alij peccare formident. *e* ¶ Et non in destructionem.] Ad quam sibi pseudoapostoli potestatem usurpant.

A a ¶ De cætero autem fratres gaudete: perfecti eſtote, exhortamini.] Notandum quod toti eccleſiæ ſcribens, dicit eos omnes debere eſſe perfectos, & qđ laicos iubet ſeinuicẽ exhortari. b ¶ Idipſum ſapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiſcum.] Alioquin autor diſſenſionis & odij contrarius erit uobiſcũ, & uos cũ illo permanebitis in æternum, ſi ille hic uobiſcum manſerit ſemper. c ¶ Salutate inuicem in oſculo ſancto. Saluant uos omnes ſancti.] Non honorati aut diuites. C

ctionem. De cæterŏ fratres gaudete: perfecti eſtote, ex hortamini: idipſum ſapitẽ. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiſcum. Salutãte inuicem in oſculo ſancto. Salutant uos omnes ſancti. Grãtia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei & communicatio ſancti ſpiritus ſit cũm omnibus uobis. Amen.

d ¶ Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti & charitas dei & cõmunicatio ſancti ſpiritus.] Contra Arianos, qui ideo patrẽ maiorem eſſe contendunt: quia plerunq; primus nominatur in ordine. e ¶ Sit cũ omnibus uobis amen.] Non aliquantis: ſiue qđ omnes in his donis uelit eſſe pfectos.

COMMENTARIA IN epiſtolam ad Galatas.

Paulus apoſtolus non ab hominibus neque per hominem.] Sicut ſacrarum ſcripturarum teſtatur autoritas: Neminem uenire ad patrẽ niſi per filium & ſpiritum ſanctum. Item neminem uenire ad filium, niſi quem uocauerit pater & ſpiritꝰ ſanctus: ita & hoc loco manifeſte oſtenditur Paulum apoſtolũ in euangelij prædicationem, per Ieſum Chriſtum & deum patrem uocatũ eſſe à ſancto ſpiritu: quẽadmodum liber apoſtolicorum actuum docet, dicens: Miniſtrãtibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabã, & Sãulũ in opus ad quod aſſumpſi eos. Item & infra in eodẽ loco: Et ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto abierunt ſeleuciam. B

epiſtola ad Corinthios apoſtolos uocat, dicens: Siue fratres noſtri apoſtoli eccleſiam gloriæ Chriſti. I ¶ Gratia uobis.] Qua ſola eſtis fide ſaluati. m ¶ Et pax à deo & patre noſtro &c.] Qua remiſſis delictis omnib. recõciliati fuerãt deo. n ¶ Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.] Oſtendit beneficia Chriſti, quibus exiſtebant ingrati, in lege quæ peccatoribus data eſt, uiuere cupientes, cum illis omnia eſſent peccata dimiſſa. o ¶ Vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam.] Non quod ſeculũ nequam ſit, ſed qđ mala ſint, quæ aguntur in ſeculo: ſicut & dominꝰ in euangelio dicit: Suffi cit diei malicia ſua. Matth. 6. d Non quia dies mala ſit, ſed propter illa, quæ in eius tempore aguntur uel bona uel mala dicitur. Itẽ mala ſeculi opera dicũtur quæ cõmittuntur in ipſo. p ¶ Secũdum uoluntatem dei & patris noſtri.] Non ſecundũ merita noſtra. D

1. Cor. 15

AD GALATAS

Paulus apoſtolus non ab hominibus, neq; per hominem: ſed pẽr Ieſum Chriſtum & deũm patrem: qui ſuſcitauit eum à mortuis, & qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſijs Galatiæ. Grãtia uobis & pax à deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto: qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de præſenti ſeculo nequã, ſecundũ uoluntatẽ dei & patris noſtri, cui eſt gloria in ſecula ſeculorũ amen. Miror quod ſic tã cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiã Chriſti, in aliud euangeliũ, quod nõ eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui uos conturbãt, & uolunt cõuertere euangeliũ Chriſti. Sed licẽt nos aut angelus de cœlo euãgelizet uobis præterq; quod euangelizauimus uobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Modo enim hominibus

q ¶ Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum amen.] Infinitis beneficijs infinita gloria debetur. r ¶ Miror qđ ſic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiã Chriſti, in aliud euangelium: quod non eſt aliud.] Manifeſtatis beneficijs, mirarſe dicit quod ab illo potuerint ſeparari. ſ ¶ Niſi ſunt aliqui qui uos conturbãt.] Nam euangelium uerum aliud eſſe non poteſt, niſi Chriſti. t ¶ Et uolunt conuertere euangelium Chriſti.] Dum lex ad euangelium profecerit, illi peruerſo ordine euangelium ad legem prouocare nitũtur. u ¶ Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterq; quod euangelizauimus uobis.] Breuiter omni uoluit præiudicare perſonæ, quando nec Apoſtolos contra id quod primum prædicauerat, nec uocem de cœlo loquentis angeli permiſit audire. Facit autem ſententia cõtra omnes hæreticos, qui traditiones apoſtolicas mutare conantur. x ¶ Anathema ſit.] Hoc eſt, abominabilis uobis ſit. y ¶ Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.] Repetitum fortius commendatur. z ¶ Modo enim hominibus ſuadeo, an deo? Nunquid propter homines uobis ſuadeo, ſicut propter Iudæorum traditiones ante faciebã? Oſtendere uult odia hominum ſe non timentem, libere defendere ueritatem.

Quod autem hic Ieſum Chriſtum primo loco ponit, & ita demum patrem, & alibi indifferenter deum patrem anteponit, frequẽter etiam ſpiritum ſanctum, hoc oſtendit: quoniam in patre & filio & ſpiritu ſancto, non ordo, nõ maior aut minor, ſed una eſt gloria eademq; ſubſtantia. Quod uero dicit, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum: hic perſonam deitatis oſtendit. Quod autem ait: qui ſuſcitauit eum à mortuis: aſſumpti hominis ſignificat incarnationem. Aliter: Non humana præſumptione, ut illi dicunt: neq; per apoſtolos alios, ut Aaron per Moyſen, ſed per ipſum dominũ, ut Moyſes & omnes apoſtoli uel prophetæ. ſed pleriq; ab hominibus ordinãtur, cum indigne fauore populi patientiã domini cõtemnentes, diuino ſacerdotio contra meritum ordinantur.

g ¶ Sed per Ieſum Chriſtum.] Qui Petrum & cæteros apoſtolos in miniſterium apoſtolatus elegit. h ¶ Et deum patrem.] Oſtendit unam eſſe patris & filij operationem. i ¶ Qui ſuſcitauit &c.] Secundum quod mori potuit, ſecundũ carnem ſcilicet. k ¶ Et qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſijs Galatiæ.] Ne ſolus indigne ferre putaretur, ſuam conculcari doctrinã, Apoſtolus obiurgaturus Galatas propter conuerſationem ſuam, non tantum ex ſua perſona ſcribit ad eos, ſed ex omnium fratrum, qui in conſortio ſecum erant: quos in

bus suadeo, an deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nótum enim uobis facio fratres euangeliũ quod euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniám supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocáuit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarẽ illum in gentibus: cõtinuo non acquieui carni & sanguini. Neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abij in Arabiam, & iterũ reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres uẽni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo: quia non mentior. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabãt deũ.

Cap. II.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundũ reuelationem, & cõtuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse, nẽ forte inuacuum currerẽ aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis compulsus est circuncidi: sed propter

A a ¶ An quæro hominibus placere?] Vbicũq; sine addimento aliquo homines nominantur, in malã partẽ
Psal.115 accipiũ in scripturis. Vt est illud: Omnis homo mendax.
1.Cor.3.a Et: Quem dicunt homines esse? Et: Nõne homines estis? Et: Secundum hominem ambulatis. Igitur quicunq; talibus placere uoluerit: necesse est ut eorũ faciat uoluntatẽ. Sancti autem deo tãtum & deum amantibus placẽt: qui plus q̃ homines esse meruerũt. b ¶ Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem.] Nã ideo me oderunt: quia seruꝰ sum Christi. c ¶ Notũ enim uobis facio fratres euangeliũ, quod euangelizatum est à me.] Vult purgare usurpationis & humanæ traditionis infamiam. d ¶ Quia non est secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi.] Neq; à me confinxi, neq; ab alio homine accepi, neque à quoquã didici quod
B gentes sola fide saluarẽtur. e ¶ Audistis enim cõuersationem meam aliquando in Iudaismo.] Nec uos credo latere quod dico. Ostendere uult q̃ firmiter tenuerit Iudaismum, & quàm fideliter pro traditionibus patrũ expugnarit ecclesiam: ut intelligamus eum non potuisse inde humano consilio, nisi reuelatiõe separari diuina. f ¶ Quoniam supra modum persequebar ecclesiã dei, & expugnabam illam, & proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.] Non supra omnes, ne iactabundus putaretur. g ¶ Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ.] Hic præscientiam dei, ad dilectionem Apostoli anteq; nasceretur, ostendit. Item qui me in præscietia ab utero segregauit: quãdo uoluit, fecit quod sciebat esse futurum. h ¶ Et uocauit per gratiam suam.] Non meis meritis. i ¶ Vt reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus.] Vt filium suum per me gentibus reuelaret. k ¶ Continuo non acquieui carni & sanguini.] Hoc dicit: quoniã secundum mysterium reuelationis, cõmissam sibi prædicationẽ euangelij exercuerit: neq; tunc carnis & sanguinis uocem audiuit, sed dei. l ¶ Neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascũ.] Non quod mihi necesse fuit, ut ab illis aliquid edocerer: sed de Damasco in Arabiam protinus ibam, ut docerem quod mihi à deo reuelatum fuerat. m ¶ Deinde post annos tres.] Ostendit se non indiguisse doceri, qui tribus iam annis alijs prædicarat. n ¶ Veni Hierosolymam.] Quando se discipulis iungere attentabat. o ¶ Videre Petrũ.] Et susceptum se ab illo in charitate demõstrat, & in tam breui tempore nihil discere potuisse. p ¶ Et mansi apud eum diebus quindecim.] Videndi gratia, non discendi. q ¶ Alium aũt apostolorum uidi nemine.] Ne uel ab illis didicisse uideretur. r ¶ Nisi Iacobum fratrẽ domini &c.] Quatuor modis fratres appellari quis dubitat? Primo, naturæ: secundo, cognatione: tertio, gente: quarto, affectu. Vnde Iacobus secũdum cognationem frater domini dicitur: quoniam de Maria Cleophæ sorore matris dñi, natus esse monstratur. s ¶ Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ: erã autem
D ignotus facie ecclesiæ Iudææ.] Notãdum quia per triennium ecclesijs Iudææ erat ignotus. t ¶ Quæ erãt in Christo &c.] Seorsum qui ex Iudæis erãt, ecclesia habebãtur: nec his qui erant ex gentibus, miscebantur. u ¶ Et in me clarificabant deum.] De re difficili, maxima nascitur admiratio, & laudabatur deus qui hoc solus posset efficere. De fallis fratribus, & de Petro in circuncisione: Paulo uero in gentibus ordinatis.

Cap. II.

Deinde post annos quatuordecim.] Quãdo de oneribus legis quæstio mouebatur. y ¶ Iterum ascẽdi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.] Non uolũtate mea, sed imperij diuini necessitate. z ¶ Ascendi autem secundum &c.] Hoc ait Apostolus: Cum ueni rem inquit, Hierosolymam secundũ reuelationẽ dei, congregationi fratrum per ædificationem meam reddidi rationem, seorsum & apostolis: non ut ab illis in aliquo instruerer, quippe qui plenam fueram gratiam cõsecutus: sed ut manifestarẽ eis recto ordine me Christi euãgeliũ prædicare. a ¶ Et contuli cum illis &c.] Non didici, sed contuli euangeliũ, per quod gentes sola fide saluantur. b ¶ Seorsum autem his &c.] Ne illos discipuli de euangelio dubitare putarent. c ¶ Ne forte inuacuum &c.] Hoc non est dubitantis, sed potius confirmantis. d ¶ Sed neq; Titus qui mecũ &c.] Inuacuũ cucurrit.

¶ Sed

A a ¶ Sed propter ſubintroductos falſos fratres.] Reddit cauſas cur circundidit Titum: non quia illi circunciſio prodeſſet, ſed ut ſcandalum imminens uitaretur.
b ¶ Qui ſubintroierunt explorare libertatem &c.] Qua abſoluti ſumus à iugo legis. c ¶ Quibus neq; ad horã ceſſimus &c.] Vt periculum uitaremus, & eſſent in nobis qui ueritatẽ euangelij confirmarent.
d ¶ Ab his autẽ qui uidebantur eſſe aliquid.] Hic eos ſignificat, qui Galatas Iudaizare compulerãt: qui aliquando inſignes inter diſcipulos apoſtolorum fuerãt: quicq; præſenti tẽpore à fide Chriſtiana ad obſeruationem Iudaicam conuertebãt.
e ¶ Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt &c.] Non mihi cura eſt, quia cũ domino ambulaueriũt: quia nec tempus præiudicat fidei, nec perſona labori.
f ¶ Mihi autem &c. quod creditũ eſt mihi euangeliũ præputij.] Vt prædicem in gentibus, ſicut illi Iudæis. g ¶ Sicut & Petro circunciſionis: qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circũciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes &c.] In nullo ſum illo inferior: quia ab uno deo ſumus in miniſterio ordinati. h ¶ Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ eſſe.] Super quas erat eccleſia confirmata.
i ¶ Dextras dederunt.] Ita nos docere debere. k ¶ Mihi & Barnabæ ſocietatis &c.] Ambo enim miſſi erant ſimul, ut gentibus prædicarẽt.
l ¶ Vt pauperũ memores eſſemus.] Qui omnia ſua diſtribuentes, ad apoſtolorum pedes precia deponebant: Vel quorum bona fuerant à Iudæis inuaſa: ſicut legimus ad Hebræos.
m ¶ Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.] Hoc eſt, quod in omni penè ſcribit epiſtola. n ¶ Cum aũt ueniſſet Cephas antiochiam &c.] Galatarum infirmitas compellit eum narrare: quod nec ipſi apoſtolorum principi Petro pepercerit, ueritatẽ euangelij non libere defendenti: ſicut etiam ad profectũ Corinthiorum manifeſtat: ũiſionem quam annis quatuordecim celauerat. Hoc aũt totum ait, ut oſtendat ſe nunq; circunciſionis fuiſſe fautorem, quod de illo falſi apoſtoli confingebant. Gal.5.b Vnde & alibi dicit: Ego aũt fratres, ſi circunciſionẽ præ-

propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu: ut nos in ſeruitutẽ redigerẽt, quibus nec ad horam ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab his aũtem qui uidebantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominis nõ accipit. Mihi autem qui uidebantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed econtra cum uidiſſent quod creditũ eſt mihi euangeliũ præputij, ſicut & Petro circũciſionis: Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatũ circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Et cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi: Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: ut nos in gentes, ipſi aũt in circunciſionem: tantum ut pauperum memores eſſemus. Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cum aũtem ueniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem ueniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant, & ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi: ità ut & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ. Sed cum uidiſſem quod non recte ambularent ad ueritatẽ euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tũ cũ Iudæus ſis, gentiliter uiuis & non Iudaice: quomodo gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, ut iuſtificemur ex fide Chriſti, & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quæ deſtruxi iterum hæc reædifico, præuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legem legi mortuus ſum, ut deo

C o ¶ Prius enim quã uenirent &c.] Sciens ſibi oſtenſum, ut nullius generis hominẽ uocaret immundũ. p ¶ Cum aũt ueniſſent, &c.] Non ideo reprehenſibilis erat, quia cum illis edebat: ſed quia poſtea propter homines ſe ſubtrahebat.
q ¶ Ita ut & Barnabas duceretur ab eis &c.] Qui mecum ad gentes miſſus, nihil inter eos docuerat eſſe diſcriminis.
r ¶ Sed cũ uidiſſem &c.] Quamuis hoc propter ſcandalũ faceret Iudæorum: tamen publice illũ conueni, ut & Iudæis ſuperbia, & gẽtibus deſperatio tolleretur.
ſ ¶ Dixi Cephæ coram omnibus.] Publicũ ſcandalum non poterat priuate curari.
t ¶ Si tu cũ Iudæus ſis.] Si tu non tenes qd' natus es, quomodo illos facis tenere qd' nati nõ ſunt? Rationem reddit, nõ iniuriã facit. u ¶ Gentiliter uiuis & non Iudaice.] Non exoperibus legis, ſed ſola fide ſicut gẽtes, uitam in Chriſto inueniſſe te noſti. x ¶ Quomodo gẽtes cogis Iudaizare?] Cur ſubtrahis te tanq; à peccatorib.] y ¶ Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.] Peccatores tamẽ eramus: quia concluſit ſcriptura õmnia ſub peccato.
z ¶ Scientes autem quod nõ iuſtificatur homo ex operibus legis &c.] Opera legis, circunciſio & ſabbatũ, dies feſti, & cætera: quæ non propter iuſticiam, ſed ad edomandam populi duritiam ſunt mãdata.
a ¶ Quod ſi quærentes iuſtificari &c.] Si enim gentes fides ſola non ſaluat, nec nos: quia ex operibus nemo iuſtificatur. Ergo ad huc peccatores ſumus, & Chriſtus peccatorum miniſter eſt, tanquam non ualens peccata indulgere. b ¶ Si enim quæ deſtruxi, iterũ hæc reædifico, prævaricatorem me conſtituo.] Si deſtruxi Iudæos, & nũc (ut illi dicunt) ipſos reædifico, meæ ſententiæ prævaricator inuenior. c ¶ Ego enim per legem legi mortuus ſum.] Hoc eſt quod dicit: per legem Chriſti, legi Moyſi mortuus ſum: aut certe per ipſam Moyſi legem, legis eſuſdẽ ſum obſeruationibus liberatus: quoniã ſcriptum eſt in eadem lege: Quia Abraham ex fide iuſtificatus eſt, Gen.15.b & non ex operibus legis. Item per legẽ Chriſti, legi literæ, & Moſi legi ueteri ſum mortuus: quia ipſa ſe ceſſaturam

ût deo uiuã: Christo confixũs sum cruci. Viũo aũt iam non ego, uiuit uerõ in me Christus. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Nõn abijcio gratiam dei. Si enim per legem iusticia, ergo gratis Christus mortuus est.

Cap. III.

O Insensati Galatæ, quis uos fascinauit non obedire ueritati? Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in uobis crucifixus. Hoc solum à uobis uolo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis: ut cum spiritu cœperitis, nunc carne cõsummamini? Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis ex operibus legis, an ex auditu fidei, sicut scriptum est: Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura: quia ex fide iustificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pẽdet in ligno, ut in gentibus benedictio

A turam esse prædixit. *a* ¶ Vt deo uiuam.] Quia legem suam innouauit. *b* ¶ Christo confixus sum.] Omnibus peccatis quibus lex est data, sum mortuus: ergo lex mihi minime est necessaria. *c* ¶ Viuo autem iam non ego.] Vetus homo. *d* ¶ Viuit uero in me Christus.] In illo uiuit Christus in quo Christus uegetat actus & uitam. *e* ¶ Quod autẽ nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei.] In sola fide: quia nihil debeo legi antiquæ. *f* ¶ Qui dilexit me, & tradidit seipsum p me.] Nõ pecuniam, nõ aliquod aliud precium, sed se. *g* ¶ Nõ abijcio gratiam dei.] Non debeo illi esse ingratus: qui me tantũ dilexit, ut pro me etiã moreretur. Abiecta enim est gratia, si mihi sola non sufficit. *h* ¶ Si eñ per legem iusticia, ergo gratis Christus &c.] Si lex poterat iustificare, superflue mortuus est Christus.

CAP. III.

O Insensati galatæ.] Nõ est cõtrarium saluatoris uerbo, quo
B fratrem fatuum uocari prohibuit: non eñ hic dicitur sine causa. *k* ¶ Quis uos fascinauit?] Per uulgi uerbum, inuidiam significauit: sicut ait Salomon: Fascinatio nugacitatis obscurat bona. *l* ¶ Ante quorũ oculos Christus Iesus proscriptus est.] Quibus p meã prædicationem ita manifestata est passio eius, ut ipsum ante uos pendere putaretis. Proscriptus est, sententiam damnationis accepit. *m* ¶ Et in uobis crucifixus.] Quasi apud uos omnia facta sint. Siue sic, quem uere pro damnato & mortuo etiam nunc uilem habetis, dum putatis eum uobis non sufficere ad salutem. *n* ¶ Hoc solum à uobis uolo discere.] Hoc unum uos interrogo. *o* ¶ Ex operibus legis spiritum &c.] Si ex merito fidei spiritum accepistis, quid nobis lex amplio poterit dare? *p* ¶ Sic stulti estis ut cũ spiritu cœperitis, &c.] Cum nec Iudæi aliter spiritum accipiant, cũ; per fidem Christi, uos econtrario putatis uobis spiritũ non sufficere sine lege. *q* ¶ Tanta passi estis sine causa.] Ostendit quia in Galatia constituti, p Christi fide passi sunt persecutionẽ. Item tanta sine causa pro Christo toleraſtis, si non iterum pro Christo corrigatis. Siue quod hic, si tamen, nõ dubitantis sermo sit, sed potius confirmãtis, secundum illud: si tamen iustum est apud deum retribuere, qui nos tribulant tribulationem. *r* ¶ Qui ergo tribuit uobis spiritum &c.] Spiritum sanctum sola fide accepistis: qui non nisi à iustis accipitur: iustos autem sine legis oneribus esse uos cõstat. *s* ¶ Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iusticiam.] Ita & uobis ad iusticiam sola sufficit fides. *t* ¶ Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt, hi sunt filij C
Abrahæ.] Siue Iudæi, siue Græci, nõ carnaliter circuncisi. *u* ¶ Prouidens autem scriptura &c. quia benedicentur in te omnes gentes.] Non una gens Iudaica: sed omnes quæ ex operibus legis sunt. *x* ¶ Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.] Nõ enim circuncisæ sunt gentes, ut possint ex operib. benedici. *y* ¶ Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt &c.] Quia ita prævaluit consuetudo peccandi, ut nemo iam perficiat legem. *z* ¶ Maledictus omnis qui non permãserit in omnib. quæ scripta sunt &c.] Hoc est, qui non omnia usq; ad finem legis mãdata seruauerit. Quæritur sanè hoc loco, si fides sola sufficiat Christiano, & utrum non sit maledictus, qui euangelica præcepta contemnet. Sed fides ad hoc proficit: ut in primitijs credulitatis accedentes ad deum iustificet: si deinceps in iustificatione permaD
neãt, cæterum sine operibus fidei, non legis, mortua est fides. Qui enim non credit mandatis, & eos qui euangelij præcepta contemnunt, maledictos esse, & saluator edocuit, dicens: Discedite à me maledicti in ignem æternum. & Iacobꝰ apostolꝰ, unius mandati transgressorem, omnium reum esse demonstrauit. *a* ¶ Quoniam autem in lege &c.] Quia nemo illã seruat: ideo dictum est, quod sola fide iustificandi essent credentes. Item uult ostẽdere: quia ex operibus legis Moysi, iustificari homo non possit, nisi habuerit & fidem quæ ueniã dat credenti *Matth.25.d*
in deo. Non eñ qui credũt in Christo, sine lege uiuere *Iacob.2.b*
possunt. *b* ¶ Quia iustus &c.] Perfecta fides est: non solũ Christũ, sed & Christo credere. *c* ¶ Lex aũt nõ est ex fide.] Non iustificat sola fides. *d* ¶ Sed qui fecerit &c.] Suo labore cõquirat iusticiã, & uiuet in æternũ. *e* ¶ Christꝰ nos redemit &c.] ¶ Qui sub maledicto nõ erat: quia per omnia legẽ impleuit. Et ideo indebito maledicto eius, nostrũ debitum compensatũ est, ut liberet transeuntes ad fidẽ. *f* ¶ Maledictus omnis &c.] Sic est scriptũ: Si cui fuerit iudiciũ mortis, suspendetis eum *Deut.21.d*
in ligno. Nõ ideo maledictus, quia pendet: sed ideo pendet, quia maledictus. Christus ergo cui non erat iudiciũ mortis, nec causa subeundæ crucis & maledicti reatus, pro nobis maledictũ suscepit, quia omnes maledicti eramus, & debiti ligno, & ideo maledicti, quia non permansimus in omnibus quæ scripta erant in lege. *g* ¶ Vt in gentibus benedictio &c.] Vt sola fide, gentes benedicerentur in Christo, sicut promissum fuerat Abrahæ.

¶ Vt

A a ¶ Vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.] Quæ per Ioelem prophetam omni carni promiſſa eſt: id eſt, uniuerſo generi hominũ. b ¶ Fratres, ſecundum hominem dico: tamen hominis confirmatum teſtamentum.] Humano utor exemplo: comparari enim humana diuinis, propter euidentiorem intelle-ctum poſſunt: æquari nõ poſſũt. c ¶ Nemo ſpernit aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones &c.] Quia poſt tantũ temporis data eſt lex.

d ¶ Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à deo.] In Chriſto Ieſu.

e ¶ Quæ poſt quadringentos &c.] Ne quis putet eſſe contrarium: quoniam in libro Geneſeos ad Abrahã à deo dicitur: Scito prænoſcens, q̃ peregrinũ futurũ ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentos annos, & hic Apoſtolus triginta annos amplio ponat. Quod autem dicit, hoc eſt, ſeptuageſimo quinto ætatis ſuæ anno, Abraham accepit à deo repromiſſionem: à quo tẽpore uſq; ad initiũ legis Moſaicæ q̃dringenti & triginta anni, hac ratione complentur: Ex tempore repromiſſionis uſq; ad centeſimum annum abrahæ: quãdo Iſaac filius ei natus fuit, uigintiquinq; anni numerãtur. Poſtea quinto ætatis anno, Iſaac paruulus, ab Iſmaele cœpit affligi: ſicut idẽ Apoſtolus in hac ipſa epiſtola ſcribit. Euidenter ergo monſtratur ſecundũ ſermonem dei ad Abraham factum, poſt centum triginta annos repromiſſionis, ſemen eius perſecutionibus laborare cœpiſſe. f ¶ Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione: Abrahæ autem per repromiſſionem donauit deus.] Nõ per legẽ, quæ necdũ erat. g ¶ Quid igitur lex?] Quare ergo data eſt lex? h ¶ Propter trãſgreſſionẽ poſita eſt donec ueniret ſemẽ cui promiſerat.] Propterea data eſt, ut nos nõ tranſgredi, uel cogeret, uel doceret, uſq; dum Chriſtus ueniret. i ¶ Ordinata per angelos.] Hoc loco Moſen, dei & Hebræorum mediatorem ſignificat, legem per angelum dominũ accepiſſe: ſicut in libro Actuum apoſtolorũ Stephanus dicit: Hic eſt Moſes, qui fuit in eccleſia in ſolitudine cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Item legimus angelos per legem ſæpe populo affuiſſe. k ¶ In manu mediatoris.] Siue Moſi (ut quidam putant) ſiue Chriſti. Nam & Moſes, aiunt, inter deum & populum medius fuit. l ¶ Mediator aũt unius nõ eſt.] Id eſt, unius partis. m ¶ Deus aũt unus eſt.] Hoc ideo addidit, ne quis putaret Chriſtũ ab unitate diuinæ naturæ penitus eſſe diuiſum: quia mediatoris ſuſcepiſſet officium. n ¶ Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet uiuificare &c.] Sicut ad Romanos ait: Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur, ſcilicet, quæ à nemine ſeruabatur. Rom. 8. d

o ¶ Sed cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato: ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti &c.] Adueniente Chriſto, qui ſub lege Moſi erant, cõcluſi ſunt peccato, ſi ultra in legis obſeruatione permanere uoluerint: Quia maledicti q umbræ legis deſeruierunt, ueritate præſente. Item oſtendit, quoniã non potuit inueniri, qui daretur credentibus: ut neceſſe eſſet ſola fide ſaluari credentes.

p ¶ Prius autem q̃ ueniret fides.] Priuſquam ueniret, cui crederem⁹. q ¶ Sub lege cuſtodiebamur, cõcluſi in eam fidem quæ reuelãda erat.] Seruabamur à lege, huic fidei quæ erat ſuo tempore reuelanda. r ¶ Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur.] Ad diſciplinã nos arctius retentans: perfectam doctrinam uero magiſtro ſeruabat.

ſ ¶ Vbi uenit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.] Perfectæ ætatis diſcipuli, nõ indigent pædagogo. t ¶ Omnes enim filij dei eſtis per fidẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu.] Aequaliter & Iudæi & gentes per ſolam fidem filij dei eſtis, qua credidiſtis Chriſto. u ¶ Quicunq; enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.] Filium dei induti, & toti membra eius effecti, filij dei ſitis, neceſſe eſt: ut quid ergo uobis lex quæ ſeruis & peccatoribus data eſt, quibus per baptiſmum peccata remiſſa ſunt? x ¶ Non eſt Iudæus neq; Græcus: non eſt ſeruus neq; liber: non eſt maſculus, neq; fœmina: omnes enim uos unũ eſtis in Chriſto Ieſu.] Ante enim non ſolum inter Iudæum & Græcum, ſed etiam inter tribum & tribum erat magna diuerſitas. y ¶ Si autem uos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis.] Si omnes unum corpus eſtis Chriſti, Abrahæ ſemen eſtis, & ueri hæredes: nõ ex carnali ſemine, ſed ex diuina promiſſione generati. Cap. IIII.

DIco autem &c. ſub tutoribus & actoribus eſt &c.] Quia dominatum quondã ſacerdotes & principes exercebant: quos tutores & actores appellat. Modo autem non dominari, ſed formam præbere iubentur: quia ſacerdotale genus ſumus, & omnia cõmuniter habemus: quamuis

dictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, ut pollicitationẽ ſpiritus accipiamus per fidem. Fratres ſecundũ hominẽ dico: tamen hominis confirmatũ teſtamentum nemo ſpernit aut ſuperordinat. Abrahæ dictę ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in uno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatũ à deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos, facta eſt lex: non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahę autem per repromiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec ueniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non eſt, deus autem unus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet uiuificare, uere ex lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credẽtibus. Prius autem quàm ueniret fides, ſub lege cuſtodiebamur: cõcluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. At ubi uenit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filij dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quicunq; enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neq; Græcus: non eſt ſeruus, neq; liber: non eſt maſculus neq; fœmina. Omnes enim uos unum eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem uos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis ſecundum promiſſionem hæredes. Cap. IIII.

DIco autem: Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo: cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt uſq; ad præfinitum tempus

B Gen. 15. c

Act. 7. e

A quamuis per illos percipiamus ſacramenta. a ¶ Ita & nos cum eſſemus paruuli,ſub elementis mundi eramus ſeruientes.] Dierum uidelicet & temporum, quæ fuerant eorum infirmitati neceſſaria,pro temporis qualitate. b ¶ At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium.] Impletum iam erat tẽpus, quando legem per malam cõſuetudinem nemo poterat cuſtodire. c ¶ Factum ex muliere.] Dicens factũ ex muliere, ſexum ſignificat, non corruptionem. Cæterum ut manifeſte oſtenderet natum ex uirgine, ait:ex muliere, non per mulierem. In eo autem quod dicit, ex muliere, monſtrat non more ſolito ex cõuentu uiri & fœminæ, ſed per ſpiritũ ſanctũ, ex matre tantum Chriſtum incarnationem homins ſuſcepiſſe. Nã idem A-
1.Cor.7.b poſtolus ad Corinthios ſcribens ait: Sicut mulier ex uiro,ita & uir per mulierem. Vnde ſicut in principio generationis, mulier ex uiro ſumpta
B eſt: ita & Chriſtus ſecundum carnem, ex matre tantum eſt. Omnis autem reſidua humana generatio, nõ eſt ex muliere, ſecũdũ Apoſtoli dictũ, ſed per mulierem: ut clareat generatio hominum ex uiro per mulierem creari. d ¶ Factum ſub lege: ut eos qui ſub lege erant,redimeret.] Chriſtus ſub lege factus eſt: ut peccatum in carne uincens, credentes in ſe, à legis uinculis liberaret. Ipſe aũt ſub lege tãdiu fuit, donec baptizatus, noui teſtamenti inciperet euangelium prædicare. Item ſi ſub lege factus nõ eſſet, Iudæos ſaluare non poterat: gentes uero poterat poſitus ſub lege redimere. e ¶ Vt adoptionem filiorum reciperemus.] Non enim omnes recepiſſemus adoptionẽ, ſi factus ſub lege non eſſet. f ¶ Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra clamantem, abba pater.] Ex hoc nos probat filios eſſe dei, quoniam ſpiritum Chriſti accepimus. g ¶ Itaq; iam non eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius, & hæres per deum.] Quid uis iterũ ſeruus eſſe, qui iam filius & hæres es? Item hic manifeſte oſtendit quia totus populus,unus filius uocatur. h ¶ Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non ſunt dij,ſeruiebatis.] Cõuertit ſed ad illos, qui ex gentibus crediderant, & arguit illos: quia dies feſtos & tempora Iudæorum obſeruare uellent,ſicut antea idolis fecerant. Nã Iudæis iſti dies idcirco conceſſi ſunt, ne eos amore feſtiuitatis, idolis exhiberẽt. i ¶ Nunc aũt cum cognoueritis deum,imò cogniti ſitis à deo.] Ante ignorabamini ab illo,quia non nouit iniquos,& non uos illũ quæſiſtis,ſed ille uos perditos requiſiuit. k ¶ Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, &c.] Euidenter oſtendit Apoſtolus Galatas poſt acceptam fidem Chriſti, ad idolorum iterum rediſſe cultu-
ram. l ¶ Dies obſeruatis,& menſes,& tempora, & annos.] Nos non ſimiliter obſeruamus: non enim Calen C
das colimus, nec dies feſtos, ſicut illi in luxuria & epulis ſed in ſynceritate azyma epulamur. m ¶ Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis.] Nihil em̃ prodeſt Chriſtianos uos factos,ſi iſta iterũ obſeruetis. n ¶ Eſtote ſicut ego: qa & ego ſicut uos.] Hoc eſt quod dicit: me imitamini gentiliter uiuentem: quia & ego gentiliter uiuo, Iudaica obſeruatione depoſita: ſicut Apoſtolus in Gal.2.c
hac eadẽ epiſtola Petro apoſtolo dicit: Si tu cum ſis Iudæus, gentiliter uiuis, quomodo cogis gẽtes Iudaizare? o ¶ Fratres obſecro uos,nihil me læſiſtis.] Vt merito putetis me inimicitiarum & non ſalutis ueſtræ cauſa moueri. p ¶ Scitis aũt quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridẽ.] Vel per paſſionẽ, uel etiã per naturalẽ infirmitatẽ: quia theſaurum gratiæ ĩ uaſis fictilib. baiulabat. q ¶ Et tentationẽ ueſtram in carne mea non ſpreuiſtis.] Increpando D
hoc apoſtolus dicit: quia cum fidẽ Chriſti apud Galatas prædicaret, perſecutionẽ ab incredulis ciuibꝰ eorum paſſus eſt, & nihilominus ipſi tentationi & uarijs iniurijs permiſerũt Apoſtolum ſubiacere. Item grãdis tentatio eſt, ſi uir ſanctus aut infirmetur, aut impune lædatur. Sed ideo iſta pati permittitur à deo,ut uirtutem per infirmitatem perficiat:& ut corruptionem hanc ſentientes, incorruptam uitam, maiori ſtudio & amore perquirant. r ¶ Sed ſicut angelum dei excepiſtis me.] Cum ſe angelis comparatum gaudet, probat angelos hominibus eſſe maiores. ſ ¶ Sicut Chriſtum Ieſum.] Non ſolum ut angelum. t ¶ Vbi eſt ergo beatitudo ueſtra?] Quam nunc taliter ſuſcepiſtis. u ¶ Teſtimoniũ enim perhibeo uobis &c.] Oſtendit quanta eum charitate dilexerint, & quomodo ſe totos eius doctrinæ tradiderint. Vtiq; chariſſima corporis ſui membra eidem tradere cupierant, hanc ſolã euangelico lumini dignam eſſe uiciſſitudinem arbitrantes, ſi ſua lumina ei reddidiſſent. x ¶ Ergo inimicus uobis factus ſum &c.] Hæc eſt cõditio ueritatis, ut eam ſemper inimicitiæ ſequantur: ſicut per adulationem pernicioſam, amicitiæ conquirũtur. Libenter enim quod delectat, auditur, & offendit omne quod nolumꝰ. Ita enim & hi diligere cœperant ſabbati ocia, & dierum feſtorum epulas prædicantes contra Apoſtolum: qui omnem continentiam ſuo illis exemplo monſtrabat. y ¶ Aemulantur uos non bene, ſed excludere uos uolũt &c.] Aemulus & imitator, poteſt & inimicus intelligi. Sic nõ bene æmulatur, qui ut aliũ deijciat, nõ ut ipſe proficiat, æmulatur. Aemulamini aũt meliora chariſmata. z ¶ Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantum cum præſens ſum apud uos.] Nolite illos æmulari, ſed bonũ ſemper æmulamini: non in præſentia

tempus à patre. Ità & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At ũbi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, fãctum ex muliere, fãctum ſub lege: ut eos qui ſub lege erant, redimeret: ut adõptionem filiorũ reciperemus. Quõniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra clamantem, abba pater. Itaq; iam nõn eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius & hæres per deum. Sẽd tunc quidem ignorantes deum his qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis. Nũnc autem cum cognoueritis deum, imò cogniti ſitis à deo: quõmodo cõuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire uultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timẽo ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis. Eſtotẽ ſicut ego: qa & ego ſicut uos. Frãtres obſecro uos, nihil me læſiſtis. Scitis aũtem quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridem, & tẽntationem ueſtram in carne mea nõ ſpreuiſtis, neq; reſpuiſtis: ſed ſicũt angelum dei excepiſtis me ſicũt Chriſtũ Ieſum. Vbi eſt ergõ beatitudo ueſtra? Teſtimõnium enim perhibeo uobis: quia ſi fieri potuiſſet, oculos ueſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Ergo inimicũs uobis factus ſum, uerum dicens uobis? Æmulantur uõs non bene, ſed excludere uos uolũt: ut illos æmulemini. Bonũm aũt æmulamini in bono ſemper

A mea tantum. *a* ¶ Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.] Euidenter hoc aduersus hæreticos ualet: qui post baptisma peccantibus, pœnitentiam nõ dant. Item in illo uere Christus formatur, qui uirtutem fidei eius intelligit, & in quo omnis conuersatio eius exprimitur atq; depingitur. *b* ¶ Vellem autẽ esse apud uos modo.] Quia quanta uos audire meremini, scribere tanta non possum. *c* ¶ Et mutare uocẽ meã.] Vocem blandientis patris, in rigorem magistri ueteris mutare. *d* ¶ Quoniam confundor in uobis.] Detrimentum discipulorum, confusio est magistri: sicut profectus eorũ, est gloria præceptoris. Confunditur aũt: quia iã filij facti, rursum serui esse cupiebant. *e* ¶ Dicite mihi qui sub lege uultis esse &c. quoniã Abraham duos filios habuit &c.] Ismael, carnis: Isaac, fidei. Illum enim Abrahã secundum carnalem usum genuit: istum contra

B naturã promissione suscepit. *f* ¶ Quæ sunt per allegoriam dicta.] Quæ quidẽ sunt per Allegoriam dicta, hoc est, alia ex alijs figurata. Dedit aũtem regulam hoc loco Apostolus intelligendi allegoricas rationes, scilicet ut manente historiæ ueritate, figuras ueteris testamẽti exponamus. Nam cum dixisset, Abraham duas uxores ueriſſime habuisse: postea quid præfigurauerint, demõstrauit: & hoc ipsum ibi fecit, ubi aliqua sanctorum honesta gesta referuntur, non ubi peccata notantur. Cæterum delicta dicere per mysteria, aut impossibilitatis, aut ignorantiæ deum est criminari: qui aut aliter sua monstrare non potuerit sacramenta: aut certe putans sibi quorundam peccata necessaria, prius illa generaliter condemnet: sed & postea reprehendendo atq; uindicando ostendat, illa non propter sua mysteria fieri uoluisse: præcepta uero difficile inueniet Apostoli, taliter exponentis, ne eorum uitam uideretur enerua-

re. *g* ¶ Hæc enim sunt duo testamenta.] Vetus & nouum, singulos populos generãtia. *h* ¶ Vnum quidem in monte Sina, in seruitutẽ generans.] Iudæi metu præsentium cogebantur, ut feræ: nos uero præmijs inuitamur, ut liberi. & illi quasi serui præter moralia præcepta, etiam diuersis operibus premebantur: nobis autem quasi filijs, moralibus monitis adimpletis, seruilia onera auferuntur: sed illi sacerdotibus suis ex debito seruientes, tributa etiam reddere cogebantur: nos præter charitatem nihil debentes, antistites nostros uoluntarie honoramus. *i* ¶ Quæ est Agar.] Cuius typum habuit synagoga. *k* ¶ Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem.] Ex qualitatibus locorũ, uult intelligi diuersitatem testamentorum. *l* ¶ Et seruit cum filijs suis.] Cum filijs Hierusalẽ, gentibus seruit. *m* ¶ Illa aũt quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra, sicut scriptum est: Lætare sterilis quæ non paris: erũmpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Nos autẽm fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quõmodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ità & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate nos Christus liberauit.

Cap. V

State

semper, & non tantum cum præsens sum apud uos. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meam: quoniam cõfundor in uobis. Dicite mihi qui sub lege uultis esse: Legem non legistis? Scriptum est enim: quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Sina, in seruitutem generãs, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra, sicut scriptum est: Lætare sterilis quæ non paris: erũmpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quõmodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ità & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate nos Christus liberauit. Cap. V

C stem sterilem esse generatione filiorum: quia non illic generat filios: sed hic per fidem renatos in Christo postea suscipit, & eorum quos susceperit, mater efficitur. Hoc autem ualet cõtra dogma eorum, qui dicunt animas de cœlo propter peccatum, in terras demitti, & nascentibus corporibus infundi. Qd aũt: Multi filij desertæ magis q̃j quæ habet uirũ: Filios desertæ, significat ecclesiæ populos ex gẽtibus congregatos. Habentem aũt uirũ, synagogam Iudæorum testatur: sicut Osee propheta Osee.2.d mõstrat: Iudicate matrem uestram, iudicate: quia ipsa non uxor mea, & ego non uir eius. Item ecclesia mater est tã gentiliũ credentium, q̃j etiam Iudæorum: cuius filij, serui esse non possunt. Et ideo & mediator noui testamẽti de cœlo aduenit pontifex, & euangeliũ non in uno loco, sed in toto mundo est prædicatum. *n* ¶ Lætare Esa.54.a sterilis quæ non paris.] Prophetico te- D stimonio probat meliorem nos, q̃ Iudæos matrẽ habere. *o* ¶ Erumpe & clama quæ non parturis.] Clamor, pro prophetia ponit in hoc loco. *p* ¶ Quia multi filij desertæ magis.] hoc præfigurabat Anna, quæ dixit: Sterilis quæ peperit I.Reg.2.d septem, & fœtosa in filijs infirmata est. *q* ¶ Quàm eius quæ habet uirum.] Quæ uirum habere putans, de fœcunditate gloriatur. Aut quia habebat uirum antecẽj ejiceretur cũ filio suo. *r* ¶ Nos aũt fratres secũdum Isaac promissionis filij sumus.] Quomodo de Isaac, ita & de nobis est Abrahæ repromissum, quod scilicet in eo benedicendæ essent omnes gentes. *s* ¶ Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat.] Semper carnales homines: eos qui spirituales sunt persequuntur. Vnde mirum non est, si modo carnei & seculares, homines sanctos tribulent & affligant: imò inde cognoscendi sunt iusti esse, si à talibus opprimantur. *t* ¶ Persequebatur eum qui secundum spiritum.] In Genesi quidem hoc scriptum est: Quia illuserat Isaac Ismael. Sed Apostolus Gen.21.d ostendit non simplicem lusum fuisse, quem persecutionem appellat. Quia scurrilem eum & leuem sicut ipse erat, facere cupiebat: ne illi possit in hæreditate præferri. Ideo Abrahã dejiciendo eum, uocẽ Saræ iubet audire. *u* ¶ Ita & nunc.] Ita & isti seruos suos sibi similes facere nituntur: *x* ¶ Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillã & filium &c.] Quantũ uis se extollat iniquitas, ancilla est, & subijcienda sanctis: sicut & Iudæi: quãuis Abrahæ filios se iactent, quamdiu filij ancillæ fuerint, nobiscũ hæreditatem habere non possunt. *y* ¶ Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ &c.] Non debemus ancillam sequi, matre relicta: quia licet eiusdẽ uiri fuerit uxor tamen ad tempus: quia Saræ tempus nondum uenerat generandi.

CAP. V.

State

STåte & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri: Ecce
Egō Paulus dico uobis: quōniam ſi circuncidamini:
Chriſtus uobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus
omni homini circuncidenti ſe: quoniam debitor eſt uni
uerſæ legis faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto: qui in le-
ge iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex
fide ſpem iuſticiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu,
neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputiū, ſed fides
quę p charitatē operatur. Currebatis bene: quis uos im
pediuit ueritati non obedire? Nemini conſenſeritis. Per
ſuaſio hæc non eſt ex eo qui uocat uos. Modicum fer-
mentum, totam maſſam corrumpit. Ego confido in
uobis in domino, quod nihil aliud ſapietis. Qui au-
tem conturbat uos, portabit iudicium quicunq; eſt ille.
Ego autem fratres ſi circunciſionem adhuc prædico:
quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum
eſt ſcandalum crucis? Vtinam abſcindātur qui uos con
turbant. Vos enim in libertatem uocati eſtis fratres,
tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed
per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis enim
lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuum
ſicut teipſum. Quod ſi inuicem mordetis & comedi-
tis, uidete ne ab inuicem conſumamini. Dico au-
tem in Chriſto: Spiritu ambulate, & deſideria car-
nis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus
ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim
ſibi inuicem aduerſantur: ut non quæcunque uultis,
illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis
ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis:
quæ

A State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.] State in fide euangelij: iam enim tempus legis effluxit: nolite iugum cum Iudæis trahere, quod nec ipſi ferre poſſunt. b ¶ Ecce ego Paulus dico uobis.] Ego uobis audenter dico, neminem pertimeſcens. c ¶ Quoniam ſi circūcidamini, Chriſtus uobis nihil proderit.] Quia ſolum illum ad ſalutem uobis ſufficere nō putatis. d ¶ Teſtificor autem rurſus omni homini &c.] Qui caput operū legis ſuſcepit, neceſſe eſt ut cætera membra ſuſtineat, ne maledicto ſubiaceat. e ¶ Euacuati eſtis à Chriſto: qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis.] Si in lege ſpem ponitis, & iuſtificare poſſe uos creditis, infirmam Chriſti gratiam iudicatis, & quod iā gratis conſecuti eſtis, tanquam non habentes, propriis uultis laboribꝰ adipiſci. f ¶ Nos enim ſpiritu ex fide ſpē iuſticiæ expectamus.] Spirituali cō uerſatione perfectæ fidei, ſperamus nos iuſticiæ immortalē acB cepturos eſſe mercedem. g ¶ Nam in Chriſto Ieſu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputiū.] Neq; circuncisio prodeſt, nec præputium nocet tēporibꝰ Chriſtianis. h ¶ Sed fides quæ per charitatem operatur.] Ergo & fides operatur per charitatem, non per timorem: qui enim credit deo, attendit mandatis: nam qui credit futuris, amplius operatur, & qui præſentem metuit pœnā. i ¶ Currebatis bene.] Fidei greſſibus, & moralibus diſciplinis. k ¶ Quis uos impediuit ueritati non obedire?] Quis ille fuit qui legis operibus implicauit, ut curſum ueſtræ fidei impediret? l ¶ Nemini conſenſeritis: perſuaſio hæc non eſt ex eo qui uocat uos.] Nec illis nec mihi, ſine uerbis dei conſentire debetis: qui uos iterum ad pœnitentiā uocat. m ¶ Modicum fermentū, totam maſſam corrumpit.] Ne quis diceret: Cur omnes corripis, dum nō omnes errauerūt? Oſtendit quod modicum maliciæ fermentū, totam poſſit eccleſiam, & maſſam ſuam à ueritate corrumpere. n ¶ Ego confido in uobis in domino &c.] Quàm habet ueritas Chriſti. o ¶ Qui autem cōturbat uos &c.] Ab euangelij ueritate. p ¶ Ego autem fratres ſi circunciſionē adhuc prædico, &c.] Quod de me nobis mentiti ſunt deceptores, ita me alijs prædicare. Quid perſecutionem patior, ſi ipſius circunciſionis non inimicus ſum ut affirmatur. q ¶ Ergo euacuatū eſt ſcandalum crucis?] Ideo ſcandalū patiuntur: quia in ſola fide crucis dico eſſe ſalutem. r ¶ Vtinam abſcindātur qui uos conturbant.] Si putant ſibi hoc prodeſſe: non ſolū circuncidantur, ſed etiam abſcindantur: ſi enim expoliatio membri proficit, multo magis abolitio. Quidam dicūt: Vtinam errore abſciſi, ueritatis radicibus inſerantur. ſ ¶ Vos enim in libertatem uocati eſtis fratres &c.] Tantum ne per occaſionem circunciſionis, ad legis ſeruitium redeatis. t ¶ Sed p charitatē ſpiritus ſeruite inuicē.] Non ſuperbiā per ſpeciē libertatis inſinuo: ſed ſponta-
neum eſſe uolo ſeruitium, non coactum. u ¶ Omnis enim lex &c.] Legis etiā ipſa moralia quæcunque ſunt uno poſſunt ſermone concludi, & in uno hoc præcepto compleri. x ¶ Diliges proximū tuū.] Dilectio uel charitas in quatuor modis cō ſiſtit: hoc ē, in dei dilectiōe, quæ prima eſt: ſecunda ſi nos metipſos ſecūdū deū amemus: tertia, ꝓximos: quarta, etiā inimicos. Deū ergo plus q̄ nos diligere debemus: ꝓximum ſicut nos: inimicum ut proximū. Proximus diligebatur in lege, & niſi deū primo dilexerimus, D nos minime poſſumꝰ non peccando diligere, & nos diligamus ad quam formā proximos diligimus. Q ſi ꝓximos non amamus, quando inimicū, amare poterimꝰ? Si ergo uolumus dilectionē habere, primo deum pluſq; noſtras animas diligamus: quod inde probatur, ſi propter deum etiam ſalutem noſtram, & ipſas animas contemnamus. y ¶ Sicut teipſum.] Qui ſecum proximum diligit, utraq; complet genera mandatorum: id eſt, nec malum facit ulli, nec bonum nō facit. z ¶ Quod ſi inuicem &c.] Per cōtentiones ſinguli uos meliores alteris iudicando. a ¶ Videte ne ab inuicem &c.] Dū alter alteri occaſio perditionis extat. b ¶ Dico autē in Chriſto: Spiritu ambulate.] Spiritualibus actibus, quos infra deſcribit. c ¶ Et deſideria &c.] Non quo caro ſine anima concupiſcat: ſed quando ipſa anima carnalia cogitat, caro dicitur: quando uero ſpiritualia, unus cum deo fit ſpiritus. Quamdiu ergo duplex in nobis eſt deſideriū uel uoluntas, non perficimus quæcunq; uolumus, uno ædificante in nobis, & alio deſtruente. d ¶ Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem.] Carnalis conſuetudo aduerſus ſpirituale deſiderium. e ¶ Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: ut non quæcunq; uultis, illa faciatis.] Hoc facit ratio, ut non uoluntatem ſequatur effectus. f ¶ Quod ſi ſpiritu ducimini nō eſtis &c.] Si uos ſpiritualibus per omnia actibus occupetis, nō eſt uobis lex neceſſaria, quæ carnalibus data eſt. g ¶ Manifeſta ſunt aūt &c.] Non eſt difficile diſcernere inter utraq; opera.

quæ ſunt fornicatiõ, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quę prędico uobis ſicut prædixi: quoniã qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſcemodi nõ eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs.

Cap. VI.

SI ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & ſi præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto: uos qui ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: cõſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet unuſquiſq; , & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit. Cõmunicet autem is qui catechizatur uerbo ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hęc & metet, quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus

A a ¶ Quæ ſunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorũ ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ &c.] Inimicitias & cætera ſequentia, carnalia dicit, quæ animæ ſunt, non carnis, ne Manichæi eum ſubſtantiã carnis accuſare putarent, ſed omne malum carnale definiunt, omne bonum ſpirituale, qa cœleſte. b ¶ Quæ prædico uobis ſicut prædixi.] Ex his cætera colligere poterã: quæ compendij gratia prætermiſi.

c ¶ Quoniam qui talia agunt, regnũ dei non conſequentur.] Notandum atq; plangendum quod cõtentioſos atq; diſſidẽtes uel iracundos, cum idololatris, & ueneficis, & homicidis pentus excluſit à regno.

d ¶ Fructus autẽ ſpiritus, eſt charitas.] Omnium uirtutum prima eſt charitas, quã in quatuor partes diuiſibilem annotauimus. e ¶ Gaudium.] Spirituale.

f ¶ Pax, patientia.] Etiam cum odientibus pacem. g ¶ Benignitas, bonitas.] Semper bene uelle facere. b ¶ Longanimitas.] Illatas iniurias ſuſtinere patienter. i ¶ Manſuetudo.] Nulli iniuriam irrogare. k ¶ Fides.] Vel debes credere, uel omnibus promiſſa complere.

l ¶ Modeſtia.] Nec læſus iraſci. m ¶ Cõtinentia.] In coniugijs ſpiritualibus.

n ¶ Caſtitas.] In uirginibus intelligitur. o ¶ Aduerſus huiuſcemodi non eſt lex.] Non enim iſta prohibuit: ſed & qui nouum implet, non eſt ſub ueteri teſtamento. p ¶ Qui autẽ ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs.] Si omnia ſimul uitia crucifixa ſunt, & caro quaſi pendens in ligno, non concupiſcit: ut quid nobis lex quæ data eſt ad uitia coercenda? Simul illud notandum quod eos dixerit Chriſti eſſe, qui carnem cum uitijs crucifixerunt. Hoc contra illos, qui ſolam fidem ſuffi cere arbitantur.

Cap. VI.

SI ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus.] Si per ſpiritum uitam habemus, ſpiritualiter conuerſemur, & non carnaliter legi ſeruiamus. r ¶ Non efficiamur inanis gloriæ &c.] Inanis gloriæ eſt cupidus, qui alterius quamuis ueram doctrinam euacuare conatur, ut plures uideatur habere diſcipulos: huiuſmodi tamen ſe alterutrum ad iracundiam prouocare cõſueuerunt: quamdiu ſibi inuicem inuidere non deſinunt. Inanis aliter gloria eſt: ſi ex his quæ non præcipiuntur in lege, omnes cogamus facere, quantum non facimus, & cum ipſi non poterimus, hæc ſuperflua dicamus. ſ ¶ Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.] Si irridendo ſeductos ad iracundiam prouocetis, & illi uobis inuideãt. t ¶ Fratres, & ſi præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto &c.] Hoc illis dicit, qui non fuerãt perſuaſi: ut præuentos corrigant manſuete. Sanè in his præuenitur humana fragilitas: quæ leuiora ſunt, & ex inſperato contingunt. Cæterum non eſt præuentio, ubi aliquid cum cõſilio diu meditato committitur.

u ¶ Conſiderans teipſum &c.] Quia & tu ipſe homo cũ ſis, potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere, ſicuti ſani infirmos ſuſtinent, & mortuos ſepeliunt uiui: quia & ipſi infirmari & mori ſe poſſe credunt. x ¶ Alter alterius onera portate, & ſic implebitis legem Chriſti.] Lex Chriſti, charitas eſt: ſicut ipſe dicit: Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicẽ diligatis, ſicut & ego dilexi uos. Notandũ quod gratia, lex dicat. y ¶ Nã ſi quis exiſtimat &c.] Qui ſe putat nõ poſſe tentari: ſiue qui plus de ſe laudanti cẽ ſuæ conſcientiæ credit. Ioan. 15. d

z ¶ Opus aũt ſuum probet unuſquiſq;.] Teſtimonio conſcientiæ. a ¶ Et ſic in ſemetipſo &c.] In ſua conſcientia, & non in alterius adulationem: ſiue in ſua iuſticia, nõ alieno peccato. Nemo enim proficit ad alterius detrimentũ: nec ex illiꝰ delicto iuſtior cẽ fuerit, apparebit.

b ¶ Vnuſquiſq; eñ onus ſuũ portabit.] Non enim onus eius aufert laus ſectantis.

c ¶ Cõmunicet aũt.] Siue obedientiam uerbo, & actibus imitationem, ſiue ſubſtantiam uictus. d ¶ Nolite errare &c.] Homo peccat à ſerpente, dei uindictam negante, irrideri, ſicut Eua. Nam deus exhibet quod promittit: nam ut omnem eius aſtutiã excluderet: amplius primo peccantibus reddidit, cẽ promiſit, & uxori Lot etiam quod non dixerat, fecit. e ¶ Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem.] Qui ſpem habet in circunciſione carnali: uel qui uitia ſeminat, metet pœnam. f ¶ Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam.] Qui in ſpirituali conuerſatione ſeminat, uel fide. g ¶ Bonum autem facientes non deficiamus.] Sicut Eccleſiaſticus ait: Non impediaris orare ſemper, & non ueteris uſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces domini manet in æternum. Indeficientem enim iuſticiam, indeficiens præmium ſubſequitur: quia qui perſeuerauerit uſq; in finem, ſaluus erit. Eccl. 18. e

h ¶ Tempore enim ſuo metemus non deficiẽtes.] Nunc tempus ſeminandi eſt, non metendi. i ¶ Ergo dum tempus habemus.] Vltimũ ſementis hoc tempus eſt: feſtinemus ergo campos omnes ſerere, ſed magis eos qui ſunt uberrimi, repleamus: ne incipiamus tempore meſſis

A messis,alijs abundantibus esurire. a ¶ Operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.] Indigẽtibus Iudæis & Paganis, & omnibus Christianis, bonis malisq; misericordiam faciamus: nec alicui quod dominus cõmuniter tribuit, denegemus: maxime tamẽ his qui peculiarem fidei exhibent famulatũ. b ¶ Videte qualibꝰ literis scripsi uobis mea manu.] Intelligite q̃ nõ timeã, q̃ literas manu mea nup̃ scripsi. c ¶ Qui cunq; eñ uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi: tantũ ut crucis Christi persecutionẽ non patiantur.] Qui Iudæis carnalibus placere desiderant, crucis Christi persecutionẽ sustinere timentes. d ¶ Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt.] Si circuncisio legem faceret custodire, aliquid uideretur habere rationis ista persuasio. e ¶ Sed uolunt uos circunci/di, ut in carne uestra glorientur.] Vt de carne uestra apud Iudæos laudem habeant: siue quod discipulos ad se traxerint, glorientur. f ¶ Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo.] Non in propria
B iusticia uel doctrina, sed in fide crucis: per quam mihi omnia peccata dimissa sunt: ut ego mundo morerer, & ille mihi. g ¶ In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid C
ualet neq; præputium, sed noua creatura.] Hoc tempore solum hoc prodest: si quis renatus in Christo, noua conuersatione utatur: ut propheta ait: Innouate uobis nouam messem, & ne seminaueritis inter spinas. Circuncidite uos deo uestro & circuncidite præputiũ cordis uestri. h ¶ Et quicũq; hanc regulam sequuti fuerint, pax super illos & misericordia.] Quia in sola fide spes collocatur animarũ. i ¶ Et sup Israel dei.] Dei est ergo Israel: Nõ enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ. k ¶ De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto] Nemo me amplius interroget, quasi dubitans: quia omnem exposui ueritatem. Ego eñ signa & characteres, non circun/cisionis, sed crucis & passionis in corpore meo circunfero. l ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres.] Subscriptio talis est Apostoli. Optat autem ut gratia eos domini, non legis opera comitentur. Simul & attẽde: quia cum spiritu uestro dixerit, non cum carne: in cuius circuncisione gloriantur carnales, uos autem spiritualiter conuersamini, ut spiri/tualiter circuncisi. D

bemus, operemur bonum ad omnes: maxime autẽ ad domesticos fidei. Vidète qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quicunq; enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi: tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt: sed uolunt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Et quicunq; hanc regulã secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel dei. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Grãtia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

COMMENTARII IN epistolam ad Ephesios.

Paulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei.] a Non meis meritis. n ¶ Omnibus sanctis.] Omnes sancti fideles, nõ omnes fideles sãcti: Quia possunt etiam catechumeni ex eo quod Christo credũt fideles dici, nõ tamen sancti sunt: quia non per baptismũ sanctificati. Siue sic intelligẽdum, quod scribat, fideliter seruantib. gratiam sanctificatis. o ¶ Qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.] Non omnibus Ephesijs, sed his q credũt in Christo. p ¶ Gratia uobis & pax.] Tũc uobis ualebit gratia, si ei non sitis ingrati: salutem uestrã uestris meritis deputantes. Pacem uero reconciliationis obseruabimus, si nihil eius bonitati uel iusticiæ deinceps faciamus cõtrarium. q ¶ A deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Vnum esse patrem & filium demonstrat, utiq; pariter operantes. r ¶ Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi.] Laudat deũ, eo quod donauerit infra scripta. s ¶ Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.] Non aliquantis, sed omnibus spiritualibus gratiæ benedictionibus: ut quomodo in nobis nihil deest ex illo, ita uoluntati eius nihil desit ex nobis. t ¶ In cœlestibus.] Non in carnali prosperitate, nec in terrena abundantia. u ¶ In Christo.] In capite omnia membra benedixit. x ¶ Sicut elegit nos in ipso &c.] Quia nihil nouum est ei apud quẽ omnia erant, anteq; fierent. Non ut quidam hæretici somniant animas antea in cœlo fuisse segregatas. y ¶ In conspectu eius.] Non hominum. z In charitate.] Hoc fecit: siue immaculatos diligit deus. a ¶ Qui prædestinauit nos &c.] Hoc prædestinauit, ut haberent potestatem filij dei fieri homines, qui credere uoluissent: sicut scriptum est: Loquebantur uerbum cum fiducia omni uolenti credere. b ¶ Per Iesum Christum in ipsum.] Vt membra eius simus. c ¶ Secundũ propositum uoluntatis suæ.] Non secundũ merita nostra. d ¶ In laudem &c.] Vt laudemus gloriam gratiæ eius.

AD EPHESIOS

Paulus ãpostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei: ômnibus sancti qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Grãtia uobis & pax à deõ patre nostro & domino Iesu Christo. Bènedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlèstibus in Christõ: sicũt elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitãte. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christũm in ipsum secundũm propositum uoluntatis suæ, in lãudem gloriæ gratiæ suæ, in qua

in quâ gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem, per ſanguinẽ eius in remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius: quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudẽtia: ut notum faceret nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitũ eius quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quę in cœlis & quę in terra ſunt in ipſo. In quo etiam nos ſorte uocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium uoluntatis ſuæ: ut ſimus in laudem gloriæ eius, nos qui ante ſperauimus in Chriſto. In quo & uos cum audiſſetis uerbum ueritatis, euangelium ſalutis ueſtræ, in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. Propterea & ego audiens fidem ueſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos: non ceſſo gratias agẽs pro uobis memoriam ueſtri faciens in orationibus meis: ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis ueſtri: ut ſciatis quæ ſit ſpes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis. Et quæ ſit ſupereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus ſecundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto Ieſu, ſuſcitans illum à mortuis, & cõſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſuper omnẽm principatũ, & poteſtatẽ, & uirtutẽ, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur, nõ ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia

a ¶ In qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo.] In qua gratia gratos fecit nos ſibi in Chriſto. b ¶ In quo habemus redemptionẽ &c.] Non ſolum redemit, ſed etiam peccata remiſit: ſine labore noſtro, iuſtos nos fecit, ſecundum diuitias gloriæ eius. c ¶ Quæ ſuperabundauit in nobis &c.] Pluſquã abundauit: ut non ſolum à morte redemptis gratis peccata dimitteret, ſed etiam nobis tantã ſapientiam donaret, ut uoluntatis eius occulta myſteria noſceremus. d ¶ In diſpenſatione &c.] In nouiſſimis temporibus: quando iam omnis diſpenſatio temporũ, legis & naturæ ꝓphetarũq; tranſacta eſt. e ¶ Inſtaurare &c.] Multi ſuper hac re diuerſa dixerunt. Nam quidam aiunt cœlos, animas: terram, corpora accipienda. Alij cœlos, Iudæos, qui cœleſtia præcepta habuerant: terram eſſe gentiles affirmãt. Alij uero aſſerunt: non angelos per cœlos ſignificari, ſed eorum ſcientiam: ex Chriſti enim tempore profeciſſe, q tanq; ignari interrogabant: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et docentur dominũ eum eſſe uirtutũ. Sed quoniã inſtaurari non dicit, niſi lapſum: melio eſt ſi eorum gaudium in ſalute hominũ inſtauratum eſſe dicamus: quod habuerant antequã homines à iuſtitia penitus declinarent. In terra uero inſtauratum genus hominum per Chriſtũ nullus ignorat. f ¶ In quo &c.] Nos qui ex Iudæis credimus. g ¶ Prædeſtinati.] Per fidem, ſiue prægnoſciti. h ¶ Secundũ propoſitũ &c.] Propoſuit omnia reſtaurare: ſed primo oues perditas domus Iſrael. i ¶ Qui operatur omnia.] Omnium horum cauſa, uoluntas dei eſt: quam rationabilẽ eſſe non dubiũ eſt. k ¶ Secundũ conſilium &c.] Non ſecundum merita noſtra. l ¶ Vt ſimus &c.] Vt per conuerſationem noſtrã, & ſigna quæ facimus, detur gloria deo. m ¶ Nos qui &c.] Nos apoſtoli uel Iudæi, qui priores credimus Chriſto: ſiue ex lege expectauimus. n ¶ In quo & uos &c.] In quo etiã uobis gentibus annunciata eſt ſalus. o ¶ In quo & credentes.] In quo euangelio, ſiue Chriſto. p ¶ Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto &c.] Hinc cognoſcimini unũ eſſe, quia eundem ſpiritũ accepiſtis: cuius ſigna, arra ſunt hæreditatis futuræ. Si ergo mortuos ſuſcitare arra eſt, quãta erit iſta poſſeſſio? Pignus uero promiſſis fidem operatur ſpiritu promiſſionis qui non carni promiſſus eſt. q ¶ In redẽptionem acquiſitionis &c.] Quos redimendo ſuo ſanguine acquiſiuit, ut etiã in hoc laudemus gloriã eius. r ¶ Propterea & ego audiens fidem ueſtram &c.] Quàm firmiter teneatis fidem Ieſu. ſ ¶ Et dilectionẽ in omnes ſanctos.] Hoc eſt, fidem operibus cõprobatis, & omnes bonos ſine exceptione perſonæ uel noticiæ diligitis. Cauere aũt à pſeudoprophetis, & non omni ſpiritui credere, & non ante probationem nobis iudicare præcipitur. t ¶ Nõ ceſſo gratias agens ꝓ uobis, memoriam ueſtri faciens in orationibus meis.] Nõ ut quidam in iucundita te conuiuij: mihi aũt nihil oratione iucundius. u ¶ Vt deus dñi noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det uobis &c.] ¶ Notandum quia fidẽ & charitatem habentibus, ſapientia à domino prædicatur: nouerat enim adiutricem eſſe uirtutũ. x ¶ In agnitionem eius.] Quomodo optat ut agnoſcant deũ, quem uſq; adeo nouerant: ut ei credẽtes, omnes propter ipſum diligerẽt ſanctos? Sed hoc petit, ut perfecte agnoſcant magnitudinem eius atq; uirtutẽ, qua poteſt promiſſa præmia uel pœnas implere. Magnitudinẽ: qui cũ ubiq; ſit, nihil eũ poteſt omino latere: qui eñ pro certo cognouerit, nullo poterit in loco peccare: nã qui humanum teſtimonium erubeſcit, multo magis diuinũ poterit reuereri. Vnde filij cum ſacerdotes eſſent, deũ neſciſſe dicuntur, quia præſentiam & potentiam eius minime timuerũt. Et Ioannes apoſtolus omnem qui peccat, deum non cognouiſſe confirmat. y ¶ Illuminatos oculos cordis ueſtri.] Spiritualia promiſſa non niſi ſpiritualibus oculis peruidentur. z ¶ Vt ſciatis quæ ſit ſpes &c.] Si ſciretis ad quantam ſpem uocati eſtis, omnem ſpem ſeculi facile contemneretis: & ſi diuitias hæreditatis dei uideretis, omnis terrena uobis horrebit hæreditas. Nemo enim regnũ cum opibus ſuis ſperans, curator eſſe, & mediocrem ſubſtantiam poſſidere dignatur. a ¶ Et quæ ſit ſupereminẽs magnitudo &c.] Omnis magnitudo uirtutũ dei in natura uel lege ſuperemineat, quia præſtitit Chriſtianis ut filio ſuo non parceret ut eum caput noſtrũ factum, ad ſuam dexterã in cœleſtibus collocaret. b ¶ Et conſtituens &c.] Hic dextera, pro honore ponitur: ne deus corporeus eſſe creditur. Nam & pater a dextris eſſe ſcribitur Chriſti. Dominus, inquit, à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. Ambo ergo à dextris ſunt: quia nihil eſt in diuinitate ſiniſtrum. c ¶ Super omnem principatum &c.] Quia unũ eſt iã cũ deo aſſumptus homo qui ſuſcitatus eſt. d ¶ Et omne nomen quod &c.] Si quod eſt aliud.

pſal. 109

¶ Et omnia

& omiá ſubiecit ſub pedibus eius. Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & pleni/tudo eius,qui ŏmnia in omnibus adimpletur.

Cap. II

ET uŏs conuiuificauit cum eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris, in quibus åliquādo ambulaſtis ſe/cundum ſeculum mũndi huius,ſecundũ principẽm po/teſtatis aeris huius ſpiritus qui nũnc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nŏs omnes aliquando conuer ſati ſumus in dèſideriſs carnis noſtræ,facientes uolunta tem carnis & cogitationum : & erãmus natura filiį iræ ſicut & cęteri. Dèus autem qui diues eſt in miſericordia, prŏpter nimiam charitatẽ ſuam qua dilexit nos:& cum èſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos in Chriſto, cũius gratia eſtis ſaluati:& cŏnreſuſcitauit & cŏſedere fe cit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu,ůt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus ãbundantes diuitias gratiæ ſuæ in bo nitãte ſuper nos in Chriſto Ieſu. Grãtia eñ eſtis ſalua/ti per fidem,& hoc non ex uobis. Dẽi enim donum eſt, nõ ex operibus,ut ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factũra, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Prŏpter qd'me/mores eſtote,quod aliquando uos qui gentes eratis in carne,qui dicèbamini præputium ab ea quæ dicitur cir/cunciſio in cãrne manufacta, qui erãtis illo in tempore ſine Chriſto, alienãti à conuerſatione Iſrael, & hŏſpi/tes teſtamentorum, promiſſionis ſpẽm non habentes, & ſinẽ deo in hoc mundo. Nunc autẽm in Chriſto Ieſu uos qui aliquando eratis longe,facti eſtis propè in ſan guinẽ Chriſti. Ipſe enim eſt pãx noſtra, qui fecit utraq; unũ: & mẽdium parietem maceriæ ſoluèns inimicitias in carne ſua, lẽgem mandatorũm decretis euacuans, ut duos

A a ¶ Et omnia ſubiecit &c. ſuper omnem eccleſiam &c.] Eccleſia omnium plenitudo membrorum eſt. b ¶ Qui omnia in omnibus adimpletur.] Quando omnes cre/dent,tũc erit corpus eius effectus in omnibus membris. Totus enim in membris, nõ in ſingulis impletur, ne ul/la ſit diuerſitas meri/torum. Cap. II

ET uos conuiuifica/uit cũ eſſetis mor/tui delictis &peccatis uŏris.] Incipit collata beneficia replicare,ut iuxta officium mãda torum ex contempla tiõe donatæ indulgẽ/tiæ,auidius conciten/tur. Mortui eñ erant peccatis facientibus, ſicut Adam & Eua in delicĭs uiuentes.

d ¶ In quib⁹ aliquã, ambul.] Notandum quod in peccatis am/bulaſſe illos non am/bulare dixerit.

e ¶ Secundum ſecu/lũ mundi huius.] Se culi hominibus ſimi les,ſequentes diaboli uoluptatem. f ¶ Se cundum principẽ po teſtatis aeris hui⁹ ſpi ritus.] Secundũ prin cipem illius poteſta/tis, qui huius aeris ſa tellitibus ſuis ad deci piendos diuerſis pec catis homines, diues erat poteſtate.

g ¶ Qui nunc opera tur in filios diffiden/tiæ.] Operaẽ ſuaſio/ne non ui, in eos qui non credunt. Illi autẽ qui deſperant atque diffidũt de promiſſio ne dei, dicũẽ filiį diffi dentiæ, ſicut filiį iræ, & gehẽnæ, & mortis.

h ¶ In qb⁹ & nos om nes aliquando cõuer ſati ſumus.] Non ſo/lum uos gẽtes nõ cre dendo,ſed & nos Iudæi peccãdo. i ¶ In deſideriſs car/nis noſtræ &c.] Quando mens noſtra rebus terrenis & carnalibus inhærebat: non ſolum deſiderabant,ſed & fa ciebant quæcunq; mala cogitatio ſuggeſſiſſet. k ¶ Et eramus natura filiį iræ &c.] Ita nos paternæ traditionis conſuetudo poſſederat, ut omnes ad damnationem na/ſci uideremur. l ¶ Deus autem qui diues eſt in miſeri cordia.] Miſericors hominib⁹, quia omnia diligis quæ creaſti, nec enim odiens aliquid conſtituiſti. m ¶ Pro/pter nimiam charitatem &c.] Nimia charitas eſt, rebel/les ſeruos quaſi filios diligere. Vnde conſiderandum eſt quantum diligit ſanctos & perfectos, qui tantum digna tus eſt diligere peccatores. n ¶ Et cum eſſemus mortui peccatis &c.] Sine peccato, ſicut Chriſtus per baptiſmũ faciẽdo. o ¶ Cuius gratia eſtis ſaluati.] Propter uſum, ſiue qui pro uobis gratis nullo ueſtro iuſticiæ merito in/tercedente mortuus eſt, cum ipſe reus non eſſet. p ¶ Et conreſuſcitauit & conſedere fecit in cœleſtibus in Chri/ſto Ieſu.] Non poſſumus deſperare q̃ noſtra iam poſſi/det natura, quia ubi caput eſt, ibi erit & corp⁹, ſicut ipſe ait: Volo ubi ego ſum,& iſti ſint mecum. q ¶ Vt oſten/deret in ſeculis ſuperuenientibus.] Ante prædeſtinauit, quod erat his temporibus cõpleturus. r ¶ Abundan/tes diuitias gratiæ ſuæ.] Vere abundans eſt gratia, quæ nõ ſolum peecata do nauit, ſed etiam cum Chriſto reſuſcitãs in dextera dei in cœleſti bus collocauit.

s ¶ In bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.] Exemplo uel corpo/re Chriſti. t ¶ Gra/tia enim eſtis ſaluati per fidem,& hoc non ex uobis.] Non meri tis prioris uitæ,ſed ſo la fide,ſed tamen non ſine fide. u ¶ Dei enim donum eſt,non ex operibus,ut ne qs glorieẽ.] Quaſi ſuis meritis aliquid in ba ptiſmo accepiſſet.

x ¶ Ipſius enim ſu/mus factura creati in Chriſto Ieſu in operi bus &c.] Quia nup ſumus in Chriſto re/nati,ut quæ in euãgeli/ĭs ſunt defenſa.

y ¶ Propter qd' me/mores eſtote, qd' ali/quando uos qui gen/tes eratis in carne.] Cõmemorat illa, ne de tanta ignobilitate qua ad ſummam re/gni perducti ſunt dig nitatẽ, ſint ingrati be/neficĭs largitoris.

z ¶ Qui dicebamini præputiũ ab ea quæ dicitur circunciſio.] Gentes, præputium, Iudæi, circunciſio di/cebãtur. a ¶ In car/ne manu facta.] In manu humana, ĩ car/ne, non in ſpiritu dei aut corde. b ¶ Qui eratis illo in tempore ſine Chriſto.] Neſcientes Chriſtũ, idola inſenſibilia co/lebatis. c ¶ Alienati à conuerſatione Iſrael.] Qui tunc erat populus dei. d ¶ Et hoſpites teſtamẽtorũ.] Etiam ſi crediderĭtis, proſelyti: hoc eſt, aduenæ habebamini.

e ¶ Promiſſionis ſpem nõ habentes.] Quam deus pro miſit Abrahæ, illi ſoli ſperare uidebantur. f ¶ Et ſine deo in hoc mundo.] Multos enim falſos deos ſequẽtes, unum amiſerant uerum. g ¶ Nunc autem in Chriſto Ieſu uos qui aliquando eratis longe &c.] Ita ut Iudæos ſequeremini qui cum deo erant. h ¶ In ſanguine Chri/ſti.] Credendo uos eſſe ſanguine eius & paſſione libera/tos. i ¶ Ipſe enim &c.] Ipſe eſt recõciliatio utriuſq; po puli ad inuicẽ ad deum. k ¶ Et medium &c.] Medius paries,& ſepis & maceries, onera legis erant, duos popu los diuidentes: & ideo ipſe paries inimicitiæ nominãtur.

¶ Soluens inimicitias in carne ſua.] Circunciſionis & cæterorũ, quæ nõ tam dei uoluntas, q̃ temporis ratio, aut populi duritia exegerat. m ¶ Legem mandatorũ.] Per ſolam fidem iuſtificans, moralia ſola decernens.

dūos condat in ſemetipſo in unō nouo homine faciens pacem,ut recōciliēt ambos in uno corpore deo, per crucē̄ interficiens inimicitias in ſemetipſo:& ueniēs euāngelizauit pacem uobis qui lōge fuiſtis,& pacem his qui prope, quoniam per ipſum hábemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrem.Ergō iam nō eſtis hoſpites & aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorū & domeſtici dei, ſuper ædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarū ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa,crēſcit in templū ſanctum in domino. In quō & uos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto. Cap. III

HVius rei gratia ego Paulus uinctus Chriſti Ieſu prō uobis gentibus, ſi tāmen audiſtis diſpenſationem gratiæ dei, quæ data eſt mihi in uobis, quōniā ſecundum reuelationē nōtum factum mihi eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi in brēui, prout poteſtis legentes intelligere prudētiam meā in miniſtērio Chriſti, quōd aliis generationibus non eſt agnitū filiis hominū, ſicuti nunc reuelatū eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu eſſe gēntes cohæredes & concorporāles,& comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per euāngeliū, cuius factus ſum ego miniſter ſecūdū dōnū gratiæ dei, quæ data eſt mihi ſecundū operātionē uirtutis eius.Mihi ēnim omnium ſanctorū minimo data eſt gratia hæc in gentibus euāngelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,& illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti ābſconditi à ſeculis in deo qui oiā creauit, ut innoteſcāt principatibus & poteſtatib.in cœleſtibus p eccleſiā multiformis ſapientia dei ſecūdū præfinitionem ſeculorū, quam

A a ¶ Vt duos cōdat in ſemetipſo.] Iudæū & gentilem in ſuo corporè æqualiter cōiungens. b ¶ In uno nouo homine &c.] In unum populum Chriſtianum ex duobus effectum. c ¶ Reconciliet ambos &c.] Quia ambo per peccatum fuerant inimici. d ¶ Per crucem interficiens inimicitias &c.] Per ſolā fidē crucis, quæ nullū deterret: nō ēm grauis aut difficilis eſt, quā habere etiā latro potuit crucifixꝰ. e ¶ Et ueniens euangelizauit pacē &c.] Ad hoc uenit, ut diſſidens humanū genus in ſemetipſo & in deo ad recōciliatiōis gratiam reuocaret. f ¶ Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu &c.] Nemo uenit ad patrē, niſi per me. In uno ſpiritu,unum corpus, unū ſpiritum habet, & ſignū pacis. g ¶ Ergo iam non eſtis hoſpites.] Iam nō extranei & p, ſelyti : nec enim ſeparauit nos deus à populo ſuo, ſicut dixit Eſaias, ſed ciues, qui ſunt eiuſdem originis B uel hoſpitij, & habitationis. h ¶ Superædificati ſuper fundamentum apoſtolorū & prophetarū.] Prophetarum noui teſtamenti,in quibꝰ Agabus fuit Chriſtus eſt etiam fundamētum, qui etiā lapis dicitur angularis, duos coniungens & continens parietes. Ideo autem fundamētum, & ſummus eſt, quia in ipſo fundatur & conſummatur eccleſia. i ¶ Creſcit in templū ſanctum in domino.] In templo ſancto non poſſunt lapides niſi ſancti poni,ad comparationē templi Hieruſalem dixit extrui corpus Chriſti, id eſt,eccleſiam:& multo maiorem mundiciam & ſanctitatē habet ueritas q̄ imago. k ¶ In quo & uos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto.] Vt cum apoſtolis & prophetis, ſitis habitaculum dei ſpirituale,non manu factum. Cap. III

HVius rei gratia.] Quam ſuperius memorauit, quod filius dei & gentes ſaluauerit & Iudæos,& utroſq; fecerit unum. m ¶ Ego Paulus uinctus Chriſti Ieſu.] Siue catenis, ſiue Chriſti amore ligatus: non poſſum meam, niſi domini facere uolūtatem. Sanè quomodo uinctum ſe nominat,confirmat euangeliū Chriſti. Oſtendit quanta ſit ſpes, pro quo talia pati libenter amplectitur, cum poſſet apud Iudæos, ut legis doctor & magnis diuitijs abundare,& ſummo honore gaudere. n ¶ Pro uobis gentibus.] Secundum euangeliū, inimici propter uos, quia uos ſimiles eſſe dicimus Iudæorū. o ¶ Si tamē audiſtis diſpenſationē gratiæ dei &c.] Sit amen firmiter retinetis me in uobis diſpenſationem accepiſſe doctrinæ.

Eſa.56.a

Act.11.d

Matth.24.d Quis enim fidelis ſeruus & prudens, quem cōſtituit do-

minus ſuper familiam ſuam, ut det illis eſcam in tempore. p ¶ Quoniam ſecundū reuelationem.] Non ſecundum humanam doctrinam. q ¶ Notum factum mihi eſt ſacramentum ſicut ſupra ſcripſi.] Iudæos & gentes unū eſſe in Chriſto. r ¶ In breui, prout poteſtis &c.] Non quantum poteram ego ſcribere, ſed quātum uos aſſequi ualebatis. s ¶ In miniſterio Chriſti.] Nō eloquio ſeculari. t ¶ Quod aliis generationibꝰ nō eſt agnitum &c.] Sciebāt quidem prophetæ priores gentes eſſe uocandas : non tamen ſciebant nullam inter ipſos & Iudæos diſcretionem futuram. u ¶ In ſpiritu eſſe gētes cohæredes.] Per ſpiritum mihi reuelatum, ſiue in ſpiritu illos ſociatos eſſe non carnis circunciſione. x ¶ Et concorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu.] Id eſt, unius corporis, non ſolum cohæredes,quod potuit diuerſi generis eſſe, nec ſolum concorporales, quia poſſūt eiuſdem generis filij, D non eiuſdem in hæreditate eſſe ſubſtātiæ. y ¶ Per euāgelium, cuius factus ſum ego miniſter.] Per meam prædicationem oīmbus innoteſcet, quia hoc mihi peculiariter reuelatū. z ¶ Secundum donum gratiæ dei &c.] Non ſecūdum meritū meū. a ¶ Secundum operationē uirtutis eiꝰ.] Cuius uirtus me cōfirmauit: ſiue cuius uirtutes meum confirmant euangelium. b ¶ Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc.] Minimo tempore, non labore. Notandum q̄ inter ſanctos ſe humiliādo fecerit gratum. c ¶ In gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti.] Annunciare futuras hæreditates,diuitias promiſſas,quas ſenſus humanus apprehendere non ualet,niſi per reuelationem. d ¶ Et illuminare omnes,quæ ſit diſpenſatio ſacramenti.] Iudæis & gentibus huius ſacramēti pandere rationem. e ¶ Abſconditi à ſeculis in deo.] Hoc eſt, quod in primis temporibus,ſoli deo confirmatū erat. f ¶ Qui omnia creauit.] Et Iudæos & gentes,ſiue omnēm creaturā,ut ſenſus contra Marcionem proficiat, & omnes hæreticos. g ¶ Vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei.] Vt per me his qui rebus cœleſtibus per omnem eccleſiam principatur multiformis ſapientia innoteſcat. h ¶ Secundum præfinitionem ſeculorum, quam feci in Chriſto Ieſu domino noſtro in quo habemus fiduciā &c.] Quam præfiniunt & hoc tempore, quando iam homines aliter ſaluari non poterunt, niſi Chriſti fide ſaluentur.

C

In quo

quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus uestris in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus secundum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen. Cap. IIII

OBsecro itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dns, una fides, unum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse

Prou. 14. d

a ¶ In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.] Non per nostram iusticiam, sed per eum cuius fides peccata dimisit. b ¶ Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra.] Ne me audientes impune lædi, ad deum pertinere putetis, in quo magis gloriari debetis, intelligentes me tanta absque certa spei fiducia sustinere non posse. c ¶ Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat.] Ex quo omnis paternitas nomen accepit. Siue ex quo omnis res, pater nominatur.

d ¶ Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ &c.] Vt uos per illuminationem scientiæ & diuitiarum fructum confirmet.

e ¶ In interiori homine habitare Christum per fidem &c.] Vbi interior homo per fidem robustus est, ibi habitat Christus, non ubi exterior saginatur.

f ¶ In charitate radicati & fundati.] Vt in eius amore firmiter starent, beneficiorum eius recordatur, ut eum cognitis eius beneficijs diligeret. g ¶ Vt possitis comprehendere.] Vt ex omni parte magnitudinem scientiæ adipisci ualeatis.

b ¶ Cum omnibus sanctis.] Quære sapientiam apud malos, & non inuenies. Et alibi: In corde autem boni requiescit sapientia.

i ¶ Quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum.] Quidam dicunt quod latitudo spaciosa uia intelligatur, longitudo uita æterna, altitudo cœlum, profundum infernus, ut scilicet horum omnium noticiam habentes, nouerint quid diligant, uel quid refutent. k ¶ Scire etiam supereminentem.] Supereminet fructus. l ¶ Vt impleamini in omnem plenitudinem dei.] Vt efficiamini pleni omnibus uirtutibus. m ¶ Ei autem qui potens est omnia facere &c.] Frequenter maiora tribuit, non solum quam petimus, sed etiam quam petere intelligimus, quæ operatur in nobis. n ¶ Ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu.] Quia ueniens Christus sibimet ad dei gloriam ecclesiam congregauit. o ¶ In omnes generationes seculi seculorum.] Immensa beneficia, immensis laudibus celebranda, non solum de his quæ Christi temporibus cotulit, sed etiam quæ ante fecit, faciet. Amen. Cap. IIII

OBsecro itaque uos ego uinctus in domino ut digne ambuletis &c.] Ego uos rogo, qui uestri causa uinctus, ut uos dei filium agnoscentes, digne tanto honore conuersemini, quia una dignitas est qua agnoscunt pro pria instituta. q ¶ Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia.] Et mentis & corporis. Humilitas uera nihil sibi uendicat, mansuetus nulli nocet, patiens nulli uicem reddit iniuriæ. r ¶ Supportantes inuicem in charitate.] Sufferunt & philosophi, sed non in charitate. Nos uero non ut laudari, sed ut ille quem sustinem⁹ proficiat diligentes, sustinere debemus.

s ¶ Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.] Per uinculum pacis in uobis unitas spiritus continetur. Multitudinis enim credentium erat cor unum & anima una. Act. 4. f

t ¶ Vnum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ &c.] Vnum consensum debet habere in uno corpore omnium compago membrorum, quæ ad unam spem fuit uocata salutis. Vnde diligentius legere debent hunc locum hi qui in seculi occupationibus ligati, putant sibi licere peccare, & alijs non licere: cum omnes in unum corpus baptizati, eundem spiritum acceperint, & in una spe uocati sint dei. Siue sic: si unum spiritum habetis, & ex uno patre deo nati estis, nolite uobis de terrena nobilitate aliquid arrogare, ne uestram gloriam amittatis. u ¶ Vnus deus & pater omnium.] Etiam eorum qui ex gentibus crediderunt.

x ¶ Qui super omnes, & per omnia & in omnibus uobis.] Super omnes uirtutes, ut potens, per omnia opera sua, qui immensus omnibus Christianis, secundum quam habitare dignatur. y ¶ Vnicuique autem nostrum data est gratia.] Non multa sunt corpora per uarietatem gratiarum, sed membra diuersa. z ¶ Secundum mensuram.] Non tam nostræ capacitatis quam illius largientis. a ¶ Donationis Christi.] Ad quam gratiam qui se aptauerit, ipsam consequitur: utputa, qui studiosus legis est, sapientiam multam: oranti & ieiunanti conceditur spiritus potestas.

b ¶ Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem &c.] Quos diabolus captiuos tenebat ad mortem, Christus captiuauit ad uitam: ad caput nostrum in cœlestibus collocandum. c ¶ Quod autem ascendit &c.] Exponit cur dicat ascendisse, quem nusquam non esse non dubium est, secundum formam scilicet serui, ad quam non localiter, sed dignanter descenderat. d ¶ In inferiores &c.] Infernum sub terra esse nemo iam ambigat.

e ¶ Qui descendit &c.] Qui descendit cum anima in infernum, ipse cum anima & corpore ascendit in cœlum. f ¶ Vt adimpl.] Gloria triumphantis, siue quæ scripta sunt, siue dum

A ue dum iam humanitas cum diuinitate unum effectum est. a ¶ Et ipse dedit quosdā quidem apostolos, quosdam autem prophetas.] Contra Arianos, ut filij & patris una sit operatio. Nā ad Corinthios deū patrē dicit in ecclesia ordinasse: hic uero Christum hoc dixisse commemorat. b ¶ Alios uero euangelistas.] Omīs apostol⁹ euangelista, nō omnis euāgelista apostolus: sicut Philippus, qui unus erat ex septem.

c ¶ Alios autem pastores & doctores.] Pastores uero omnes q sunt idonei ad alios instruendos. Omnis ergo pastor doctor, non oīs qui doctor est & pastor. d ¶ Ad consummationē sanctorum &c.] Vt perficiātur sancti, siue eorum numer⁹ impleatur, oīes sunt constituti ad ædificandam ecclesiam, quæ corp⁹ Christi est, ut omnes ad perfectionē fidei p ducant. e ¶ Donec occurramus oīes in unitate fidei.] Hoc uotum etiā falsis doctoribus inest: id est, uolo omnes esse sicut

B me. f ¶ Et agnitionis filij dei.] Ille agnouit gratiam filij dei q non peccat, quia omnis qui peccat, nō uidet eum, nec cognouit eum. g ¶ In uirum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.] Qui enim dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, ambulare: & non annorum eius ætatem, sed plenitudinem imitari. h ¶ Vt iam non simus paruuli fluctuantes &c.] Vt non simus ignorātes, nec dubij ac uacillantes, & more imperia gubernatoris, omnis doctrinæ uento nostræ fidei uela appendentes, ne facile naufragemus, aut ad portum perfectionis nunquam peruenire possimus. i ¶ In nequitia hominum &c.] Nequitia hominū, astutis disputationibus à recto fidei cursu detorquet incautos.

k ¶ Ad circunuentionē erroris.] Siue cum multi quod dam erroris sui remedium putent, si multos secum traxerint ad errorem: siue errantibus remedium sine labore promittentes, permanere faciunt in errore. l ¶ Veritatem autem facientes in charitate.] Omnia in ueritate propter charitatem Christi, & nihil in hypocrisi facientes. m ¶ Crescamus in illo per omnia.] In illius perfectione ex oīi parte crescamus. n ¶ Qui est caput Christus &c.] Ex capite connexum corpus, per omnem sub iunctionem operationis crescit, dum se alterum membra ædificant diligendo, ita ut unumquodq; membrum in sua mensura augeatur: hoc est, ut qui est per sapientiā oculus, in eorum numerum crescat, qui oculi officiū gerituri sunt, & singula quæq; membra proficiant.

o ¶ In mensuram uniuscuiusq; membri augmentū corporis facit &c.] Dum singula membra crescunt, maius efficitur corpus. p ¶ Hoc igitur dico & testificor in domino.] Quos superius obsecrauerat, hic in domino obtestatione constringit. q ¶ Vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulāt.] Nolo, ait, solo uos nomine esse Christianos, & deum ore confitentes operib⁹ denegare, sed quantum inter diabolum distat & deū, tanta differentia debent filij dei à filijs diaboli in operib⁹ discrepare. Ne deum labijs honorantes, cordis timore lōgius assistamus, & dicatur de nobis: Sine causa colūt me: hoc ē, ex mea cultura nullos accipient fruct⁹. r ¶ In uanitate sensus sui.] Vani sunt enim oīes homines quibus nō est sapiētia dei. s ¶ Tenebris obscuratū habentes intellectum.] Sed ignorātia & mūdanarum rerum solicitudinum à caligine ac tenebris obscuratum. t ¶ Alienati à uita dei.] Illi ideo à uita alienati sunt dei, quia ignorāt: uos autem quia cognouistis deum, sequi debetis. u ¶ Per ignorantiam quæ est in illis.] Notandum quia cōtemptus ignorantiam generauit. x ¶ Propter cæcitatem cordis eorum &c.] Dicētium, nō est de⁹. y ¶ Qui desperantes &c.] Desperantes pœnam impiorum & præmium iustorū, necesse est ut præsentibus uoluptatibus adhæreant, qui futura desperant. Ve- Sap.2.b

Et ipse dĕdit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, aliŏs uero euangelistas, álios autem pastores & doctores, ad cŏnsummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donĕc occurram⁹ omnes in unitatem fidei, & ágnitionis filij dei in uirum pĕrfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iám non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ád circunuentionem erroris. Veritátem autem faciētes in charitate, crescámus in illo per omnia qūi est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctură subministrationis secundū operationem in mĕnsuram uniuscuiusq; membri augmentū corporis facit, in ædificationē sui in charitate. Hŏc igit᷑ dico & testificor in domino, ut iám non ambuletis sicut & gentes ambulāt in uánitate sensus sui, tĕnebris obscuratum habentes intellectum: alienáti à uita dei per ignorántiam, quæ est in illis prŏpter cæcitatem cordis ipsorum, qui dĕsperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operátione immūdiciæ omnis in auariciā. Vos áutem non ita didicistis Christum, si tamen illū audistis, & in ipso edocti estis, sicut ĕst ueritas in Iesu. Depónite uos secundū pristinam conuersationem ueterem hominē, qui cŏrrumpitur secundū desideria erroris. Rĕnouamini aūt spiritu mētis uestræ, & induité nouū hominē, qui secundū dĕum creatus est in iustícia & sanctitate ueritatis. Prŏpter quod deponentes mendacium

nite & fruamur bonis quæ sunt, & cætera. z ¶ In operatione immundiciæ &c.] Omnia crimina, immūdiciæ & auariciæ nomine comprehēdit. a ¶ Vos autem non ita didicistis Christum &c.] Et sicut ille, non gentili ritu uiuatis. Ille enim uere Christum audiuit, & ab ipso didicit, qui nullo similis uitio gentibus inuenitur. b ¶ Sicut est ueritas in Iesu.] Sicut ille uere mortuus est & surrexit, ut nos uere in nouitate ambulemus. c ¶ Deponite uos secūdum pristinam conuersationē ueterem hominem.] Expositio quid sit uetus homo, & quomodo deponat, scilicet ut pristinos errores abijciat huius mundi, & non membris corporis, sed mente & conuersatione mutetur. d ¶ Quæ corrumpitur secundum desideria erroris.] Faciens uoluntatem carnalium cogitationum. e ¶ Renouamini autem spiritu mentis uestræ.] Sicut Hieremias ait: Facite uobis cor nouum & spiritum nouum. f ¶ Et induite nouum hominem.] Ex ueteri intellige nouum. g ¶ Qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.] Expositio quid sit hominem ad imaginem dei creatum, ut scilicet iustus & sanctus & uerax sit deus, ut sanctitate ueritatis non uanitatis sit præditus: hoc est, quæ uanam hominum gloriam aucupatur, quum scriptum sit: Iuste quod iustum est persequeris. h ¶ Propter quod deponentes mendacium &c.] Hic describūtur ipsæ species castitatis, quibus nouus homo cognoscitur.

Loquimini

A a ¶ Loquimini ueritatē unuſquiſq; cū proximo ſuo.] Nemo ſuum circumueniat fratrem, quia unum corpus ſumus,& non poſſunt alterutrum membra ſe fallere:nec enim manus illudit oculo,aut dentes lacerant membra, niſi forte ubi ſpiritus immūdus inhabitat. b ¶ Iraſcimini & nolite peccare.] Ira non inebriet mentem,ſed ueritas diſpēſet,nec tuam iniuriā, ſed fratris aīaduerte peccatū. c ¶ Sol nō occidat ſuper iracundiā ueſtrā.] Ne ſcientiæ lumen in tua indignatione deficiat. d ¶ Nolite locū dare diabolo.] Iraſcendo, uel quolibet alio delicto.Porta ēm diaboli eſt peccatū: ſicut homo iuſtus ſpiritꝰ ſancti porta eſt. e ¶ Qui furabatur &c. magis autem laboret.] Alienos labores aliquando direptos, nūc ſuo labore cōpēſet,& operādo tribuat indigentibus, qui multos furando fecit egentes. f ¶ Operando manibus quod bonū eſt.] Nō quod malū, ſunt enim multæ uel inho
B neſtæ,uel malæ artes, ut maleficia & omnia quæ nō ad naturæ neceſſitatem,ſed ad concupiſcentiarum proficiunt uoluptatem. g ¶ Omnis ſermo.] Non unus, nec duo, ſed oēs mali ſermones,in hoc Chriſtiani debent eſſe crucifixi. h ¶ Sed ſi quis bonꝰ eſt &c.] Non ſilentium impoſuit,ſed qualitatem loquendi monſtrauit, ut omnis ſermo fidem ædificet Chriſtianam,& os noſtrū ſolum appetat uerbum dei. Simul notandum,quia hoc uniuerſæ eccleſiæ præcipitur. i ¶ Ut
Coloſ.4.a det gratiam audientibus.] Hoc eſt quod alibi dicit. Sermo ueſter in gratia ſit ſale cōditus, & in ſermone noſtro gratiam accipiant audientes. k ¶ Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei.] Hominibus loquens, comparationem inducit humanā,ut ex nobis intelligamus quantam ſpiritui ſancto iniuriam facimꝰ, cum domum eius in nobis aliqua peccati ſorde polluimus. Et quia de hoſpitio ſuo nobis cōdolet:ideo ſibi dolens triſtis abſcedit. Cæterū triſticia & ira & cætera huiuſmodi in nobis paſſiones ſunt,quia paſſibiles ſumus, in deo uero diſpenſationes.nos illa inuiti patimur:ille uoluntate ad noſtram emendationem aſſumit.Et hæc eſt quæ aſſumit deum & hominem,harum conditionū diuerſitas & natura. l ¶ In quo ſignati eſtis &c.] Signaculū ſancti ſpiritus in die baptiſmi accepiſtis, nouum ſignaculū habere cœpiſtis. m ¶ Omnis amaritudo.] In qua contriſtatur ſpiritus ſanctus. Recte autem poſuit amaritudinē, quia ipſa eſt ꝓuocatio. n ¶ Et ira.] Omnē aufert iram. o ¶ Et indignatio.] Indignatio ex ſuperbia eſt,cum aliquem iudicamus indignū,ideo ēum nolumus ſuſtinere. p ¶ Et
Eſa.58.a clamor.] Qui ex furore deſcendit, quem non habeant Chriſtiani. Cæterū Eſaias bene clamare iubetur. Sed &

mendacium loquimini ueritatem unuſquiſq; cum proximo ſuo, quoniā ſumus inuicem membra. Iraſcimini, & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram. Nolite locum dare diabolo.Qui furabatur,iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonū eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatē patienti.Omnis ſermo malus ex ore ueſtro non procedat,ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.Et nolite cōtriſtare ſpiritum ſanctum dei,in quo ſignati eſtis in die redemptionis.Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à uobis cum omni malicia.Eſtote autem inuicem benigni,miſericordes,donantes inuicem,ſicut & deus in Chriſto donauit uobis.

Cap. V

ESTote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & trādidit ſemetipſum prō nobis oblationē & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Fornicatiō autē & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur in uobis ſicut decet ſanctos,aut turpitudō, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas,quæ ad rem non pertinet,ſed māgis gratiarū actio.Hoc enim ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator,aut immundus,aut auarus,quod eſt idolorū ſeruitus,nō habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis: propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem

c ¶ Misericordes.] Id eſt, condolentes. d ¶ Donantes inuicem &c.] Remittentes peccata, ne uobis dicat: Serue nequā, omne debitū dimiſi tibi,oportuit & te dimittere cōſeruo tuo.

Cap. V

E Stote ergo imitatores dei &c.] Imitatione enim non natura filij dei ſumꝰ, ſicut ait ſaluator: Vt ſitis ſi *Matth.6.f*
lij patris mei q in cœlis eſt. x ¶ Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. Vnde & Ioannes apoſtolus ait: In hoc *Ioan.10.c*
cognouimus charitatem, quia ille animā ſuam pro nobis poſuit. Debemꝰ ergo & nos pro fratribus animas ponere. y ¶ Et tradidit ſemetipſū.] Volūtarie ipſe ſe tradidit,nō ab alio inuitus traditus eſt. D
z ¶ Pro nobis.] Pro peccatoribꝰ, ut fierēt iuſti. a ¶ Oblationem & hoſtiā deo in odorem ſuauitatis.] Suauiſſimus deo odor eſt charitas. b ¶ Fornicatio autē & omnis immūdicia & auaricia.] Omnia crimina breuiter comprehendit, duorum criminū deſignando radices. c ¶ Nec nominetur in uobis ſicut decet ſanctos.] Conſiderandū ſcilicet non licere fieri quod nō licet noīare. d ¶ Aut turpitudo,aut ſtultiloquiū.] Hoc etiam in filijs hominum reprehendit honeſtorum. e ¶ Aut ſcurrilitas quæ ad rem nō pertinet.] Riſum mouens qui grauitati non cōuenit Chriſtianæ,quia ad rem non pertinet cœleſtem & diuinam. f ¶ Sed magis gratiarumactio.] Hoc magis ſemper tractare debetis, quomodo deo & actu & cogitatione placeatis. g ¶ Hoc ēm ſcitote intelligentes ꝙ omnis fornicator &c.] Contra illos agit qui ſolam fidem dicunt ſufficere, quia huiuſmodi actus nō deo,ſed dæmoni exhibentur.Hæreditas autem regni cœlorum dei filijs,non diaboli præparatur. h ¶ Nemo uos ſeducat.] Dicendo hoc,ſolūmodo opus eſt ut fides ſit & homo Chriſti baptiſma conſequatur, quamuis peccet,perire non poteſt. i ¶ Inanibus uerbis.] Quæ hominem liberare non poſſunt. k ¶ Propter hæc uenit ira dei.] Ex præteritis futura cognoſcite: ſi Sodomitis nō pepercit,& his qui in diluuio perierūt, parcet uobis? l ¶ In filios diffidentiæ.] Qui non crediderūt iram cōminantis ſe ſupuenturā. m ¶ Nolite &c.] Si in peccatis,iudicio deſperantiū participes fueritis,eritis & in pœna cōſortes. n ¶ Eratis enim aliquando tenebræ &c.] Quādo neſciebatis domini uoluntatē. Nūc uero oīa cognouiſtis. Quantū ergo inter lucem diſtat

& tenebras

A & tenebras, tantum à priſtina conuerſatione diſcrepare debetis. a ¶ Fructus enim lucis in omni bonitate & iuſticia & ueritate.] Talem habet ſcientia fructū. b ¶ Probantes quid ſit beneplacitū deo.] Ex lege probate quid beneplaceat deo, nō quod homines aſſerunt. c ¶ Et nolite cōmunicare operibus infructuoſis tenebrarū.] Non prodeſt quicquid fit ſine ſciētia ueritatis, quia nec lux poteſt cōmunicare cum tenebris. d ¶ Magis autem redarguite.] Non ſolū communicare nolite, ſed etiam redarguite. e ¶ Quæ in occulto fiunt ab ipſis.] In ſecretis locis domorū uel templi. f ¶ Turpe eſt etiam &c.] Nobis dicere turpe eſt, quæ illi uel ī tenebris facere non erubeſcūt. g ¶ Omnia eñ quæ arguuntur, à lumine manifeſtātur.] Sicut ad Corinthios ait: oc
1.Cor.14.c culta etiā cordis eius manifeſta fiūt. Et tūc cadens in faciem adorabis deum, pronuncians ꝙ deus uere eſt in nobis. b ¶ Oñe eñ quod manifeſtatur &c.] Incipit lumē
B eſſe cū crediderit, & uobis adiungitur. i ¶ Propter quod dicit: Surge &c.] Voce alicuius ſapiētis conſcientiā increduli pulſare cupientis, de ſomno ignorantiæ excitat. k ¶ Et exurge à mortuis.] A peccatis uel idolis. l Et illuminabit te Chriſtꝰ.] Cum ei crediderīs, efficieris & ipſe lux. m ¶ Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapiētes.] Quaſi filij ſapientiæ & lucis, ne alicui offendiculum detis, & incipiatis ei cauſa perditionis exiſtere. n ¶ Redimentes tempus.] Veſtra ſapientia uel cautela. o ¶ Quoniā dies mali ſunt.] Non dies mali ſunt per ſe, ſed per homines: ſicut locus malus dicitur, in quo aliquid committitur mali. p ¶ Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit uoluntas dei.] Scrutamini legem, in qua eius uoluntas agnoſcitur. q ¶ Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini &c.] Exponit cōtinētiæ utilitatem. Quia luxuriæ materiā expetere non conuenit crucifixis, ſed ſpiritu ſancto repleri. r ¶ Loquentes uobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus.]
Pſal.16.b Non in Actibus ſeculi, ſicut ait propheta: Vt non loquatur os meum opera hominū. s ¶ Cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris.] Ne ore tantum uerba dei reſonemus. t ¶ Domino gratias agētes pro omnibus &c.] Siue bonis ſiue malis, ſicut ait Iob: Sit nomē domini benedictum. u ¶ Deo patri ſubiecti inuicem &c.] Non humano timore, uel auariciæ ſtudio, ſicut quidā ſuis patronis adulari cōſueuerunt. x ¶ Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint.] Nō eos ſicut Corinthios lacte alebat, ſed perfecto cibo cōtinentiæ nutriebat. Timet eñ ne ceſſante in pleriſque carnis officio, aut mulieribꝰ ſubiectio, aut in uiris ceſſaret charitatis affectus, & ne tanquam diuortium docuiſſe crederetur. Cæterum tale eſt, ut nouæ uitæ prædicator nulla exiſtente cauſa hoc doceret quod naturaliter poſſidebāt. y ¶ Sicut domino.] Quomodo Sara ſubGen.18.b dita erat Abrahæ, dominum eum uocans. z ¶ Quoniam uir caput ē &c.] Reddit iuſtā cauſam ſubiectionis, quia & prior eſt uir, & utriuſq; corporis debet eſſe ſaluator a ¶ Viri diligite uxores &c.] Tam ſancta & tam uenerabili charitate. b ¶ Et ſeipſū D tradidit pro ea.] Ita & uos pro ſanctitate uxorum, nec mori ſi neceſſe fuerit, recuſetis. c ¶ Vt illam ſanctificaret mundās lauacro &c.] Aqua lauit corpus, animā doctrina mūdauit, ſicut ait ad Hebræos: Aſperſi corda à cōſcienHeb.10.d tia mala, & abluti corpus aqua munda: ita & uos corpora uxorum conſcientiæ animas, mundate doctrinis. d ¶ Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam &c.] Ita ſibi Chriſtus mundauit eccleſiam, ut antiqua crimina abluerimus, & uerbo oſtenderet & exemplo. e ¶ Vt ſit ſancta &c.] Si omnibus immaculata eſt, maculati ab ea alieni eſſe cēſentur, niſi rurſum per pœnitentiā fuerint expurgati. f ¶ Ita uiri debent &c.] Item quales uxores cupiunt inuenire, tales exhibeant ſe uxoribus. g ¶ Qui ſuam &c.] Quia duo ſunt in carne una. b ¶ Nemo enim unq̄ &c.] Nō ut ei labores & dolōres īfligat, ſed ut ſecurā faciat & quietam. Non nuptias damnat, ſed continentiā cohortatur. i ¶ Sicut & Chriſtus &c.] Membra eius eum debent in omnibus imitari. k ¶ De carne eius &c.] Amore ſi nō bono. l ¶ Et adhærebit uxori ſuæ &c.] Obiectio exꝑſona carnaliū uolentiū ſe amare carnaliter, ut quibuſdā uidetur. m ¶ Sacramentum &c.] Ego hoc, inquit, in Chriſto

autē lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Frūctus eñ lucis eſt in omni bonitate & iuſticia & ueritate, prōbantes quid ſit beneplacitū deo. Et nōlite cōmunicare operibus infructuoſis tenebrarum, māgis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omniā autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumē eſt. Prōpter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminābit te Chriſtus. Videte itaq; frātres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, rēdimētes tempus, quoniām dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quę ſit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino, in quo ē luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto, lōquētes uobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cāntātes & pſallentes in cordibus ueſtris dōmino, gratias agentes ſemper pro oñibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, deō & patri. Subiecti inuicem in timore Chriſti. Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint ſicut dōmino, quoniam uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres uiris ſuis in omnibus. Viri diligite uxores ueſtrās, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum trādidit pro ea, ut illam ſanctificāret, mundans eam lauacro aquę in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſanctā & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores ſuas ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nēmo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam: ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, dē carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sācramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in ec-

C Iob.1.d

A Christo intelligendum dico,& in ecclesia:unde uos maiore affectu debetis uxores uestras sanctas diligere spirituales,qui ante dilexistis peccatrices,& in gentilitate carnales. a ¶ Verūtamen & uos singuli unusquisq; &c.] Subiecta sit tanq; infirmior ut regnetur. Cap. VI

Filij obedite parentibus uestris in domino.] Parat illos disciplinæ, qua illos à parentibus secūdum deum præcepit erudiri. c ¶ Hoc enim iustū est.] Vt mutuam inuicem dilectionem exhibeatis. d ¶ Honora patrem tuum & matrē tuā.] Iubet honorare parentes, sed bonos. Cæterum cōtra deū uiuentes, ipse etiam Moyses prohibuit agnosci.

e ¶ Quod est māda tum primum.] In secunda tabula primū, quæ ad humanitatē pertinentia præcepta sex numero continebat.Prima ēm tabula proprie officia exigebat. f ¶ In promissiōe &c.super terrā.] Nō in hac terra ī qua impij nonnunquā & in parentes sceleśti sB nescunt: sed super terram illam quam dominꝰ mitibꝰ promittit,in qua iusti habitabunt, & cuius bona uisurū esse se credūt.

g ¶ Et patres nolite ad iracūdiam prouocare filios uestros,sed docēte eos in disciplina & correptione domini.] Siue in moderatione, & non irrationabiliter uerberando: siue ne eos ad secularia studia prouocantes iracundiam discere faciatis,sed diuinæ legis eos instituite disciplinis:talibus ergo parentibus præcepit obedire. h ¶ Serui obedite dominis carnalibus.] Non enim uenit Christus conditiones mutare. Nam seruitium non natura dedit,sed captiuitas fecit:neq; ex maledicto Cham, ut quidam putant, cum ex eo reges legamus esse generatos. Maledictum illud in filijs Cham impletum est, qui Israel sunt subiugati. Prouidet sanè hic Apostolꝰ, ne doctrina dei in aliquo blasphemetur, si credentes serui suis dominis inutiles fiant.Et qui forte permissurꝰ erat,alios seruos fieri Christianos de ipsis iam factis incipiat pœnitere. Si uero uiderit eos in melius profeciſſe,& ex infidelibꝰ fideles effectos, non solum alios optabit credere famulos suos, sed etiā ipse fortasse saluabitur. i ¶ Cum timore & tremore in simplicitate &c.] Cum omni obedientia & festinatione humilitatis,priori superbia & simulatiōe deposita. k ¶ Sicut in Christo.] Hoc in Christo fit,quicqd eius contemplatione hominibus exhibetur. l ¶ Non ad oculum seruiētes, quasi hominibus placentes.] Non timentes dominos tantum, quasi ipsis non deo placere uolentes. m ¶ Sed ut serui Christi faciētes uoluntatem dei ex animo.] In his quæ dei non sunt contraria uoluntati. In multis enim cōcordat cum lege naturali animus dominorum,quia seruos & fideles & sobrios & castos & humiles habere desiderant. n ¶ Cum bona uoluntate seruientes sicut domino,& non hominibus.] Non cum murmuratione,ne apud homines gratia, apud deū mercede priuemini. o ¶ Scientes quoniā unusquisq; quod cunq; fecerit bonū.] Quicquid ꝓpter dominum feceris,habebis ab ipso mercedē, nec te desperare faciat cōditio seruitutis. p ¶ Et uos domini eadem facite illis.] Ne si fugerint, tuæ malitiæ incipias deputare nō legi. Hoc etiam paganus feciſſet,si aliter tractaretur præceptum:& tu audire de illo non uis quod iustum est. q ¶ Remittentes minas,scientes quia illorū & uester dominus est &c.] Minamini propter disciplinam,sed remittite ꝓpter misericordiā: & ut uobis à uestro domino remittatur, apud quem utiq; unum estis,ut hæreditas quæ promissa est, una sit in uobis.

r ¶ De cætero frēs.] Generaliter epistolā exhortatione concludit. s ¶ Cōfortamini in domino & in potentia uirtutis eius.] Exemplo domini & uirtute. t ¶ Induite uos armaturā dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli] Cōtra spirituales hostes spiritualia arma sumēda sunt,ut à dissimilitudine diaboli natura armorum fortitudine protegatur. u ¶ Quia nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.] Caro & sanguis homo dicitur.

x ¶ Sed aduersus principes & potestates.] Qui sibi principatū in huius mundi homines usurparunt:& qui ignorantes animas per peccata seducunt. y ¶ Sed aduersus mundi rectores tenebrarū harum.] Contra dæmonum potestatem,qui sibi in homines mūdi huius potestatem capientes,ignorantiæ erroribus præsumūt,qui tenebris comparātur,sicut ipse ait:Fuistis enim aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino. z ¶ Contra spiritualia nequitiæ &c.] Sunt autem spirituales bonitates in cœlestibus in aere,ubi uolucres cœli appellantur. a ¶ Propterea accipite armaturam dei.] Quia tales habetis inimicos. b ¶ Vt possitis resistere in die malo.] Non sibi malus est dies, sed nobis quādo impugnamur à malo. c ¶ Et in omnibus perfecti stare.] Non in aliquantis perfectum uult hominem. Sed & hoc notandū, quod oēs ad perfectionem hortatur. d ¶ State ergo succincti &c.] Perfecte state,lumbis mētis succincti:hoc est,in omni prælio præparati, & ab omnibus curis seculi expediti. e ¶ In ueritate.] Non hypocrisi: nemo ēm coronatur,nisi qui legitime certauerit. f ¶ Et induti.] Sicut lorica multis circulis uel armillis intexit: ita & iustitia diuersis uirtutum cōnectitur speciebus. Monet autem non

A tem non ſolum peccatoris conſcientiam, ſed & uentris continentiam: necnon & ad fœmorũ uſq; pertingit libidinem coercendam. a ¶ Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis.] Cum fiducia incedentes intrepide prædicate. b ¶ In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere.] In omnibus certaminib⁹ ſi de muniamur. Quia ſicut ſcutũ ipſorum quoq; armorum defenſio eſt: & ſine hoc omnis armatus inermis eſt: ita & hæ uirtutes ſine fide ſaluare non poſſunt. Nam ſicut ſcutum omnia iniecta repellit & recutit: ita & fides omnes diaboli perſuaſiones extinguit, quamuis quaſi lumen rationis habere uideantur. c ¶ Et galeam ſalutis aſſumite.] Quæ omnes capitis ſenſus, à prauis officijs protegat & abſcondat. d ¶ Et gladium ſpiritus, quod eſt uerbum dei.] Nemo militum audet ad bellum ſine gladio proficiſci: ſe enim utcũq; tueri poteſt, ſed hoſtem

ciãti pedes in præparatione euãgelij pacis. In ōmnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et gãleam ſalutis aſſumite, & glãdium ſpiritus, quod eſt uerbum dei, per ōmnem oratio nem & obſecrationem, ōrantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilãntes in omni inſtantia & obſecratione prō omnibus ſanctis, & prō me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium euãgelij: pro qũo legatione fungor in catena iſta, ita ut in ipſo audeã prout oportet me loqui. Vt ãutem & uos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam: omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & cōſoletur corda ueſtra. Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Grãtia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

B non ualet occidere. Nonnunquã etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur: ita ſine dei uerbo, iuſticia omnis intuta eſt. e ¶ Per omnem orationem & obſecrationem.] Semper hunc gladium poſtulate. f ¶ Orantes omni tempore in ſpiritu.] Non impediaris orare ſemper: & pro rebus ſpiritualibus deprecari. g ¶ Et in ipſo uigilantes omni inſtantia & obſecratione.] Nihil enim prodeſt dormientis more latere corpore & animo prægrauari, dum in hac uanitate nec ab homine poſſit aliquid impetrari. h ¶ Pro oñibus ſanctis.] Sancti eſtote, ut poſſitis orare pro ſanctis. i ¶ Et pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſteriũ euangelij.] Vt abundanter & ſine metu exponam perſecutiones uel odia Iudæorum, muniti in Chriſti populi ratione. k ¶ Pro quo legatione fungor in catena iſta, ita ut in ipſo audeam prout oportet me loqui.] Oñis enim uerbi legator, talia neceſſe eſt ut ſuſtineat, ſed uerbum dei nõ poteſt alligari: tũc enim maior fiducia erit ſi rationabiliter dicatur, & ſi abũdanter exprimatur ratione. l ¶ Vt autem & uos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & cõſoletur corda ueſtra.] Solicite agit, non ſolũ ut proficiant, ſed & ne in tribulationibus deficiãt, uel ne in aliquo contriſtentur. m ¶ Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.] Pax & charitas & fides, perfectum faciũt Chriſtianum. Tamen ſine fide infructuoſa eſt charitas, ſicut fides ſine charitate uel pace. Charitas maior eſt pace. Poteſt enim odio non haberi quis, non tamen & amari. n ¶ Gratia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione.] In quorum corde, adulterino more per ſecularia Chriſti dilectio non uiolatur.

COMMENTARII IN EPISTOlam ad Philippenſes.

PAulus & Timothe⁹ ſerui Ieſu Chriſti.] Ambo ſerui, non ambo apoſtoli. Omnis enim apoſtolus ſeruus, non omnis autem ſeruus apoſtol⁹ p ¶ Eo⁹ omnib⁹ ſanctis ĩ Chriſto Ieſu &c.] Quia nemo ſine Chriſto ſanctus eſt: & ſanctis, nõ omnibus Philippenſibus etiam paganis. q ¶ Cum omnibus epiſcopis &c.] Hic epiſcopos presbyteros intelligimus: non enim in una urbe plures epiſcopi eſſe potuiſſent, ſed etiã hoc in apoſtolorum actibus habet. r ¶ Gratias ago deo meo in omni memoria uſ̃ri.] Bonorũ memoriã cũ gratiarum actione celebrat. s ¶ Semper in orationib⁹ meis.] Oſtendit circa eos dilectionem ſuam, pro quibus ſemper oret.

t ¶ Pro omnibus uobis &c.] Quia omnes tales eſtis. u ¶ Cum gaudio deprecationem faciens.] Non in peccati alicuius triſticia uel mœrore. x ¶ Super communicatione ueſtra in euangelio.] Quia mihi communicatis in euangelio prædicando. y ¶ A prima die uſque nũc.] Ab initio fidei ueſtræ, deprecor ut pſeueretis: ſiue quod communicatis ab initio prædicando.

AD PHILIPPENSES.

PAVLVS & Timōthe⁹ ſerui Ieſu Chriſti, ōmnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, q ſunt Philippis, cũm epiſcopis & diaconibus: Gratia uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Grãtias ago deo meo in omni memoria ueſtri, ſemp in cunctis orãtionibus meis, pro ōmnibus uobis cũ gaudio, deprecationẽ faciens ſuper cōmunicãtione ueſtra in euangelio Chriſti: à primã die uſq; nunc, cōfidẽs in hoc ipſum, quia qui cœpit in uobis opus bonũ, pficiet uſq; in diem Chriſti Ieſu. Sicut ẽſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus uobis, eo quod uenturi. d ¶ Sicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro omnibus uobis &c.] Charitas enim omnia ſperat.

¶ Eo quod

pro omnibus uobis, eo quod habeam uos in corde & in uinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij sociós gaudij mei omnes uos esse. Testis enim mihi est deus, quomodo cupiam omnes uos esse in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia & omni sensu, ut probetis potiora: ut sitis synceres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in glóriam & laudem dei. Scire autem uolo uos fratres, quia quæ circa me sunt, mágis ad profectum uenerũt euangelij, ita ut uincula mea manifesta fierẽt in Christo, in omni prętorio, & in cæteris omnibus, ũt plures è fratribus in domino cõfidentes, in uinculis meis abundantius auderent sine timore uerbum dei loqui. Q̃uidam quidem & propter inuidiam & contentionem. Q̃uidam autem & propter bonam uoluntatem Christum prædicant. Qui dã ex charitate, sciẽtes quoniam in defensione euangelij positus sum. Q̃uidam autem ex cõtentione Christum annunciant non syncere, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionẽ, siue per ueritatẽ Christus annuncietur: & in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Sciõ em̃ quia hoc mihi pueniet ad salutẽ per uestram orationẽ, & submi-
nistrãtionẽ spiritus Iesu Christi, secundũ expectãtionẽ & spem meã, quiã in nullo cõfundar, sed in omni fiducia sicut semper: & nunc mãgnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Mihi énim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro: coartor autem è duobus, dẽsiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter uos. Et hoc confidens scio, quia manebo & pẽrmanebo omnibus uobis ad

a ¶ Eo quod habeam uos in corde &c.] Tantũ uos diligo ut mihi memoriam uestri, nec hæc tribulatio, nec solicitudo defensionis auferat. b ¶ Et cõfirmatione euangelij.] Confirmatio euangelij, est cõstans tolerãtia prædicantis. c ¶ Socios gaudij mei omnes uos esse.] Hoc sentio de uobis & credo, qa sicut meæ tribulationis socij estis, ita eritis & gaudij sempiterni. Siue sic: scio uos ita euangelio credidisse, ut etiam in tribulationibus meis p eius defensione mecũ pariter gaudeatis. d ¶ Testis enim mihi deus &cæt.] Siue esse eius in uiscerib⁹: siue ita uos desidero tanquam uiscera Christi. e ¶ Et hoc oro ut charitas &c.] Vt uos in eo quod habetis, amplius abundetis. f ¶ In scientia &c.] Notandũ quia scientibus adhuc sciẽtiam deprecatur, ut synceres in omnibus esse ualeant. Nemo enim æger an sanari possit agnoscit. g ¶ Vt sitis synceres &c.] Synceris materia ẽ quæ naturam suã seruat nulla extrinsecus corruptione fucata: tale uinum semper in melio⁹ proficit nõ in peius. h ¶ Repleti fructu.] Non solum synceres ab omni corruptione sitis, sed etiam fructũ iustitiæ abundetis, exemplo Christi, qui non modo malitiam non habet, sed etiã bono redundat. i ¶ In gloriã & laudem &c.] Vt glorietur deus in actib⁹ uestris. k ¶ Scire autẽ uolo &c.] Hic consolatur eos de sua tribulatione, qa audierant eum uinctũ in urbe Roma custodiri. l Magis ad profectum uenerunt &c.] Non solum nõ obsunt, sed etiam profuerunt, dum manifestatur me non pro aliquo crimine, sed pro Christo omnia sustinere. m ¶ Vt plures.] Plures mea tribulatione constantes effecti sunt ꝯ doctrina. n ¶ Confidentes &c.] Vinculorũ meorum exemplo sunt incitati, dum mouiderũt pro Christo libentissime sustinere. o ¶ Quidam quidem &c.] Dum mihi apud credentes gloriã auferre se putãt, ne solus mihi uendicare uidear scientiã prædicãdi. p ¶ Quidam autem propter bonam &c.] Alij etiam alios saluare uolentes, sideliter Christum annunciant. q ¶ Quidam ex charitate &c.] Quidã uero ex mea charitate adiuuant me euangelium defensando. r ¶ Scientes quoniã in defensione euangelij &c.] Nõ humanæ dilectionis affectu, sed quia sciunt me à dño ad defendendũ euangelium ordinatũ. s ¶ Quidam aũt ex contentione &c.] Alij dolore prædicãt ad me grauãdũ, quasi plures discipulos faciẽtem, & doctrina mea totũ orbẽ implere conãtem, ut ex hoc saltẽ maior mihi cumulet iniuria uel pressura. t ¶ Quid em̃ dum omni modo siue per occasionem.] Odij uel inuidiæ. u ¶ Siue per occasionẽ &c.] Simplicis uel puræ prædicationis. x ¶ Christus annuncietur: & in hoc gaudeo &c.] Nõ mihi cura est qua prædicent mente, dũmodo qd̃ cupio, Christi nomẽ omnibus innotescat, & à multis credatur. Quapropter & modo gaudeo, & in futuro gaudebo. y ¶ Scio enim &c.] Qd̃ mihi nocere putãt, in salutẽ pueniet, quia nõ solũ per uerbũ & passionẽ meã, sed etiam per odium Christi ecclesia augmẽtatur. z ¶ Et sub ministrationem &c.] Quia ad meã per omnia salutem gubernati. a ¶ Secundũ expectationem & spem meã.] Quia de omni b⁹ his expecto & spero mercedem. b Quia &c.] Neq; in uita, neque in morte, neq; in cõtumelijs, neque ĩ opprobrijs: deniq; in nullo apostolus cõfundebaẽ. Nos in omnibus erubescim⁹, & in quo uituperamur ultra non facimus, quamuis ſcundum deũ cœperim⁹: unde ostendim⁹ nos laudibus, nõ Christo seruire. Apostol⁹ nõ confundebatur in catenis, nos confundimur in opprobrijs. c ¶ Sed in omi fiducia.] Nulla res me poterit deterrere. d ¶ Et nunc magnificabiẽ Christ⁹ in corpore meo.] Inimicis suis insultat q̃ ei nocere nõ ualeãt. Si enim eum occiderint, martyrio coronabiẽ. Si seruauerint ad Christum annunciandũ, plurimum facient fructum. e ¶ Siue per uitã &c.] Et uita nostra & mors ad magnificentiã pertinet Christi. f ¶ Mihi em̃ &c.] Nõ alia causã uolui uiuere nisi Christi, ut eius corpus ædificem. g ¶ Et mori lucrum.] Corona. h ¶ Quod si uiuere in carne hic mihi fruct⁹ &c.] Si uiuere in carne me uoluerint, habebo tẽpus operandi. i ¶ Et quid eligam ignoro &c.] Intantũ mihi utraq; cõueniunt, ut quid eligam scire non possim. k ¶ Desiderium habens dissolui &c.] Illud meli⁹ mihi, istud necessariũ uobis. Et mortem illos nõ timere, sed diligere debere eos, suo demonstrat exẽplo: & ut nõ contristẽt, mansurũ se in carne spiritu prophetico promittit. l ¶ Et hoc confidens &c.] Non solũ credo, sed etiam certissime noui. m ¶ Et permanebo omnibus uobis.] Nõ mihi, id est, nõ mei causa.

bis ad profectum uestrum & gaudium fidei, ut grātula
tio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum ad
uentum iterum ad uos. Tántum digne euangelio Chri
sti conuersemini, ut siuē cum uenero & uidero uos, siue
absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unā
nimes, collaborantes fidei euangelij: & in nūllo terrea
mini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditiōis, uobis
autem salutis: & hōc à deo. Quia uobis donatum est, p
Christo, nō solūm, ut in eum credatis, sed ut etiam pro
illo patiamini: idem certamen habētes, quale & uidistis
in me, & nunc audistis de me.

Cap. II

SI qūa ergo consolatio in Christo, si quod solatium
charitatis, si quī societas spiritus, si qūa uiscera mise
rationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, ean
dem charitatem habentes, unanimes idipsum sentiētes.
Nihil pēr contentionem, neq; per inanem gloriam, sed
in humilitate superiōres sibi inuicem arbitrantes: nōn
quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.
Hoc ēm sentite in uobis quod et in Christo Iesu. Qūi
cum in forma dei esset, non rāpinam arbitratus est esse
se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam
serūi accipiens, in similitūdinem hominum factus, &
hābitu inuentus ut homo: humiliauit semētipsum fa
ctus obediens usque ad mortem, mortem autem cru
cis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dona
uit illi nomen quod est super omne nomen, ut in no
mine Iesu

A a ¶ Ad profectum uestrum & gaudiū fidei.] Vt profe
ctum de fructu fidei uestræ & gaudium habeatis, siue ut
gaudeatis, quia uestra me fides & oratio conseruauit.
b ¶ Vt gratulatio uestra abūdet in Christo Iesu &c.] Vt
postq̄ uiserim uos, iterum abundantius gratulemini.
c ¶ Tantum digni.] Oīa eius præcepta
seruantes, siue digne
euangelij prædicato
ribus conseruare de
betis. d ¶ Vt siue cū
uenero &c.] Sicut le
gimus, quia erat eis
cor unum & aīa una,
nec quisq̄ suum dice
bat, sed erant illis om
nia communia.
e ¶ Vnanimes colla
borantes fidei euāge
lij.] Omnis pugna u
nanimitē aggressa ui
ctoriā parit. f ¶ Et
in nullo terreamini.]
Neq; uersutis disputa
tiōibus opprobrijsq̄
turbemini. Quia uo
bis magis ad merce
dem possunt prodes
se. Sicut apostoli ibāt
gaudentes, quia pro
nomine domini dig
ni habiti sunt contu
meliam pati. g ¶ Et
hoc à deo &c.] Quia
uult uos coronari, p
B batos, sicut Iob per
mittitur tētari. Quia
nec uinci habebat, &
eius gloria amplian
da erat aduersario su
perato atq; confuso.
b ¶ Vt non solum.]
Occasio fidei à deo
donata est, quia si nō
uenisset Christus &
docuisset, non utique
crederemus: cæterum & fidem uoluntariā in actibus le
gimus: non solum ergo uult ut fidei meritū, sed etiam ut
martyrij præmium habeatis, dum uos tentari deus pati
tur ut uincatis. i ¶ Idem certamen habentes &c.] Ni
hil nouum patimini, sed hoc quod præsentes uidistis in
me, & nunc absentes de me audistis. Nō sit ergo illud uo
bis indignū, in quo nos conspexistis gloriari. Cap. II
SI qua ergo consolatio in Christo.] Si in omni tribula
tione ab ipso solo consolamini, non sit uestra consola
tio, patrimonium terrenum. l ¶ Si quod solatium cha
ritatis.] Charitas Christi, non amicorum. m ¶ Si qua
societas spiritus.] Spiritualium nō carnalium. n ¶ Si
qua uiscera miserationis.] Vestri misereminī potius q̄
parentum. o ¶ Implete gaudium meum.] Quod iam
habeo ex parte, in talibus enim doctor exultat. Aliter, si
qua mihi à uobis consolatio exhibetur in Christo, & si
quod solatiū charitatis, si qua uos societas spiritus con
nectit, & si qua sint apud uos uiscera pietatis, hoc mihi
præstate, quod rogo, ut gaudium nostrum unitatis & ele
ctionis impleatis. p ¶ ¶ Vt idem sapiatis, eāndē chari
tatem habentes &c.] Nolite charitatem scindere, sentien
do diuersa. q ¶ Nihil per contentionem, neq; per ina
nem gloriam.] Ne aliquid non dei æmulatione faciatis,
sed ut quisq; alius uideatur. r ¶ Sed in omni humilita
te superiores sibij nuicem arbitrantes.] Si omnes à qui
bus iniuriā patimur, superiores arbitraremur, facile pa
tientiam seruaremus. Nemo enim à patre uel à domino
ægre fert se iniuriā consecutum. s ¶ Non quæ sua sunt
singuli considerantes, sed quæ aliorum.] Non quæ no
bis solis expediunt, sed quæ & alijs prosunt. t ¶ Hoc e
nim sentite in uobis qd' & in Christo Iesu.] Vult osten
dere Christum, non
pro se, sed p alijs pas
sum: siue tam humi
lis sensus sit in uobis
quàm fuit i Christo.
Multi præterea hunc
locum ita intelligūt,
quod secundum diui
nitatem se humiliaue
rit Christus, secundū
formam uidelicet, se
cundum quam æquā
æqualitatem dei, non
rapinā usurpauerit,
quā naturaliter possi
debat: Et exinaniuit
se, non substantiā eua
cuans, sed honorem
declinans, formā ser
ui: hoc est naturā ho
minis induendo, & p
omnia homo tantum
modo atq; humilita
tis suæ obediētiæ nec
crucis mortem recu
sando. Quod in Chri
sto Iesu, secundum q̄
unctus est, Christus
est, Iesus nomen acce
pit: hoc est secūdum
hominem. u ¶ Qui
cum in forma dei es
set.] In qua erat, siue
quia absque peccato
erat ad imaginem dei
scilicet. x ¶ Non ra
pinam arbitratus est
se esse æqualem deo,
sed semetipsum exi
naniuit &c.] Quod
erat humilitate, cæla
uit, dans nobis exemplum ne in his gloriemur quæ for
sitan non habemus. y ¶ Formam serui accipiens.] Ita
ut etiam pedes lauaret discipulorum. z ¶ In similitu
dinem hominum factus.] Interdum similitudo recipit
ueritatem, nam genuit Adem filium secundum imagi
nem & similitudinem suam, & uocauit nomē eius Seth.
In similitudine humana humilitate seruiendo cum om
niū dominus esset. a ¶ Et habitu inuentus ut homo.]
Hoc ut uerum sit, sicut quasi unigeniti à patre ita intelli
gendum. b ¶ Humiliauit semetipsum factus obediens
usq; ad mortem.] Vt nobis perfectæ obediētiæ monstra
ret exemplum. c ¶ Mortem autem crucis.] Qua nul
la mors potest esse deterior. d ¶ Propter quod & deus
exaltauit &c.] Quia se assumptus homo humiliare dig
natus est, diuinitas quæ humiliari nō potest, eum qui hu
miliatus fuerat exaltauit. Sed & illi donatum est nomen
quia ante non habuit: unde rectius locus hic secundum
humanam naturā intelligendus est q̄ diuinam. Si ergo
nos ex alto respicimus, exemplo Christi fratribus seruia
mus. Si enim ille dominus & magister, seruis & discipu
lis ministrauit, quanto magis nos æqualibus & maiori
bus seruire debemus, & deo & sanctis eius usq; ad mor
tem etiam obedire, ne magistrum humilem, superbi di
scipuli non sequamur: & dominum mitem, serui contem
namus ingrati. e ¶ Quod est super omne nomē.] Cui
enim angelorum dixit, filius meus es tu?

¶ Vt in no-

mine Iesu omne genu flectatur,cœlestiũ,terrestrium,& infernorum:& omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis, non in præsentia mei tantũ, sed multo magis nunc in absentia mea,cum metu & tremore uestram salutem operemini. Deus est enim qui operatur in uobis,& uelle & proficere pro bona uolun tate.Omnia autem facite sine murmurationibus & hæ sitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filij dei si ne reprehensione in medio nationis prauæ atq; peruer sæ,inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,uerbum uitæ continentes,ad gloriam meam in die Christi,quia non in uacuum cucurri, neq; in uacuũ laboraui. Sed & si immolor supra sacrificiũ & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis.Idipsum autem & uos gaudete & cõgratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos,ut & ego bono animo sim, cognitis quæ circa uos sunt. Ne minem enim habeo tam unanimẽ,qui syncera affectio ne pro uobis solicitus sit.Omnes em quæ sua sunt,quæ runt,non quæ Iesu Christi.Experimentũ autem eius co gnoscite,quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in e uangelio.Hunc igitur spero me mittere ad uos,mox ut uidero quæ circa me sunt. Confido autem in domino, quoniam & ipse ueniã ad uos cito. Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum,uestrum autem apostolum, & mi nistrum necessitatis meæ mittere ad uos, quoniã quidẽ oes uos desiderabat,& mœstus erat,propterea q audie ratis illũ infirmatũ.Nã & infirmatus est usq; ad mortẽ, sed deus misertus est eius.Non solũ aũt eius,uerũetiã & mei, ne tristiciã super tristiciam haberem. Festinantius ergo mi

A a ¶ Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium.] Vt omnes simul hominẽ adorent cum uer bo assumptum. b ¶ Et infernorum.] Hic infernorum custodes inducit. c ¶ Et omnis lingua confiteat.] Om nium gentium scilicet. d ¶ Quia dominus Iesus Chri stus in gloria est dei patris.] Hoc est in na tura &gloria deitatis, dum eiusdem est glo riæ cuius pater. e ¶ Itaque charissimi mei sicut semper obe distis.] Exemplo eio qui usq; ad mortem obediuit. f ¶ Non in præsentia mei tan tum.] Quasi serui ad oculum seruientes. g ¶ Sed multo ma gis nunc in absentia mea.] Quia si qd me præsenti liberius age batis,corrigere pote ram. b ¶ Cum me tu & tremore salutem uestrã operamini.] Non cum negligen tia, sed sicut ait Iob: Verebar omnia ope ra mea propter deũ, sciens quod non par ceres delinquenti. Et super humilẽ & quie tum & trementẽ uer B ba dei spiritus sancto requiescit. i ¶ Deus est em qui operatur in uobis, & uelle & p ficere.] Velle opera tur suadendo, & præ mia ꝓmittendo. Qui perseuerauerit usque in finem,hic saluus e rit. Cæterum profice re nostrum omnino nec uelle, quicq; est: quia utrũq; eiusdem loci definitione tene tur. k ¶ Pro bona uoluntate.] Si in ea maneatis. l ¶ Om nia autem facite sine murmurationibus.] Ingratus est est seruo, qui grauia domini sui queritur esse præcepta. Qui enim murmurat de præceptis, dubitat de præmijs. Hic etiam si operatur,non est sine querela. Vnde alibi ait: Neque murmuraueritis, & cætera. m ¶ Et hæsitationibus.] De mercede futura. n ¶ Vt sitis sine querela, & sim plices sicut filij dei sine reprehensione.] Sicut deus uos fecit. Cõsiderate cuius filij sitis, qui cum in omnibus san ctus ac purus sit, filios non potest habere degeneres. o ¶ In medio nationis prauæ atq; peruersæ.] Quæ om nem rationabilis naturæ peruertit ordinem & perdidit. p ¶ Inter quos lucete sicut luminaria in mundo.] Sic luceat dei genus in genere humano, sicut sol & luna illu minant mundũ. q ¶ Verbum uitæ continentes.] Vt per uos illuminẽtur & exemplo confirmentur. r ¶ Ad gloriam meam.] Gloria patris filiorum est, ut ait Salo mon. s ¶ In die Christi.] In die iudicij. t ¶ Quia non in uacuum cucurri, neque in uacuum laboraui.] Qui talem deo populum acquisiui. u ¶ Sed & si im molor supra sacrificium &c.] Etiam si occidar, quia sa crificium & obsequiũ fidei uestræ obtuli deo:uincit pro fectus uestri gaudium, tristiciam pœnæ uel mortis: si ue iam non timeo mori, sacrificio fidei uestræ consum mato:siue quia uestræ fidei ministraui. x ¶ Idipsum autem & uos congau dete & congratulami ni mihi.] Quia mihi grande præmium est pro uobis occidi, si ue quia mihi expedit solui. y ¶ Spero au tẽ in domino Iesu Ti motheũ me cito mit tere ad uos.] Dat exẽ plum non temere qd definiendi,sed omnia spe domini ꝓmitten di. z ¶ Vt ego bo no aio sim, cognitis quæ circa uos sunt.] Vt sciatis qa uos meæ passiones minime ter ruerũt. a ¶ Nemi nem em habeo tã u nanimem qui syncera affectione pro uo bis solicitus sit.] Qui ita mecum pro omni um uestrum salute so licitus sit. b ¶ Om nes em quæ sua sunt, quærunt.] Commo dum uel quietem, no lentes pro anima tri bulari. c ¶ Nõ quæ D Iesu Christi.] Nõ cu rantes de corpore uel exemplo Christi qui pro omniũ salute mo ri minime recusauit. d ¶ Experimentum eius cognoscite.] Vt qualis sit noueritis. e ¶ Quoniam sicut patri filius mecũ ser uiuit in in euãgelio.] Secũdum hominem, propter homines fa ctus obediẽs usq; ad mortem. f ¶ Hunc igitur spero me mit tere ad uos, mox ut uidero &c.] Modo e nim incertus sum. g ¶ Cõfido autem in domino &c.] Non solum illum mitto quem unicum habeo solatium. h ¶ Necessarium aũt existimaui &c.] Necessarium uo bis & cooperatorẽ propter euangelij opus. i ¶ Et com militonem meum &c.] Cõmilito propter honorẽ, quia & ipse acceperat in illis apostolatus officiũ. k ¶ Et mi nistrũ necessitatis meæ mittere ad uos.] Quia uenit meæ necessitati ministrare pro uobis. l ¶ Quoniã quidem omes &c.] Charitatem eius circa illos solicitã commen dat,ut & ipse ab eis amplius diligatur. m ¶ Et mœstus erat propterea quod audieratis infirmatum.] Tristiciæ uestræ causa mœstus erat, eo quod uos per infirmitatis suæ nuncium paueret nimium contristatos. n ¶ Nam & infirmatus est usq; ad mortem &c.] Vt maiorem do cendo colligat fructum. o ¶ Non solum autem eius,ue rumetiam & mei &c.] Ne tristiciã carceris tristicia deso lationis augeret. p ¶ Festinãtius ergo misi illum,ut ui so illo &c.] Pro cuius noui uos absentia contristari.

ergo miſi illum,ut uiſo illo iterum gaudeatis,& ego ſine triſticia ſim. Excipite itaq; illũ cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cum honore habetote, quoniã propter opus Chriſti uſq; ad mortem acceſſit, trãdens animam ſuam, ut impléret id quod ex uobis deerat erga me obſequium. Cap. III

DE cætero fratres mei gaudete in domino,eadẽ uobis ſcribere mihi quidem non pigrũ, uobis autem neceſſariũ. Videte canes,uidete malos operarios, uidete cõcisionem.Nos enim ſumus circunciſio,qui ſpiritu ſeruimus deo,& gloriamur in Chriſto Ieſu,& nõ in carne fiduciam habentes, quanq; & egõ habeam cõfidentiam in carne. Si quis aliꝰ uidetur confidere in carne, ego magis circunciſus octauo die ex genere Iſrael de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem phariſæus, ſecundum æmulatiõnem perſequens eccleſiam dei: ſecundum iuſticiam quæ in lege eſt cõuerſatus ſine querela.Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimẽta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei, propter quem omnia detrimentũ feci,& arbitror ut ſtercora,ut Chriſtum lucrifaciam, ut & inueniar in illo,non habens meam iuſticiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu,quæ ex deo eſt iuſticia in fide, ad cognoſcendũ illum & uirtutem reſurrectionis eius,& ſocietatem paſſionis illius, cõfiguratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem,quæ eſt ex mortuis, non quod iam acceperim,aut iam perfectus ſim. Sequor autem ſi quo modo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem, quę quidem retro ſunt obliuiſcens:ad ea uero quæ ſunt priora extendẽs meipſum, ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ uocationis dei in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſen-

A a ¶ Et ego ſine triſticia ſim.] Quã mihi ueſtra triſticia generat. b ¶ Excipite itaq; illum cum omni gaudio in domino.] Soluentes ſi quem ſcrupulum de eius tardita te animus forte ſuſceperat. c ¶ Et eiuſmodi cum honore habetote.] Non ſolum hunc qui ueſter eſt doctor,ſed & oẽs qui talis gratiæ ſunt honorate.
d ¶ Quoniam propter opus Chriſti uſque ad mortẽ acceſſit.] Qui mihi non timuit in carcere miniſtrare. e ¶ Tradens animã ſuam.] In manus inimicorum: hoc eſt paratus ad mortem. f ¶ Vt impleret id quod deerat.] Vt reliquũ ueſtrũ erga me ſolus impleret obſequium. Cap. III
D E cætero frẽs mei gaudere in domino.] Non in rebus hũanis, uel in aliquo præterquã in domino gaudeatis. b ¶ Eadem uobis ſcribere.] Eadem repetere quæ præſens dixeram.
i ¶ Vobis autem neceſſariũ.] Sicut hortо crebrius irrigari.
k ¶ Videte canes.] Hic contra pſeudoapoſtolos ait Chriſti euangelium laceran-
B tes. l ¶ Videte malos operarios.] Qui quod nos bene conſtruximus, deſtruere conantur. m ¶ Videte cõcisionem.] Concisio enim potius q̃ circunciſio ſunt dicẽdi. n ¶ Nos eñ ſumus circũciſio &c.] Nos ſumꝰ uiri Iudæi, qui non unius mẽbri pellem,ſed totius carnis uitia amputamꝰ, ſpiritualiᵗ ſcilicet circunciſi. o ¶ Et gloriamur in Chriſto Ieſu &c.] In ſola fide Chriſti,nõ in circunciſione carnali.
p ¶ Quanquã & ego habeã &c.] Ne quis putet me hoc ideo dicere, quia ego gloriandi cauſam non habeam,& idcirco non glorier.
q ¶ Si quis alius uidetur confidere in carne &c.] Quia ex illis forte aliqui erant proſelyti: ego ſecundum genus non poſt annos, ut aliqui peregrini. r ¶ De tribu Beniamin.] Quæ ſemper cum Iuda coniuncta fuit. s ¶ Hebræus ex Hebræis.] Non ex gentibus proſelytus.
t ¶ Secundũ legem phariſæus.] Legiſperitus uel diuiſus à turba, qui non poſſem poſſe quod probarem.
u ¶ Secundum æmulationẽ &c.] Tantam habui æmulationem,ut neſcius etiam eccleſiam inſectarer. x ¶ Secundum iuſticiam &c.] Primus fui in omnibus in quibus illi falſo gloriantur,ſed quia hoc tempore illa nõ ualere cognoui, ideo illa nullius duco momẽti,& tanquam impedimenta proſcio quibus me uitam acquirere poſſe putabam. y ¶ Cõuerſatus ſine querela.] Omnium iuſtificationum & ceremoniarũ purificationem & mandata complebam, ſed hæc nulla putaui dum crederem Chriſto quæ lex ipſa ꝓmiſerat. z ¶ Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta.] Ad comparationem inuenti auri,contemnitur æramentũ, quamuis ab uno ſit conditum,& pro temporis qualitate neceſſarium. a ¶ Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe &c. ut ſtercora &c.] Stercora ciborũ ſunt reliquiæ,& quõdam rerum utilium purgamenta. b ¶ Vt Chriſtum lucrifaciã &c.] Vt Chriſtũ habeã caput, & eius inueniar membrum. c ¶ Nõ habẽs meã iuſticiã.] Hoc eſt meo labore quæſitam. d ¶ Sed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu &c.] Sed illam quæ à deo proprie & ſola fide collata eſt Chriſtianis.
e ¶ Ad cognoſcendũ illum.] Vt beneficiũ D eius perfecte cognoſcam. f ¶ Et uirtutẽ reſurrectionis eius.] Quia ideo ſurrexit ut nos ſimiliter reſurgamus. Qui aũt hoc uere cognoſcit, ſatis agit, ſi omnino nõ peccet. g ¶ Et ſocietatẽ paſſionis illius.] Sic enim compatimur & conuiuimus.
h ¶ Si quo modo occurrã ad reſurrectionem &c.] Ad illam quæ perfectorum eſt proprie, nõ ad illam quam etiam inuitos habere neceſſe eſt.
i ¶ Nõ quod iam acceperim.] Quia mundi nondum finis adueniet,ſed in ſpe eſt quod credimus,non in re. k ¶ Aut iam perfectus ſim.] Adhuc ait ſe de perfectione hac, & de tali reſurrectione ſuſpenſum. l ¶ Sequor autem ſi quo modo comprehendam &c.] Si comprehendã meritum apoſtolatus,in quo apoſtolatu à Chriſto ſum comprehenſus. m ¶ Fratres ego me &c.] Se humiliãdo,omnibus gloriam tollit, & uniuerſos prouocat ad perfectionem. n ¶ Vnum autẽ quæ quidem retro ſunt &c.] Hoc ſolũ ſcio, quia quotidie proficio, & præteritũ laborem nõ cõputans, ad priora feſtino: ſue legis obliuiſcẽs ad ꝓfecta euangelij præcepta me teneo. o ¶ Ad deſtinatum perſequor &c.] Quod pfectus deus ꝓmiſit in Chriſto in cœlis: qd nõ niſi uincentes accipiẽt. p ¶ Quicunque.] Quomodo negat ſe eſſe ꝓfectũ, ſi alij ſunt, niſi humilitatis

militatis gratia hoc dictũ accipias: Quicunq; perfectus est hoc sentiat, uetera scilicet obliuiscẽdo, & noua sectando: qa pfecti debẽt esse discipuli Christi: licet superiꝰ de pfectione præmiſ, hic uero de sciẽtia sit locutus. *a* ¶ Si quid aliter sapitis, & hoc uobis deꝰ reuelabit.] Si quid aliſ deus reuelauit: Aliter inquit non aliud hoc est alia assertione non fide. *b* ¶ Verum tamen ad quod peruenimus.] Ad perfectionem noui testamenti. *c* ¶ Vt idem sapiamus.] Idẽ sit, aliter scilicet alter nõ astruat. *d* ¶ Imitatores mei estote fratres.] Me sequimini, non falsos apostolos. *e* ¶ Et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.] Dupliciter dicitur obseruare, uel ad imitandum ut hic: uel ad cauẽdum sicut ad romanos ait: Obseruate eos q dissensiones & offendicula faciũt. *f* ¶ Multi enim ambulant: ꝙs sæpe dicebã uobis.] De his dicit qui spẽ passionis Christi per quam peccata dimiſ
B sa sunt auferentes, in legis ceremoniis colocabant. Potest & de Iouiniani studiis accipi, qui Ieiuniorum afflictionem & omnem corporis cruciatum, in luxuriã & epulas cõuerterit. *h* ¶ Nũc autem & flens dico, inimicos crucis Christi.] Notandũ quod uero affectu, omniũ salutẽ optauerit, qui etiam inimicos crucis Christi deflebat, ultro in interitum properantes. Quorum finis est interitus.] Quia in corruptione seminant carnis. *k* ¶ Quorum deus uenter est.] Qui se in hoc putant deo seruire, si comedant, non audientes prophetam dicentem: Si manducaueritis & biberitis, nõne uos manducatis & bibitis? *l* ¶ Et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.] In circuncisione uerecundi membri. *m* ¶ Nostra autem conuersatio in cœlis est.] Hoc non potest dicere terrenis uitiis mancipatus. *n* ¶ Vnde etiam saluatorẽ expectamus dominum nostrum Iesum Christum.] Qui caput est nostrum. *o* ¶ Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.] Sicut monstrauit in monte, cum unum ex uiuentibus & unum ex mortuis, claritatis suæ corpori configurat: exemplum resurrectionis ostendens & in mortuis & in uiuentibus. *p* ¶ Secundum operationem qua possit sibi subiicere omnia.] Quia nõ solum conformauit nos, sed etiam corpori suo omnia fecit esse subiecta: siue secundum sententiã qua sibi cuncta subiecit, etiã hoc illi possibile est.

Cap. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desideratissimi.] Quia hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc uobis reuelãbit deus. Veruntamen ad quod peruenimus ut idẽm sapiamus, & in eãdem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulãt, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sæpe dicebam uobis: Nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi: Quorum finis interitus: quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

Cap. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desideratissimi: gaudiũ meum & corona mea: sic state in domino charissimi. Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar: adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemente & cæteris adiutoribus meis: quorũ nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarumactione, petitiones uestræ innotescãt apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. De cætero fratres quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ

r ¶ Gaudium meum & corona mea.] Per uos in præsenti lætificor, & in futuro coronabor. *s* ¶ Sic state in domino charissimi.] In sola Christi fide, ut superius comprehendi, spem ponentes & in conuersatione cœlesti. *t* ¶ Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in domino.] Quod dicit, id est. una mecũ hæ mulieres scientes erant legis: qua similiter ut istas eadem sentire commemorat & hortatur. *u* ¶ Etiam rogo te & germane cõpar.] Germanus dictꝰ est nomine, qui erat compar officij. *x* ¶ Adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euãgelio.] Non uiros sed fœminas quæ erant docentes, non in ecclesia sed in domo. *y* ¶ Cum Clemẽte & cæteris adiutoribus meis.] Clemens ex philosopho maghæ doctrinæ uir, qui Romæ epiſcopꝰ fuit. *z* ¶ Quorum nomina sunt in libro uitæ,] Nemoleste ferrent sua nomina in hac epistola cõprehensa, scripta esse dicit in cœlis. Huius D libri etiam Moyses & Dauid meminit & dominus in euangelio. *a* ¶ Gaudete in domino semper.] Quia seculi gaudium non habetis. *b* ¶ Iterum dico gaudete.] Repetit, ut magis ac magis gaudium confirmetur. *c* ¶ Modestia uestra nota sit omnibꝰ &c.] Iudæis & gẽtibus omnibus: qui uos tribulant & persequuntur. *d* ¶ Dominus enim prope est.] Scit quid opus sit anteq; petatis ab eo: siue de congruentibus cogitationibus solicitudinem gerite: q; enim dominus nobis prope sit, optime nouistis, secundũ illud: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. *e* ¶ Nihil soliciti sitis.] Nolite cogitare quid manducetis aut quid induamini, hæc omnia gentes inquirũt. *f* ¶ Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarumactione, petitiones uestræ innotescant &c.] Non cum murmuratione, aut tristicia: tunc potest oratio uestra digna esse auribus saluatoris: si pro omnibus quæ patimini gratias referatis sicut apostoli faciebant. *g* ¶ Et pax dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda uestra &c.] Qua malos sustinet & ingratos. Christi pax qua pro suis persecutoribus exorabat, si recogitemus omnem mentem superat & inclinat. Hæc ergo pax corda & intelligẽtias uestras exemplo Christi custodiat. *h* ¶ De cætero fratres.] Ad extremũ ut omnia breuiter comprehendam. *i* ¶ Quæcunq; sunt uera.] Permanenda. *k* ¶ Quæcunq; pudica, quæcũq; iusta, quæcunq; sancta, quæcũq; amabilia &c.] Quia omnis natura humana nouit diligenter amare quod bonum est.

Psal. 33. d

bonæ famæ:si qua uirtus, si qua laus disciplinæ:hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit uobiscum. Gaui sus sum autem in domino uehementer: quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicæ semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti: maxime aut qui de Cæsaris domo sunt. Gratia dni nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

A a ¶ Si qua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis &c.] Virtus tolerantiæ siue laus conuersationis, & reliqua bona, quæ & didicistis uerbo, & accepistis exemplo & audistis auribus & uidistis oculis: hæc tantummodo cogitate. b ¶ Hæc agite.] Non enim sola sine actu sufficit cogitatio. Hæc posteriora, illa explanant superiora. c ¶ Et deus pacis erit uobiscum.] Si hæc non modo cogitetis, sed etiam facitis. d ¶ Gauisus autem sum in domino uehemēter: quoniam tandem aliquādo refloruistis &c.] Iterum florem boni operis recepistis, qui mei immemores occupationi non uoluntate aret facti, fueratis effecti. e ¶ Non quasi propter penuriam dico.] Non propter meam inopiam, sed propter uestrum fructum dico me esse gauisum. f ¶ Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse.] A Christo omnia æquanimiter ferre sum edoctus. g ¶ Scio & humiliari: scio & abundare. B Vbiq; & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire & abundare & penuriam pati.] Vt nec abundantia extollar, nec frangar inopia. h ¶ Omnia possum in eo qui me cōfortat.] Dans intelligentiam, uel sua doctrina cōfirmat. i ¶ Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ.] Non enim debuit mea inopia uestra impedire mercedem. k ¶ Scitis autem & uos Philippenses, quod in principio euāgelij quando profectus sum &c.] Quādo profectus sum, scitis, quia uos solos à quibus sumptus accepimus elegimus, fideliores uos omnibus iudicantes. l ¶ In ratione dati & accepti, nisi uos soli.] Dantes carnalia, spiritualia accepisse credendus est: Si uere sancti erant, peccatores utiq; non erant, & quia non peccatores sed sancti erant tam poterant esse quod erant, quam poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est. m ¶ Quia Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantē in ratione uestra.] Abundans fructus orationis est, cum sanctis etiam absentibus ministratur. n ¶ Habeo autem omnia & abundo: repletus &c.] Prouocat eos laudando & gratias referendo. o ¶ In odorem suauitatis.] Odor suauitatis, nō in re oblata, sed in mentis deuotione consistit: sicut sacrificium Noe deus de scribitur odoratus, cū ipse dicat nec carnib⁹ nec animalium sanguine se delectari. p ¶ Hostiā acceptam placentē deo.] Notandū quod eleemosyna hostia appellatur: quæ sicut à sanctis oblata, accepta est, ita eorum qui in peccatis duraverint reprobat. q ¶ Deus autem meus impleat &c.] Quia ut perfecti alia desiderare nō poterāt, nisi quæ sunt secundū diuitias dei non seculi, & quæ ad gloriā pertinēt Christi. r ¶ Salutate omnem sanctū in Christo Iesu &c.] Erant enim omnes sancti ꝙs saluere iubet & omnes præcepit saluta-ri, sicut & in omnib⁹ epistolis facit, & procul dubio uerum di- Gen. 8. d Esa. 1. c C D

COMMENTARIA in epistolam ad Colossenses.

AD COLOSSENSES

PAVLVS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his q sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia uobis & pax à deo patre nostro. Grātias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes: propter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euangelij quod peruenit ad uos: sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat & crescit

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt colossis sanctis &c. Gratia uobis &c.] Et Christo Iesu domino nostro. u ¶ Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi &c. & dilectionem in omnes sanctos.] Sine exceptione personarum uel noticiæ, sed iam diligitis in omnibus sanctitatem. x ¶ Propter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euāgelij &c.] Nō propter hominū laudem, sed propter uitam æternam quæ in Christo est. y ¶ Sicut & in uniuerso mūdo est, & fructificat.] Aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, secundum parabolam seminantis.

¶ Et

A

crescit sicut in uobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in ueritate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro: qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro uobis orantes & postulantes: ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali: ut ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei, in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio, gratias agentes deo & patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę: quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso. Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles à spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in uniuersa creatura quę sub cœlo est. Cuius factus sum ego Paulus minister, q nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum

a ¶ Et crescit.] In numero uel uirtute. b ¶ Sicut in uobis, ex ea die qua audistis &c.] Qui eius beneficia malis actibus non euacuant. c ¶ Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro qui est fidelis &c.] Fideliter pro uobis in oratione incumbẽs, ministerium Christi exhibet uoluntate. d ¶ Qui etiam manifestauit nobis &c.] Quam habetis in spiritualibus charitatẽ. e ¶ Ideo & nos ex qua die audiuimus &c. ut impleamini agnitiõe uoluntatis eius.] Quia eam aliter facere non potestis: quod pphe-ta intelligens dicebat ad deum. Doce me facere uoluntatẽ tuam, quia deus meꝰ es tu. f ¶ Vt ambuletis digne deo, per omnia placẽtes, in omni opere &c.] Bene ille deo ambulat, qui ei per omnia placet, hoc est, ut in opere bono cũ sciẽtia dei fructificet. Simul expositum ꝺd frequẽter obscure docebat: hoc est, quomodo deus det uelle uel adiuuet & confirmet: docendo scilicet sapientiã, & intellectum gratiarũ tribuendo, non libertatem arbitrij auferendo: sicut etiã in præsenti orat ut impleant agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali: ꝙ possint digne deo per omnia ambulare. g ¶ In omni uirtute confortati.] Virtus magna est inueteratũ uincere uitiorum: uel in passionibus carnis infirmitatem superare. h ¶ Secundum potentiam claritatis eius.] Vt & uos sicut & ille patienter omnia sufferatis. i ¶ In omni patientia & longanimitate &c.] Ibi est uera longanimitas & patientia, ubi aliquis gaudet etiam sustinere quod patitur. k ¶ Gratias agentes deo &c.] Plus uocatio lætificet, ꝙ affligat tristicia passionum. Cognominat sortem sanctorũ, sortem hæreditatis, sicut etiam scriptura cõmemorat: quia Iesus terram diuisit in sorte. l ¶ Qui eripuit nos de potestate &c.] Ab ignorantia uel errore. m ¶ Et transtulit in regnum filij &c.] De regno erroris & mortis, quo & dilecti & filij fieremus? n ¶ In quo habemus redemptionẽ & remissionem &c.] Redemptis fide, per baptismũ peccata dimisit. o ¶ Qui est imago dei inuisibilis.] Secundum epistolam ad Hebræos. p ¶ Primogenitus omnis creaturæ.] Primogenitus secundum assumpti hominis formam, non tempore, sed honore: iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel. q ¶ Quoniam in ipso condita &c.] Id contra Manichæos facit. r ¶ Omnia per ipsum &c.] In ipsius creata sunt potestate. s ¶ Et ipse est ante omnes &c.] Dum per ipsum subsistunt. t ¶ Et ipse est caput corporis ecclesiæ.] Quia omnes credẽtes, eius mẽbra sunt. u ¶ Qui est principium primogenitus ex mortuis.] Incorruptibilis gloriæ. x ¶ Vt sit in omnibus ipse &c.] Tam in uisibilibꝰ, ꝙ in inuisibilibus creaturis. y ¶ Quia in ipso complacuit omnem plenitudinẽ &c.] In alijs, hoc est, in apostolis, patriarchis, uel prophetis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi si dicas summaliter. z ¶ Et per eum reconciliari omnia in ipsum &c.] Per quẽ sunt homines emundati. a ¶ Siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt.] Terrena cœlestibꝰ, quæ ab eis per cõtrarietatem uitæ fuerant separata. Vñ orare docemur, ut uolũtas dei quemadmodũ celebratur in cœlis, ita fiat & in terris. b ¶ Et uos cũ essetis aliquando alienati & inimici &c.] Quæ fuerint inimicitiæ, euidentissime declarauit. c ¶ Exhibere uos sanctos.] Ne eius beneficium irritum faciẽtes, sitis iterũ inimici. d ¶ Et immaculatos & irreprehensibiles coram ipso.] Vide si sciebat se impossibilia præcepisse. e ¶ Si tamen permanetis in fide undati, & stabiles & immobiles.] Tunc poteritis immaculati esse, si hominum uos exempla minime decipiãt, sed firmiter futura credatis. f ¶ A spe euangelij quod audistis.] Spem euãgelij, contra euãgelium uiuentes sperare non possunt. g ¶ Quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est.] Rationabili scilicet. Notandum sanè quomodo omnẽ creaturam, homines solos nominauit. h ¶ Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo &c.] Pro alijs patitur: quia pro ipso ante passus est Christus. i ¶ Et adimpleo ea quæ desunt passionũ &c.] Vsq; adeo præsentibus nõ terreor persecutionibus, ut mihi paruum esse uideatur quod patior, quoadusq; in me passio impleatur, sicut ad

Exod. 4. f

Hebræos

secundum dispensationem dei, quæ data est mihi in uobis: ut impleam uerbum dei, mysteriũ quod absconditum fuit à seculis & generationibus: nũnc autem manifestatũ est sanctis eius, quib. uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentib. quod est Christus in uobis spes gloriæ, quem nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectũ in Christo Iesu: in quo & laboro, certando secundum operationem eius quam operatur in me in uirtute. Cap. II.

VOlo enim uos scire qualem solicitudinem habeã pro uobis & pro his qui sunt Laodiceæ & quicunque non uiderunt faciem meam in carne: ut cõsolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterij dei patris & Christi Iesu: in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum. Nam & si cõrpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum: gaudens & uidens ordinem uestrum & firmamẽtum eius, quæ in Christo est fidei uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate: rãdicati & superædificati in ipso, & confirmãti in fide: sicut & didicistis, abũdantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum: secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circuncisi estis circuncisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circũcisione Iesu Christi cõsepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illũ à mortuis. Et uos cũ mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ: conuiuificauit cũ illo, donãs uobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat chirographũ decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud

A Hebræos dicit: Vt nõ fatigemini animis uestris deficientes, nondum enim usq; ad sanguinem restitistis. *a* ¶ Secundum dispensationem dei &c.] Doctrinæ euangelicæ, quam uobis gentibus iussus sum erogare. *b* ¶ Nũc autem manifestatũ est sanctis eius &c.] Tempore quo uoluit gentes uocare, quibus uoluit sanctis aperuit sacramentũ. *c* ¶ Notas facere diuitias &c.] Quia idẽ dominus omniũ, diues in omnes qui inuocant illũ. *d* ¶ Qđ est Christus in uobis spes gloriæ &c.] Iudæum & Græcũ, seruum & liberum. Simul attende quod omnes sapientiam doceat. *e* ¶ Vt exhibeamus omnẽ hominem perfectũ in Christo Iesu &c.] Notandũ quod omnes conetur exhibere perfectos.

Cap. II.

VOlo enim uos scire &c. & quicunq; non uiderunt faciem meam &c.] Qui si me uidissent, & charitatem meam erga se & diuitias mysterij pleni⁹ cognouissent: maiorẽ præstitissent
B affectum: & abũdantiã rationis à me, quã ab ipso Christo didici docerentur, & per hæc cõsolationem fuissent cõsecuti. *g* ¶ In quo sunt omnes thesauri sapientiæ &c.] Qui latebant in literis legis, sicut Esaias ait: In thesauris salus nostra uenit. *h* ¶ Absconditi.] Qui Moysi erant uelamine contecti. *i* ¶ Hoc autem dico, ut nemo uos &c.] Idcirco melius fuisset, ut ego præsens instruerẽ, sed tamen breuiter omnem sapientiã in ipso esse complexã: ut sensum uel sermonem philosophiæ quæ contra illũ est, non solum non timeatis, sed etiã stulticiæ deputetis. *k* ¶ Nam & si corpore absens sum, sed spiritu &c.] Habebant hanc gratiam apostoli, ut alibi positi, quid alibi ageretur agnoscerent: sicut Helisæi spiritus cum Giezi fuit in uia. Supplens id quod est de utilitate uestræ fidei: uel impleo qđ præsentia implere non possum. *l* ¶ Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominũ nostrũ &c.] Exemplum Christi in uobis sufficit ad uitã, etiam si aliquid interim minus sciẽtiæ habetis. *m* ¶ Radicati & superædificati in ipso.] Secundũ robur fundamenti, ualidum ædificium supercrescit. *n* ¶ Et confirmati in fide &c.] Semper crescentes in illo, & pro omnibus beneficijs eius gratias referentes. *o* ¶ Videte ne quis uos decipiat &c.] Contra philosophos ait, quorum omnis penè disputatio de elementis est, & de uisibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus uirtutem existimant dei dicentes: ex nihilo fieri nihil posse, & animam, aut initium non habere, aut esse mortalẽ, & uirginem parere omnino non posse: sed & deum ex homine nasci, mori, atq; resurgere stultũ esse. *p* ¶ Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.] Omnis plenitudo diuinæ naturæ in corpore eius inhabitat. *q* ¶ Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus.] Si illius scientia docemini, qui prodidit initiũ inuisibili creaturæ: quid uobis conferrent qui nihil plus intelligunt, q̃ quod uidentes? *r* ¶ In quo & circũcisi estis, circuncisione non manufacta in expoliatione corporis &c.] Hic iã pseudoapostolos taxat, ne ab ipsis quidã seducantur. *s* ¶ Sed in circuncisione Iesu Christi consepulti ei in baptismo.] Per
D quam totum hominem expoliastis. *t* ¶ In quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illũ à mortuis.] Surrexistis in nouã uitam, credẽtes eum etiã propter hoc surrexisse. *u* ¶ Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ.] Quia non solum peccãtes, sed etiam non circuncisi in lege pariter damnabuntur: Cum ergo dupliciter indigni essetis, filiorum consortes effecti estis. *x* ¶ Conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta.] Auferẽdo causas mortis, id est peccata. *y* ¶ Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariũ nobis &c.] Chirographum, maledictum legis est. Vnde alibi ait: *Gal.3.b* Christus nos redemit de maledicto legis, quia in eo continetur: Maledictus omnis qui non permanserit in li- *Deut.31.c*
bro legis, ut faciat ea. Quidam uero chirographum dicunt esse, quasi scriptam quandam apud deum memoriam peccatorum. Vnde ipse in Canticis dicit: Nonne hæc cõgregata sunt apud me, & signata in thesauris meis? Et Hieremias ait: Peccatum Iudæ in ungue adamantino. Etiam hæc deleta est in cruce, dum dimissis peccatis, etiam memoria oblita est delictorum. *Hiere.17.d*

¶ Et

Esa.33.b *secundũ Lxx*

4.Reg.5.g

illud cruci:& expõlians principatus & poteſtates tradũ
xit confidenter palam, triumphans illos in ſeipſo. Ne/
mõ ergo uos iudicet in cibo,aut in potu,aut in parte diei
feſti,aut neomeniæ,aut ſabbatorum: quæ ſunt umbra
futurorum,corpus autẽ Chriſti.Nẽmo uos ſeducat uo/
lens in humilitate & religione angelorum, quæ non ui/
dit, ambulans fruſtra inflatus ſenſu ſuæ carnis: & nõn
tenens caput, ex quo totum corpus pẽr nexus & cõiun/
ctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in aũ/
gmentum dei.Si ergõ mortui eſtis cum Chriſto ab ele
mentis huius mundi:quid adhuc tanquã uiuentes mun
do decernitis?Ne tẽtigeritis,neq; guſtaueritis, neq; cõ/
trectaueritis: quæ ſunt omniã in interitu ipſo uſu ſecun/
dum præceptã & doctrinas hominum, quæ ſunt ratio/
nem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & hu
militate: & non ad parcendum corpori, non in honore
aliquo ad ſaturitatem carnis. Cap. III.

IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto,quę ſurſum ſunt
quærite:ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens:Quæ
ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrã. Mortui enim
eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.
Cum autem Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tũc & uos
apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo mem/
bra ueſtra quæ ſunt ſupẽr terram, fornicãtionem, im/
mundiciam, libidinem, cõcupiſcentiam malam,& aua
riciã, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus: propter quæ ue
nit ira dei ſuper filios incredulitatis, in quibus & uos
ambulaſtis aliquando cum uiueretis in illis. Nunc au/
tem deponite & uos omnia, iram,indignationẽm,ma/
liciam, blaſphemiã, tũrpem ſermonem de ore ueſtro.
Nõlite mẽtiri inuicẽ, expõliantes uos ueterẽ hominem
cum

Cap. III.

IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto.] Cõſequenter primo commortuos,deinde conſurrexiſſe nos dicit:nec ſolũ terræ mori, ſed etiã cœlo nos uiuere hortatur:nihil inquit terrenum ambiatis, nihil mortale quæratis. *p* ¶ Quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terram &c.] Cœleſtẽ ſectamini ſapientiam: ſed nos laborioſius humanæ ſapientiæ ſtudium impendimus, & artibus uiliſſimis ingeniũ occupamus. *q* ¶ Et uita ueſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo &c.] Quia filij dei cũ ſimus, non dũ apparuit. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Non ergo debemus hic noſtrã quærere gloriam, in præſenti:ne de nobis ꝙq; dicatur:Perceperunt mercedem ſuam. *r* ¶ Mortificate ergo &c.] Quod profeſſi eſtis,implete. *ſ* ¶ Mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terrã.] Membra uitiorum ueſtrorum:ſiue malũ membrorum, nominat ueſtra mẽbra. *t* ¶ Fornicationem, immundiciam,libidinem.] Omnẽ impudicitiã & immũdiciam & libidinem nominauit. *u* ¶ Concupiſcentiam malam. Eſt enim concupiſcentia bona. Vnde Daniel uir concupiſcentiarum appellatur.Et Dauid inquit: Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. *x* ¶ Et auariciã, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.] Nihil prodeſt deo nomine,& idolis operibus ſeruire. *y* ¶ Propter quæ uenit ira dei ſuper filios incredulitatis.] Super Sodomã & eos qui in diluuio perierunt. Ex præteritis ergo exemplis,futura timenda ſunt. *z* ¶ In quibus & uos ambulaſtis aliquando &c.] Nolite itaq; nunc ambulare, ne fruſtra uideamini credidiſſe. *a* ¶ Iram,indignationem, maliciam, blaſphemiam.] Ipſa eſt quæ inebriat mentem, per maliciam inferre alteri, quod pati nolis. *b* ¶ Turpem ſermonem de ore ueſtro &c.] Quia hic in diſciplinis filijs hominũ non conuenit educatis:quanto magis dei, quibus non minus eſt turpis ſermo quàm actus. *c* ¶ Nolite mentiri inuicem.] Non decet mentiri inuicem filios ueritatis, cum de ueritate non ſit omne mendacium. *d* ¶ Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis.] Cum actibus uoluptatum.

¶ Et

A *a* ¶ Et expolians principatus & poteſtates.] Vt per mortẽ deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, ſe offerendo pro eis. *b* ¶ Traduxit confidenter palam &c.] Deuicit palam crucifixus, confuſione contempta triumphauit:nõ occidendo, ſed moriendo:ut nobis confracta omni ſuperbia monſtraret exemplũ. *c* ¶ Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu &c.] Nullum ergo in hoc iudicium eſt quod eſt umbra, & ceſſauit corpore ueniente: quia imagine opus non eſt, ueritate præſente. *d* ¶ Quæ ſunt umbra futurorũ &c.] Tunc enim futura erãt, quæ modo ſunt. *e* ¶ Nemo uos ſeducat uolens in humilitate & religione angelorum &c.] Nemo ficta humilitate ſuperbus, & angelos ſe uidere mentiẽs, fruſtra ſe ſuper homines iactet: qui uiſiones à ſuo corde loquitur. ſi ue nemo tã humilis ſibi & religioſus uideaẽ, ut angelos qui deum uident ſe uidere mentiatur. *f* ¶ Et non tenens caput.]

B Chriſto nõ credens, qui omnium ſanctorũ caput eſt. *g* ¶ Ex quo totum corpus &c.] Quia membris per totũ corpꝰ membra iunguntur. Quicũq; igitur extra hoc corpus eſt, quantum libet ſe iacter, ille caput non habet, quod eſt Chriſtꝰ qui eſt uita. *h* ¶ In augmentum dei.] Augmentum illius corporis quod unitũ eſt deo. *i* ¶ Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mũdi.] Poſſunt intelligi etiam auaricia,luxuria, & cætera his ſimilia. *k* ¶ Quid adhuc tanquam uiuentes &c.] Ne ſimilitudinem quidem ullam uiuentium in mundo uoluit nos habere, hoc eſt, illorũ qui futura non credunt. *l* ¶ Ne tetigeritis, neq; guſtaueritis &c.] Illo tactu & guſtu & contrectatione,quo hi qui in cõcupiſcentijs abutuntur, & terrena diligunt pro æternis. *m* ¶ Quæ ſunt omnia &c.] Ex partibus mundi, conditionem ipſius aduertimus:cui enim membra componuntur atq; ſoluuntur, neceſſe eſt ut totus aliquãdo compoſitus fuerit,& quandoq; ſoluatur: Non ergo mortalia pro immortalibus debent diligi & æternis. *n* ¶ Secundum præcepta & doctrinas hominum &c.] Secundum quod multi etiam homines,natura docente tradiderũt: quod mũdus eſſet aliquando ſoluendus,& ideo deũ quem ſolum æternum intellexerunt,licet ſuperſtitioſe, tamen humiliter uenerati ſunt,& non parcendum duxerũt corpori,nec carnem in ſaturitate honorandam,utpote moriturã. Aliter:Non uos ſeducat philoſophia ad humanam doctrinam, quæ

C ſapientiæ & abſtinẽtiæ ſpecie ſubornatur. In qua tam uana eſt corporis afflictio: tam ſtulta meditationis inẽtio: cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes:quaſi quidam laqueus diabolo aucupãte,prætenditur: quo facilius malum ſuum ſequens inducat.

1.Ioan.3.a

D

Dan.9.f

Pſal.118.c

cum actibus ſuis, & indũentes nouũ, eũ qui renouatur in agnitione dei ſecundum imãginem eius qui creauit eum: ubi nõn eſt maſculus & fœmina, gẽtilis & Iudæus circunciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omniã & in omnib. Chriſtus. Indũite uos ergo ſicut electi dei, ſancti & dilecti uiſcẽra miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiam, patientiam, ſuppõrtantes inuicẽ & donãntes uobiſmetipſis, ſiq̃is aduerſus aliquẽ habet querelam: ſicũt & dominus donauit uobis, ita & uos. Super õmnia autem hæc charitatem habete, quõd eſt uinculum perfectionis. Et pãx Chriſti exultet in cordibus uẽſtris: in qua & uocati eſtis in uno corpore, & grãti eſtote. Verbũ Chriſti hãbitet in uobis abundanter: in omni ſapiẽtia docentes & cõmonentes uoſmetipſos in pſalmis & hymnis, & cãnticis ſpiritalibus in gratia cantãtes in cordibus ueſtris domino. Omne quodcunque facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: gratias agentes deo & patri per ipſum, Mulierẽs ſubditæ eſtote uiris ueſtris, ſicut oportet in domino. Viri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in domino. Patrẽs nolite ad indignationem prouocare filios ueſtros: ut non puſillo animo fiant. Serui õbedite per omnia dominis carnalibus: nõn ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed in ſimplicitãte cordis timentes dominũ. Quodcũnque facitis, ex animo operamini ſicut domino, & non hominibus, ſcientẽs quod à domino accipietis retributionem hæreditatis, dõmino Chriſto ſeruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit. Et non eſt perſonarum acceptio apud deum.

Caput. IIII.

Domini

A a ¶ Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei.] Cum cognouerit cuius imago eſt, & inquantũ debet & poteſt, nititur ſimulare. b ¶ Secundum imaginem eius qui creauit eum.] Expoſuit imaginem in actu conſiſtere. c ¶ Vbi non eſt maſculus & fœmina, gentilis & Iudæus, circunciſio &c.] Apud deum nõ præiudicat ſexus, uel genus, uel conditio, ſed conuerſatio ſola. d ¶ Sed omnia & in omnibus Chriſtus.] Omnes quicunq; baptizati ſumus, Chriſtum induimus. e ¶ Induite uos ergo ſicut electi dei, ſancti & dilecti.] Illa deponẽtes induite: quia ad hoc facti eſtis. f ¶ Viſcera miſericordiæ, benignitatem &c.] Quia illa membra dixerat, hæc uiſcera nominauit. g ¶ Supportantes inuicem.] Exemplo Chriſti, qui infirmitates noſtras portauit. h ¶ Et donantes uobiſmetipſis.] Indulgentes inuicem ſicut Chriſtus omnibus indulſit: etiam pro perſecutoribus
B orans, ut & nobis à patre cœleſti debita remittantur: ne impleatur in uobis illa ſentẽtia: Homo homini reſeruat irã, & à domino quærit medelã &c. i ¶ Si quis aduerſus aliquẽ habet querelam.] Vnuſquiſq; maliciæ proximi ſui nõ meminerit, ne forte exigentes à conſeruis, etiam propria indulta reddere cogamur. k ¶ Sicut & dominus donauit uobis, ita & nos.] Si ille indulſit qui potuit, uindicta aut nulla, aut ſatis parua eſt. l ¶ Super omnia aũt hæc, charitatem habete.] Super hæc omnia eſt charitas: quia omnẽ quem diligimus, ſuſtinemus, & non omnem quem ſufferimus, diligimus. m ¶ Quod eſt uinculum perfectionis.] Charitas enim multa membra in unum colligit corpus. n ¶ Et pax Chriſti.] Non ſeculi, quam nobis reliquit: qui pro omnibus mortuus eſt, & nos inimicos dilexit. o ¶ Exultet in cordibus ueſtris, in qua & uocati eſtis in uno corpore.] Non in facie fallaciter arridente, uel ſermone doloſo. p ¶ Et grati eſtote.] Beneficijs ſcilicet Chriſti. In nonnullis exemplaribus habet, gratia eſtote: hoc eſt, nolite legi aſſimilari quæ uicem reddit, ſed gratiæ: quæ ignoſcit etiam inimicis, & pro eis dominum deprecatur. q ¶ Verbum Chriſti habitet in uobis abundanter.] Hic oſtenditur uerbum Chriſti non ſufficienter, ſed abundanter etiam laicos habere debere, & docere ſe inuicem uel monere. r ¶ In omni ſapientia docentes & cõmonentes uoſmetipſos.] Vt ſapienter & rationabiliter proferatur. ſ ¶ In pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia.] Pſalmis, ut Dauid: hymnis ut trium puerorum: canticis, ut Moyſi, & cæterorũ, quæ ſunt ſpiritualia, & non carnalibus uel turpibus cantilenis. t ¶ Cantãtes in cordibus ueſtris domino.] Nuſquã legim⁹ aliquem ſine uoce cãtaſſe. Vnde neceſſe eſt hic, in corde, ex corde intelligi: ſcilicet, ut non ſolum ore, ſed etiã corde cantemus: Confitebor, inquit, tibi domine in toto corde meo. u ¶ Ome quodcũq; facitis in uerbo aut in opere &c.] Siue docetis, ſiue operamini, nihil ad ueſtram, ſed omnia ad domini gloriam faciatis: deo gratias referentes, qui filium ſuũ ad hæc docẽda deſtinare dignatus eſt: ſiue per actus ueſtros deo gratiæ referantur. x ¶ Mulieres ſubditæ eſtote uiris ueſtris &c.] Secundũ legem, in his quæ conueniunt domino. y ¶ Viri diligite uxores ueſtras &c.] Nunq; rem naturalem hortaretur, niſi continentes eſſe
D cœpiſſent, ſicut ad Epheſios plenius notatum eſt. z ¶ Patres nolite ad indignationem prouocare filios ueſtros &c.] Ne exaſperati iracũdi fiant, qui exemplo ueſtro, patientiam diſcere debuiſſent. a ¶ Serui obedite p omnia dominis carnalibus.] Qui carnis ſolam dominationem exercẽt. b ¶ Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus &c.] Non ad hoc tantum, ut hominibus uideamini carnalibus laborantes. c ¶ Sed in ſimplicitate cordis timentes &c.] Qui ubiq; ſemper uidet, & cuſtodit omne quod factum eſt. d ¶ Quodcunq; facitis, ex animo operamini: ſicut domino & non hominibus.] Non neceſſitate conditionis, ſed religionis facite uolũtate: ut per opera ueſtra domino gratiæ referantur, cum ex tempore credulitatis talia uiderint proficiſci. e ¶ Scientes q̃ à domino accipietis retributionẽ hæreditatis.] Nolite putare ueſtrum infructuoſum eſſe ſeruitium quod propter deum exhibitum, cœleſti remuneratione penſabitur. f ¶ Domino Chriſto ſeruite.] Ipſe enim ſeruit deo, qui propter ipſum homini ſeruit. g ¶ Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit. Et non eſt perſonarum acceptio apud deum.] Siue ſeruus qui dominum contemſerit: ſiue dominus qui ſeruũ iniquẽ tractauerit: ideo hoc dicit ut cõſolationem habeant, ſcientes ſuam inultam non eſſe iniuriam apud deum.

Cap. IIII.

Domini

DOmini quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orationi instate, uigilantes in ea in grătiarumactione, orántes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiã uinctus sum, ut mánifestem illud, ita ut oportet me loqui. In sapiẽtia ambulate ad eos q foris sunt, tẽpus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit cõditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. Quæ circã me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & cõsoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient uobis. Salutãt uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circũcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerũt solatio. Sálutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper solicitus pro uobis in orationib. ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimõniũ enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salũtat uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensiũ ecclesia legat, & ea quæ Laodicensium est, uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutãtio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

A Omini, quod iustum est & æquum, seruis præstate.] Patres magis uos sentire debent q̃ dominos. Vnde & patres familias appellantur. b ¶ Scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo] Qualem circa uos dominũ uultis esse, tales & uos estote conseruis. c ¶ Orationi instate, uigilãtes in ea.] Negligentis enim & dormientis oratio, nec ab homine prævalet impetrare. d ¶ In gratiarum actione.] Pro omnibus quæ cõcessa sunt uobis. e ¶ Vobis enim orantibus side tribulatiõe liberemur, uobis proficiet in doctrina. f ¶ Vt manifestem illud, ita ut oportet me loq.] Vt ipse destinet quid agendum, quãdo, uel cui debeat prædicare sicut Esaias ait: Vt sciam quando oporteat me dicere sermonẽ. Esa.50.b secundũ Lxx g ¶ In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.] Nolite eos ultra ad iracundiam prouocare. h ¶ Tempus redimentes.] De malo tẽpore, bonum tempus uestra prudentia facientes. B i ¶ Sermo uester semper in gratia.] In nouo scilicet testamẽto, uel certe gratum proferatis sermonem. k ¶ Sale sit conditus.] Sapiẽtiæ & ratiõis, ne stulta nostra religio à philophis & gẽtibus existimetur. l ¶ Vt sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere.] Aliter paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis cõtradicentibus ueritati. Vnde & Petr⁹ ait. Parati semper ad satisfactionẽ &c.] 2.Pet.3.c m ¶ Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet, Tychicus charissimus frater &c.] Securos illos uult esse de sua incolumitate, ne hac essent tristicia occupati. n ¶ Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus.] Simul uinctus erat, siue compatiebatur charitatis affectu. o ¶ Et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mãdata &c. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei &c.] In nouo testamento, per quod intratur regnũ, sicut satanas mors dicitur, quia ipse causa mortis. p ¶ Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei.] Iam erãt perfecti, qui perseuerare monentur. Laborẽ ergo eorum suis orationibus adiuuabat. q ¶ Testimoniũ enim illi perhibeo &c.] qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.] Tales erant primi temporis discipuli apostolorum, ut imitarent magistros, & pro omnium essent salute soliciti. r ¶ Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas.] Euangelista ex medico erat, sicut Matthæus iam apostolus adhuc dicitur publicanus. D s ¶ Et dicite Archippo: Vide ministeriũ qd accepisti in dño, &c.] Hic diaconus fuisse perhibetur. t ¶ Salutatio mea Pauli. Memores estote uinculorum meorum &c.] Siue orate, ut reddar uobis: siue mementote, quia uestri hæc patior causa, & imitamini tolerantiam passionum.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM primam ad Thessalonicenses.

PAulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensiũ.] Quia per ipsos filijs uerbum fuerat nunciatum, sicut & Corinthijs, quod & ad eosdem in secunda commemorat. x ¶ In deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Quia per fidem filij, tam in patre q̃ in filio erant: Quia quicunq; confitetur filium & patrem habet. y ¶ Gratia uobis & pax.] A deo patre scilicet & domino nostro Iesu Christo. z ¶ Gratias agimus deo semper pro omnib⁹ uobis.] Quia omnium nobis grata memoria est. a ¶ Memoriam uestri faciẽtes in orationibus nostris sine intermissione.] In iñ-

AD THESSALONICENSES
EPISTOLA PRIMA

PAVLVS & Siluãnus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Grãtia uobis & pax. Gratiãs agimus deo semper pro omnibus uobis mẽmoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione

A desinenti oratione, memoriæ quantitas & dilectionis o/ stenditur, quam eorum merita postulabant. a ¶ Me/ mores operis fidei uestræ & laboris.] Non immerito illius fidei memores sunt, quam & iustitiæ labor & cha/ ritas affectus & passionum tolerantia comprobabant.

b ¶ Et charitatis & su stinentiæ spei domini nostri Iesu Christi.] Ad deum patrem no strum. Qui perfectæ charitatis est, sustinet omnia patienter pro/ pter spem futuram.

c ¶ Scientes fratres dilecti à deo electio/ nem uestram &c.] Retinentes tempus e/ lectionis uestræ, qua/ liter nos prædicaueri mus, & uos credideri tis. d ¶ Quia euan/ gelium nostrum non fuit ad uos &c.] No tandū quod illa effi/ cax possit esse doctri/ na, quæ iustitiæ com/ mendatur exemplo.

e ¶ Sed & in uirtute &c.] In uirtute siue signorū, siue toleran/ tia passionū. f ¶ Et in spiritu sancto.] Quem deuote accepi stis: uel cuius uirtutē per signa monstraui/
C mus. g ¶ Et in ple/ nitudine multa.] Perfectionis, iustitiæ, conuersationis, & ui/ tæ. h ¶ Sicut scitis quales fuerimus in uobis &c.] Ad pro/ fectum uestrū etiam à licitis abstinentes, ut inferius cōtinetur.

i ¶ Et uos imitatores nostri &c. In passio/ nibus uerbum susci/ pientes: sicut & nos docuimus, & domi/ nus prædicauit.

k ¶ Excipientes uer bum in tribulatione multa &c.] Hoc est, uere in spiritu sancto gaudete sicut & apostolos feciſſe legimus. l ¶ Ita ut fa/ cti sitis forma omnibus credentibus &c.] Perfectorum exempla, forma omnibus credentibus exhibetur: uestro ergo exemplo etiā prouinciæ profecerūt. m ¶ A uobis diffamatus est sermo domini &c.] Natura famæ hæc est: ut siue bonum siue malum nuncians, ubiq; omni ce/ leritate discurrat. n ¶ Fides uestra quæ est ad deū pro/ fecta est.] A uobis ad deum conuersa. o ¶ Ita ut non sit nobis necesse quicq; loqui.] Ita ut nobis incipienti/ bus aliquid de uestro exēplo, ipsi optime scire se dicāt. p ¶ Ipsi enim de nobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad uos &c.] Et nostræ cōstantiæ & uestræ conuersationis omnibus nota est qualitas. q ¶ A simu lacris seruire deo uiuo & uero.] Simulacrū, à simulan/ do dicitur. Pulchre ad deum uerum & uiuū, à falsis do/ minis conuersi esse dicuntur. r ¶ Et expectare filium eius de cœlis quem suscitauit ex mortuis Iesum.] Talis est, ut fiducialiter & cum gaudio aduentum domini ex/ C pectetis. s ¶ Qui eripuit nos ab ira uentura.] Dimit tendo peccata, & doctrina sua, & exemplo ab ira nos li/ berauit. Iam ergo in spe libertatem habemus.

termissione, mēmores operis fidei uestræ & laboris & charitatis & sustinentiæ spei dōmini nostri Iesu Chri/ sti ante deum & patrem nostrum. Scientes frātres dile/ cti à deo electionē uestram: quia euangeliū nostrum nō fuit ad uos in sermone tantum, sed & in uirtutē & in spiritū sancto, & in plenitudine multā: sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes uerbum in tribulatio/ ne multa cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis for ma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco fides ue stra quæ est ad deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum à simulacris seruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cœlis quem suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura.

Cap. II.

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos: quia non inanis fuit, sed ante passi multa, & contumelijs affecti, sicut scitis in Philippis, fiduciam ha buimus in deo nostro loqui ad uos euangelium dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nostra non de er/ rore, neq; de immundicia, neq; in dolo, sed sicut proba ti sumus à deo: ut crederetur à nobis euangeliū, ita lo quimur: non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neq; in occasione auari ciæ, deus testis est, neq; quærētes ab hominibus gloriā, neq; à uobis, neq; ab alijs: cū possemus uobis oneri esse ut Christi apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio uestrū, tanq; si nutrix foueat filios suos: ita desiderātes uos

Cap. II

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos.] Commemorat illos, ut agnoscant uerum quod dicunt, & eorū magis proficiant ex/ emplo. u ¶ Quia nō inanis fuit &c.] Nō est inanis sermo, qui completur cōstantia passionis. x ¶ Sicut scitis in Philippis.] Quia aliquantis ue/ strum uidetur nos Philippis passos nec expauisse persecutio/ nes, nec prædicare cessasse. y ¶ Fidu/ ciam habuimus in deo nostro.] Qui nos liberare in præ/ senti uel in futuro po test, & laboris nostri mercedem omnibus recōpensare. z ¶ Lo qui ad uos euangeliū dei in multa solicitu/ dine.] Nō negligen ter, nec trāsitorie, sed in solicitudine nō par D ua, sed multa. a ¶ Ex hortatio enim nostra nō de errore.] Ideo non erramus, errat e/ nim quicunq; putat uel docet multos pos/ se regnare cum Chri sto, sicut alibi dicit: Nolite errare: quia Gal.6.b deus non irridetur.

b ¶ Neq; de immun/ dicia.] Sicut Iouini ani doctrina fuit.

c ¶ Neq; in dolo.] Non contra constan/ tiam nostram docen/ tes, atq; suadentes.

d ¶ Sed sicut proba/ ti sumus à deo &c. nō quasi hominib. placentes.] Qui falli possunt. e ¶ Sed deo, q probat corda nostra.] Integri, quasi à deo pro/ bati & ab ipso in hoc officium destinati: qui cordis occul ta rimatur. f Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis.] Sicut qui hominibus placent, tanquam ægris desiderata omnia concedentes, & mor/ tem eorum negligentes. g ¶ Neq; in occasione &c.] Omnis qui adulatur, aut propter auariciā, aut propter uanā gloriā adulatur: ille uero propter deū docere pro/ batur, qui ista non quærit. h ¶ Cum possemus &c.] Vel in hoc quod deus ordinauit: id est, ut de euangelio uiueremus. i ¶ Sed facti sumus &c.] Humiliātes nos, & nec honorē debitū requirentes. k ¶ Tanq; si nutrix &c.] Humiliās se in omnib. paruulo se coæquans: ut il/ los ad maiora sua imitatione perducat. Nā & balbutit in terdū lingua, & manducare fingit, & cū eis lente ambula re cōsueuit. l ¶ Ita desiderātes uos &c.] Sicut nutrix non

non ſolum uerbum, ſed etiam omnem ſenſum perfectionis ſuæ in paruulum transfundere cupit: ut ei cito poſſit æquari: ita nos omnia fecimus, per quæ proficere poteratis. *a* ¶ Quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.] Propter fidem & conuerſationem ueſtram, quam ſuperius memorauimus.

b ¶ Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis, nocte & die operantes.] Laborem manuum nocte, & fatigationem uerbi die: cæterum ſemper operabatur, quando docebat. *c* ¶ Ne quem quam ueſtrū grauaremus.] Apud iſtos & Corinthios & Epheſios laborauit, quibus occaſionē auferre cupiebat, uel docēdi, uel de ſe aliquid ſuſpicandi. *d* ¶ Prædicauimus in uobis euangelium dei &c.]

1.Reg.12.a Sicut Samuel populum conteſtatur.

e ¶ Quàm ſancte & iuſte, & ſine querela uobis qui credidiſtis affuimus.] Ne uobis ullā offenſionem dare uideremur.

B *f* ¶ Sicut ſcitis qualiter unumquenq; ueſtrum tanq; pater filios &c.] Paruulos nutrix fouet: proficientes uero iam pater inſtituit. *g* ¶ Et conſolantes teſtificati ſumus.] In tribulationibus, promiſſionib. Chriſti uos ſumus cō ſolati. *h* ¶ Vt ambularetis digne deo.] Digne deo ambulat, qui nihil deo agit indignum. *i* ¶ Qui uocauit uos in ſuum regnum & gloriam.] Quod non niſi eius ſimiles poſſidebunt, iuſticiæ ſcilicet & ſanctitatis exemplo.

k ¶ Ideo & nos gratias agimus deo.] Quod primū de deo audiſtis, ſiue audieritis deum. *l* ¶ Accepiſtis illud non ut uerbum hominum &c.] Vt uerbum hominū accipit, qui contemnit: uos autem ita credidiſtis, ut ab ipſo deo audire putaretis. *m* ¶ Qui operatur in uobis qui credidiſtis.] Verbo uel ſignis: ſiue uirtutes exercet. Credentes enim, ait

Mar.16.d Marcus, hæc ſigna ſequentur. *n* ¶ Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarum dei &c.] Quibus dicitur: Nam ut uineris compaſſi eſtis, & rapinā bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. *o* ¶ Quia eadem paſſi eſtis & uos à contribulibus ueſtris, ſicut & ipſi à Iudæis.] De uobis plus miror, qui nec legis nec prophetarum habuiſtis exempla. *p* ¶ Qui & dominum occiderunt Ieſum & prophetas, & nos perſecuti ſunt &c.] Quid mirum ſi nos mali perſequuntur: qui nec ipſi domino pepercerunt? *q* ¶ Et omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui ut ſalui fiant &c.] Non ſolum Iudæos impediunt, ſed etiam gentibus inuidēt, ad ſuorum cumulū peccatorum. *r* ¶ Peruenit enim ira dei ſuper illos uſq; in finem.] Siue quia prædicō q̄ pœna captiui ſunt: ſiue quia ablatus eſt non credentibus intellectus. *ſ* ¶ Nos autem fratres deſolati à uobis ad tempus &c.] Sicut alibi ait:

1.Cor.5.a Et corpore abſens, ſed ſpiritu præſens.

t ¶ Abundantius feſtinauimꝰ &c. ſed impediuit nos ſatanas.] Tribulationibus per ſequentiū. *u* ¶ Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ &c.] Nō immerito uos deſideramus, per quos læticiæ gaudium ſperamus, & gloriæ coronam. *x* ¶ Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudiū.] Boni magiſtri, omnem ſpem, D & gaudiū, & gloriam ſolent collocare in profectu diſcipulorum.

Cap. III.

PRopter quod non ſuſtinentes amplius.] Ad uos nemi-nem noſtrū uenire.

z ¶ Placuit nobis remanere Athenis ſoli.] Maluimus ſoli remanere, q̄ neſcire quid ageretis. *a* ¶ Et miſimus Timotheū &c.] Quæritur quomodo Timotheꝰ miſſus eſt: ſed prius id dictum eſt. *b* ¶ Et adiutorē dei &c.] Adiutores pro diſcipulis etiā uulgo dicuntur. *c* ¶ Ad confirmādos uos & exhortandos pro fide ueſtra.] Pro hac cauſa duntaxat: quia perfecte credidiſtis. *d* ¶ Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.] Non dico: ne omnes, ſed ne uel aliquis moueatur.

e ¶ Ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus.] Non ergo mirari debetis, ſcientes nos aliter tranſire non poſſe, dicente domino: Ecce ego mitto uos ſicut oues in me- Matth.10.b
dio luporum. Et iterum: Ecce dixi uobis ut in me pa- Ioan.16.d
cem habeatis, in hoc autē ſeculo preſſuram. *f* ¶ Nam & cum apud uos eſſemus, prædicebamus uobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt &c.] Ne uos ipſa nouitas deterreret, ſed magis prophetia noſtra confirmaret, ſicut & dominus paſſurum ſe ante prædixit.

lationes: ſicut & factum eſt, & ſcitis. Prôpterea & ego amplius nõ ſuſtinens, miſi ad cognoſcendum fidem ueſtram: ne forte tentauerit uos is qũi tentat, & inãnis fiat labor noſter. Nunc aũtem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem ueſtram, & quia memoriam noſtri habetis bonam, ſemper deſiderantes nos uidere, ſicut & nos quoq; & uos: ideõ conſolati ſumus fratres in uobis in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem ueſtram: quõniam nunc uiuimus, ſi uos ſtatis in domino. Quam ẽnim gratiarumactionem poſſumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante dominum deum noſtrũ: nõcte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem ueſtram, & cõpleamus ea quę deſunt fidei ueſtræ. Ipſe aũtem deus & pater noſter & dominus Ieſus Chriſtus dirigat uiam noſtrã ad uos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem ueſtram in inuicẽm & in omnes: quemadmõdum & nos in uobis ad confirmanda corda ueſtra ſinẽ querela in ſanctitate ante deum & patrem noſtrum in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cũ omnibus ſanctis eius: Amen.

Cap. IIII.

DE cætero ergo fratres rogãmus uos & obſecramus in domino Ieſu: ut quemadmodum accepiſtis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare & placere deo: ſic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quę præcepta dederim uobis per dominum Ieſum. Hæc eſt enim uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra: ut abſtineatis uos à fornicatione, ut ſciãt unuſquiſq; ueſtrũ uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore: nõn in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant deum. Et nẽ quis ſupergrediatur neq; circunueniat in negocio fratrem ſuum: quõniam uindex eſt dominus de his omnibus, ſicut prædiximus uobis & teſtificati ſumus. Nõn enim uocauit nos deus in immundicia, ſed in ſanctificatiõnem. Itaq; qui hæc ſpernit: non hominẽ ſpernit, ſed deum: qui etiam dedit ſpiritũ ſuum ſanctũ in nobis. De charitate autem fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere

A *a* ¶ Propter ea & ego &c. ne forte tentauerit uos.] Dicens: Ecce in quibus putatis deum eſſe, qualia patiũtur, & fidem ueſtram forſitan commoueret. *b* ¶ Is qui tentat.] Sicut Iob à domino probatur. *c* ¶ Et inanis fiat labor noſter.] Si aliquem ſcrupulum patiemini. Notandum doctrinam dici laborẽ. *d* ¶ Nũc autem ueniẽte Timotheo ad nos à uobis, & annunciante &c. Quia firmiter Chriſto credentes, tenetis fidem, & nos ſolita dilectione diligitis. *e* ¶ Ideo conſolati ſumus fratres in uobis &c.] Omnem neceſſitatem & tribulationem non ſentimus, præ magnitudine gaudij ſtatus ueſtri. *f* ¶ Quoniam nunc uiuimus &c.] Etiam ſi occidamur, uiuimus: quia uita noſtra in ueſtra firmitate cõſiſtit. *g* ¶ Quam enim gratiarumactionẽ poſſumus deo retribuere pro uobis.] Triplicẽ læticiæ cauſam nobis ueſtra conuerſatio præſtat: quia & uos ꝓficitis, & dominus per uos benedicitur, & aliis præbetis exemplũ. *h* ¶ Nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem ueſtrã.] Oſtẽdit quantũ aliis deſiderandi ſint fratribus, quos tantum ipſe deſiderat: Quis enim cum famam peperit, uidere non cupiat? *i* ¶ Et cõpleamus ea quæ deſunt fidei ueſtræ.] Si quid fides ueſtra minus habet doctrinæ. *k* ¶ Ipſe autem deus &c. dirigat uiã &c.] Semotis diaboli ſcandalis, quibus noſter impeditur ad uos aduentus. *l* ¶ Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem ueſtrã.] Quia iam plena, & opere comprobata eſt. *m* ¶ Inuicem & in omnes.] Vt non ſolũ Chriſtianos, ſed etiam omnis ſectæ homines: non erroris, ſed naturæ gratia diligatis, & eis in quo indiguerint, miſericordiam quam illis in præſenti deus exhibet, non negetis. *n* ¶ Quemadmodum & nos in uobis ad cõfirmanda corda ueſtra.] Fecit abundare, ut & uos aliorũ corda firmetis. *o* ¶ Sine querela in ſanctitate apud deum &c.] Non ante homines, ſicut de Zacharia, Heliſabet. Et per Eſaiam: Et uos eritis mihi iuſti, dicit dominus.

B

C

D

Cap. IIII.

DE cætero ergo fratres.] Poſt laudem & conſolationem, incipit exhortatio. *q* ¶ Rogamus uos &c. quo modo oporteat uos ambulare & placere deo ſic & ambuletis, ut abũdetis magis.] Quibus uia Chriſtus eſt, dignis eo greſſibus ambulate: quia cum ætate fides augeri debet & mores: ſicut cum ætate carnis, & cibus creſcit & ſtudium. *r* ¶ Scitis enim quæ præcepta dederim uobis ꝑ dominũ Ieſum: hæc eſt enim uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra: ut abſtineatis uos à fornicatione.] Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Chriſtianum, cui incontinenti non expedit ſanctum Chriſti corpus attingere: maxime cum Moyſes Iudæos ſanctificare uolens, populũ totum ab omni fœmina ſe continere præcepit, ut dei potiri præſentia mererentẽ. *ſ* ¶ Vt ſciat unuſquiſq; uaſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.] Suũ corpus unuſquiſq; caſtum ſeruando ſanctificet & honoret. Simul cõſiderandum: quia eis tanquã perfectis, non ſicut Corinthijs ſcribit infirmis. *t* ¶ Nõ in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant deum.] Nenimiæ & immoderatæ libidini ſeruientes, ſimiles gentibus fiatis, quæ deũ amatorem caſtitatis ignorant. *u* ¶ Et ne quis ſupergrediatur neq; circũueniat in negocio fratrem ſuũ.] Ne quis poſt deuotam continentiam & cõſenſum, fratri ſuo aliquam circunuentionem ui circunferre nitatur: ſiue in quolibet negocio, ne quis alterum fraudet. *x* ¶ Quoniam uindex eſt dominus &c.] Non ſolum de fornicatione & publica turpitudine, ſed etiam de trãſgreſſione propoſiti. Quiſquis enim continentiam deo uouerit, fecit ſibi illicitũ quod licebat. *y* ¶ Non enim uocauit nos &c.] Quæ corpus Chriſti audenter non permittit accipi. *z* ¶ Sed in ſanctificationem.] Vt exẽplo Chriſti uiuatis. Qui enim habet ſpem hanc in eũ, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. *a* ¶ Itaq; qui hæc ſpernit &c.] Non me, ſed eum qui in me loquitur Chriſtum: cuius ſpiritui iniuriã facit omnis qui non ſancte uerſat. *b* ¶ De charitate &c.] Videte q̃ perfecti erant

scribere uobis. Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris: sicut præcepimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini: non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in uerbis istis.

Cap. V.

DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint: pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis & filij diei. Non sumus noctis neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus: induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus

A erant qui de tanto & tam necessario præcepto, non indigebant admoneri. *a* ¶ Ipsi em uos à deo didicistis, ut diligatis inuicē &c.] A Christo, qui dixit: Mandatum nouum do uobis. Hoc nouum est, ut pro alterutro moriamur: quia hoc uetus, non suum erat testamentum. *b* ¶ Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis & operā detis.] Hoc est, ut iam ignotos quosq; diligatis. *c* ¶ Vt quieti sitis, & ut uestrū negocium agatis, & operemini manibus uestris &c.] Quidam in quiete per diuersorum discurrebant domus: aliqua etiam ad religionis opprobriū postulantes ab infidelibus: quanq; ad eos in secūda plenius exequitur. Vnde magis uult eos uel proprij negocij cura uel labore manuum occupari, q; ociositatis detrimentum, & inquietudinis habere peccatum. *d* ¶ Vt & honeste ambulētis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.] Ne uos ipsi denotent, qui præstare uidentur. *e* ¶ Nolumus autē uos ignorare fratres de dormientibus.] Dormit enim quem certum est surrecturum, sicut dictum est in euangelio dē Lazaro. *f* ¶ Vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent.] Aliter debet fieri qui peregre pergit, aliter ille q morit. *g* ¶ Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit.] Si ea credimus quæ non uidemus, & per eius resurrectionē certi sumus nos ueniam consecutos: cur illud similiter non credamus, quod gentes qui uidēti deo non credunt? *h* ¶ Ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.] Qui caput suscitauit: etiā cætera membra suscitaturum se promittit. *i* ¶ Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini.] Ex euangelij sententia. *k* ¶ Quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini.] Semper Apostolus diem domini fecit habere suspectum, quasi eos in corpore inueniret. *l* ¶ Non præueniemus eos qui dormierunt.] Tamen uox erit corū resurrectio, q; nostra assumptio. *m* ¶ Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli.] Terrorem illius diei monstrat, quo omnis potestas cœli, & elementa mouenda sunt: ut nos sciamus quali conscientia diem domini expectemus. *n* ¶ Et in tuba dei descendet de cœlo.] Si ad hominis tubam terra uidetur permoueri, quanto magis ad dei: sicut Elias quoq; terribilem in monte domini uidit aduentum. *o* ¶ Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi &c.] Qui in Christo mortui fuerint, resurgent primo, & qui uiui inuenti fuerint sancti, cū ipsis pariter rapiētur: qui non iudicabūtur, sed potius iudicabunt. *p* ¶ Et sic semper cū domino erimus.] In eadem gloria æternitatis. *q* ¶ Itaq; cōsolamini &c.] Notādū quod lætis hoc præcipit, ut alterutrū se doctrinis instruāt.

Cap. V.

DE temporibus autem &c. Ipsi enim diligenter scitis.] Euidentissima euangelij lectione edocti. *s* ¶ Quia dies domini sicut fur &c.] Quando omnes sciet dormire securos. *t* ¶ Cum enim dixerint &c.] Tunc maxime timenda est pœna, quam nunc non expectāt. *u* ¶ Sicut dolor in utero habentis &c.] Sicut mulier ueniente partu, dolores non effugit. *x* ¶ Vos autem fratres non estis in tenebris &c.] Non estis adeo ignorantes, ut nesciatis uos semper paratos esse debere. *y* ¶ Omnes em uos filij lucis estis & filij dei.] Scientiæ ueritatis. *z* ¶ Nō sumus noctis neq; tenebrarum.] Quia sicut tenebræ, ita & ignorantia, dat fiduciā delinquendi. *a* ¶ Igitur nō dormiamus sicut & cæteri.] Qui sic dormierūt, etiam obliti sunt sui. *b* ¶ Sed uigilemus & sobrij simus.] Attendite uobis, ne grauentur corda uestra in crapula & in ebrietate, & curis huius uitæ: ergo & curæ inebriant mentem. *c* ¶ Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.] Ideo ociosi & ebrij sunt, quia in tenebris sunt. *d* ¶ Nos autem qui diei sumus, sobrij simus.] Nos qui diem Christum habemus, nec ociosi, nec ebrij esse debemus. *e* ¶ Induti loricam fidei & charitatis &c.] Fide & charitate, & iusticia omnia cōstant, quas & loricæ alibi comparauit. *f* ¶ Quoniam nō posuit nos deus in iram &c.] In ira sunt positi: quia iam iudicati sunt. *g* ¶ Qui mortuus est pro nobis.] Vt nos non moreremur. *h* ¶ Vt siue uigilemus, siue dormiamus, simul cū illo uiuamus.] Vt siue in corpore, siue extra corpus inueniamur, semper cum ipso uiuamus

B C D

4.Reg.2.b

uiuamus. Propter quod cõsolamini inuicẽ,& ædificate alterutrũ,sicut & facitis.Rogamus aũt uos fratres ut noueritis eos qui laborãt inter uos, & præsunt uobis in domino, & monent uos: ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis. Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, susci pite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est, sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus grãtias agite. Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete uos: Ipse aũtem deus pacis sanctificet uos per omnia: ut integer spiritus uester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

a mus. a ¶ Propter quod consolamini inuicem,& ædificate alterutrum, sicut & facitis.] Notandum quia hoc laicis præcipit: quos etiam monet, ut studeant exhibere officia charitatis. b ¶ Rogamus autẽ uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos.] Vt intelligatis laborem eorum. c ¶ Et præsunt uobis in domino,& monẽt uos.] Exemplo iusticiæ,nõ potestate terrena: sicut ait Petr⁹. d ¶ Vt habeatis illos abundãtius in charitate ,propter opus illorum: & pacẽ habete cũ eis.] Presbyteri qui laborant in uerbo, dupliciter honorãdi sunt, id est charitatis obsequio,& ordinis dignitate. e ¶ Rogamus autẽ uos fratres: corripite inquietos: consolamini pusillanimes.] Pro diuersitate morborum, diuersitas adhibẽda est medicinæ.Illi corripiendi,ne pereãt:isti cõsolãdi sunt ne deficiãt. f ¶ Suscipite infirmos.] Sustinete nu per credẽtes,qui nondum sunt confirmati. g ¶ Patientes estote ad omnes.] Etiã ad correptos:quia impatiens non corrigitur, sed iritatur. h ¶ Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.] Omni diligentia caue,ne cui infirmiora ut ignarus,uel uicem mali reddas: quia ultro aliquem id facere non credo. Omnis enim qui iniuriam facit,male facit, & qui uicem iniuriæ reddit, iniuriam facit, & male facit: quia ut superius dictũ est: omnis qui facit iniuriam, male facit. i ¶ Sed semper quod bonum est,sectamini in inuicem,& in omnes.] Non solum in uos Christianos, sed etiam in omnes homines. k ¶ Semper gaudete.] In conscientiæ puritate. l ¶ Sine intermissione orate.] Si iugiter nõ potes lingua, saltem corde, sicut Moysi tacenti dicitur: Exod.14.d Quid clamas ad me? Siue omnis actus uester talis sit,ut pro uobis semper deum oret. m ¶ In omnibus gratias agite.] In omnibus quæ acciderint, sicut Iob:siue in omni conuersatione uestra domino gratiæ referantur. n ¶ Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis.] Sicut in Christo per omnia impleta est,ita & in uobis omnibus impleatur. o ¶ Spiritũ exhortationis, quæstionibus nolite extinguere. Siue spiritum pro gratia linguarum posuit, sicut ait: Si orauero lingua,spiritus meus orat:quomodo etiam ad Corinthios dicit: 1.Cor.14.c Et loqui linguis nolite ,phibere, ita & hic spiritum non extinguendũ esse testatur. p ¶ Prophetias nolite spernere. Omnia aũt ,probate, quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete uos.] Siue futura prædicentes, siue præterita differentes: tantum, ut probetis, si legi non sunt contraria quæ dicuntur: si quid tale fuerit, refutate. q ¶ Ipse autem deus pacis. Qui omnia sustinet, etiam blasphemantes. r ¶ Sanctificet uos per omnia.] Siue gratia, siue doctrina. s ¶ Vt integer spiritus uester,& anima & corpus.] Gratia spiritus quamuis in se semper integra sit:non tamen in nobis integra, nisi ab integris habeat. t ¶ Sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.] Vsq; in diem iudicij: quia non sunt tantum initia laudanda, sed finis. u ¶ Fidelis est qui uocauit uos.] Qui dixit: Matth.11.d Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego uos requiescere faciam. x ¶ Qui etiam faciet.] Quod promisit. y ¶ Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.] Adiurare permittitur, non iurare. z ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum:Amen.] Gratia cum omnibus perseueret.

Finis.

COMMENTARIA in epistolã secundam ad Thessalonicenses.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECVNDA

PAulus & Siluanus & Timotheus,ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper deo pro uobis fratres, ita ut dignum est: quoniam supercrescit fides uestra, & abundat charitas uniuscuiusq; uestrum in inuicem: ita ut & nosipsi in uobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia uestra & fide, & in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis in

PAulus & Siluanus & Timo⁹,eccle siæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo &c. Gratias agere &c.] Qui sibi talem ecclesiam conquisiuit. b ¶ Quoniam super crescit fides uestra.] Ideo laus augetur. c ¶ Et abundat charitas uniuscuiusq; uestrum in inuicem:ita ut & nosipsi in uobis gloriemur in ecclesijs dei.] Intantum proficitis: ut non solum alij uos inferiores qq; collaudent, sed etiam nosipsi uos præferamus, omnibus imitandos. d ¶ Pro patientia uestra & fide , & in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus,quas sustinetis.] Nisi futura crederetis, ista minime sufferre uelletis. ¶ In

in exemplũm iusti iudicij dei, ut digni habeamini in rẽgno dei, pro quo & patimini. Si tamen iustum ẽst apud deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant, & uobis q̃ũi tribulamini, requiem nobiscũ in reuelationẽ domini Iesu de cœlo cũ angelis uirtutis eius in flammã ignis, dantis uindictam his qui nõn nouerunt deum, & qui non obediũt euãgelio domini nostri Iesu Christi. Q̃ũi pœnas dabũt in interitu æternas à facie dòmini, & à gloria uirtutis eius, cũ uẽnerit glorificari in sanctis suis & ãdmirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: q̃ũia creditum est testimoniũ nostrum super uos in die illo. In quõ etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos sua uocatione deus noster: & impleãt omnem uoluntatẽ bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute: ut clarificetur nõmen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo secundũ grãtiam dei nostri & domini Iesu Christi.

Cap. II

ROgãmus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nõstræ congregationis in ipsum, ut non citò moueamini à uestro sensu, neque terreamini, neque pẽr spiritum, neque per sermonem, neque pẽr epistolam tanquã per nos missam, quãsi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo. Q̃uoniã nisi uenerit discessio primum, & reuelãtus fuerit homo peccati filius perditiõnis, q̃ũi aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus: nõn retinetis quod quum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis. Et nunc quid detineat scitis, ut reuelẽtur in suo tempore. Nãm mysterium iam operatur iniquitatis: tantum, ut qui tẽnet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quem dominus

A a ¶ In exemplum iusti iudicij dei.] Vt exemplũ detis, iustum dei iudicium expectandi, quem ita creditis esse uẽturum. b ¶ Vt digni habeamini in regno dei, p quo & patimini.] Hi digni sunt regno dei, qui gloriam ei tribuerunt, scientes nullam passionem esse condignam.

c ¶ Si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his q uos tribulant.] Hic, si tamen, confirmantis sermo est, nõ dubitantis: quasi dicat, si tamen foris potest iudicare iusticia, quod iustũ est: nam sicut indubitanter p nomine domini patientibus requiem, ita & incunctanter tribulationem his qui eos tribulant repromisit.

d ¶ Et uobis qui tribulamini, requiẽ nobiscũ.] Quia nobis cõpatimini. e ¶ In reuelationem domini Iesu de cœlo cũ angelis uirtutis eius.] Qui uenient uindicare. f ¶ In flamma ignis dantis uindictã.] Si potuit flamma, dei imperio tres pueros omnino nõ tangere, quare non eadem potẽtia alijs sæuior, alijs mitior esse credatur? Hoc contra eos propterea quod pœnam cõsciẽtiæ somniarũt, quia hoc illis impossibile uidebatur.

g ¶ His qui non nouerunt deũ, & qui nõ obediũt euãgelio domini nostri Iesu Christi.] Non solum qui nõ nouerunt, sed etiã q nõ obaudiũt euangelij disciplinis.

h ¶ Qui pœnas dabunt in interitu æternas.] Pœnas ĩ eo qui patitur, non potest dici. i ¶ A facie domini, & à gloria uirtutis eius.] A iusti conspectu, sententiam damnationis accipiant. k ¶ Cum uenerit glorificari in sanctis suis.] Ipse in suis gloriãdus est membris quæ solis splendore fulgebũt. l ¶ Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.] Mirabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis insperatæ iustorũ. m ¶ Quia cred. &c.] Quiamulti in die illo, nostro testimonio credidistis. n ¶ Inquo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos sua &c.] Vt digni inueniamini ad id quod uocati estis, quia priores inuitati, non erant digni.

o ¶ Et impleat omnem uoluntatẽ bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute.] Adiutoriæ gratiæ, & consolatione scientiæ uirtutũ, quæ opus sunt fidei. p ¶ Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo.] Et ut Christi nomen in uestris actibus clarum sit, & uos in eius signis & uirtutibus glorioſi. q ¶ Secundũ gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.] Expetit à nobis quod possumus, ut quod non possumus largiatur.

Cap. II

ROgamus autem uos fratres per aduentũ domini nostri Iesu Christi.] Quo uobis charius nihil esse sum certus. s ¶ Et nostræ congregationis in ipsum.] Quando à quatuor uentis cœli congregabuntur electi, ut ubi fuerit corpus, illic concurrant & aquilæ.

t ¶ Vt non cito moueamini à uestro sensu, neq; terreamini.] Perfacilis est q de domini aduentu contra euangelicam sententiam commouetur.

u ¶ Neq; per spiritũ, neq; per sermonem.] Ne signa uos terreãt quasi per spiritum facta, quia & hoc saluator ante præmonuit: nec sermo dialecticæ uos seducat. x ¶ Neque per epistolam.] Neq; q nos. poterant eĩ & hoc diabolica excogitare uersutia, sicut in multis apocryphis apparet, quæ ad fidem perfidiæ faciendam, apostolorũ nomine intitulantur.

y ¶ Quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo.] dicẽtes: hic Christus, ecce illic. z ¶ Quoniam nisi uenerit discessio primum.] Nisi antichristus uenerit, non ueniet Christus. Quod autẽ discessionẽ hic dicit, alibi refugã appellauit. In Latinis exemplaribus utrunq; ita intelligendũ est, quod nisi uenerit refuga ueritatis, siue sui principatus desertor, siue discessio gentilium à regno Romano, sicut in Daniele p bestiæ imaginem dicit. a ¶ Et reuelat⁹ fuerit homo peccati.] Diabol⁹ scilicet. b ¶ Filius perditionis.] Quia eum quasi sibi natum, seruitio possidebit: qui secundum Esaiam cõturbare dicitur gentes. c ¶ Qui aduersatur & extollitur, supra omne quod dicitur deus &c.] Supra omnem potentiam & æternitatem se iactabit, ut sacramenta culturæ, corrigere uel augere se dicat: & templũ Hierusalem reficere tentabit: omnesq; legis ceremonias restaurare, tantum ut ueritatis Christi euangeliũ soluat, quæ res Iudæis eum pro Christo suscipere suadebit, in suo nõ dei nomine uenientem.

d ¶ Non retinetis, quod quum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis: & nunc quid detineat scitis.] Hoc est, quæ mora est, ut non ueniat. e ¶ Vt reueletur in suo tempore &c.] Quod tempus nondum aduenit.

f ¶ Nam mysterium iam operatur iniquitatis &c.] In his qui falsis doctrinis eius, præuium faciunt iter: quos beatus Ioannes in mundum dicit exisse. g ¶ Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabit ille &c.] Donec regnũ quod nunc tenet, de medio

1. Ioan. 4. d

dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eum cuius est aduentus secundum operationē satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mēdacibus: & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod ueritatis charitatem non recepe/runt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationē erroris, ut credāt mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nos aũtem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo quòd elegerit nos deus primitias in salutē in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis: in quã & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionē gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonā in gratia, exhortetur corda uestra, & cōfirmet in omni opere & sermone bono. Cap. III

DE cæterō fratres orate pro nobis, ut sermō dei currat & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit uos & custodiet à malo. Confidimus aũtem de uobis fratres in domino, quoniam quæcunque præcipimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei & patientia Christi. Denunciamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam & quum esse/mus apud uos, hæc denunciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim in/

A auferatur, prius & antichristus reueletur. a ¶ Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.] Cœlesti imperio uel solo. b ¶ Et destruet illustratione aduentus sui.] Quia sicut fulgur ubique coruscabit in mundo, solutis commotisq; elementis per ignem. c ¶ Eum cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs &c.] Sicut ante prædixit: dabunt signa, ut seducãt, si fieri potest etiã electos per phantasiã simulationēq; uirtutum, sicut Iamnes & Mambre coram Pharaone fecerunt.

d ¶ Eo quod ueritatem charitatis non receperunt ut salui fierent: ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio.] Permittit uenire: nam si deus mittit, nō est operatio satanæ. e ¶ Vt iudicentur omnes qui nō crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati.] Non sẽ ppter incarnatiõis Christi obscuritatem excusent, diuinis non credidisse uirtutibus, cum homini crediderint, diabolica arte fallente.

C

f ¶ Nos autem debemꝰ gratias agere deo semp ꝓ uobis fratres dilecti à deo. Quia charitatem recepimꝰ ueritatis, & propter hoc nos diligit deus. g ¶ Quꝺ elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritꝰ & in fide ueritatis.] Videns paratos ad credendum, sicut & alibi recũbẽti à uiro Macedone reuelatũ est. h ¶ In qua & uocauit uos ꝓ euãgelium nostrũ in acquisitionē gloriæ domini nostri Iesu Christi.] Ad hoc uocati sumus, ut Christi gloriam acquiramus: scimus enim quoniã cũ apparuerit, similes ei erimus. i ¶ Itaque fratres state.] In fide ueritatis immobiles. k ¶ Et tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram.] Quando sua uult teneri, non uult extranea superaddi. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo prædicatur, ut baptismi sacramenta.

1.Ioan.3.a

l ¶ Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos. Etiã si nō meriti fuimus. Contra Arium facit, qui deo maiorẽ patrem putat: quia prior soleat nominari. m ¶ Et dedit consolationē æternam, & spem bonam in gratia.] Promissionem, siue spiritum cōsolatorem, qui græce paracletus appellatur. Potest esse & spes mala in gratia. n ¶ Exhortetur corda uestra & confirmet.] Virtutibus & reuelatione. o ¶ In omni opere & sermone bono.] Prius opere & postea sermone.

C

Cap. III

DE cætero fratres orate pro nobis.] Dat humilitatis exẽplũ, & occasionẽ charitatis, ut ꝓ alterutro audacius exoremus. Simul notandum in qbus causis orare possit Apostolus.

q ¶ Vt sermo dei currat & clarificeꝰ, sicut & apꝺ uos.] Currat affluentia, magnificetur auditorum profectu. r ¶ Et liberemur ab importunis & malis hominibus, nō enim omnium est fides.] Non omnes credunt, ideo contradicunt. s ¶ Fidelis autẽ deus est.] Quia non relinquit, nisi relinquentes se.

t ¶ Qui confirmabit uos & custodiet à malo.] In fide ꝓ doctrinam & gratiam.

u ¶ Confidimus autem de uobis fratres in domino &c.] Reuelando quanta sint, quæ amoris sui causa contumelias patientibus ꝓmisit. x ¶ Denunciamus autẽ uobis fratres in nomine domini &c.] Quia in prima lenius cõmouimus, & emendare se noluerunt. Vel hoc modo, quod sancti se ab eis separant erubescant. Huius plane loci autoritate subtrahendum est ab omni Christiano, qui nō secundum Apostoli incedit præcepta.

D

y ¶ Ipsi enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos &c.] Qui sumꝰ forma credentium. z ¶ Non quasi nō habuerimꝰ potestatẽ.] Quia dignus est operariꝰ mercede sua. a ¶ Sed ut nosmetipsos formã daremus uobis ad imitãdum nos.] Ne cui occasionẽ auariciæ, quæ fons est inquietudinis præberemus. b ¶ Nam & quum esse mus apud uos, hæc denunciabamus uobis.] Quia præuidebamus aliquos tales esse futuros. c ¶ Quoniam si quis non uult operari.] Aut sedeant quieti, aut si ueri sunt apostoli, nos sequantur: si non auariciæ, sed dei causa ambulare se dicunt. d ¶ Nec manducet.] Hæc fit inquietudinis nō solum pœna, sed etiam emendatio.

¶ Audiuimus

A a ¶ Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulare inquiete &c.] Reddit ſuperioris ſententiæ cauſas, ad quos legitime debeat pertinere: ſcilicet ad inquiete ambulantes, non ad quiete ſedentes. b ¶ Sed curioſe agentes.] Inquirētes quid in unaquaque ciuitate uel prouincia geratur & domo. c ¶ His autem qui eiuſmodi ſunt.] Non ipſos poſt alteram correctionē deſinit commonere.
d ¶ Vt cū ſilētio operātes &c.] Non cum inquietudine alienū.
e ¶ Vos autem fratres nolite deficere benefaciētes.] Non omnibus ſed talibus dari prohibeo, ne putetis me boni operis cō

ènim inter uos quoſdam ambulare inquiete, nihil operantes, ſed cūrioſe agentes. His aūtē qui eiuſmodi ſunt, denunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, ut cum ſilēntio operantes, ſuū panem manducent. Vos aūtē fratres nolite deficere benefacientes. Quod ſi quis non obedierit uerbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & nō commiſceamini cum illo ut cōfundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Ipſe aūtem deus pacis det uobis pacem ſempiternā in omni loco. Dominus ſit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum oīmibus uobis, Amen.

ſuetudinem amputare. f ¶ Si quis non obedierit uerbo noſtro &c.] Si quis tertio noluerit emendari.
g ¶ Vt confundatur.] Non ut penitus abſcindatur.
h ¶ Et nolite quaſi inimicū exiſtimare, ſed corripite ut fratrem.] Corrigite, ut emendetur: & nolite abſcindere, ut deſperet. Aeger curandus eſt, non necandus, ne in apoſtaſiam inquietudo uertatur.
i ¶ Ipſe autem deus pacis det uobis pacē ſempiternā &c.] His uerbis omnes epiſtolas ſubſcribebat, excepta Galatarū, quam ex integro manu propria ſcripſit, ut poſt eam nec ſibi, nec angelo crederetur.

COMMENTARIA IN EPISTOlam primam ad Timotheum.

Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti.] Autoritas & nominis & officij prænotatur, ppter eos quibus erat reſponſurus. l ¶ Secundum imperiū dei ſaluatoris noſtri &c.] Non ſecundum meam præſumptionē, ſimul & patris & filij unū imB perium demonſtrat.
m ¶ Timotheo dilecto filio in fide.] In fide filio, non in carne.
n ¶ Gratia & miſericordia & cæt.] Gratis miſericordiam conſecuti, recōciliati ſumo deo. o ¶ Sicut rogaui te ut remaneres Epheſi &c.] Quibus in actibo prædixerat intraturos lupos qui gregi non parcerent.
p ¶ Neq; intenderēt fabulis.] Quas Deuteroſeis appellāt. Vnde in euāgelio, docentes doctrinas hominum condemnantur.
q ¶ Et genealogijs interminatis.] Generationibus antiquorū, in quibo ſibi ſummā ſcientiam uendicant, ſi omnes ab initio generatiōes enumerēt.
r ¶ Quæ quæſtiones præſtāt &c.] Tam ueteres contrarietates, q̄ generationum ſolicitudines ſuperfluas.
s ¶ Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro.] Charitas dei & pximi, in qua tota lex pendet & prophetæ: hæc ſi de corde puro ſit, difficile delinquere poterimus. t ¶ Et cōſcientia bona.] Vt conſcientia tua teſtimoniū perhibeat ueritati. u ¶ Et fide non ficta.] Fides enim ficta eſt quæ ſolo ore, pmittitur, & actu negatur. x ¶ A quibus &c.] Infinitæ ſtultitiæ eſt, non intellecta, de magis nō intellectis uelle firmare. y ¶ Scimus autem &c.] Vt à deo promulgata eſt, pro qualitate temporis, ſicut alibi lex ſancta eſt appellata. z ¶ Si quis ea legitime utatur.] Si q̄s ſciat quibus, quare, q̄ diu habenda ſit data. a ¶ Scientes hoc quia lex iuſto non eſt D poſita.] Ergo Chriſtianis non opus eſt, qui ſunt iuſtificati p Chriſtum: qui didicerūt etiam occaſiones fugere delictorū: nā ut quid dicitur: Non occides, quibo iraſci non permittitur?
b ¶ Sed iniuſtis & nō ſubditis, impijs & peccatoribus &c.] Illis oīmibo data eſt, quos abiectis criminibo nitē reuocare. c ¶ Et ſi quid &c.] Sunt ergo doctrinæ non ſanæ, cōtra quas etiam data lex eſt, quæ contrariæ ſunt cœleſtibo inſtitutis. Quid ergo ibi quærūt, quod hic non habent? ſimul & legem euangelijs cōcordare demonſtrat.
d ¶ Gloriæ beati dei, quod &c.] Per quam glorificatur deus.
e ¶ Quod creditum eſt mihi.] Ne dicerēt aduerſarij: quis erat ille cui euangelium crederetur, ait: f ¶ Gratias ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro, quia fidelem &c.] Quum eſſem inutilis & infirmus.

AD TIMOTHEVM
EPISTOLA PRIMA.

PAVLVS apoſtolo Ieſu Chriſti ſecundūm imperium dei ſaluatoris noſtri & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ: Timotheō dilecto filio in fide, grātia et miſericordia & pax à deo patre & Chriſto Ieſu domino noſtro. Sicūt rogaui te ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniā, ut denūciares quibuſdam, ne aliter docerent, nēq; intenderent fabulis & gēnealogijs interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis q̄ ædificationem dei, quæ eſt in fide. Finis aūtem præcepti eſt charitas de corde puro & cōſcientia bona, & fidē non ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in uaniloquium, uolentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquūtur, neq; de quibus affirmant. Scimus aūt quia bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur, ſcientes hoc, quia lex iuſto nō eſt poſita, ſed iniuſtis & nōn ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis et cōtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorū concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum euangelium glōriæ beati dei, quod creditum eſt mihi. Gratias agō ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu do/

¶ Quia fide/

Iesu domino nostro: quiã fidelem me existimauit po-
nens in ministerio. Qui prius blasphem⁹ fui & persecu
tor,& contumeliosus, sed misericordiã dei consecutus
sum: quia ignorans feci in incredulitate. Superabundã-
uit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione,
quę est in Christo Iesu. Fidẽlis sermo & omni acceptio
ne dignus: quiã Christus Iesus uenit in hunc mundum
peccatores saluos facere,quorum primus ego sum. Sed
ideo misericordiam consecutus sum: ut in mẽ primo o-
stenderet Christus Iesus omnem potentiã ad informã
tionem eorum qui crediturí sunt illi in uitam æternam.
Regi ãutem seculorum immortali,inuisibili,soli deo ho
nor & gloria in secula seculorum,amẽ. Hoc præcẽptum
commendo tibi fili Timothee secundũ præcẽdentes in
te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, hãbẽs
fidem & bonãm cõscientiam. Quam quidam repellen-
tes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hyme-
næus et Alexander,quos tradidi satanæ,ut discant non
blasphemare. Cap. II

OBsecrõ igitur primum omnium fieri obsecratio-
nes, õrationes, postulationes, gratiarum actio-
nes pro õmnibus hominibus, pro regibus & omnibus
qui in sublimitate cõstituti sunt,ut quietam & tranquil-
lam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc e-
nim bonum & ãceptum coram saluatore nostro deo,
qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem
ueritatis uenire. Vnus ẽm deus, unus & mediator dei &
hominum,homo Christus Iesus,qui dedit redemptiõ-
nem semetipsum pro omnibus. Cuius tẽstimoniũ tem-
poribus suis confirmatum est: in quo positus sum ego
prædicator & apostolus. Veritatẽm dico, non men-
tior, doctor gẽtium in fide & ueritate. Volo ergo uiros
orare in

A a ¶ Quia fidelem me existimauit ponẽs in ministerio.] Iustus in primordio accusator sui est, ut statim cum cœperit, aduersarius cõfundatur. b ¶ Sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci.] Leuius esse peccatum ignorantiæ demõstratur. c ¶ In incredulitate.] Quia nõ credens, intelligere non ualebã. e ¶ Superabũdauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione &c.] Vbi autem iniquitas abũdauerat, statim ut credidi, amplius cœpi diligere Christũ, qui mihi magna peccata dimisit. d ¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus:] Quẽ omnes credant, & omnium conscientiæ uerũ esse cognoscant. f ¶ Quia Christ⁹ Iesus uenit in hũc mundum peccatores saluos facere.] Ergo & me saluauit inter cæteros peccatores: tũc em̃ merito mihi præiudicaret, si solos iustos uocare uenisset. g ¶ Quorum prim⁹ ego sum.] Hic, sum, pro fui, ponit: sicut Matthæus dicitur publicanus, quum iam Christi esset apostolus. h ¶ Sed ideo misericordiam consecutus sum.] Vt Dauid ait: Docebo iniquos uias tuas, & impĩj ad te cõuertent. Si mihi uiderint indulta pec cata, tunc docebo neminem desperare debere. i ¶ Vt in me primo ostẽderet christus Iesus omnem patiẽtiam.] Qui etiam persecutoribus conuersis, non solum indulget, sed etiam confert apostolatus honorem. k ¶ Ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in uitam æternam.] Ad exemplum, ut ne desperent. l ¶ Regi autem seculorum immortali, inuisibili &c.] Qui mihi uenìam tribuit nõ merenti. Rex enim parui temporis & mortalis, ac uisibilis, & capax consortis, honorem & gloriam temporalem habere potest, non tamen sempiternam. m ¶ Hoc præceptum commendo tibi fili mi Timothee.] Hucusq; de statu suo, quomodo aduersarijs responderet: hinc dat auctoritatem ordinandi, docendi, quæq; præcepta sunt commendat. n ¶ Secundum præcedentes in te prophetias.] Secundum quod etiam ante hoc officium habebas gratiã prophetandi. o ¶ Vt milites in illis bonam militiam.] Bona militia est, in qua contra diabolum & uitia militatur. p ¶ Habens fidem.] Pro armis, fidem in Christo perfectam. q ¶ Et bonam conscientiam.] Implendo quod doces. r ¶ Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.] Male uiuendo, ipsam quoq; fidem perdiderunt, quam habere uidebantur: si ue etiam iam uitia defendentes. s ¶ Ex quibus est Hymenæus & Alexander.] Qui amore uitiorum, ad hæresim transierunt. t ¶ Quos tradidi satanæ, ut discant.] In interitum carnis, ut ex præsenti correptione discãt futurum iudicium nõ negare, ad emendãdum traditi, non ad pdendũ. Cap. II

OBsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes.] Obsecratio, impẽsior est oratio. x ¶ Orationes, postulatiões, gratiarũ actiones.] Pro eo qđ nos dignos fecit: etiam pro his qui uos persequuntur & tribulant. y ¶ Pro omnibus hominib⁹, pro regibus &c.] Vt cognoscant deum: fiue ut subiectas habeant gentes. Illorũ em̃ pace, tranquillitas nostra consistit: sed & si nobis Christianis sit persecutionis turbatio, omis inquietudo cessabit. z ¶ Vt quietam & trãquillam uitam agamus in omni pietate & castitate.] Ad hoc nos uult esse quietos, ut pietate & castitate, non dissensione atque luxuria, trãquillitas nostra ꝓficiat. a ¶ Hoc em̃ bonũ est & acceptũ.] Vt quieti in sanctis operibus seruiamus. b ¶ Qui omnes homines uult saluos fieri.] Hic probatur, nemini oportere ad credendum uim inferre, nec tollere arbitrij libertatẽ. Sed & illud hoc loco soluitur de induratione Pharaonis, & cæteræ huiusmodi obiectiõis quæstiones. c ¶ Et ad agnitionem ueritatis uenire.] Si ipsi tamen uocanti deo cõsentire uoluerint. d ¶ Vnus enim deus &c.] Vnus em̃ deus pater & filius & spiritus sanct⁹: id est, una in tribus personis natura est deitatis. e ¶ Homo Christ⁹ Iesus.] Sicut unus deus, ita unus est mediator inter deum & homines uniuersos: hoc est, nullus alius talis, nec Moyses, nec aliqs prophetа: quia hic & homo erat & deus. Sed quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit. f ¶ Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius test. &c.] Ille se pro omnibus dedit, si omnes redimi uellent. g ¶ Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo &c.] In testimonium generi humano, sanctæ uitæ dedit exemplum, quia & prophetæ suis testimonium fuere temporibus: nouissime autem misit filium suum ad colonos. h ¶ In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem &c.] In Christi testimonio, siue Christo. i ¶ Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare &c.] Magister gentium

A tium dat legẽ orãdi, ut autoritate ſaluatoris, neq; in mõte, neq; in Hieroſolymis aliquis orandi eligat locũ, ſed in ſpiritu, qui ubiq; nobiſcum eſſe intelligitur. Sanè de hoc loco, & hac cauſa à Iudæis mota fuit quæſtio, qui in templo ſolummodo in Hieroſolymis orare cupiebant.

orare in omni loco, leuãntes puras manus ſine ira & diſceptatiõe. Similiter & mulieres in hãbitu ornato, cum uerecundia & ſobrietate ornantes ſe, & nõn in tortis crinib⁹, aut aũro, aut margaritis, uel ueſte precioſa, ſed qd̃ decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri nõ permitto, neq; dominari in uirum, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua. Et Adam non eſt ſeductus: Mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autẽ per filiorum generationem, ſi permãſerint in fide & dilectionẽ & ſanctificatiõne cum ſobrietate. Cap. III

FIdelis ſermõ. Si quis epiſcopatũ deſiderat, bonum õpus deſiderat. Oportet ènim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, uniũs uxoris uirum, ſobriũm, ornãtum, prudentem, pudicum, hoſpitãlem, doctorem, nõ uinõlentum, nõ percuſsõrem, ſed mõdeſtũ: nõn litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitũ, filios habentem ſubditos cũ omni caſtitate. Si quis autẽ dõmui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit? Nõn neophytum, ne in ſuperbiã elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem & illum teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, ut nõn in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diacõnes ſimi-

a ¶ Leuantes puras manus &c.] A cæde & ſanguine, omniq; opere malo. Teſtimonium enim innocentiæ, eſt manuũ eleuatio. Nõ ſolum autem manus ab opere, ſed etiam mentem ab ira & diſceptationis cogitatu, qui ſibi dimitti petit, debet habere mundas. Nemo aliqd impetrare poteſt alia cogitando.
b ¶ Similiter & mulieres.] Omnia quæ dixi de uiris. c ¶ In habitu ornato.] Honeſto & conuenienti naturæ. d ¶ Cũ uerecundia & ſobrietate ornantes ſe.] Hæc ſunt ornamẽta fœminæ Chriſtianæ.
e ¶ Et nõ in tortis crinibus.] Non debent occaſionem dare concupiſcẽtiæ. f ¶ Aut
B auro, aut margaritis.] Quæ terræ ſunt partes, cui⁹ eſt homo dominus inſtitutus.
g ¶ Vel ueſte precioſa.] Quæ præ nimia ſubtilitate, nec frigus arceat: & de cui⁹ precio plurimi ueſtiri eiuſdem naturæ homines potuiſſent.
h ¶ Sed quod decet mulieres, promittentes caſtitatem per opera bona.] Iſta ergo non ſunt promittentium ſed negãtium caſtitatem. i ¶ Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.] Diſcat quidem, ſed cum omni humilitate & charitate. k ¶ Docere autẽ mulieri non permitto.] Publice non permittit, nam filium aut fratrẽ debet docere priuatim. l ¶ Neq; dominari in uirum, ſed eſſe in ſilentio.] Ne magiſterium ſibi uſurpando ſuperbiat, ſed taceat in eccleſia. m ¶ Adam em primus formatus eſt, deinde Eua.] Reddit cauſam, quare eas uelit eſſe ſubiectas: ſcilicet quia & poſteriores in factura ſunt, & priores in culpa. n ¶ In præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorũ generationem.] In præuaricatione fuit mandati. Sed non ideo deſperet mulier, quia per baptiſmũ quod eſt filiorum generatio, ipſa ſaluabitur, non Eua, ſed credens mulier, quia Eua ad exemplum adducta eſt creationis, non de ipſius ſalute proprie tractabatur. Cæterũ quomodo iuſticia iuſti ſuper ipſum erit, & quomodo Noe, Iob, & Daniel filios ſuos liberabunt: ſic per filios Eua ſaluabitur. o ¶ Si permanſerint.] Sicut ſuperius de plurali numero mulierũ, ad ſingularem dicens, mulier in ſilentio diſcat: ita & hic rediit ad plurale. p ¶ In fide & dilectione.] Chriſti, & dilectione proximorum. q ¶ Et ſanctificatione cum ſobrietate.] Notãdum quod ſolã fides ad ſalutẽ ei qui poſt baptiſmum ſuperuixerit, non ſufficiat, niſi ſanctitatem mentis & corporis habeat, quæ ſine ſobrietate difficile cuſtoditur.

Cap. III

FIdelis ſermo: ſi quis epiſcopatũ deſiderat.] Primum laicos inſtituit, de quibus optimi quiq; in ſacerdotiũ eli- C
guntur, & ſic dicit quales debeãt ordinari. s ¶ Bonum opus deſiderat.] Ad boni operis deſiderium eum prouocat, non ad honorẽ. t ¶ Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.] Aut eccleſiæ princeps non erit, quam ideo Apoſtol⁹ ſine macula alibi deſiniuit. u ¶ Vnius uxoris uirum.] Viris nec hoc licet, qd̃ uelati incedãt: multo magis illa quæ etiam lai co prohibentur.
x ¶ Sobriũ.] Et mẽte & corpore. y ¶ Ornatum, prudentẽ, pudicum.] His omnib⁹ ſpiritualib. ornamentis. z ¶ Hoſpitalẽ.] Ad hũanitatis opus, cũcta plebs rectoris forma prouocetur.
a ¶ Doctorẽ.] Tam uerbo q; exemplo. Si enim omniũ uota ſcire uoluerit uel deberet, quomodo omnes ualeant reſpondere: quanto magis ſacerdos legem exquiret, quia angelus dei omnipotentis eſt.
b ¶ Nõ uinolentũ.] Vt fiducialiter poſſit corripere ebrioſos.
c ¶ Nõ percuſſorẽ.] D
Siue ne ſit petulãs ad cædendũ: ſiue ne malo exemplo conſcientias feriat infirmorũ.
d ¶ Sed modeſtũ.] Qui oñia faciat cum menſura. e ¶ Non litigioſum, non cupidũ.] Seruum dei non oportet litigare. Lites autem & iurgia maxime ex cupiditatibus oriuntur. f ¶ Si quis autem domui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit?] Ipſe in ſequentibus expoſuit, ſi filios in caſtitate & humilitate nutriuit, hinc eius diligẽtia cõprobatur: ſi enim filios ſuos erudire neſciuit, quomodo tantos dei filios gubernabit, quorum mores ſecundum numerum ſunt diuerſi? uel qua fiducia, qui indiſciplinatos habet filios, audebit exigere diſciplinam? g ¶ Non neophytũ, ne in ſuperbiã elatus, in iudiciũ incidat &c.] Ne nuper renatus, cito poſſit per ignorantiam exaltari, & putet ſe nõ tam miniſterium humilitatis, quàm adminiſtrationem ſecularis poteſtatis adeptum, & condemnationem ſuperbiæ mereatur: ſicut diabolus qui per iactantiam iudicatus atq; deiectus eſt. h ¶ Oportet autẽ & illum teſtimoniũ habere bonũ ab his qui foris ſunt.] Vt ſine offenſione Iudæis, infidelibus atque Græcis, præſit eccleſiæ dei. Omnes enim naturaliter nouerunt culpare uitia, & laudare uirtutes. i ¶ Vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.] Vt non uituperetur miniſterium noſtrum, & per illum diabolus multos in laqueum teneat, qui poterant fieri Chriſtiani. k ¶ Diacones ſimiliter.] Irreprehenſibiles, ut epiſcopi eligantur. Quæritur quur de presbyteris nullam fecerit mentionem: ſed eos in epiſcoporum nomine comprehenderit, quia ſecundus, immo penè unus eſt gradus: ſicut ad Philippenſes epiſcopis ac diaconis ſcribit, cũ una ciuitas plures epiſcopos habere non poſſit: & in Actibus apoſtolorum presbyteros eccleſiæ

iturus

nes similiter pudicos,non bilingues,nō multō uino deditos, non turpe lucrum sectātes, habentes mysterium fidei in conscientia pura.Et hi autē probentur primum, & sic ministrent nullū crimen habentes. Mulieres similiter pudicas,nōn detrahentes, sobrias,fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibꝰ.Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide,quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, cōlumna & firmamentum ueritatis. Et manifestē magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne,& iustificatū est in spiritu,apparuit angelis,prædicatum est gētibus,creditum est in mundo,assumptum est in gloria.

Cap. IIII

SPiritus autē manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi, loquentium mendacium, & cauteriatam habētium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus,& his qui cognouerunt ueritatē: Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Hæc præponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ,quam assecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. Exerce aūt teipsum ad pietatem:Nam corporalis exercitatio ad modicū utilis est. Pietas

A iturus Hierosolymas congregans ait: Inter cætera uidete gregem,in quo uos spiritus sanctus episcopos ordinauit. *a* ¶ Pudicos.] Continētes scilicet. *b* ¶ Non bilingues.] Susurro & bilinguis multos turbat,pacē habentes. *c* ¶ Non multo uino deditos.] Concessit necessitati parum, qui uoluptati amplius denegauit. *d* ¶ Non turpe lucrū sectantes.] Turpe lucrum est de cœlestibus mysterijs, terrena sectari *e* ¶ Habentes mysterium fidei in conscientia pura.] Mysterium est, qđ passio Christi redēptio est salutis humanæ: si ergo intelligit pure,non confunditur de humilitate Christi. Siue si propter hoc solū prædicat mysterium fidei, propter quod debet prædicari: non ultra debitū mysteriū quæ stū esse existimet pietatem. *f* ¶ Et hi autem probētur primū & sic ministrent nullum crimē habētes.] Non solum episcopi, sed & isti ante ordinationem ꝓbari debēt. *g* ¶ Mulieres similiter pudicas. Similiter eas ut diacones eligi iubet. Vnde intelligitur qđ de his dicat, quas adhuc hodie in oriēte diaconissas appellant. *b* ¶ Non detrahentes.] Quod illis uitiū præcipue dominantur. *i* ¶ Sobrias, fideles in omnibus.] In nullo dubitātes. *k* ¶ Diacones sint uniꝰ uxoris uiri, *q* filijs suis bene præsint & suis domibꝰ.] Non ut si non habuerint,ducant, sed ne duas habeant: Si enim digniorem facit uxor, cur non magis & digami & trigami ordinātur? *l* ¶ Qui enim bene ministrauerint.] Ostendit non ministerium tantum,sed qualitatem ministerij præmiū promereri. *m* ¶ Gradum bonum sibi acquirēt.] Bonum, hic pro gradu maiori posuit,sunt em̄ minores. *n* ¶ Et multam fiduciam in fide,quæ est in Christo Iesu.] Apud dominum petendi,& apud homines docendi, uel etiam arguendi. *o* ¶ Hæc tibi scribo fili Timothee,sperās me uenire ad te cito.] Vt autoritatem habeas pro me omnia ordinandi,huius epistolæ sententia confirmatus. *p* ¶ Columna & firmamentū ueritatis.] In qua nunc sola ueritas stat firmata,quæ ante in lege erat posita uel natura,quæ sola sustinet ædificium. *q* ¶ Et manifeste magnum est pietatis sacramentū.] Quod scire te cupio sacramentum incarnationis Christi, per quam generi humano pietas collata est. *r* ¶ Quod manifestatum est in carne.] Quod nunc in carne eius declaratū est. *s* ¶ Et iustificatum est in spiritu.] Demonstratum est. *t* ¶ Apparuit angelis.] Quando dicebant; Gloria in excelsis deo,quando illi in eremo ministrabant. *u* ¶ Prædicatum est gentibus.] In gentibus, omne genus hominum comprehendit. *x* ¶ Creditū est in mūdo,assumptum est in gloria.] Videntibus apostolis,ascendit in cœlum.

Cap. IIII

SPiritus autē manifeste dicit, qa in nouissimis temporibus discedēt quidam à fide.] Prophetalem inducit affectum,quod antiqui dicebāt: Hæc dicit spiritus sanctꝰ. *z* ¶ Attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū.] Omnis hæretica doctrina,dæmonum arte composita est. *a* ¶ In hypocrisi,loquētium mendaciū, & cauteriatam habētium suam conscientiā.] In hypocrisi loquuntur:qui cum nō contineant, tam casti uolūt uideri,ut etiam nuptias damnēt,tam abstinentes,ut creatura dei parce utētes iudicent,cū ipsi comessationibꝰ uacent.Hic uero ita castitatem & abstinentiam prædicat,ut nec naturā,nec creaturas dānet. Ad illud fortiores hortatur, istud concedit in firmis.Illi autem hoc non amore castitatis & abstinentiæ, sed ad obumbrandum eius iusticiam faciebant, sanctiores uideri uolentes: q̄ illi qui amore castitatis etiam nuptias concedebāt:scilicet ne fornicationis crimen incurrerent. Omnis enim qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est castitatis:dum & continentibus laudē tollit: & incontinentibus sublato nuptiarum remedio,fornicationis facit inire discrimen. *b* ¶ Prohibentium nubere,abstinere à cibis,quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus &c.] Si ad proprietatem sermonis attendas, monstruosa nescio quæ prædicatio prædicatur:quæ tam nubere q̄ abstinere prohibeat, dicētium hæc omnia quæ sequuntur. *c* ¶ Hæc præponens fratribus,bonus eris minister Christi Iesu.] Libram in omnibus tenens, & omnia rationabiliter & moderate dispensans. *d* ¶ Enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ quā assecutus es.] Quia sacris legis literis ab infantia eruditus fuerat. Verba propriæ fidei, sunt traditio symboli. Bona uero doctrina, qua uita instituitur Christiana. *e* ¶ Ineptas autem & aniles fabulas deuita.] Fidei uel religioni non aptas. *f* ¶ Exerce teipsum ad pietatē.] Pietas est etiam cum tua tribulatione alijs subuenire, sicut Sareptana uidua fecit. *g* ¶ Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est.] Sanctarum balnearum, uenationum, & huiusmodi quæ ad breue tempus in carnali pro-

A nali proficiunt ſanitate. a ¶ Pietas autem ad omnia uti lis eſt &c.] Et ad præſens tempus,& in futurum: nam & ipſa uidua & in præſenti caſta eſt, & merces eiꝰ manet in ea. b ¶ Fidelis ſermo & omni accep.&c.] Verus ſermo apud omnium cõſcientiam,& cui nemo reſiſtit. c ¶ In hoc eñ laboramus.] Cum certũ ſit apud homines, nihil nos di gnũ odio perpetraſ/ſe: quid aliud ſequi/tur, q̃ quod propter uitam diſſimilem bla ſphemamur?

Pietas autem ad oñia utilis eſt, promiſſionem habens uitæ,quæ nunc eſt & futuræ. Fidelis ſermõ & omni acce ptione dignus. In hõc enim laboramꝰ & maledicimur, quia ſperamus in deum uiuũ, qui ẽſt ſaluator omnium hominum,maxime fidelium. Præcipe hæc & dõce. Ne/mõ adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exẽmplũ eſto fidelium in uẽrbo,in conuerſatione,in cháritate,in fidẽ, in cáſtitate. Dũm uenio attende lectioni,exhortationi, & doctrinæ. Nõli negligere gratiam,quæ eſt in te,qũæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitiõe manuum presbyterij. Hæc mẽditare,in his ẽſto,ut prõfectꝰ tuus manifeſtus ſit omnibus. Attẽnde enim tibi,& doctrinæ inſta in illis. Hoc enim faciens,et teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Cap. v

SEniõrem ne increpaueris,ſed obſecra ut patrem. Iũ/uenes ut fratres,anũs ut matres, iũuenculas ut ſoro/res in omni caſtitate. Vidũas honora, qũæ uere uiduæ ſunt. Si quæ ãutẽ uidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere,& mutuam uicem redde re parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram deo. Qũę autẽ uere uidua eſt & deſolata, ſperet in deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in dẽlicijs eſt uiuens,mortua eſt. Et hõc præcipe,ut irre/prehenſibiles ſint. Si qũis autem ſuorũ & maxime do/meſticorum curam non habet, fidem negauit,& eſt in/fideli deterior. Viduã eligatur non minus ſexaginta an norum, quæ fuerit unius uiri uxor,in õperibus bonis te ſtimõnium habens, ſi filiõs educauit, ſi hõſpitio rece/pit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulatiõnem patien/tibus ſubminiſtrauit, ſi õmne opus bonum ſubſecuta eſt. Ado/leſcẽ-

d ¶ Qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime fideliũ &c.] Omnium in præſen/ti,fidelium in futuro. Siue quia omnes de piculis liberat, & ma/xime fideles. e ¶ Præ cipe hæc &doce &c.] Præcipe ut fiãt, doce quomodo fiant: uel quali præmio remu/neranda ſint.

f ¶ Nemo adoleſcen tiam tuã cõtemnat.] Sic age ut admiratio/ni ſis, priuſq̃ contem ptui habearis. Hoc e/nim illi præcipit, qđ in illius poteſtate con ſtabat. g ¶ Sed exẽ plum eſto fidelium.] Paruum eſt infideliũ eſſe formã: apđ quos qui grauiora crimi/na non habet,magnꝰ habetur: Hoc multũ ẽ, ut talẽ ſe exhibeat, per quem etiam ſan/ctiſ proficiãt. h ¶ In uerbo,in conuerſatio ne.] Nihil aliud ma/gis loquaris q̃ domi/mini uerbum. Notan dum quia fidelibus etiam uerbi præbere cupit exemplum.

i ¶ In charitate.] Vt exemplum illis dilectionis oſten/dat. k ¶ In fide.] Catholica,uel perfecta. l ¶ In caſti tate.] Mentis & corporis,cuius inſignia etiam grauitate habitus præferuntur. m ¶ Dum uenio attende lectio/ni,exhortatiõi & doctrinæ.] Fac,lege,exhortare ut fiãt: doce quomodo intelligant obſcura, ut poſſint fieri quæ leguntur. n ¶ Noli negligere gratiam, quæ eſt in te.] Negligit gratiam, qui acceptum talentum non exercet. o ¶ Quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitio/ne manuum presbyterij.] Prophetiæ gratiam habebat cũ ordinatiõe epiſcopatus. p ¶ Hæc meditare.] Oñis eñ ꝓfectus ex meditatione deſcẽdit. q ¶ In his eſto.] Non enim omnis qui in his eſt,meditatur. r ¶ Vt pro fectus tuus manifeſtus ſit omnibus.] Tunc manifeſtus erit,ſi in meditatione ſis ſemper: & cum manifeſtus fue/ris, poterũt exemplo tuo ad meliora proficere. s ¶ At tende enim tibi & doctrinæ, inſta in illis: hoc enim &c.] Primo tibi, deinde doctrinæ, ut ubiq; & actu ſalues illos & doctrina pariter & exemplo. Cap. v

SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra ut patrem &c.] Ne indigne ferẽs ſe à iuniore correptum exaſperetur, & nõ proficiat: ſed obſecra, ut ſuo quaſi pater exemplo inſtituat iuniores. u ¶ Iuuenes ut fratres.] Quia hac uia liberius commonentur, ſimiliter & ſorores. x ¶ Anus ut matres.] Cum omni reuerentia. y ¶ Iu/uenculas ut ſorores in omni caſtitate.] Et mentis & cor/poris. z ¶ Viduas honora.] Neceſſaria præbẽdo, uel ſolatio confouendo.

a ¶ Quæ uere uiduæ ſunt.] Illas ueras ui/duas eſſe definiuit, quæ uniuerſis curis exutæ ſunt,& ab om/nibus deſolatæ.

b ¶ Si qua autem ui dua filios aut nepo/tes habet, diſcat pri/mum domũ ſuam re/gere &c.] Tã diu re/git domũ, q̃ diu do/cet filios paruulos aut nepotes, ut quod à parentibus pietatis accepit, filijs reddat: ita tamen ut non hac excuſatione, auaritiæ ſtudeat, ſed ſufficien/tiam tantũ ſibi reſer/uet: & ne liberis eius ipſa occaſionem det ſeculo ſeruiendi.

c ¶ Quæ autem uere uidua eſt & deſolata, ſperet in deum, & in/ſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die.] Qualis erat Anna filia Phanuel, tales præcipit hono/rari. d ¶ Nam quæ in delitijs eſt uiuens, mortua eſt.] Quic/quid modum natu/ræ excedit, delitijs de putatur. Hic maxime noſtri tẽporis uiduas tãgit: quæ cum homi nem ſuæ naturæ, qua licunq; panno nõ ue ſtiant, parietes precio ſis marmorũ cruſtis exornãt. e ¶ Et hoc præcipe,ut irreprehenſibiles ſint.] Notandum irrepre/henſibiles eas tam poſſe q̃ eſſe debere. f ¶ Si quis au/tem ſuorum & maxime domeſticorũ curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.] Si q̃s uiduas abij cit aut pupillos, uel maxime parentes & pauperes, dete/rior eſt infideli, quia & illi habent naturaliter circa pro/ximos pietatẽ: Siue ſi qua uidua filios orphanos negli/gat, huius ſententiæ crimen incurrit. Simul notandum quoſdam fideles nomine, qui infidelibus conuerſatio/ne peiores ſunt. g ¶ Vidua eligatur non minus ſexa/ginta annorũ, quæ fuerit unius uiri uxor &c.] Tales uo luit eligi diaconiſſas, quæ omnibus eſſent exemplũ ui/uendi. h ¶ In operibus bonis &c.] Si ex tempore ui duitatis ſuæ iſta omnia cuſtodiuit. i ¶ Teſtimonium habens &c.] Sicut Tabitha. k ¶ Si filios educauit.] Subauditur, deo. l ¶ Si hoſpitio recepit: ſi ſancto/rum pedes lauit &c.] Si non ſolum humilitatis habet inſignia: cui nõ ſufficit hoſpitio ſuſcipere, ſed etiam ma/nu propria lauare hoſpitum pedes. m ¶ Si tribula/tionem patientibus ſubminiſtrauit &c.] Hoc eſt, in car/cere poſitis, uel ægrotis. n ¶ Si omne opus bonum ſubſecuta eſt &c.] Breuiter uniuerſa concluſit.

A a ¶ Adolescẽtiores autem uiduas deuita.] Deuita aliis ministerio diaconatus præponere, ne malum pro bono detur exemplum. b ¶ Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt.] Cũ sub eo tempore religionis, abundantiam habuerint, quæ sæpe solet generare luxuriam. c ¶ Habentes dãnationẽ, qa primã fidem irritã fecerũt.] Quæ se uiduas ꝓmiserant permansuras. Hæc regula non solũ in uiduis, sed in uirginibus cõtinentibus, quæ primã fidem irritam fecerunt, intelligẽda est. d ¶ Simul autẽ & ociose discunt circũire domos.] Diuino minime timore deẽtæ, nec mariti potestati subiectæ, nullaq; cura domesticæ occupationis astrictæ. e ¶ Non solum ociose, sed & uerbose & curiose loquentes quæ non oportet.] Dum uoluntatis suæ cupiunt præbere exẽplum. f ¶ Volo ergo &c.] Volo, quia necesse est ut tales ante hoc faciant q̃ illud ꝓmittant: inde si trãsgressæ fuerint, dãnationem acquirunt.

C g ¶ Matres familias esse.] Matres familias dici possunt etiã quæ duos habent uel tres seruos: hoc dicit ne ex hoc nomine auaritia defendatur.

h ¶ Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.] Si incontinẽtes sunt, uel ne ꝑ illas religio blasphemetur. i ¶ Iam enim quædam cõuersæ sũt retro &c.] Reddit causas quare eas nubere uelle prædixerit, ne eum putaremꝰ optare, quia quædam promissum propositum deo nõ reddentes fuerant fornicatæ. k ¶ Si quis fideles habeat uiduas &c.] In domo propria ut parentibus. l ¶ Vt his quæ uere uiduæ sunt &c.] Quæ sunt omniũ auxilio desolatæ. m ¶ Qui bene præsunt presbyteri.] Qui implent officiũ suum. n ¶ Duplici honore digni habeantur.] Et officij & doctrinæ. o ¶ Maxime qui laborant in uerbo & doctrina] Non dixit omnium qui habent uerbum, sed qui laborant in uerbo. Cæterum omnes habentes præcipit ordinare. p ¶ Dicit enim scriptura: Non infrenabis os boui triturãti &c.] Vult illis præstare carnalia à quibus alij spiritualia consequuntur, quia occupati in doctrina, necessaria sibi prouidere non possunt. q ¶ Aduersus presbyterũ accusationem noli recipere.] Iniustum est etiam aduersus laicum accusationem recipere, cum hoc nec seculares faciant, quãto magis aduersus domini sacerdotem? r ¶ Peccantes coram omnibus argue &c.] Si de illis fuerit comprobatum.

C s ¶ Vt cæteri timorem habeant &c.] Videntes te nemini pepercisse. t ¶ Testor coram deo & Christo Iesu & electis angelis eius, ut hæc custodias &c.] Obtestatur illũ diuina & cœlesti testificatione, ut nulla illi res præiudicet ad ista seruanda, nec electi angeli, qui sacris assistunt altaribꝰ. u ¶ Nihil faciẽs in alteram partem declinando &c.] Neq; in dexterã neq; in sinistram. x ¶ Manꝰ cito nemini imposueris.] Nisi talem inueneris qualem dixi.

y ¶ Neque communicaueris peccatis alienis &c.] Communicare eum dicit peccatis qui non probatus fuerit ordinatus.

z ¶ Teipsum castũ &c.] Non alios custodire præcipit, ut possit audenter arguere delinquentes.

a ¶ Noli adhuc aquã bibere &c.] Ne putaret etiam abstinentiæ se formã infirmis dare debere: maxime cũ audierit à magistro D dicente, omnibus bonum esse non bibere uinum. Dat ergo ei consilium, ut plus doctrinæ causam quàm abstinentiæ curet: & simul ostendit quas infirmitates creaturarum medicina possit sanare. b ¶ Quorũdam hominum &c.] Detecti excommunicant: siue plagis ꝓsentibus damnãtur.

c ¶ Quorundam autem & subsequunt.] In futuro iudicio: siue hic diu latere non possunt: non ergo debent facile ordinari.

d ¶ Similiter & facta bona manifesta sunt &c.] Non enim potest abscondi ciuitas supra montem posita, sed etiam quæ ad tempus latent, non possunt diutius occultari. Cap. VI

Matth. 5.d

Q Vicunq; sunt sub iugo serui dominos suos omni honore &c.] Non solum bonos, sed etiam infideles.

f ¶ Ne nomen domini & doctrina blasphemetur.] Ne uideãtur per religionẽ, in deterius profecisse. g ¶ Qui aũt fideles &c.] Ne sibi æqualem cõtemnant. h ¶ Sed magis.] Si seruiebant infidelibus timore odioso: quanto magis debent seruire fidelibus, quorũ charitatis participes esse merẽtur. i ¶ Hæc doce & exhortare.] Doce ita debere fieri, exhortare præmium ostẽdere deum.

k ¶ Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus dñi nostri Iesu Christi, & ei quæ secundũ pietatem est doctrinæ.] Noui testamenti, ueteris enim seuera doctrina est

est. Adolescẽtiores autem uiduas deuita. Cũm enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt, hãbentes damnationem, quia prima fidem irritam fecerunt. Simul autem & ociose discunt circũire domos, non solũm ocio se, sed & uerbose & curiose loquentes quæ nõ oportet. Vólo autem iuniores nubere, filios procreare, matrẽsfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, ut non grauet ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici hõnore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non infrenabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationẽ noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Testor coram deo & Christo Iesu & electis angelis eius, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil faciẽs in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquã bibere, sed modico uino utere propter stomachũ tuum, & frequẽtes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quibusdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscõdi non possunt.

Cap. VI

Q Vicunq; sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ: superbus est

Rom. 14.d

3.Re

perbus eſt, nihil ſciens, ſed lāguẽs circa quæſtiones & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemię, ſuſpicionẽs malæ, cõflictatiõnes hominum mente corruptorũ, et qui à ueritate priuati ſunt, exiſtimãntium quæſtum eſſe pietatem. Eſt aũtem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil ẽnim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Habẽtes autem alimenta & quibus tegamur, his cõtenti ſimus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidũnt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſidẽria multa & inutilia & nociua, quæ mergũt homines in interitum & perditionem. Rãdix enim omnium malorum eſt cupiditas, quãm quidam appetentes erraverunt à fide, & inſeruẽrunt ſe doloribus multis. Tu aũtem ò homo dei hæc fugẽ. Sectarẽ uero iuſticiam, pietatem, fidem, chãritatem, patientiãm, manſuetudinem. Certa bonũm certamen fidei, ãpprehende uitãm æternam, in quam uocatus es, & cõfeſſus es bonam cõfeſſionem cõram multis teſtibus. Præcipió tibi corã deo, qui uiuificãt omnia: & Chriſtõ Ieſu qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, ut ſeruẽs mandatum ſine maculã irreprehenſibile ũſque in aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽm ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lũcem habitat inacceſſibilem, quẽm nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt, cui eſt honor & imperium

A ctrina eſt. *a* ¶ Superbus eſt nihil ſciens.] Super alios ſe extollens, cum non ſit deſurſum ueniens, quam prædicat ſapientiam. *b* ¶ Sed languens circa quæſtiones.] Nec enim recuſando penitus fidem, moritur, nec aduerſitatis ſcientia conualeſcit, ſed diuerſis occaſionibus languet. *c* ¶ Et pugnas uerborum.] Relicto ſenſu ueritatis ambiguitates uerborũ obſeruant: ſicut Manichæi ex uerbo diuerſitatem teſtamẽtorũ. *d* ¶ Ex quib⁹ oriuntur &c.] Quæ generant lites ac blaſphemias in deũ pugnando ſermonibus. *e* ¶ Suſpiciones malæ.] Siue hæreſim de altero ſuſpicantur, ſiue audientes putant efficere ueritatem. *f* Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à ueritate priuati ſũt.] Ab integritate euangelij uel naturæ. *g* ¶ Existimãtium quæſtum eſſe pietatem.] Qui putãt quæſtu⁹ ſui cauſa, nouum ueniſſe teſtamentum. *b* ¶ Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.] Multum inquirit qui habet pietatem, cum ſufficientia nõ luxuriæ, ſed naturæ ẽ. Siue ſicut pietas eſt cultura dei, ita impietas eſt contemptus. *i* ¶ Nihil ẽm intulim⁹ in hũc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus.] Nudi nati ſumus, nudi etiam morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur: non eſt noſtrum quod non ſemper noſtrum eſt. Tanquam peregrini ergo ſufficienti uſu contenti ſimus: illas diuitias acquiramus, quas nobiſcum ad cœleſtem patriam ferre poſſimus. *k* ¶ Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.] Superius dixerat ſufficientiam, quicquid his amplius eſt, diuitijs deputatur. *l* ¶ Nam qui uolunt diuites fieri.] Voluntatem diuitiarum definiuit, quæ uoluntas & habentibus eſt & quærentibus. *m* ¶ Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.] Occaſio tentationis eſt & laqueus diaboli, uelle habere diuitias. *n* ¶ Et deſideria multa & inutilia & nociua.] Nunquam ergo diuitiarum deſideria ſatiantur. *o* ¶ Quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.] Dum ambitione bonorum tumentes, ad cœlos eleuati, uſq; ad inferos demerguntur: ſiue deſiderãtes alienas opes, ut Achab, uſque ad homicidij peruenium factiones. *p* ¶ Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.] Quia & fons, & omnium criminum augmentum. Radix exciſos ſemper denſius reparat ramos: euellenda eſt ergo radix, ne rami ſuperflue excidantur. *q* ¶ Quam quidam appetentes errauerũt à fide.] Hoc eſt, receſſerunt à fide promiſſorum dei, dum præſentibus oblectantur. *r* ¶ Et inſeruerunt ſe doloribus multis.] Quanto amplius habuerint, tanto plures ſollicitudinum ſuſtinent cruciatus: unde & dominus diuitiarum ærumnas circa reliqua cõcupiſcentiæ uerba aſſeruit ſuffocari. *s* ¶ Tu autem homo dei.] Non diuitiarum homo, ſed dei: nec mammonæ ſeruus, ſed Chriſti, cuius ſunt omnia quæ uidentur. *t* ¶ Hæc fuge.] Quaſi cauſas perfidiæ, uel dolorum. *u* ¶ Sectare uero iuſticiam, pietatem, fidem.] In his te cupio diuitijs eſſe locupletem. *x* ¶ Charitatem.] Dei & proximi. *y* ¶ Patientiã, manſuetudinem.] Patientiam ſuſtinendi, manſuetudinem non nocendi. *z* ¶ Certa bonum certamen fidei.] Bonũ certamẽ eſt, non pro rebus ſeculi, ſed uſq; ad mortem pro fidei ueritate certare, ſicut ſcriptũ eſt: In iuſticia agonizare pro anima tua: & uſque ad mortem certa pro iuſticia: Siue ut illi ſtudent in diuitijs omnia uincere, ita & tu in fide. *a* ¶ Apprehende.] Quomodo ego comprehendi. *b* ¶ Vitã æternam in quam uocatus es.] Vt illi gerere cupiũt temporalem. *c* ¶ Et confeſſus es bonam confeſſionem.] In baptiſmo abrenunciãdo ſeculo & pompis eius. *d* ¶ Coram multis teſtibus.] Sacerdotibus uel miniſtris uirtutibusq; cœleſtib⁹. *e* ¶ Præcipio tibi coram Deo.] Præcipit autoritate magiſtri. *f* ¶ Qui uiuificat omnia.] Omnia quæ uiuunt, etiam ſi areſcant, per eius potentiam reuiuiſcunt. *g* ¶ In Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem.] Dicens ad Pilatum: Ego ad hoc ueni in hunc mundum, ut teſtimonium perhiberem ueritati: ſcilicet pro ea etiam moriendo. *b* ¶ Vt ſerues mandatum.] Sicut ille uſque ad mortem. *i* ¶ Sine macula irreprehenſibile.] Maculat quodammodo & reprehendi facit mandata, qui peccat. *k* ¶ Vſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.] Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. *l* ¶ Quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum, & dominus dominantium.] Quando uoluerit qui hoc ſolũ poteſt deus. *m* ¶ Qui ſolus habet immortalitatem.] Ille ſolus proprie habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec ſoli, nec nobis habemus ut ille: Hoc contra Manichæos qui malã naturam putant immortalem atq; perpetuam. *n* ¶ Et lucem inhabitat inacceſſibilem.] Omni creaturæ. Nemo enim nouit patrem niſi filius: neque filium niſi pater, & ſpiritus ſanctus, utrunq; etiam ſcrutatur profunda dei. *o* ¶ Quem nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt, cui eſt honor & imperiũ ſempiternum.] Nemo nouit, ſed unuſquiſq; pro merito intelligit. Nam & ſolem tanto amplius uident ſinguli, quãto purior fuerit acies

3. Reg. 21

Ioan. 18. d

Matt. 11. d

A rit acies oculorum. *a* ¶ Diuitibus huius seculi præcipe.] Sunt & alterius seculi diuites qui emũt sibi aurum ignitum à deo, & qui habent aurum in cœlo, necnõ qui proferunt noua & uetera. *b* ¶ Nõ sublime sapere.] In primis principalem eorum tetigit morbum. Difficile diuitẽ inuenies non superbum, qui paupers res uel parentes agnoscat: & q nõ grauit ferat, minime sibi ab inferiore honorẽ deferri. *c* ¶ Neq; sperare.] Nõ sperando uilescunt, & cũ spernuntur, erogantur. *d* ¶ In incerto diuitiarum.] De quibus incertum est utrum illæ tibi, an tu illis celerius subtraharis, multis enim cũ uita subtatæ sunt. Alij proprijs eas auferri oculis uiderunt: nonnulli etiam inuiti extraneis reliquerũt. *e* ¶ Sed in deo uiuo.] Cuius sunt omnia. *f* ¶ Qui præstat nobis omnia abunde.] Qui ideo abunde præstat ut uiuamus, etiam alijs largientes, non ut grandi labore destruentes maiora horrea faciamus. *g* ¶ Ad fruendum.] Non ad occultandũ uel negociandum: *h* ¶ Bene agere, diuites fieri in operibus bonis.] Non in auro & argento. *i* ¶ Facile tribuere, communicare.] Qui facile tribuit, cito diues esse cessabit. Tribuere donare est: communicare uero multum dare.

perium sempiternũ: Amen. Diuitibus huius seculi præcipe nõ sublime sapere, nẽq; sperare in incẽrto diuitiarum, sed in deõ uiuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruẽndũ: benẽ agere: diuites fieri in operibus bonis, facile tribuère, cõmunicare, thesaurizarẽ sibi fundamentum bonum in futurum, ut ãpprehendãt ueram uitam. O Timotheẽ depositum custodi, deuitãns prophanas uocum nouitates & oppõsitiones falsi nominis scientiæ, quam quidã promittentes, circa fidem exciderunt. Grãtia tecum. Amen.

k ¶ Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.] Vade uende omnia quæ habes, & da pauperibꝰ, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni sequere me, quod perfectionis est fundamẽtum. *l* ¶ Apprehende ueram uitam.] Hæc enim non est uera uita quæ in suo non permanet statu. Vanitas enim sub sole dicit Ecclesiastes. *m* ¶ O Timothee depositũ custodi.] Commendatum à nobis seruandum tibi fidei depositũ custodi. *n* ¶ Deuitãs prophanas uocum nouitates &c.] Quod à me non auditi, nec ab angelo si dicatur libenter admittas. *o* ¶ Et oppositiones falsi nominis sciẽtiæ, quam quidam promittẽtes, circa fidem exciderunt &c.] Artis dialecticæ, per quas sibi infinitam rerum scientiam hæretici promittunt, & ideo à fidei ueritate cadunt. *p* ¶ Gratia tecum, amen.] Permaneat in æternum.

Luc. 19. c

Eccles. 1. c

Commentariorum in primam epistolam ad Timotheum finis.

B

COMMENTARIA IN EPIstolam secundam ad Timotheum.

PAulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei.] Non meis meritis, siue à Christo missus, nõ sine dei uoluntate. *r* ¶ Secũdum promissionẽ uitæ quæ est in Christo Iesu.] Cõdignum exhibens promissione seruitium. *s* ¶ Timotheo charissimo filio.] Charissimo, id est, cæteris chariori. *t* ¶ Gratia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro.] Talis est salutatio Pauli, ut in ea omnia patris & Christi bñficia memorentur. *u* ¶ Gratias ago deo meo.] Deo qui nos talem in alterutrũ docuit charitatem. *x* ¶ Cui seruio à progenitoribus in conscientia pura.] Oñis origo mea coluit unũ Christũ, non maliuolentia, sed legis æmulatione uastabam. *y* ¶ Quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere.] Et charitatem ostendit, & iugiter orandi præbet exemplum. *z* ¶ Memor lachrymarum tuarum ut gaudio implear.] Quas pro me abunde profudisti, ut & me ad tristiciam prouocares: quas tua adopto præsentia releuari. *a* ¶ Recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ habitauit primum in auia tua Loide &c.] Quæ uere te esse in operibus comprobat: sicut Iacobus definiuit, & quæ ad te exauiæ successionis institutione, quasi hæreditario iure descendit. *b* ¶ Et matre tua Eunice.] Quia prior credidit. *c* ¶ Certus sũ aũt quod & in te. Propter quã causam admoneo te.] Quia cõprobaui fidem tuam, commoneri i digesnon doceri. *d* ¶ Vt resuscites gratiã dei.] Quasi tribulationib. dormitãtẽ. *e* ¶ Quæ est ĩ te per impositionẽ manuũ mearũ.] Ad episcopatum scilicet. *f* ¶ Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis.] Contemnendi pœnas. Illi merito humana supplicia uidẽtur formidare q̃ peccant, ut alibi dicit: Si aũt malefeceris, time. *g* ¶ Et dilectionis &c.] Siue pro domino siue pro alterutro. Libenter etiam moriamur, ut omnia sobria mente faciamus. Noli ita q̃

Iacob. 2. d

Rom. 13. e

AD TIMOTHEVM EPISTOLA SECVNDA.

PAVLVS ãpostolꝰ Iesu Christi, per uolũtatem dei secũdum promissionem uitæ quæ est ĩ Christo Iesu, Timõtheo charissimo filio: Grãtia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesũ domino nostro. Grãtias ago deo meo, cũi seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, q̃od sine intermissione habeam tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere. Memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear: recordationem accipiens eius fidei quæ est in te sion ficta: quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tuã Eunice, certus sum autem quod & in te. Propter quã causam admoneo te, ut rẽsuscites gratiam dei q̃æ est in te per impositionem manuum mearum. Nõn enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis & dilectiõnis & sobrietatis. Noli itaq;

Noli itaq; erubescere testimoniū dñi nostri,neq; me uinctum eius, sed cōllabora euangelio secūdum uirtutē dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta,nō secundum opera nostra,sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.Manifestata est autem nūc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangeliū, in quo positus sum ego prædicator et apostolus et magister gētium.Ob quam causam etiam hæc patior,sed non confundor. Scio em cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorū uerborum quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt,ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit,sed cum Roma uenisset,sollicite me quæsiuit & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam à domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi,tu melius nosti.

Cap. II

TV ergo fili mi cōfortare in gratia quæ est in Christo Iesu,& quæ audisti à me per multos testes, hęc cōmenda fidelibus hominibus qui idonei erūt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit.Nam & qui certat in agone,non coronabitur nisi legitime certauerit.Laborantē agricolam oportet primum de fructibus accipere.Intellige quæ dico.Dabit

a ¶ Noli itaq; erubescere testimoniū domini nostri,neque me uinctum eius.] Quia nihil confusione dignum Christus exercuit:sed nec ego quē nosti,ob aliquod crimen,sed propter deum hæc omnia quæ patior sustineo. b ¶ Sed collabora euangelio.] Tua conuersatione siue doctrina. c ¶ Secūdum uirtutem dei.] Quæ sua causa adiuuat laborantes. d ¶ Qui nos liberauit &uocauit uocatione sancta.] Scilicet à peccatis. e ¶ Nō secundū opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiā, quæ data est nobis in Christo Iesu.] Quo proposuit nos gratis saluare per Christū. f ¶ Ante tempora secularia.] Quantū ad præscientiam dei,ante secula iā donauit. Nam homines solent filijs parare prædia, priusquam nascātur. g ¶ Manifestata ē autem nunc.] Quæ ante latebat. h ¶ Per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi.] Verbis scilicet & exemplis. i ¶ Qui destruxit quidē mortem, illuminauit autē uitam & incorruptionem.] Doctrina sua & conuersatione destruxit peccata, quæ mortem hominis generabant, & ostendit quomodo uita & incorruptio quæratur. k ¶ Per euangeliū.] Volentes docuit,non coegit inuitos. l ¶ In q̄ positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium.] Ad comparationem aliorum posūt dici magistri. Ad comparationem nemo magister uerus. m ¶ Ob quam causam hæc patior.] Nō ob aliquod crimen,sicuti nos pati Petrus hortatur dicens:Nemo uestrum patiatur quasi homicida,si autem ut Christianus,non erubescat. n ¶ Sed nō confundor.] Hic non erubescit in catenis, cum nos in solis opprobrijs confundimur. o ¶ Scio enim cui credidi & certus sum,quia potens est.] Scio enim eum fidelem & potentem. p ¶ Depositū meum seruare in illū diem.] Apud me ipse quod deposuit, conseruabit: siue qd ego apud illum cōmendo,restituet in futuro. q ¶ Formam habe sanorum uerborū quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu.] Secundum meam formam uide & doce,quam à me breuiter accepisti,quomodo integre credere & alterutrum diligere debeamus. r ¶ Bonum depositum meum custodi per spiritū sanctum qui habitat in uobis.] Quod apud te per spiritum sanctum commendauit,adiutorio eius depositum custodi. s ¶ Scis enim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus & Hermogenes.] Id circo te commoneo,quia quos non putabam me dereliquerunt. t ¶ Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam nō erubuit.] Vituperat desertores,& laudat permanentes, ut deterreat abimitatione mala,& ad exemplum prouocet bonum. u ¶ Sed cū Romam uenisset, sollicite quæsiuit & inuenit:det illi dominꝰ inuenire misericordiā à domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi,tu melius nosti.] Idcirco inuenit, quia sollicite quæsiuit,unde & ostē ditur,qa idcirco non omnes quærentes inueniūt,quia negligenter inquirunt.

Cap. II

TV ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me p multos testes.] Siue præsentibꝰ multis, tibi dedi mandata qualiter docere debeas : siue quæ dixi multis prophetarum exemplis & testimonijs confirmaui. y ¶ Hæc commenda fidelibus hominib.] Qui fideliter possunt gratiam dei dispensare : hoc est solius dei causa prædicare. z ¶ Qui idonei erūt & alios docere.] Nō solum ipsi facere, sed & alios erudire. a ¶ Labora sicut bonus miles Christi Iesu.] Ideo milites dicimur, quia hostes habemus, contra quos laborioſe debemꝰ dimicare. b ¶ Nemo militās deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit.] Comparatione militantiū utitur, ut ostendat multo magis nos à negocijs secularibus liberos esse debere, ut Christo placeamus : cum etiam seculi milites à reliquis actibus uacent,ut possint imperatori suo placere perfecte. c ¶ Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam &c.] Alia comparatione idipsum dicit. Multi enim certant, sed ille solus qui tota uirtute uicerit, coronatur. d ¶ Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige &c.] Ne diceret : unde ergo uicturus sum, si me totum occupauero in doctrina: ostendit eum primitias fructuum à populo debere accipere, præter mercedem quam à domino accipiet in futuro. e ¶ Intellige quæ dico : dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Eorum quæ propter quærentes occasionem, comparationis uelamine fuerant obumbrata.

1.Pet.4.d

co. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectũ. Memor ẽsto dominũ Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum eũangelium meum, in qũo laboro usq; ad uincula quasi male operãs, sed uẽrbum dei non est alligatum. Ideó omnia sustineo propter electos, ut ét ipsi salutem consequantur quę est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. Fidẽlis sermo, nam si commortui sumus,& conuiuemus: si sustinẽmus,& conregnabimus: si negáuerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hæc commõne testificans coram deo. Nõli contendere uerbis: ad nihil em̃ utile est, nisi ad subuersionem audientium. Sõllicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operãrium inconfusibilem, rẽcte tractantem uerbum ueritatis. Prõphana autẽ & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, sermõ eorum ut cancer serpit. Ex qũibus est Hymenæus & Philetus, qui à ueritate exciderunt, dicẽntes resurrectionem iam factam,& subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum dei stat, habens signaculum hoc. Cognõuit dominus qui sunt eius,& discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini. In mãgna autem domo, non solũm sunt uasa aurea & argentea, sed & lignẽa & fictilia: & qũædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatum,& utile domino ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare uerõ iusticiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæ/

A a ¶ Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid.] Hoc cõtra illos qui carnis resurrectionẽ negant, consequenter etiam Christi negabant. sed & aduersus illos qui negant Christum in carne uenisse, quos Ioannes antichristos appellat. b ¶ Secundum euãgelium meum.] Secundum quod me prædicare non nescitis. c ¶ In quo laboro usque ad uincula quasi male operãs.] Non tamen male. d ¶ Sed uerbum dei non est alligatum.] Quia & præsentes fiducialiter doceo,& literis absentes cõfirmare non cesso. e ¶ Ideo omnia sustineo ꝓpter electos] Ideo tribuni auxiliũ petiui, ac postea Cæsarem appellaui, ut p me confirmentur, cũ has passiones potuerim moriendo finire. f ¶ Vt & ipsi salutem cõsequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cœlesti.] Quæ salus in Christo, est non nuda sed gloria uestita: nec terrena gloria, sed cœlesti.

B g ¶ Fidelis sermo: nã si commortui sumus, & conuiuemus.] Veritatis ratione subnixꝰ. Si enim à uitijs & uoluptatibus sumus commortui Christo, uiuemus cũ illo. Alioquin quomodo sperare poterimus hoc? h ¶ Si sustinemꝰ & conregnabimus.] Si sustinuerimus cũ necesse fuerit quod ille sustinuit, tũc demum regnare poterimus simul. i ¶ Si negauerimus, & ille negabit nos: si nõ credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest.] Siue credamus, siue non credamus, non aliud potest exhibere singulis qꝫ promisit, quia ueritas contra se nõ faciet, ne se negare uideatur. k ¶ Huc commone testificans coram deo.] Sub testificatione dei constringe. l ¶ Noli contendere uerbis.] Sine testimonijs scripturarum huiusmodi etiam contentio non ædificat, sed destruit audientes: putant enim omnia acumine & subtilitate subsistere: Siue noli uerbis uincere sed factis. m ¶ Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo.] Ante oñia hoc labora, ut talem te apud deũ exhibeas, quo merito possit tibi populus obaudire. n ¶ Operarium inconfusibilem.] Ita uiue ne dicta factis deficientibus erubescãt. o ¶ Recte tractantem uerbum ueritatis.] Ille recte tractat, qui exemplis sua dicta confirmat. Ornamentum enim uitæ, doctrina: firmamentum uerbi, opus.

p ¶ Prophana autem & uaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem.] Irreligiosas hæreticorum fabulas qui negant resurrectionem, per quas utiq; iudicis timore sublato, ad omnem impietatẽ, & ad cun/cta crimina peruenitur. q ¶ Et sermo eorum ut cancer serpit.] Cancer dicitur uulnus quod in mammillis nascitur fœminarum, cui nisi cito subuentũ fuerit, cum ulrus ad cor serpendo peruenerit, nullum remedium est. Ita & hæreticorum sunt uitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter uulnerẽt mẽtes. r ¶ Ex quibus est Hymenæꝰ & Philetus qui à ueritate exciderunt.] Nomina signat, ut nouerit quos debeat præcauere. s ¶ Dicentes resurrectionẽ iam factam,& subuertunt quorundam fidem.] In filijs, siue ossa uiuificata in Ezechiele Israelis interpretabantur de captiuitate collecta quasi resurrexisse. t ¶ Sed firmum fundamentũ dei stat, habens signaculum hoc.] In quorum corde fides Christi erat fundata, nõ sunt seducti uel moti: & hoc qa dei essent habentes iudicium, sicut Moysi tempore fuit in quo Dathã & Abiron subuersi sunt: non simul cum impijs perierũt, deo illos esse optimos cognoscẽte, ut in Numeri scriptum est libro. u ¶ Cognouit dominus q̃ sunt eius, & discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.] Vt Sion simul pereat cum iniquis. x ¶ In magna autẽ domo.] Magnam domũ, non ecclesiã dicit, ut quidam putant, quæ nõ habet maculam neq; rugam, sed mũdum. Vnde ait Hieremias: O Israel cꝫ magna est domus domini &c. In qua sunt zizania mixta cum tritico: nam resurrectionem negantes, in ecclesia esse non possunt. y ¶ Non solum sunt uasa aurea & argentea.] Preciosa & fortia z ¶ Sed & lignea & fictilia.] Infirma. a ¶ Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam: si quis ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatũ, & utile domino ad omne opus bonum paratum.] Si quis se à doctoribus hæreticis mundauerit,& crediderit in resurrectionem futuram, iudicium dei, per omne opus bonum implere studet. b ¶ Iuuenilia autem desideria fuge.] Quia hi ex senioribus esse non possunt, si hæc agãt quæ grauitati non conueniunt Christianæ,& à iuuenibꝰ uincuntur si habeant leuitatem. c ¶ Sectare uero iusticiam, fidem, spem, charitatem.] Hic fidem integritatem dicit. d ¶ Et pacem.] Illam pacem quæ religioni debetur. e ¶ Cum his qui inuocant dominum de corde puro.] Beati mundo corde, de quibus dicitur: quid me uocatis dom̃, & non facitis quæ dico? f ¶ Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generãt lites.] Stultæ oẽs & sine disciplina legis sunt quæstiones.

C

D

Num.16.c

Baruch.3.c

¶ Seruum

na quæstiones deuita : sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati, ne quando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Cap. III.

HOc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes : cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus nō obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatū amatores magis q̄ dei. Habentes speciem quidem pietatis: uirtutem aūt eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducūtur uarijs desideriis: semper discentes & nunq̄ ad scientiā ueritatis peruenientes. Quēadmodum aūt Iamnes & Iambres restiterunt Moysi: ita & hi resistūt ueritati, hōmines corrupti mente: reprobi circa fidem, sed ultrà non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus: sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinā: institutionem, propositum, fidem, longanimitatē, dilectionem, patientiā, persecutiones passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu persecutionē patientur. Mali aūt homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu uero permane in his quę didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti quæ te possunt instruere ad salutē per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus.

Cap. IIII.

Testificor

A *a* ¶ Seruum autem domini non oportet litigare.] Seruus est Christi, qui non clamauit neq; contendit neq; audiuit quisq̄ uocem eius, secundum quod de eo prophe/ta prædixit. *b* ¶ Sed mansuetum esse ad omnes.] Nō solum ad amicos. *c* ¶ Docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati.] Omnes semper docere patienter, nō in furore sed cum modestia. *d* ¶ Ne quādo det illis deus pœnitentiam ad cognoscendā ueritatē, & resipiscant à diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.] Non de dei bonitate dubitat, sed de accipientiū prauitate. Det illis deus perpetuam, mitem, blandamq̄ correptionē, ut accepta ratione resipiscāt. Simul & contra Nouatianos pœnitentiæ negatores, qui hæreticos cōuersos ueniam non posse consequi perhibent.

Cap. III.

HOc autem scito, quia i nouissimis diebus instabūt tem/
B pora periculosa.] Non sit tibi mirum quod quotidie peiora ueniunt. *f* ¶ Et erūt homines seipsos amantes.] Non dei gloriam, sed sua quærentes. *g* ¶ Cupidi, elati.] Auari & in auaritia iactabundi. *h* ¶ Superbi blasphemi.] Cum nolint discere, doctrinam usurpant. *i* ¶ Parentibꝰ non obedientes: ingrati, scelesti, sine affectione.] Veteribus scilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerunt. *k* ¶ In pace, criminatores.] Pacis sanctorum. *l* ¶ Incōtinentes, immites, sine benignitate.] In omnibus uitijs. *m* ¶ Proditores.] Inuicem occupantes. *n* ¶ Proterui, tumidi &c.] Sollicitudo indicium est abundantioris amoris: qui enim seculi uoluptates quàm domini præcepta libentius audit aut loquitur, talis est. *o* ¶ Habentes speciem quidem pietatis.] In habitu uel doctrina. *p* ¶ Virtutē autem eius abnegantes.] Ipsam rem operibus abnegātes. *q* ¶ Et hos deuita.] Ne corrumpant mores bonos, colloquia praua. *r* ¶ Ex his enim sunt qui penetrant &c.] Illas capiunt quæ sunt onerata peccatis, impunitatem illis ac ueniam promittentes: siue infirmas mentes quæ fœminis comparantur.
s ¶ Quæ ducuntur uarijs.] Noua semper discere cupientes. *t* ¶ Semper discentes & nunq̄ ad scientiam ueritatis perueniunt.] Quia nihil definitum tenent: quisq; traditiones uult tenere diuersas, non probatas. Ab uno enim dicta ab alio destruuntur. *u* ¶ Quemadmodum autem Iamnes & Iambres restiterūt Moysi: ita & hi resistunt ueritati.] Sicut illi per Magicæ artis præstigias: ita & isti per argumentorū fallaciam. Simulq̄ ostendit Moysi ueritatis fuisse doctorē adueršus obtrectatores ueteris testamenti.
x ¶ Homines corrupti &c.] Tam moribus corrupti q̄ circa fidem reprobi.
y ¶ Sed ultra &c.] De omnibus hæreticis dicit, sed de his q̄s tunc cito nouerat in spiritu destruendos. Cæterū ipse inferius quosdam in peius *p* fecisse prædixit.
z ¶ Insipientia enim corū manifesta &c.] Cōfessi sūt, se dei digito superatos. *a* ¶ Tu aūt assecutus es meā doctrinā &c.] Plus tibi crede de me q̄ illis : siue idcirco tibi non timeo, quia scio te doctrinam & uirtutem meam optime cognouisse. *b* ¶ Persecutiones, passiones &c.] Ex his potuisti cognoscere, me nihil propter homines facere q tanta sum passus. *c* ¶ Et ex omnibus eripuit me dominus.] Ita & te de omnibus eripiet, si sequaris. *d* ¶ Et omnes q pie uolunt uiuere in Christo, persecutionē patientur.] Non solū ego, sed & omnes qui non occidunt animas in adulando. Timendum ergo nobis est, ne non pie uiuamus, q nihil patimur propter deū. *e* ¶ Mali autē homines & seductores proficiēt in peius, errantes & in errorem mittentes.] Hoc de adulatoribus dicit, qui dū à stultis hominibus diliguntur magis decepti decipiunt: siue de hæreticis accipiendum.
f ¶ Tu uero permane in his quæ didicisti.] Nolo ista te terreant uel seducant. *g* ¶ Et credita sunt tibi.] A deo per nos. *h* ¶ Sciens à quo didiceris, & qui ab infantia sacras literas nosti.] Siue à uero apostolo, siue per legem à deo. *i* ¶ Quæ te possunt instruere ad salutē.] Sine fide enim Christi, iam non sufficiunt ad salutem.
k ¶ Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est &c.] Ideo data est legis instructio, ut eius cōsilio cuncta facientes, iuste iusta faciamus. Cap. IIII.

TEstificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est uiuos & mortuos &c.] Cõtestatur illum per uniuersa quæ credit religio Christiana ut uerbũ dei instanter annunciet. Qui iudicaturus est uiuos & mortuos. Quia uiuos inueniet, mortuos suscitabit. *b* ¶ Prædica uerbum: insta oportune, importune.] Opportunum est libenter audire. Importunum est inuito prædicare. *c* ¶ Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.] Argue peccantes, contestare ne peccent. Increpa resistẽtes: sed hæc omnia cum patiẽtia & secundum doctrinam. *d* ¶ Erit tempus cum sanam doctrinã non sustinebũt.] Veram & pfectã: sicut Israel audire noluit pphetas. *e* ¶ Sed ad sua desideria coacerua-

A bunt sibi magistros &c.] Tales magistros inquirẽt, qui ea dicunt quæ ipsi audire desiderant, ut securi delinquant. *f* ¶ Prurientes auribus.] Qui delectare desiderant, non cõ-

B pungere. *g* ¶ Et à ueritate quidẽ auditum auertent: ad fabulas autem cõuertentur.] A ueritate legis quæ uitia damnat, ad rationes humanas, quæ deũ ut pium nõ uindicaturum esse cõcinãt. *h* ¶ Tu uero uigila, in omnibus labora.] Quæ ad utilitatem pertinent audientium. *i* ¶ Opus fac euangelistæ.] Verbum tuum, operibus cõformetur. *k* ¶ Ministerium tuum imple: sobrius esto.] Episcopatus scilicet. Nõ enim semper ero in corpore ut ualeam cõmonere. *l* ¶ Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.] Mortem suam, sacrificium deo futurum dixit, ut eum ad martyrium prouocet. *m* ¶ Bonum certamen certaui, cursum consummaui.] Modo iam confidenter hoc dicit, in extremo uitæ limite constitutus: comparatione autem utitur in agone certantium. *n* ¶ Fidem seruaui.] Fidem suscepti officij in finem usq; seruaui. *o* ¶ In reliquo reposita est mihi corona iusticiæ, quã reddet mihi dominus in die illa iustus iudex.] Qui nouit me usq; ad mortem pro iusticia dimicasse. *p* ¶ Nõ solum autem mihi.] Quia non personis debetur meritum, sed labori. *q* ¶ Sed & his qui diligunt aduentum eius.] Qui gaudent aduenisse Christum & iusticiam docuisse. Siue qui sic agunt ut ad uentum domini libenter expectent. *r* ¶ Festina ad me uenire cito. Demas me dereliquit diligens hoc seculum & abijt Thessalonicam.] Necesse erat ut diligens seculum, non amantem seculum relinqueret. Omne enim animal ad sibi simile coniungitur. *s* ¶ Crescens in Galatiam: Titus in Dalmatiã: Lucas est mecum solus.] Isti missi, si sunt, non deseruerunt. *t* ¶ Marcum assume & adduc tecũ: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum.] Verbi dei, uel cuiuslibet necessitatis. *u* ¶ Penulam quã reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros: maxime autem & mẽbranas.] Non dixit penulã meam: potuit enim conuersus aliquis, ad pedes eius inter cætera imposuisse uendendam. *x* ¶ Alexander ærarius multa mala mihi ostẽdit, reddat illi dominus secundũ opera eius.] Quoniam uerbis dei restitit, cũ habebant rationem. *y* ¶ Quem & tu deuita.] Monet cauere lantrantes. *z* ¶ Valde enim restitit uerbis nostris.] Si nostris restitit, quãto magis tuis? *a* ¶ In prima mea defensiõe nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.] Quando primum cœpi euangelium defendere. *b* ¶ ¶ Dominus mihi astitit & confortauit me.] Cum dicit sibi dominum in omnibus affuisse, ne timeat cohortatur. *c* ¶ Vt per me prædicatio impleatur & audiant omnes gentes.] Non quod ego mori timerem. *d* Et liberatus sum de ore leonis &c.] Persecutoris. *e* ¶ Liberauit me dominus ab omni opere malo.] Ab insidiantium malignitate. *f* ¶ Et saluum faciet in regnum suum cœleste.] Quemodo hic liberat, ita in regnum ducit. *g* ¶ Cui gloria in secula seculorum.] Ob hæc omnia. *h* ¶ Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem uenire &c.] Hic probatur quia non propter sanitatem carnalem tantum apostoli curabant, sed ut etiam signa monstrarent, quia hic suum discipulum non curauit. *i* ¶ Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.] Quia carne mortuus, spiritualiter uiuis.

Cõmentariorum in epistolam ad Timotheum finis.

TEstificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius: prædica uerbum, insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam nõ sustinebunt, sed ad sua desideria coacerua-

C bunt sibi magistros pruriẽtes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euãgelistę, ministerium tuum imple: sobrius esto. Egò enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquò reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Nõn solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festinà ad me uenire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc seculũ, & abijt Thessalonicam. Crescẽns in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quã reliqui Troade apud Carpum ueniens affer tecum & libros, maxime autem & membranas. Alexandẽr ærarius multa mala mihi ostẽdit, reddet illi dominus secundũ opera eius, quem

D & tu deuita. Valde enim restitit uerbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autẽ mihi astitit & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste: cui gloriã in secula seculorum: Amen. Saluta Priscum & Aquilam & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem uenire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

A COMMENTARIA IN EPISTOLAM ad Titum.

PAulus seruus dei.] Non peccati. b ¶ Apostolus Iesu Christi.] Non omnis seruus apostolus. Ideo autem Christi: quia ab ipso missus fuerat prædicare. c ¶ Secundum fidem electorum dei & agnitionem ueritatis &c.] Secundum eam fidē, qua credentes electi sunt, cum cognoscerēt ueritatem, quæ agnitio nō ex merito est, sed ex dominica ueritate.

d Quam promisit q non mentitur deus.] Si non mentitur, non exhibet aliud q̄ quod promisit, iustis, scilicet & iniustis: quāuis hominibus durum esse uideat. e ¶ Ante tēpora secularia.] Ante omnia tempora apud se proposuit per filium saluare credentes. f ¶ Manifestauit aūt temporib. suis uerbum suum.] Tūc manifestauit consilium suum, quādo præscierat factū esse B omnem scilicet mundum à iusticia diuersum. g ¶ Prædicatione quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei.] Quo Paulum & Barnabam segregare præcepit ut gentibus prædicarēt. h ¶ Tito dilecto filio secundum cōmunem fidem, gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro &c.] Secundum fidem filius, non natura. i ¶ Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego dispositui tibi.] Quæ desunt, recto tenore corrige, & tūc demum presbyteros poteris ordinare cum omnes in ecclesia fuerint recti. k ¶ Si quis sine crimine est, unius uxoris uir.] Notandum quod in sacerdote etiam alijs licita prohibentur. l ¶ Filios habentes fideles, non in accusatione luxuriæ: aut non subditos.] Ne non possit audenter corripere delinquentes: siue ut experimentum eius doctrinæ, de domus suæ disciplina noscatur. m ¶ Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem.] Ipsum dicit episcopū quem superius presbyterum nominauit. n ¶ Sicut dei dispensatorē.] Si ergo humanarū legum dispensatores presbyteri quæ runtur & iusti, quales esse debent qui diuina iura dispensant? o ¶ Non superbum, non iracundum, uinolentum, non percussorem non turpis lucri cupidum.] Non debet discipulus Christi percutere: qui percussus est, & nō repercussit. Non turpe lucrum adulando sectari, terrenum scilicet qui cœlestia & diuina promittit. p ¶ Sed hospitalem.] Primo uitia damnauit, ut uirtutes inseret secundum consuetudinem scripturarum. q ¶ Benignum.] Vt hospites non cum tristicia, sed cum beniuolentia suscipiat. C

AD TITVM

PAulus seruus dei Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei: et agnitionem ueritatis: quæ secundum pietatem est in spem uitæ æternæ: quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione: quæ credita est mihi secundum præceptū saluatoris nostri dei: Tito dilecto filio secundū communem fidem: Gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas: & constituas per ciuitates presbiteros: sicut & ego dispositui tibi: Si quis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ: aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui & seductores: maxime autem qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ: uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide: non intendentes iudaicis fabulis & mandatis hominum auersantium se à ueritate. Omnia munda, mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed

r ¶ Sobrium, iustū, sanctum, cōtinentē.] Incōtinentiā uel continentiam nunq̄ nominat apostolus, nisi in causa luxuriæ: iustum iudicio, cōtinentia sanctum: ne quia unius uxoris fecerat mentionē, locum incontinentiæ dedisse putaretur. s ¶ Amplectentem eum qui secundū doctrinam est fidelē sermonē.] Diligentem doctrinam & semper inde loquentem non fabulas seculares & uanas. t ¶ Vt potens sit exhortari &c.] Talis eligendus est, qui exhortari possit, & contradicentes arguere in doctrina sana, quæ sanat audientes, siue quæ nulla falsitate corrupta est.

u ¶ Sunt enim multi etiam inobediētes, D uaniloqui & seductores.] Apostolicæ doctrinæ non obtemperantes, & ad nullum profectum loquētes. x ¶ Maxime autem qui de circuncisione sunt.] Qui humanas potius traditiōes obseruāt q̄ diuina mandata. y ¶ Quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt &c.] Quæ iam superflua temporib⁹ Christi: ceremonias autē Iudæorum ab eis doceri dicit.

z ¶ Dixit quidā ex illis proprius ipsorum propheta.] Callimachus scilicet. Vide quales sunt, qui etiam à suis tale testimonium promerentur. a ¶ Cretenses semper mendaces.] Amantes mentiri, noxij oratores, pariter ocioſi. b ¶ Malæ bestiæ uentres pigri.] Ideo ferias & ocia libenter admittant. c ¶ Testimoniū hoc uerum est. Quam ob causam, increpa illos dure, ut sani sint in fide: non intendentes &c.] Traditionibus humanis, de quibus dominus in euangelio Iudæis loquitur: secundū Esaiā, dominum non in cōrde sed in labijs honorātes. Matth. 5.4
d ¶ Auersantium se à ueritate.] Noui scilicet testamēti. e ¶ Omnia munda mundis.] Quia adhuc secundum legem immunda uocabant. f ¶ Coinquinatis autem & infidelibus.] Coinquinati & infideles sunt, qui non credunt iugum legis à collo credentiū dñm abstulisse, id est, omnia quæ temporaliter fuerant instituta. g ¶ Nihil est mundū.] Eorum quæ in scientia eorum, immunda iudicantur.

¶ Sed

sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant: cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

Cap. II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes: ut sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto: non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant. Adolescentulas, ut uiros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis: ut non blasphemetur uerbum dei. Iuuenes similiter hortare ut sobrij sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est uereatur, nihil habens malum dicere de uobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornet in omnibus. Apparuit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populu acceptabilē, sectatorē bonorum operum. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Cap. III.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse: dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinē ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & uoluptatibus uariis: in malicia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas

a ¶ Sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.] Etiam in hoc ipso. b ¶ Confitentur se nosse deum, factis autem negant.] Se melius Christum dicunt nosse ut ex lege promissum: sed factis eius aduentum negant: cum se sine legis auxilio putant iustificari non posse.

c ¶ Cum sint abominati & increduibiles, & ad omne opus bonū reprobi.] In sola cōfessione legis religiosiores se dicunt, cum illa non faciant quæ quæruntur.

Cap. II.

TV autem loquere quæ decēt sanam doctrinam.] Quæ ad uitam pertinent Christi. e ¶ Senes ut sobrij sint, pudici, prudētes: sani in fide: in dilectione, in patientia.] Hic senes ætate & ordine possunt intelligi, ecclesiæ præcipue seniores, quib. omnibus formā præbere necesse est.

f ¶ Anus similiter.] Quæ ad aliarum eligēdā exemplum.

g ¶ In habitu sancto non criminatrices.] Habitus enim nō sanctus est, de quo alibi B dicit: Non tortis crinibus, & reliqua.

h ¶ Non multo uino seruientes.] Sed paruo utentes. i ¶ Bene docentes &c.] Docere illis permisit, sed fœminas, & hoc non in ecclesia sed priuatim. k ¶ Adolescentulas, ut uiros suos ament &c.] Non alienos, siue ideo dicit, ne altæ quæ continentes erant, non diligerent uiros suos, & uerbum dei tanq̄ dissidium prædicans cuparetur. l ¶ Domo curam habentes.] Ne uiros suos in aliquo contristarent.

m ¶ Benignas, subditas uiris suis: ut non blasphemetur &c.] Ne uel ipsæ blasphement, si gentes sunt, uel alij uidentes eas peiores effectas q̄ fuerant ante fidem. n ¶ Iuuenes similiter hortare ut sobrij sint.] Auferentes ab eis causam luxuriæ. o ¶ In omnibus.] Quæ iunguntur, siue non solum corpore sed & mente. p ¶ Teipsum præbe exemplum bonorū operum.] Ne exemplo destruas uerbum, & ut audenter corripias delinquētes. q ¶ In doctrina in integritate, in grauitate.] Quo solum modo doceri potest: integritas uero nec muneribus corrumpitur nec acceptione personæ. r ¶ Verbum sanum, irreprehensibile.] Nullius adulationis accensione languens. s ¶ Vt is qui ex aduerso est uereatur nullū ma-

lum habens dicere de uobis.] Qui tibi potest contradicere si qd in te tale notauerit. t ¶ Seruos dominis suis subditos esse &c.] Quæ imperant iusta. u ¶ Non contradicentes.] Ne murmurationem facientes, & mercede priuemini, & homini existatis ingrati. x ¶ Nō fraudantes sed omnibus fidem bonam ostendentes.] Siue in his quæ illis cōceduntur, siue ut in opere ostendant bonū esse quod credunt. y ¶ Vt doctrinā saluatoris nostri dei &c.] Dū eorū operibus laudantur. z ¶ Apparuit enim gratia dei &c.] Nullam cōditionem excipit. a ¶ Erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria.] Seculare est omne desiderium carnale & omnis habitatio temporalis. b ¶ Sobrie.] Perfecte, domino dicente: Attendite ne grauentur corda uestra ī crapula & ebrietate & curis huius uitæ. c ¶ Iuste & pie uiuamus &c.] Iustitia non temperatur nisi pietas adiungatur. d ¶ Expectantes beatam spem.] Qui eius mādata seruauerint. e ¶ Et aduentū gloriæ magni dei &c.] Spiritū dicit magnum deum, quia ipsius expectamo aduētū. f ¶ Qui dedit semetipsum p nobis &c.] Quia se dedit, caueamus ne beneficiū eius inane & irritum faciamus. g ¶ Hæc loquere & exhortare.] Omnis sermo tuus in hac exhortatione consistat. b ¶ Et argue cum omni imperio.] Acriter argue eos qui ita non uiuunt. i ¶ Nemo te contemnat.] Talē te exhibe ne contemni possis. Vita em

Cap. III.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos &c.] Non ad aliquod malum. l ¶ Neminem blasphemare.] Ne illos quidem qui merētur. m ¶ Non litigiosos esse, sed modestos.] Ne uicem reddendo prouocent litem. n ¶ Omnē ostendentes mansuetudinem &c.] Non solū ad bonos uel ad amicos. o ¶ Eramus enim aliquando & nos insipientes &c.] Ne desperent correptiōe sua, opponit exemplū se, quia & nos fuimus, inquit, tales: debemus igitur patienter eorū insipiētiam tolerare. p ¶ Cum autē benignitas &c.] Siue largitas misericordiæ dei, siue secundum hominem Christus.

¶ Per

nitas apparuit saluatoris nostri dei: non ex operibus iu
stitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam
suam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis & re
nouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde
per Iesum Christum saluatorem nostrum: ut iustificati
gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æter
næ. Fidelis sermo est. Et de his uolo te confirmare: ut cu
rent bonis operibus præesse qui credũt deo. Hæc sunt
bona & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones &
genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita.
Sunt enim inutiles & uanæ. Hæreticum hominem post
unã & secundã correptionẽ deuita, sciẽs quia subuersus
est, q eiusmodi est, & delinquit cũ sit pprio iudicio con
demnatus. Cum misero ad te Artemam aut Tychicum,
festina ad me uenire Nicopolim: Ibi enim statui hye
mare. Zenam legisperitum & Apollo sollicite præ
mitte, ut nihil illis desit. Discant autem & uestri bonis
operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint in
fructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Salu
ta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus
uobis. Amen.

a ¶ Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti.] Quia nos spiritus sanctus per baptismum renouauit. b ¶ Quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum.] Abundantius quàm in ueteri testamento. c ¶ Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spem uitæ æternæ.] Non secundum carnalem hæreditatem uitæ temporalis. d ¶ Fidelis est sermo &c.] Ne quis dubitet. e ¶ Et de his uolo te confirmare.] Cõfirmare scientem, nõ instruere ignorantem. f ¶ Vt curent bonis operibus præesse qui credũt deo.] Ad bona opera docẽda præesse. g ¶ Hæc sunt bona & utilia hominibus.] Hæc non illa quæ sequuntur. h ¶ Stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones.] Non uult nos superfluis cõtentionibus implicari, quæ in lege de generationib. oriuntur: sed hæc loqui semper de quib⁹ proficient audientes. i ¶ Et pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & uanæ.] Quasi contrariæ oppositiones quas hæretici consectantur. k ¶ Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est &c.] Nec circa ipsos nos occupari permittit, si correpti iterum non corrigantur: ne tempus inani contentione perdamus, & aliquid proprio iudicio conatus nihil efficiat: quia uni cuiq; manet libertas arbitrij, & funiculis peccatorũ unusquisq; constringit. l ¶ Cũ misero ad te Artemã aut Tychicũ, festina ad me uenire Nicopolim: ibi statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicite præmitte ut nihil illis desit.] Vt nihil perdant de fructu doctrinæ tardantes. m ¶ Discant autem & uestri bonis operibus præesse ad usus necessarios: ut nõ sint infructuosi.] Idipsũ repetit quod superiꝰ dixerat: Curent bonis operibus præesse credentes. n ¶ Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos &c.] Qui nos fideliter amant, siue qui fidei causa nos amant. Notandum quod excipit apostolus quos salutat.

Commentariorum in epistolam ad Titum finis.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM ad Philemonem.

PAulus uinctus Iesu Christi.] In carcere uel in catenis. o ¶ Philemoni dilecto adiutori nostro, & Apphiæ charissimæ.] In euangelio adiutrici. Apphia uero soror uel coniunx creditur. p ¶ Et Archippo cõmilitoni nostro.] Hic diaconꝰ erat, de quo ad Colossenses ait: Dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti ut illud impleas. q ¶ Et ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia uobis & pax à deo &c.] Cum omni gratiarum actione & cũ gaudio exorat. r ¶ Gratias ago deo meo &c. audiens charitatem tuã & fidẽ.] Quæ nobis in bonis operibus innotescit. s ¶ Quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos.] Qui diligit caput, necesse est eum omnia diligere mẽbra. t ¶ Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu.] Omnes sanctos diligis intantum, ut omnes boni nostrorum in Christo euidenter te fidelem esse cognoscant. u ¶ Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua: quia uiscera sanctorum requieuerũt per te frater.] Quos hospitio recipiens refecisti. x ¶ Propter quod multã fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi.] Cũ nobis causa ipsiꝰ dederit fiduciam imperandi, tamen charitate faciendi obsecrare malumus quàm iubere. y ¶ Quod ad rẽ pertinet.] Quod ad rem pertinet rei Christianæ. z ¶ Propter charitatem magis obsecro cum talis sis ut Paulus senex: nũc aũt & uinctꝰ Iesu Christi.] Moribus talis, qualis ille, qui in senectute etiã pro Christo uincula non recusat. a ¶ Obsecro te pro filio meo &c.] Quando erat gentilis uel carnalis.

AD PHILEMOMEM

PAVLVS uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemõni dilecto adiutori nostro, & Apphiæ sorori charissimæ, & Archippõ cõmilitoni nostro, & ecclesię quæ in domo tua est: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Grãtias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos: ut cõmunicatio fidei tuæ euidẽs fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui & consolationẽ in charitate tua: quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater: Propter quod multam fiduciã habens in Christo Iesu, imperãdi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatẽ magis obsecro cum sis talis ut Paulus senex nunc autem & uinctus Iesu Christi: obsecrõ te pro meo filio quem genui in uinculis Onesimo

Col. 4. d

Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem & mihi & tibi utilis quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea uiscera suscipe. Quem ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nihil uolui facere: uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut in æternum illum reciperes: iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne & in domino. Si ergo me habes sociu, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam: ut no dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

A a ¶ Tu autem illum ut mea uiscera suscipe.] Velut filium nostrum charissimum. b ¶ Quem ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij.] Ex hoc cognosce qualis sit, qui mihi ita placuit ut tua uice ministraret. c ¶ Sine cõsilio autem tuo nihil uolui facere.] Ita loquit ut eũ ad ipsum remittat, siue ut magis eius utilitas commendetur. d ¶ Vt ne uelut ex necessitate bonum tuum esset sed uoluntarium.] Notandum quod neminem uoluerit necessitate boni aliquid facere, ne mercedem amitteret. e ¶ Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut in æternum illum reciperes.] Forte hoc dei prouidentia procurauit. f ¶ Iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem.] Iam enim non quasi ex necessitate seruus, sed quasi frater uolũtarius. g ¶ Maxime mihi: quanto autem magis tibi: & in car-
B ne & in domino.] Cui & carnaliter & secundum fidem debet obsequium. C
b ¶ Si ergo me habes socium, suscipe illum sicut me.] Si me diligis, ita illum suscipe sicut me: quia ego illum diligo sicut te. i ¶ Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulꝰ scripsi manu mea: ego reddam ut non dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino: refice uiscera mea in Christo. Confidẽs in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniã & super id quod dico facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis.] Hic ostenditur, quia prima uice sit ex urbe dimissus. k ¶ Salutat te Epaphras cõcaptiuꝰ meꝰ in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro &c.] Non alicuius criminis causa, sed fidei societate.
D

COMMENTARIORVM IN OMNES PAVLI EPISTOLAS FINIS.

DIVI HIERONYMI AD PAVLINIANVM IN LIBRVM DIDYMI de spiritu sancto Præfatio.

CVM in Babylone uersarer: & purpuratæ meretricis essem colonus: & iure Quiritum uiuerem: uolui garrire aliquid de spiritu sancto, & cœptum opusculum, eiusdem urbis pontifici dedicare: Et ecce olla illa quæ in Hieremia post baculum cernitur à facie Aquilonis cœpit ardere: & pharisæorum conclamauit senatus, & nullus scriba uel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum, aduersum me imperitiæ factio coniurauit. Ilico ego uelut postliminio Hierosolymam sum reuersus: & post Romuli casam & ludorum lupercalia, diuersorium Mariæ & saluatoris speluncam aspexi. Itaq; mi Pauliniane frater, quia supradictus pōtifex Damasus qui me ad hoc opus primus impulerat, iam dormit in Christo: tam tuo quàm uenerabilium mihi ancillarum Christi, Paulæ & Eustochij nunc adiutus oratu: canticum quod cantare non potui in terra aliena: hic à uobis in Iudæa prouocatus immurmuro, augustiorem multo locum existimans, qui saluatorem mundi, quàm qui fratris genuit parricidam. Et ut autorem titulo fatear: malui alieni operis interpres existere, quàm (ut quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus adornare. Legi dudum cuiusdam libellos de spiritu sancto, & iuxta Comici sententiam, ex Græcis bonis, Latina uidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil uirile atq; districtum, quod lectorem uel ingratis in assensum trahat: sed totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formosum & exquisitis hincinde odoribus pigmentatum. Didymus uero meus, oculum habens sponsæ de Cantico canticorum: & illa lumina quæ in candentes segetes sublimari Iesus præcepit, procul altius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, ut uidens uocetur propheta. Certe qui hunc legerit: Latinorum furta cognoscet, & contemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est & non scientia: apostolicum uirum ex ipso sermone exprimens, tam sensuum nomine quàm simplicitate uerborum.

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO LIBER PRIMVS, DIVO Hieronymo interprete.



OMNIBVS quidem quæ diuina sunt, cum reuerentia & uehementi cura oportet intendere, maxime autem his quæ de spiritus diuinitate diuntur: præsertim cum blasphemia in eum sine uenia sit, ita ut blasphemantis pœna tendatur nō solum in omne præsens seculum, sed etiam in futurum. Ait quippe saluator, blasphemanti in spiritum sanctum nō esse remissionem, neq; in isto seculo, neq; in futuro. Vnde magis ac magis oportet intendere: quæ scripturarum de eo relatio sit: ne in aliquem saltem per ignorantiam blasphemiæ error obrepat. Expedierat quidem fideli & timido moderanti uires suas magnitudinem præsentis quæstionis silentio præterire: & rem plenam periculo, non in suum discrimen attrahere. Verum quoniam quidam temeritate potius, quàm recta uia etiam in superna eriguntur, & hæc de spiritu sancto iactitant, quæ neq; in scripturis lecta, neq; à quoquam ecclesiasticorum ueterum usurpata sunt, compulsi sumus creberrimæ adhortationi fratrum cedere, quæq; sit nostra de ea opinio, etiam scripturarum testimonijs comprobare, ne imperitia tanti dogmatis hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui sine discussione solicita, in aduersariorum sententiam statim pertrahuntur. Appellatio spiritus sancti & ea quæ monstratur ex ipsa appellatione substantia: penitus ab his ignoratur qui extra sacram scripturam philosophantur. Solummodo enim in nostratibus literis, &

notio eius & uocabulum refertur, tam in nouis quàm in ueteribus. Veteris quippe testamenti homo Dauid, particeps eius effectus, orabat ut in se permaneret dicens: Spiritū tuum sanctum ne auferas à me. Et Danieli adhuc puero susciтasse dicitur deus spiritum sanctum, quasi iam habitantem in eo. Necnon etiam in nouo testamento, hi uiri qui deo placuisse referuntur, spiritu sancto pleni sunt. Ioannes quippe adhuc in matris utero sanctificatus exultat. Et Iesus à mortuis resurgens, cum insufflasset in faciem discipulorum ait: Accipite spiritum sanctum. Plena sunt uolumina diuinarum scripturarum his sermonibus, quorum congeriem in præsenti opere digerere supersedi: quia difficile non est ex his quæ assumpsimus unumquemq; lectorem sibi similia reperire. Nemo autem suspicetur alium spiritum sanctum fuisse in sanctis uiris ante aduentum domini: & alium in apostolis cæterisq; discipulis, & quasi nomina in differentibus esse substantijs. Possumus quidem testimonia de diuinis literis exhibere: quia idem spiritus & in apostolis & in prophetis fuerit. Paulus in epistola quam ad Hebræos scribit: de psalmorum uolumine testimonium proferens ab spiritu sancto id dictum esse commemorat. Et sicut dicit hic spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra &c. In fine quoque Actuum apostolorum cum Iudæis disputans ait: Sicut spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens auditionem audietis, & non intelligetis. Neque enim Paulus alium habens spiritum sanctum, hæc de eo scripsit, qui in prophetis ante aduentum domini alius fuit: sed de eo cuius & ipse particeps fuit, & omnes qui in fide consummatæ uirtutis ferebantur. Vnde & cum articulo eius meminit, quasi solitarium & unum esse contestans: ubi dicit non simpliciter πνεῦμα ἅγιον: hoc est spiritus sanctus, sed cum additamento articuli τὸ πνεῦμα ἅγιον: hoc est hic spiritus sanctus. Et Esaiam prophetasse commemorat cum articulata uoce διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου, id est per hunc spiritum sanctum, & non simpliciter πνεῦμα ἅγιον. Petrus quoque in eo sermone quo præsentibus persuadebat, Oportuerat, inquit, impleri scripturam, quam locutus est spiritus sanctus, id est τὸ πνεῦμα ἅγιον, per os Dauid de Iuda, ostendens & ipse eundem spiritum, & in prophetis & in apostolis operatum. Plenius de hoc in consequentibus tractabimus, cum dicere cœperimus, nō solum dominum uerbum factum esse ad prophetas, sed & spiritum sanctum, quia & inseperabiliter possidetur, cum unigenito filio dei. Ipsa uox spiritus sancti, non est uacua appellatio, sed subiacentis essentiæ demonstratrix, patri filioq; socia, & à creaturis penitus aliena. Cum enim creaturæ in uisibilia & in inuisibilia, id est in corporalia & in incorporalia partiantur, nec de corporalibus substantijs est spiritus sanctus, animæ & sensus habitator, sermonis & sapientiæ & scientiæ effector, nec de inuisibilibus creaturis. Hæc quippe omnia, sapientiæ & cæterarum uirtutum & sanctificationis capacia sunt. Ista uero substantia de qua nunc sermo est, sapientiæ & scientiæ & sanctificationis effectrix est. Neq; enim inueniri potest aliqua in spiritu sancto fortitudo, aut operatio sanctificationis uirtutisq;, quam ab extraneo quodam sustineat, quia istiusmodi natura, mutabilis est. Porro spiritus sanctus, confessione omnium immutabilis est sanctificator, scientiæ diuinæ & uniuersorum attributor bonorum, & ut breuius dicam, ipse subsistens in his bonis quæ à domino largiuntur. Nam eundem euangelij locum Matthæus Lucasq; describens, alter ex his ait, Quanto magis pater cœlestis dabit bona petentibus se? Alter uero, Quanto magis pater uester cœlestis dabit spiritum suum sanctū petentibus se? Ex quibus apparet spiritum sanctum plenitudinem esse donorum dei, & ea quæ diuinitus administrantur non absque eo subsistere, quia omnes utilitates, quæ ex donorum dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte demanant. Quod autem substantialiter bonum est, non potest extraneæ capax esse bonitatis, cum ipsum tribuat cæteris bonitatem. Igitur manifestum est, non à corporalibus tantum, sed & ab incorporalibus creaturis extraneum esse spiritum sanctum: quia cæteræ substantiæ hanc substantiam sanctificationis accipiunt, iste uero non tantum non est capax sanctificationis alienæ, sed insuper attributor est & creator. Denique qui communione fruuntur, participes dicuntur spiritus sancti, sanctificati utique ab eo. Perspicue enim scriptum est, quod spiritui gratiæ, in quo sanctificatus est, contumeliam faciens, graui punietur peccato. Si autem sanctificatus est per communionem spiritus sancti, ostenditur quod ipse particeps eius fuerit, & largitor eius sanctificationis spiritus sanctus. Apostolus

A ſtolus quoq; ad Corinthios ſcribens: & enumerans eos qui regnum cœlorum ſunt conſecuturi, addit dicens: Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri. Spiritum dei non alium aſſerens eſſe quàm ſpiritum ſanctum. Etenim in conſequentibus idem approbat, dicens: Nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu, & nemo dicit dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto: ſpiritum dei, ſpiritum ſanctum eſſe confirmans. Si igitur ſanctificator eſt: non mutabilis, ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtenditur. Immutabilem autem ſubſtantiam dei tantum & unigeniti filij eius, manifeſtiſſime tradunt diuina eloquia: conuertibilem & mutabilem omnem creaturarum ſubſtantiam prædicantia. Ergo quoniam ſubſtantia ſpiritus ſancti non conuertibilis ſed inconuertibilis demonſtrata eſt: non erit creaturæ ὁμούσιον. Eſſet quippe & creatura immutabilis, ſi cum patre poneretur & filio: eandē habens inconuertibilitatē. Omne enim quod alieni boni capax eſt: ab hac ſubſtantia ſeparatur. Tales autem ſunt cunctæ creaturæ: deus uero cum bonus, fons & principium bonorum eſt: facit igitur eos bonos, quibus ſe impertit, bonus ipſe non factus ab alio, ſed ſubſiſtens: ideo capabilis, non capax. Vnigenitus quoque filius, eius ſapientia & ſanctificatio non fit ſapiens, ſed ſapientes facit: & non ſanctificatur, ſed ſanctificat. Vnde & ipſe capabilis eſt, & non capax. Cum igitur inuiſibilis creatura, quam rationabilem & incorporalem ſubſtantiam uocari conſuetudinis eſt, non ſit capabilis, ſed capax: ſi enim capabilis eſſet, nullius boni capax eſſet, per ſe ſimplex ipſa ſubſiſtens & alterius boni receptatrix: participatione habeat bonum, & non de his quæ habentur ab alijs, ſed de his quæ habent alia intelligatur, patre & filio habitis magis quàm habentibus: creatura uero habente, & non habita: de ſpiritu quoque ſancto retractemus, & ſi quidem ipſe quoque participatione alterius ſanctimoniæ ſanctus eſt, connumeretur cæteris creaturis. Si uero ſanctos facit capaces ſui: cum patre ponatur & filio. Quod autem ab alijs capiatur ſpiritus ſanctus, & non alia capiat, & nunc & in ſectarum uolumine prout potuimus expreſſimus: & ex omni ſcriptura ſermonem noſtrum affirmare perfacile eſt. Beatus quo-
B que Apoſtolus ad Epheſios ſcribens ait: In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Si enim ſignantur quidam ſpiritu ſancto, formam & ſpeciem eius aſſumentes: ex his eſt ſpiritus ſanctus, quæ habentur & non habent: habentibus illum ſignaculo eius impreſſis. Ad Corinthios quoque idem ſcribens: Nolite, inquit, contriſtare ſpiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis: ſignatos eſſe conteſtans eos qui ſuſceperāt communionem ſpiritus ſancti. Quomodo enim diſciplinæ & uirtutis aſſumptor, ſignaculum & figuram (ut ita dicam) in ſuum ſenſum recipit eius ſcientiæ, quam aſſumpſit: ſic & is qui ſpiritus ſancti particeps efficitur, per communionem eius fit ſpiritualis pariter & ſanctus. Ipſe ſpiritus ſanctus, ſi unus de creaturis eſſet: ſaltem circunſcriptam haberet ſubſtantiam: ſicut uniuerſa quæ facta ſunt. Nam & ſi non circunſcribantur loco & finibus, inuiſibiles creaturæ: tamen proprietate ſubſtantiæ finiuntur. Spiritus autem ſanctus cum in pluribus ſit: non habet ſubſtantiam circunſcriptam. Mittens quippe Ieſus prædicatores doctrinæ ſuæ, repleuit eos ſpiritu, & inſufflans in faciem eorum: Accipite, inquit, ſpiritum ſanctum, & euntes docete omnes gentes, quaſi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes apoſtoli, ad omnes gentes pariter ſunt profecti, ſed quidam in Aſiam, quidam in Scythiam, & alij in alias diſperſi nationes, ſecundum diſpenſationem illius quem ſecum habebant ſpiritus ſancti, quomodo & dominum dicentem: uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. His & illud congruit: Accipietis uirtutem ſuperueniētis ſpiritus ſancti in uos, & eritis teſtes mihi in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & uſque ad extremum terræ. Si ergo hi in extremis finibus terræ ob teſtimonium domini conſtituti, diſtabāt inter ſe longiſſimis ſpacijs: aderat autem eis inhabitator ſpiritus ſanctus, incircunſcriptam habens ſubſtantiam, demonſtratur angelica uirtus ab hoc prorſus aliena. Angelus quippe qui aderat, uerbi gratia, Apoſtolo in Aſia oranti: non poterat ſimul eodem tempore adeſſe alijs in cæteris partibus mundi conſtitutis, Spiritus autem ſanctus non ſolum ſeiunctis à ſe hominibus præſto eſt, ſed & ſingulis quibuſq; angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator aſſiſtit: & ut homines ſanctificans, alterius quàm ſunt homines eſt naturæ, ſic & alias creaturas ſanctificans, alius ab earum eſt ſubſtantia, quoniam

omnis creatura non ex sua substantia,sed ex communione alterius sanctitatis,sancta perficitur. c
Dicti sunt quidem sancti angeli in euangelio saluatore dicente, uenturum esse filium hominis in maiestate sua & patris,& sanctorum angelorum.Et Cornelius in Actibus apostolorum à sancto angelo scribitur accepisse responsum, ut Petrum ad se Christi discipulum uocaret. Verum sancti sunt angeli participatione spiritus sancti, & inhabitatione unigeniti filij dei, qui sanctitas est & communicatio patris. De quo saluator ait: Pater sancte. Si igitur angeli non ex propria substantia sancti sunt,sed ex participatione sanctæ trinitatis, alia angelorum ostenditur à trinitate esse substantia. Vt enim pater sanctificans, alius est ab his qui sanctificantur: & filius est alius ab his quos efficit sanctos, ita & spiritus sanctus alterius est substantiæ ab his quos sui largitione sanctificat. Si uero hæretici proposuerint ex natura conditionis suæ angelos sanctos esse:consequenter coguntur dicere ὁμουσίους esse trinitati,& inconuertibiliter eos iuxta substantiam sanctos esse.Si autem hoc refugientes,dixerint unius quidem naturæ esse cum cæteris creaturis, non tamen eandem habere sanctitatem, quam homines habent, necessario deducentur, ut dicant multo melioris homines esse substantiæ: cum hi per communionem trinitatis habeant sanctitatem,& angeli propria natura sancti ab ea sint alieni. Sed uota sunt hominum perfectorum,& ad consummationem sanctitatis uenientium, æquales angelis fieri. Angeli quippe hominibus,& non homines angelis auxilium tribuunt,ministrantes eis salutem, & annuntiantes eis largiora dei beneficia.Ex quo liquido ostenditur,honorabiliores & multo meliores esse angelos hominibus per germaniorem, ut ita dicam, & pleniorem trinitatis assumptionem. Quapropter cum alius sit spiritus sanctus ab his quæ ipse sanctificat, non est unius naturæ cum cæteris creaturis quæ eum recipiunt. Si autem alterius est naturæ à creaturis, & in propria subsistit essentia:increatus & ineffectus ostenditur.Multæ scripturæ sunt, quæ sine ambiguitate conuincant,alterius eum à cunctis conditionibus esse naturæ. Quidam etiam spiritu sancto pleni esse dicuntur:nemo autem siue in scripturis,siue in consuetudine plenus creatura dicitur. Neq; enim aut scriptura sibi hoc uendicat, aut sermo communis, ut dicas plenum esse quempiam angelo, throno,dominatione: soli quippe diuinæ naturæ,hic conuenit sermo: dicimus autem uirtutis & disciplinæ quosdam esse plenos, ut illud: Repletus est spiritu sancto: non aliud significantes quàm plenos esse consummatæ atque perfectæ uirtutis.Scriptum est de Ioanne: Et spiritu sancto implebitur adhuc ex utero matris suæ. Et iterum: Repleta est spiritu sancto Elisabeth. Et post alia. Et spiritu sancto repletus est Zacharias pater eius. Haud dubium, quin & Ioannes prophetauit. Necnon in Actibus apostolorum de multis credentibus qui in unum conuenerant refertur: Repleti sunt spiritu sancto. Cum autem participabilis sit spiritus sanctus, ad similitudinem sapientiæ ac disciplinæ, non in cassis nominibus scientiæ substantiam possidet, sed per naturam sanctificantem & implentem bonis uniuersa bonus ipse subsistit,iuxta quam & repleti quidem spiritu sancto esse dicuntur: ut in Actibus apostolorum scriptum est: Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur uerbum dei cum fiducia.Quomodo enim qui aliqua disciplina plenus est, quia perfecte eam habet, erudite & subtiliter poteſt de ea proferre sermonem: sic qui spiritum sanctum consummate acceperint, ita ut impleantur eo, cum fiducia uerbum dei loquuntur, quia præsens spiritus sanctus dignam deo uocem ministrat. Hinc quidam cum supercilio ait:Hæc dicit spiritus sanctus.Et apostolus,Sed implemini,inquit,spiritu sancto. Et in multis locis Actuum apostolorum, pleni fuisse spiritu sancto discipuli domini scribuntur. Considerate ergo fratres uiros ex uobis testimonium habentes septem, plenos spiritu sancto & sapientia.Et de Stephano,Cum autem plenus esset spiritu sancto,intuens in cœlum uidit gloriam dei,& Iesum stantem à dextris dei.Et de electionis uase dicitur. Saulus autem qui & Paulus plenus spiritu sancto, intuens in eum ait. Et in commune de uniuersis credentibus annotatur. Discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto. Angeli autem præsentia siue alicuius alterius excellentis naturæ quæ facta est,non implet mentem atque sensum, quia & ipsa alicunde completur. Quomodo enim ex plenitudine quis accipiens saluatoris, plenus efficitur sapientia & uirtute & iusticia & sermone dei:sic qui spiritu sancto plenus est, statim uniuersis donationibus dei repletur,sapiẽtia,scientia,fide,cæterisq; uirtutibus. Qui igitur implet uniuersas creaturas d

turas

A turas quæ tamen poſſunt uirtutem & ſapientiam capere, non eſt ex his quæ ipſe complet. Ex quo colligitur alterius eum eſſe ſubſtantiæ, quàm ſunt omnes creaturæ. Diximus & alibi, quia ſuperintelligatur in ſancti ſpiritus ſubſtantia etiam plenitudo munerum diuinorum. Denique impoſſibile eſt gratiam dei ſortiri quempiam, ſi non habeat ſpiritum ſanctum, in quo approbamus cuncta dei dona conſiſtere. Quod uero is qui habet eum, ſermonem quoque ſapientiæ & reliqua bona perfecte conſecutus ſit, & nunc manifeſte ſermo demonſtrat, & paulo ante diximus ſubſtantiam bonorum dei ſpiritum ſanctum eſſe, cum poſuimus exemplum: Dabit patet ſpiritum ſanctum petentibus ſe, & dabit pater bona petentibus ſe. Nec exiſtimare debemus ſpiritum ſanctum ſecundum ſubſtantias eſſe diuiſum, quia multitudo bonorum dicatur: Impaſſibilis enim & indiuiſibilis atque immutabilis eſt, ſed iuxta differentes efficientias & intellectus, multis bonorum uocabulis nuncupatur, quia participes ſuos non iuxta unam eandemq; uirtutem communione ſui donet, quippe cum ad utilitatem uniuſcuiuſque aptus ſit, & repleat bonis eos, quibus iudicat ſe adeſſe debere. Denique Stephanus primus ille teſtis ueritatis, & dignus ſuo nomine, plenus ſapientia & ſpiritu ſancto dictus eſt, ſapientia conſequenter ſuperintellecta, commorante in eo ſpiritu ſancto, ſicut loquitur ſcriptura: Et elegerunt Stephanum plenum fide & ſpiritu ſancto apoſtoli. Et, Stephanus autem plenus gratia & uirtute, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Et adhuc de eodem: Et non ualebant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur in illo. Plenus enim ſpiritu ſancto uir beatus & fidei effectus eſt particeps, quæ ex ſpiritu ſancto uenit, iuxta illud: Alij autem fides in eodem ſpiritu. Et gratiam atq; uirtutem, iuxta eundem ſpiritum habens, ſigna & prodigia magna faciebat in populo. Necnon & illis donationibus ſecundum eundem ſpiritum affluebat, quæ uocantur curationum gratiæ atque uirtutes. Et hæc enim in enumeratione donorum dei, in ſpiritu & ſecundum ſpiritum, in prima apoſtoli Pauli epiſtola ad Corinthios collocantur. Intantum autem Stephanus diuina gratia abundabat, ut nemo contradicentium & eorum qui aduerſus eum diſputabant, ualerent
B reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur in illo. Erat quippe ex ſpiritu ſancto ſapiens. Vnde & ad diſcipulos ſuos Ieſus perſpicue proclamat: Cum introducti fueritis ad principatus & poteſtates & concilia & ſynagogas, nolite eſſe ſoliciti quid uos oporteat dicere, aut quid loquamini in illo tempore. Dabuntur enim uobis à ſpiritu ſancto ſermones ſapientiæ, quibus non queant contradicere, nec hi quidem qui uehementer in diſputationibus callent. Sed ponamus ipſum teſtimonium quod ita contexitur, Cum autem introduxerint uos in ſynagogas ad principatus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe quomodo, aut quid reſpondeatis. Spiritus enim ſanctus docebit uos in eadem hora quæ oporteat dicere. Et in alio euangelio. Ponite ergo in cordibus ueſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis: Ego quippe dabo uobis os & ſapientiam, cui non ualeant contradicere, aut reſpondere. Spiritu uero ſancto tribuente apoſtolis uerba aduerſus eos qui euangelio contraibant, dilucide oſtenditur in ſubſtantia eius ſuperintelligi ſapientiæ & ſcientiæ ſermonem. Quomodo autem ſaluator in illa hora os & ſapientiam diſcipulis largiatur, quibus contradicere non queant, ne hi quidem qui apud homines eloquentiſſimi putantur, non eſt huius temporis differere, quia nunc propoſuimus oſtendere ſuperintelligi ſemper in ſpiritu ſancto dona uirtutum, ita ut is qui eum habet, donationibus dei plenus habeatur. Vnde & in Eſaia, ipſe deus cuidam dicit: Ponam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones meas ſuper filios tuos. Nunquam enim accipit quiſquam ſpirituales benedictiones dei, niſi præceſſerit ſpiritus ſanctus. Qui enim acceperit ſpiritum ſanctum, conſequenter habebit benedictiones, id eſt, ſapientiam & intellectum & cætera de quibus ita ſcribit apoſtolus: Propter hoc & nos, ex quo die audiuimus, non ceſſamus orantes pro uobis & deprecantes ut impleamini cognitione uoluntatis eius in omni ſapientia & intelligentia ſpirituali, ambulantes digne deo. Eos enim qui digne ſibi per opera & ſermones & prudentiam incedunt, impleri ait uoluntate dei, ponentis ſuper eos ſpiritum ſanctum, ut impleantur ſapientia & intellectu, & reliquis ſpiritualibus bonis. Sapientia autem & intellectus quæ in ſpiritu ſancto ſunt, à deo dantur. Dominus, inquit, dabit ſapientiam, & à facie eius ſapientia & intellectus procedit, cum ea ſapientia quæ ab hominibus uenit non ſit ſpiritualis, ſed carnea & humana. De hac itaque Apoſtolus

ſcribit: Non in ſapientia carnali, ſed in gratia dei conuerſati ſumus in mundo: carnalem ſapien- C
tiam dicens quæ in rebus corporeis ex humano ſubſiſtit cogitatu. Porro ſpiritualis ſapientia &
intellectualis, circa inuiſibilia & intellectualia ſe tenens: per operationem ſpiritus ſancti capien-
tibus ſe, ſui præſentiam tribuit. In multis quoque alijs locis Apoſtolus memorat in ſpiritus ſan-
cti ſubſtantia, dei munera commorari, ſicut in illo: Deus autem ſpei repleat uos omni gaudio
& pace in credendo: ut abundetis in ſpe & uirtute ſpiritus ſancti. Deus autem largitor bono-
rum, ſpem quam promiſit, reddet in uirtute ſpiritus ſancti, his qui habent illum: gaudio & pa-
ce complet eos, qui imperturbatam & ſedatam cogitationem poſſidentes, lætas habent men-
tes & ab omni perturbationum tempeſtatate tranquillas. Qui autem in uirtute ſpiritus ſancti
prædicta bona fuerint conſecuti: etiam rectam fidem in trinitatis myſterio conſequentur. In
alio quoque loco eiuſdem epiſtolæ: Non eſt, inquit, regnum dei cibus & potus: ſed iuſticia &
pax & gaudium in ſpiritu ſancto. In ſpiritu enim ſancto iuſticiam, id eſt uniuerſam uirtutem,
& quam ſupra diximus pacem, dei gaudio copulatam eſſe aſſerens: his qui ſe audire poterant,
manifeſtiſſime probat: non alia hæc bona quàm ſpiritus ſancti eſſe ſubſtantiam. Cum ergo
hæc bona ex largitione ſpiritus ſancti ad homines ueniant: uocatio gentium quam introdu-
xit per doctrinam euangelicam, acceptabilis & ſanctificata redditur in ſpiritu ſancto: quia &
in hac ſanctificatos & acceptos faciens ſpiritus ſanctus, ſubſtantia eſt bonorum dei. Et qui il-
lo plenus eſt, uniuerſa iuxta rationem agit, docens recte, uiuens irreprehenſibiliter, ſigna atque
portenta uere perfectecꝫ demonſtrans. Habet enim fortitudinem ſpiritus ſancti præſtantem
ſibi theſaurum & cauſam plenitudinis omnium bonorum. Nouit Petrus diſcipulus domini Ie-
ſu, largitionem ſpiritus ſancti donorum dei eſſe naturam. Ait quippe ad eos qui obiurgabant
introitum ſuum ad Cornelium. Si itaque æqualem gratiam dedit illis deus præbens ſpiritum
ſanctum, quomodo & nobis in principio: ego quis eram qui poſſem prohibere dominum?
Et inſuper ad ſuos: Agnitor, inquit, cordium deus, teſtimonium tribuit eis, dans ſpiritum
ſanctum ſicut & nobis: & nihil diſcreuit inter nos & eos, fide mundans corda eorum. In hunc D
ſenſum congruit etiam illud quod in multis locis dicitur, ſpiritum ſanctum dari à domino. Ia-
cob puer meus, ſuſcipiam eum, Iſrael electus meus, ſuſcipiet eum anima mea, dedi ſpiritum me-
um in eo. Et adhuc, Qui dat afflatum populo conſtituto ſuper eam, haud dubium quin ter-
ram, & ſpiritum calcantibus eam. Oſtendimus autem ſupra non alium eſſe ſpiritum dei, & ali-
um ſpiritum ſanctum. Paulus quoqꝫ, Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris, per ſpi-
ritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et illud, Quanto magis pater ueſter cœleſtis dabit ſpiritum
ſanctum petentibus ſe. Iſte autem ſpiritus effuſus quoque eſſe à deo ſuper omnem carnem di-
citur, ut prophetent & uiſiones uideant, qui eum acceperint ſecundum Ioelem, qui ex perſona
dei loquitur. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij ueſtri &
filij ueſtræ. Effuſio quippe ſpiritus, cauſa extitit prophetandi, & uidendi ſenſum pulchritudi-
nemꝫ ueritatis. Ipſum quoque effuſionis nomen, increatam ſpiritus ſancti ſubſtantiam pro-
bat. Neque enim deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam effundam dicit de angelo
meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione. In ſolis quippe his quæ ab alijs particípan-
tur, hic ſermo conſentit, ſicut & nunc pauloante de charitate dei diximus, quæ effuſa eſt in cor
dibus eorum qui ſpiritum ſanctum receperunt. Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus
ueſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt uobis. Saluator quoque quia & ipſe capabilis eſt,
in ſimilitudinem quoque unguenti effuſus dicitur, Vnguentum effuſum nomen tuum. Nam
ut unguentum quod in uaſe continetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibetur
longius ſpargi, quia uaſe intrinſecus clauditur, cum autem uas foris fuerit effuſum, emittit pro
cul beneolentiam ſuam: ita Chriſti nomen bene olens ante aduentum eius, in ſolo Iſraelis po
pulo uerſabatur, quaſi Iudææ uaſe incluſum. Notus enim, ait, in Iudæa deus, in Iſrael magnum
nomen eius. Quando autem coruſcans in carne ſua ſaluator, in uniuerſam terram, quin potius
in omnem creaturam extendit uocabulum ſuum, impleto eo quod ſcriptum eſt, Quam admi-
rabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra, quibus conſequentur Apoſtolus loquitur, Non enim
aliud nomen datum eſt ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos, Et pſalmiſta ad dominum loqui
tur, Ma-

A tur. Magnificasti super omnia nomen sanctum tuum: tunc completum est, unguentum effusum nomen tuum. Significat autem effusionis uerbum, largam & diuitem muneris abundantiam. Itaque cum unus alicubi aut duo spiritum sanctum accipiunt, non dicitur effundam de spiritu meo, sed tunc quando in uniuersas gentes munus spiritus sancti redundauerit. Et ad Titum Apostolus salutem factam gentibus commemorat. Non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed per lauacrum secundæ regenerationis & innouationis spiritus sancti, quem effudit super nos abundanter. Et hic enim largam attributionem spiritus, uerbum effusionis ostendit. Ex quibus uniuersis docemur, capabilem esse spiritus sancti substantiam, & ex hoc increatam. Capabilem substantiam uocat: quæ capitur à pluribus, & eis sui consortium tribuit: capacem uero eam quæ communicatione substantiæ alterius impletur: & capiens aliud, ipsa non capitur ab alio. Capabili quippe statim inconuertibile, & inconuertibili æternum est consequens, quomodo econtrario capienti conuertibile, & conuertibili creabile subsequens est. Nihil ergo de creaturis inconuertibile, propter quod neque sempiternum est. Non solum igitur quod in hominibus est rationale, conuertitur & creatur, uerumetiam in omnibus creaturis hæc eadem conuersio reperitur. Nam & angelorum conuersiones & ruinas, diuina eloquia demonstrant. Licet enim multitudo angelorum, & aliarum excellentium uirtutum, in beatitudine & sanctimonia perseuerent, tamen cum in ea, quæ similem habent naturam conuersa sint: dilucide ostenditur in primo eos statu non per immutabilitatem suæ substantiæ, sed per solicitius in domino seruitium permanere. Neq; enim potest coæqualium diuersa esse natura. Nam quia omne genus hominũ mortale est: & singuli homines mortales sunt: ut è diuerso quoq; si qua de superioribus immortalia sunt, haud dubium quin omnia in eodẽ genere & specie constituta, sint immortalia. Cum autem hæc se ita habeant, etiam si unus angelus conuertibilis apparuerit, omnes conuertibiles erunt, licet non sint conuersi in beatitudine perseuerantes: quomodo & cuncta hominum corpora diuisibilia sunt: quanquam non omnia diuidantur. Quædam enim eorum passa diuisio
B nem, & reliquorum similium sui naturam interpretantur. His ita edissertis, alterius substantiæ à uisibilibus & inuisibilibus creaturis spiritus sanctus ostenditur. Si autem hoc uerum est: impij̃ssi me quidam inter omnia connumerant spiritum sanctũ: dicentes in eo quod omnia per uerbum à deo facta sunt, etiã significari spiritus sancti facturã. Neq; enim unum ex omnibus, sed aliud extra omnia per substantiam ex utroq; demonstratus est spiritus sanctus. Nam si creatura ut superius ostendimus diuidit̃ in corporalia, & in incorporalia, & conditus est spiritus sanctus: utiq; aut uisibilis, aut inuisibilis creatura erit, id est, corporalis aut incorporalis. Verũ corpus nequaq̃ erit, sicut prius diximus: cũ doceat & scientiam præstet, & à sensu & anima capiatur. Sed neq; inuisibilis creatura erit: ut pauloante de eo disputauimus. Vnde & apostolus in epistola quam ad Hebræos scripsit, alium eum esse ab omnibus angelis demonstrat dicens: Cui enim angelorum dixit aliquando: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nónne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos qui accepturi erant salutem? Et post alia: Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Quæ principium accipiens ad loquendum per dominum, ab his qui audierunt in nos confirmata est, testimoninm dante signis & prodigijs & uarijs uirtutibus & spiritus sancti diuisionibus, iuxta suam uoluntatem. Hoc enim quod ait, cui angelorum, æque accipitur, ac si diceret, nulli: per angeli cum nomen significãs omnium substantiam inuisibilium creaturarum. Neq; enim ulli quidem angelorum & aliæ cuidam rationabili creaturæ dixit deus, sede à dextris meis. In commune itaque sermo pronunciat, non esse dictum cuiquam creaturæ, sede à dextris meis. Et hoc in commune de creatura. Et pronuncians de omnibus inuisibilibus creturis, ait eas esse administratores spiritus. Propter quod subiecit, Nónne omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi? Licet enim non omnes singulatim inuisibiles creaturæ missæ sunt, tamen quia eiusdem generis & honoris aliæ missæ sunt, quodammodo & ipsæ possibilitate sunt missæ, missarum consortes æqualisq; substãtiæ. Quomodo igitur alius est ab uniuersis creaturis dominus, per quem principium ad loquendum acceperat illa magna salus, cuius negligentes Apostolus nolens nos esse ait, Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem, quæ principium accipiẽs ad lo

quendum per dominum ab his qui audierunt in nos confirmata est: Sed & deus qui testimo- C
niũ perhibet signis & portentis isti saluti: alius est ab omnibus administratoriis spiritibus. Sic & spiritus sanctus, cuius diuisionibus iuxta uoluntatem eius testimonium perhibet deus, distribuens eum, non per concisionis partes, sed per communiouem quibus eum præstare decreuerit: alterius est & ipse substantiæ ab his in quæ dispartitur effusus. Igitur quoniam approbauimus iuxta scripturarum sensum, alium extra omnem creaturam esse spiritum sanctum: incassum imò impie quidam creatum eum esse ostendere uolentes, testimonio utuntur quo omnia per uerbum facta referuntur, ut scilicet in omnibus, etiam æterna substantia contineatur. Et quia ad conditionem eius approbandam etiam propheticum sermonem usurpant dicente deo, creo spiritum: etiam in hoc eos monstrare debemus prorsus ab intellectu ueritatis alienos. Neque enim de spiritu sancto propositus sermo prophetæ fuit: ut ex ipsa serie & contexta eloquij intelligitur. Siquidem Amos propheta ex persona dei: Præparare, inquit, ad inuocandum deum tuum ò Israel: quoniam ego sum firmans tonitruum & creans spiritum, & annuncians in homines Christum suum: faciens diluculum & nebulam, & ascendens super excelsa terræ: dominus deus omnipotens nomen eius. Deus enim qui se spiritum condere fuerat prælocutus & facere: & tonitruum dixit se firmare, & diluculum & nebulas facere. Si igitur in prædicta narratione perseueramus: id est, in tonitruo & diluculo & nubibus, eundem narrationis ordinem etiam in spiritu tenere debemus: ut id quod dicitur à deo tale sit: Vt inuoces me qui deus sum, qui uniuersa procuro, qui & creator sum omnium, qui firmo tonitruum, & condo spiritum, qui diluculum & nebulam & quasdam utilitates facio hominum: præpara te ut inuoces ò Israel: ut cum præparatus fueris ad inuocandum, & me oraueris qui supradicta constituo, felicitate temporum & aliorum bonorum largitionibus perfruaris: me tibi per singulos annos omnia iuxta naturæ ordinem ministrante: ut fœcundè annus fluat, ut suis spacijs horarum momenta decurrant: ut suo tempore tonitrua mugiant, ut salutaris aura opportunis flatibus inspiret. Si uero per allegoriam, tonitruum & diluculum & nebula & creatio spiritus intel- D
ligantur: non substantiam rei, sed figuratam interpretationem significabunt. Quòd si è diuerso oppositum fuerit, manifeste de spiritu sancto hæc dici: quia inferatur ad creationem spiritus, illud quod sequitur: Et annuncians in homines Christum suum: in Hebræo habetur, annunciat in hominem loquelam suam: quod scilicet qui creator est omnium, ipse etiam prophetis inspiret, & suam per eos hominibus indicet uoluntatem. Et ad hoc respondendum est, quia quidam hæretici alium extra creatorem dominum patrem saluatoris mentiuntur: hoc impijssime prædicantes: non sceleratam eorum suspicionem prouidentes à deo percuti dicente: Ego formans tonitruum & creans spiritum: & alias mundi partes faciẽs & gubernans: annuncio in homines Christum meum. Et hoc enim prouidentiæ meæ opus super omnia opera mea est: ut non solum eorum quæ foris sunt: sed & quæ ad emolimentum animæ & mentis humilitatem pertinent, causa subsistam. Ergo hoc quod dicitur, creo spiritum: æque arbitror positum ac si diceretur, creans uentum. Deus quippe flatus hos qui per aeris motum efficiuntur, dispositione sua ducit: secundum illud quod alibi legimus: Qui producit uentos de thesauris suis. Bene autem quod in ipsa sententia non ait: qui creaui, sed qui creo spiritum. Si enim de substantialitate spiritus sancti sermo esset, dixisset utique qui creaui. Neque enim semper eundem creat. Nunc autem consequenter de flatu dictum est qui creo: quia non semel uenti facti sunt, sed in eo quod subsistunt quotidie fiunt. Neq; enim frustra sine articulo qui in Græco sermone singularitatis significator est, nunc spiritus creatus dicitur: quoniam non est sanctus, cum penè semper spiritus sanctus cum articulo nominetur, ut in illo ἀυτὸ τὸ πνεῦμα, id est, ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. Et alibi, ἀυτός ἐστιν τὸ ζωοποιοῦν, id est, ipse est qui uiuificat. Et rursum: Sic & quę dei sunt, nemo cognouit nisi τὸ πνεῦμα, id est spiritus dei: τὸ γὰρ πνεῦμα, hoc est, spiritus eñ scrutatur omnia etiã alta dei. Et multa quæ de scripturis sacris excerpere possibile est. Quod sicubi raro sine articulo nominatur spiritus sanctus: sciendũ est cum additamento eum nominari significante magnificentiã eius. Si quidem dicitur aliquando & sinẽ articulo, cũ non ipse per se, sed participatio eius ostenditur: utputa spiritus Heliæ, & spiritu ambulate: & quæcunq; his similia sunt.

Quo-

A Quoniam igitur ex his quæ memoraui, & ex multis alijs non esse creaturam spiritum sanctum demonstratum est, nusquam conditionibus connumeratus est, sed semper cum patre & filio positus: nunc uideamus quam cum utroq; habeat indifferentiam. In fine epistolæ secundæ quam ad Corinthios scribit Paulus, ait: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus uobis. Ostenditur quippe ex sermone præsenti una trinitatis assumptio, cum is qui gratiam Christi accepit, habeat eam tam per administrationem patris quàm per largitionẽ spiritus sancti. Datur enim à deo patre & Iesu Christo, iuxta illud: Gratia uobiscum & pax à deo patre & domino Iesu Christo, non aliam dante gratiam patre, & aliam saluatore. Si quidem & à patre & domino Iesu Christo eam dari describit, spiritus sancti cõmunicatione completam. Nam & ipse spiritus dictus est gratia, secundum illud: Et spiritui gratiæ iniuriam faciens, in quo sanctificatus est. In Zacharia quoq; repromittit deus effusurum se, id est, abundantissime tributurũ Hierusalem spiritum gratiæ & miserationis. Cum eñ quis spiritus sancti acceperit gratiam, habebit eam datam à deo patre, & à Iesu Christo domino nostro, Vna igitur gratia patris & filij & spiritus sancti operatione cõpleta, trinitas unius substãtiæ demonstrat. In alio quoq; loco: Charitas, inquit, dei cũ omnibus uobis, quæ à trinitate & tribuitur & firmat. Ait quippe saluator: Qui audit uerba mea & seruat ea, hic est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Neq; enim alia dilectio est saluatoris super his qui amantur, & alia dilectio patris. Deus enim diligit in salutem, quia sic dilexit deus mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat uitam æternam. Similiter & filius quia uita est, ut tribuat uitam & salutem, diligit eos quos uult fieri meliores. Vnde amare se dicit eũ qui amatur à patre. Et de eo ponitur in prophe-
ta: Et ipse saluabit illos, quia dilexit illos. Hanc dilectionem, fructum esse spiritus sancti, contestatur Apostolus: sicut & gaudium & pacem, quæ à patre ministratur & filio, dicens: Fructus
B autem spiritus, gaudium, pax, charitas. Quæ charitas effusa est in cordibus credentium per spiritũ sanctũ. Charitas quippe, ait, dei diffusa est in cordibus uestris in spiritu sancto. Omnis quippe qui communicat spiritui sancto, per participationem eius communicat, iuxta illud: Et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus uobis. Et in alio loco: Si qua communicatio spiritus: cum habuerit sapientiam dei & sermonem, & in omnibus ueritatem, habebit quoque consortium sanctificatis in patre & filio & spiritu sancto. Fidelis autem deus, per quẽ uocati estis in communicationem filij eius. Scribit & Ioannes de patre: Si in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, communicationem habemus cum illo. Et adhuc: Communicatio autem nostra cum patre & filio eius Iesu Christo. Igitur quicũq; cõmunicat spiritui sancto, statim cõmnnicat patri & filio. Et qui charitatẽ habet patris, habet eam à filio contributam per spiritũ sanctum. Sed & qui particeps est gratiæ Iesu Christi, eandem gratiam habet datam à patre per spiritum sanctum. In omnibus enim approbatur eandem operationem esse patris & filij & spiritus sancti. Quorum autem una est operatio, una est & substantia: quia quæ eiusdem substantiæ ὁμούσια sunt, eadem habent operationes: & quæ alterius substantiæ & ἀνομούσια, dissona atq; diuersa sunt. Neq; enim ex his tantũ quæ præmisimus trinitatis unitas docetur, sed ex innumerabilibus alijs, de quibus rursum secundũ suum ordinẽ pauca ponemus. Arguẽs Petrus Ananiam in eo quod in uenditione agri, cuius se totũ precium obtulisse dicebat, fraudẽ fecisset ex medio, sancti spiritus unitatẽ ad deũ, non secundũ numerum, sed iuxta substantiã cõprobauit, dicens: Anania, quare compleuit Satanas cor tuũ ut mentireris spiritui sancto, & abscõderes de precio agri? Nónne manens tibi manebat, & uenditũ in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hãc rem? Non hominibus mentitus es, sed deo. Si enim qui domino mentitur, mentitur spiritui sancto, & qui spiritui sancto mentitur, mentitur deo, nulli dubium est, consortium spiritus sancti esse cum deo. Et quomodo sanctitas subsistit in deo, eodem modo & deitas intelligitur in spiritu sancto. Iste autem spiritus sanctus, quẽ diximus ejusdem naturæ esse cum patre, etiã à filij diuinitate non differt, saluatore dicente discipulis: Cum in synagogã ad principatus & potestates introduxerint uos, nolite soliciti esse quomodo aut quid respõdeatis. Spiritus eñ sanctus docebit uos in illa hora quid debeatis dicere. Ponite in cordibus uestris nõ præmeditari ad respõdendũ:

Ego

Ego enim dabo uobis os & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere aut cõtradicere.Et in his quip c
pe dicens,non debere eos eſſe ſolicitos quid reſpondeant contradicentibus:quia in eadem hora
doceantur à ſpiritu ſancto quid debeant reſpõdere: ſtatim intulit quæ ſit cauſa fiduciæ: Ponite,
dicens,in cordibus ueſtris non præmeditari ad reſpondendũ.ego enim dabo uobis os & ſapien/
tiam cui nõ poterunt reſiſtere,aut cõtradicere.Cũ enim dixerit in tẽpore reſpõdendi,doceri eos
à ſpiritu ſancto quid debeãt reſpõdere,in ſequẽtibus ait: Ego eñ dabo uobis os & ſapientiã &c.
Ex quibus oſtenditur ſapientiam quæ diſcipulis datur à filio, ſpiritus ſancti eſſe ſapientiam, &
doctrinam ſpiritus ſancti,domini eſſe doctrinam, unumq; naturæ & uoluntatis eſſe cõſortium
ſpiritus ſancti cum filio. Et quia ſuperius demonſtratum eſt ſocium eſſe per naturam ſpiritum
unigenito dei & deo patri:filius uero & pater unum ſunt,iuxta illud: Ego & pater unum ſumus,
non diuiſa & inſeparabilis ſecundum naturam oſtenſa eſt trinitas.In alio quoq; euangelio dici/
tur:Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis.Si ergo ſpi
ritus patris in apoſtolis loquitur docens eos quæ debeant reſpondere, & quæ docentur à ſpiri/
tu,ſapientia eſt quam non poſſumus aliam præter filium intelligere,liquido apparet eiuſdem na
turæ ſpiritum eſſe cum filio,& cum patre cuius ſpiritus eſt. Porro pater & filius unum ſunt. Igi/
tur trinitas ſubſtantiæ unitate ſociatur. Per aliud quoq; ſcripturarum exemplum, trinitatis uni/
tas & natura & uirtus oſtenditur.Filius & manus & dextera & brachium patris dicitur,Sicut cre
bro docuimus, ex his uocabulis, unius naturæ indifferentia demonſtratur. Spiritus etiam ſan/
ctus digitus dei,ſecundum coniunctionem naturæ patris & filij nominatur.Siquidem in uno de
euangelijs aduerſus eos qui ſignis domini detrahebant dicentes: In Beelzebub principe dæmo/
niorum eijcit dæmonia,ſciſcitans ſaluator ait:Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ueſtri in
quo eijciunt? Si autẽ ego in digito dei eijcio dæmonia:ergo ſuperuenit in uos regnum dei.Hunc
eundem locum alius euangeliſta deſcribẽs,loquentem intulit filium: Si autem ego in ſpiritu dei
eijcio dæmonia.Ex quibus oſtenditur digitum dei eſſe ſpiritum ſanctum. Si ergo cõiunctus eſt
digitus manui, & manus ei cuius manus eſt, & digitus ſine dubio ad eius ſubſtantiam refertur, d
cuius digitus eſt. Verum caue ne ad humilia deiectus, & oblitus ſermonis de quo nunc diſputa/
tur,depingas in animo tuo corporalium artuum diuerſitates:& incipias tibi magnitudines & in/
æqualitates & cætera corpora maiora uel minora membra confingere,dicens, digitum à manu,
& manum ab eo cuius eſt manus,multis inæqualitatibus diſcrepare:quia de incorporalibus nũc
ſcriptura loquitur,unitatem tantum uolens,non etiam menſuram ſubſtantię demonſtrare.ſicut
enim manus nõ diuiditur à corpore,per quã cuncta perficit & operatur,& in eo eſt cuius eſt ma
nus, ſic & digitus non ſeparatur à manu cuius eſt digitus. itaq; reijce inæqualitates & menſuras
cum de deo cogitas,& intellige digiti & manus & totius ſubſtantiæ unitatem, quo digito, lex in
tabulis lapideis ſcripta eſt.Per aliam quoq; ſcripturam,fidei noſtræ probationẽ monſtrare per/
facile eſt.Solus ſapiens dictus eſt deus,non accipiens ab alio ſapientiã, neq; per cuiuſdam alte/
rius ſapientiæ participationem,ſapiens nominatur.Siquidẽ multi ſapientes dicuntur,non ex ſua
natura,ſed ex communicatione ſapientiæ. Deus uero non alterius ſapiẽtię participatione,neq;
aliunde ſapiens effectus,dictus eſt ſolus ſapiens,& generans ſapientiam, & alios faciens ſapien/
tes.Quæ ſapientia dominus eſt noſter Ieſus Chriſtus,qui dicitur dei uirtus & dei ſapientia. Spi
ritus quoq; ſanctus dicitur ſapientia.Siquidem & in ueteribus libris refertur, repletũ eſſe Ieſum
Naue à domino ſpiritu ſapientiæ. Sicut ergo ſolus ſapiens deus, non accipiens aliunde ſapien/
tiam,ſed ſapientes faciens & generans ſapientiam, ſolus eſt ſapiens extra omnes qui per nuncu/
pationem eius ſapientes dicuntur:multitudo quippe ſapientium ſalus mundi, & qui ſemetipſos
cognoſcunt,hi ſunt ſapientes,& rurſus cum fueris cum ſapiẽtibus,ſapiens eris: ſic & ſpiritus ſan/
ctus non accipiens aliunde ſapientiam,dictus eſt ſpiritus ſapientiæ: hoc enim ipſum quod ſubſi
ſtit,ſpiritus ſapientiæ eſt,& natura eius,nihil eſt aliud niſi ſpiritus ueritatis & ſpiritus dei, de qui/
bus iam abundanter in ſectarum uolumine diſputauimus? Vnde ne eadẽ ſuperflue replicemus,
contenti ſimus diſputatione præterita.

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO
LIBER SECVNDVS, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

VIA igitur spiritus sapientiæ & ueritatis inseparabiliter cũ filio est, ipse quoque sapientia subsistit & ueritas. Si enim capax esset sapientiæ & ueritatis, in id aliquando descenderet ut desineret habere quod aliunde susceperat, id est sapientiam & ueritatem. Et filius sapientia & ueritas, ipse subsistens non separatur à patre, qui solus sapiens & ueritas, scripturarum uocibus prædicatur. Eundẽ circulum unitatis atq; substantiæ spiritus sancti, secundum id quod sapientiæ & ueritatis est spiritus, uidemus habere cum filio: & rursum filium à patris non discrepare substantia. Cum autem filius imago sit dei inuisibilis, & forma substantiæ eius, quicunq; ad hanc imaginem uel formam imaginantur atque formantur, adducuntur ad similitudinem dei: iuxta uires tamen humani profectus, istiusmodi formam & imaginem consequentes. Similiter & spiritus sanctus cum sit signaculum dei: hi qui formam & imaginem dei capiunt: signati per eum, in eo ducuntur ad signaculum Christi sapientiæ & scientiæ & insuper fidei pleni. Nam diuisiones operationum sunt, idem autem ipse spiritus qui operatur omnia in omnibus. Operante ergo patre multiplicem charismatum plenitudinem: multiplicat eam filius subsistentẽ per spiritum sanctũ. Alij enim per spiritũ datur sermo sapientiæ. Alij uero scientię secundum eundẽ spiritũ. Alij fides in eodem spiritu: & cętera quæ ab apostolo enumerata sunt dona, quibus additur: Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus: diuidens singulis prout uult. Vnde discentes operatricem, & ita dicam distributricem naturam spiritus sancti, nõ abducamur ab his qui dicunt operationem & non substantiam dei esse spiritum sanctum. Et ex alijs quoque plurimis locis subsistens natura demonstratur spiritus sancti: ut in illo quod apostoli scribunt: Visum est enim spiritui sancto & nobis: quia hoc quod dicitur uisum est, non operationem significat, sed naturam: maxime cum & de domino simile quid reperiatur: ut, Sicut domino uisum est, ita factum est. Denique & sermones eius sæpissime lectitantur, ut in illo, Ieiunantibus eis & ministrantibus, id est discipulis Christi, dixit spiritus sanctus, Separate mihi Barnabam & Saulum in opus quod uocaui eos. Quæ uox diuinitatis & autoritatis index, non creatam, sed increatam substantiam monstrat. Neque enim spiritus sanctus in aliud quoddam opus uocauit Barnabam & Paulum quod non sit patris & filij, cum ministerium quod eis commisit & tradidit spiritus, patris & filij sit ministerium. Ad Galatas Paulus loquitur, Qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi in gentes & Barnabæ. Pariter enim ad nationes spiritus sancti autoritate directi sunt. Christo quoq; operante in apostolis, spiritus completum est ministeriũ, ut ipsi apostoli confitentur se in Christo loqui, & id quod suis oculis uiderunt, & ministri facti sunt sermonis, id est Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Denique quasi principatum in sacerdotio possidentes, & initiatores fidei à Christo sunt demonstrati, dicente, Euntes ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et sicut Apostolus scribit rectissime, Vnus est dominus, una fides, unum baptisma. Quis non ex ipsa cogetur ueritate susçipere indifferentiam sanctæ trinitatis, dum una sit fides in patre & filio & spiritũ sancto, & lauacrum detur atque firmetur in nomine patris & filij & spiritus sancti? Non arbitror quemquam tam uecordem atq; insanum futurum, ut perfectum baptisma putet quod datur in nomine patris & filij, sine assumptione spiritus sancti: aut rursus in nomine patris & spiritus sancti, filij uocabulo prætermisso: aut certe in nomine filij & spiritus sancti, non præposito uocabulo patris. Licet enim quis possit existere saxei, ut ita dicam, cordis & penitus mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, ut unum de præceptis nominibus prætermittat, uidelicet contrarius legislator Christi: tamen sine perfectione baptizabit, imò penitus à peccatis liberare non poterit, quos à se baptizatos existimauerit. Ex his colligitur quàm indiuisa sit substantia trinitatis, & patrem uere filij esse patrem, & filium uere patris filium, & spiritum sanctum uere patris & dei esse spiritum, & insuper sapientiæ & ueritatis, id est filij dei.

Hæc

Hæc eſt ſalus ergo credentium, & diſpenſatio eccleſiaſticæ diſciplinæ in hac trinitate perficitur. Nam cum ſaluator diſcipulos ſuos ad prædicandum euangelium miſerit: & ad dogmata ueritatis docenda pater in eccleſia cõſtituiſſe dicatur, primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio magiſtros: ſuper hac re etiam apoſtoli congruente ſententia: Et ſicut probati ſumus à deo ad credendum euangelium: ſic loquimur: non ut hominibus placentes, ſed deo qui probauit corda noſtra: hos coſdem quos Chriſtus magiſtros eſſe præcepit, & pater probauit, & ſpiritus ſanctus diſpenſatores & præpoſitos in eccleſia conſtituiſſe perhibetur. Si quidem cum Miletum Paulus apoſtolus presbyteros de diuerſis locis & plurimis eccleſijs congregaſſet: Attendite, inquit, uobis & uniuerſo gregi ſuper quos ſpiritus ſanctus poſuit uos epiſcopos ad regendam eccleſiam domini, quam acquiſiuit per ſanguinem ſuum. Si enim quos Chriſtus ad euangelizandum & baptizandas nationes miſit, ſpiritus ſanctus eccleſiæ præpoſuit patris ſententia deſtinatos, nulli dubium eſt, unam patris & filij & ſpiritus ſancti operationem & probationem, & conſequenter eandem trinitatis eſſe ſubſtantiam. Necnon & illud conſiderandum, quod in corde & ſenſu habitare non poteſt creatura, niſi deus & ſermo eius in ſpiritu ſancto, ſicut ad quoſdam loquitur pater. Inhabitabo in eis, & inambulabo. Et ad ipſum quidam dirigit uocem, Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael. Altus quippe in altis habitat uniuerſæ conditor creaturæ. Habitat uero & unigenitus filius in mente pura, & corde credentium. Per fidem quippe habitare Chriſtum in interiori homine: in ſpiritu ait Apoſtolus, ita ſcribẽs in ſpiritu, In interiori homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. Ipſe quoque de ſe loquitur: Viuit in me Chriſtus. Et iterum: Qui in me loquitur Chriſtus. Et ſaluator, Veniemus, inquit, ego & pater, haud dubium quin ad eum qui præcepta eius ſeruauerit, & manſionem apud eum faciemus. Porrò ſic ſermo iſte contexitur. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. In alio quoque loco, omnis natura rationalium creaturarum, domus dicitur ſaluatoris. Sicut autem ſuper domum ſuam dominus Ieſus, cuius domus ſumus nos: ita domus Chriſti templum dei eſt, in quo ſpiritus eiuſdem inhabitat dei. Scribens quippe Corinthijs Paulus ait: Neſcitis quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Si autem in domo & templo quo pater & ſaluator inhabitat, ilico inuenitur & ſpiritus ſanctus, ex hoc indiuiſa trinitatis ſubſtantia demonſtratur. Et poſt non multa eiuſdem epiſtolæ: Neſcitis, inquit, quia corpora ueſtra templum ſpiritus ſancti ſunt, quem habetis à deo? Cum ergo ſpiritus ſanctus, ſimiliter ut pater & filius, mentẽ & interiorẽ hominẽ inhabitare doceatur, non dicam ineptum, ſed impium eſt eum dicere creaturam. Diſciplinas quippe, uirtutes dico & artes, & his contrarias perturbationes & imperitias & affectus, in animabus habitare poſſibile eſt, non tamen ut ſubſtantias, ſed ut accidentes. Creatam uero naturam in ſenſu habitare impoſſibile eſt. Quod ſi uerum eſt, & ſpiritus ſanctus abſque ulla ambiguitate ſubſiſtens, animæ eſt habitator & cordis, nulli dubium eſt, quin cum patre & filio credi debeat increatus. Ex omnibus igitur quæ præcedens ſermo diſſeruit, incorruptibilis & ſempiternus ſecundum naturam patris & filij, ſpiritus ſanctus demonſtratus, uniuerſam de ſe ambiguitatem abſtulit, & ſuſpicionem, ne unus de creatis ſubſtantijs exiſtimetur, is qui ſpiritus dei ſit, quem exire de patre ſaluatoris in euangelio uerba declarant. Cum uenerit, inquit, conſolator quem ego mittam uobis ſpiritum ueritatis qui à patre egreditur, ipſe teſtimonium dabit de me. Conſolatorem autem uenientem ſpiritum ſanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens, quia non ſolum conſolatur eos quos ſe dignos reperierit, & ab omni triſticia & perturbatione reddit alienos, uerum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit, intantum ut poſſit quis deo gratias referens, quod tali hoſpite dignus habeatur dicere, Dediſti lætitiam in corde meo. Sempiterna quippe lætitia in eorum corde uerſatur, quorum ſpiritus ſanctus habitator eſt. Iſte ſpiritus ſanctus conſolator à filio mittitur, non ſecundum angelorum, aut prophetarum, aut apoſtolorum miniſterium, ſed ut mitti decet à ſapientia & ueritate ſpiritum dei, indiuiſam habentem cum eadem ſapientia & ueritate naturam. Etenim filius miſſus à patre non ſeparatur, nec diſiungitur ab eo, manens in eo & habens illum in ſemetipſo. Quin ſpiritus ueritatis ſupradicto modo miſſus à filio, de patre egreditur, non aliũnde ad alia tranſmigrans. Impoſsibile quippe

hoc

A hoc pariter & blaſphemum eſt. Si enim hic ſpiritus ueritatis iuxta naturas corporum certo ſpacio circumſcriptus eſt, alium deſerens locum, ad alium commigrauit. Sed quomodo pater non conſiſtens in loco, ultra omnem corporum eſt naturam: Ita & ſpiritus ueritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum ſit incorporalis, & ut uerius dicam excellens uniuerſam rationalem creaturam. Quia ergo impoſſibile eſt & impium iſta quæ diximus in incorporalibus credere: exire de patre ſpiritum ſanctum, ſic intelligendum: ut ſe ſaluator de deo exiſſe teſtatur, dicens: Ego de deo exiui & ueni. Et ſicut loca & commutationes locorum ab incorporalibus ſeparamus: ſic & prolationes, intus dico & foris, ab intellectualium natura diſcernimus: quia iſtæ corporũ ſunt recipientium tactum & habentium uaſtitates. Ineffabili itaq; & ſola fide noto ſermone credendum eſt ſaluatorem dictum eſſe exiſſe à deo, & ſpiritum ueritatis à patre egredi, loquente: Spiritus qui à me egreditur. Et pulchre, qui de patre, inquit, egreditur. Cum enim dicere poſſet de deo, ſiue de domino, ſiue de omnipotente, nihil horum tetigit: ſed ait, de patre, non quod pater à deo omnipotente ſit alius: quia hoc ſcelus eſt etiam cogitare: ſed ſecundum proprietatem & intellectum parentis, egredi ab eo dicitur ſpiritus ueritatis. Licet enim ex deo frequenter ſe dicat exiſſe ſaluator: proprietatem tamen & (ut ita dicam) familiaritatem, de qua iam ſæpe tractauimus, ex uocabulo magis ſibi patris aſſumit, dicens: Ego in patre & pater in me. Et alibi: Ego & pater unum ſumus, & multa alia his ſimilia, quæ in euangelio obſeruans lector inueniet. Iſte ergo ſpiritus ſanctus qui de patre egreditur: teſtificabitur, inquit dominus, de me, teſtimonium ſimile ferens ei patris teſtimonio, de quo ait: Teſtimonium dicit de me, qui miſit me pater. Mittente autem filio ſpiritum ueritatis, quem conſolatorem uocauit, ſimul mittit & pater. Neq; pater mittẽte filio non mittit: cum eadem uoluntate patris & filij ſpiritus ueniat, ſaluatore quoq; per prophetam loquente, ſicut manifeſtum eſſe poterit ei qui totum perlegerit locum: Et dominus miſit me & ſpiritus eius: Si quidem non ſolum filium, ſed & ſpiritum mittit deus. Sed & apoſtolus loquitur. Quæ nunc annunciata ſunt uobis per eos qui euangelizauerunt uobis, ſpiritu
B ſancto miſſo de cœlis. Et in libro qui ſapientia ſcribitur, ab his qui diuina chariſmata conſecuti ſunt, uox gratias deo perferens deſtinatur. Quæ autem in cœlis ſunt quis inueſtigabit? uoluntatem autem tuam, quis cognouit: niſi quod tu dediſti ſapientiam & ſpiritum ſanctum tuum miſiſti de excelſis? Et ſic correctæ ſunt ſemitæ eorum, qui ſuper terram erant, & placita tibi edocti ſunt homines. Et in præſenti ſiquidem lectione, non ſola ſapiẽtia dei, id eſt unigenitus filius eius datur à patre, ſed & ſpiritus ſanctus mittitur. In ipſo quoq; euangelio dari prædicatur à patre & mitti ſpiritus ſanctus, ſaluatore dicente: Et ego rogabo patrem meum & alium paracletum dabit uobis, ut ſit uobiſcum in æternum, ſpiritum ueritatis. Et iterum, Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Nam & in his ſermonibus, alium paracletum dare dicitur pater, non autem alium ab eo, qui à filio mittitur, ſecundum illud: Cum autem uenerit ille paracletus, quem mittam uobis à patre, ſpiritum ueritatis, Quem alium paracletum nominauit, non iuxta naturæ differentiam, ſed operationis diuerſitatem. Cum enim ſaluator, mediatoris & legati perſonam habeat, ex qua pontifex deprecetur pro peccatis noſtris, ſaluans in ſempiternum eos, qui per ipſum acceſſerunt ad deum, quia ſemper uiuens interpellat pro eis patrem, ſpiritus ſanctus ſecundum aliam ſignificantiam paracletus ab eo quod conſolatur in triſtitia poſitos nuncupatus eſt. Verum noli ex filij & ſpiritus ſancti operatione diuerſa, uarias æſtimare naturas. Siquidem in alio loco reperitur paracletus ſpiritus, legati ad patrem perſona fungi, ut in illo, Quid enim oremus iuxta id quod oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quomodo ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Saluator quoq; conſolationem à qua ſpiritus ſanctus paracletus nuncupatus eſt, operatur in cordibus eorum qui ea indigent. Scriptum eſt enim, Et humiles populi conſolatus eſt. Vnde & is qui hoc beneficium fuerat conſecutus, eum prædicans loquebatur. Domine, ſecundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt cor meum, ſiue dilexerunt animam meam, Vtroq; enim ſcriptum eſſe modo, in diuerſis exemplaribus inuenitur. Sed & pater, deus omnis conſolationis dicitur, conſolans eos qui in tribulatione ſunt, ut ex ipſis anguſtijs per patientiam ſalutem primũ,

dehinc coronam gloriæ conſequantur. Spiritus igitur conſolator, & ſanctus, & ſpiritus ueritatis C
datur à patre ut ſemper cum Chriſti diſcipulis commoretur: cum quibus & ipſe ſaluator eſt di-
cens: Ecce enim uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi. Cum autem ſemper apoſtolis
& ſpiritus ſanctus adſit & filius: ſequitur ut & pater cum ipſis ſit, quia qui recipit filium, recipit &
patrem, & manſionem filius cum patre facit apud eos, qui digni aduentu eius extiterint. Sed &
ubi ſpiritus ſanctus fuerit, ſtatim inuenitur & filius. Siquidem cum in prophetis ſpiritus ſanctus
ſit, faciens eos futura præcinere, & alia quæ prophetalis operationis ſunt, ſermo dei ad eos dici-
tur factus, ut ad id quod ad conſuetudinem prophetarum eſt, hæc dicit dominus, etiam illud ad
datur: ſermo qui factus eſt ad Eſaiam, ſiue ad reliquos. Quod autem prophetæ ſpiritū ſanctum
habuerint, deo manifeſte loquente cognoſcimus. Ait enim: Quæcunq; mandaui in ſpiritu meo
ſeruis meis prophetis. Et ſaluator in euangelio ſignificat iuſtos uiros, & eos qui ante aduentum
ſuum, populo uentura cecinerāt, ſpiritus ſancti aſpiratione completos. Interrogans quippe pha-
riſæos quid eis de Chriſto uideretur, & audiens quia eſſet filius Dauid, loquitur: Quomodo Da
uid in ſpiritu uocat eum dominum dicens, Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis? Si
ergo Dauid uocat eum in ſpiritu ſancto dominum, quomodo filius eius eſt? Et Petrus ad con-
ſortes fidei loquitur. Oportebat impleri ſcripturam quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Da
uid de Iuda &c. Et in eodem rurſus libro. Qui per ſpiritum, inquit, ſanctum ore Dauid pue-
ri tui locutus es: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Eſaias quoq; cum
ſermone dei impulſus ad prophetandum fuiſſet, ſpiritus ſancti imperio prophetaſſe perhibe-
tur, ut in fine eorundem actuum ſcribitur. Bene ſpiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam prophe-
tam ad patres ueſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Aure audietis: & reliqua. Hanc
igitur prophetiam quam apoſtolus Paulus affirmat à ſpiritu ſancto pronūciatam, ipſe liber pro
phetæ à domino dictam eſſe commemorat. Et audiui, inquit, Eſaias, uocem domini dicentem:
Quem mittam, & quis ibit ad populum iſtum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Vade, inquit, & dic
populo huic: Aure audietis. Et poſt alia ipſe dominus ait: Et conuertentur & ſanabo illos. Et ſta- D
tim propheta: Quouſq; domine? cum enim dominus ad prophetam dixiſſet: ut ea quæ ſcripta
ſunt diceret, & propheta iubenti domino reſpondiſſet, uſq; quo domine, ea quæ in propheta à
domino dicta ſunt, in ſpiritu ſancto commemorata Paulus affirmat. Ex quo liquido oſtēditur,
ut ſæpe iam diximus, unam & uoluntatem & naturam domini eſſe & ſpiritus ſancti, & in nuncu
patione ſpiritus, etiam nomen domini intelligi. Quomodo enim ad Corinthios uocabulum dei
ſuper patre poſitum, & domini ſuper filio, neq; patri aufert dominationem, neq; filio deitatem:
ſic quidem eadem ratione qua pater dominus eſt & filius deus eſt, ſic & ſpiritus ſanctus domi-
nus nuncupatur. Si autem dominus, conſequenter & deus, ut pauloante iam diximus, cum uo-
cem apoſtoli Petri ad Ananiam, qui pecuniam ſubtraxerat poneremus, quia & deitas ſuperin-
telligitur in ſpiritu ſancto. Verum quoniam inde quæſtionis ordo deductus eſt, cum autem ue-
nerit paracletus ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia: Age
nunc ex ipſo ſermone quæramus, ſi quid in eo poſſimus inuenire cum his conſentire quæ dicta
ſunt. Spiritum ſanctum à patre in ſuo mitti nomine, ſaluator affirmat: cum proprie ſaluatoris no
men ſit filius: ſi quidem naturæ conſortium, & ut ita dicam proprietas perſonarum ex iſta uoce
ſignatur. In qua appellatione filij, miſſus à patre ſpiritus ſanctus, nō ſeruus, non alienus, nec diſ-
iunctus à filio intelligatur. Et quomodo filius in patris appellatione uenit, dicens: ego ueni in no
mine patris mei, filij quippe tantummodo eſt in nomine patris uenire, ſalua proprietate filij ad
patrem, & patris ad filium, ſic ēcontrario, nullus alius uenit in nomine patris: ſed uerbi gratia, in
domini & dei & omnipotentis. Quod manifeſtius aduertere poteris prophetas relegens ex ani-
mo. Nam & Moyſes magnus dei miniſter & famulus, in nomine eius, qui eſt, & in nomine dei
Abraham & Iſaac & Iacob uenit, deo ad eum loquente: ſic dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad
uos. Et rurſus, dices eis, Deus Abraham, Iſaac & Iaçob miſit me ad uos. Seruorum quippe iuſto
rum quales erant de quibus dixit, mandabo in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis, in nomine dei
facta eſt miſſio. Et quia dignos ſe exhibuerunt deo, in nomine dei ueniſſe referūtur. Rurſus pro
ficientes in maius, & ſub unius dei imperio conſiſtentes, in omnipotentis dei nuncupatione ue-

nerunt

A nerunt. Quia uero filij Iſrael in Ægypto commorantes didicerunt eos qui non ſunt quaſi deos colere, & mundi partes diuino honore uenerari: cõſequens fuit,ut Moyſes ſub eius qui eſt uocabulo ad eos mitteret: & à falſis eos liberãs dñs,ad uerã tranſduceret deitatẽ,& ad dominũ patrũ Abrahã, Iſaac, & Iacob. Quomodo ergo ſerui q in nomine domini ueniũt per hoc ipſum quod ſubiecti ſunt & ſeruiũt indicant dominũ,proprietatem eius referentes,ſerui quippe ſunt domini: ſic & filius qui uenit in nomine patris,proprietatẽ patris portat & nomen, & per hæc unigenitus dei filius approbat. Quia ergo ſpiritus ſanctus in nomine filij à patre mittit, habẽs filij proprietatem ſecundũ quod deus eſt, nõ tamen filietatẽ ut filius eius ſit,oſtẽdit quia unice ſit iunctus ad filiũ. Vnde & filij dictus eſt ſpiritus,per adoptionẽ faciẽs filios eos,qui recipere uoluiſſent. Quia enim,inquit,eſtis filij dei,miſit pater ſpiritũ filij ſui in corda noſtra,clamantẽ abba pater. Iſte autem ſpiritus ſanctus,qui uenit in nomine filij miſſus à patre: docebit omnia eos qui in fide Chriſti perfecti ſunt. Omnia aũt illa quæ ſpiritualia ſunt & intellectualia:(ut breuiter uniuerſa concludam)omnia ueritatis & ſapientiæ ſacramẽta. Docebit uero nõ quaſi doctor & magiſter diſcipli/næ quã aliunde eſt cõſecutus. Siquidẽ hoc eorum eſt, qui ſapientiã & artes aliquas ſtudio induſtriaq; didicere: ſed quaſi ipſa ars atq; doctrina & ſapiẽtia ueritatisq; ſpiritus, inuiſibiliter menti inſinuat ſcientiã diuinorum. Nam & pater docet ſic diſcipulos ſuos: dicẽte illo qui ab eo doctus fuerat,deus docuiſti me ſapientiã, & audacter alio conclamante, Docuiſti me deus à iuuentute mea,atq; ita omnes fiunt docti. Dei quoque filius & ſapientia dei & ueritas ſic docet participes ſuos,ut diſciplinam non arte doceat,ſed natura. Vnde & eũ docentur ſolum magiſtrũ uocare diſcipuli. Has eaſdẽ diſciplinas quæ dantur à patre & filio in corda credentiũ,ſpiritus ſanctus miniſtrat his qui animales eſſe deſierint. Animalis quippe homo nõ percipit ea quæ ſpiritus ſunt,arbitrans eſſe ſtulticiã quæ dicũtur. Qui uero à perturbationibus purgauerit mentẽ ſuam ſpiritus ſancti diſciplinis,id eſt,ſermonibus ſapientiæ,ſcientiæq; cõplebitur, intantũ ut is qui ea ſuſcepe/rit dicat, Nobis autẽ reuelauit deus per ſpiritũ ſanctum. Deus aũt his qui ſe ita præparauerint
B ſpiritũ ſapientiæ reuelationisq; largitur ad cognoſcendũ ſemetipſum, qui accipientes ſpiritũ ſapientiæ,nõ aliunde,ſed ab ipſo ſpiritu ſancto efficiunt ſapientes, & ab ipſo intelligũt dominum & quicquid dei eſt uoluntatis,& eundẽ ipſum ſpiritũ ipſo reuelante cognoſcũt, ut ſciãt quia à domino donata ſunt eis, ita ut is qui fuerit ſpiritum reuelationis & ſapiẽtiæ cõſecutus,ſufficiẽs ſit ueritatis dogmata prædicare,non humana, ſed dei arte ſubnixus,ſicut & unum ex his apoſtolum poſſumus audire dicentem,Et prædicatio mea & ſermo meus nõ in perſuaſionibus humanæ ſapientiæ uerbis,ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis dei. Aequalẽ uero ſpiritui uirtutẽ non poſſumus aliam præter Chriſtũ dominũ noſtrũ interpretari, Ipſe enim diſcipulis ait, Accipietis enim uirtutẽ ſpiritus ſancti uenientem ſuper uos. Et ad Mariam angelus,ſpiritus,inquit,ſanctus ſuper ueniet in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Creatrix igit uirtus altiſſimi ſpiritu ſancto ſuperueniente in uirginẽ Mariam Chriſti corpus fabricauit,quo ille uſus templo, ſine uiri natus eſt ſemine. Ex quibus oſtenditur eſſe ſpiritum ſanctum creatorem,ut iam in dogmatũ uolumine breuiter oſtendimus. Et in pſalmo ad dominum dicitur. Auferes ab eis ſpiritum tuũ & deficient, & in terrã ſuam reuertentur, Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur,& renouabis faciẽ terræ. Nec mirũ ſi dominici tantum corporis ſpiritus ſanctus cõditor ſit, cũ patri filioq; ſociatus, eadẽ poteſtate creaueuerit omnia quę pater creauit & filius. Emitte enim,ait,ſpiritũ tuum & creabunt. Porro iã frequenter oſtendimus eiuſdem operationis eſſe ſpiritum ſanctũ cuius eſt pater & filius,& in eadem operatione unã eſſe ſubſtantiam,& reciproce eorũ quæ ὁμούσια ſunt,operationem quoq; non eſſe diuerſam. Vt aũt & aliud teſtimoniũ quod nos poſſit adiuuare in fide ſpiritus ſancti ponamus,in euangelio ita ſermo contexitur, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis ea portare modo. Cum aũt uenerit ille ſpiritus ueritatis,diriget uos in omnem ueritatẽ, Neq; enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcũq; audiet loquetur, & quæ uentura ſunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. Propterea dixi uobis,quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Ex his enim ſacramentorũ uerbis edocemur,quod cũ multa docuiſſet diſcipulos ſuos Ieſus dixerit,adhuc habeo plurima dicere uobis: quia uerbum iſtud,adhuc multa habeo dicere uobis, nõ ad nouos quoslibet & penitus

dei grātia ūacuos dirigitur,ſed ad eos qui auditores uerborum eius,necdum fuerant ōmnia cōſe c
cuti.Quæcunq; enim ſufficere poterant tradens eis,in futurū tempus reliqua diſtulit, quę ſine di
ſciplina ſpiritus ſancti ſciri nō poterant, quia ante aduentum dominicæ paſſionis non erat datus
hominibus ſpiritus ſanctus,euangeliſta dicente. Non enim erat cuiquam ſpiritus datus,quia Ie
ſus necdum erat glorificatus. Glorificari dicēs Ieſum,mortē guſtare pro cunctis.Itaq; poſt reſur
rectionem apparēs diſcipulis ſuis & inſufflans in faciem eorum,accipite, inquit,ſpiritū ſanctum.
Et rurſum:Accipietis uirtutē ſpiritus ſancti uenientis ſuper uos.Quo ueniēte in corda credentiū,
implentur ſermonibus ſapientiæ & ſcientiæ:& ſic ſpirituales effecti,ſuſcipiunt ſpiritus ſancti diſci
plinam,quæ poſſit eos deducere in omnem ueritatem.Necdum enim inſtante hora,in qua opor
tebat eos ſpiritu ſancto repleri,tunc quando dixit ad eos,adhuc multa habeo uobis dicere:cōſe/
quenter addidit,ſed nō poteſtis ea portare modo.Adhuc enim typo legis & umbræ & imagini/
bus ſeruientes:nō poterant ueritatē,cuius umbram lex portabat inſpicere:unde ne ſpiritualia ſu/
ſtinere.Cum aūt,ait,uenerit ille,hoc eſt paracletus ſpiritus ueritatis,diriget uos in omnem uerita
tem:ſua doctrina & inſtitutione uos transferens à morte literæ ad ſpiritū uiuificantē, in quo ſo/
lo omnis ſcripturæ ueritas poſita eſt.Ipſe ergo ſpiritus ueritatis ingrediens purā & ſimplicē men
tem,ſignabit in uobis ſcientiā ueritatis: & ſemper noua ueteribus adiungens, diriget uos in om/
nem ueritatem. Ad deum quoq; patrē quidam allegans preces loquitur: Dirige me in ueritate
tua,hoc eſt,in unigenito tuo:propria uoce teſtante,ego ſum ueritas. Quam perfectionē tribuit
deus mittens ſpiritum ueritatis,qui credentes in totam dirigat ueritatem.Dehinc in conſequen/
tibus de ſpiritu ueritatis,qui à patre mittat, & ſit paracletus,ſaluator qui & ueritas,ait: Nō enim
loquetur à ſemetipſo,hoc eſt,non ſine me,& ſine meo & patris arbitrio,quia inſeparabilis à mea
& patris eſt uoluntate,Quia non ex ſe eſt,ſed ex patre & me eſt, hoc enim ipſum quod ſubſiſtit
& loquitur,à patre & me illi eſt:Ego ueritatem loquor:id eſt,inſpiro quæ loquitur. Siquidem ſpi
ritus ueritatis eſt. Dicere autē & loqui in trinitate, non ſecundum conſuetudinem noſtram qua
ad nos inuicem ſermocinamur & loquimur accipiendum, ſed iuxta formam incorporalium na/ D
turarum,& maxime trinitatis quæ uolūtatem ſuam inſerit in corde credentiū: & eorum qui eam
audire ſunt digni:hoc eſt,dicere & loqui. Nos quippe homines quando de aliqua re ad alterum
loquimur,primum quod uolumus,mēte concipimus abſq; ſermone. Inde in alterius ſenſum uo
lentes transferre,linguæ organum commouemus, & quaſi quoddā plectrum chordis dentium
collidentes,uocalem ſonum emittimus. Quomodo igitur nos linguam quā palato dentibusq;
colliſimus, & ictum aerē in diuerſa temperamus eloquia,ut nobis nota cōmunicemus in alios:
ita & auditorem neceſſe eſt patulas præbere aures,& nullo uitio coarctatas, in ea quæ dicuntur
erigere:ut poſſit ita ſcire quæ proferuntur,quomodo nouit ea ille qui loquitur. Porro deus ſim/
plex & incompoſitæ ſpiritualisq; naturæ, neq; aures, neq; organa,quibus uox emittitur habet,
ſed ſolitaria inconprehenſibilisq; ſubſtantia nullis membris partibusq; componitur. Quæ qui/
dem de filio & de ſpiritu ſancto ſimiliter accipienda.Si quando ergo legimus in ſcripturis:Dixit
dominus domino meo.Et alibi:Dixit deus,fiat lux,& ſi qua his ſimilia, digna deo accipere debe
mus.Neq; enim ignorante filio qui ſapientia & ueritas eſt,pater ſuam nunciat uoluntatem:cum
omne quod loquitur,ſapiens uerusq; ſubſiſtens,in ſapientia habeat & in ſubſtantia.Loqui ergo
patrem & audire filium:uel econtrario,filio loquente audire patrem, eiuſdem naturæ in patre &
filio conſenſusq; ſignificatio eſt.Spiritus quoq; ſanctus,qui eſt ſpiritus ueritatis, ſpiritusq; ſapi/
entiæ,non poteſt filio loquente audire quæ neſcit:cū hocipſum ſit quod profertur à filio, id eſt,
procedens à ueritate, conſolator manans de conſolatore, deus de deo ſpiritus ueritatis proce/
dens.Denique ne quis illum à patris & filij uoluntate & ſocietate diſcerneret, ſcriptum eſt: Non
enim à ſemetipſo loquetur:ſed ſicut audiet loquetur. Cui etiā ſimile de ſeipſo ſaluator ait: Sicut
audio & iudico.Et alibi:Non poteſt filius facere quicquam,niſi quod uiderit patrem facientem.
Si enim unus eſt patri filius,non iuxta Sabellij dictum,patrem & filium confundentis, ſed iuxta
indiſcretionē eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ, nō poteſt quicquam abſque patre facere, quia ſeparato/
rum diuerſa ſunt opera, ſed uidens operantem patrem & ipſe operatur, non ſecundo gradu,&
poſt illum operans. Alia quippe patris,alia filij opera eſſe inciperent,ſi non æqualiter fierēt. Scri

ptum

A ptum est autem: Quæ enim ille facit:haud dubium quin pater: hæc eadem filius similiter facit. Quod si operante patre & filio,non iuxta ordinem,primi & secundi, sed iuxta idē tempus operandi eadem & indissimilia subsistunt uniuersa quæ fiunt,& filius non potest à semetipso quicq̄ facere,quia à patre nō potest separari:sic & spiritus sanctus nequaquā separatus à filio, propter uoluntatis naturæq̄ consortium non à semetipso creditur loqui,sed iuxta uerbum & ueritatem dei loquitur uniuersa quæ loquitur. Hanc opinionem sequentia domini uerba confirmant,dicentis: Ille me clarificabit,id est paracletus,quia de meo accipiet. Rursum hic,accipere, ut diuinæ naturæ conueniat intelligendum. Quomodo ergo filius dans,non priuatur his quæ tribuit,neq; cū damno suo impertit alijs,sic & spiritus non accipit quod ante non habuit. Si enim quod prius nō habebat accepit,trāslato in alium munere,uacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus,sic & nunc spiritum sanctū à filio accipere,id quod suæ naturæ fuerat cognoscendum est: & nō dantem & accipientem,sed unam significare substantiam. Siquidem & filius eadem à patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit. Neq; enim quid aliud est filius,exceptis his quæ ei dantur à patre, neq; alia substantia est spiritus sancti præter id quod datur ei à filio. Propterea autem ista dicūtur,ut eandem in trinitate credamus esse naturam spiritus sancti quæ est patris & filij. Quia ergo omnis humana uox nihil potest aliud iudicare quàm corpora,& trinitas,de qua nunc nobis sermo est, omnes materiales substantias superat,iccirco nullum uerbum potest ei proprie coaptari, & eius significare substantiam, sed omne quod loquimur κατα χρησικῶς,id est abusiue est,& de incorporalibus cunctis,& maxime cum de trinitate loquimur. Glorificat itaque filiū spiritus sanctus, ostendens illum & in apertum proferens his qui mundo corde eum intelligere & uidere sunt digni,& splendorem substantiæ & imaginem inuisibilis dei scire. Rursum imago ipsa ostendens se puris mentibus glorificat patrem,insinuans eum nescientibus, ipse enim ait, Qui uidet me,uidet & patrem. Pater quoque reuelans filium his qui ad calcem scientiæ peruenire meruerunt,glorifi
B cat unigenitum suum,ostendens eis magnificentiam atque uirtutem. Sed & ipse filius tribuens spiritum sanctum his qui se dignos eius munere præparauerunt,& pandens proprietatē glorificationis & magnitudinis eius uirtutem:glorificat illum. Deinde interpretationem inferens quomodo dixisset,de meo accipiet,protinus subiecit: Omnia quæ habet pater mea sunt,propterea dixi,de meo accipiet & annunciabit uobis,quodammodo loquens: Licet à patre procedat spiritus ueritatis, & det illis deus spiritum sanctū petentibus se, tamen quia omnia quæ habet pater mea sunt,& ipse spiritus patris meus est,& de meo accipiet. Caue aūt cum ista dicūtur, ne graue labaris intelligentiæ in uitium, & putes rem aliquā esse & possessionē quæ à patre habeatur ac filio: Verum quæ habet pater iuxta substantiam:id est,æternitatem,immutabilitatē, incorruptionem,immutabilem bonitatem,de se & in se subsistentem:hæc eadem habet & filius. Et quæcunque sunt filij,hæc eadem & pater habet. Procul hinc absint dialecticorū tendiculæ, & sophismata à ueritate pellantur,quæ occasionem impietatis ex pia prædicatione capientia,dicunt,Ergo & pater est filius,& filius pater. Si enim dixisset,omnia quæcunque habet deus,mea sunt, haberet impietas occasionē confingendi,& uerisimile uideretur esse mendacium. Cum uero dixerit, omnia quæ habet pater mea sunt,patris nomine se filium declarauit,paternitatem qui filius erat, nō usurpauit,quanquam & ipse per adoptionis gratiā, multorum sanctorū sit pater, secundū illud quod in psalmis legitur,Si custodierint filij tui. Et iterū,Si dereliquerint filij eius legem meā. Sed in hoc sermone sensuq̄ præposito,consequenter ea quæ diximus superius patris esse,habet & filius,& quæ filij sunt,habet & spiritus sanctus. Ait quippe,de meo accipiet,propterea & uentura annunciabit uobis. Per spiritum siquidem ueritatis, sanctis uiris futurorum scientia certa conceditur. Vnde & prophetæ hoc eodem repleti spiritu,prænunciabant sensu,& quasi præsentia intuebantur,quæ erant deinceps secutura. Satis hæc abundeq̄ iuxta ingenij nostri paupertatem de præsenti euangelij capitulo dixisse sufficiat. Si quibus autem dominus reuelauerit,& in uicinia ueritatis adducti sunt,magisq̄ possunt cernere ueritatem,disputationi illorum cōcedamus meliora quibus ille suffragatur, qui est spiritus ueritatis, & petimus eos qui lecturi sunt ut ignoscant imperitiæ,studioq̄ dent ueniam,cupienti totum deo offerre quod potuit, licet suam non

quiuerit implere uoluntatem. Proponamus & apoſtoli ad Romanos epiſtolæ teſtimonium, quæq; nobis in illa uidentur præſenti materiæ congruere, uentilemus. Vt iuſtificatio, inquit legis impleatur in uobis, qui non iuxta carnem ambulatis, ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim iuxta carnem ſunt, ea quæ carnis ſunt ſapiunt. Qui uero iuxta ſpiritum, ea quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. Sapientia quippe carnis mors eſt. Sapientia autē ſpiritus, uita & pax, quoniam ſapiētia carnis inimica eſt deo, legi quippe dei non ſubijcitur. Neque enim poteſt. Qui uero in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic nō eſt eius. Si autem Chriſtus eſt in uobis, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus uero uiuit propter iuſticiam. Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in uobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis. Ergo debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quia ſumus filij dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. In præſenti apoſtoli capitulo, pluri ma de ſocietate ſpiritus, quam habet cum patre & filio demonſtrantur, Ait quippe Apoſtolus, iuſtificationem diuinam & ſpiritualis legis expleri in his, non qui iuxta carnem ambulant, ſed iuxta ſpiritum. Iuxta carnem ambulantem eum qui per uoluptates & uitia carnis corpori copulatus, facit omnia quæ carnis ſunt & corporis opera, apoſtolicus ſermo deſcripſit. Porro iuxta ſpiritum ambulantem eum, qui in præceptis legis dei & euangelij gradiens, ſpiritualium ſequitur ordinem mandatorum. Siquidem ſicut carnalium uitium eſt ea ſapere quæ carnis ſunt, ea cogitare quæ corporum: ſic ecōtrario ſpiritualium uirtus eſt, ſemper cogitare de cœleſtibus & æternis, & his tractare quæ ſpiritus ſunt. Sed carnis ſapientia ilico morte ſibi ſociata, interficit eos qui iuxta carnem gradiuntur & ſapiunt: ſapientia uero ſpiritus, mentis tranquillitatem & pacem & uitam habentibus ſe largitur æternam. Quam cum poſſederint, omnes perturbationes & genera uitiorum, & ipſos quoque dæmones qui hæc ſuggerere nituntur habebunt ſub pedibus ſuis. Sapientia ergo carnis cum morti iuncta ſit, inimica eſt deo. Inimicos quippe eos reddit qui ſuis legibus nixerint, contraria ſemper & repugnans uoluntati & legi dei. Neque enim fieri poteſt, ut qui in ſapientia carnis eſt, dei præcepta cuſtodiat & uoluntati eius ſubijciatur. Quamdiu ſeruimus uoluptatibus, ſeruire deo non poſſumus. Cum autem titillantem ſubiecerimus noſtris pedibus luxuriam, & totos nos ad ſpiritum transferentes, nequaquam fuerimus in carne, id eſt, in carnis paſſionibus, tunc ſubijciemur deo. Neque enim de carne hac in qua uiuimus, & in cuius uaſculo noſtra anima continetur, apoſtoli ſermo eſt: quia omnes ſancti corpore & carne circundati placuerunt deo: ſed ad id potius quod contra dei præceptum ex humana ſocietate perpetratur, de quibus eſt: Diliges dominum deum tuum. Et, quod tibi non uis fieri &c. Vos autē, ait, haud dubium quin diſcipuli Chriſti, qui ſapientiam ſpiritus ſuſcepiſtis & uitam pacis, non eſtis in carne, id eſt, in carnis operibus, neq; eius opera perpetratis, ſiquidem ſpiritum dei habetis in uobis. Idem autem ſpiritus dei & ſpiritus Chriſti eſt, deducens & copulans eum qui in ſe habuerit domino Ieſu Chriſto. Vnde & in conſequentibus ſcribitur. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Rurſum in præſenti diſcimus ſocietatem quam habet ſpiritus ſanctus ad deum & ad Chriſtum. Sed & in epiſtola Petri, ſpiritus ſanctus eſſe Chriſti ſpiritus comprobatur: Scrutantes, inquit, & inquirentes, id eſt prophetæ, de quibus ei fuerat ſermo ſuperior, in quo ait, quale tempus ſignificabat is qui in eis erat ſpiritus Chriſti: teſtificās in Chriſto paſſiones & ea quæ poſt erant ſecutura decreta, in quibus reuelatum eſt, quia non ſibi, ſed nobis miniſtrabunt ea quæ nūc annūciata ſunt uobis per ſpiritū ſanctū: Iſte aūt ſpiritus ſanctus dictus eſt ſpiritus dei, nō in præſenti tantū ſermone, ſed & in alijs locis cōpluribus, ut ibi: Ea quæ dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus dei. Deinde ſequitur poſt hoc quod ait: Si quis autem ſpiritum dei non habet, hic non eſt eius: & infertur: Si autem Chriſtus in uobis, & manifeſtiſſime demonſtratur inſepa-

A inſeparabilem eſſe ſpiritum ſanctum à Chriſto: quia ubicunq; ſpiritus ſanctus fuerit, ibi & Chriſtus eſt: & undecunq; Chriſti ſpiritus diſceſſerit, inde pariter recedit & Chriſtus. Si quis enim ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Cui coniuncto ſi quis contrarium aſſumat, dicere poteſt: Si quis Chriſti eſt, ita ut Chriſtus in eo ſit: in hoc ſpiritus dei eſt. Hoc autem idem & de deo patre ſimiliter uſurpandum. Si quis ſpiritum dei non habet: iſte nō eſt eius. Cui rurſum contrariū ſi quis aſſumat, dicens: Si quis dei eſt, in hoc ſpiritus dei eſt. Vnde ſcribitur: Neſcitis quia templum dei eſtis, & in uobis habitat ſpiritus dei? Et in Ioannis epiſtola: In hoc cognoſcitur deus habitans in quibuſdam: cum manſerit in eis ſpiritus quem dedit. Ex quibus omnibus indiſſociabilis atq; indiſcreta trinitatis ſubſtantia demōſtratur. Cum ergo ait: Si Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuum propter peccatum, nequaquam uitijs laſciuiæq; deſeruiens, ſed mortificatum peccato non commouetur ad uitia: & nequaquam erit uitale peccato. Poſtquam autem corpus peccato mortuum fuerit: Chriſtus in his qui ſua corpora mortificauerunt, præſens ſpiritum uitæ oſtendit per iuſticiam, ſiue correctionem operum uirtutum immortalium: ſiue fidem Ieſu Chriſti, in his qui iuxta fidem illius conuerſantur. Deinde apoſtolus alio ſyllogiſmo coniuncto utitur: quod ſignificantius dialectici ἀξίωμα uocant, & ait: Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis habitat in uobis: qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis uiuificabit & mortalia corpora ueſtra per inhabitantem ſpiritum ſuum in uobis: Nónne tibi uidetur dicere, quia ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum, id eſt, qui eiuſdem Ieſu Chriſti ſpiritus eſt habitat in uobis, conſequenter uiuificabuntur & mortalia corpora ueſtra cum immortaliū animabus ab eo qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum à mortuis principem & primogenitum reſurrectionis? Et quibus tale tantumq; diuinitus per ſpiritum munus indultum eſt, debitores ſumus ſpiritui non carni, ut iuxta eam uiuamus. Siquidem qui iuxta carnē uixerit, morietur illa morte quæ peccatum ſequitur. Peccatum quippe cum conſummatum fuerit, generat mortem, ſecundum Iacobum. Sed & Ezechiel peccantem animam mori ſcribit. Separatur enim iam à uita quæ in ſa
B pientia ſpiritus collocata eſt. Si quis autem tranſcēderit uitam carnis, & ſpiritu opera carnis mortificauerit: uiuet beata æternaq; uita, relatus in filios dei & directus in uiam rectam, propter ſpiritum ſanctum, qui & dei ſpiritus appellatur. Si enim, inquit, iuxta carnem uixeritis, moriemini. Quod ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et in conſequentibus: Quotquot enim ſpiritu dei aguntur hi filij ſunt dei. Rurſum refocillans eos, & conſolans & prouocans ſperare meliora, quibus loquebatur, ait: Non enim accepiſtis iterum ſpiritum ſeruitutis in timore, id eſt, non ſimilitudine ſeruorum, metu & terrore pœnarum uos abſtinetis à uitijs, quia habetis uobis datum à patre ſpiritum adoptionis: id eſt, ſpiritum ſanctum, qui ipſe ſpiritus & dei & Chriſti & ueritatis dicitur atq; ſapientiæ. Si autem ſpiritus iſte adoptat in filios dei eos quorum dignatione ſui habitator efficitur, tibi conſequentium ſuper potentia eius intelligentiam derelinquo. Porro in hoc adoptionis ſpiritu clamant qui habuerint illum patrem deum, ſicut oſtendit ſermo dicens: In quo clamamus abba pater, ipſo ſpiritu qui nos adoptat in filios, teſtimonium præbente participatione ſui, quod à noſtro ſpiritu poſſidetur, quia filij dei ſumus. Cui conſequens eſt deum quidem quaſi patrem, hæreditarias nobis diuitias contuliſſe, ſpiritualia dona: Chriſti uero cohæredes nos eſſe, eo quod fratres eius per gratiam & benignitatem ipſius appellamur. Erimus autem hæredes dei, cohæredes autem Chriſti, ſi compatiamur, ut & conglorificari ei ex paſſionū ſocietate mereamur. Verum quia & hoc iuxta id quod potuimus ediſſertum eſt, proponamus prophetæ capitulum, quædam de ſpiritu ſancto continens, ut non ſolum de nouo, uerumetiam de ueteri teſtamento ſuper eius fide intellectuq; doceamur. Nam & ſuperius prælocuti ſumus, in omnibus ſanctis, tam his qui poſt aduentum domini noſtri fuerunt, quam etiam retro, in patriarchis uidelicet & prophetis, ſpiritus ſancti gratiam fuiſſe uerſatam, & eos diuerſis chariſmatibus uirtutibusq; compleſſe. Quomodo enim unius dei & unigeniti eius gratiam poſſidentes, tam hi qui ante, quàm etiam illi qui poſt aduentum eius iuſticiæ erexere uexillum, ueritatis ſunt ſcientiam conſecuti: ſic & ſpiritus ſancti gratiam poſſidebant, quia inſeparabilem à patre & filio eſſe ſpiritum ſanctum, in multis ſupra locis oſtendimus. Scriptum eſt ergo in propheta: Miſericordiæ domini recordatus ſum, & uirtutis eius, in omnibus quæ retribuit nobis dominus: iudex

bonus domui Iſrael, inferens nobis iuxta miſericordiam ſuam, & iuxta multitudinem iuſticiæ C
ſuæ. Et dixit: Non populus meus filij, & non præuaricabunt̃. Et factus eſt illis in ſalutẽ ex omni tribulatione eorum, non legatus, neq; angelus, ſed ipſe ſaluauit eos, eo quod dilexerit eos, & pepercerit eis. Ipſe redemit eos & ſuſcepit eos, & exaltauit eos in omnibus diebus ſeculi. Ipſi uero non crediderunt & iritauerunt ſpiritum ſanctum eius, & conuerſus eſt eis ad inimicitiam. Ipſe debellauit eos, & recordatus eſt dierum antiquorum. Qui eduxit de terra paſtorem ouium, qui poſuit in eis ſpiritum ſanctum, congregans dextera Moyſen. Qui frequenter dei adepti ſunt beneficia, ſcientes gratia magis & miſericordia eius quàm propriis ex ſe fuiſſe operibus conſecutos, quaſi uno omnes conſenſu & animo concordantes loquuntur, miſericordiæ domini recordatus ſum. Cogitantes enim quæ ab eo frequenter in Moyſe dona ſuſceperint, gratias referũt, & cum miſericordia, etiam uirtutum domini recordantur, ſiue mirabilium quæ crebro pro eis fecit in populis, ſiue profectuum animæ, quibus per legem & prophetas & præcepta eius ſalubria eruditi ſunt. Siquidem in ſcripturis nomen uirtutis utrunque ſignificat. Recordari autem ſe miſericordiæ & uirtutum eius, inquiunt, in omnibus quæ retribuit eis, non iuxta iuſticiam ſuam, ſed iuxta miſericordiam & bonitatem eius, qui eſt iudex domui uidenti, & ſenſui mundo corde cernenti dominum. Hoc ſiquidem ex Hebræo ſermone in lingua noſtra interpretatur Iſrael, id eſt, mens uidens dominum. Licet enim tormenta & cruciatus iudex nonnunquam inferat iudicium merentibus, tamen qui cauſas rerum altius intuetur, uidens propoſitum bonitatis eius, qui cupit corrigere peccantem, bonum illum confitetur, dicens: Inferat nobis iuxta miſericordiam ſuam. Si enim iniquitates eorum quos iudicat attendat dominus, quis ſuſtinebit? Porro quia apud dominum propiciatio eſt: dominus uidelicet noſter atque ſaluator, infert nobis ſecundum miſericordiam ſuam omnia quæ nos prouehant ad ſalutem. Inferens quoque iuxta miſericordiam ſuam, & hoc faciens in iudicio, cum iuſticia nobis tribuit, quæ admixta miſericordiæ bonitate largitus eſt.

D

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO

LIBER TERTIVS, INTERPRETE diuo Hieronymo.



ARGVENDVS eſt ex præſenti capitulo hæreticorũ error, qui bonitatẽ à iuſtitia ſeparantes, aliũ deũ bonũ, alium iuſtũ finxerunt. Ecce enim in præſentiarũ ipſe eſt deus & bonus & iudex, & iuxta miſericordiã ſuam iuſticiamq; reſtituens: & pariter bonus iuſtusq; ſubſiſtens. Fruſtra igitur iniquũ dogma ſimulantes, bonum deum euangelij, & ueteris teſtamenti iuſtum eſſe defendunt: quia & in plurimis alijs locis & nũc in prophetæ ſermone, iudex bonus ſcribitur deus, & econtrario quod nolunt in Pauli apoſtoli epiſtola (qui certe noui teſtamenti prædicator eſt) deus iuſtus iudex refertur. Repoſita eſt mihi, inquit, corona iuſticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Idem eſt ergo licet nolint, noui & ueteris teſtamenti deus, uiſibilium & inuiſibilium conditor, ſaluatore etiam in euangelio iuſtum & bonum patrem liquido atteſtante: Pater iuſte, mundus te non cognouit. Et alio loco, Nemo bonus niſi unus deus. Sed & in ueteri lege alibi iuſtus, alibi bonus dicitur deus. In pſalmis, Iuſtus dominus, inquit, & iuſticias dilexit. Et econtrario in Hieremia, Bonus dominus his qui ſuſtinent eum. Rurſus in pſalmis, Quàm bonus deus Iſrael, his qui recto ſunt corde. Et hæc quidem è latere contra hæreticos ſtrictim dicta ſunt. Tempus autem eſt, ut propoſitum prophetæ ordinem proſequamur, qui ita contexitur, Et dixit, haud dubium quin dominus, Nónne populus meus filij, nec præuaricabuntur? Non erant, inquit, ſimiles his qui generati ſunt & exaltati ſunt, & eum qui genuit illos, deſpexere. Et factus eſt eis in ſalutem, id eſt, illis de quibus dominus ait, Nónne populus meus filij & non præuaricabuntur. Hoc enim ipſum quod non præuaricati ſunt, nec ſpreuerunt patrem, eis

factus

A factus est in salutem,uel ob idipsum quod appellati sunt filij, causa eis salutis effectus est. Quæ salus à Christo domino contributa,angeli quoq; ad pastores uoce firmatur,dicentis: Ecce euangelizo uobis gaudiū magnum quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.Ipse factus est cūctis qui in eum credunt occasio salutis æternæ,& ipse est saluator mundi,qui uenit quęrere quod perierat.Et ipse est,de quo chorus sanctorum canit:Deus noster,deus saluandi.Quia igitur deus erat qui salutem prębebat æternam, dictum est,nō legatus,neq; angelus,id est,nō propheta, non patriarcha, nō legislator Moyses saluauit eos.Omnes enim quos nominaui,poterāt ad dominū fungi legatione pro populo.Denicq; Moyses interpellans eum pro delinquente plebe,ait,Si dimittis eis peccatū eorum,dimitte, Sed obsecrauit ueniā quadraginta diebus ieiunans,& misericordiam dei, animæ afflictione pro uocans.Nemo aūt de horum numero legatorum potest esse saluator,indigens & ipse eo qui salutis largitor uerus est. Nam & angeli quamcq; spiritus sint & ad diuersa propter eos qui salutē accepturi sunt,ministeria mittantur,non sunt tamen autores salutis, sed eum qui fons salutis est, interpretantur & nunciant. Vnde dictum est,non legatus,neq; angelus,sed ipse dominus saluauit eos.Non propter aliud quid,sed propter id quod diligeret eos & parceret eis. Parcere autem dicitur,quasi creaturis suis,iuxta illud quod alibi scribitur: Parces autem omnibus domine amator animarum,quia tuæ sunt,neq; enim odies quos fecisti. Quapropter & pro eorum salute proprio filio non parcens pater,tradidit eum in mortem, ut per mortem filij sui destructo eo qui habebat mortis imperium, hoc est diabolo, redimeret omnes qui ab eo captiuitatis uinculo tenebantur. Vnde subijcitur:Ipse autem redemit eos,& suscepit eos, & exaltauit illos. Suscipit enim exaltatq; saluatos,& redemptos in sublime tollit uirtutum alis,& eruditione & scientia ueritatis, non ad unum tantum & alterū diem,sed in omnibus diebus æternitatis,habitans in eis,& cum eis,& usq; ad consummationem seculi uitam eis tribuens,salutisq; autor existens. Omnibus autem diebus seculi illuminans corda eorum,non sinit eos in tenebris ignorantiæ & errore uersari.

B Et hoc puto esse quod scriptum est,in omnibus diebus exaltari eos. Quia uero mutabiles & aduitia sponte labentes,post tanta beneficia deo fuerunt increduli, & præcepta illius reliquerunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum dei,qui eis multa bona largitus est: in peccatum simile corruerunt his qui postquam geniti sunt & exaltati spreuerunt patrem suum, Vel certe nunc ipsi describuntur,qui & ante descripti sunt:siquidem & ibi post peccatum dicitur ad eos: Dereliquistis dominum, & ad iracundiam concitastis sanctum Israel, & nunc quod ipsi non crediderunt & exacerbauerunt spiritum sanctum eius. Ex præsenti ergo loco societas spiritus ad dominum ostenditur. Qui derelinquit dominum & incredulus est, & ad iracundiam prouocat sanctum Israel, & exacerbat spiritum sanctum eius. Eadem indignatio super peccatoribus tam ad spiritum sanctum, quàm ad sanctum Israel refertur. Vnde & in consequentibus similis copula trinitatis ostenditur, dicente scriptura dominum ad inimicitias esse conuersum his qui exacerbauerunt spiritum sanctum eius, & tradidisse eos sempiterno cruciatui postquam non sermone, sed rebus in sanctum eius spiritum blasphemauerunt. Ipse igitur qui eis conuersus est ad inimicitias, debellauit eos & subiecit multiplicibus, longisq; cruciatibus, ut nec in præsenti tempore, nec in futuro consequantur ueniam peccatorum. Exacerbauerunt enim spiritum sanctum eius, & blasphemauerunt in illum. Si autem uolueris hoc de Iudæis intelligere qui crucifixerunt dominum saluatorem,& iccirco exacerbauerunt spiritum sanctum: id quod scriptum est: ipse debellauit eos,ad illam est intelligentiam referendum:quod Romanis traditi sunt,quādo uenit super eos ira dei in finem.In uniuerso enim orbe cunctisq; regionibus soli exules patrię,in terra magantur aliena,non urbem antiquam,non sedes proprias possidētes,id quod prophetis & saluatori suo fecerunt,receperunt. Quia enim sanguinarij & uesano semper furore capti, non solum prophetas occiderūt,lapidaueruntq; eos qui ad se missi fuerant,sed ad impietatis culmen egressi, dominum saluatorem qui pro cunctorum salute descendere dignatus fuerat ad terras, prodiderunt & crucifixerunt,propterea expulsi sunt urbe, quam prophetarū & Christi cruore maculauerunt. Secundum igitur hunc sensum debellatos eos à domino intelligere debemus, non ad breue tempus,sed ad omne futurum seculum. Vsq; ad consummationem quippe mundi(ut

diximus) profugi atque captiui, in uniuerſis aberrant nationibus, non urbem, non regionem c
propriam poſſidentes. Attamen quia naturaliter benignus eſt & miſericors is qui eos debella-
uerat, tribuit eis locum pœnitentiæ, ſi uelint ad meliora conuerti. Vnde & dicitur: Recordatus
eſt dierum ſeculi. Recordatus enim temporum futurorum, clauſam ianuam aliqua ex eis parte
reſerauit, ut poſtquam intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael (qui hac fuerit dignus
appellatione) ſaluetur. Licet enim in id temeritatis eruperint, ut eum qui propter eos miſſus fue-
rat interficerent, dicentes: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: tamen deus ſuſcitauit
eum de terra, in cuius corde tribus diebus & tribus noctibus fuerat commoratus, paſtorem oui-
um ſuarum. Siquidem ita contexitur: Qui eduxit de terra paſtorem ouium ſuarum. Quod ue-
ro paſtor ouium deus qui nunc prophetali ſermone deſcribitur dominus ſit, manifeſtius in e-
uangelio diſcimus, ipſo ſaluatore teſtante: Ego ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro
ouibus meis. Et iterum: Oues meæ uocem meam audiunt. Poſt hæc omnia prophetis ait: Vbi
eſt qui poſuit ſuper eos ſpiritum ſanctum? Admiratur quippe de quanta felicitate ad quantas
miſerias peruenerint. Et quomodo loquitur? Qui eos redemerat, qui poſuerat in illis ſpiritum
ſanctum ſuum habitans cum eis, ubi nunc eſt? quò abijt? Dereliquit eos: quia ipſi prius dereli-
querũt, & ad iracundiam prouocauerunt ſanctum Iſrael. Poſuerat autem dubium in eis ſpiri-
tum ſanctum deus, cum adhuc boni eſſent, & præceptis eius obſequi niterentur. His enim tan-
tummodo ſpiritus ſanctus inferitur, qui uitijs derelictis, uirtutum ſectantur chorum, & iuxta
eas & per eas in fide Chriſti uictitant. Quod ſi paulatim negligentia ſuggerente, cœperint ad
peiora confluere, concitant aduerſum ſe habitatorem ſuum ſpiritum ſanctum, & eum qui il-
lum dederat conuertunt ad inimicitias. Hinc quid ſimile & Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcri-
bens, ait: Neque enim uocauit nos deus ad immundiciam, ſed ad ſanctificationem. Itaque qui
ſpernit, ſiue quod melius habetur in Græco, qui præuaricatur, non hominem præuaricabitur,
ſed deum, qui dedit ſpiritum ſanctum ſuum in uobis. Nam in his ſermonibus deus uocans per fi
dem in ſanctificationem, id eſt, ut ſancti ſpiritus fierent credentes: dedit eis ſpiritum ſanctum. Et D
quamdiu præcepta dei ſeruauerunt, permanſit in eis ſpiritus ſanctus quem acceperunt. Quan-
do uero amore lubrico corruerunt, & ad immundiciam ſunt delapſi, ſpreuerunt ſiue præuaricati
ſunt dominum, qui dederat eis ſpiritum ſanctum: ut non immundiciæ deſeruirent, ſed ut ſancti
ficarentur. Vnde pœnas luent qui iſta commiſerunt, non quaſi hominem, ſed quaſi deum ſper-
nentes. Et ut ſciamus dominum eſſe ſpiritum ſanctum qui datur credentibus, ex ipſius prophe-
tæ Eſaiæ diſcamus eloquio, qui inducit ad quempiam dicentem dominum: Spiritus meus in te
eſt, & uerba mea dedi in os tuum. Oſtenditur enim ex ſermone præſenti, quod qui acceperit ſpi-
ritum dei, ſimul cum eo & uerba dei poſſideat, ſermones uidelicet ſcientiæ & ſapientiæ. Necnon
& in alio loco eiuſdem prophetæ deus loquitur: Dedi ſpiritum meum ſuper eum. Qui ergo po-
ſuit in eis ſpiritũ ſanctum: Moyſen dextera ſua ſanctificatũ eſſe cõmemorat, ſiue illum illuſtrẽ
uirum & myſteriorũ dei imitatorem, de quo ad Ieſum filiũ Naue dominus ait: Moyſes famulus
meus: ſiue legẽ ſuam, quæ in ueteri ſcripta eſt inſtrumẽto. Nam crebro legiſſe me memini Moy-
ſen appellatum eſſe pro lege: ut in Apoſtolo: Vſq; in hodiernum diem, quando legitur Moy-
ſes. Et Abraham ad diuitem in ſupplicijs conſtitutum: Habent, inquit, Moyſen & prophetas.
Et certe liquido comprobatur ibi, Moyſen, non ſupradictum uirum ſignificatum eſſe, ſed legẽ.
Porro quæ eſt dextera dei quæ adduxit Moyſen, niſi dominus & ſaluator noſter? Ipſe eſt enim
dextera patris, per quam ſaluat, exaltat & facit uirtutem: ſicut alibi de eo dicitur: Saluauit ſibi de
xtera ſua & brachium ſanctũ eius. Et rurſum: Dextera domini fecit uirtutẽ, dextera domini ex-
altauit me: non moriar, ſed uiuam & narrabo opera domini. Et certe uocem hanc ex perſona do
minici hominis proferri, quem unigenitus filius dei aſſumere dignatus eſt ex uirgine, ex ipſo lo-
co manifeſtiſſime comprobatur, quia ipſe eſt dextera dei, ſicut ſcriptum eſt in Actibus apoſto-
lorum: quod factus ſit ex ſemine Dauid ſecundum carnem, genitus de uirgine ſuperueniente in
eam ſpiritu ſancto, & uirtute excelſi obumbrãte eã. De quo Dauid prophetauit in ſpiritu: quod
à mortuis reſurgens, aſſumptus ſit in cæles, dextera dei ſubleuatus. Scribitur ibi autem in hunc
modum: Prꝙidens idem Dauid locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quoniã non eſt derelictus

in inferno

A in inferno,neq; caro eius uidit corruptionem. Hunc Iesum suscitauit deus, cui nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei eleuatus,& repromissionẽ spiritus sancti accipiens à patre,effudit hoc donum in nobis quod uos uidetis & auditis, neq; enim Dauid ascendit in cœlos. Nulli quippe dubium,exaltatum dextera dei,& ab inferis resurgentem esse dominum Iesum,sicut ipse scriptu ræ sermone testatus est. Iste ergo qui resurrexit à mortuis dicit: Ego dormiui & somnum cepi & resurrexi, quia dominus suscitauit me. Ipse ergo sermone dei assumptus in cœlum, eleuatus esse ab ea (de qua supra diximus) dextera dei prædicatur,& accepisse repromissiones spiritus sancti à patre,& effudisse illum in credentes,ita ut omnium linguis loquerentur magnalia dei. Nam & dominicus homo accepit communicationem spiritus sancti,sicut in euangelijs scribitur. Iesus ergo repletus spiritu sancto,regressus est à Iordane. Et in alio loco: Reuersus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam. Hæc autem absq; ulla calumnia de dominico homine qui totus Christus, unus est Iesus filius dei, sensu debemus pietatis accipere: non quod alter sit, sed quod de uno atq; eodem quasi de altero secundum naturam dei & hominis disputetur, & quia deus uerbum unigenitus filius dei,neque immutationem recipit,neque augmentum. Siquidem ipse est bonorum omnium plenitudo. Satis abundeq; de prophetæ testimonio disputatũ est. nunc ad reliqua pergamus,ut quomodo scimus quod pater & filius,sanctos & bonos sui cõmunicatione perficiunt, sic sanctus quoq; spiritus,participatione sui,bonos efficiat sanctosq; credentes, & ex hoc etiam unius cum patre & filio substantiæ esse doceatur. Dicitur in psalmis ad dominum: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Scimus autem in quibusdam exemplaribus scriptum esse, spiritus sanctus tuus. Porro in Esdra absq; ulla ambiguitate bonus spiritus appellatur, Spiritum tuum bonum dedisti,ut eos faceres intelligere. Quod autem pater sanctificet, Apostolus scribit dicens: Deus autem pacis sanctificet uos perfectos. Et saluator ait: Pater sancte,sanctifica eos in ueritate,quia uerbum tuũ est ueritas. Perspicue dicẽs, in me qui uerbum tuũ sum & ueritas tua, sanctifica illos fide & cõsortio mei. Dictus est & alibi bonus deus: Nemo bonus nisi unus deus:

B Superius quoque ostendimus quoniam filius sanctificet, Paulo in eadem uerba congruente. Etenim qui sanctificat & qui sanctificãtur,ex uno omnes. Sanctificantẽ significans Christum, & sanctificatos eos,qui possunt dicere: Factus est nobis sapientia ex deo Christus, & iustitia & sanctificatio. Appellatur siquidẽ & spiritus sanctificationis. Vnde & ad eũ dicitur: Et omnes sanctificati sub manibus tuis,& sub te sunt. Bonus dominus noster Iesus Christus, & ex bono patre generatus est, & de eo legimus: Confitemini domino quoniam bonus. Confiteantur autem illi qui ab eo aut ueniam obtecrant peccatorum,aut gratias referunt eius clementiæ pro indultis beneficijs. Spiritus quoque sanctus eos quos dignatur implere sanctificat, ut superius iam demonstratum est,quando ostendimus eum participabilem & à multis simul capi posse. Et nunc in præsenti Pauli testimonio largitor sanctificationis ostenditur, in eo quod ait, Debemus autem & nos gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à domino, quia elegit deus nos primitias in salutem in sanctificatione spiritus sancti & fide ueritatis. Nam & in hoc loco charisma ta dei subintelliguntur in spiritu,cum in sanctificatione spiritus, fides pariter & ueritas possidentur. Quia ergo recte & piè & ut se ueritas habet hæc diximus,sanctificationis, bonitatisq; uocabulum,& ad patrem,& ad filium,& ad spiritum sanctum eque referetur,sicut ipsa quoq; appellatio spiritus. Nam & pater spiritus dicitur, ut ibi: Spiritus est deus, & filius spiritus. Dominus, inquit,spiritus eius. Spiritus autem sanctus,semper spiritus sancti appellatione cẽsetur, nõ quod ex consortio tantũ nominis spiritus cum patre ponatur & filio,sed quod una natura, unũ possideat & nomẽ. Quia uero spiritus uocabulum multa significat,enumerandũ est breuiter, quibus rebus nomen eius aptetur. Vocatur spiritus & uentus,sicut in Ezechiele: Tertiã autem partem disperges in spiritum,hoc est,in uentum. Quod si uolueris secundum historiã illud sentire, quod scriptum est: In spiritu uiolento conteres naues Tharsis,nõ aliud ibi spiritus quàm uentus accipitur. Necnon Salomon inter multa hoc quoq; munus à deo accepit, ut sciret uiolentias spirituũ, non aliud se in hoc accepisse demonstrans, quàm scire rapidos uentorũ flatus, & quibus causis eorũ natura subsistat. Vocat & anima spiritus,ut in Iacobi epistola, Quomodo corpus tuũ sine spiritu mortuum est, & reliqua. Manifestissime enim spiritus, hic nihil aliud nisi anima nuncupatur

patur. Iuxta quã intelligentiam & Stephanus animã ſuam ſpiritũ uocans: Domine, inquit, Ieſu ſuſcipe ſpiritũ meũ. Illud quoq; quod in Eccleſiaſte dicit: Quis ſcit an ſpiritus hominis aſcendat ſurſum, & ſpiritus iumẽti deſcẽdat deorſum. Conſiderandũ utrum nã & pecudũ animę ſpiritus appellẽtur. Dicit etiã excepta anima, & excepto ſpiritu ſancto, ſpiritus alius quis eſſe in homine, de quo Paulus ſcribit: Quis enim ſcit hominũ ea quę ſunt hominis niſi ſpiritus hominis q in eo eſt? Si enim uoluerit cõtendere quiſpiã animã hic ſignificari in ſpiritu, quis erit homo, cuius cogitationes & arcana ſecreta cordis occulta neſciat homo, niſi ſpiritus eius: quia de corpore ſolitario hoc intelligere uelle perſtultũ eſt. Quod ſi arguta nitit fraude ſurripere, de ſpiritu ſancto hęc ſcripta conteſtans, ſi diligenter uerba ipſa cõſideret, ceſſabit aſſerere mendacium. Si quidem ita ſcriptum: Quis enim ſcit hominũ quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt. Sic & ea quæ ſunt dei, nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Quomodo enim alius eſt homo, alius eſt deus, ſic & ſpiritus hominis qui eſt in eo ſeparatur à ſpiritu dei, qui eſt in eo, quem ſpiritum ſanctum frequenter oſtendimus. Sed & in alio loco idem Apoſtolus à noſtro ſpiritu, ſpiritum dei ſecernẽs, ait: Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, hoc ſignificans, quod ſpiritus dei, id eſt, ſpiritus ſanctus, teſtimonium ſpiritui noſtro præbeat, quem nũc diximus eſſe ſpiritum hominis. Ad Theſſalonicẽſes quoque: Integer, inquit, ſpiritus ueſter & anima & corpus. Sicut enim alia eſt anima & corpus aliud, ſic & aliud eſt ſpiritus ab anima, quæ ſuo loco ſpecialiter appellatur. De quo & orauit, ut integer cum anima ſeruetur & corpore, quia incredibile eſt, atq; blaſphemũ orare apoſtolũ, ut ſpũs ſanctus integer ſeruetur, qui nec immutationem poteſt recipere, nec profectũ. De humano ergo, ut diximus, ſpiritu in hoc loco apoſtoli ſermo teſtatus eſt. Appellãtur quoq; ſupnæ rationabilesq; uirtutes, quas ſolet ſcriptura angelos & fortitudines nominare, uocabulo ſpiritus, ut ibi: Qui facis angelos tuos ſpiritus. Et alibi: Nónne omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus? Puto ad hunc ſenſum & illud referri, quod in Actibus apoſtolorũ ſcribitur: Spiritus domini rapuit Philippum, & non amplius eum uidit eunuchus, id eſt, angelus domini in ſublime eleuans Philippum, tranſtulit illum in alium locum. Rationales quoque aliæ creaturæ, & de bono in malum ſponte propria profluentes, ſpiritus peſſimi & ſpiritus appellantur immundi, ſicut ibi: Cum autem ſpiritus immundus exierit ab homine. Et in conſequentibus: Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Spiritus quoque dæmones in euangelijs appellantur. Sed & hoc notandum, nunquam ſimpliciter ſpiritum, ſed cum aliquo additamento ſpiritum ſignificari contrarium, ut ſpiritus immundus, & ſpiritus dæmonis: hi uero qui ſancti ſunt ſpiritus, abſq; ullo additamento ſpiritus ſimpliciter appellantur. Sciendum quoq; quod nomen ſpiritus, & uoluntatem hominis & animi ſententiam ſonet. Volens quippe apoſtolus uirginẽ non ſolum opere, ſed & mente ſanctam eſſe: id eſt, non tantum corpore, ſed & motu cordis interno, ait, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu, uoluntatem ſpiritu, & corpore opera ſignificãs. Conſidera utrum hoc ipſum in Eſaia, ſonet quod ſcriptum eſt: Et ſcient qui ſpiritu errant intellectum. Qui enim errore iudicij alia pro alijs bona exiſtimãt, accipient intellectũ ut corrigatur error illorũ, ut pro prauis ea quæ recta ſunt eligant. Necnon & illud, Vna fortitudo ſpiritus ueſtri, uide an idipſum oſtẽdat. Et ſuper omnia uocabulum ſpiritus altiorem & myſticũ in ſcripturis ſanctis ſignificat intellectũ, ut ibi, Litera occidit, ſpiritus aũt uiuificat, literam dicens ſimplicem & manifeſtam iuxta hiſtoriã narrationẽ, ſpiritum uero, ſanctũ & ſpirituale eſſe quod legitur. In hanc cõgruit uoluntatem & illud, Nos ſumus circunciſio, qui ſpiritu domino ſeruientes ſumus, & non in carne confidentes. Qui enim nõ litera carnẽ concidũt, ſed cor ſpiritu circuncidũt, auferentes omne eius ſuperfluum quod generationi proximũ eſt & amicum, hi uero ſpiritu circũciſi ſunt, in occulto Iudæi & uere Iſraelitæ, in quibus non eſt dolus. Qui tranſcendentes umbras & imagines ueteris teſtamenti, cultores ueri adorant patrem in ſpiritu & ueritate. In ſpiritu, quia corporalia & humilia tranſcenderunt. In ueritate, quia typos & umbras & exemplaria relinquentes, ad ipſius ueritatis uenere ſubſtantiam, & ut iam diximus, humili & corporea uerborum ſimplicitate contempta, ad ſpiritualem legis noticiam peruenerunt. Hæc interim iuxta poſſibilitatem ingenij noſtri, quot res ſpiritus ſignificaret attigimus, ſuo tempore qd unumquodque ſignificet, ſi Chriſtus tribuerit diſſerturi. Nonnunquam autem ſpiritus, & dominus noſter Ieſus Chriſtus, id eſt, dei filius appellatur. Benignus ſi

quidem

A quidem ēst spiritus sapientiæ. Et in alio loco: Dominus autē spiritus est, ut ante diximus: ubi etiā illud adiunximus: spiritus deus est, nō iuxta nominis tantū cōmunionem, sed iuxta naturæ substantiæq; consortiū. Quomodo em̄ quorū diuersa substantia est, interdū euenit ut cōmuni uocabulo nuncupent: & hæc dicuntur ὁμώνυμα, ita eorū quorum eadē est natura atq; substātia, cū societate uocabuli, naturæ quoq; æqualitas copulatur, & disciplinæ dialecticorum est appellare hæc συνώνυμα. Idcirco & spiritus uocabulū & si quid aliud in trinitate usurpari solet συνώνυμον est, uerbi gratia, spiritus bonus, & cætera his similia, de quibus pauloante perstrinximus. Porro ad hæc necessario deuoluti sumus, ut quia frequenter appellatio spiritus in scripturis est respersa diuinis: nō labamur in nomine, sed unūquodq; secundū locorū uarietates & intelligētias accipiamus. Omni itaq; studio ac diligētia uocabulū spiritus, ubi & quomodo appellatū sit contēplantes, sophismata eorū & fraudulētas decipulas cōteramus, qui spiritū sanctum asserunt creaturā. Legentes em̄ in propheta. Ego cōfirmaui tonitruū, & creans spiritū: ignorantia multiplicis in hac parte sermonis, putauerunt spiritū sanctum ex hoc uocabulo demōstrari, cum in præsentiarum spiritus nomen uentū sonet. Necnon in Zacharia audiētes locutū dominū, quod ipse sit qui creat spiritū hominis, in eo existimauerūt spiritum sanctum, etiā in hoc capitulo significari, non animaduertentes quod animam hominis, aut spiritum quem tertium in homine esse iam diximus, spiritus appellatio significet: Ergo ut prælocuti sumus, quomodo unumquodq; dictum sit consideremus, ne forte per ignorantiam in barathrum decidamus erroris. Siquidem in alijs rebus ex consortio uocabulorū error eueniens, confusiōnē & pudorē ei qui errauit importat: de supernis uero & diuinis lapsus ad praua, ad æternā pœnam deducit & barathrū: maxime cum semel deceptus noluerit resipiscere, sed suum defensare impudenter errorem. Decebat etiā, & magnitudo uoluminis exigebat, ut finem acciperet oratio. Verū quia infert se quæstio aduersus ea quæ superius disputauimus: quam iccirco tunc prætermisimus, ne textū sermonis irrumperet: & interpiam prædicationē, impia cōtentio poneretur: necessarium puto ad propositū respondere: & le-
B ctoris arbitrio quid super his sentiat derelinquere. Disputantibus ergo supra quod animam uel mentem hominis nulla creatura iuxta substantiam possit implere, nisi sola trinitas, quia tantum modo secundū operationem & uoluntatis errorē siue uirtutē, animus de his quæ creata sunt impletur: oborta est quæstio nostra, quasi sententiā soluens, quod creata substantia quæ in scripturis Satanas appellatur, ingrediatur in aliquos: & cor quorundā implere dicatur. Nā ad eum qui medietatē precij de agro uendito sibi aliud profitens reseruarat, à Petro apostolo dictū est: Anania quare impleuit Satanas cor tuum? Et de Iudā loquitur ipse saluator, quod intrauerit in eum Satanas. Ad quod postea respondendum est: interim nunc ad id quod scriptum est, quare impleuit Satanas cor tuum: quomodo Satanas mentem alicuius & principale cordis impleat: non ingrediens in eum, & in sensum eius: atq; ut ita dicā adytum cordis introiens: siquidem hæc potestas solius est trinitatis: sed quasi callidus quidā & nequā ac fallax fraudulentusq; deceptor, in eos animā humanā malitiæ affectus trahit, per cogitationes & incentiua uitiorū, qbus ipse plenus est. Denicq; & ipse Elymas magus filius diaboli iuxta malitiā neqtiāq; subsistēs, plenus omni dolo & omni malitia scribit, Satana patre eius hāc ei uoluntatē quasi ex consuetudine uitiorū in naturam uertente. Arguens itaq; eum apostolus Paulus atq; corripiens ait: O plene omni iniquitate & omni dolo, fili diaboli, inimice iusticiæ dei. Quia enim uersipellis & callidus, omnem in se dolū fraudulentiæ susceperat, appellatur filius diaboli, quia implebat ipse omne principale illius fraude & iniquitate & omni malitia: intantum illiciens eū atq; decipiens, ut ipse Satanas impleresse animā ipsius, & habitare in eodē putaret: quē ad omnes suæ peruersitatis dolos, ministrū sibi ac famulum præparauerat. Ad id uero quod secundum posueramus exemplum, quia in Iudam introisset Satanas: hoc dicendum est. Obseruans diabolus quibusdam motibus & operationum signis, ad quæ potissimū Iudæ cor esset uitia procliuius, deprehēdit eum patere insidijs auaritiæ: & reperta cupiditatis ianua, misit in mentē eius quomodo desideratam pecuniam acciperet, & per occasionē lucri, proditor magistri & saluatoris sui existeret, argentum pro pietate commutans, & suscipiēs preciū sceleris à pharisæis atq; Iudæis. Hæc ergo cogitationis occasio, locum tribuit Satanæ: ut in cor eius introiens, implerēt eū pessima uoluntate. Introiuit ergo, non

secundum

ſecundum ſubſtantiã,ſed ſecundum operationẽ:quia introire in aliquẽ,increatæ naturæ eſt eius, c
quę participet à pluribus. Imparticipabilis ergo diabolus eſt,nõ creator,ſed creatura ſubſiſtẽs. Vnde & cõuertibilis atq; mutabilis,è ſanctitate decidit atq; uirtute. Diximus ſupra μετοχικῶς, id eſt, quod participatione capiatur, eſſe incorruptibile & immutabile & conſequẽter æternum. Quod autẽ mutari poteſt, factũ eſſe, & habere principiũ. Porrò quod incorruptibile ſit,eſſe & retro & deinceps ſempiternũ. Non ergo ut quidã putant participatione naturæ ſiue ſubſtantiæ implet quempiã diabolus,aut eius habitator efficitur:ſed per fraudulentiã & deceptionẽ & malitiam inhabitare in eo creditur quẽ repleuit. Hac autẽ fallacia etiã presbyteros qui aduerſus Suſannam in crudelitatẽ ſe uerterant intrauit:implens animas eorum incendio libidinis & ſera ſenij uoluptate. Scriptũ eſt enim: Venerũt autẽ & duo presbiteri pleni iniqua cogitatione. His inſidijs impleuit & uniuerſum populum Iudæorũ,dicente propheta de eo: Væ gens peccatrix,populus plenus peccatis,ſemen peſſimũ,filij iniqui. Semen quippe nequã diabolus:& filij eius propter iniquitatem & plenitudinẽ dicti ſunt peccatores. Si autẽ ab his qui eius in ſcripturis filij nominantur,iuxta ſubſtantiæ participationẽ non capitur:ſiquidẽ impoſſibile hoc eſſe in creaturis frequẽter oſtẽſum eſt:neq; alius quis poteſt eũ capere participatione ſubſtãtiæ:ſed tantũmodo aſſumptione fraudulentiſſimæ uoluntatis. Operationẽ quippe & ſtudia,nõ ſolum bonorum operum, ſed etiã malorum in creaturis diximus:naturam uero atq; ſubſtantiã ſolius in alios poſſe trinitatis intrare. Abunde ut reor occurſum eſt propoſitæ quæſtioni, Quia uero ineptum & ſtultũ uidetur aduerſus fatua reſpõdere:& ſiquid in buccã ruerit impiorũ,hoc uelle diſſoluere:nõ enim tantum impietas eſt ſcelerata proponere, quantũ & de ſceleratis ſaltem reſiſtentem uelle tractare: idcirco illud quod ſolent tractare prætereo,ſacrilega aduerſus nos audacia proclamantes. Si ſpiritus ſanctus creatus non eſt:aut frater eſt dei patris,aut patruus eſt unigeniti Ieſu Chriſti,aut filius Chriſti eſt,aut nepos eſt dei patris,aut ipſe filius dei eſt,& iam non erit unigenitus dominus Ieſus Chriſtus cũ alterũ fratrẽ habeat. Miſeri atq; miſerabiles,nõ ſentientes de incorporeis & in
uiſibilibus iuxta corporaliũ & uiſibiliũ diſputari non licere naturã. Fratrẽ eſſe uel patruum,nepo D
tem uel filium,corporũ nomina ſunt, & imbecillitatis humanæ uocabula. Trinitas uero omnes has prætergreditur nuncupationes. Et quotienſcunq; in aliqua de his cadit, nominibus noſtris & incõgruis uocabulis,nõ ſua natura loquitur. Cum igitur ſancta ſcriptura amplius de trinitate non dicat,niſi deum patrẽ eſſe ſaluatoris,& filiũ generatum eſſe à patre:hoc tantummodo debemus ſentire quod ſcriptũ eſt. Et oſtenſo quod ſpiritus ſanctus increatus ſit: cõſequenter intellige re,quõd cuius non eſt creata ſubſtantia,recte patri filioq; ſocietur. Hæc iuxta eloquij noſtri paupertatem in præſenti dicta ſufficiant: timorẽ meum quod de ſpiritu ſancto loqui auſus ſim indicantia. Quicunq; eñ in eum blaſphemauerit:nõ ſolum in hoc ſeculo:uerumetiã in futuro nõ dimittetur ei, nec ulla miſericordia & uenia reſeruabitur illi, qui conculcauerit filiũ dei & iniuriam fecerit ſpiritui gratiæ eius in quo ſanctificatus eſt. Quod quidem & in deo patre eſt intelligendum. Nam qui blaſphemauerit in eum & impiè egerit:ſine uenia cruciabitur, nũllo pro eo dominum deprecante,ſicut ſcriptum eſt: Qui autẽ in dominum deum peccauerit,quis orabit pro eo? Necnon & qui filium negauerit coram hominibus: negabitur ab eo coram patre & angelis eius. Ergo quia nulla uenia in trinitatem conceditur blaſphemantibus:omni ſtudio & cautela eſt prouidendũ,ut ne in breui quidẽ paruoq; ſermone de ea diſputantes,labamur. Quin potius ſi quis hoc uolumen legere uoluerit, quæſumus ut mundet ſe ab omni opere malo & cogitationibus peſſimis,quo poſſit illuminato corde ea intelligere quæ dicũtur,& plenus ſanctitate atq; ſapientia,ignoſcere nobis ſicubi uoluntatẽ noſtram non impleuit effectus: & tantummodo conſideret qua mente quid dictum ſit,nõ quibus expreſſum ſermonibus. Sicut enim pietatis ſenſum nobis audaciter iuxta noſtram conſcientiam uendicamus, ita quantum de eo loqui pertinet, uenuſtatem rhetoricam facundiamq; iuxta conſequentiam textumq; ſermonis, nos procul abeſſe ſimpliciter confitemur. Studij quippe noſtri fuit, de ſcripturis ſanctis, differentibus, piè intelligere quæ ſcripta ſunt:& imperitiam menſuramq; noſtri non ignorare ſermonis.

NONI ET VLTIMI TOMI FINIS.

INDEX CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M.

Omnes terniones præter M quaternionem.

EXIMIA HAEC DIVI HIERONYMI STRIDONENSIS OPE/
ra, quibus poſtremum recognoſcendis immenſum laborem ac diligentiam DES.
ERASMVS Roterodamus impendit, excuſa ſunt Baſileæ in officina
Frobeniana typis & ære Hieronymi Frobenij & Nicolai
Epiſcopij Chalcographiæ ſociorum, abſo
lutaq; menſe Auguſto An.
M. D. XXXVII.


FRO
BEN